# Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

1656.

# LVCIANI

## Samosatensis opera, quæ quidem

EXTANT, OMNIA, A GRAECO SERMO-
ne in Latinum conuersa, nunc postremùm multo diligentius
& melius quàm antè, ad Græcum exemplar
correcta & emendata.

PARISIIS

Imprimebat Michaël Vascosanus sibi & Iohanni Roigny.

M. D. XLVI.

Λουκιανὸς εἰς τὸν ἑαυτοῦ βίβλον.

Λουκιανὸς τάδ' ἔγραψε, παλαιά τε μωρά τε εἰδώς,
μωρὰ γὰρ ἀνθρώποις καὶ τὰ δοκοῦντα σοφά.
ἡδὺν δ' ἀνθρώποισι δοκεῖσθαι ὄνησιν ὀνῆσαι,
ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάζεις, τοῦθ' ἑτέροισι γέλως.

Lucianus de ſuo libro.

Lucius hæc ſcripſit, qui ſtultáque priſcaq; norat,
Stulta quidem uulgo credita, docta tamen.
Eximius non eſt ſenſus mortalibus ullus,
Sed quod tute probas, ridiculum eſt aliis.

Io. Aurato interprete.

Auctores, qui in hoc opere uertendo elaborarunt.

D. Eraſmus Roterodamus.
Philippus Melanchthon.
Thomas Morus.
Auguſtinus Dathus.
Petrus Moſellanus.
Bilibaldus Birckheimerus.
Anaſtaſius.
Vincentius Obſopœus.
Ioannes Sinapius.
Martinus Bolerus.
Ottomarus Luſcinius.
Ponticus Virunius.
Iacobus Micyllus.

KAISERLICHE KÖNIGLICHE HOFBIBLIOTHEK WIEN

# IACOBI MICYLLI AD ORNATISS. VIRVM, PHILIPpum Reiffenſtein, Gen. Dn. Ludouici Com. Stolbergen. &c. Conſiliarium. &c.

## In Luciani tranſlationem præfatio.

NOn clam me eſt, Philippe ornatiſs. pleroſq; doctorum hominum in ea opinione uerſari, ut melioribus hiſce literarum ſtudijs non parum obeſſe exiſtiment auctores Græcos ex lingua ſua transferre, & eoſdem Latinè legẽdos promiſcuè ac quoſlibet proponere. Principiò enim aiunt proximis his annis, dum paſſim & abſque delectu ex utraque lingua Græci Latiniq; ſcriptores in alias cõuertuntur, pauciores, qui utramuis rectè ac plenè diſcerent, extare cœpiſſe. Deinde autem & illud accidere ſolere, ut quia pleraq; Græca ita ſcripta ſunt, ut niſi in ſuo ac proprio ſermone legantur, neque gratiam eandem retineant, neque parem poteſtatem, plurimum interim elegantiæ atque nitoris, optimis atque elegantiſſimis quibuſque translatis decedat. Ac mihi quidem cogitanti, propemodũ ita res habere uidetur. Vt enim quiſque, non dico ignauiſſimus, ſed diligentiæ atque operæ parciſſimus eſt, ita protinus ad id quod proximũ & ante pedes eſt, diuertit: & relictis ueris uiuiſq; fontibus, ad turbidos interim, & utcunque deductos riuos deflectit. Quo fit, ut bona atque humana hæc ſtudia, ex altera ſui parte iampridẽ intermittantur, & illud amœnum ac ſuaue eloquentiæ Græcæ, ut ita dicam, uiretum, deſertum atque neglectum, paulatim iterum emarceſcat. Quæ quidem res & me dudum ita commouit animo, ut cum nuper ab amico noſtro Egenolpho rogatus eſſem, ut quæ Luciani reliqua, nec adhucdum conuerſa reſtarent, ea conuertenda Latinè ſuſciperem, & auctoris iſtius uelut lacunas quaſdam à ſuperioribus relictas explerem: ipſe quoque aliquandiu ſubſiſterem, & quid faciundum in hac re eſſet, nonnihil addubitarem. Eſt enim omnino auctor hic talis, ut eadem elegantia, eadémque feſtiuitate reddi prorſus nequeat: & ſi Latino ſermone ſuauitatem illius exprimere conaris, nihilo plus agas, quàm ſi phœnicopterum, aut pſittacum aliquẽ, detractis proprijs atq; natiuis plumis, alieno ac trãslatitio colore ſpectandum exhibeas. Attamen quia uidebam cum alios non paucos, tum uerò in primis Eraſmum noſtrum Roterodamum, uirum ob excellentiam doctrinæ, & inexhauſtam dicendi copiam, omni poſteritati memorabilem, in hoc uertendo non parum elaboraſſe, eáſque translationes in manibus paſſim haberi ac uolui, exemplum atque auctoritatem illorum neutiquam fugiendam aut improbandam putaui. Nam rurſus neque illud ſatis æquum uidebatur eſſe, tantos lepôres, tantamq; rerum propè omnium ſcientiã, una tantùm lingua includi, & ab uno duntaxat quaſi populo uoluptatem hanc omnem parari. Proinde collectis omnibus aliorum uerſionibus, quas quidem reperire licebat, & ijſdẽ argumentis & annotatiunculis quibuſdã adiectis, ſicubi res poſtulabat, proximo hoc anno, dũ in ſchola Heidelbergenſi eaſdem literas Græcas publicè docco, quantum à reliquis laboribus ocij mihi ſuppetebat, id omne in hãc operam impendi, & quæ reliqua reſtabant, quæ quidẽ obſcuriſſima ac difficillima nõnulla erant, Latino ſermone, quoad fieri potuit, expoſui. Rem conatus, ut quidem dicere te ſcio, non parum arduam, & plus multo audaciæ quàm laudis præ ſe ferentem. Quis enim nõ uereatur poſt tot præclaros & excellentes interpretes ſuũ quoq;, ut hoc uerbo utar, aſſumentũ apponere? & quæ ab alijs uel ob difficultatem, uel ob uerecundiam quoque relicta eſſent, ea tanquam nouus aliquis & nuper natus Hercules, aggredi ſuſtinere? Sed audendũ tamẽ fuit, quandoquidẽ Audẽtes fortuna iuuat, ut poëta ait. Neq; uerò uideo cur mirũ adeò, aut inſolẽs alicui uideatur, ſi ipſe quoq; fortunã experiri uolui, ſupraq; uires aliquid meas in me ſuſcepi, quãdò & Comicos antiquos illos uidemus mutuò ſibi frequenter obiecciſſe, quòd fabulas ex Græcis bonis Latinas facerent non bonas. Nã ſi æquum

eſt,ut idem Comicus ait,ignoſcere,Quæ ueteres factitarunt,ſi faciunt uoui: maior utiq; uenia nobis danda erit,qui & infeliciore ſeculo quàm illi,& alia atq; diuerſa lingua nati ſumus. Iam ſiqua eiuſmodi fortè ſunt, (ut fortaſſe multa ſunt) ut in ijs uertendis nonnihil à uero aberrarim,cogitari illud quoque decet, quòd omnia ea Græcè quoque talia ferme ſunt, ut ueniam magis interpreti malè uertenti,quàm culpã promereri debeant. Nã illud demum reprehenſione dignum eſt,non ſi quis inſuetum atque aſperum,ſed ſi quis commune ac tritum iter ingreſſus,in eo alicubi labatur aut impingat. Quanquã equidem arbitror, quicquid huius eſt,facilem apud doctos & æquos lectores excuſationem inuenire poſſe: præſertim cum uiderint me non minore diligentia & cura in difficilioribus iſtis uerſatum eſſe, quàm alios interim in expeditis & planis. Illud uerò inuidioſum & graue,quod quoſdam clamitare audio,auctorem impium ac deteſtabilem in uulgus nos edere,cuius ſcripta ſatius multo fuerat ſupprimi,quàm eorum lectione aures pias offendi. Neque enim mala ſerenda eſſe,quandò ea ultro,& ut Græcum prouerbium habet,neque quærentibus nobis obueniant. Nã quis ignorat,inquiunt, Samoſatenſem iſtum deorum pariter & hominum irriſorem, tot retro ſeculis ob impietatem damnatum, & ab alijs athei, ab alijs etiam apoſtatæ cognomento diffamatum? Sed ueniam nobis dabunt hac quoque in parte lectores. Neq; enim nunc primùm hoc opus ipſi aggredimur,& ante nos in eodem edendo elaborarunt uiri, quorum auctoritatem atque doctrinam nemo non ſequitur,omnes ſibi proponunt,& iam totus propè orbis cõprobauit. Deinde autem quænam inuidia fuerit,ob unum fortaſſe næuum aliquem in parte hærentem,totum corpus,uenuſtum alioqui,& numeris,quod aiunt,omnibus abſolutum,abijcere? Nam ut liuorẽ alibi aut maculam in ebore aut marmore ſculpto toleramus, ſi cætera arti reſpondeant: ita & in auctoribus,opinor,uitium unum aliquod diſſimulandum erit,ſi cætera eiuſmodi ſunt,ut legẽtibus utilitatem aliquam non paruam afferre poſſint. Impius Lucianus eſt: at contrà ſumma in eo eloquentia, ſumma dicendi feſtiuitas eſt,magna rerum uarietas,magna ſcientia,multa eáq; perfecta & ſolida item doctrina: & ſeu ridendo aliorum uitia corrigit,ſiue monendo aliquid præcipit ac docet,cũ ſumma prudentia ſummum quoque iudicium coniunctum,& ſi dicere licet,in uno eo,omnium aliorum ſcriptorũ exemplar. Quas ſanè uirtutes ac dotes adeò uarias ac multas, ob unum aliquod uitium repudiare, quàm ſit æquum aut dignum,iudicandum alijs relinquo: mihi certè ne ipſum quidẽ hoc pium ſatis uidetur. Niſi uerò neque Liuius aut Cicero, neque Thucydides aut Plato, neq; denique quiſquam eorum qui uel exemplis uel doctrina communem hominum uitam erudire atque informare poſſunt,legendus propterea fuerit, quia ethnicus & tanquam paganus à noſtra ac uera religione abfuiſſet. At etiam de Chriſto religioſè parum ſenſit. At fecerunt hoc alij item multi,quorum tamen ſcripta & hodie nonnulla legimus,& ab antiquis olim tolerata fuere. Nam ſi protinus ut quiſq; de fide in Chriſtum,de religione ſyncera ac recta minus piè ſentit aut loquitur,ita exterminandus atque extirpandus erit: non modò ex ueteribus ſcriptoribus haud ita multos retinebimus, ſed fortaſsis nec hodie quidam ferendi erunt. Sed ut hoſti aperto nemo quicquam credit, ſimulanti amicitiam, multa etiã arcana interdum committimus: ita nemo puto erit,qui alioqui ſanæ mentis ſit, qui etiam ſi uideat Lucianũ, pro inſita atque innata illa dicacitate non ſolùm humanas res, uerùm etiam diuinas & ſacras omnes arripere,& ueluti pro ludo quodã habere,ex eo quicquam offendetur, aut illius orationem in exemplum trahet. Deniq; cur mirum adeò,aut nouum hoc putemus, ſi homo ethnicus, & qui nunc cauſſas agendo,nunc declamando, poſtremò etiam circa principum aulas uerſando, dicendi cauillandiq; artibus omnem propè ætatem exegit, irreligioſè quædam & irreuerenter dicta reliquit, cum ne ipſi quidem illi qui ex profeſſo uitam religioſam ac ſanctam degunt,religioſè omnia faciant & dicant? Quorum aliquãdo mores & facta quia non omni-

no

no illorum diſsimilia ſunt, quæ quoties ſuorum temporum philoſophiam, & uanam iſtam uirtutis atque doctrinæ ſimulationẽ irridet, à Luciano deſcribũtur. Iam illud quoq; in mentem alicui uenire haud immeritò poſſet, num ob hoc quidam illi tantopere ſuccenſeant, quòd in eius dialogis & deſcriptionibus iſtis ſimilitudinem atque imaginem ſui quãdam elucere, & perinde ut in tabula depictam cerni pertimeſcant. Odimus enim ferè quæ malè facimus, & quoties factorum memoria in oculos incurrit, tanquam uulnera nuper ſanata, necdum ſatis concreta, quemlibet etiam tactum reformidamus. Quare iſtorum quidem accuſatio haudquaquam eò apud nos ualere debet, ut auctorem talem ac tantum è manibus abijciamus, & tot præclara omnis propè generis ſcripta, Vulcano atque igni, quod illis fortaſſe placeat, cõſecremus. Ac longiore etiam defenſione forſitan opus mihi foret, ſi ad alium quàm ad te, Philippe cãdidiſsime, cui opus hoc dedicãdum putarem, inſtituiſſem ſcribere. Neq; enim cuiuſuis aures ad has uulgi opiniones obfirmatæ ita ſunt, ut ijs nihil moueantur, aut eaſdem etiã ultro contemnant. At uerò quia tecum mihi res eſt, quem & familiariter multos iam annos cognoui, & quid ipſe de rebus ſiue ſacris ſiue profanis, quod ad hanc cauſſam attinet, ſentire ſoleam, ſatis certò iam olim ſcire confido: nihil neceſſe opinor eſt hic nunc longius immorari. Quam ob rem ut uela aliquando contraham, & orationi huic finem imponam, ego quia iam olim optaui amoris atque animi erga te mei ſignificationem aliquam tibi dare, neque tamen hactenus ulla eius rei occaſio ſeſe mihi obtulit, qua id commodè potuiſſem: nõ indignum aut alienum duxi, ſi hanc meam operam, quã in hiſce Luciani reliquijs abſoluendis impendi, tuo nomini inſcriberem, tibiq; dedicarem. Nam ut cæteri amantes ſolent munuſculis quibuſdam aut alijs interdum rebus idoneis memoriam ſuam apud eos quorum affectu ac deſiderio tenentur, ſubinde renouare, ita neque nobis inhoneſtum erit, arbitror, ſenſus ac uoluntates noſtras, hiſce, in quibus uerſamur, rebus ac ſtudijs declarare. Neq; uerò indignum aut inconueniens hoc tibi donum erit. nam ſi naturam atque ingeniũ tuum ſatis noui, aut huius, aut nullius auctoris lectione æquè delectabere. Tanta eius ubique facundia, tanta rerum omnium elegantia atque feſtiuitas eſt. Proinde accipe à me quicquid hoc operis tandem eſt, quod à me profectum, ad aliorum labores acceſſit: quod te principiò quidem conſuetudinis ac uoluntatis erga te meæ admoneat: deinde autem & à laboribus curisq; iſtis grauioribus, in quibus ferè uerſaris, digreſſum excipiat & refocillet. Nam hic profectò inuenies quod te quomodocunq; affectum animo, reficere atque exhilarare poſsit: & ſiue ſeria, ſiue iocoſa, ſiue domi, ſiue in agris, ſiue denique inter ruſticandum, ſiue inter peregrinandum, lectione aliqua oblectare te uolẽs, unus hic auctor ad omnia loca & tempora aptiſsimus erit, ſemperq; aliquid quod uel legiſſe uel addidiciſſe te iuuet, quaſi recens ac nouum ſubminiſtrabit.

# IOAN. RIBITTVS ΦΙΛΕΛΛΗΣΙΝ ADOLESCENTIBVS S. P. D.

DEO Opt. Max. ſemper gratias agere debemus, cũ ob cæterarum rerum, tum maximè ob literarum beneficia, quas nobis hoc tẽpore ita reſtitutas eſſe uidemus, ut nulla unquam ætate tot fuiſſe literatos, omnes dicant, & cõſtanter affirment. Quo diuino bono ut utiliter poſsimus uti, ab eo ipſo qui hæc largitus eſt, ſuppliciter (quia ſupplices non aſpernatur) petendum eſſe arbitror. Equidem uiam & rationem, quã quidem norim, aliis tradere & monſtrare nõ grauabor, ut hoc dono ad utilitatem ſuam quiſque uti poſsit, qui meum conſilium ſequendum putarit. Illud in primis propoſitum nobis eſſe debebit, ut ubique ſummi illius artificis gloriam prædicemus, in unum illum ſpectemus, finem ſtudiorũ hunc nobis proponamus. homines enim cõditi ſunt, ut Dei opera conſiderantes & admirantes, artificem ſummum omnium laudent, honorent, uenerentur, & adorent. Quo poſito fundamento, nihil iam ſit, ex quo non aliquid ad nos utilitatis manare poſsit. Atque ut de his Luciani græci ſcriptoris operibus, quæ nunc ſunt in manibus, aliquid dicamus, illud primo loco apertè profitebor, hominis impietatẽ mihi nullo modo probari, ſed tantùm quæ utilitates & documenta hinc capi poſſe uideantur, explicare uoluiſſe. Et quoniam pietatis & religionis ratio nuſquam alibi quærenda eſt, niſi in ſcripturis diuinitus inſpiratis, quæ ſolæ meram continent ueritatem, nullo contaminatam mendacio: reliqua omnia ſcripta ad hunc Heraclium lapidem exploranda ſunt, id eſt, ad ſacrorum codicum normam ſunt dirigenda & corrigenda, ut uel probentur uel improbentur de religione diſputationes: id quod maximè faciendum eſſe puto in Luciani diſputationibus, quæ ſummam ſæpe impietatem ſpirare & continere uidentur. Sed de his poſterius: prius enim dicam de ijs quæ ſummam habent utilitatem ſine ullo religionis periculo. Quòd ſi uera eſt illã omnium ferè ſermone trita ſententia, nullum eſſe librum tam malum, qui non aliqua ex parte proſit, cur Luciani libros repudiare debeamus, cauſſam prorſus uideo nullam, cum præſertim non aliqua ex parte, ſed multis prodeſſe poſsint. Eſt enim in hoc auctore ſumma linguæ græcæ proprietas, & Atticiſmi exquiſita obſeruatio. Thomas quidem Magiſter in Atticarum uocum obſeruationibus, huius ipſius ſcriptoris teſtimonijs quamcreberrimè utitur ad Atticiſmum reſtituendum. Tzetzes nobilis Heſiodi interpres, hunc plurimum dicẽdi facultate ualuiſſe, eíque ſeruili penè conditione ad ſummos dignitatis gradus propter eloquentiam euectum eſſe, & Syrum oratorem uocatum ſcribit. Ex quorum teſtimonijs iam ſatis intelligi arbitror, nullum eſſe huius ſcriptum, quod non cum uetuſtiſsimis facillimè comparari poſsit, ſi eloquentiæ tantùm habeatur ratio. Addere iam licet noſtræ ætatis hominum iudicia doctiſſimorum. Budæus quoties ad Atticam & græcam dicendi rationem commonſtrandam, ex his ſcriptis teſtimonia producit? quoties Eraſmus? quoties alij innumerabiles, qui aliquid de ſyntaxi Græcorum literis mandarunt? quibus enumerandis nimium longa poneretur oratio. Iam tot interpretum diſertiſsimorum teſtimonia quanti ſunt? nullus eſt enim ex his qui ex Luciani ſcriptis aliquid latinè conuertendum ſuſceperunt, qui non huic ſummã & maximè Atticam tribuat eloquentiam. Quid publica florentiſsimarum Academiarum teſtimonia, quantum habent ponderis? Lutetia hũc pueris linguæ græcæ diſcendæ cauſa proponit, Louanium non repudiat. In Britannia non ſolùm enarratur in ſcholis, uerumetiam illic extiterunt, qui, quæ de græco conuerterant, ediderunt. Quid commemorem Germaniæ gymnaſia literarum, ubi maxima ex parte latinus factus eſt Lucianus? Italia hunc auctorem prima in lucem protulit. Atqui nunquam talia extarent teſtimonia & ſtudia horum librorum, niſi homines doctiſſimi in eis græcam & Atticam elocutionem conſtantiſsimè obſeruatam eſſe uidiſſent.

Quæ

Quæ enim pars uel exigui libelli in tot operibus reponatur Atticæ expers eloquentiæ? Profectò nulla. Attici ſales, Atticæ ironiæ non illepidæ ſuo loco ſic aptæ ſunt, ut facilè quiuis iudicare poßit, hunc uitium ineptiarum & uidiſſe, & ubique diligenter uitaſſe. Venio ad uarietatem, quæ in his ſcriptis tanta eſt, ut nulla ferè res ſit, quæ quidem in ſermonem incidat, cuius hîc non fiat mentio, uel etiam iuſta diſputatio. Atq; hoc ſic habere, res ipſa loquitur. Tot enim tamq; uariæ librorum inſcriptiones, an non quod dico ſatis declarant? Vt omittam ſæpißime in eadem inſcriptione res admodum uarias cõtineri. Ex quo illud accidit, ut uariæ quoq; utilitates percipi poſſe uideãtur. Quæ res plana fieri poßit, ſi animaduerterimus, omnes philoſophiæ partes hîc ſumma eloquentia eſſe pertractatas. Atq; ut primùm à primis ordiamur, permulta quæ ad grammaticam literarum rationem pertinẽt, hîc reperire poteris, nõ ſine maximo fructu, & ſine ulla pietatis iactura. Δίκη φωνηέντων iucũda quædam, nõ illa quidem arida & ieiuna dabit præcepta. Deinde in eo libello qui Περὶ τῆς τοῦ τῆς προσῳδίας παίγνιος inſcribitur, quàm copioſè & grauiter de duobus maximè uerbis χαλεπὸν ἡγεμόνα diſputat? qua diſputatione quid eſt γραμματικώτερον? In Λεξιφάνῃ diſertè obſoleta ab uſitatis diſtinguit, & diſcernenda proponit, antiquarios non illepidè reprehẽdens. Τῶν δύο λογισὰς uocabulorum proprietatem & translationem non obſcurè docet, & multis ueterum teſtimonijs confirmat. Quid aliud agit in Τῶν δοκούντων σοφῶν, quàm linguã docet Græcorum & Atticorum? Ex quibus omnibus, quàm copioſas de literis & uerbis Græcorum ſtudioſi aſſumere poßint diſputationes, ſuperuacaneũ foret longa oratione explicare. Quòd ſi eſt Grammatici hiſtorias enarrare, & ſcribendæ hiſtoriæ leges præſcribere, hæc omnia ſi requiris, habes in eo libro qui Πῶς δεῖ ἱστορίαν γράφειν inſcribitur. Hiſtoricæ ſcriptionis ficta exempla ſumma feſtiuitate deſcripta, duo libri qui Ἀληθῶς ἱστορίας λόγοι inſcribuntur, continent: ut ſiquãdo ſeueritatem relaxare uoles, nuſquam quod cupis facilius quàm hîc reperire poßis. Vera autem, miniméque ficta, in Alexandro inuenire licet. Quid Δημόσθους βίος, an quicquam non hiſtoria dignum complectitur? Μαχερόκιοι multarum ſunt inſtar hiſtoriarũ. Peregrini mors non uulgaris, hiſtoriam non uulgarem cõtinet. In Συμποσίῳ Λουκιανῷ ἐροδόλῳ non infeliciter. Nam Sympoſium uerámne an fictam contineat narrationem, nihil certi conſtitui poteſt. Vtcunque ſe res habet, ita iucundus eſt in narrando, ut in eo omnes narrandi uirtutes ineſſe intelligi facillimè poſſit. Qua in parte quantum inſit utilitatis, paucis uerbis exprimi non poteſt: ex ijs petere licebit, qui diligẽter hiſtoriæ laudes perſecuti ſunt. Illud unum modò dicam, ſic artem ſcribendæ hiſtoriæ hîc tradi, ut uel inuitus aſſentiri & probare quæ docet, uictus ratione, cogaris. Vitioſas ſcriptiones ita emẽdat euidenter, ut qui ſic ſcripſerint, facillimè ad huius limam ſua ſcripta emendare poßint. Iam uerò ſummũ hunc eſſe diſputatorem, tot dialogorum confectio planum facit, cum præſertim Dialogus & Dialectice ab eodem manent fonte. In Paraſitica quidem ſic definitionem tractat, ut facilè appareat hominem fuiſſe Ἀριστοτελικώτατον. Et Dialecticæ ſparſa ſunt aliquot ἀξιώματα per totum ſcriptionis corpus, ut inueniẽdi & iudicandi rationem totam, qui cernunt acutè, hîc expreſſam & explicatam uideri poſſe manifeſtum ſit. Sed quid immoror, cum ſine Dialectices perfectiſſima cognitione, dialogos confici nõ poſſe conſtet? Ad Rhetoricen ueniamus, de qua multa dicere intempeſtiuũ fuerit, cum tam multa hic ipſe ſcriptor Rhetorices monimenta uiuentia reliquerit, quæ de ipſius eloquẽtia teſtari & apertè dicere uidentur. Nam ut dialogorũ admirabilem facundiam & feſtiuitatẽ præteream, quanta quæſo ſunt eloquentiæ illa præcepta, quæ in ἐκτέρων διδασκάλῳ diſertiſſimè & feſtiuiſſimè tradũtur? Laudationes tã multæ Demoſthenis, domus, balnei, patriæ, muſcæ deniq;, quã partem eloquẽtiæ prætermittũt? Quid cõmemorem uituperationes, quæ ex eadem arte cõficiũtur? quid apologias? quid declamationes, quæ ex ipſis inſcriptionibus indicãtur, ut nihil ſit eas nominari neceſſe? Eloquentiæ ſtudioſi hinc præclara habent exempla, quæ ſibi

proponere poßint ad initãdum, ἀ καθαρῶς ἐλληνίζειν ſtudere uolent. Quid de Phyſice, quæ indagatrix & uenatrix naturæ eſt, dicam? cuius quàm fuerit hic ſtudioſus, ex eo qui eſt περὶ ἰλίκων, cognoſcere licebit. Dipſadum naturam quis melius deſcribere queat? Quis noſtrûm Pellæos dracones noſſet ſine huius naturæ uenatoris deſcriptione? Mirum quàm multas habeat comparationes ex rerum natura petitas. Ἐν τῷ περὶ ὄικων præclara eſt de duobus cernendi & audiendi ſenſibus diſputatio, dignáq; quam Phyſici ſtudioſè legãt. Alcyonis natura quàm admirabilis deſcribitur? Infinita ſunt, quæ ſi diligenter obſerues, te in tota Phyſices ratione multo inſtructiorem efficere poßint. Tertiam philoſophiæ partẽ, quæ in uitam & mores diſtributa eſt, ſic perſequitur, ut modò fictis, modò ueris narrationibus utens, uarios hominum mores ante oculos ponat, ut qui legunt, ea ſub oculos ſubiecta cernere uideantur: in quibus tempeſtiuiſſimè adhibet acerrimas uitiorũ uituperationes, ne quis uitia pro uirtutibus imitetur. Cumq; omnia uitia uehementer ſæpe reprehendat & uituperet, auarorum tamen miſerias & ſordes non uno loco, ſed ſemper acerbiſſima oratione inſectatur, & meritò: nam & noſtræ literæ diſertè dicunt φιλαργυρίαν πάντων κακιῶν ῥίζαν. Deridet ſpem in rebus inaniſſimis fixam. Et Chriſtiani iuſtiſſimè derident quæ cæteri mortales ſtultè mirantur: cuius diſputationis plenæ ſunt Prophetarũ & Apoſtolorum ſcripturæ. Superſtitionum deriſio quid habet alienum à pietate? cum impia deridere & deteſtari, pars quædã ſit pietatis. Frigidè enim pij cenſendi ſunt, qui omnem non execrantur impietatem. Iſidis capilli, Geryonis oſſa, & infinita eiuſdem generis, an non ſatis docent ſuperſtitionem totã ab idololatris, non à Chriſtianis unius Dei adoratoribus, emanaſſe? Atenim multa hîc ſunt quæ ſine ulla dubitatione impietatem complectuntur. At ex his quoque boni maximas utilitates capere poſſunt. Nã uera religione imbuti, ſi præſtabunt conſtantiam, nullius argumentis à recto abducentur. Quis hoſti aperto fidem habet? Legentibus impia, illa cogitatio ſubeat, hominem tanta eloquentia, tam turpiter prodegiſſe ſuam eloquentiã, quam diuinis erga homines beneficijs deprædicãdis conſumere potuiſſet honeſtiſſimè. Si horum in mentẽ uenerit, dubium non eſt, quin quod eris eloquentiæ conſecutus, id omne ſis honeſtius conſumpturus, quàm conſumpſerit is quem cogitatione reprehendas: abundéq; hoc modo magnum ceperis fructum, ſi tuam dicendi facultatẽ ad ueri monarchæ CHRISTI laudes prædicandas totam contuleris, cuius unius principatus ſempiternus eſt. Sed de utilitate capiẽda ex libris profanis, extat Baſilij Magni doctiſſima oratio, ad quam plura cupientem remitto. Illud libenter oſtenderem, hîc multa eſſe quæ ad ſacrarum literarum intelligentiam faciunt, ut de coronis, de athletis, de ignoto deo Athenienſium, quorum omnium hîc reperiũtur explicationes copioſiſſimæ. Sed hæc ſibi quiſque ad ſuã utilitatem legendis his obſeruare facilè poßit. De Mathematicis nihil eſt neceſſe ut moleſta oratione uos onerem. Aſtrologiam tenuiſſe, libellus περὶ ἀστρολογίας clarè teſtatur. Muſicam continet ὁ περὶ ὀρχήσεως λόγος. Geometram fuiſſe perinſignem ex eo intelligere debemus, quòd Syrus cum eſſet, totam luſtrarit Græciam, Italiam, Galliam, orbis regiones nobiliſſimas. Huc adde, quod ex Apologia intelligi datur quæ eſt περὶ τῆς ἐπὶ μισθῷ σωφρόνων, hunc ipſum ſub Imperatore Romano magiſtratu functum publico. Arithmetices ignarus non fuit, quem tot nobiliſſimas artes perdidiciſſe conſtat. Valete, illud non ignorantes, araneas uenena, apes mella ſibi ex eodem coaceruare ſolere. Lauſannæ, anno uirginei partus MD. XLV. III. Calend. Mart.

Πίναξ τῶν τοῦ Λουκιανοῦ.


Περὶ τοῦ ἐνυπνίου, ἢ περὶ βίου Λουκιανοῦ
Πρὸς τὸν ἀπαίδευτα, Προμηθεύς εἶ ἐν λόγοις.
Πρὸς Νιγρῖνον ἐπιστολή.
Νιγρῖνος, ἢ περὶ τῶν φιλοσόφων ἤθους.
Δίκη φωνηέντων.
Τίμων, ἢ μισάνθρωπος.
Ἀλκυών, ἢ περὶ μεταμορφώσεως.
Προμηθεύς, ἢ Καύκασος.
Θεῶν διάλογοι.
Προμηθέως καὶ Διός.
Ἔρωτος καὶ Διός.
Διὸς καὶ Ἑρμοῦ.
Διὸς καὶ Γανυμήδους.
Ἥρας καὶ Διός.
Ἥρας καὶ Διός
Ἀπόλλωνος καὶ Ἡφαίστου.
Ἡφαίστου καὶ Διός.
Ποσειδῶνος καὶ Ἑρμοῦ.
Ἑρμοῦ καὶ Ἡλίου
Ἀφροδίτης καὶ Σελήνης.
Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος.
Διὸς, Ἀσκληπίου, καὶ Ἡρακλέους.
Ἑρμοῦ, καὶ Ἀπόλλωνος.
Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος.
Ἥρας καὶ Λητοῦς
Ἀπόλλωνος καὶ Ἑρμοῦ
Ἥρας καὶ Διός.
Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος
Θεῶν κρίσις.
Ἄρεως καὶ Ἑρμοῦ
Πανὸς καὶ Ἑρμοῦ
Ἀπόλλωνος καὶ Διονύσου.
Ἑρμοῦ καὶ Μαίας.
Διὸς καὶ Ἡλίου.
Ἀπόλλωνος καὶ Ἑρμοῦ.
Ἐταίροι διάλογοι.
Δωρίδος καὶ Γαλατείας.
Κύκλωψ καὶ Ποσειδῶνος.
Ἀλφειοῦ καὶ Ποσειδῶνος.
Μενελάου καὶ Πρωτέως.
Πανόπης καὶ Γαληνῆς
Τρίτωνος, Ἀμυμώνης, καὶ Ποσειδῶνος.
Νότου καὶ Ζεφύρου.
Ποσειδῶνος καὶ Δελφίνων.


Operum Luciani index. A priorem chartæ faciem, b posteriorem indicat.


Somnium seu uita Luciani. fol. 1.a
Cõtra eũ qui dixerat: Prometheus es in uer- Epistola ad Nigrinum. 4.b (bis. 3.a
Nigrinus, siue de moribus Philosophorũ. ibi.
Iudicium uocalium 9.b
Timon, siue Misanthropos 11.a
Halcyon, siue de transformatione 17.b
Prometheus siue Caucasus 16.b

DEORVM DIALOGI.

Promethei & Iouis 21.b
Cupidinis & Iouis ibi.
Iouis & Mercurij 22.a
Iouis & Ganymedis ibi.
Iunonis & Iouis 23.a
Iunonis & Iouis ibi.b
Apollinis & Vulcani 24.a
Vulcani & Iouis ibi.b
Neptuni & Mercurij ibi.
Mercurij & Solis 25.a
Veneris & Lunæ ibi.b
Veneris & Cupidinis ibi.
Iouis, Aesculapij & Herculis 26.a
Mercurij & Apollinis ibi.
Mercurij & Apollinis ibi.b
Iunonis & Latonæ 27.a
Apollinis & Mercurij ibi.
Iunonis & Iouis ibi.b
Veneris & Cupidinis 28.a
Dearum iudicium ibi.
Martis & Mercurij 30.a
Panos & Mercurij ibi.b
Apollinis & Bacchi 31.a
Mercurij & Maiæ ibi.b
Iouis & Solis ibi.
Apollinis & Mercurij. 32.a

DIALOGI MARINI.

Doridis & Galateæ 32.b
Cyclopis & Neptuni 33.a
Alphei & Neptuni ibi.b
Menelai & Protei ibi.
Panopes & Galenes 34.a
Tritonis, Amymones & Neptuni ibi.
Noti & Zephyri 34.b.
Neptuni & delphinûm 35.a

| | | |
|---|---|---|
| Ποσειδῶνος καὶ Νηρείδων. | Neptuni & Nereidum | 35.a |
| Ἰρίδος καὶ Ποσειδῶνος. | Iridis & Neptuni | 35.b |
| Ξάνθε καὶ Θαλάσσης. | Xanthi & Maris | ibid. |
| Δωρίδος καὶ Θέτιδος. | Doridis & Thetidis | 36.a |
| Ποσειδῶνος καὶ Ἐνιπέως. | Neptuni & Enipei | ibid. |
| Τρίτωνος καὶ Νηρείδων. | Tritonis & Nereidum | 36.b |
| Ζεφύρε καὶ Νότου. | Zephyri & Noti. | 37.a |
| Νεκρικοὶ Διάλογοι. | MORTVORVM DIALOGI. | |
| Διογένες καὶ Πολυδεύκες. | Diogenis & Pollucis | 37.b |
| Πλοῦτων, ἢ περὶ μισθοῦ. | Pluto, seu Contra Menippum | 38.a |
| Μενίππε, Ἀμφιλόχε, καὶ Τροφωνίε. | Menippi, Amphilochi, & Trophonij | 38.b |
| Ἑρμῆ καὶ Χάρωνος. | Mercurij & Charontis | ibid. |
| Πλούτωνος καὶ Ἑρμοῦ. | Plutonis & Mercurij | 39.a |
| Τερψίωνος καὶ Πλούτωνος. | Terpsionis & Plutonis | ibid. |
| Ξενοφάντε καὶ Καλλιδημίδου. | Zenophantæ & Callidemidæ | 39.b |
| Κνήμωνος καὶ Δαμνίππε. | Cnemonis & Damnippi | 40.a |
| Σιμύλε καὶ Πολυστράτε. | Simyli & Polystrati | ibid. |
| Χάρωνος καὶ Ἑρμοῦ. | Charontis & Mercurij | 40.b |
| Κράτητος καὶ Διογένες. | Cratetis & Diogenis | 42.a |
| Ἀλεξάνδρε, Ἀννίβε, Μίνωος, καὶ Σκιπίωνος. 42.b | Alexan. Anniba. Minois & Scipionis. | 42.b |
| Διογένες καὶ Ἀλεξάνδρε. | Diogenis & Alexandri | 43.b |
| Ἀλεξάνδρε καὶ Φιλίππε. | Alexandri & Philippi | 44.a |
| Ἀχιλλέως καὶ Ἀντιλόχου. | Achillis & Antilochi | ibid.b |
| Διογένες καὶ Ἡρακλέες. | Diogenis & Herculis | 45.a |
| Μενίππε καὶ Ταντάλε. | Menippi & Tantali | ibid.b |
| Μενίππε καὶ Ἑρμοῦ | Menippi & Mercurij | 46.a |
| Αἰακοῦ, Πρωτεσιλάε, Μενελάε, καὶ Πάριδος. | Aeaci, Protesilai, Menelai, ac Paridis. | ibid. |
| Μενίππε, Αἰακοῦ, Πυθαγόρε καὶ Σωκράτες. | Menippi & Aeaci | 46.b |
| Μενίππε καὶ Κέρβερε. | Menippi & Cerberi | 47.a |
| Χάρωνος, Μενίππε καὶ Ἑρμοῦ. | Charontis & Menippi | ibid.b |
| Πρωτεσιλάε, Πλούτωνος, καὶ Περσεφόνης. | Plutonis & Protesilai | ibid. |
| Διογένες καὶ Μαυσώλε. | Diogenis & Mausoli | 48.a |
| Νιρέως, Θερσίτε καὶ Μενίππου. | Nirei, Thersitæ & Menippi | 48.b |
| Μενίππε καὶ Χείρωνος. | Menippi & Chironis | ibid. |
| Διογένες, Ἀντισθένες, Κράτητος καὶ Πώλε. | Diogenis, Antisthenis & Crate. | 49.a |
| Μενίππε καὶ Τειρεσίε | Menippi & Tiresiæ | 50.a |
| Αἴακος καὶ Ἀγαμέμνονος. | Aiacis & Agamemnonis | 50.b |
| Μίνωος καὶ Σωστράτε. | Minois & Sostrati | ibid. |
| Μενίππε καὶ Φιλωνίδε, ἢ Νεκυομαντία. | Menippus, seu Necyomantia | 51.a |
| Ψήφισμα. | Decretum contra diuites | 54.D.E. |
| Χάρων, ἢ Ἐπισκοποῦντες. | Charon, siue Contemplantes | 54.b |
| Περὶ Θυσιῶν. | De Sacrificijs. | 59.a |
| Βίων πρᾶσις. | Vitarum auctio | 61.a |
| Ἁλιεύς. | Piscator, seu Reuiuiscentes | 65.a |
| Καταπλους, ἢ Τύραννος. | Cataplus, siue Tyrannus | 71.b |
| Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. | De mercede conductis. | 76.a |


Apologia

| | | |
|---|---|---|
| ἀπολογία τοῦ τὴν ὠδὴν μισθῷ συνόντων. | Apologia pro mercede conductis | 84.a |
| ὑπὲρ τοῦ ἐν τῷ προσαγορεύσει πταίσματος. | Pro eo q̃ inter ſalutandũ uerbo lapſus fuerat | |
| Ἑρμότιμος, ἢ περὶ αἱρέσεων. | Hermotimus, ſiue de ſectis 89.a | (86.b |
| Ἡρόδοτος, ἢ Ἀετίων. | Herodotus, uel Aetio | 106.b |
| Ζεῦξις, ἢ Ἀντίοχος. | Zeuxis uel Antiochus | 108.a |
| Ἁρμονίδης. | Harmonides | 110.a |
| Σκύθης, ἢ πρέσβεις | Scytha, uel Hoſpes | 111.a |
| Πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν. | Quomodo hiſtoria ſcribenda ſit | 113.b |
| Ἀληθοῦς ἱστορίας λόγος πρῶτος. | Hiſtoriæ ueræ lib.1. | 122.a |
| Δεύτερος. | Lib.II. | 127.a |
| Τυραννοκτόνος | Tyrãnicida 132.b. Decla. Eraſ.reſp. | 135.b |
| Ἀποκηρυττόμενος. | Abdicatus | 151.b |
| Φάλαρις πρῶτος. | Phalaris primus | 156.b |
| Δεύτερος. | Phalaris ſecundus | 159.a |
| Ἀλέξανδρος, ἢ Ψευδομάντις. | Alexander, ſeu Pſeudomantes | 160.b |
| Περὶ ὀρχήσεως. | De ſaltatione | 168.b |
| Λεξιφάνης. | Lexiphanes | 176.b |
| Εὐνοῦχος. | Eunuchus, ſeu Pamphilus | 180.b |
| Περὶ ἀστρολογίας. | De Aſtrologia | 182.a |
| Δημώνακτος βίος. | Demonactis uita | 184.a |
| Ἔρωτες. | Amores | 188.a |
| Εἰκόνες. | Imagines | 197.a |
| Ὑπὲρ τῶν εἰκόνων. | Pro imaginibus | 201.a |
| Τόξαρις, ἢ φιλία. | Toxaris, ſiue de amicitia | 205.b |
| Λούκιος, ἢ ὄνος. | Lucius, ſiue Aſinus | 215.a |
| Ζεὺς ἐλεγχόμενος. | Iupiter confutatus | 222.a |
| Ζεὺς τραγῳδός. | Iupiter Tragœdus | 225.a |
| Ὄνειρος, ἢ ἀλεκτρυών. | Somnium, ſeu Gallus | 233.a |
| Ἰκαρομένιππος, ἢ ὑπερνέφελος. | Icaromenippus, ſiue Hypernephelus | 239.b |
| Δὶς κατηγορούμενος, ἢ δίκη. | Bis accuſatus, ſeu Fora | 245.a |
| Περὶ παρασίτου, ὅτι ὅτι τέχνη ἡ παρασιτική. | De paraſito, ſeu quòd ars ſit paraſitica | 251.b |
| Ἀνάχαρσις, ἢ περὶ γυμνασίων. | Anacharſis, ſeu de Gymnaſiis | 259.a |
| Περὶ πένθους. | De luctu | 266.a |
| Ῥητόρων διδάσκαλος. | Rhetorum præceptor | 267.b |
| Φιλοψευδής, ἢ ἀπιστῶν. | Philopſeudes, ſiue incredulus | 271.a |
| Ἱππίας, ἢ βαλανεῖον. | Hippias, ſeu Balneum | 277.a |
| Προλαλιά, ἢ Διόνυσος. | Allocutio, ſeu Bacchis | 278.b |
| Προλαλιά, ἢ Ἡρακλῆς. | Præfatio, ſeu Hercules Gallicus | 280.a |
| Περὶ τοῦ ἠλέκτρου, ἢ τῶν κύκνων. | De Electro, ſeu cygnis | 281.a |
| Μυίας ἐγκώμιον. | Muſcæ encomion | 281.b |
| Πρὸς τὸν ἀπαίδευτον, καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον. | Aduerſus indo.lib.ſupellecti.tumentẽ. | 283.a |
| Περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ. | De non temere credẽdo calumniæ | 286.b |
| Ψευδολογιστής, ἢ περὶ τῆς ἀποφράδος. | Pſeudologiſta, ſiue de Apophrade | 289.b |
| Περὶ τοῦ οἴκου | De domo | 294.a |
| Μακρόβιοι. | Macrobij | 297.b |
| Πατρίδος ἐγκώμιον. | Patriæ encomion | 300.a |

| | |
|---|---|
| περὶ τῶν διψάδων. | De dipsadibus 301.a |
| Διάλεξις πρὸς Ἡσίοδον. | Dissertatio cum Hesiodo 302.b |
| πλοῖον, ἢ εὐχαί. | Nauigium, seu uota 303.b |
| Τραγοποδάγρα. | Tragopodagra 309.b |
| Ὠκύπους. | Ocypus 314.a |
| Ἑταιρικοὶ διάλογοι. | DIALOGI MERETRICII. |
| Γλυκέρα καὶ Θαΐς. | Glycera & Thais 316.a |
| Μυρτίον, Πάμφιλος, καὶ Δωρίς. | Myrtium, Pamphilus & Doris ibid.b |
| Μάτηρ καὶ Φίλιννα. | Mater & Philinna 317.a |
| Μέλιτται καὶ Βακχίς. | Melissa & Bacchis ibid.b |
| Κλωναρίον καὶ Λαῖνα. | Clonarium & Leæna 318.a |
| Κρωβύλη καὶ Κόριννα. | Crobyle & Corinna 319.a |
| Μάτηρ καὶ Μουσάριον. | Mater & Musarium ibid.b |
| Ἀμπελὶς καὶ Χρυσίς. | Ampelis & Chrysis 320.a |
| Δορκὰς, Πανυχὶς, Φιλόστρατος, καὶ Πολέμων. | Dorcas, Pannychis, Philostratus, Pole. ibid.b |
| Χελιδόνιον καὶ Δροσή. | Chelidonium & Drose 321.a |
| Τρύφαινα καὶ Χαρμίδης. | Triphæna & Charmides 322.a |
| Ἰόεσσα, Πυθιὰς καὶ Λυσίας. | Ioëssa, Pythias & Lysias ibid.b |
| Λεοντίχης, Χαιρίδας, καὶ Ὑμνίς. | Leontichus, Chenidas & Hymnis 323.b |
| Δωρὶς καὶ Μυρτάλη. | Dorio & Myrtale 324.b |
| Κοχλὶς καὶ Παρθενίς. | Cochlis & Parthenis 325.a |
| Περὶ τῆς τοῦ περιγρίνου τελευτῆς. | De morte Peregrini ibid. |
| Δραπέται. | Fugitiui 330.b |
| Τὰ πρὸς Κρόνον. | SATVRNALIA |
| Ὄρθρος καὶ Κρόνος. | Sacerdos & Saturnus 334.a |
| Κρονοσόλων. | Cronosolō, id est Saturnaliū legū lator 335.b |
| Ἐπιστολαὶ κρονικαί. | EPISTOLAE SATVRNALES |
| Παὶ Κρόνῳ χαίρειν. | Ego Saturno Salutem 337.a |
| Κρόνος ἐμοὶ τῷ τιμιωτάτῳ χαίρειν. | Saturnus mihi charissimo S. ibid.b |
| Κρόνος τοῖς πλουσίοις χαίρειν. | Saturnus diuitibus 338.b |
| Οἱ πλούσιοι τῷ Κρόνῳ χαίρειν. | Diuites Saturno 339.a |
| Συμπόσιον, ἢ Λαπίθαι. | Symposium, uel Lapithæ 339.b |
| Περὶ τῆς Συρίης Θεοῦ. | De Syria Dea 345.a |
| Δημοσθένους ἐγκώμιον. | Demosthenis encomium 352.a |
| Θεῶν ἐκκλησία. | Deorum concilium 357.a |
| Ψήφισμα. | Decretum. 359.a |
| Κυνικὸς καὶ Λυκῖνος. | Cynicus ibid.b |
| Ψευδοσοφιστὴς, ἢ σολοικιστής. | Pseudologista 362.a |
| Φιλοπάτρεις, ἢ διδασκόμενος. | Philopatris, seu qui docetur 364.b |
| Χαρίδημος, ἢ περὶ κάλλους. | Charidemus, siue de pulchritudine 368.b |
| Νέρων, ἢ περὶ τῆς ὀρυχῆς τοῦ Ἰσθμοῦ. | Nero, siue de fossione Isthmi 372.b |
| Hic Dialogus non est Luciani, Sed neque hic. | Palinurus 374.a |
| | Virtus Dea. 381.b |

# INDEX ALPHABETICVS in Luciani opera.


A

A Deo inuiti agimur. 46.F
Ab Aeaco parum abesse, prouerb. 84.F
Abauchas & Gyndanes Scythæ, nobile amicorum par. 214.G.H
Abderitica febris. 113.G
Abdicationis causſæ. 151.K. & dein. 155.A
Aboni murus. 161.K
Abonotichitarum ciuitas. 166.K
Abrœa Luciani matris amica. 215.G
Abrotanum meretrix. 316.E
Absurdis statim initiò repugnandum. 104.B.C
Abundantiam rerum omnium natura nobis indulsit. 360.D
Abyrtace quid. 180.D
Academicorum dogmata. 63.D
Academici in cãpo Elysio non sunt. 129.B
Academia & pro se & contra se causſam perorans. 247.K
Accidens, & præter accidens. 63.K
Accisſantes in muneribus oblatis. 79.C
Accurata uictus ratio longæuos facit. 298.B.
Accubitus honoris contentio. 340.K
Accusſatio & confutatio deorum gentiliũ. 365.E.F
Accusſatio rei cum defensſione eiusdẽ componenda. 287.H
Accusſationes & laudes historici quales esse debeant. 121.H
Accusſationes manium apud Rhadamanthum. 75.D
Acherontica palus. 266.E
Acinacis & Zamolxis & uentus dij Scytharum. 112.B.211.E
Acis meretrix. 318.A
Achilles qualis fuerit. 44.K.236.I.312.K
Achilles ut permotus ad armorum aspectum. 294.K.
Achilles inter uirgines latitans. 318.I.
Achillis fatum. 366.H.I
Aconitũ nõ in õni quãtitate occidit 104.H
ἄκρα quæ dicantur. 180.F
Acragãtini Græci sunt, & Dores. 159.B
Acrisius Danaës pater nimium in filiam zelotypus. 36.B. Eius custodiæ ut deceptæ. 236.A
Actæon à canibus discerptus. 27.D. 325.I. 335.F.
Actionum uariarum species. 247.G
Actionis uis. 354.D
Actus nostri liberine sint, an ex fato & necessitate. 51.A.B
Acus candefactæ usus in signis resignãdis. 163.F.
Ad aquam dicere, & ad aquam scribere. 353.H.
Adamantinæ mentis philosophi. 163.A
Admirationi esse cupiunt diuites. 7.H
Adolescentes à philosophis nõ bene informentur moribus. 105.I.K
Adolescentes, securiores sunt. 143.A
Adolescentes tredecim pro puella una se morti obijcientes. 371.F.G
Adolescentes ut pecunias ad amores suos à parentib. extorqueant. 320.B
Adolescentum reuerentia. 276.K
Adolescẽtia ad uoluptatem, pcliuis. 353.F
Adorandi mirus mos. 351.K
Adorari se qdã uolũt & exosculari. 7.E
Adorari se permittentes tyranni, apud inferos ridentur. 38.E
Adoratio Indorum qualis. 170.H.I.
Adrastea à tergo assistens ultrix. 85.F. 323.A.
Adrasti fatum. 224.B
Aduersa quæ mutuò amici ferunt, leniora. 192.F.
Adulatio malum maximè seruile. 85.I.
Adulatio dominorum doctos se uideri uolentium. 83.A
Adulatio ridiculorum. 81.I.
Adulator ne sit historicus. 119.K
Adulatores, diuitum assseclæ. 16.B
Adulatores & palæstrici aulæ accommodati. 77.D.E
Adulatores, odiosi. 115.F
Adulatores perniciosiores sunt ijs quibus adulantur. 7.G
Adulatorum dolus aduersus adolescentes. 207.H.
Adulatores tyrannorum. 372.F
Adulter deprehensus impune occiditur à marito. 148.A
Adultera à mœcho suo occisa. 208.C
Adulteræ mulieris uaframenta ad captãdos adolescentes. 207.F.G
Adulteræ uelut quædã descriptio. 250.G
Adulteriũ eunucho obiectũ. 181.I.348.K
Adulterium Martis & Veneris unde cõfictum. 183.G.H
Adulterij fœdus exitus. 208.C
in Adulteros Salethi legis seueritas. 85.a.b
Adyrmachus Machlynæ dux. 212.C
Adytum miræ uenerationis. 350.B
Aeacus portorio apud inferos colligendo præfectus. 55.D. Eius regia. 166.E.
Aeacus Mercurium obiurgans. 72.E
Aedes ĩ re familiari primũ parãda. 306.c
Aedis sacræ opulentæ descriptio 350.A.B. & dein.
Aedium conductarum preciũ diuites pauperibus Saturnalib. soluant. 336.G
Aedificij commodi architectatio. 278.F
Aedificia aurata nõ plus tegunt quàm casſæ. 360.I.
Aegiali. 167.K
Aegisthi pictura. 297.D. fatum. 366.K
Aegrotantium alimenta, prouerb. 77.g
Aegroti hominis immutatio. 210.C
Aegroti tollẽdi ratio callidiſsima. 144.K
Aegyptij, nouitatis admiratores non sunt. 4.B.358.G.
Aegyptiorum characteres hieroglyphici. 98.E.
Aegyptiorum saltatio. 171.H.I. diuinatio. 182.G.
Aegyptiorum dijs ridiculi. 60.B.199.E. 205.D.231.K.232.A
Aegyptij, agricolæ. 242.F
Aegyptiorum sepultura. 267.G
Aegyptiorum sacri scribæ lõgæui. 298.B
Aegyptiaca coma. 304.C
Aegyptij philosophi. 331.G
Aegyptij lingua ridiculè imitata. 342.B
Aegyptij, hominum antiquissimi. 345.K
Aeneas cur Veneris filius putatus. 183.E. F. Eius pietas. 374.C. trepidatio in tempestate. 374.K. animi præsentia. 380.F
Aeolocentaurus. 127.C
Aequalibus inuidiosum esse, gloriosum. 156.E.
Aequalitas apud inferos. 44.I.K.48. K.53.G.
Aequalitas, iustitiæ pensum. 287.G
Aer in calicem expressus, pro potu. 124.K
Aer intextus araneis. 123.I.K
Aerea nauigatio 123.C
Aerocordaces & Aeroculices. 123.K
Aésne an aurum præstantius. 56.K
Aes alienum pauperum, diuites Saturnalibus soluant. 336.G
æris ac ferri sonitum spectra non ferant. 273.A.
Aeschyli pugillarium precium. 285.B.
Aeschyl° ebrius trágœdias scribebat. 353.b
æschines tympanistriæ filius. 2.G.85.F. parasitus. 255.D
Aeschines & Demosthenes optimi imitatores. 200.E
Aesculapius & Hercules de discubitu contendentes. 26.C. & dein.
Aesculapius supposititius deus. 162.A. bis natus. ibid. & 165.G. deus assscriptitius. 358.B.
Aesculapij miseria. 243.F. honos. 354.K.
Aesculapius ut morbos curaret. 272.K
Aesopus phryx apud beatos inferos pro morione. 129.A. fabularũ scriptor. 241.c
Aesopicus apologus nunquam serum esse de uia mala resipiscere. 206.F
Aetas uniuersa hominum uelut momentum est ad æternitatem. 18.A
Aetate minuuntur cupiditates. 133.C
Aetas ex dẽtibus in brutis cõijcitur. 219.g
Aetas mulieris formosæ. 198.F
Aethiopes Iouẽ perpetuis duodecim diebus epulis excipiunt. 59.G
Aethiopum saltatio. 170.H
Aethiopum sapientia. 182.E
ad Aethiopas sæpe dij comessatũ eũt 231.b

Aethiopem lauare, adagio. 256.F
Aëtiõ pictor ut illustris ac notus euaserit. 107.E.198.G.
Affectatio nimia simulationis, in uerum exiens. 176.B.C.D.
Affectus iudicium peruertunt. 136.C.D
Affectus quo quis plus laborat, facilior expugnatu. 288.K
Affectuum impetu quouis auferũtur diuites. 361.I.K
Affinitatis symbolum, poculum. 209.F
Afranius Centurio rhetor. 117.I.
Agamemnonis descriptio. 114.I. 205.A.
Agatharchides historicus. 299.F
Agathoclis Peripatetici philosophi falsa irrisio. 186.D
Agathoclis & Diniæ amicitia. 207.E
Agathoclis Samij periculum. 288.I
Agathoclis Siciliæ tyrãni senectus. 298.F
Agenor Europæ pater. 37.A
Aglaiæ filius pulcher. 372.B
Agrorum amœnitas. 365.D.368.H
Agrorum de finibus contendentes, quàm ridiculi. 242.G.H
Agricolarum uaticinia. 303.E
Aiax Vlyssem oderat. 50.H.I
Aiacis colophon, se iugulare. 117.K
Aiacis Telamonij causa. 128.C.K.129.H
Aiacem furentem saltãs, ipse furens effectus. 176.A.B
Alæ alcyonis miræ magnitudinis. 131.F
Alæ ingentes. 123.D
Alas ut sibi aptarit Icaromenippus. 241.c
Alani non magnopere sunt comati. 213.D
Alapæ nõnũquã amasiis impingẽdæ 320.d
Albedo mulierum nimia ne sit, sed rubedini iuxta. 198.G.H
Albus color, probatissimus non est. 264.B
Alcæus Milesius Nicostrati amasius. 115.b
Alcmenæ stuprum ab Ioue. 25.C. & dein.
Alcibiadis eloquentia. 113.D
Alcibiades cur Socrati adamatus. 192.B. 196.C.197.B.
Alcibiades nepos pditissimus. 224.f. 330.e
Alcestis ex inferis reuersa. 266.F
Alcidamantis Cynici philosophi ridicula. 341.C. & dein. 343.I. 345.A.
Alcyonis nidus miræ magnitudinis. 131.F
Alcyonis transformatio. 17.H
Aleæ naufragum. 334.I
Aleam in uno uiro iacere. 110.K
Alexandri magni contentio cũ Annibale & Scipione. 42.G. 128.D. Eius uirtus eleuatur. 44.C.E.F.
Alexandri magni superbia irrisa, qui se ut deum coli fiuerit. 43.F
Alexandri candor, in bonum omen uertẽtis quod infaustũ alioq uidebatur. 88.c
Alexandri & Rhoxanes nuptiæ depictæ. 107.E
Alexander falsis laudibus non pascebatur. 115.F.G
Alexãdri ægroti uidẽdi cupiditas in populo suo. 162.K
Alexãdri modestia erga architectũ qui se in Athomontẽ efformare uolebat. 202.d
Alexãdri Macedonis insania in apotheosi Hephæstionis. 288.G.H
Alexander in Cydno se lauit. 294.E
Alexandri magni res gestæ ab Onesicrito scriptæ. 298.K
Alexandri Abonotichitæ pseudomantis descriptio. 160.H.I. & dein per tot.
Alexandri pseud. mors. 168.G
Aliena accipientes, iniusti. 254.D
Alimenta Cynicorũ paratu facilia. 361.E
Alisodemus poeta. 354.K
Allectiua ad se. 296.A
Aloa festa. 326.B
Aloei filiorum temeritas. 55.F
Alpheus Arethusam amans. 33.G.H
Alta seu nutrita male, tabescunt. 360.C
Alternis dicendi mos Platonicus. 344.B
Alterum pedem in cymba Charontis habere, prouerb. 84.F
Alumni sui amans parasitus. 257.D
Alys fluuij alucus una nocte circunductus 277.I.
Amabilis ut fiat Iupiter, Cupidinis consilium. 22.B
Amabiliũ omniũ studiosus Lucianus 67.G
Amabilitas & Cupido Paridis comites in rapienda Helena. 30.C
Amantis indicia. 320.D
Amantium in longum protractio ab amatis, tandem utrosque fallit. 78.A
Amasius amatorem tollens. 238.F
Amastris Ponti urbs. 164.C.214.B
Amator Veneris cum signo illius marmoreo congrediens. 190.H
Amator meretrici pollicitis illudẽs, & ab ea etiam rem auferens. 319.H.I
Amator peregrè reuersus ut sit ab amica accipiendus. 320.H.I.K
Amator ad paupertatem redactus, à meretrice iectus. 324.F
Amatoris cuiusdam impotentis historia. 190.E.F. & dein.
Amatoris à meretrice abstracti & philosopho in disciplinam dati dolor apud meretricem. 321.E.F
Amatori suo uxorem ducendam meretrix exprobrat. 316.G.H
Amatores tracundi. 31.I
Amatores ut captãdi meretricibus 319.d.e
Amatorum uoluptas. 188.E
Amatoria incantatio. 318.C
Ambitionis uis. 325.F
Ambitio philosophorum. 340.K
Amica potitus amicus ope amici 212.B.C & dein.
Amicã amator in lecto auersans. 312.B.G
Amicas extinctas plures secuti sunt quàm filios. 144.F
Amictus formosæ mulieris. 198.H
Amictus uitreus, & amictus æreus. 125.B
Amicus errans, ab amico in rectam uiam reducendus. 103.K
Amicus amicum præmio singularis certaminis subleuans. 214.F.G
Amicus criminis se deferens amici causa. 210.F.
Amicus tãquã mẽbrũ corporis nostri 213.f
Amicus uix est, cum quo non aliquãdo cibum sumpseris. 254.E
Amici precium. 212.D.E.233.E
Amici gratia qdã se castrabãt. 349.D
Amici salus, uxori ac liberis prælata. 214.H.I.
Amici etiã Regibus formidandi. 238.B
Amici mensæ. 11.D.E
Amici parum fideles Græci. 206.K
Amici perfecti rari. 206.F
Amici usq; ad pecunias philosophi. 69.G
Amici tyrannorum ac regum simulati omnes. 73.F
Amici uulgares. 206.F
Amicorum delectus habendus. 11.D
Amicorũ iter se dulcissimus cõuictus 377.b
Amicorũ quina paria tã Scytharũ quàm Græcorũ recẽsentur. 207.D.E.F. et dein.
Amicos ut eligant Scythæ. 211.B
Amicitia locupletum, sæpe seruitus. 76.F
Amicitia Thesei & Pirithoi. 370.I
Amicitiæ repentina conciliatio. 167.H.I
Amicitiæ bonum. 185.B
Amicitiæ laus ac descriptio. 205.F.G. & dein per tot.
Amicitia uera intra ternariũ cõsistit. 211.D
Amicitiæ ueræ efficacia. 211.I
Amicitiæ præmium. 214.K
Ammonis oraculum apud Libyes. 181.I.
Amœnitatis uis ac potentia. 294.E
Amor mortalibus iucundissimus. 171.C
Amor uter potior, masculorũne, an fœminarum. 188.G
Amor puerorũ socraticus cõfutatus 191.h
Amor deus duplex. 194.C
Amor quàm exitiosus. 207.F.G.
Amor à studio literarũ auocans. 273.E.F
Amor in animis humanis duplex. 353.G
Amoris cõciliatio per magum. 273.F.G
Amoris feruentis indicia. 320.D
Amoris mansuetudo & blanditiæ. 369.I
Amoris mira depositio. 175.B
Amoris scala ac gradus. 196.K
Amoris uis. 23.I.25.I.K. 347.b. 348.F.
Amorem præposterum solos philosophos decere. 194.B.C
Amorem suum erga adolescentes ne nimis deperiant meretrices. 323.B
Amore capti ex somnijs. 104.A
Amore suo frustrata mulier in eunucho, se ipsa interficit. 349.E
Amores Iouis. 60.B
Amores ut pereant. 320.B

Amores alienos traducendi mos apud Athenas. 317.K
Amores & præposteri, & naturales. 187. K. & dein per tot.
Amores meretricii ut ponantur 320.C.
Amoribus suis fruendi uel publice, mira astutia. 165.H
Ampelis meretrix. 320.D
Amphiareus uates. 163.C
Amphisbæna. 301.I
Amphitryoni assimilatus Iupiter Herculē genuit. 369.H
Amusi odiosi. 332.I
Amymones raptus fabula, 34.E.F. & dein.
Anacharsis Scytha & Toxaris Athenas ingenij excolendi gratia adierūt. 111. E H.I. & dein.
Anacharsis solus ex barbaris apud Atheniēses ciuitate donatus. 111.I
Anacharsis inter beatos. 128.K
Anacharsis peregrinatio. 260.H.261.F
Anacreontis poetæ senectus. 299.K
Anaxagoras ἄθεος. 11.H
Anaximenes Chius ut innotuerit. 107.E
Ancillæ de domino quæstio. 357.B
Ancillæ Palæstræ dicacitas ac procacitas & lasciuia. 215.K
Ancillarum amor quò prosit. 215.I
Ancillis suis nonnunquam scorta uelut ad escam utuntur. 321.A
Ancora sacra. 331.A
Ancoræ uitreæ. 127.D
Androcles Epicharis F. 368.I
Andromedæ fabula. 36. F.G. 113.I. Eius pictura. 297.B.C
Anemodromi. 113.H
ἀντιμοφόρκια pocula. 180.D
Angina appellatus quidam. 293.E
Anhelitus grauis exprobratio, in uxorem à uiro reiecta. 96.B
Anima ut purgetur à nota peccati iniusta. 75.E
Anima beatorum qualis. 128.F
Anima nobis non una. 186.B
Animæ tres partes. 174.H
Anima de cælo ab Apolline in corpus immittitur. 236.F
Anima immortalis. 41.I.186.E.282.H
Animæ mortuorū an se uiuis hominibus ostendant. 275.H.I.K
Anima de corpore egrediens, & in id reuertens. 282.H
Animalia nulla præter hominem legē naturæ uiolant. 191.G
Animo attēdēdo magis quàm lingua. 89.B
Animus historici tanquam speculum esse debet. 120.K
Animus hominis ingenioſi & solertis scopo sagittariorum similis. 9.C
Animus nonnunquam relaxandus. 288.A
Animus humanus ut expugnetur. 289.a.b
animi dotes exteriorem pulchritudinem exornant. 199.C.D
Animi molestiæ non ita usu leniuntur, ut corporis. 376.H
Anniceris philosophi mira aurigandi peritia. 354.F
Anni cursum Aegyptij ex sole definierūt. 182.G
Annosa meretrix ætatem dissimulat. 322.d
Annulus Apollinē inclusum habens. 277.a
Annuli ferrei miraculum. 274.A.K
Annulorum mirificorum uotum. 308.I.K
Annulorum ornatus in digitis mulierum. 295.D.
Annuli allusio in re obscœna. 185.I
antagonistes Philippi Demosthenes. 356.c
Anteæ Scytharum regis senectus. 298.G
Antelucanum frigus. 233.H
ἀνθεστήρια, Proserpinæ festum. 290.B
Antiæ calumnia de Bellerophonte. 289.E
Antigerio pro ualde. 270.A
Antigoni Demetrij filij senectus. 298.H
Antigoni Lusci Macedonū regis senectus. 298.G.
Antigonus medicus. 272.E
Antilochus uates. 163.C.358.I.
Antimachi poetæ locus irrisus. 131.I.K
Antiochus Seleuci filius Stratonicen nouercam deperijt. 119.C.242.C
Antiochi Soteris uisum. 88.D. Eiusdē pugna cum Galatis. 109.D.E
Antiocheni saltationis studiosi. 175.C
Antipatri senectus. 298.H
Antipater Macedoniæ custos. 307.G
Antipater Tarsensis Stoicus. 345.G
Antiphilus Apellis æmulus. 287.B
Antiphilus medicus. 209.I.K. & dein.
Antipho somniorum histrio. 130.K.
Antipodes non crediti. 186.A
Antisthenis auctoritas. 331.I.
Anubis canis deus. 63.E. 358.G. Eius simulachrum ex solido auro. 226.G
Anus septuagenaria fictè à rhetore iuuene adamata. 271.B
Anus uetulæ libertas aduersus Pyrrhum. 285.G.H.
Anus Syra uenefica. 318.C
Anyti & Meliti in Demonactem insurgentes. 185.C
Aorna Indica. 90.D
Aornos mons præruptus. 268.I.
Apathiam damnat. 8.C.D
Apelles calumniæ picturam qua occasione finxerit. 287.B
Apri Calydonij tergus Tegeatæ pro miraculo ostendunt. 285.A
Aper Calydonius. 342.I.K.343.D
Aphidna Atticæ regionis oppidum. 370.I
ἀφισᾶν & ἀφισάνειν differentia. 363.C
Aphrodisia, Veneris festa. 324.H
Aphyæ pisces. 71.C.ad marginem.
Apis bos Aegyptiorum. 61.C.D.182.H. 358.G.
Apis, mellis effectrix diuina. 18.F
Apum rex unicus est. 145.H
Apologia pro mercede cōductis. 84.E.F. & dein.
Apologiæ philosophorum. 158.E
apologia Luciani pro apophrade 289.K
Apologus Æsopi de instituendo uel sero optimo genere uitæ. 106.F.F
Apollo in amoribus infelix. 26.I.
Apollinis obtrectatio. 27.B
Apollinis res. 59.I.K.
Apollinis Delphici oraculum cur tātoperē auctum. 160.C
Apollinis natiuitas. 165.G
Apollo Admeto seruiens. 223.F
Apollo Crœso cur infensior. 224.C
Apollinis oracula ridicula. 226.C
Apollo, iuuenis & imberbis, & filius eius Æsculapius barbatus. 229.D.E
Apollinis subsidia in respōsis dādis. 229.K
Apollinis oraculū à Momo irrisum. 230.c
Apollinis labor. 245.B
Apollinis signum contra pictorum uulgarium morem effigiatum. 350.F
Apollinis scelera. 365.G
Apollinem præ se contēnebat Nero 373.a
Apollodori chronica. 299.F
Apollodori rhetoris senectus. 299.I.
Apollonius Tyaneus. 161.E
Apomnemoneumata Demonactis. 185.E
Apophradis uocabulum in usu esse. 290.C & dein. 291.D.G.
apostoli uelut seu nuncij Alexandri pseudomantis. 163.K
apparitiones terribiles. 364.K. & 365.B
appensis aut admotis forinsecus morbos intrinsecos non tolli. 272.H
aqua apud Aegyptios communiter pro deo colitur. 231.K
aqua ex Lucifero. 125.K
aqua hinc & hinc diuisa uoraginē ingentem in medio aperiens. 131.K
aqua in Olympiā primùm deducta. 327.g
aquæ è mari petendæ ritus. 351.E
aquæ fontanæ miranis. 279.I
aquæ immersa, maiora apparent. 281.I
aquæ leniter susurrātis murmur. 365.D
aquæ potus salubritas. 298.C
aquæ, puta baptismalis, renouatio. 366.E
aquam bibebat Demosthenes scripturus aliquid. 353.H
aquā in mortario tundere, prouer. 105.G
aquaria horologia antiquorum. 66.G
aquarius mirabilis. 276.K
aquilarum pulli ut probentur. 70.I
aquilæ usus perspicacissimus. 242.A
aquilæ sacræ & mansuetæ. 351.A
aquilæ Iouis. 358.F
aræ deos esse an probent. 233.a.b
aræ Dianæ Tauricæ pernicioſæ. 232.C
ara in medio lacu celebris. 351.C
arabia caua non serebatur. 86.a

Arabiæ terræ odor. 350.A
Arachnes temeritas. 313.H
Araneæ Cycladibus insulis maiores. 123.I
Araneæ telæ fragmenti uinculum. 124.E
ex Araneaꝝ telis purpureæ ueſtes. 128.F
Araneus muſcæ inimicus. 282.B
Arbitrij noſtri an ſimus 46.E.51.A.B.85.h
Arborei homines. 124.I
Arbores in gurgite ſtantes. 131.H
Arbores è micante uitro. 128.H
Arca diluuij Deucalionei. 172.G.345.F
Arcana alienaꝝ ædium ut luſtres. 238.K.
Arcana libellorum obſignatorum peruerſligandi ratio. 163.E
Arcana periculoſa non temere ſcriptis aut conſcientiæ alienæ credenda. 164.K
Archelaus poeta tragicus. 113.H
Archias qui fuerit. 355.A
Archilochus poeta Iambicus. 290.D
Archimedis laus. 277.H
Archiplani. 211.F
Architectum qui Atho montem ad imaginem Alexandri effingere uolebat, Alexander non probauit. 115.G
Architecti cuiuſdã Gnidij aſtutia in propaganda ſui nominis memoria. 121.K
Architecti induſtrij laus. 278.H
Architectura pulchræ domus. 295.C
Arcum Herculis Philoctetes ſolus tendere poterat. 283.K
Arenæ uſus & commoda. 264.A
Arena Libyæ feruens. 301.F.G
Areius pagus Athenis. 67.D.
Areopagitæ noctu & in tenebris iudicãt. 102.B.161.I.K.296.G.
Areta Alcinoi uxor. 200.G
Arethuſa fons liquidus. 33.H
Arganthonij regis ſenectus. 298.F
Argentarijs comparati philoſophi. 102.K
Argentum & aurũ poſſidere auerſantes, & latifundijs inhiantes. 233.G.H
Argui de caua Arabia ſerenda uix unquã cogitent. 86.A
Argus bubulcus multoculus. 22.C.378.I
Argûs carina loquens. 233.K
Argumenti nouitas quàm artis præſtantia uulgo magis placet. 109.C
Argumenti uberrimi pars una ſaltem tractanda. 354.D.E
Ariadnes filum in Labyrintho. 98.K
Ariadne ut dea effecta ſit. 358.A
Ariarathæ Cappadocũ regis ſenect. 298.I
Aries cæleſtis. 182.H
Arignotus pythagoricus philoſop. 275.H
Arioli & magi diuitibus placent. 81.I
Arionis fabula. 35.B
Ariſtænetus philoſophus. 321.F.Eius cõuiuium. 340.B & dein.
Ariſtander & Artemidorus ſomniorũ interpretes. 367.F.G
Ariſtarchus perſtrictus. 129.D
Ariſtides iuſtus Rhadamãthi aſſeſſor. 128.D.Eius miſeria. 224.F.calumnia. 285.G integritas. 355.E.
Ariſtides paraſitus Armodij. 257.C
Ariſtippus Cyrenæus inferis ſuſpiciendus. 53.E.paraſitus. 255.D.
Ariſtippus & Epicurus inter beatos primi. 129.A
Ariſtippus mollis ne, an fortis. 249.F
Ariſtobulus hiſtoricus Alexandro inuiſus cucomiaſtes. 115.F
Ariſtobuli Caſſandræi ſenectus. 299.G
Ariſtodemus ſceleratus. 161.B
Ariſtonicus proditor. 355.G
Ariſtophanes & Eupolis Socratem irridebant. 68.E
Ariſtophanes mendacij perſtrictus. 125.G
Ariſtotelis exiſtimatio eleuata. 43.K
Ariſtotelis de Demoſthene teſtimõiũ 356.d
Ariſtoxenus muſicus nelei paraſitus. 255.F
Arithmetica ubique una. 254.I
Arius pugil. 129.G
Armatum ſemper incedere, ſuperuacuum eſt in pace. 264.H
Armorum ornatus. 324.A
Armis pulchris ornatus fugiẽs, notabilior. 296.F
Armis ueris exercẽdi adoleſcẽtes. 264.F
Arrianus Epicteti diſcipulus. 160.I
Arrogantiæ miſer exitus. 329.E
Arſacidæ rationem pulchri non habebant 295.B
Arſacis Medorum præfecti mors. 49.F
Arſacomas ut amoribus ſuis potitus. 212.C.D.& dein. eius robur. 213.K
Ars longa, uita breuis. 101.I
Ars ad qd ualeat. 119.C.q̃ dicatur. 252.D
Ars & natura adſint hiſtorico. 119.D
Ars unaquæq; ſuapte natura ſcita. 182.e
Ars ut diſcatur, moleſtiam habet. 253.H
Artes à uerberibus malè auſpicãtur iuuenibus. 1.G.2.H
Artis præſtantia auctorẽ ſuũ euehit. 107.E
Artem non tam admirãtur imperiti, quàm nouitatem ac peregrinitatem. 109.B
Artis ignotæ nulla gratia. 110.E.
Artis præſtantia ut nobilis fiat. 110.F
Artis medicinæ fiducia. 152.F.G
Artes liberas eſſe. 155.B.C
Artẽ filius ſuo ſumptu diſcẽs, an eius fructum patri debeat. 155.E
Arte ſua quiſq; cõtẽtus eſſe deberet. 374.F
Artiũ inuẽtio. 193.G.254.A.labor. 254.E
Artes uſui humano conducibiles. 251.H.I
Artium finis, dulcis. 253.K
Artes ab ebrioſis non diſcuntur. 254.B
Artiũ principia, uilia & ſimplicia. 254.d
Artes ac diſciplinas cur ſibi parent homines. 300.H
artes ſeruiles, ac mechanicæ. 331.K.et deĩ.
Artium pericula. 373.G
Artium effecta, deorum dona. 360.D
Artes omnes pulchritudinem pro ſcopo habent. 371.B
Artifex opus facit, nõ inſtrumentũ. 223.K
Artificum labores. 375.I
Artificia tenuia & laborioſa. 332.A
Artabazi regis ſenectus. 299.B
Artaxerxis mnemonis ſenectus. 298.K
Artaxerxis Perſarũ regis ſenectus. 299.A
Arteriæ gruũ contextæ ad fictam uocem per eas reddendam. 164.D
Arundinis flexibilitas. 103.A
Aſandri regis ſenectus. 299.B
Aſcalaphus cur martis filius putatus 183.f
Aſcenſus in Phallos periculoſus. 349.H
Aſſerorũ ruditus pro ſignorũ cãtu. 124.B
Aſſellus Sileni. 279.B
Aſilus μύωψ. 188.C
Aſini Cumani apologus. 69.B.332.B
de Aſini umbra digladiari. 103.F
Aſini Lucianici argumentum. 215.B.C
Aſini ruditus. 217.B
Aſini ſilueſtres in delicijs ciborũ. 219.D. 220.A.B
ex Aſino conſpecto, prouerb. 220.I
aſinus humanis cibis ueſcẽs. 220.K.et dein.
Aſinus ſupra modum docilis. 221.B
Aſini noctem mulier laſciua ab illius cuſtode redimit. 221.E
Aſini ridiculum. 220.K.299.K
Aſpaſia philoſopha. 171.E.181.F 193.B. 200.E.
Aſpectus mulieris formoſæ ſeu pulchræ rei quàm uehemens. 197.F.296.H
Aſphodelina nauis. 130.A
Aſphodelus inferorum. 267.F
Aſpides ſerpentes. 301.I
Aſſeclæ tyrannorum perinde atq; illi puniendi. 380.I
Aſſentationibus gaudentes. 201.I.K
Aſſentationis materia. 201.A
Aſſentatio, calumniæ ſoror. 289.A
Aſſentationis malum. 324.D
Aſſentatores diuitum aſſeclæ. 16.D 356.E
Aſſentatores maximi, philoſophi. 17.B.C
Aſſentatoris laus quæ ſit. 204.D.F
Aſſentatorũ perſuaſio pernicioſa. 285.F.G
Aſſuefactio res duras mollit. 376.H
Aſſyrij et Arabes fabularum interpretes longæui. 298.B
Aſſyrij doctrinã de dijs ab Aegyptijs acceperunt. 345.K
Aſtur Amphipolitanus ſagittarius. 119.F
ἀσπάζη & ἀσπαζηλάτης. 180.B
Aſtrologiæ defenſio. 182.C.D.& dein. per tot. Eius uſus. 184.A.B.
Aſtrologicæ quæſtiones. 367.K
Aſtrologos irridet. 240.H.I
Aſtrorum uis ac poteſtas. 183.K
Aſtutiæ meretriciæ. 207.I
Ate Homerica. 200.I.K.312.B
Ater dies. 291.H
Atergatis da. 345.G.H
Athamas Ino in præcipitiũ compellit 35.E.

Athei cuiusdã Damidis, & Timoclis Stoici disputatio de dijs & eorum prouidẽtia. 230.I.K. & dein.
Athenarum encomium. 6.D.353.D
Athenis ignotus inuentus adorãd.368.f.g
Athenienſium hoſpitalitas. 112.C
Athenienſis peſtilentiæ ſedatio. 118.F
Athenienſium offenſio. 119.G
Athenienſium male conſulta, Pallas in bonum uertebat. 151.A
Athenienſis cauſidicus. 242.F
Athenienſiũ æquitas, ac humanitas.261.E
Athenienſes naſuti illuſores. 261.F
Athenienſium reip. inſtitutio. 262.B
Atheniẽſium effœminatio, & rurſus terror hoſtibus. 264.G
Athenodori philoſophi ſenectus. 299.E
Athletarum ſpecimẽ ac præludium, de illis non præiudicat. 95.K
Athletæ ut ſortiantur par ſuum. 97.F.G
Athletarum præſes ut ſorte legatur.97.F.G.& dein.I.K.
Athletæ nõnunquã interquieſcũt.122.B.C
Athlothetæ ut ſortes in paribus gladiatorum committẽdis diſtribuant. 97.F.G
Atho montem ad imaginem ſuam effingi Alexander noluit. 115.G
Athotæ longæui. 298.C
Atimarchus pro Timarcho appellatus q̃dam. 293.E
Atlas cœlum humeris fulciens. 55.G
Atrei ac Thyeſtæ cõcertatio. 183.A
Atropos mortuorum catalogum perſcribit. 72.E.F
ἄπλα quando aſpirandum ſit. 363.K
Attali Philadelphi ſenectus. 298.I
Attentionem & docilitatẽ ut paret hiſtoricus. 121.B
Attica, parua admodum. 242.H.332.K
Atticus & Callinus librarij. 286.A
Attici multa in ſua lingua uariant. 291.K
Atticiſmi nimium ſtudium. 117.A
Attis amore deperiẽs Rhea 25.K.60.d.e
Attis ex ſolido auro. 226.G
Attis ritus Rheæ colendæ inſtituit.347.D
Auari hoìs hypotypoſis 239.B.C.et dein.
Auarorum ſtultitia. 13.B
Auaritia et ũſtus, diuitũ domeſtica.336.e
Auaritiæ cæcitas. 378.G. ἀυχμὸς.180.A
Auctio philoſophorum. 61.E.F.& dein.
Auctores ut ſint legendi. 283.E
Auctores Græci ut innotuerint. 107.E
Auctoritas maxima Demonactis. 187.G
Audaciam parit imperitia. 4.K
Audacia muſcæ. 282.F
Auditio an culpæ obnoxia. 205.D
Auditu percepta uoluptas, minor eſt ea quæ uiſu percipitur. 296.I.K
Audiũt nos dij etiã extra tẽpla. 186.C
Auferendi è cœnis mos. 344.C
Augæ bubile. 160.H.332.K
Augur irriſus, 186.F
auguriũ optimũ pugnare, p patria. 352.K
Auguſti mirus candor. 89.A
Auguſti præceptor Athenodorus Sãdonis 296.E
Auis ſacra quibuſdam colũba eſt. 347.C
Aues ſertis cõuiuas aſpergentes. 128.H
Aues an ex mulieribus fiãt, & cõtra.17.K
Aulicæ uitæ nati. 77.D.E
Aularum regiarum facinora. 242.C.D
Aulicorum uita depicta 76.F.G.& dein.
Aulicæ uitæ miſeriã uide de ijs qui mercede cõducti in diuitũ familias ſe cõferũt.
Aura dulcis à felice Arabia ſpirans.128.A
Auræ mira ſuauitas. 350.A.368.I
auratura domus qualis eſſe debeat.295.d
Auriga mirè peritus. 354.F
Aurigandi certamẽ ab Oenomao propoſitum. 371.E.F
Aures quàm oculi minus fide dignæ.118.e 296.K
Aures, platani folia. 125.C
Aures cera obturandæ præternauigantibus Sirenas. 169.B
Auribus ſuſpenſum pendẽre. 240.D
Aurũ quo nomine ſit cõmendabile.56.I.K
Aurũmne præſtantius, an ferrum. 57.B
Aurũ cæteris metallis præferendũ. 226.H
Aurũ etiã opi ingenioſo anteferẽdũ. 226.f
Aurum cuſtodias omnes peruincit.236.A
Aurum quàm difficilè paretur. 360.H
Auri fulgor quàm gratus. 234.I
Auri in amore uis. 236.D
Auri ornatus in ædibus. 295.E.F
Auri ornatus qualis eſſe debeat. 295.E.F. 296.C.D
Auri optatio. 306.A.B.& dein.
Auri & argenti deteſtatio. 361.E
Auri ſomnium quid portendat. 367.F
Auro ſuperbientes quàm ridiculi. 242.I
Aurea Venus. 40.H.370.C
Aureæ uitæ, aurea ĩponẽda coronis.329.d
Aureus homo foris, intus putris ac pannoſus. 338.D
Aureus ramus Muſarum. 283.F
Aurei dij, argentei, elephantini ſu eburnei, ænei & lapidei. 226.E
Aurei lateres dicati. 161.I
Aurei homines ſaturni ſeculo.335.F.337.c
Aureum ſomnium, eiuſque ſuauitas.234.F G.& dein.
Aureũ in Olympia ſtatui, prouerb.292.A
Auſcultationis merces. 354.I
Autolycus cur Mercurij dictus filius.183.f
αὐτόφωνα reſponſa quæ dicerentur.164.E
Authoris ab indocto miſerè attrectati uindicta. 285.D
Auxiliarium contrahendorum ratio apud Scythas. 212.G.H

B

Babylonij aſtrologiæ ſtudioſi. 181.I
babylonij cuiuſdã Chaldæi incãtatio.273.b
Bacchæ in exercitu Liberi patris. 279.A
Bacchis meretrix. 317.I
Bacchus ut genitus. 24.K.60.C
Bacchi commendatio & uituperiũ. 27.H
Bacchi exercitus aduerſus Indos. 278.K.
Bacchi deſaltatio fortiſſima. 171.B
Bacchi & Herculis peregrinationes.122.I
Bacchi miniſtri, Satyri. 171.A
Bacchũ filium Ioui Inno exprobrat. 27.H
Baccho non ſemper noua fiebant poemata. 354.K
Bacchicæ et Dionyſiacæ ſaltationes.171.a
Bacidis oraculum. 328.K
Baculus Protei cynici talẽto uẽditus284.k
Bagoas philoſophus peripateticus eunuchi ſpecie. 181.b
Balæna cui Andromeda erat expoſita, in lapidem conuerſa. 36.I
Balnei amœniſſimi ac commodiſſimi deſcriptio. 277.E.278.A.B.& dein.
Balneorum mollities. 8.K
Bambyce urbs. 345.G
Barbæ philoſophorũ inſultat. 41.G.69.a K.81.C.D.83.H.106.H.124.K.181.G.
Barba puerorũ amatores auertit. 192.B
Barba philoſophica mirè tragica. 235.D
Barbæ acutæ fœditas. 337.H
Barbæ ac uultus ſeueritate fallẽtes.343.b
Barbarum conſecrandarum mos. 352.B
Barbæ ornamentum. 361.D
Barbæ & comæ alendæ exempla. ibi.
Barbari à philoſophia non excluduntur. 67.G.331.E.
Barbaris ſæpe ſatellitibus magis fidũt tyranni, quàm ciuibus ſuis ac liberis.142. C.378.A
Barbaris ut redderentur reſpõſa ex oraculis. 167.C
Barbaros cur à ſacris excludãt Atheniẽſes. 186.E.F
Barbari, diuitiarum ſtudioſi, non honeſti amantes. 295.B
Barcetis Leucanoris regis filia. 213.A
Bardos homines & ſtupidos, ſtupidiores efficiebat Lucianus. 330.B
Bardylis Illyriorum regis ſenectus. 298.G
Βασανίζειν quid ſit. 363.B
Baſſus ſophiſta. 285.K
Baſtas Chius. 290.G
Batalus tibicen. 285.K
Batrachioĩ coco cõparatus Pyrrhus 218.b
Baucides, crocẽæ muliebres. 180.F
Beati homines perrari. 380.K
Beatitudo Stoicorum. 104.K
Beatorũ inſula. 128.A.B.E.266.G.381.C
beati corpora nõ habẽt, et quales ſint128.f
Beatorũ et ĩpiorũ dãnatorũ pugna.129.H
Beatus uerè qui ſit. 381.A.B
Bebryx Amyci filius. 32.D
Belittas & Blaſthes nobile amicorũ par 211.K
Bellerophontis fabula.84.K.183.B.285.D 289.E.F.

Bellerophontes podagricus. 312.K
Bellum, omnium pater. 113.K.241.A
Belli euentus falsò prædictus. 166.I
Bellum & pax res omnes mortalium continent. 171.D
Bello maximè necessarij amici. 211.B
Belli calamitates. 375.D.E
Belli causa Græcis ac Troianis Helena. 371.C
Belli imaginarij descriptio. 307.F.G.& dein.
Belli Troiani clades maxima. 380.D
Bellorũ et seditionũ ortus cupiditas 361.E
Belutus, pro bestiæ simili. 270.A
Bendis idolum ex solido auro. 226.G
Bene agere cunctandum non esse. 8.C
Benefactorum merces maxima. 140.D
Benefacta quæ remuneret lex. 144.G
Beneficiarij sæpe eos dissimulant à quibus locupletati sunt, fortuna illis immutata. 12.A
Beneficia nõ in omnes collocãda. 12.D
Beneficiũ an necessitatem pariat ei qui cõtulit. 155.F
Beneficia deorũ nemo cõplecti semel potest. 354.E
Beneuolentiam historicus nõ captat. 121.B
Beneuolentia intempestiua à simultate nihil differt. 150.I
Beræa Macedoniæ ciuitas. 219.F
Bibendi sitis inexplebilis percussis à dipsade. 301.K
Bibere nemo compellendus. 336.K
Bibliopolarum mendacia. 283.D
Bibliopolæ, ferè rudes. 283.H
Bithynicum mancipium. 80.H
Bombylius quid. 180.D
Bonus uir alicui operi intentus esse debet, & cui maximè. 86.G
Boni principis munus. 157.C
Boni uiri cultus & habitus qualis esse debeat. 361.F
Boni cur male habeant, mali bene. 224.E. F.232.H.I.
Bonorum raritas. 14.C
Bonorum uirorum memoriam Scythæ sacrificijs prosequuntur. 205.G.H
Bonorũ oppressio, malorũ exaltatio, deorum opinionem imminuens. 228.E
Bonos deus non semper negligit. 368.F
Bonũ aut malũ nos spõte nostra nõ facere, ac proinde nec præmium nec supplicium mereri. 224.I.K
Bona uerè nostra nulla sunt externa. 8.B
Bona triplicia. 64.H
Bona quæ sint. 90.I
Bona suauiora sunt quæ communicantur. 20.G.192.F.
Bonorũ mundanorũ instabilitas. 381.A
Bonorum partitio, munus Iouis. 337.K
Bonorũ nimia cõtinuatio fastidium parit. 377.A
Bonis à natura datis an unicuique temere fruendum. 360.C
Bonis se ipsos priuantes. 360.E
Bosporanorũ procorum mos in petendis puellis. 212.B
Bosporus ponte iunctus à Dario. 373.A
Boues sacri. 351.A
Bouini oculi. 198.I
Boum Solis assorum mirum. 337.H
Βδφάγος. 288.F
Bracana, agrestia olera. 280.B
Brachmanes Indorum, longæui. 298.B
Brachmanum animi tolerantia. 328.E
Brachmanes ultro pyram inscendere soliti, orientem solem salutant. 330.A
Brachmanes philosophi. 331.E
Branchides qua maximè re locupletati. 161.H
Branchus Apollinis amasius. 22.B.297.d
Brasidæ animus. 120.H
Brassica natibus adnascẽs pro cauda. 125.a
Breuitatis commendatio. 121.E
Briseis Veneri aureæ cõparata. 204.I.K
Bruta etiã animãtia ad inferos traijciuntur. 75.B
Bruta legem naturæ nõ uiolant. 191.G
Βρωμόλογοι. 290.B
Bubalus, Celer, Mangus, latrones. 167.D
Bubalus ab Hipponacte iãbis, pscisf. 290.e
Bubonum sanationes. 272.I
Bucephali homines feri. 132.A
Bullæ homines. 58.D
Buttubata, nugatoria 270.A.
Bupresters. 301.I.

C

Cabalusa insula 132.D
Cacozelia saltatorum 175.K
Cacozeli irrisi. 176.K.& dein per tot.
Cadmi amore captus Mercurius 369.K
Cadauer ad conuiuium adhibitum. 267.G
pignori datum. ibi.
Cæcis maximè philosophandum. 93.B
Cæcitas Paphlagonum spontanea. 162.B
Cædere amasiam, amoris feruentis indicium. 320.D
Cælum quale sit 60.E. Cæli sectio. 172.F
Cælum aquilis scarabeis & camelis adiri. 241.C.
Cælũ pater à Saturno filio exectus 336.C
Cæleſtium cibus ac potus 72.A
Cæleſtiũ respectus mortales ìclinat. 183.F. Vide cœlum.
Cæneus uir, postea fœmina. 237.B
Cæstus Veneris cæleſtis. 350.C. eius efficacia. 29.G.
Calamides statuarius. 317.F
Calamitates maximæ ex ignorantia proueniunt. 287.A
Calani sphæra. 5.C
Calcei noui elegantes. 79.H
Calceis sine, Hercules & Theseus incedebant. 361.B.C
Calchas Homericus saltator. 172.E
calix scytharũ ìamicitiæ coitiõe 211.c. 215.d
Calix uini meracissimi, tragœdiæ ingentis auctor. 341.F
Calicis in concertatores effusio. 343.F
Caligo apud inferos. 75.B
Callias nepos perditissimus. 224.F
Callimachi prolixitas. 121.F
Calumniæ quæ struuntur ijs quos diuites eijcere de sua familia uolunt. 83.F.G
Calumniatorem instruit. 270.G
Calumniæ nõ temere credendũ. 286.H
Calumniæ mala. 287.A.B.& dein.
Calumniator in seruitutem ei addictus, quẽ calumniatus erat. 287.D
Calumniæ typus. 287.E. finitio. ibi.F
Calumniatoris arma. 289.A
Calumnia ut soluenda sit. 289.C
Calua mulier à capillitio laudari cupiens. 201.K & dein.
Caluitij fœditas. 309.D
Caluus ubi pulcher. 124.K
Caluus denuo capillos producens. 131.G
Caluus erat Alexander. 168.G
Calypso Lucianum hospitio excipit. 131.C
Cambysis exitus. 57.E
Cambyses Cyri filius paternæ crudelitatis administer. 298.K
Camelus Bactriana Ptolemæi Lagi. 4.B
Camelis cœlum adiri Aesopus ait. 241.C
Cãpus Acherusius siue Elysius 53.F.266.g
Cancrorum oculi pro telis. 131.F
Cãdor nõ solus cõmendat formam. 32.K
Canẽdi ì scenis studiosissimus Nero. 373.e
Cani, inungendi non sunt. 294.B
Cani, sapiẽtiæ ac doctrinæ indiciũ. 294.B
Cani in homine ubi primũ apparẽt. 322.B
Cani capilli in meretrice indecori. ibid.
Canicula prægnans philosopho Stoico ab hera seruanda committitur. 82.G.H
Caniculares deliciæ. 82.K
à Cane rabioso morsi, ipsi etiam alios inficiunt. 9.H
Canis in præsepio. 13.A.286.H
Canes dij. 63.E
Canis cæleſtis inhabitatus. 124.A
Canis ut optimè laudetur. 204.A
Canis, sydus feruentissimum. 261.C
Canes elephãtis Indicis maiores. 274.K
Canes lyricinem discerpentes. 284.I.K
Cãis coriũ rodere haud facilè cessat. 286.c
Canum usus in quo sit. 332.D
Cãtiones amatoriæ in aula gratiores præceptis philosophicis. 81.I
Cantores & musici ac cantrices insignes. 199.I.K.296.G
Cantus mortalibus iucundissimus. 171.C
Cantus saltantium. 171.C
Cantus mulieris formosæ. 199.H.I
Capilli Isidis à Memphitis seruati. 285.A
Capillorũ amasiæ conscisio, feruẽtis amoris indicium. 320.D

Capilli muliebres. 193.E.194.H.I.
Capillorum ſacratorum demittendorum mos in iuuenibus. 352.B
Caprarij dij 358.A
Capricornus cæleſtis 182.H
Captatores alienæ mortis. 39.b.c.42.b.c.
Captiuitatis ac carceris incommoditas. 210.B.
Captiunculæ philoſophorum 105.F
Capua Annibalem corrupit. 43.D
Caput dimidia parte tonſum 327.D
Caput draconis ingenioſe effictum 162.D 164.D.
Caput mulieris formoſæ quale eſſe debeat. 198.D.
Caput Regi Leucanori dolo defectũ. 213.b
Caput pariens 365.D
Capitis Orphei præciſi mirum 284.I.
Capitis radendi mos in purgatione funeſtæ familiæ 351.I.
Capitis raſio apud naufragos 106.I.
Capiti cætera membra reſpondeãt. 117.E.
Capite truncata muſca, uiuit tamẽ & reſpirat. 282.G
Capita Iani ac Vertumni. 378.I.
Capita ſine robore 46.H.I.
Carcerato amico amicus ſubueniẽs. 210.d.e
Carcere liberati etiã cum præmijs, qui iniquè eò coniecti fuerant 210.H
Carcinochires. 126.E
Carimantes 180.C
Carmen orthium in exercitu Bacchi aduerſus Indos 279.E
Carminum ſtudioſiſſimus Nero. 373.A.D
Carminum uis 272.F.276.H
Carminibus peſtilentia non cedens. 165.E.
Carneadis philoſophi ſenectus 299.E
Carnes boum ſemiaſſæ uerubus affixæ mugientes. 233.K.
Carnium & fabarum eſum cur interdixerit Pythagoras 237.A
Carnium moles prægrãdis, inutilis. 263.E
Carnifices puellis inuiſi 324.B
Carus luctator 129.F
Caryatiſſantes Lacedæmonij 170.B
Caryonautæ 131.E
Caſſandra Delphorum 198.H
Caſſiepeæ affectatio laudis 202.C
Caſeus inſula 127.H
Caſtoris ac Pollucis diſcrimen 32.D
Caſtoris ac Pollucis munus. 32.F. eorũ encomium 369.A
Caſtrati, formam fœmineam aſſumentes. 347.D.349.E.
Caſtrãtes ſe quidã in amici gratiã. 349.D
Caſtrationis ſpontaneæ furor ut concipiatur. 351.G. Vide Execti.
Caſus in præclaro facinore an præmium aut pœnam mereatur 144.B.C
Caſus bene uertens, conſilium interpretatus. 142.F
Caſus inopinati euenientes 345.D
Catalepſes & imaginationes philoſophorum ridet. 106.A
Catalogus macrobiorum 298.A
Catechumenus. 367.A
Categoriæ prædicamenta 187.D
Catena aurea Iouis apud Homerum. 90.B 222.K.
Catena roſea. 130.A
Catulus melitæus appellatus Cynicus quidam. 342.B
Caudæ galli gallinacei mirum 239.A
Caulomycetes 124.A
Cauſæ agere cur deſierit Lucianus. 68.I.K
Cebeſteres ſaltatores 170.E
Celeritatis ac promptitudinis precium. 270.E.F.
Cenchroboli. 123.G
Centaurus, fœdum monſtrum 4.D
Centaurorũ mira pictura. 108.H.I. 109.K
Centauri temulenti 328.H
Centaurici ſanguinis uis 328.E
Cæpe & candidus ſal gratiſſimum conuiuium ſobrijs 79.K
Ceramicus Athenarum. 66.K.317.K
Ceraſtæ ſerpentes 301.I.
Cerberus cantu ſopitur. 52.K
Cerberus, canis triceps 266.E.F
Cerberus in oratione 293.I.
Cerberus ab Hercule captus 379.K
Cercopes. 161.B.
Cereri ſacerdotem alere, prouerb. 13.E
Cerdonicæ artis tranquillitas ac ſecuritas. 238.F.
Certaminum puerilium apud Athenienſes, ſpecies & nomina ac uoluptas. 259.I. 260.E.
Certator ineptus loris cæſus è theatro eiectus. 284.F
Cerui ternis pedibus 132.C
Ceruinæ pellis uſus in morbis. 272.F.G
Ceruix mulieris formoſæ 198.E
Ceruix uſque ad zonam diſſecta 213.K
Cetus immanis Luciani nauem abſorbens. 125.H.
Cetus quater modò toto anno hiãs. 126.K
Ceti tergum, ara, & ſepulcrum. 127.D
Ceti mors mirabilis 127.E
Ceyx Trachinius 17.I.
Chærephon à Pythio directus ad magiſtrũ 92.D.269.F.
Chæronenſis pugna 356.A
Χᾶρι & ὑγίαινε uerborum uſus 86.K. & dein. 87.D.
Chalcedon oppidum 161.I.
Chalcidica ſaltatio 171.K
Chaldæorum ſapientes. 52.E.90.G. 331.G
Chaldæus quidam à uipera morſum uiticolam ſanitati reſtituit per incantationẽ 273.B.
Chaldæorum longæuitas 298.C
Charicenus ſenex emarcidus 367.D.E
chariclea Demonactis uxor adultera. 207 G.H. & dein.
Charmoleus Megarenſis 41.B
Charon indefatigabilis. 374.E. Eius cognitio quanta ſit. 375.F. eius maxima cura. 379.A. uide dialogos Mortuorum.
Charon me momordit, ſenis reſponſum inualidis cruribus. 186.I.
Charops Aegnetes matricida 224.F
Cheniſcus alas emittẽs & exclamãs. 131.g
Χειροβλημάτων. 290.B
Chelidoniæ inſulæ. 289.A.304.H
Chelidonium cinædus 82.G
Chelidonium meretrix 321.B
Chimæris ac hippocentauris' pleraq; philoſophorum ſimilia 103.K
Chiroſophi ſaltatores. 174.G.180.G
Chiron ex deo mortalis factus. 48.K
Χιτώνιον quid ſit. 179.K
Chleuocharmus proprium nomen. 367.E
Χοὶς & Thmuis infimi ſeriei. 271.A
Choraſmij longæui 298.B
Choreæ beatorum 128.I.
Chorea mortalium quàm abſona. 242.G
Chorea ſiderum 169.H
Chreſtos per contemptum impijs hominibus dictus Saluator noſter Chriſtus Ieſus. 367.A.I.
Chreſti, hoc eſt frugi 367.I.
Chriſtianos ſibi aduerſantes Alexander pſeudomãtis lapidibus pelli iubet. 164.B
Chriſtiani impiorum numero habebantur ab Alexandro pſeudomante. 165.G
Chriſtianorum doctrina mirifica. 326.F
Chriſtianorum ſtudium erga Proteũ quendam. 326.G
Chriſtianorum communitas. 326.K
Chriſtiani in cœnaculo ſublimi, agentes. 367.H.I.
Chriſtus, uæ mundo, irriſus 366.D
Chriſti opera 367.A
Chriſti numen 367.B
Chriſto gratiæ agendæ 368.F.G
Chryſæ ſacerdotis aduerſus Apollinẽ indignatio 59.H.I.
Chryſippus & Zeno Ariſtotele & Platone poſteriores 95.E
Chryſippus quartò elleboro purgandus. 129.B.
Chryſippus à præſtigiatoribus nõ diſſidet. 164.B.
Chryſippi ſyllogiſmi frigidi. 243.I.
Chryſippi philoſophi ſenectus. 299.E
Chryſarium uenefica 316.F
Chryſis meretrix. 173.H.320.D
Cibus Cynicorum 361.E
Ciborum delectus 327.D
Cibus inferorum & ſuperorum 72.A
Ciborum parandorum nimia cura, noxia magis quàm ſalutaris 360.I.
Cicadã ala cõprehendere, prouerb. 290.C
Ciconiam pinſere 286.D.
Cicuta nõ in omni quãtitate occidit. 101.b

Cilices, latrones 242.F.
Cinædus cum philosopho eodem uehiculo uehens. 82.G.H.I. & dein.
Cinædorum turba, Corasia 219.H
Cinædus difficilè dissimulatur. 286.A
Cinædorum sacerdotum fœda 219.I.
Cinædus in principio anni domo primùm egredienti conspectus, ominosus. 292.C
Cinædorum cultus & odor 361.G
Cinæthus assentator 204.E
Cinere ponderando inueniri quàm multa de ligno in fumum euanuerint 186.G
Cinyras Scinthari filius 129.I.
Cinyri punitio apud inferos 130.G
in Circulo currere, prouerb. 103.F
Circumferenda dea Syria stips collecta. 219.G.
Cithara pulcherrima ornatissimaq;, artẽ pulsatori suo non tribuit. 284.E. & deĩ.
Citharœdi cuiusdam inepti, sed bene ornati, ridiculus in certamine exitus. 284.D. E. & dein.
Citharœdorum certamen. 284.E.
Citius septem elephantos sub alis absconderis, quàm unum cinædum, prouerbium 286.A.
Citra sementem prouenire 160.A
Ciuica corona cui detur 139.A
Ciuis incorruptus, equitatu melior. 355.C
Ciuis unius momentum 355.E
Ciuium cura apud Athenienses 262.B
Ciuitates, apum examini similes. 57.G
Ciuitas uirtutis quales admittat homines, & ut eos excipiat 94.A.B.C
Ciuitatem ut aliquam totam conciliatam habeas. 113.B.C.D
Ciuitatis nondum conditæ nominis meditatio stulta 118.H
Ciuitas quæ sit existimanda 262.A.B
Ciuitates cæteris honorabiliores. 300.F
Ciuitatum miseriæ 375.G
Clarus insula qua maximè re locupletata. 161.H.
Claudorum occursus mane inauspicatus. 292.C.
Cleanthis philosophi senectus. 299.D
Cleanthis puella elocata 340.F
Clearchi ducis uirtus 44.D
Cleobis & Biton felicissimi. 56.H
Cleombrotus Ambraciota 365.A
Cleonymus puer formosus 369.B.C
Cleopatra Aegypti regina 85.D.172.F
Cliniæ rhetoris furtum 242.D
Clitus inter epulas ab Alexandro cæsus. 44.E.119.F.
Clonarium meretrix. 318.E
Clymene Phaëthontis mater Soli adamata 25.I.32.A.
Clypei inepta in historico descriptio. 116. H.I.
Clypei Homerici picturæ 242.E
Clytæmnestræ mors 297.D
Cochlis meretrix 325.A
Cocconas Byzantius annalium scriptor. 161.F. uiperæ ictu sublatus. 162.A.
Codri exemplum 356.K
ad Cœlum quoto tandem die peruenerit Icaromenippus 243.D.
Cœlum ut pellis explanatum. 367.A. Vide Cælum.
Cœna ut iucundior fiat 105.E
Cœna opipara, sed à Philosopho inepto perturbata. 235.G
Cœnæ captatores 7.F
Cœnæ exequiales 267.H
Cœnæ absolutæ fercula 344.C
Cœnæ frugalis bonum, & crapulosæ malũ 338.C.
Cœnæ philosophicæ descriptio. 341.B. & dein.
Cocuntes, pudendis connexi. 123.B
Cogitabundi hominis descriptio. 365.B.
Coitus nimij incommoda 338.D
Cogitandi ac eloquendi diuersa facultas. 229.F.G.H.
Collario aureo innecti 84.F
Colloquia nauigantium 374.H
Collyrij confectio, ususque 163.F
Colocynthopiratæ 131.D
Colonia in Luciferum ducta 124.F
Color mulieris qualis esse debeat. 198.F.G
Colorum caudæ pauonis uariegatio. 295.I.
Colossus Rhodius. 117.E. 226.I. 241.G
Colossis prægrãdibus similes reges. 238.B
Colũba quibusdã auis sacra. 347.C. 351.I.
Columna miræ uirtutis 336.K
Colũna rebus Pyladis & Orestis inscripta apud Scythas, prima institutio liberorum illorum 206.D
Coma & uultus mulieris pulchræ qualis esse debeat. 198.D
Comæ Euphorbi Gratijs similes 235.K
Coma ex igni 127.A
Coma, nobilitatis signũ Aegyptijs. 304.C
Comæ fictitiæ impostura. 161.A. 323.E.
Comam nutrire, ubi decorũ. 304.D. 361.D
Comam Aegyptij ponunt in morte Apidis 61.D.
Comarum attondendarum puellis & adolescentibus mirus mos apud Trœzenios 352.B.
Comastæ qui dicantur 197.B.C
Comati ubi fœdi 124.K
Cometæ stellæ inhabitatæ 241.K
Combabi & Stratonices amor. 348.B.C. & dein.
Comburendi Peregrini solennitas. 329.G
Combustio libri, tanquam ipsius auctoris. 166.G.
Combustionis hominis, triste spectaculum. 329.I.
Comica petulantia. 251.A
Commemoratio uirorum bonorum defunctorum ad quid prosit 205.H
Cõmunes mulieres esse Plato uoluit. 332.F
Cõmunio, bona & suauiora facit, & aduersa leuiora 192.F
Communis Mercurius 305.C
Comœdiæ proprium. 4.D. Eius uoluptas. 169.A.
Comicorum licentia apud Athenienses. 262.H.
Commentarij domestici Regum Macedoniæ. 354.I
Comparatio pulchra nouellarum plantarum, & puerorum 262.D
Comparationum hyperbolicarum incommodum. 202.I.
Comparationes Homericæ diuinæ. 205.B
Compositio diuersa & uaria, Hippocentaurus uocetur 4.C
Competitores aulici 78.I.
Compotationis leges 336.I.K
Cõpotationis tumultus & licentia. 342.F
Compotationes deorum 244.B
Conatus hominum uani 57.I.K
Conatus qui ueniant in quæstionem. 139.H. 144.G.
Conatus non præmiatur, sed factum. 138. A.B.E.
Concentuum uariorum proprietates. 110.C
Conceptus mirabilis 124.H
Concio deorum quomodo conflata, eiusq; ordo. 226.E.F.G. & dein.
Concionis frequentia, concionaturum terret. 227.D
Concionator meticulosus esse non debet 357.K.
Concubinæ Scytharum 209.I
Concubitus in publico sine pudore. 129.C
Concubitus Martis & Veneris unde confictus. 183.G.H
Concubitus puerilis uetitus 165.K
Conditionalia pacta ut seruentur. 138.E 139.E.
Conflictuum dirimendorũ periculũ. 345.A
Coniectura fidendum non esse in arduis rebus 141.I.
Coniugis & sobolis commercium iucundissimum. 374.I. 377.B. Vide Maritus & Vxor.
Coniugio omnibus uacandum 196.F
Conscensio Priaporũ seu Phallorum. 349. H.I. & dein.
Conscientia scelerum obstrictos homines tenendi ratio. 164.K
Consilium, aurea res 286.B
Consilium bonum propter incredibilitatẽ neglectum. 268.E.F
Consilium mutare, Epimethei, non Promethei opus est. 4.G.
Consilium in melius mutare ubi erraueris, pudendum non esse 106.G
Conspici defixis oculis tyrãni nolũt. 75.H.
Constantis uiri mors intrepida. 356.F.G
Consuetudinis prauæ malum 286.C

Consulendi prophetæ non sunt de rebus quas cũ periculo reueles. 164.K. 165.A.
Consultores cauti sint in petendis responsis. ibi.
Contemptus & despicientia fastui diuitum obijcienda. 7.I.
Contendendũ cum tyrãnis non esse. 373.G
Contentio philosophorum. 70.F.
Contentus paruo, felix. 378.G
Continentiæ commendatio 6.G
Continuatio nimia bonorum, fastidium parit. 377.A
Cõtractus ut ligent. 138.H. rati sint. 147.C.
Contradicendi studium 270.H
Controuersiæ antiquæ multæ apud deos suspensæ. 245.K
Contumelia quis dicatur affici 363.K
Contumelijs afficiendi amatores non sunt à meretricibus 317.H
Conuentus frequentia, loquendi fiduciam concionaturo eripit 227.D
Conuentus panegyrici maximi. 351.D
Conuiciari ac reprehendere, facile: sed rebus collapsis mederi, difficile. 228.K.
Conuiciorum usus in disputationibus. 230. I.K. 233.C.
Conuictus iucunditas 339.B
Conuiuæ modestia 360.E
Conuiuales leges. 336.H
Conuiuæ cynici impudentia & importunitas. 341.E.I.
Conuiuatoris ingenioſi astutia 137.I.
Conuiuiũ apud deos ut instruatur. 244.b
Conuiuium lautißimum ac delicatißimum. 128.H.
ad Cõuiuiũ diuitis inuitatus pauper, quàm anxiè tempus illud expectet. 235.C.F
Conuiuij ad quod pauperes adhibentur apud diuites, mos 337.F
Conuiuij conturbatio tragica. 345.A
Conuiuij longioris tædium 79.I.K
Conuiuio non nisi amicos excipimus. 254.D.
Conuiuia aliena non sectari, utile. 299.H.
Conuiuia quibus rebus exhilaranda. 19.I. 339.B.
Conuiuiorum lautorum inuersiones. 339.C
Conuiuiorum magnorũ dicta facilè in obliuionem ueniunt. 368.K
Conuiuiorũ obseruatio apud diuites. 79.C
Conuiuiorum sumptuosorum mala. 237.I.
Conuiuijs æqualitas maximè congruit. 338.I.K.
Conuiuijs lautis & opiparis uilia non apponuntur. 121.E
Copia quid sit 359.K
Copiæ cornu 79.A
Coraci, dij amicitiæ præsides apud Scythas. 206.H
Corasia, cinædorum turba 219.H
Cordax saltatio 171.A.F
Corinthij diu aurũ non habuerũt. 226.H.
Corinthiorum turbatio à metu Philippi. 113.K.
Cornices animal uarium. 181.H
Coræbus & Margites. 271.K
Corona ex pennis pauonum. 129.G
Coronæ ubi gestandæ 8.H
Coronæ uictorum uariæ. 159.K
Coronarum indicium 373.K
Coronis Aesculapij mater. 162.H. Eius nuptiæ. 165.G.
Coronus Cottyphionis filius 125.G
Corpus præ anima nihil ab Demosthene reputatum. 357.B
Corpus tyranni quod sit 146.K
Corporis quæstu emergens Alexãder pseudomantis. 161.D
Corporis uenustate sola commendari non debet mulier, sed animi quoque dotibus. 201.A.
Corporis uires in duce militiæ, parum faciunt præ prudentia. 141.B
Corporis uirtus, robur 360.B
Corpora adolescentum suorum ut exercerent Athenienses. 262.K. & dein.
Corpora labore ac sudore non arescunt. 264.K.
Corpora sine capitibus, historiæ sine procemijs. 117.E
Corpora ut firmiora fiant 263.E.F
Corybantes amore insanientes. 25.K. Eorũ saltatio. 169.I.
Cottabi qui sint. 180.C.D. 367.B. ad marginem.
Coturnicum pugna. 265.D
Cothurnus appellatus quidam propter instabilitatem 292.B
Cratetis philosophi auctoritas. 331.I.
Craton inspector 367.D
Credendum facilè non esse rebus absonis 50.F.G.
Credulum nimis esse non decet eum qui philosophiæ initiatur 98.K
Cretenses optimis legibus instituti. 265.I. 266.G.
Cretensium saltatio 169.I.
Cribro uaticinans 161.K
Criminis se deferens amicus amici causa. 210.F.
Crimina philosophorum in se inuicem. 343.E.
Critias Nesiotes plastes 274.C
Critolai peripatetici senectus 299.B
Crapulæ incommodum 338.C
Crobyle mater Corinnam filiam meretricium docens 319.A
Crocale meretrix 325.A
Crocodilina quæstio. 64.A
Crocodilinæ subtilitates philosophorum. 105.K.
Crocodilis insidens homo 276.G
Cronosolõ, saturnalium legum lator. 335.k & dein.
Crobyli qui sint 180.F
Crœsus & Polycrates reges insperato mortui. 306.I.
Crœsi fatum. 56.G.H. 237.K
Crucis supplicium in r constitutum. 11.A
Crucifigendos multi subsequuntur spectandi gratia. 329.F
Crucifixi in Palæstina reuerẽtia. 326.G.K.
Crudelis nemo sit gratis. 158.C
Crudelitatis suspicionem à se amolitur Phalaris. 156.I.K
Crudelitas tyranni ut exagitetur. 157.E. H. I.
Crudelitatis pœnitentia 298.K
Crudelitatis iactantia apud puellas ingrata. 324.B
Crurum nudandorum mos in saltãdo à meretricibus 317.F
Cubito innixus humi cœnãs cynicus. 341.e
Cucullam abijcientes. 332.H
Cucurbitæ folium pro uelo. 131.D
Cucurbitinæ naues ibi.
Cultus & habitus corporis cum ætate instituto conuenire debet 361.F
Cumanorum stupiditas 290.G
Cunctandum non esse ut bene agas. 8.C
Cupiditatibus uti nescientes. 8.G
Cupiditas à puero innata aut discita, difficilè eluitur. 238.I.
Cupiditas, omnium malorum fons. 361.E
Cupiditas posidendi semper crescit. 378.g
Cupido, puer est. 22.A. & prauus. 193.D.
Cupido à Mercurio palæstra superatus. 24.D.
Cupidinis uis 25.I.K.
Cupido quibus deis parcat 28.A
Cupido, Hermaphroditus & Priapus fratres. 31.C
Cupido, Herculis personã induens. 117.D
Cupido Thespiensis 189.H
Cupreßi cum ramis ac frondibus, pro remis. 127.A
Curæ nonnunquam deponendæ. 188.A
Curandi ratio non omnium eadem. 152.K
Curetum sagittæ resina tinctæ. 9.B
Curetum saltatio. 169.I.
Curiositas quò hominem impellat. 122.G
Curiositatis ac pegrinationis pœna. 128.D
Currus Platonis alatus 271.C.D
Cursus exercitatio 263.G
à Cybele afflati 162.B
Cybelum oppidum 10.D
Cyceonis potus. 176.F
Cyclopes fulminis cusores 13.G
Cyclops appellatus quidam homo mollis 193.F.
Cydimacha turpißima puella nobili uiro ac diuiti nubens. 209.F.
Cydni fluuij amœnitas 294.E
Cygnorum cantus 281.G
Cymbalium tibicina 322.I
Cynicorũ asperitas, & dogmata. 62.b.c.d

Cynicus in pelle ursi philosophans. 185.I.
Cynicorũ mordax petulantia. 187.A. impudentia. 341.I.
Cynicos philosophos perstringit. 333.H
Cynicus in conuiuium nuptiale inuocatus irruens. 341.C
Cynici habitus, uita, & institutio. 327.B. 359.I.K. & dein. 360.D. 361.G.K.
Cynisci mors. 72.I.
Cynobalani 124.A
Cyri exitus 56.G.H. 57.D
Cyrus uterque beatus 128.K
Cyri maioris senectus 298.K
Cyrenaicorum dogmata 62.H.I.K
Cytmides emplastra ex ursino adipe confecta. 163.I.

D

Dadis proprium nomen 165.G.
Dædali fabula. 183.C. 200.K. 237.I. 240.b
Dæmon Anacharsi occurrens. 111.I.
Dæmonum paternorum & maternorum in morte inuocandorum ritus 329.H
Dæmonis miræ præstigiæ in oraculis reddendis. 350.G.H
Dæmoniacos sanantes 372.I.K
Dætymones olim parasiti 253.C
Damasias athleta. 41.C. 178.D
Damis Epicureus ἄθεος. 227.I. & dein.
Damnatorum species. 53.B. locus. 130.E
Damnatorum pœnis dolentes, facinora illorum reputent 157.I.
Damon Chalcidensis & Euthydicus, nobile amicorum par. 208.F
Danaës fabula 36.A.B
in Danaidum dolium aquam inferre, prouerbium. 13.F
Danaidum dolium 101.G
Danaides cruentæ. 324.C.
Danaus, durus pater erga filias 34.F
Dandamis & Amizoca nobile amicorum par apud Scythas 211.F
Daphne Apollinem auersabatur. 26.I. in arborem uersa. 123.A.
Darij graue dictum 233.E
Darij opus magnificum 373.A
Dea sanguinaria 219.H.I.
Dearum degeneratio, & amores cum hominibus mortalibus. 358.E. 369.k
Dearum formæ ut in poëtis laudatæ. 205.C
Dearum iudicium. 28.E. Paridi commissum. 371.A.
Deabus mortales fœminas cõparari non debere 202.B.C.
Deambulationis usus 352.F. 368.H
Debere ei qui semper imputet, durũ. 137.E
Debitor caussificationibus non liberatur, sed solutione. 138.F.G
Debitum soluere detrectantes ac terguersantes, quæ causentur. 138.F.G
Decenter cadendi cura 356.K
Decepti, alios etiam decipi uellent. 104.G
Decianus Sophista Patarensis 215.E
Decorum ubique seruandum 69.B.E
Decrepiti etiam miserrimi inuiti moriuntur. 50.B
Decretum aduersus supposititios deos. 359.B.C. & dein.
Decretũ inferorũ contra diuites. 51.I. 54.D
Decretorum Epicuri utilitas 166.G
Decretorum pugna 355.F
Derceto dea. 345.G. 347.B
Deformes homines, pulchri tamen pinguntur. 115.G
Deformia in meretrice, & uenusta. 316.F
Deformitas an omnis damnata 191.K
Delator cautè audiendus 289.I.
Delatorum falsorum ultio. 349.C
Delectabilem modò historiam facere conantes taxat. 115.D
Delos insula ut emerserit 35.G
Deli sacra sine saltatione non peragebantur. 170.G
Delphorum honor. 156.I. 160.A.B. diuitiæ 161.H.
Delphica diuinatrix ut oracula redderet. 101.E.
Delphini amatores hominũ. 35.A. 306.A
Delphinis iugatis nauigantes 131.D
Delphinibus uehentes prædones marini. 131.F.
Delphis meretrix 324.K
Delus qua maximè re locupletata. 161.H
Demetrius Cynicus saltationi ĩimicus, mox sententiam mutat saltatore egregio conspecto. 174.A
Demetrius poliorcetes 204.E
Demetrius Sunienſis & Antiphilus Alopecensis nobile amicorum par. 209.I.
Demetrij Cynici liberè factum aduersus ineruditum quendam. 285.D
Demetrij Platonici accusatio ridicula. 288.G.
Democritici 63.A
Democritus Abderites in monumẽtis agẽs ad confutandum errorem de manibus. 276.E. Eius senectus. 299.C.
Demonactis uita. 184.C.D. & dein p tot.
Demonassa Corinthia mulier diues ac impudica. 318.G
Demonstrationis utilitas 103.B.C
Demonstrationes ut certæ esse cognoscantur. 103.E
Demonstrationes geometricæ 104.F
Demosthenes captus. 119.G. scalas rescindit. 120.H
Demosthenes gratiarum expers. 270.B
Demosthenes emendus studioso. 283.G
Demosthenes citò orbus relictus à patre. 353.E.
Demosthenes pro deo habitus 352.G
Demosthenes auro corrumpi non poterat. 355.B.
Demosthenès ppter quæ laudandus. 355.K
Demosthenis origo obscura 2.G
Demosthenis apud Iouem auctoritas. 227.E. 228.K.
Demosthenis in bello fuga 256.C
Demosthenis apologia 258.E
Demosthenis encomium. 352.D.E. & dein per totum.
Demosthenis adolescentia qualis. 353.F.G
Demosthenis liberalitas 356.D
Demosthenis beneficia in Athenienses. 356.H.
Demosthenis mors. 356.F. 357.B.C
Demostratus Epicurum seruans 166.E
Dentes, ætatis indicia 219.G
Dentes pulchræ mulieris. 198.k. & 199.a.
Depositi repetitio à depositario, uitã deposítori seruans 349.A
Desaltasse qui dicerentur 170.G
Descriptiones historicæ modicæ esse debent. 111.E
Desertoris pœna 307.G
Desiderium & Hymenæus comites Veneris. 30.E
Desiderium uehemens pulcherrima similitudine expressum 302.E.F
Despicientia & contemptus, diuitum fastui obijciendus 7.I.
Detonsorum contemptus 368.B
Deucalionis diluuiũ. 11.I. 347.A.B. 349.H. 364.K.
Deuotiones magicæ 150.A
Deus, malorum causa non est. 84.A
Deus per omnia se penetrans, ex sententia philosophi Stoici 106.A
Deus non decipitur aut fallitur. 156.K
Deus ex serpente creditus 162.E
Deus in phiala ex aqua haustus. 162.E
Deus ubi fuerit ante mundi fabricationem. 240.K.
Deus quid sit. 241.A
Deus non semper bonos negligit. 368.F
Deus similis est homini pulchrè conuiuium instruenti. 360.F
Deus Athenis ignotus 366.A. 369.F
Deus trinus & unus. 366.C
Deus iustorũ & iniustorũ inspector. 366.E
Deus dexter Christus 367.A.B
Dei erga homines liberalitas & indulgentia. 360.D
Deo omnia sunt cognita 367.A.B
Deum cur se haberi uoluerit Alexander Pseud. 43.G. 44.B.C.H.
Deum mentientia signa 163.B
Deum esse, comparationibus probatur. 232.F.G. & dein.
Dij ociosi non sunt 30.I.
Dij alij alias artes exercent 32.F
Dij donarijs nostris non indigent. 57.A
Dij an cultu nostro gaudeant, & neglectu doleant. 59.F
Dij omnia mortalibus uendunt. 59.G
Dij alij ab alijs coluntur. 60.H. 231.K.
Dij seditione Gigantum territi, in Aegyptum

ptum profugerunt &c. 61.B.C.
Dij in animalia transmutati 173.H
Dij aut deæ marmora ac statuæ non sunt quæ cernimus 204.H
Dij Scytharum, uentus & Acinaces. 211.E
Dij quidam conflati 223.G
Dij sint ne, an non sint, disputatio. 225.I.K & dein per tot.
Dij ex diuersa materia 226.E
Dij quibus alantur ac recreentur. 228.B
Dijs cur existimatio sua minuatur. 228. D. E.
Dij nothi & adscriptitij. 228.G
Dij contra Parcas nihil possunt. 229.B
Dij Aegyptiorum ridiculi. 199.E, 232.A
Dij an res mortalium curent. 241.B
Dij ancipites 244.B
Dij quo die potissimũ uotis ac precibus hominum uacent 291.C
Dij natalitio solo gaudent. 300.F
Dij omnia possunt 307.A
Dij ex sublimi tanquã ex propinquo preces hominum facilius audiunt. 349.G
Dij assciptitij 357.I.
Dij ridiculi 358.A
Dij perfecti 359.C
Dij sua quique commercia exercere iubentur. 359.E
Dij gentilium, hominum indigẽtes. 366.A
Dij hominum formis capti 369.K
Deorum facinora apud poëtas. 51.K. 59.K
Deorum formæ ut exprimantur. 60.H.I. cur fiant. 350.F. & quales. 362.A.
Deorum beneuolentiæ argumenta 159.H
Deorum aut dearum filij cur putati mortales quidam. 183.E.F
Deorum cultores, in humanis actionibus optimi 203.G
Deorum circumferendorum ac stipis colligendæ modus 219.G
Deorum reuerentiã ac cultum eleuat. 222. E.F. & dein per totum.
Deorum quorundam calamitas. 223.E.F. 225.I.
Deorum amores nefandi 223.F.
Deorum consessus pro dignitate cuiusque dispositus 226.E
Deorum simulacra apud Barbaros quàm Græcos preciosiora 226.F
Deorum contentio de precio sui, cum ex diuersa materia sint 226.G
Deorum tumultus. 227.B. ignauia. 228.H
Deorũ prouidentia unde probetur. 231.C
Deorum infirmitatis argumenta. 231.F.G
Deorum cibus & potus 244.C
Deorum possessio, totus terrarum orbis, et oceanus 300.F
Deorum genealogia Hesiodi 302.I.
Deorum notitiam Aegyptij primi perceperunt. 345.K
Deorum gentilium uanitas confutata. 357. D.E. & dein per tot. 365.E.F.G. & deĩ.
Deorum concilium 357.F.G. & dein.
Deorum gentilium contemptus unde sit. 358.K.
Deorum nouorum procacitas & immodestia. 359.C
Dearum inter se discordia, ac iudiciũ. 370. A. B.
deorũ inter se pugna, & communiter aduersus Gigantes 371.C
deorum filij aliquot bello Troiano uulnerati & mortui. 371.C.D
deorum cura scilicet 381.K
de Dijs aliquid dicere fas non est. 50.I.
Dijs grati esse debemus cum primis. 136.E
dijs oblata etiam à sceleratis, non reijcienda. 159.F
dijs similes multi homines mortales à poẽtis perhibiti. 205.C
Deos esse, ut probetur 103.E
Deos etiam Scythæ, non soli Athenienses faciunt. 111.F
deos felices ac beatos non esse, eorumq; labores. 245.D.E
Deos facere se posse credidit Alexander Macedo. 288.H
deos Græcorũ negantes Christiani. 326.K
Dialectica sola saltatori non necessaria. 172.D.
dialecticæ captiones 249.E
dialogi proprium 4.D
dialogus philosophis familiaris. 68.G
dialogus Glyconis cum sacerdote, festiuus. 166.B.C.
dialogi & rhetorices cõtrouersia. 249.I.k
dialogi patrocinium 250.k
dialogi meretricij. 316.E.F. & dein.
dianæ obtrectatio 27.A.B
dianam cur non feriat Cupido 28.D
diana sui neglectus ultrix. 59.F.G
diana Endymionem amans 60.E
diana iaculatrix & bellatrix 178.F
dianæ indignatio, ad conuiuium Oenei nõ uocatæ. 231.G. 342.I.
dianæ Ephesiæ templi incensor unde motus. 328.B
dianæ uenatio 370.A
diasia quæ sint. 368.I. ad marginem.
dicendi genus Luciani quale fuerit. 3.F.G
dicendi uis maxima 113.D
dicendi potestas historico necessaria, & ut paretur. 119.B.
dicteriorum iaciendorum usus à morionibus in nuptijs adhibitus. 342.B
Dicterijs modus adhibendus 336.K
dictio historici qualis esse debeat. 120.D.E.
dies Alcyonij 17.I.
dies ater quis uocetur 191.H
dies imperatoris filijs à patre paupere testamento relicti 368.F
diei pulcherrima pars, principium. 295.C
Difficilioribus exercendi pueri, ut facilius minora præstent. 263.k
Difficultas diuitiarum parãdarum. 368.H
digitorum quatuor uoluptas. 8.I.
digitis solis diuites 74.G
digiti mulieris formosæ 198.E.
digiti rosti 198.I
digressiones historicæ quales esse debeant. 216.H.I.
digressiones in oratione non omnes reprehendendæ. 261.I.K
Dimænete Architelis uxor oraculo monita pestilentiam Athenienses sedat. 111.F
dimensiones cælestium irridet. 240.H
Diniæ Ephesij & Agathoclis amicitia. 207.E.F. & dein.
diogenis Cynici auctio 62.C.D
diogenes philosophorum omnium causam suscipit coram philosophia cõtra Luciannum. 68.B.C
diogenis Sinopensis dolium 113.K
diogenes Laidem uxorem ducens in campo Elysio. 129.B
diogenis auctoritas 331.I.
diogenes Icesij mensarij filius 249.G
diogenis Seleuci Tigrij philosophi senectus 299.E.
diomedes Venerem & Martem uulnerãs. 231.G.
dionis Heracleotæ philosophi uitia. 91.D.
dion se strangulans 178.E
dion philosophus 327.F
dionici medici festiua narratio. 342.C
Dionysius Bacchi cognomen. 25.B. Semeles filius. 347.E.
Dionysii Syracusani pœna leuata apud inferos propter beneficia in eruditos collata. 53.E
Dionysii tyranni exitus ridiculus. 237.k.
Dionysius quidam ex Stoico Epicureus factus. 249.A
Dionysio parasitati philosophi 255.D
Dionysius tyrannus à Philoxeno in poëmatibus suis irrisus. 285.A
Dionysus deus à Momo perstrictus. 357.K 358.E.
Dionysiaca libertas. 4.E. 67.B. 68.F.
Dionysiaca & Bacchica nil nisi saltationes sunt. 171.A.
Dionysodorus rhetor. 340.H. 341.k. 345.B.
Dioscuri periclitantibus apparentes in mari. 304.I. Iouis filij. 369.F.
diotima mulier philosopha 181.F. 200.F
diphilus philosophus taxatur. 342.k.
dipsas serpens, & eius natura. 301.I.k.
Δὶς διὰ πασῶν 4.F
Dis inferorũ rex curis nõ caret 374.G
discendi labor. 253.I. aculeus. ibi.k.
disci exercitatio 263.H
disciplina, philosophiæ antesignana. 67.d
disciplinas cur sibi parẽt homines. 300.H. 343.G.
Discobolos Myronis 174.B

Diſcipuli ac magiſtri mutuus amor, ac reciproca obſeruantia. 112.H.299.E
diſcipuli Alexandri Pſeudomantis. 163.K
diſcipulorum retractionis crimen. 343.A
de diſcubitus honore contendunt Hercules & Aeſculapius. 26.C. & dein.
diſputatio de prouidentia deorum. 230.I.K & dein.
Diſputationes philoſophorũ, contentioſæ. 247.C.
diſputationis modus & lex 261.D
diteſcendi ratio facillima 161.H
diuinandi mira ratio 163.E.F.G.H
diuinatio ex aſtris, defenditur. 182.D.E. & dein. 184.A.B. 224.A.B.
diuinatores unde coniectent 42.C
Diuinatrix delphica ut oracula reddat. 101.E.
diuinitas Herculis irridetur. 45.D.E
diuinitatem ſibi arrogantis mulieris ignominia. 350.K
diuinitas ut probanda dijs adſcriptitijs. 359.F.
diuinitas nulli hominum data, niſi pulchro 369.G.
diues unde æſtimandus 378.G.H
diuites ad pauperum fores concurrerent ipſi ſalutatũ, ſi non ita à pauperibus obſeruarentur. 7.H
diuites apud inferos dolent de diuitijs amiſſis. 38.C.D
diuites cur tam inuiti moriantur. 74.B
diuites cur ſecum homines eruditos habere affectant. 81.C
Diuites flagitioſi libris foris pulcherrimis, intus autem nefanda continentibus ſimiles. 83.I.
diuites ferè cum ſeneſcunt, podagrici fiũt. 338.D.
diuites ut inuidiã pauperũ euitent. 339.A
diuites quam utilitatem habeant à pauperibus conuiuio exceptis. 339.B.C
diuites molles & effœminati cinædis comparati. 361.G
Diuitum faſtuoſorum hypotypoſis. 7.E. 14.A.
diuitum ſtulti conatus 37.K
diuitum malorum apud inferos ignominia 53.C.D.
diuitum ac pauperum uita perpendiculo diſtat. 74.A
diuitum familiæ cur appetantur à nonnullis. 77.K
diuitum aſſeclæ quales 207.E
diuitum ſpecioſa ac beata. 235.H. incommoda. 237.F.G.I. miſeria. 338.B.
diuitum pauor in bello 237.F
diuitum felicitas in quibus putetur conſiſtere. 338.A
diuitum impotentum ac languidorum tædia & cruces 338.B
Diuitum cura per noctes 239.A.B
Diuitum faſtidia in omni temporis ſtatu, ſeu æſtiuo, ſeu hyberno. 361.H
à diuitibus ſe amari ſimulare debent meretrices. 320.D.E
diuitibus ut ægrè faciant pauperes. 338.E
diuites contra, decretum apud inferos factum. 54.D
diuitiæ cur amentur à diuitibus. 7.H
diuitiæ etiam nomina eorum mutant, quibus obtingunt. 13.K
diuitiæ indignis obtingentes, facilè diffluũt. 13.K. & dein.
diuitiæ malum ſæpe dominis afferunt. 35.C.
diuitiæ etiam uileis nobilitant. 40.I.
diuitiæ in quo conſiſtant 212.D
diuitiæ ſolitariæ ſuaues 258.G
diuitiæ ex rudentibus pendentes 306.H
diuitiarum comites 14.F.16.B
diuitiarum mala 15.C
diuitiarum effectus. 15.H. fructus. 339.A
diuitiarum eleuatio ac contemptus. 233.F.G. & dein per tot. 306.I.K.
diuitiarum uerus uſus in mediocritate. 13.d
diuitiarum utilitas nulla eſt ſine teſte. 338.F
diuitiarum parandarum labor 360.H
diuitijs animus augetur 321.B
docere fabulam 299.I.
docilitas ut paretur ab hiſtorico. 121.C
docti ſæpe inopia laborantes 336.B
doctorum pauperum munera ad diuites. 336.G.
doctores in ſacra ciuitate 352.A
doctrina ad quid neceſſaria ſit 119.E
doctrinæ prætextu uitia nonnunquam maxima patrantur 321.K
doctus ac ſapiens unde cognoſcendus. 93.B.C.
dodonæa fagus 193.C
dolium Diogenis Sinopenſis. 113.K. 292.F. 332.I.
dolium pertuſum Danaidum. 42.F
doliolum, ſeruus fugitiuus. 333.H
dolor in medijs non habendus. 345.C
domeſticos in ſuos ſæpe ſenes iraſcuntur. 156.C.
domino debitum ſerui reddant 380.F
domini bonorum noſtrorum uerè non ſumus. 8.B
domos totas exhaurit meretricius amor. 208.A.
domus paternæ à ſe uenditæ precium amicus amico dono affert. 208.B
domos diuitum ut noctu ſine ſtrepitu aperias, & inuiſibilis ingrediaris 239.A
domus ſpectrorum apparitionibus infamis, ut purgata. 275.K. & 276.A.B.C
domus pulchræ & bene inſtructæ deſcriptio. 294.E.F. & dein per tot.
domus ampla ac pulchra an ad orationes habendas commodior. 294.I. 296.E
domus finis 360.A
Domus non ſolum cõmodæ & neceſſariæ, ſed & pulchræ faciendæ 371.C
donarijs dij non indigent 57.A
à Donarijs dedicandis aut ſacrificijs faciendis nemo excluditur. 160.C
donatio ſemel liberè facta, non reuocatur 327.D.
dorcas meretrix 310.H
doris amatorem non habet 33.B
Δυάδες 179.K
dracones in exercitum immiſſi 118.E
dracones Parthorum 118.E
draconum mirum ingenium. 161.G. 162.I.
draco Pellæus. 162.D
draconis caput in ſpeciem quandam bumanam effictum 162.D
Draco ipſe loqui mira arte ſimulatus. 164.D.
draco uetus à minimo quodã ſerpente ad cœtum aliorum ſerpentum accerſitus. 273.C.D.
dracones Libyci 301.I.
dromo ſeruus 81.B
droſe meretrix 321.E
duo maximè à ueteribus ſcriptoribus petenda 285.C
duas negationes unicam efficere affirmationem 235.G
duos tyrannos una ciuitas non alit. 145.G
ducis militiæ corporale robur, minimi momenti eſt præ conſilio & prudẽtia. 141.b
duces tam lingua quàm manu prompti. 277.H.
Dyades duæ, quatuor efficiunt. 96.G

E

Ebrioſa ſaltatio phrygia. 172.C
Ebrietatis & Academiæ lis 247.F.K
Ebrietatis excuſatio. 280.A.B. 293.G
Ebrijs deſignata inter pocula, ſilentio tegenda. 340.D
Ebrietatis impudentia 348.G
Ebrius tragœdias ſcribebat Aeſchylus. 353.H.
Ebrietas perſtricta 357.K
Ebur purpureo oſtro infectum, pulcherrimum. 198.H
Echinus piſcis 71.D. ad marg.
Echo cantui Polyphemi reſpondere dedignata. 33.B
Echo nympha, uox ſine corpore. 147.D. 194.I.
Echus imitatio. 199.H
Echo à Pane carminibus prouocata. 247.F.
Edeſſa urbs. 345.G
Educationis momentum 376.D
Egere pluribus, infirmitatis indicium: nullius rei, diuinitatis 361.B
Egeſtatis mala 360.B
ἐλασσίμυθος 180.G
ἐλυσθήκη 180.B
Eiectos ab ſe græculos philoſophos Romani diuites fundius pire cupiebãt. 83.H

ἰνιὰν uitæ aulicæ. 13.K.
Electra fratrẽ noſcens & nõ noſcẽs. 64.B.
Electri fabula, ac de cygnis ad Eridanũ. 281.B.C. & dein.
Elenchus & Demonſtratio, philoſophiæ comites 67.F
Elenchus amicus ueritatis 290.H
Eleuſinia ſacra inferorũ rebus ſimilia. 75.C
cur ijs initiari noluerit Demonax. 185.C.
Elephantorum terror exercitum hoſtium profligans. 109.F.G
Elephantus in trophæum pictus. 109.I.
Elephãtos ſagitta iterficere, puerb. 115.G
Elephanti moleſta muſca. 281.G
Eliæa fori iudiciale Atheniẽſium. 191.A
Eloquentiæ commendatio. 2.C.D. & dein.
Eloquentiæ typus, Hercules Gallicus. 280. D.E.F. & dein.
Eloquentiæ uis. 280.K
Eloquentia Demoſthenis. 355.K. 356.C
Elyſius campus. 128.H
Emmelia ſaltatio 171.A.F
Empedoclis ambitio. 47.A. 325.H
Empedocles in numero beatorũ nõ eſt. 129.f
Empedocles Icaromenippo in luna appa-rens. 241.I.K
Empuſa quid 171.I.
Emungentes mel 115.A
ἐναλάπαγ, & ὑπαλάπαγ. 364.A
Encomij & hiſtoriæ diſcrimen. 114.G.H
Encomia non omnibus grata 115.E
Encomiaſtæ quæ obſeruent. 201.H.I. & dein. 203.I.
Endromides 180.E
Endymion Lunæ adamatus. 25.F.G. 123.E. 183.D.
Endymionis exercitus 123.H
Endymionis in formam comparatus Ale-xander. 165.H
Enipei amicam Neptunus uitiat 36.D
Enſe ſemper ſuccinctum eſſe, in pace ſuper-uacaneum eſt. 264.H
Epeus equi Troiani fabricator 277.I.
Epheſtria feſta 318.I.
Epicharmi ſenectus 299.k
Epictetus philoſophus. 187.C. 327.F. Eius lychnus. 284.K.
Epicureorum dogmata 63.G.H
Epicurei & Chriſtiani aduerſarij Alexan drí Pſeud. 164.A
Epicureus quidam penè lapidibus obru-tus ab Alexandri Pſeud. ſectatoribus. 166.D.E.F.
Epicurei in deos contumelioſi. 244.H
Epicurei cæteris philoſophis inuiſi. 340. H.K.
Epicuri epiſtolæ. 87.K. liber. 166.G.
Epicurus & Ariſtippus primi inter bea-tos. 129.A
Epicuri encomium 164.B.C. 168.E
Epicurum metuebat Alexander Pſeud. 166.C.D.
Epicurus tranquillitatem ſuadet. 166.G. ac uoluptatem. 249.A.B.
Epigramma maius calatho 353.E
Epimenidis ſomnium 12.B
Epimetheus, Prometheus 4.G
Epipolarum munitiones 119.H
Epirotæ cuiuſdam cum Nerone de uicto-ria contentio, & exitus. 373.G.H
Epiſtolæ Saturnales 337.A.B
Epiſtola quædam tanquam Eridis malum. 343.K.
Epithalamium pro nuptijs. 344.E
Epius pugil. 129.G
Equæ Theſſalæ indomitæ. 109.A
Equiformicæ 123.F.K
Equogrues 123.H
Equiuultures 123.D
Equitare inſoliti periculũ. 307.D
Equitator Caſtor 195.G
Equites, quarta pars ciuium Athenienſiũ. 264.H.
Equorum ſenio affectorum pellis inutilis. 83.G.
Equi, elephantorũ conſpectu maximè ter-rentur. 109.G
Equi & canes etiam ad inferos traijciun-tur. 75.B
Equus tridui curſum perpeſſus, à curſu de-ſiſtens, expirat 213.F
Equi Threicij. 128.H
Equus Achillis loqui introductus. 233.I.K
Equus per amœnum campum libẽtius cur-rat. 295.H
equus ſe uolutãs ut optime pingatur. 354.g
Equi iſani ſeſſor, illi⁹ arbitrio fertur. 361.I
Eraſiſtrati medici mira prudentia. 347.H
Eratoſthenis Cyrenæi ſenectus. 299.K
Erechthei filiarum exemplum 356.K
Erichthonius è terra editus. 271.K. 297. E. F.
Erigones canis 358.B
Eridis deæ fabula. 34.C. 343.I. 370.A.
Erinnys. 75.C
Errare ex compoſito. 89.B
Errones ſtellæ. 181.F
Eruditionis cõmendatio. 2.C.D.E. & dein.
Eruditio prima iuuenũ Atheniẽſiũ. 262.E
Eruditio à recta ratione abducens. 343.H
Eruditi ne uileſcant. 77.E. 84.I.
Eruditi homines pecuniam negligere de-bent. 80.B
Eruditi apud diuites mercede ſeruientes, miſerandi. 86.D
Eruditorum fautores apud inferos mitius habent. 53.E
Eruditis uideri uolentibus diuitibus adulan dum ut ſit. 83.A.B
Eſca trahendis philoſophis. 71.A
Eſus ciborum interdictorum ultio. 327.D
Etœmoclis Stoici ĩmodeſta epiſtola. 342.F
Etnarchus Boſpori rex depoſitus, & alter illius loco ſubſtitutus. 299.B
τὸ πράπαγ uerbi uſus 87.H
Euagoras Cypriorum rex 205.C
Euangeli cuiuſdam citharœdi ſtulta de ſe perſuaſio. 284.D.E
Eubiotus Boſporanorum rex 213.G
Eubœa à Bœotia reſecta 373.A
Euchenoris fatum 366.I.
Euclidis ducis rerũ geſtarũ obliuio. 104.k
Eucrates ſenex opulentus. 39.B
Eucrates proditor 355.G
Eucritus nummularius 340.F
Eudamidas & Aretæus Corinthij & Cha-rixenus Sicyonius, amici inſignes. 209. A.B. & dein.
Euehi ac promoueri ut poſsis in aula. 81.k
Euirati Cybeles matris aſſecle. 336.C
ἐυλογίς. 180.B
Eumeli Elei citharœdi uictoria 284.F.G
Eumolpus Thrax et barbarus myſteriorũ Atheniẽſiũ auctor. 186.E. 264.G. 331.G
Eunomus Locrus choragus in Elyſio cã-po. 128.I.
Eunuchus an philoſophiæ operã dare de-beat. 180.H.I. & dein per tot.
Eunuchorum quàm ſpadonum conditio uti-lior. 181.G
Eunucho an pueri magis committi debeãt. 181.H.
Eunuchus fieri maximè refugiebat Lucia-nus aſinus. 219.E
Eunuchus principatu potitus. 298.I.
Eunuchus regnæ adamatus. 348.H
Eunuchi in mulieres depereuntes. ibi.
Euohe, ſignum in exercitu Bacchi aduer-ſus Indos. 279.C.E.
Eupator rex. 168.A
Euphorbus cum eſſet Pythagoras, auri etiã ſtudioſus erat. 235.K
Euphorion poëta 121.F
Euphranor pictor 198.G
Euripidis auctoritas. 65.I. ſententia de mu lieribus. 194.E. de Ioue opinio. 231.I.
Euripides Archelai paraſitus. 255.F
Euripi immiſſo circa Chalcidem. 373.A
Eurybatus 161.B
Eurycles dæmones. 180.G
Euryſthei prouidentia in delendis malis hominibus per Herculem. 128.H
Euryti temeritas. 66.C
Europæ raptus. 37.B.C. & dein.
Europi cædes 118.C
Euthydicus & Damon Chalcidenſes, no-bile par amicorum 208.F
Ex Iouis tabulis, prouerb. 78.K
Excludendi nonnunquam amatores mere-tricibus, ut feruẽtius ament. 320.F. 323.B
Execratio uehementiſſima 363.C
Execti propter uoluptatem 191.F
Execti ueſtem & ornatum muliebrem una de recipiant. 331.G.
Exectionem maximè formidabat Lucia-nus aſinus. 219.F. Vide caſtrati.

Exempla mala in remp. non inducenda. 148.G.H.150.B.
Exequiarum conſideratio 267.G.H
Exercitationis puerorum apud Athenienſes,finis. 260.A.263.B.G
Exercitium ad cœnam,cur fiat. 105.E
Exercitia firmiora ac certiora ad libertatis tuitionẽ,quàm oleũ ac pulueris.264.E
Exercitus profligati ac fugẽtis mira hypotypoſis 109.H
Exercitus ingens 123.G
Exercitus Bacchi ridiculus.278.k.& deĩ.
Exercitus pulchritudo 371.C
Exilij pœna 301.B.D
Exul inopia preſſus, oraculum inſtituit. 163.C.D.
Exulem amicum uſque ad mortem ſecutus alter amicus 208.E
Exul reductus nonagenarius regnare incipiens 299.A.B
Exulum deſiderium patriæ. 300.I.K
Exitus de homine iudicat 56.H
Exitus ac miſsio ignominioſa philoſophorum mercede conductorum. 83.E.F.
Exitus infelices maximorum tyrannorũ. 57.D.E.
Exordiũ hiſtoriæ ineptum. 16.B.& dein.
Expeditionum uota mirabilia 307.F
Expertis rerum uſu uiris conuerſari, utile eſt. 376.H
Expetenda uulgo 334.F
Expiatio hominis ad inferos adituri.52.F.
Exploratores falſi prophetæ 165.F
Exprobratio meretriculæ cum amatore. 322.G.H.amatoris cum meretrice. 324. F.G.& dein.
Exprobrationes philoſophorum in ſe inuicem. 343.E.F
Exteriora hominis ſæpe ab interioribus multum diſident. 377.C
Extremarum uoluntatum ſtultitia. 8.F
Exuſtorum hominum nidor 130.E

F

Fabarum eſus à belli uictoria 129.I.
Fabarũ eſus à Pythagora interdictus.61. K.234.E.237.A.
Fabas apud inferos non auerſatur Pythagoras. 46.K
Fabulæ de Saturno ut intelligendæ. 33.B.C
Fabulæ Græcorum ut accipiendæ. 183.E
Fabulæ poetarũ pro ueris habitæ. 266.D
Fabulæ poëtarum mendaces 271.I.
Fabularum omnium penè origo ſaltatori pernoſcenda. 172.F.& dein.
Fabularum uſus 272.A
Fabularum interpretes apud Aſſyrios & Arabas longæui 298.B
Fabuloſa ab hiſtoria abſint. 115.C.121.H
Fabuloſi omnes ſcriptores perſtringuntur. 122.D
Facies muliebris qualis eſſe debeat. 198.E
Facies operis cuiuſque & ædificij elegans & ſplendida eſſe debet. 278.F
Facinora in regum aulis 242.C.D
facinore innoteſcendi cupiditas 328.B
facta,infecta eſſe non poſſunt. 119.H
facundiã Galli tribuunt Herculi, non Mercurio. 280.G
facundiæ utilitas 280.K
fallendi ſtudium 271.H
falſi prophetæ deſcriptio. 160.H.I & deĩ per tot.
falſus uates uanitatem ſibi opprobratam morte penè ultus 166.D.E
falſitas hiſtorici uindicata 115.G
falx Saturni 336.C
fama ut paranda. 110.F
fame mortuus Blepſias 49.I.
fames luctum expellit 267.I.
famis excuſatio 293.K
famulos ſuos domini & heri ut conuiuio excipiant. 336.K
fanis nõ cõtinetur deorum poteſtas. 186.C
faſtidium parit nimia bonorum continuatio. 377.A
faſtuoſi ac diuites ut ſubmonendi. 6.F. eorum hypotypoſis.7.E.
faſtus diuitum ut deprimi poſsit. 7.I.
fatalis neceſsitas an crimina excuſet.51.a.b
fato uel inuiti agimur. 46.F.G
fati & Parcarum conſideratio. 222.F.G. & dein.366.F.G.& dein.
Febricitantis uiſum. 275.C
febres,mortis nuncij ac miniſtri 57.K
febris Abderitica in ludis tragicis contracta.113.G.ut leuata.113.H.
febres pauperibus facilè curãtur.237.H.I.
febribus medentes ſtatuæ 338.I.
felicitas ſuperbos atq; arrogãtes facit.5.a
felicitas diuina manca fuiſſet, niſi fuiſſet cuius collatione felicior appareret. 20.D
felicitas ut ſtelligatur.20.H.eius finis.185.k
felicitas quæ maxima 90.H.253.A.B
felicitas paraſitorum 255.F
felicitas ſine teſte,iniucunda. 339.A
felicitatis ac proſperitatis moroſitas ac querela. 361.H
felicitatẽ philoſophi alij aliã ſtatuũt. 102.E
felix Stoicus 105.A
felicis memoriæ mulier 275.E
felicium inſula ac ciuitas 128.E.F
femur aureum Pythagoræ.62.A.& Alexandri Pſeudomantis.165.I.
feneſtræ in cælo per quas Iupiter mortalium uota exaudit 243.I.
feneſtræ domus ut fieri debeant 295.C
feræ legem naturæ non uiolant. 191.G
feræ paucioribus quàm hoĩes egent. 361.B
feris conuerſans homo & imperãs.276.G
ferendum ac boni conſulẽdum quod adeſt. 49.C.
ferri uſus præſtantior quàm auri. 57.B
Ferrum in urbe geſtare nõ licebat Athenis. 264.I.
Feſtos dies rarò agunt artifices 254.B
feſtis publicis magis ringuntur pauperes. 336.A.
feſtorum Saturnalium leges 336.C.D
feſtum maximum in uere, quod pyra aut fax appelletur. 351.E
Ficulnei ſenſus 284.B
è Ficulneis truncis uiridibus conſtructa pyra igne perire uolentibus conſtruenda, ut fumo præfocentur 328.D
Ficus, ficus nominandi ſunt ab hiſtorico &c.120.A.
fidei Chriſtianæ fundamenta.366.C.D.E.
figmenta imperiti uulgi 330.C
figulina ubi exerceri nequeat. 302.D
fila Parcarum. 57.H.I.
filiam ſuam elocandam amicus moriẽs amico ſuperſtiti legat. 209.A.E
filiam in meretricia arte mater inſtituẽs. 319.A.B.
filiarum tenellarum educatio. 376.D.E
filius tyranni,etiam ipſe metuendus.134.k
filius tyranno ſuſpectus 142.D
filius formoſiſsimus ex matre turpiſsima. 209.H.
Filius paternæ crudelitatis adminiſter. 298.K.
filius patrem ſenem præfocans. 326.E
Filius ex patre, in iuramentum adhibitus. 367.C.
filij cædes,patri acerbiſsima 135.A
filij mortem inconſolabiliter lugens, ut conſolatus. 186.B.C
filij periculo perculſus pater ſimulationem deponit. 297.G
filio pater obſequens 133.C
filiorum gratia an fœnerandum. 91.E
filiorum oſores tyranni. 142.B
Filiorum quanta cura ſit patribus. 300.E
Filiorum educationis difficultas 375.K
Filiorum mala quàm parẽtibus grauia ſint 376.A.
Filijs uiaticum ad diſcendum patres dent. 155.E.
Filios ſuos inuicem ſibi exprobrant Iuno & Latona. 27.A.B.& dein.
Filios ſuos dæmonijs immolantes.352.A.B
Finis hominis de illo iudicat. 156.H
Fines & principia philoſophiæ uaria. 254.I.
Finium inſana contentio 58.B.242.G
Finitimorum inimicitiæ & odia.377.D.E
Flagitia ubi maximè regnent. 133.E
Flagitijs ſupplicium debetur. 158.A
Flagris pueros immerentes cædi,inhumanum,& inutile. 265.K
Flammæ ſuppliciũ quibus debeatur.328.A
Flatus idem & ignem accendit,& lychnũ extinguit. 265.A
Flumen uino fluens. 122.I.128.G.337.C.
Flumina lactis. 128.G. & mellis. 337.C.
Flumina ſurſum incedentia. 84.G

Fluuius ex optimo unguento. 129.E
Fluuij cœno, sanguine, & igne decurrētes 130.F.
Fluuij infernales 266.E
Fœminæ ac uiri diuersa delineatio. 109.A
Fœminæ communes omnibus 129.C
Fœminæ uiris loquaciores 270.I.
Fœminarum corpora flaccida &c. 156.A
Fœminarum amor. 270.I.
Fœminarum flagitia 376.F.G
Fœmininū genus etiã saxeũ amatur. 190.H
Fœminea fraus 207.I.
Fœneratorũ gemitus apud inferos. 74.F
Fœnus primum, & fœnus secundũ. 64.D
Fœnora etiam exercent philosophi. 91.E
Fœtor eos sepelit quos insepultos homines relinquunt. 187.H
Fons risus, & uoluptatis 128.K
Fontes mellis & unguenti 128.G
Fontes tres Satyro Pani & Sileno sacri. 279.I.
Foraminoso cophino haurire, puerb. 13.F
Foris admotis an leuetur morbus 272.G
Forma nihil apud manes prodest. 38.A. 75.B.
Forma bonum fragile 46.B
Formæ deorum uariæ. 60.H.I.
Formæ nomine ut aduletur diuitibus. 83.B
Formæ cura nunquam deponitur. 372.C.
Formica Indica 236.F.337.H
Formicarum studium ac resp. 242.I.K
Formica camelus, prouerb. 337.B
Formosæ magis audire cupiebant deæ, quàm quiduis aliud 370.C
Formosi ferè solicitantur 31.E
Formosi Socratis 129.A
Formosi non plus cordatis laudãdi. 192.A
Formosi pueri & adolescentes celebres. 308.K.372.B.C.
Formosi amatores non tam multa dant meretricibus, quàm deformes 319.F
Formosi statim amantur 372.B
Vide pulcritudo & pulcher.
Fortes ut amentur 372.A
Fortitudinis causa Hercules deus putatus. 369.F.
Fortuna, fatum & Parcæ, an idem sint. 222.H.
Fortuna quos effert 200.K
Fortunæ fauore destitutũ nemo agnoscit. 12.A.
Fortunæ casus uarij 245.D
Fortunæ ac fati uis 85.H.358.K
Fortunæ blandienti non cedere, magnorũ uirorum esse. 7.D
Fortunati ut ne inuidiosi sint 200.I.
Forũ iudiciale cur fugerit Lucianus. 68.I.k
Forum iudiciarium ab Academicis sublatum. 129.B
Fori & iudicij constitutio ut fieret. 247.E.F.
Fori iudiciarij incommoda. 375.G.H
Fora & iudicia sycophantis & rabulis forensibus plena 257.F
Fossio isthmi. 372.G.H.& dein.
Fratris insidijs frater rex sublatus. 299.A
Fratres inter sese, Christiani. 326.I.
Fratrum alternans mors 32.B
Fraus mira 212.K
Frictionis ex pfora uoluptas 251.D
Frigidæ leges Platonis 243.I.
Frigiditas Caspias niues superans, & glaciem gallicam. 116.H
Frigus antelucanum 233.H
Frigus hyemale, Abderiticæ febris remedium. 113.H
Frons hominis mendax 377.B
Frugalitatis commendatio. 8.E.359.A
Fruticum genera pro fructu pulchritudinẽ habentia 189.I.
Fucus mulierum 194.H
Fucum ut rhetor populo faciat. 269.I.K. & 270.C.D.E.
Fugitiuorum reprehensorum pœna. 333.k
Fulgur ex pelui 137.C
Fullonia ars. 333.D
Fulmen Iouis cur innoxios feriat frequentius, noxijs parcens. 224.E
Fulminificum uas 367.K
Fumo ex igne quàm multa iputãda. 186.G
Fumo sacrificiorum maximè delectantur dij. 244.C
Fumus patriæ quàm gratus 301.C
Fumo præfocari, durißima mors. 328.D
Funebres cerimoniæ. 266.I. earum irrisio 8.F. 58.H.
Funebris orator se ipsum ad tumulum iugulans. 117.K
Funiculus nimis tendendo rumpitur. 317.H
Furacitas Mercurij. 71.K.183.F
Furentem simulans, ipse uerè furere incipit. 176.A
Furiæ in theatris, malis gaudent 367.I.
Furor ac mania se castrandi unde manet. 351.G.
Furor poëtarum 222.H.352.H.I
Furorem ut simulare poßis 162.C.D
Fures in portu obuersantes. 214.D
Furtum in nuptijs pudendum 345.B
Furti excusatio per famem 293.K
Furti uindicta 274.F
Fusi Parcarum 57.H.I.
Futura, historiæ mandantes 118.G
Futura supplicia apud iferos negat. 224.G
Futurorum cognitio quibus maximè necessaria. 161.H
Futurorũ cognitio sæpe molesta sit. 73.d.e
Futurorum prædictores. 302.K
Futurorum uaticinatio difficillima. 303. A

G

Galatarum robur 109.D. cædes. ibi.I.
Galatea Polyphemi amasia. 32.I.K. Eius templum. 127.I.
Galeæ è fabarum spolijs 123.I.
Galilæus. 366.D
Gallina ex Phasíde 306.F
gallinaceus gallus ubi p deo colitur. 130.K
Gallus quidam philosophus academicus enuchus. 181.F
Gallus ab Othryade cæsus 164.F
Gallus humana uoce sonans 233.I.
Gallus Mercurij assessor 233.K.238.I.
Gallus adolescens in auẽ conuersus. 234.B
Gallus aliquando oua pariens. 237.B
Gallus sæpius fuit Pythagoras. 237.D
Gallus Numidicus. 306.F
Gallus unus sedecim deis appositus. 227.G
Galli cantus importunus nõnunquã. 233.H
in Galli cauda mira uis magica 238.I.
Galli cur Solem cantu anteuertant. 234.C
Galli cui castrarentur, Iunoni ne, an Rheæ. 347.E.
Galli Cybeles i mulieres depeũtes. 348.H.
Galli quibus diebus fiant. 351.G
Gallorum gallinaceorum pugna. 265.D.E
Gallorum sepultura 351.H
Ganeones perstringit 360.G
Ganymedes. 22.E. & dein. 29.B.240.A. 244.C.358.F.369.G
Garamantum uita ac uenatio 301.G.H
Gastrocnemia quæ sit 124.I.
Gatis Syrorum regina 345.G
Gelonis uxoris prudentißimũ responsum. 96.D.
gemmarum uariarum ornatus. 350.C.D
genæ muliebres quales esse debeant. 198.E.
generationis conseruatio ut fiat 191.C.D
genicularium luctamen. 216.E
gentium error in dijs colendis. 231.K
gentium uitia & proprietates 242.E.F
gentilium deorum uanitas confutata. 357. D.E.F.& dein.
genus ementitum, creditum tamen etiam ab ijs qui parentes nossent eius qui mentiretur. 162.B
genus uitæ quod ceperis, persequere. 374.f
geometria admiranda 104.F
geometrarum auctoritas 373.C
Γυμνάσιον 180.B
geryon tricorpor ut intelligatur. 215.A
geryonis ossa Thebani pro miraculo ostendunt. 285.A
Gestari hominem ualidum ac sanum ab hominibus aut iumentis, Cynicus indignatur. 361.G
glacies Gallica. 116.H
in Glacie maris, mansio effossa. 127.G
glaciatum pelagus altè ad passus trecẽtos 127.G.
gladiatorum paria ut sortiantur. 97.F.G
gladiatorum spectaculum 214.E
gladius tyranno non deest. 143.H
glandes cubitales mirabiles 124.I.
glauci laus apud Homerum. 204.B
Gloriæ cupiditatis insania. 46.F.54.A. 329.K.378.E.

Gloriæ dulcedo. 44.K. 50.I. 140.D.E. 265.D.326.K.
Gloriæ părădæ ratio.107.C.110.C.260.A
Glycon deus. 163.C.165.G.166.B.C.
Glycera meretrix 316.E
Gnidij cuiuſdam architecti aſtutia. 121.k.
Goæſi regis Characeni ſenectus 299.B
Gorgiæ ſophiſtæ ſenectus 299.G
Gorgona meretrix 316.E
Gorgonũ fabula.28.G.36.G.197.F.199.I 274.I.296.H.365.K.
Goſethræ fratris fraudibus ſublatus Artaxerxes Perſarum rex 299.A
Graculus Aeſopicus. 290.k
Gradus amoris 196.K
Græcanicus ornatus 111.K
Græcarum aliquot uocum ſolœciſmi. 362. F.G.H.& dein.
Græci philoſophi Romæ ſerui. 80.K. cur in tantum contemptum uenerint. 83.H
Græci ut opera ſua in lucem ac commĕdationem produxerint. 107.D
Græci à quo aſtrologiam didicerint. 182.I.
Græci melius de amicitia loquuntur, quàm eam re præſtant. 206.I.K
Græci fabuloſi 272.A
Græci philoſophiam principiò nec omnino excludebant,nec admodum complectebantur. 331.G
Græci pauci rectè philoſophati. 332.K
Græcorum amicitiæ eleuatæ. 211.A.B
Græcorum pax ibi.B
Græcorum oratorum proditio 356.A
Græcorum inter ſe conſenſio 371.A
Græcorum ardor in bello Troiano. 371.B
Græculorum eleuatio. 79.G.83.G
Græculorum Romæ ſeruientium precium unde fuerit. 81.B.C
Græciæ paruitas 242.H
Græcia tanquam in tutelam Neroni commiſſa. 373.B
Græciæ commercium commodiſſimum, ac munimentum fortiſſimum 373.B
Grammatica pocula. 178.A
Grammatici cuiuſdam importunitas. 341. K.irriſio.344.E.F.
Grammatici aduertant. 362.C
Grana cucurbitarum pro lapidibus. 131.D
Grando unde ad nos defluat. 125.A
Gratia & Venus pulcherrimæ, Vulcani uxores. 26.H
Gratiũ udinis primæ partes 136.F
Gratitudo diſcipuli erga præceptorẽ.299.e
graueolẽtia à cadauere humano toſto.331.a
Grauidas ſe ſimulantes meretrices. 207.K
Grauida meretrix ab amatore deſeri grauiter fert. 316.H.
Gruum ſaltatio. 171.B
Gryps alata fera. 309.A
Gubernaculum æreum unius ſtadij. 127.A
Gubernator inſignis 304.G
Gubernatoris cuiuſdam pia religio. 167.k
Gubernatoris exemplo deum eſſe probat qui mundum regat.232.F.G.H.& dein.
gubernatorum in naui auctoritas. 55.E.labores.374.D.E.
gula ac uoracitas philoſophorum. 17.A
gula in ſeruitutem alliciens. 81.A
gula, aſſueta flagitat. 83.G
gulæ inſatiabilitas. 360.G
guloſorum irriſio. 8.H
Gyarus una ex Cycladibus, exilij locus. 208.E.
gygis annulus 249.D
gylipus. 119.H
gymnaſiorum utilitas 174.K
gymnaſiorũ Græciæ cõſideratio.259.d.e.I
Gymnoſophiſtæ ſponte ſe in ignem conijciunt. 331.F

H

Habendi cupido quàm cæca. 378.F
Habitú ne æſtimandi philoſophi. 92.K
habitus & diſpoſitiones philoſophorum ridet. 106.A
habitus pegrini inſolẽtia ludibrio eſt. 111.I.
Habitus pudor quoſdam à uitijs cohibet. 246.G.
habitus uirum non facit 285.k
habitus ſancti prætextus 332.B.H
habitus cum inſtituto conueniat. 361.F
Hæredibus cõparcens,ipſe fame mortuus. 49.I.K.
Hæredipetæ taxantur. 16.F.39.B.C.K
hamus Parrhiſiadæ placenta & auro inescatus. 71.A
hamus & eſca aulicorum. 77.B
hannibalis contentio cum Alexandro magno & Scipione. 42.G.& dein.
harmoniæ ſiderum 169.H
Harmonides tibicen Timothei diſcipulus. 110.B.D.H.
haſta graui exercenda iuuentus. 264.F
hebdomas appellatus quidam. 292.B
hebræorum aut Phœnicum uoces incognitæ. 162.F
hebrus fluuius. 333.B
hecates cœna. 37.G.I.
hecates deſcriptio. 274.I.
hector cadauer ſuum ſepeliri uolebat.256.k
hector pro deo cultus 358.I.
hedera amoris ſtudioſa. 189.I.
Helena nihilo Venere inferior. 29.k. Eius forma ac genus. 30.A
helena à Theſeo rapta nõdũ nubilis. 30.B.
Helena Menelao adiudicata. 128.C.à Cinyro rapta.129.k. qualis fuerit.236.H.
helenes thalamus 295.F
Helenæ pulchritudinis mirum encomium. 369.F.370.H.I.k.& dein.
helenæ de nuptijs conſultatio Græcorum. 370.K.
helena,Troiani belli origo.46.B.C.376.C
helicon. 283.F.
Hellanici Lesbij ſenectus. 299.F
Helle ab ariete ĩ mare delapſa.35.D. unde Helleſpontus dictus.ibi.
hemitheon Sybarita cinædus. 285.K
hephæſtion in ſalutandi formula apud Alexandrum peccans. 88.C
hephæſtion ab Alexãdro deificatus.288.H
heptaphonos porticus 330.C
heracleus lapis ferrum ad ſe trahẽs.197.H
Heraclitici. 63.B
herbæ quibus crudis ueſcantur homines. 217.D.
hercules trinoctialis 3.B
hercules Iouis & Alcmenæ filius 25.D
herculis labores. 26.C.opprobria.ibi.D.diuinitas.45.D.E.90.K.
herculea audacia 104.C
hercules Omphalæ ſeruiens. 115.D
herculis tragici fœdum 171.H
herculis fortitudo in delendis peſſimis hominibus. 228.H.369.F
herculis arcum Philoctetes ſolus tendebat. 283.K.
herculis conſiliũ in cõcione deorũ.230.D.E
herculis Gallici deſcriptio.280.c.d.& dei.
hercules cur in ignem ſe coniecerit.328.E.
herculea uita, herculea etiam morte claudenda. 329.D
herculis cœnandi modus 341.E.F
herculis Tyrij templum 346.A
hercules deus aſſcriptitius 358.B.E
hercules nudus incedens, miſer non erat. 361.B.
herculis encomium. 369.A.F
hercules inferos expugnans. 379.I.K.
hermaphroditus cuius filius 26.K
hermaphroditus Cupido & Priapus fratres. 31.C
hermaphroditus utroq; ſexu prædit°. 318.I
hermaphroditorum generatio. 367.K
hermeas eunuchus,tyrannus admirandus. 181.H.
hermes Agoræus 230.F
Hermianus Ariſtotelicus de Categorijs irriſus. 187.C.D
hermocles Rhodius ſtatuarius. 349.D
hermon philoſophus Epicureus. 340.H
hermotimi Clazomenij mirum. 282.H
hermotimus Stoicæ philoſophiæ ſectator. 89.C.D.& dein.
herodizes palæſtrites. 119.C
herodoti commendatio. 107.A. ut Græcis innotuerit.ibi.B.& dein.
herodoti libri Muſæ inſcripti. 120.B
herodotus mendax. 130.G.271.H
heron gubernator peritiſſimus. 304.K
heros quid ſit. 38.H
heroës podagrici 312.k
heroës in numerum deorũ recepti. 369.F
heroides præſtantiſſimæ. 202.B
Heſiodus poeta Homerum uincens.129.G. 171.D.268.E.302.H.I. & dein. Eius ſepulchri mirum.330.D.

Heſiodus paſtor. 335.B. Eius laurus. 353.F.
Hiatus exigui mira capacitas. 347.H
Hiera urbs, ſeu Hierapolis. 345.G
Hieroglyphica Aegyptiorum. 98.E. 367.F
Hieromeniæ feſtum 244.k
Hieronymi hiſtorici ſenectus 299.F
Hieronis Syracuſanorum tyranni ſenectus 298.F.
Hilaris ac gaudens uita, optima 54.G
Himeræus poëta 203.C
Himeræus proditor 355.G
Hinnulus leonem, prouerb. 40.C
Hiperidis ignauia 256.B
Hipparchus Theſſalus Luciani hoſpes. 215.E.
Hippias Eleus ut innotuerit 107.E
Hippiæ balneum 277.E.F. & dein.
Hippiæ laus. 277.K. & dein.
ἱππολαίβας quid 180.E
hippocẽtauri fœminæ mira pictura. 108.G
Hippocratis ſtatua noctu oberrãs. 274.G
Hippodamiæ Oenomai filiæ mira pulchritudo, pro eaq; deorum zelus. 371.E
Hippogypi homines 123.D
Hippolyta aduerſus Athenienſes. 264.G
hippolytũ Phædra an criminata ſit. 348.k
Hippotyphia quid ſit 120.E
Hiſtoria quomodo ſcribenda. 113.F.G. & dein. 114.E. 119.A.
Hiſtoriã ſcribere, non cuiuſuis eſſe. 114.C
Hiſtoriæ propria 114.G
Hiſtoriæ finis, utilitas 115.A
Hiſtoriæ uitioſæ exemplum 115.I.
hiſtoriæ ſcribẽdæ præcepta cui dãda. 119.c
Hiſtoriæ corpus ut delineandum 120.G
hiſtoriã priſcarũ rerũ ſaltator norit. 170.f
Hiſtoricorum ingens prouentus. 113.I.k
Hiſtoricus pictori ſimilis 120.K
Hiſtoricus non debet quærere quid dicat, ſed quo modo. 120.K
Hiſtorici laus perfecta 121.A.B
Hiſtoricus futurum etiam æuum reſpicere debet. 119.I. 121.I.
Hiſtoricorum uanorum punitio 130.G
Hiſtorici poſt oratores legendi. 179.F
Hiſtorici mendaces 271.H
Hiſtorici longæui 299.F
Hiſtriones inepti 6.C
Hiſtriones perſonas uarias induunt. 53.K
Hiſtrionis tragici fœditas 171.G
Hiſtrionũ tragicorũ ridicula q̃ latẽt. 238.G
Hiſtriones tragœdiarum uiles homũculi. 244.F. 309.F.
Hiſtrionicam uitam perſtringit 292.D.E
Hiſtriones à Nerone occiſi 373.I.
Homerus pater fabularum 46.H.I.
Homerus patriæ ſuæ nuſquam meminit. 115.K.
Homerus de patria & de uerſibus ſuis rogatus reſpondet 129.E
homerus cur ab ira fecerit initium poëmatis. 129.E
Homerus an cæcus fuerit. 129.E. 245.D
Homerus Luciano epigrãma duorũ uerſuum condit 130.D
Homerus optimus pictor 198.H.I.
homerus, camelus erat in Bactris tempore Troiani belli 236.H
homerus ampulloſus. 335.B. mẽdax. 271.H
homerus Meleſigenes prius dictus. 353.C
homerus deorum & hominum exornator 370.C.
homeri auctoritas 65.G.H
homeri deſcriptiones ambitioſæ non ſunt. 121.F.
homeri uerſus in beatorum conuiuio canuntur. 128.I.
homeri laus 204.C
homeri hyperbolæ in laudibus hominum. 205.A.
homeri auctoritas ad probandam deorum prouidentiam. 231.E
homeri poëſis inter præcipuos codices. 284.B.
homeri ſtatua 352.G
homeri & Demoſthenis collatio. 352.K
homeri indecora quædam & inepta. 353.B
homeri patria ignoratur 353.C
homeri de Parcis et fato teſtimoniũ. 366.f
homero cur à nonnullis fides habeatur. 120.A.
in Homero quid laudandum ſit 354.A
homeromaſtix 204.K. 303.C
homerica carmina Charon unde calleat. 56.C.D.
homo bicolor 4.A
homo mundi cultor. 20.F. bulla. 58.D. ſocietatis amans. 192.F. dei ſimulacrum. 205.D. ex nihilo factus. 367.A.
homo ut in ſublime uolet 240.C
homo uolans, & ſuper aquas ambulans. 273.E.
hominis formatio neceſſaria erat. 20.B.C. Eius forma excellentiſſima. 20.K
hominis inopificio quid reprehẽderit Momus. 93.D
hominis uita longiſſima centum annos nõ excedens. 99.G
hominis tricipitis mira abſurditas. 104.C
hominis uafri ad fallẽdũ deſcriptio. 161.A
hoĩs eſt peccare, dei uerò corrigere. 184.k
hominis figuram cuilibet rei indẽs magus, & eo miniſtro utens. 276.H
hominis nefarij occurſus primo mane, infauſtus & ominoſus 292.C
hominis triſtis & cogitabundi mira deſcriptio. 364.K
hominem tribus duntaxat temporibus licet citra iudiciũ impune occidere. 148.A
homines ac ciuitates formicis comparatæ 242.I.K.
homines ad deorũ conuiuia admiſſi. 60.G
homines apum examini ſimiles. 57.G
Homines arborei 124.I.
Homines arborum foliis ſimiles 58.B
homines aurei 337.C.D
homines beati, perrari 380.K
homines dimidij ſtadij ſtatura. 126.K
homines dijs cõparati in laudando. 204.B
homines dij facti nulli ſunt niſi propter pulchritudinem. 369.G
homines ex duobus compoſiti, animo & corpore. 45.G
homines ex ſerpentinis dentibus nati. 271.K.
homines in Attica olerum more ex terra emerſi. 271.K
homines inſignis ĩprobitatis 161.B
homines ipſi & nautæ & naues. 132.C
homines, omnis deorum gloria. 228.A
homines ſacrati ſeſe in feſtis uulnerãtes & uerberantes 351.F
homines ſe eſſe obliti, malè pereant. 57.F.
homines ſtupidi & craſſi magis mouẽtur oraculis. 161.k.
homines ſubereis pedibus ſuper mare decurrentes. 127.I.
hominum ætates inter ſe collatæ, plurimũ differunt. 18.D
hominum amore etiam deæ captæ. 369.K
hominum appellatio, præ Cynicis. 362.A
hominum exuſtorum nidor 130.E
hominum feliciſſimi. 375.C.D
hominum leuium ſtoliditas. 161.H.I.
Hominum mores haud facilè cognoſci. 252.E.
hominum naturæ familiare, calumniæ errore labi. 289.G
hominum primorum uita 193.G
hominum res omnes & omnia conſilia in cælo ſcribi, & deo nota eſſe. 367.A.B
hominum uanitas proponitur ac irridetur 54.K.
hominũ uita pompæ cuidam ſimilis. 53.H
hominibus tanquam iumentis abutentes diuites. 360.k
homicidæ relegatio 208.D
homicidij horror 167.K. 148.D
honeſtas etiam hoſti amabilis. 355.I.
honeſtum melius eſt quam quod ſit neceſſarium. 193.F
honor parentibus deferendus 300.E
Honorem contemnere, magni animi eſt. 202.E.
Horæ cœli oſtiariæ. 60.F. 230.H
Horarum indicia per aquam, & ſonitum, & ſolem. 278.H
Hormum ſaltare, quid 170.D
Hoſpitalitas deſcripta. 111.K. & dein.
Hoſpitalitatis mirum exemplum. 126.B.C 158.E. 215.E.F.
Hoſpitum admiratio in alienis urbibus. 112.K.
Hoſpitũ receptores in ſacra ciuitate. 351.A
Hoſtem operibus & copijs iuuans, perinde eſt ac ſi ipſe patriã oppugnet. 144.I.

Hoſtem quatenus licet occidere 148.B.C
Humana uita,miſerrima 238.H
Humana omnia ridicula et inſtabilia.240. D.379.H.
Humanitatis allectio 2.B.C.D.
Humanorum corporũ toſtorum ingratus nidor Ioui. 330 K
Humeri Herculis 378.I.
humor igni nutrimẽtum ſuppeditat. 301.b
Hyacinthus Socrati adamatus. 129.A
Hyacinthi amore captus Apollo. 26.E. 369.K.
Hyacinthus formoſus 372.C
Hydamardia ciuitas 132. D
Hydra Lernæa. 228.H.264.K
Hyemis inamœnitas. 335.G.336.A
Hyemis frigore febris Abderitica leuata. 113.H.
Hymnis meretrix. 323.G.324.B
Hymnorum nocturnorũ decantatio.368.B
Hypata Theſſaliæ urbs 215.D
Hyperides aſſentator uulgi 355.H
Hyperæ quæ ſint. 33.I.K.ad marginem.
Hyperbolæ encomiaſtarum 115.E.F
Hyperboreorum ruditas. 290.G
Hypocriſis Stoicorum 249.C
Hypocritarum graphica deſcriptio. 332.F G.& ante & poſt.
Hyporchemata quæ dicerentur. 170.G
Hypſicratis Amiſeni hiſtorici ſenectus. 299.G.
Hyſpaſinis regis ſenectus 299.A

I

Iacobi Micylli fides in Luciano uertendo. 372.H.
Iactantia militaris 321.C.D.E
Iactantia crudelitatis puellis teneris ingrata. 324.A.B.& dein.
Iactantiæ ſtultus exitus 324.E
Iacula ſerpentes 301.I.
Iaculationis exercitatio 263.H
Ialemo frigidior,prouerb. 293.A
Iambi mordaces 290.D
Iambulus hiſtoricus mendax 122. D
Iani ac Vertumni capita 378.I.
Ianuæ aureæ ædis ſacræ 350.A
Icari filia dea. 200.G.358.B
Icari lapſus. 240.C.309.F
Icarium pelagus 365.C
Icaromenippus ut in cælũ ſublatus. 241.E & è cælo in terram reductus. 244.K
Iccus palæſtrites 119.C
Idæ montis tumultus 25.K.
Ideæ Socraticæ. 63.F.240.K.273.K.
Idiotæ,uulgi multitudo.266.C. eorum uita optima. 54.F.G
Idiotæ philoſophis compoſitiores & modeſtiores. 343.H.I.
Idomeneus Agamemnonis paraſitus.256.g
Ieiunium decem dierum 368.B
Ignis,Bacchi arma paterna 279.D
Ignis hominibus neceſſarius 21.C
Ignis,ſacrilegorum & parricidarũ ſuppli cium. 328.D
Ignis amatorij uis.215.k.& dein.216.A.B
Igni homo ſe ultro conſecrãs gloriæ cupiditate. 325.E
Ignem è manibus abijcere,prouerb. 12.I.
Igne mori,quidã glorioſum putabãt.326.a
Igne pire uolẽs ſpectante populo.327.I.K
Igne mors allata,citiſſima. 328.A.F
Ignorantia infimæ turbæ permiſta. 57.H
Ignorantia & error,quibus animi hominum excæcantur 58.F.G
Ignorantia quando culpãda uel nõ.144. I.K.145.B.C.
Ignorantia,pernicioſa res.286.K.& deĩ.
Ignorantiã ſuam in morte teſtantes.8.F.G
Ilienſis tragœdos conducẽs,prouerb. 70. A.291.F.
Illecebræ meretriciæ 319.D.E.
Illecebris omnibus peccatorũ reſiſtere difficile. 7.C
Illuſtrium uirorum conuictus quatenus appetendus. 78.D.E
Illuſtres in populo ſuo,ferè oĩbus noti.111.I
Imago amaſiæ amatori amplexata.207.K
Imago perfecta ex diuerſis confiata.198.C D.E.& dein.
Imago undequaque te uelut intuens.350.D
Imagnis imago reſeruata 108.G
Imagnes defunctorum & umbræ.45.E.F
Imagnes deorum ridiculæ 60.H.I.
Imagnes magicæ 150.A
Imagnes ac picturæ deũ referentes. 163.C
Imagnes admirandorum uirorum. 330.D
Imagnum exprimendarum finis. 200.H
Imaginum quarundam ac ſtatuarum mira. 274.C.D.E.
Imitandi hiſtoricis qui ſint 120.F
Immortalitas Chironi faſtidioſa. 48.K
Immortalitas animarum. 356.K
Immortalitas deorum an in felicitate ponenda. 223.D.E
Immortalitatis ſpes, mortis contemptũ generat. 326.I.
Immunditia contrahitur à conſpectu cadaueris mortui. 351.H
Imperatores longæui. 298.E
Imperatoris dies teſtamento relicti. 368.F
Imperium ut tuearis.157.B. ut quamoptimè adminiſtres 187.B
Imperij & potentiæ uotum. 307.A
Imperia etiam uilibus & contemptis hominibus contingunt. 371.B
Imperia tyrãnorũ quàm miſera.378.B.C.F
Imperitia audaces facit. 4.K
Impiorum irruptio in inſulam beatorum, & eorum duces. 129.G
Importunæ philoſophorum propoſitiones in conuiuijs. 344.D
Impoſſibilia animo concipientes, aliò traducendi. 103.I.K
Impoſtorum etiam ac latronum uita deſcripta. 160.I.
Impoſturæ delubrum 130.K
Imprecatio feſtiua 169.E
Imprecationes pauperum aduerſus diuites ſibi nullam æquam conuiuiorum ſocietatem facientes. 337.H.339.C
Improbitas impunita eſſe nõ debet. 140.A
Imprudentia, culpa temeritatis non uacat. 145.A.
Impudicarum mulierũ ſimulatio. 376.E.F
Impudentem rhetorem inſtituit. 269.I.K
Impudentia Cynicorum 62.F.G
Impudentia pro clypeo 270.B
Impudentia parta,pdigẽda nõ eſſe.293.K
Imputator beneficij,grauiſſimus. 137.E.
In acie nouaculæ rem cõſtitutam eſſe, prouerb. 225.H
In aqua ſcribere,prouerb. 75.A
In ſuum ſinum inſpuere,prouerb. 85.F
Inachi fluuij mors 59.B
Inæqualitas in uita pauperum ac diuitum. 337.B.C.
Inæqualitatis rerum tollendæ ius ad Ioue pertinet. 337.k
Incantamentis an morbi ſedentur. 272.G
Incantationum mira uis.273.D.E.276.H. 365.D.E.366.B.
Incantatio amatoria 318.C
Incantatorum pollicita 161.D
Incendiarium publicum non licet ſine auctoritate legis occidere. 148.I.
Incendio amicum efferens amicus poſthabita uxore ac liberis. 214.H
Incredulitatis malum 268.E.F
Indi primùm guſtato uino in furorem uerſi. 5.F.
Indi ut ſe in igne comburendos componant. 328.F
Indorum ſaltatio 170.G
Indorum clades 279.F
Indorum etiam quidã ſtulti & uecordes. 328.E.
Indorum ſapientes. Vide Brachmanes & Gymnoſophiſtæ.
Indicta cauſſa nemo damnandus. 287.I.
Indigentia quid ſit 359.K
Indoctum quẽdam,qui coëmptione librorum doctrinæ famam aucupabatur,irridet. 283.C.D.& dein per tot.
Indoles maſcula,& indolẽs ſeruilis.289.C
Indormire libellis pro oraculo. 166.K
Inebriari non debent meretrices quæ uiros captant. 319.E
Inedia morientes, ad ſeptimum ferè diem ſufficiunt. 117.B
Inedia uitã finiens quidã. 299.B.C.D.G.
Inexercitata corpora parũ firma. 265.A.
Infamandorũ amorũ mos Athenis. 317.K
Infamiæ indignatione inedia mors accita. 299.B.
Infans in curiam illatus,arridendo iudicibus miſerationẽ patri ſuo meretur.209.b

Infantia Timoclis deorum propugnatoris 229,E.F.
Infantuli mortui,uuæ immaturæ:ſenes,uuæ paſſæ. 72.G.H
Infelicitas, ſtultitiæ & iniquitatis ac oris indomiti finis. 294.C
Inferijs ac libationibus umbræ defunctorum paſcuntur. 266.H
Inferi omnino aliter habent quàm ſuperi. 74.D.
Inferorũ deſcriptio. 46.H.I.53.A.130.E. 266.C.D.& dein.
Inferorum æqualitas. 48.K
Inferorum ſupplicia tollit. 224.G
Inferorum cibus. 72.A
Inferorũ expugnatio ab Hercule.379.I.K
ex Inferis perpauci ad ſuperos reuerſi. 266.E.F.
Inferni os apertum. 275.A.
Infirmitatis immutatio. 210.C
Infortunijs in noſtris, etiam uicinorũ calamitatem reſpicere debemus. 58.B
Ingenij ſpecimen ubi dandum. 210.I.
Ingenium uaferrimum. 161.C
Ingratitudinis actio ĩ quos cõpetat.154.I.
Ingurgitationis immodicæ malum. 338.C
Inimici tollendi ratio aſtuta. 144.I.
Initiatio puerorum ne ſeuera ſit.1.G.2.H.
Initiatiões Alexandri pſeudomãtis.165.F
Iniuriæ tolerantia ſimulata. 167.H
Innocentes punire,res duriſſima. 158.D
Innoteſcendi ratio.107.C.110.B.C.uel per ſcelera.328.B
Ino Bacchi nutrix. 35.E
Inopia quoquo modo depellenda. 293.K
Inopiæ quid ſit. 359.K
Inſania interdum ad tẽpus latet.152.I.ſubinde recurrit. 156.F
Inſaniæ procliuiora ſunt fœminarum corpora quàm uirorum. 156.A
Inſaniẽdum cũ inſanientibus.166.F.288.G
Inſanorum grauis curatio. 154.D.E
Inſciens,non bene meretur. 145.B
Inſepultorum cadauerum umbras Charon non tranſuehit. 374.D
Inſidiæ in aulis Regum. 238.D.E
Inſidijs certare,imbecillitatis argumẽtum. 287.K.
Inſolentia conuiuiorum 79.D
Inſolentia uerborum uitanda. 178.K
Inſomniorum ratio. 234.G.H.I.
Inſomnium,ſomni comes. 245.G
Inſtabilia omnia & ruinoſa apud homines. 379.H
Inſtrumenta artificem non faciũt.284.I.K
Inſtrumẽta nemo parat quorum nullus ſibi futurus ſit uſus. 285.E
Inſula in trophæum in capite ceti ſuſpenſa. 127.C.D
Inſula quædam caſeus maximus. 127.H
Inſulæ mirabiles, quæ noctu, non interdiu uidentur. 123.C
Inſulæ uice triremium. 126.K
Inſularum ingens clades. 127.C
Inſulares,rudiores. 294.H.367.H
Intemperantiæ reprehenſio. 6.I.
Intemperantia philoſophorum. 91.G
Intempeſtiuorum amatores. 8.G
Inter bonos bene agier. 138.H
Interpretes oraculorum. 167.A
p Interpretẽ uerba facere difficile. 229.I
Inuiſibilis ut fias,ipſe omnia uidens.238.K
Inuitationes ad bibendum quales eſſe debeant. 336.I
Io in uaccam mutata. 22.C.34.I.K
ex Ioannis euangeliſtæ primo capite uelut decerpta quædam. 366.C.D.E
Ioci Ionici. 81.H
Ioẽſſa meretrix. 322.G
Iolai inſtitutum. 158.B
Ion Stoicus. 272.D
Ion philoſophus Platonicus. 340.H
Ionicæ uocis puritas. 199.K
Ionicæ ſtructuræ. 350.A
Ionopolis olim Aboni murus. 168.B
Iophon Sophoclis filius patri ingratus. 299.I.
Ira effundenda,ſiqua aduerſus amicũ concepta ſit. 289.C
Iræ amatorum. 320.D
Ira meretricis aduerſus amatorem. 317.H
Iræ ac cõtentionis malum in inſanis. 156.F
Ira ſenum,impotens. 156.C
Iracundia mulierum. 156.A.314.E
Iſidorus Characenus hiſtoricus. 299.A
Iſis nauis. 304.F
Iſis quæ fuerit. 22.D
Iſidis capillos Mẽphitæ pro miraculo oſtendunt. 285.A
Iſmeniæ tibiæ ſeptem talentis emptæ.283.I
Iſmenodora tibicina. 318.I
Iſmenodori mors. 49.B
Iſocrates nugator.270.B. Eius ignauia. 256.A.ſenectus.299.H.
Iſtiæus grammaticus. 340.H
Iuba,equorum ornamentum. 361.D
Iucundum quid ſit. 49.A
Iucundiſſimæ res inter mortales. 171.C
Iudæorum quoſdam ritus imitati Barbari. 345.F.
Iudices apud Atheniẽſes iureiurando adigebantur pari benignitate & reum & actorem audire. 287.H
Iudices inferorum. 374.G
Iudiciarij fori incommoda. 375.G.H
Iudicũ electorum ſententiæ ſtandum.153.F
Iudicium Minois de Alexandro magno Hannibale & Scipione. 42.G
Iudicio calumnioſo liberatus gratias egit imperatori quòd male & iniuſtè iudicaſſet. 89.A
Iudicia apud Rhadamanthum. 128.C
Iudiciorũ iniquitas unde fuerit olim246.d
Iumenta etiã ad inferos traijciuntur.75.B
Iunioribus concionandi poteſtas non erat Athenis. 229.C
Iuno Iouis uxor,germana eiuſdem. 60.B. ubi educata. 310.I.
Iuno Aſſyria. 345.I.
Iunonis cum Ioue expoſtulatio de Ganymede.23.A.B.& dein.
Iunonis & Latonæ contentio de liberis. 27.A.
Iunonis faſtus. 27.D
Iunonis pollicita Paridi. 29.H.371.B
Iunonis zelotypia. 35.G.H.225.H
Iunonis ſimulacrum. 350.B.C
Iunonis benignitas in piſces. 351.D
Iunonis turpia. 366.C
Iunonis epitheton incundiſſimum. 370.C
Iunoni ut ſacrificetur. 351.B
Iunoni minatur Iupiter. 369.I
Iupiter iuuenis ardens ac feruidus,ſenex torpidus ac frigens. 11.H
Iupiter attonſus. 11.K
Iupiter amaſiarum ſuarum nulli gratus. 22.A.B.
Iupiter amori ſuccumbens. 23.I.
Iupiter quõdam magis frugi quàm poſtea. 25.D.E.
Iupiter cur de forma inter deas arbiter eſſe noluerit. 28.E
Iupiter in aurum conuerſus. 36.B.236.A. in Taurum.37.B.
Iupiter ad iracundiam propenſus. 55.A
Iupiter ut clàm educatus. 60.A.B
Iupiter apud Cretenſes & natus & ſepultus.12.C.60.H.172.F.227.D.E.232. D.271.K.
Iupiter Homericus nunc has nunc illas regiones reſpicit. 120.G
Iupiter ut à patrijs dẽtibus ſeruatus 169.I.
Iupiter an fato ſuccumbat. 222.I.
Iupiter tragœdus. 225.E.F.G.& dein per tot.
Iupiter in philoſophũ effiguratus. 227.G
Iupiter in uotis mortalium nonnunquam hæſitans. 244.A
Iupiter Olympicus præſtantiſſimum opus. 326.B.
Iupiter omnia nouit. 339.E
Iupiter qui putandus ſit. 366.B
Iouis cognomina uaria. 11.F
Iouis cum Alcmena concubitus. 25.C.& 1 dein.
Iouis iactantia irriſa. 30.E.222.K.227.C
Iouis formido.30.G.225.H.379.E.380.B
Iouis amores. 60.B
Iouis regia. 60.F
Iouis tabulæ. 78.K
in Iouis ædes uenire,prouerb. 79.C.
Iouis fulmen à Cyniſco contemptũ.224.D
Iouis impotentia. 229.B.neceſſitas ac calamitas.231.F.245.G.H.I.
Iouis catena. 232.E
Iouis uox grauis,et uultus titanicus 243.C

Ioxis ridiculæ quæſtiones. 243.G.H. Eiuſdem zelus pro honore dijs alijs impenſo. ibid.
Iouis munera & occupationes. 244.A
iouis iniquitas aut cæcitas in diſtributione bonorum ac malorum hominibus 334.h
iouis & Iunonis ſimulacra aurea. 350.B.
iouis aſpectus noxius in piſces. 351.D
iouis ignominioſa. 358.C.D
iouis poteſtas eleuatur ac ridetur. 365.e.f.
iouis filij, Hercules, Dioſcuri, & Helena. 369.F.
iouis ſeueritas & acerbitas, & rurſus mã ſuetudo & blanditiæ. 369.I.
ioui conuicia iactat Timon. 11.F.G
ioui ut ſacrificetur. 351.B
iouialia feſta. 12.C
iuramentum Græci hominis, & item Scythæ. 207.E
iuramenta amatorum meretricibus facta, uana. 319.H. & contrà. 322.D.
iuramẽtum per quem fieri debeat. 366.C
iuſiurandum Pythagoricorũ per quatuor. 61.I.
iuſiurandum commentarijs inſerere, inurbanum. 115.I.
iuſiurandum Scytharum. 211.D
iuſtitia cur tam tardè in quibuſdam adminiſtretur. 246.A
iuſtitiæ penſum æqualitas. 287.G
iuſtorum & iniuſtorum remunerator deus 366.E.
Iuuenis immeriti pudor periclitatus 289.F
iuuenem eſſe, imperfectum quid. 350.G
iuuenes exemplo Luciani ad uirtutẽ contendant. 3.D
iuuenes periculi minus cogitantes. 143.A
iuuenes ut primũ inſtituerẽtur apud Athenienſes. 262.E
iuuenes rudiores, ſenes facundiores 280.G
iuuenum morbi, unde. 156.C
ixion. 23.K.24.A.60.G.339.G

K

κακοήθεια & κακοήθεις differunt. 364.B.C
κακρῆναι. 363.A
κακόμοιρος. 180.C
κακοδαίμων, & κακοδαίμονες differunt. 364.C.
κακῦμα quid. 180.B
κάρηνον tonſuræ genus. 180.C

L

Labia formoſæ mulieris. 198.H.199.A
Labor, omnibus malorum cauſa. 314.C
Labor ualidos facit. 15.C
Labores ut magis tolerari poſſint. 263.F
Laborum intolerantes diuites ac molles. 361.G.
ex Laboribus bona germinant. 268.K
Labyrinthus, qui et Diphilus philoſophus 340.G.
Labyrinthorum philoſophicorum errores ut extricandi. 98.K. & dein.
Lac gallinaceum emulgere, prouerb. 79.A
Lacteus orbis inhabitatus. 124.A
Lacteum pelagus. 127.H
Lacedæmonij molles. 38.B
Lacedæmoniorum caryatiſſatio. 170.B
Lacedæmoniorum tibia in bello. ibid.
Lacedæmoniorum exercitatio. 265.F
Lacerna Antiſthenis. 332.I.
Lacerum pãniculum facere, prouerb. 83.F
Lachanopteri. 123.G
Lachrymæ in crimen uocatæ. 288.I.
Lachrymæ meretricum. 323.A
Lachrymæ traijcientium ad inferos. 74.K
Lachrymoſa oratio à Democrito riſu excepta. 316.D
Lacon, uerbero. 242.F
Laconum ſaltatio. 170.C
Lacus ſacer miros piſces producens. 351.C
Lætitia iudicium impediens. 136.C
Lais uxor Diogenis. 129.B
Laij fatum. 224.B
Lampichus Geloorum tyrannus. 41.C
Lãpis amore meretricis ſe cõficiens. 49.H
Laomedontis periurium in Neptunum & Apollinem. 59.K
Laomedonti dicto audiẽs Neptunus. 223.F
Lapilli precioſi uarij. 350.C.D
Lapis in honorẽ eius qui in eo ſediſſet, tãquam deus cultus. 187.I.
Lapis Lacænus, Phrygius, nomas. 278.d.e.
Lapidum inũctorum aut coronatorũ adorandorum ſuperſtitio. 164.H
Lapidibus obruuntur mortui Galli. 351.H
Lapideus amictus. 66.A
Lapicidinæ Dionyſiacæ. 83.B
Lapitharum & Centaurorum conuiuium 345.A.
Lari piſcis uoracitas. 77.C
Larua ſaltatorum quàm pulchra. 171.I.
Laſciuia mira mulieris Luciũ aſinum adamantis. 221.E.F
Lateres aureos Pythio dicat Cyrus. 56.I.
λάθε βιώσας. 51.D
Latonæ liberorum uituperatio ac cõmendatio. 27.B
Latonæ puerperium. 35.G.H.165.G
Latona Euagoræ uxor. 205.C
Latratum canis non ferunt manes. 275.G
Latrociniorum præda ad quos magis redeat. 146.E
Latronis inſignis deſcriptio. 160.K
Latronibus conuerſatus Lucianus aſinus. 217.B.C.G.H.I.K.
Laurus, fugitiua Veneris. 189.I.
Laurus Heſiodi. 353.F
Laudantes quibus utãtur coloribus ac ornamentis. 203.K.204.D.F
Laudatores nimij, adulatores. 201.F
Laus ut parari poſſit 110.F. quæ ſit. 203.K
Laus quatenus in hiſtoriam cadat. 115.A
Laudes non omnibus gratæ. 115.E
Laudes falſæ ac fictæ Alexandro magno ingratæ. 115.F
Laudes & reprehenſiones hiſtorici quales eſſe debeant. 121.H
Laudes quatenus ferendæ. 201.G
Laudes nõ agnoſcere, moderati animi argumentum. 203.H
Laudibus indigni, quibus cõparãdi. 201.H
Leæna meretrix cithariſtria. 318.E
Lechæus portus. 373.C. ad margnem.
Lecithopolis. 180.B
Lectio auctorum qualis eſſe debeat. 283.E
Lecticarij ſerui tanquam iumenta lecticas in ceruicibus portant. 360.K
Lectores publici philoſophi quantum ſtipendium quotannis acciperent. 181.A
Lectus tyrãni in teſtimonium aduerſus illum productus. 75.K
Lecſtuli aurei & eburnei ſomnum ſuauiorem non præbent. 360.I.
Ledæ filijs inuidet Mercurius. 31.G.H
Legatum oneroſum, ac ſumptus plurimi, ab amico hilariter acceptum. 209.A
Lemniades crudeles. 324.C
Lemniorum erga Vulcanum pietas. 60.C
Lenarum lachrymæ. 365.H
Leo chordula uinctus circunductus. 82.C
Leonis ornamentum barba. 361.D
ſub Leonis pelle ſimiam circũferre. 272.C
Leoni amicum eripiẽs amicus, à leone occiditur. 212.A
ex Leone remedia ad morbum. 272.F
Leones etiam domat Cupido. 26.A
Leones ceruis uelociores. 272.G
Leones duo uiui i Danubiũ miſſi. 166.H.I.
Leones, ſoli expleri uolunt. 339.B
Leones cicures. 351.A
Leonibus committebantur noxij. 288.I.
Leotrophides qui fuerit. 119.B. ad marg.
Leſbia fabula. 284.H
Leſbiæ mulieres. 318.F
λεσβιάζειν & φοινικίζειν. 290.B
Leſbonax Mitylenæus ſpectaculis gaudebat. 174.G
Lethe fluuius. 266.F
Lethifera non in omni quantitate occidunt. 101.H
Leucas petra. 367.F
λευκόθεα dicta Iuno. 370.C
Leuibus non immorãdum in hiſtoria. 118.B
Leuitatis ſimilia. 103.A
Lex cogitationes non punit aut uoluntates, ſed facta. 138.A
Lex Iſthmiorum. 373.G
Lex neceßitati poſthabenda. 229.D
Lex nõ facilè hominẽ iubet occidi. 148.D
Lex non niſi improbis minatur. 140.B
Lex recipienda excutitur, recepta obligat. 148.K
Leges Athenienſium publicè propoſitæ. 262.F.
Leges, certæ ac ratæ eſſe debent. 153.E
Leges contraria poetis præcipiunt. 51.A

Leges conuiuales. 336.H.I.K
Leges paucis facinoribus præmia proponunt. 139.I.
Leges saturnales. 335.K. & dein per tot.
Leges superuacaneæ ut dici possint. 187.E.
Legum interpretatio quatenus admittenda. 147.D.E.F.
Legislator in legem committens, legis pœnam subit. 85.A.B.
Libelli elephantini & duplices. 373.H
Libelli petentium oracula obsignati, ut resignarentur, & rursum clauderentur ab Alex. pseud. 163.D
Libellus triceps. 333.I.
Libellulos in conuiuio nuptiali legens philosophus. 342.A
Liber qui uere sit. 185.K
Liberi patris seu Dionysii comitat⁹ 347.f
Liberi, uirtutis ergô, si nos impediât, relinquendi. 93.I
liberos alere, meretrici grauissimũ. 316.H
Libertas historici. 119.F
Libertatis uoluptas omniũ maxima. 78.B. 136.D. 260.K. 356.K. 357.C. 378.C
Libertas uitæ Cynicæ. 361.K
Libertatis indicia. 133.I.K. 134.C
Libri ab inimico editi combustio, tanquam ipsius auctoris. 166.G
Libri gestatio in manibus, quid secum habeat incommodi. 285.D
Libri Herodoti, Musarum nominibus inscripti. 107.C
Libri ornatus. 284.C
Libri pulcherrimè foris ornati, intus nefanda continentes. 83.I
Libri quatenus tractandi ac tenẽdi. 343.h
Libri studioso comparandi. 283.G
Librorum copiam ingentem ex Athenis Sylla in Italiam auexit. 283.G
Librorum cura apud eruditos qualis sit. 286.F.
Librorum emptione sola non paratur doctrina. 283.D.E. & dein.
Librorum lectio ad quid sit utilis. 119.B
Librorum ornatu homo non fit doctior. 285.B.
Librorum recitationis contentio. 369.A
Libros pulchros ac doctos attrectare ineruditi non deberent. 285.D
ex Libris ueterum duo maximè petenda. 285.C.
Libido cum uiribus non senescit. 146.C
Libidinis molestiæ. 360.I.
Liburni. 188.I.K
Libyes astrologiæ studiosi. 182.I.
Libyæ pars ardore Solis exusta, quæ animantia gignat. 301.I.
Licentia comicorum apud Athenienses. 262.H.
Lignei pedes. 284.A
Lignis è portu baiulandis uictum parat amicus amico. 214.D
Limo uultum suum oblinens peregrinus. 327.E.
limæ usus in carcere apud captiuos. 210.g
Lingua draconis assimilata. 162.D
Lingua non tam expendenda quid dicat, quàm quid animus sentiat. 89.B
Linguæ ignoratio hospitibus & peregrinis grauis ac molesta. 111.I.
Linguæ uitia. 270.K
Linguæ strenuæ etiam manus respondeat. 277.H.
Linguæ cum auribus cognatio. 280.H
Linguæ cum ea abutente prosopopœia. 293.B.C.
Literæ à quo inuentæ, & earum potestas. 10.B.C.
Literæ adolescentis amatoris ad philosophos redacti, ad amasiam derelictam. 321.H.I.
Literæ à mulieribus conscriptæ ostentãdæ. 270.H.
Literæ latori suo pernicioſæ. 85.A
Literarũ obsignatarum resignatio astutissima. 163.F.G
Literarum studiosi nõnunquam ocia Musis permittunt. 122.C
Literarum studio insenescentes, pudore tenentur ne pedem referant. 104.G
Literatorum hominum conuiuio nuptiali adhibitorum scandalum. 340.H.I.K. & dein.
Literatorum uirorum mercede conductorum apud diuites calamitas. 76.C.D. & dein.
Literas scribere uulgò omnes norũt 269.h
Liuidus color. 332.G
λοβὸς, extrema pars hepatis. 180.D
Locus damnatorum. 130.E
Longæuorũ catalogus. 297.I.K. & dein.
Longi saltatoris irrisio. 175.D
Longum saluere, ac ualere. 87.F
Loquela miro modo per efficium caput draconis formata. 164.D.E
Loqui discendum, non tacere, nisi mutis. 61.H.
Lotio mortuorum, uana. 266.I.
Lotos sociorum Vlyssis. 78.C
Lotophagi. 169.B
Lucerna in testimonium adducta. 75.K
Lucernam olentes orationes Demosthenis 353.I.
Lucernarũ urbs. 125.E. earum mirũ. ibi. F.
Luciani res uide fol. 1.D.E. 3.D.F.G. 4.C. 66.B.E. 67.G. 68.A.D.E.I.K. 84.D.E. 85.E. 86.d.e.H.I. 88.H. 91.K. 107.I. 108. b.c.d. 112.K. 114.B. 117.G. 122.E.F. 167. F.G.H.K. 196.f. 197.F. 202.K. 216.I. 218 G. 221.K. 250. G. 281.H.I. 290.E.F. 307. D.E. 308.B. 326.K. 330.A. 345.K. 352.c
Lucta puerorum Athenienſium. 259.D.E
Lucta in arena & cœno. 263.I.
Luctus orbitatis ut leuandus. 186.B.C
Luctus consideratio. 266.C.D. & dein. per tot.
Ludi funebres. 267.G
Ludi publici Græcorũ famæ illustrium uirorum propagandæ commodi. 107.E
Ludis contracta febris. 113.H
Luminis absentia per noctẽ pericula maiora sunt. 345.B
Luna, habitabilis fingitur. 123.E. 140.I.
Luna de cælo detracta uarias formas induens. 273.E.G
Lunæ amor erga Endymionem. 25.F.G
Lunæ mira defectio. 124.E
Lunæ filiã Rutilianus se ducere arbitratus. 165.C
Lunæ & Alexandri amores. 165.G
Lunæ lumen ab ipsa non esse, unde cõpertum. 182.F
Lunæ querela de philosophis. 243.A
Lunæ labor. 245.E
super Lunã requieuit Icaromenippus defatigatus. 241.F
Lunam è cælo detrahens homo. 273.E.G
Lunarium ac Solarium hominũ belli causa &c. 123.F. 124.F.G.H.
Lunaticos curans Syrus quidam. 273.K
Lupi piscis auiditas. 81.A
Lupi solitarij. 339.B
Lurcones perstringit. 360.G
Luscinarum & hirundinũ cantus. 365.D
Lusus alearũ quàm damnosus sæpe. 334.I.
Lutum in Cupidinem effigiatum, continuò uolans. 273.G
Luti & arenæ usus in gymnasiis. 259.E. & dein.
lux ac dies pauperibus in opere anteuertenda. 233.H.I.
Lux incomprehensibilis. 366.E
Lucem puram ficta miracula refugiunt. 162.K. 163.A.
Lucifer etiam habitatus. 123.F
Luxuriosis odiosus cultus bonis uiris maximè conueniens. 361.F
Luxus uitium. 359.K
Luxus quàm difficilè paretur. 360.H
Lycambæ filia. 188.F
Lycambes perfidus. 290.E
Lychnis lapis miræ uirtutis. 350.D
Lychnus fictilis Epicteti ingẽti precio uẽditus. 284.K
Lychnisci pisces. 130.F
Lycoris mons. 11.I.
Lycurgus legislator. 118.K. 183.K. 256.B 265.H.I. 300.A.
Lyde meretrix. 323.D
Lydij toni uis. 325.C
Lypaës quid sit. 292.B
Lyra meretrix. 319.C
Lyra Orphei quæ intelligatur 182.K. eius lyræ mirum. 284.H.
Lyra Polyphemi. 33.A
Lysimachus poeta comicus. 10.E

*lysimachi Macedonũ regis senectus.* 298.b

M

*in Macedonia innotescere cupiens* Lucianus. 109.I.K

*Macẽtes* Lonchates *&* Arsacomas, amici Scythæ. 212.B

*Macetis opulenta mulier à magis illusa.* 161.F.

*Machlæi Indi.* 279.H

*Macrobiorũ catalogus.* 297.I.K. *& dein. per tot.*

*Mænadũ ululatus aduersus Indos.* 279.E

*Maga in auem se conuertens.* 216.H

*Magarũ mulierum amores uitandi.* 215.H

*Magiæ cõsideratio.* 271.E.F. *& dein per tot.* 273.E.F. 276.G.

*Magicæ studiosi.* 298.B

*Magi ars eleuata.* 186.A

*Magi inuisi.* 150.D. *longæui.* 298.B.

*Magicorum superstitio.* 51.E. 52.E. 215.G.

*Magicorum pollicita.* 161.D.

*de Magorum artibus commẽtarij.* 163.H

*Magorum pœna.* 221.K

*Magidium meretrix.* 312.I

*Magistratuũ nõ nominandorũ lex.* 178.C.

*Magnatum amicitiæ insidijs obnoxiæ.* 288.D.

*Magnatibus ac principibus etiã suas esse molestias.* 374.G

*Magnitudo ac moles artẽ pensans.* 226.K

*Mala granata terdecies anno ferentia.* 128.G.

*Mala tempore matureſcunt.* 145.K

*Malarum pictor* Polygnotus. 198.G

*Maledicentia, sophistarum arx.* 332.C

*Maledicentiæ impunitas.* 327.E. *ultio ibid.*

*Mala humanæ uitæ plurima ex calumnijs oriuntur.* 289.E

*Malorum omnium fons, plus habendi cupiditas.* 361.E

*Malorum prædictores ingrati.* 368.C

*Malæ tractationis actio.* 250.D

*Male consulta, bene uertentia, numini imputanda.* 150.K

*Malefactorum conatus simplex punitur.* 144.G.

*Malefactoribus metus proponẽdus.* 158.A

*Malè ominantium odium.* 367.I.

*malorum pœnæ apud inferos.* 266.G.H.

*Malorum prosperitas, bonorũ calamitas.* 336.B.

*Malos Iupiter non ulciscitur.* 11.K

*Malus nauis germinans.* 131.H

*Mali arundinei.* 131.D

*Malli oracula.* 164.G

*Maluæ folia in delicijs.* 81.F.E. *ius uenenũ.* 124.A. *flagella.* 130.B. 333.K

*Maluæ radix adoranda.* 130.C

*Mancipij deterrimi descriptio.* 333.D

*Mandata quibus impune nõ pareas.* 155.B

*Mandrabuli more negociũ pcedens.* 80.F

*Mandragoræ uis.* 285.I. 355.D

*Mangus Celer Bubalus, latrones.* 167.D

*Manus nõ minus strenua debet esse, quàm lingua.* 277.H

*Manus mulieris formosæ.* 198.E

*Manum sibi osculandam traditam* Lucianus *mordicus apprehendit.* 167.H

*Marci imperatoris cum marcomannis & Quadis bellum.* 166.H

*Mare altissimè glaciatum.* 127.G

*Mare inhospitum cur dictum.* 206.A

*Mare lacteum.* 127.H

*Mare cõscensuri quid considerare debeãt.* 95.A.

*Maris molestia.* 122.H. 208.G. 374.I.

*Maris pacati ac tranquilli amœnitas ad nauigandum inuitat.* 295.K

*Maritimis locis bene habentibus, etiam interiora bene habent.* 372.K

*Maritus adulterij uxoris suæ conscius, ac silens.* 26.K

*Maritus adulteræ cum illa à mœcho occisus.* 208.C

*Marito orba uxor, filiã ad meretricium quæstũ, ut ex eo uiuat, instruit.* 319.B.C

*Maritorum illusiones ab uxoribus* 376.G

*Maniũ æqua conditio est.* 44.I. *uide Anima, Spiritus, Vmbræ.*

*Mano Arabum rex.* 299.C

*Mars muliebris.* 193.B

*mars uulneratus.* 231.G

*Mars & Venus Vulcani retibus illigati.* 27.E. 183.G.H. 190.A. 365.H.I.

*Marsyas et Olympus musici obscuri.* 110.E

*Marsyæ temeritas.* 313.H

*Mares execti.* 191.F

*Masacas Mauritanus eques.* 118.B

*Masculæ nuptiæ.* 124.H

*Masculæ prolis fauor.* 195.D.E. 316.H.

*Masculæ uenus infamis.* 224.F

*Masculum scortum.* 161.D

*Masculus amor.* 191.E. 193.C.F.

*Masinissæ senectus.* 299.B

*Mastera Leucanoris regis uxor.* 213.D

*Mataeogenes & Plutocles præfecti Somni.* 130.K.

*Mater cum puero paruulo ab auo materno in mare abiecta.* 36.A.F

*Mater, filiæ lena.* 319.A.B.C

*Mater sua à Nerone occisa.* 373.I.

*matris dolor sanguine filij cõspecto.* 344.I

*Matrem suam alendam legat amicus moriens amico superstiti.* 209.A.B

*Matres filios impotentius amant.* 145.E

*Matrum exempla maximè filiæ sequũtur.* 376.E.

*Mausoli sepultura.* 48.D.E

*Mazæa Leucanoris filia ut nuptui sit tradita.* 212.B

*Mechanicorum laus.* 277.F.H

*Medea ex somnio in amorem Iasonis exarsit.* 104.A

*Medeæ scelere flagrantis pictura.* 297.G

*Medi ægrè pedites incedunt.* 49.H

*Medias, homo scelestus.* 224.F

*Medicæ artis excellentia.* 155.C.H

*Medicus uenenarius ingratus.* 150.C.D

*Medicus quid primum in ægroto consideret.* 152.E.F. 156.B.

*Medicus an cogatur mederi cuiuis.* 155.D

*Medici familiare esse ac proprium historiam scribere, colligens quidam.* 116.E

*Medici aduersus phreneticum insanientem astutia.* 342.D

*Medici mira prudentia in amore adolescentis celato deprehendendo, & remedio illi inueniendo.* 347.H.I.

*Medici officium.* 154.D

*Medico res ut est aperienda.* 315.B

*Medici qui uerè utiles.* 277.G

*Medici serpentum naturas nosse debent.* 302.E.

*Medicorum priuilegia.* 155.D

*Medicorum imperitorum cõsuetudo circa instrumenta sua.* 286.F.G

*Mediocris uitæ homines quales sint apud inferos.* 266.H

*Mediocritas in diuitijs seruanda.* 13.D

*Mediterraneorum hominum tranquillitas.* 375.C.D.

*Medusæ fabula.* 36.H. 197.G. 297.C. *pictura. ibid.* E.

*Megabyzus.* 13.K.

*Megacles. ibid.*

*Megapenthes Lacydæ filius tyrannus.* 72.K.

*Megilla mascula libidine mulier.* 318.E.F.

*Mel emungentes.* 125.A

*Mel atticum.* 306.F

*Melancholiæ uis.* 331.A

*Melissa meretrix.* 317.I.

*Memnonis Aegyptij mirum.* 276.F

*Memnonis fabula.* 209.I.

*Memor compotor odibilis.* 340.E

*Memoria præteritorum maximè cruciatur tyranni apud inferos.* 76.B.C

*Memoria nominis aulicis nõnunquam redimenda.* 78.F

*Memoria nonnunquam odiosa.* 368.D

*Memoria uirorum bonorum ad quid utilis.* 205.H

*Mendacium principio statim non admittendum.* 104.B.C

*Mendacia historijs admixta, pernicioſissima.* 115.H. 117.F

*Mendacia se scribere fatetur* Lucianus. 122.F.

*Mendacium punitio apud inferos.* 130.G

*Mendaces multi scriptores.* 272.G.H

*Mentiri, non semper damnandum. ibid.*

*Menelai fœmora qualia fuerint.* 198.H

*Menelai regia.* 294.H. 367.H. 372.D

*Menelao* Helena *adiudicata.* 30.B. 371.A

*Menippus canis.* 37.H. *Herculis habitus.* 51.F. 251.A. 331.I.

Menius Solaris. 124.G
Mentis adamantinæ uiri. 163.A
Menſa nouiſſima antiquorum. 344.C
Menſæ communitas. 192.F
Menſarũ & propinationum memoria lachrymas excitans. 117.I.K.
Menſariorum iudicium. 115.C
Menſes ex curſu lunæ inſtituti. 182.G
Menſibus non fluentibus mulier impuratur. 179.C
Menſis meſori. 367.G
Mercatorum incommoda. 375.G
Mercedis pactæ exigẽdæ difficultas. 83.D
Mercedis omnis acceptio damnanda non eſt. 86.D
Mercede ſeruientium calamitas. 76.C.D. & dein.
Mercenarij non omnes miſeri. 84.D.
Mercenarij omnes ſumus. 86.G
Mercurij miſeriæ ac labores. 31.F.G
Mercurius in canẽ transformatus. 34.K
Mercurius commune mancipium Iouis & Plutonis. 71.A
Mercurius eloquentiæ præſes. 84.H. inferorum legatus. 84.K
Mercurius multilinguem ſe negat. 227.B
Mercurius, fur. 24.C.D. 71.K. 238.K. Logus. 290.B. communis. 305.C. quæſtuoſus. 305.K. ueterator & improbus. 365.H. Cadmi amore captus. 369.K
Mercurij alæ ac uirga. 24.E
Mercurij apud ſuperos ſtudium. 71.K
Mercuriales imagunculæ duplices. 232.B
Meiẽs ſub omnium oculis etiam ante fœminas philoſophus Cynicus. 343.I.
Meretrix liberali ingenio & modeſto. 319.I.K. & dein.
Meretrix à duobus amatoribus zelotypis deprehenſa. 321.B
Meretrix, meretricia nouit adminiſtrare. 322.C.
Meretricis typus. 66.I.
Meretricẽ Aſpaſiam Socrates audire dedignatus non eſt. 171.E
Meretrices inuicem à ſe amatores abſtrahunt. 316.E
Meretrices mendicæ & inopes. 317.G
Meretricum ornatus. 295.D
Meretricum precium, earúmque quæſtus. 319.C.D.
Meretricia uorago. 207.H.I.
Meretricij dialogi. 316.E.F. & dein p tot.
Meretricij aſtus. 207.F.G
Merion ſaltator. 169.K
Meri uis in conuiuijs. 340.D
Meſori menſis. 367.G
Metalla aqua macerata. 125.B
Metamorphoſes mirandæ. 365.D
μιχθῆναι uiris magis conuenit quàm fœminis. 363.A
Micyllus ſutor ad Clotho properãs. 74.A
Midas quidã uiticola à uipera morſus incantatione Chaldæi cuiuſdam leuatus. 273.A.B.
miles amator è militia reuerſus ut ab amica acceptus. 320.H.I. & dein.
Militis glorioſa iactantia apud amicã nimia, eam abalienat. 323.G.H. & dein.
Militares amores quid afferant. 325.D
Miliarium, lebes furnarius. 180.E
Milo Crotoniata. 56.B
Mimi tragici inepti. 69.B.D
Mineruam cur non adeat Cupido. 28.A.B
Mineruæ pollicita Paridi. 29.I.
Minerua Athena etiam dicta. 60.H
Mineruæ cur non ſacrificaret Demonax. 185.C.D.
Minerua Martem uulnerans. 231.G
Mineruæ pictura. 297.E
Mineruæ exiſtimatio eleuata. 365.I.K. & dein.
Mineruæ munus. 370.A
Minimis ac pauciſſimis egere, perfectiorum ac præſtantiorum eſt. 361.A.B
Miniſtri ſaturnaliorum munerum delatores quid mercedis capere poſſint. 336.F
Miniſtri tyrãnorum ſimilibus pœnis mulctantur. 380.I.
Minois iudiciũ de Alexandro magno, Scipione, ac Annibale. 43.E
Minois tribunal. 53.B. 224.H
Minos in gratiam etiam aliquando iudicat. 53.E
Minos cur Iouis filius putatus. 183.E.F
Minos Cretenſium legum lator. 265.I.
Minos & Rhadamanthus Plutonis præfecti. 266.G
Minous menſis. 128.G
Minotauro ſimiles homines. 132.A
Miraculi nouitate quàm rapiantur homines. 162.I.K.
Miſanthropi decreta. 15.I.K
Miſeri omnia facilè tolerant. 361.H
Miſtho Sybarita. 290.G
Mithres ex ſolido auro. 216.G
Mithres medus. 358.F
Mithridatis ktiſtæ ſenectus. 298.I.
Mithrobarzanes Chaldæus. 52.F
Mitræorum montes. 213.F
Modeſtia in conuiuio ſeruanda. 360.E
Mœchus eſt, qui mœchos cõſeruat. 365.H
Mœrichus diues. 42.B.C.
Mollitiei campus. 130.I.
Mollities ac leuor mulieres decet. 361.D
Mollium hominum indicia. 285.K
Momi mordacitas. 8.H. 93.D. 228.D.I.K. 357.G.H.
Monarchiæ tyrannorum ac regũ. 145.H
Monarchiæ & tyrãnidis diſcrimẽ 149.A
Moneta parem cum incantationibus uim obtinens. 186.A
Monilium ornatus mulieri. 295.D
Monile pulchrum. 319.A
Monomachia. 115.F. 207.B. 214.e.f. 323.I
Monſtroſæ poëtarum fabulæ. 281.Ẽ
Montes montibus impoſiti. 55.F
Morbus familiaris. 272.E
Morbus non exagitandus, ſed auferendus 149.D.
Morbus, ſanabilis ſit, nécne, medico ante omnia uidendum. 152.E
Morbi aſſimulati opinio. 82.B
Morbo ſe imparem confitens medicus. 152.K.
Morbi leuandi initia. 272.H
Morbi ut leuentur. 272.K.
Morbi an incantamentis ſedentur. 272.G
Morborum genera uaria ſunt. 155.I.
Morbos incurabiles ne tẽtẽt medici. 152.F
Mores adoleſcentum philoſophi non formant. 106.D
Mores magis ſpectandi quàm eruditio. 181.D.
Morum argumenta. 285.K
Morionis in conuiuijs ſolennibus adhibẽdi mos. 342.A
Mori recuſans tyrannus, ui adigitur. 73.A.B. & dein.
Moriendi lex. 39.B
Mors alterna Caſtoris & Pollucis. 32.E
Mors captãdæ gloriæ ergô adſcita 117.K
Mors Demoſthenis. 357.B
Mors, index certiſſimus felicitatis humanæ. 56.I.
Mors, malorũ remedium quæ ſenectus affert. 50.B
Mors nulla uelocior quàm ea quæ p ignẽ fit. 328.A
Mors optata non contingens. 72.K
Mors priſcorum & noſtrorum hominum multum differt. 38.K. & dein.
Mors ſine turpitudine, honeſtum effugiũ. 356.K.
Mortis alienæ captatores irridet. 39.B.C.
Mortis amici luctus ut leuatus. 186.A.B
Mortis cauſſa duplex. 134.C
mortis cauſſam præſtare, & occidere, an perinde ſit. 134.A. 144.A.B. & dein.
mortis contemptum, immortalitatis animæ perſuaſio facit. 326.I.
mortis contemptus utilisne ſit. 328.B.C
mortis contemptus ſimulatus, cum ad eam ſerió uentum eſt, detectus, ſed ſerò. 329.E
mortis contemptus quàm fortes uiros faciat. 356.F.G. & dein.
mortis frequens meditatio facit ut æquanimiores moriamur. 58.A
mortis diuerſa & aliena genera. 72.G.H.I 116.K. 117.H.
mortis incertitudo. 306.I.
mortis nuncij ac miniſtri. 57.K
mortis timor, uulneris dolorem auſert. 217.K.
mortis terror. 45.C. 47.E. 329.E.
morti omnia obnoxia, etiam urbes & flumina. 59.B.C. 353.A

mortem alij aliâs affecti adeunt. 49.D
mortẽ ſibi conſciſcere, genus ſupplicij gra-
uiſſimum. 135.C
mortem ſibi ſponte publicè per igmem il-
laturi comminiſeratio apud populum &c.
329.D.
mortem ultro ſibi paulopoſt illaturus, fe-
briculam non ferens. 330.F
mortales nos eſſe meminiſſe debemus. 57.
F.K.
mortalia omnia ambigua. 37.H.240.D.
379.H.
mortalium res omnes in duo diuiſæ, bel-
lum, & pacem. 171.D
mortua muſca, ſuperinfuſo cinere reuiui-
ſcit. 282.G
mortuus tyrannus fingitur quæ ſibi igno-
minioſa fierent, uidiſſe ac ſenſiſſe quidẽ,
ſed ulciſci non potuiſſe. 73.G
mortui cædaueris aſpectus immundum fa-
cit. 351.H
mortui familiæ funeratio, & rurſus pur-
gatio ac luſtratio. 351.I.
mortui non denuo moriuntur. 74.H
mortui in Plutonis rempub. relegantur.
266.D.E.
mortui ſuper quo lugeatur, proſopopœia.
267.B. & dein.
mortuorum cuta apud priſcos ridicula.
58.I.
mortuorum cura. 266.I.
mortuorũ deſiderium apud ſuperos. 41.K
mortuorum figura. 128.F.
mortuorũ numerus ab Atropo perſcribi-
tur. 72.E.F
mortuorum umbræ inferijs ac libationibus
paſcuntur. 266.H
mortuorum hominum facta omnia Cha-
ronti nota ac aperta. 376.F
mortuis conuiciandum non eſſe. 373.K
mortuos ſuſcitans homo. 273.E
morſorũ à cane rabido morſus etiam ipſe
noxius. 277.D
morſus rabidæ canis. 368.D
mulier ad uoluptatem commodior. 192.H
mulier aſini noctem redimens. 221.E
mulier aſino Luciano delectata, hominem
factum auerſatur. 222.C
mulier felix quæ Veneris habet formam,
Mineruæ induſtriam. 201.B
mulier in aquas reſoluta. 132.F
mulier maximè omnium callida. 19.B
mulier ſupernè, in piſcis caudam deſinens.
347.B.
mulier uirili ac maſcula cõcupiſcẽtia 318.e
mulieris etiam regnæ fragilitas. 348.E
mulieris formoſiſſimæ imago ut depinga-
tur. 197.D.E. & dein per tot.
mulieris impudicæ calumnia. 289.F
mulieris modeſtæ ornatus. 295.D
mulieris mortuæ mundus omnis cũ ea com-
buſtus. 275.F
mulieri pulchræ quæ tenenda. 200.C.D
mulierem ex uirgine fieri, graue non eſt.
319.A.
mulieres ad inſaniã procliuiores quàm ui-
ri. 156.B
mulieres doctos uiros in contubernium ſuũ
cõuocantes 83.B.C. etiam philoſophan-
tes. 181.F.
mulieres Gallos adamantes. 348.H
mulieresilluſtres quo gratiores fiãt 200.I
mulieres in aues transformatæ. 365.D
mulieres inſaniæ in Bacchi exercitu. 279.
A.D.
mulieres libidinoſæ. 168.K
mulieres marinæ aſininis pedibus. 131.E
mulieres maritimæ periculoſiſſimæ. ibid.
mulieres plures quàm uiri in tragœdia &
comœdia inducuntur. 171.H
mulieres quæ honeſtæ euadant, ac probæ.
376.D.
mulieres quibus cuſtodibus maximè tra-
dendæ. 349.B
mulieres ſemiuites. 122.K. & dein.
mulieris ſupra modũ formoſæ fictio, ina-
nis. 104.A
mulieres uiros auerſantes, ipſæ fœminas
amantes perinde ac uiri. 318.E.F
mulieres unde in inſaniã adigantur. 156.D
mulierum ad beſtias damnatarum probra.
221.H.
mulierũ amores diuturniores eſſe. 192.c.d
mulierum aſtutiæ. 207.I.
mulierum conditio deterior quàm uirorũ.
50.D.
mulierum conſuetudine quatenus utendum.
194.F.
mulierum corpora glabra. 192.E.F
mulierũ cultus quàm faſtidioſus. 194.F.G
mulierum honeſtarum ornatus. 295.D.E.
296.B.
mulierum literæ. 270.I.
mulierum luxus & ocium. 195.A. mollities
ac læuor. 361.D. morbi. 156.D. neceſſitu-
do. 193.K. ſacrificia. 295.A. uitia. 376.e.f
mulierum oſores ut eas ſpernant. 194.E
mulieribus inuidiam facit. 194.H.I.K
mulieribus mercede ſeruientes philoſophi
quàm indigna cogantur ferre. 82.F.G
& dein.
muliebre conſortium ſuauiſſimum. 192.G
muliebre ſpectrum admirabile. 274.H
muliebris imago præſtãtiſſima. 201.B.C.D
muliebris ira. 314.E.368.B
muliebria corpora à uirilibus multum dif-
ferunt in temperatura. 155.K
muliebria pati rhetori ſuadet. 270.I
mulierculæ cauſſa omnia ſurſum ac deor-
ſum mouentur. 25.E
mulierculæ, pulcherrimæ pingi uolũt 115.h
mulieroſi etiam dij. 20.I.
mulieroſi hominis familia. 189.F
Multi plus uident quàm unus. 203.B
Multitudo eos etiam ſequitur qui ad cru-
cem ducuntur. 329.F
Mundus Cynico pro domo. 361.E
Mundi mira conſideratio. 240.E.241.F.
Eius origo. 366.E.
de Mũdo opiniones philoſophorũ. 240.k
Mũdanorum bonorum fluxibilitas. 381.A
Munera æſtimanda non ſunt unde aut à
quo dentur. 160.C
Munera ſibi oblata ut compẽſare cogan-
tur philoſophi mercede conducti. 83.C
Munerum datores, quales ſint, cõſideran-
dum non eſſe. 160.E
Munerum Saturnaliorum delatores qua-
les ſint. 336.E
Munerum uis. 324.I.K.327.C
Murus ligneus inexpugnabilis. 357.A
Muſæ Cupidinis telis non obnoxiæ. 28.C
muſæ in hiſtorijs non inuocandæ. 115.I.
Muſæ quæ canãt in cõuiuijs deorũ 244.d
Muſarum conuentus. 341.A
Muſarum dona qualia ſint. 303.B
Muſarum nominibus inſcripti libri Hero-
doti. 107.C.110.B
Muſas eciã Socrates in oratione de amore
aduocabat. 295.A
Muſarium meretrix. 319.G
Muſcæ encomium. 281.K. & dein.
Muſcæ militares & canes. 283.A
Muſcã mulier loquax, & de amore En-
dymionis cum Luna contendens. 282.I.
Muſca poetria, & alia Athenienſis mere-
trix. 282.K
Muſca, Pythagoræ filia. 283.A
Muſica & arithmetica primùm inſtituũ-
tur iuuenes Athenis. 262.B
Muſica flebilis ac horrenda. 158.H
Muſica iucũdiſſima mulieris formoſæ be-
ne cantantis ad citharam. 199.I.K
Muſicæ præſtantis ignotæ nullum eſt pre-
cium. 110.E
Muſici inſignes. 296.G
Muſonius philoſophus. 327.F.372.H
Muſtelæ dens pelli leonis illigatus, medi-
ca ui præditus. 272.F
Muſto poti, uomitu leuentur. 277.D
Mutæ literæ. 10.D
Mutandum ſæpius in eadem re non eſſe.
153.G.H.
Mutatio in melius, ſæpe malorum princi-
pium eſt. 115.H
Myrrhina caniçula prægnãs philoſopho
Stoico ſeruanda datur ab hera. 82.G.H
Myrmidones è formicis nati. 242.K
Myrtale meretrix. 324.F
Myrtium meretrix. 49.I.K.316.G.H
Myrtus Veneri ſacra. 189.I.
Myſteria Aegyptiorum eleuata. 358.H
Myſteria Alexandri pſeudomantis. 165.
F.G.
Myſterijs Eleuſinijs cur initiari nollet De-
monax philoſophus. 285.D

N.


Nădo ad inferos puenire non licet. 74.H
Narrandi cupiditas diſſimulata. 340.E
Narratio hiſtorici, qualis. 121.D
Narciſſus Lacedæmonius formoſus. 372.C
Nare trahi, prouerb. 103.A
naris mordicus auulſa philoſopho. 344.k
Naſus muliebris. 198.E
Natalitij ſoli dulcedo. 300.F
Natalitiorum munerum offerendorũ mos. 297.K.
Nationes longæuæ. 298.B
Nationum mores diuerſi. 242.E.F
Natura nobis negata, deſiderăda nõ ſunt. 103.G.
Natura in unoquoque animantium genere duplex, maris, ac fœminæ. 191.C
Naturæ legẽ ſoli homines uiolãt. 191.G.H
Naturæ commodis atque adeo etiam delicijs an abſtinendum. 360.C
Naturæ ſuæ conuenientia quiſque ſectari ac ſumere debet. ibid.G
Naturalis cuique functio ſeruanda. 361.A.
Naturalium rerum conſideratio & abdita & iucunda. 240.E
Nauclerorũ mala & incõmoda. 374.I.K.
Naufragi hominis miro modo ſeruati exẽplum. 208.G.H
Naufragorum narrationes. 76.G.H
Nauigãtes ſimul colloquijs gaudẽt. 374.h
Nauigatio mirabilis per aërẽ. 123.C.127.A. 131.I. 304.H.
Nauigium ſolutile. 144.I.
Nauigij pulchri ac magni deſcriptio 303.K. 304.E.
Nauis exemplo mundum à deo regi, ut illum à gubernatore. 232.F.G. & dein.
Naues cucurbitinæ, & corticeæ. 131.D.E
Naues Vlyſſis cur minio fuerint infectæ. 372.D.
Nauli charonti reddendi neceſſitas. 47.G
Naulum mortuis in os indentes. 266.H
Nauplius portitor. 130.E
Nauſicaa Alcinoi filia. 200.G. 254.H
Nauta amator à meretrice expoliatus. 324.H.
Nautæ munera amaſiæ ſuæ. 324.G.H
Nautæ cæteris hominibus infeliciores non ſunt. 375.D. 376.H
Nautarum ſenum color. 280.C
Nautarum indicia in læto nuncio. 373.K
Neanti Pittaci tyrãni filij ſtoliditas. 284.h
Neceſſaria prætereunda non ſunt, & non neceſſaria inculcanda. 118.A
Neceſſaria primum inueniẽda, deinde honeſta ac utilia. 193.G
Neceſſitas rerum. 231.D
Neceſſitati naturæ ut optimè ſatis fiat. 359.K. & dein.
Neceſſitati noſtræ ſoli nõ proſpexit deus, ſed etiam uoluptati. 360.C.D
Neceſſitas fatalis. 51.A.B. 222.G.H. et dein
Nechræi. 331.E
Necracademia. 129.H
Necyomantia, ab inferis petitum reſponſum. 51.E
Negligentia & ignorantia culpanda uel non. 144.K
Negociatorum & artificum incommoda. 375.I.
Negretus fluuius. 130.I.
Nemo quicquam gratis facit. 86.E
Nemo ſua ſorte contentus. 374.E
νεκυμὸς. 180.A
neoptolemus Pyrrhichius cur dictus 170.a
Nephele Helles mater. 35.F
Nephelococcygia urbs. 125.G
Neptunus amicam Enipei uitiat. 36.D. Amymonem rapit. 34.E.F. & dein.
Neptunus pauper, nempe æneus duntaxat 226.G.
Neptunus Pelopis forma captus. 369.K. Eius flagitia. 365.G. miſeria. 379.E.
Neptuni impotentiæ argumentum. 229.B
Neptuni regnum. 228.K. & dein.
Neptuni templum in ceto. 126.A.D
Nequid nimis. 287.G
Nequitia ſaltem interdiu ne committatur. 294.B.
Nequitiæ adminiſtri etiã lucri participes 163.I.K.
Nereides cum cæteris deabus de forma nõ auſint contendere. 34.D
Nero ſaltatorem legato cuidam dat. 174.c
Neronis ambitio in poëſi. 372.K. Eius deſcriptio. 372.G.H. & dein per tot. mors 373.F.K
νῆσις quid ſit. 180.D
Neſtor paraſitus Agamemnonis. 256.F. Eius tria ſecula. 298.A
Neſtor Stoicus Tyberij præceptor. 299.E
Neuris ſcortillum. 321.F. & 322.A
Neuroſpaſta. 347.F
Nicæa urbs. 118.H
Nicomachus Geraſen' arithmeticus. 366.c
Nicoſtratus Iſidoti filius. 115.B
Nidorẽ ſacrificiorũ dij captãt. 60.F. 61.a
Nidus immenſæ magnitudinis. 131.G
Nigra quæ debent eſſe, bene nigra ſint in formoſa muliere. 198.G
Nigrinus philoſophus. 4.K. 5.B
Nihil terrenorum bonorum homo ſecum aufert moriens. 58.F
Nili pictura. 268.H
Nimium omne, iniuſtitiæ penſum. 287.G
Ninus Sardanapali urbs. 59.A
Niobe. 2.I. 313.H. 365.A 367.B.
Nirei pulchritudo. 40.H. 372.C
Niſæi equi qui fuerint. 119.I.
Nix quomodo in cælo naſcatur. 244.D
Niues Caſpiæ. 116.H
Niuib. hybernis cõparata eloquẽtia. 353.A
Nocentibus magis pœna irrogãda, quàm bene meritis præmia danda. 138.B
Noctuas Athenas, prouerb. 4.H
ad Noctuã reliquæ auiculæ cõuolãt. 110.D
Nocturna oracula. 166.K
νῶϊ. 363.A
Nomas lapis. 278.E
nominis ſui propagãdi mira aſtutia. 121.K
Nominis amplitudine gaudentes diuites. 239.A.
Nominis loci mutatio. 168.B
Nomine ſuo appellari Alexandrũ pſeud. indignè ferebant eius comites, & prophetam appellari uolebant. 167.H
Nomina ſua priora indignãtur pauperes repentè ditati. 236.C.D
Nomina à moribus prauis indita. 292.B
Nomina ſua agnoſcentes piſces. 351.C
Nominũ paruulis indẽdorũ mos. 297.I.K
Nominibus aut uerbis febres non curari. 272.I.K.
Nomiſma Alexãdri pſeud. hinc, inde Glyconis imaginem referens. 168.C
Non omnis ueneni quantitas occidit 101.H
Nonagenarij regis uirtus. 299.B
Noſſe ſeipſum, ex ſaltatione reportatur. 175.K.
Noſtra nobis magis expẽdenda quàm externa & aliena. 159.K
Notæ malorum hominũ in anima impreſſæ, de illis teſtificantur. 75.G
Notæ præſtigiatorũ uulpes & ſimia. 70.I.
Notarum impingendarum inſanus mos apud Aſſyrios. 352.B
Nouerca priuigno adamata. 347.G. & dein.
Nouercarum ac priuignorum inter ſe odium. 156.D
Nouilunij magni cerimoniæ apud Romanos. 291.C
Nouis criminibus noua ſupplicia cõſtituũtur. 139.K
Nouitas delectabilis. 3.K. 4.A. 108.F
Nouitas ac peregrinitas magis eſt admiratiõi impitis, quàm artis præſtãtia 109.b
Nouitate ſola placere Lucianus indignatur. 108.E.F
Nox prolongata per triduum. 25.C
Nox clara ac pſpicua, dies obſcura. 123.C
Noctis templum. 130.K
Noxæ cauſam qui prudens ac ſciens dat, pĩde eſt ac ſi manu ſua ipſe fecerit. 144.I
Nubecentauri. 124.B.D
Nubes ſanguine infectæ. ibid.C
Nubium uallum. ibid.E
Nuces in talorum ludo ponebantur 335.F
Nucum putamina pro nauibus. 131.E
Nudæ uideri meretrices quædam refugũt. 322.E.
Nudum aliquem conſpicere, prouerb. 83.I.
Nudi ad manes reuertimur, & rebus omnibus terrenis exuti. 41.A.B. & dein. 75.E.F.
Nudi incedẽtes præſtãtiſſimi uiri. 361.B.C

Nudi milites Antiochi Soteris. 109.E
Numæ inſtitutũ.291.C.Eius ſenecta.298.E
Numerandi ars Pythagoreorum. 61.I.
Numerus in hiſtorijs cõſtare debet. 117.A
Nummulariorum ars. 251.E
Nuncij læti à nautis,indicia. 373.K
Nuptiæ quò inuentæ. 193.B
Nuptiæ peracerbæ ſponſo. 345.C
Nuptiarum diſparitas propter amicitiam neglecta. 209.F
Nuptiarum fauor.36.K. neceſſitas.196.F
Nuptiarum præreptarum dolor. 213.A
de Nuptijs Helenæ conſultatio. 370.K
Nuptialis pictura elegans. 107.F.G
è Nuptialibus conuiuijs auferendorũ fruſtorum mos. 344.A
Nycterion Eudianactis filius. 123.K
Nyctiporus fluuius. 130.I.
Nyctor Lunaris. 124.G

O

Obeſi ſaltatoris irriſio. 175.D
Obliuio ſub Euclide duce geſtorum.104.k
Cõliuio didicitorum nonnunquam optatur. 106.H
Obliuionis fluuius. 266.F
Obliuionis fontem morientes bibũt. 76.B
Obliuionis pharmacum. 277.D
Obolus, traiectionis ad inferos merces. 266.H.
Obſcuritas oraculis conuenit. 163.H
Obſeſſorum oppidorum miſeria. 375.D.E.
Obſidionalis corona cui debeatur. 139.B
Obſignatis libellis reſponſa ut daret Alexander pſeud. 163.E
Obſonandi ars. 252.G
Occaſio anceps quam in partem cedat, in manu dei eſt. 143.I.
Occaſio periculoſa data, culpa non uacat. ibidem.
Occidendi hominis uel peſſimi licentia ſine legis auctoritate,q̃ periculoſa ſit. 147.I.
Occidere, & cauſam occidendi dare, an idem ſit. 144.A.B
Occiſus hõ facilè calũnias pati põt. 148.D
Ocioſam uitam prætextu philoſophiæ ac ſanctitatis,taxat. 332.A.B.E
Octipedes homines qui fuerint. 111.E
Oculus philoſopho à philoſopho effoſſus. 344.K. Oculi Argi. 378.I.
Oculi bouini. 198.I.
Oculi diſtorti in muliere,deformes. 316.I.
Oculi exemptiles. 125.B
Oculi imaginis miro aſpectu. 350.D
Oculi in conuiuijs cohibendi. 82.B
Oculi mulieris formoſæ quales eſſe debeãt 198.D.
Oculi regis plures. 82.A
Oculorum altero clauſo quædam melius fiunt. 242.B.
Oculis apparẽtia,certiora, quàm quæ auribus. 175.E
Oculos pro redimendo amico impendens amicus. 211.H.I.
Ocularis medicina. 177.F
Ocypi fabula. 314.A.B.& dein per tot.
Odia muliebria. 156.D
Odij ſuſpecta oratio fidem nõ facit.289.E
Odij conciliandi ratio. 318.E
Odor diuinus. 350.A
Odor molliũ ac laſciuorum hominũ.361.G
Odoriſpirum mancipium. 333.I.
Odyſſeámε prior ſcripta,an Ilias. 129.E
Oedipus.83.I. podagricus.313.A.
Oedipus Coloneus tragœdia Sophoclis. 299.I.
Oenei conuiuio non adhibita Diana ut ſe ulta ſit. 59.F.G.342.I.
Oenomai Arcadis turpis libido. 371.E
Officium ut præſtes, præmio prouocandus non es. 140.A
Ogmius lingua gallica Hercules dictus. 280.C. Oleum ex cepis. 115.A
Oleum hiſpanicum. 306.F
Oleum muſcas necat epotum. 282.E
Olei uis.263.A Oliuæ natatiles. 180.F
Olus ac lupinum ſæpe appetunt diuites ſaturi. 338.E
Olympiæ urbis ariditas. 327.G
Olympias Alexandri mater draconi conſueta. 43.F.161.G
Olympius Aſpaſiæ amator. 200.E
Olympia magna, famam uiris illuſtribus conciliabant. 107.G.H.I.
Olympicis certaminibus ut legãtur athletæ. 98.C
Olympionicarum ſtatuæ. 202.F. præmia. 259.K.
Olyra,τίφοι,ſiligo. 180.D
Omina mala. 367.K
Ominantes mala, inuidioſi & ingrati. 368.C.
Omnia noſtri cauſa formata. 360.C.D
Omphale ſeruiens Hercules,hiſtoria fabuloſa. 115.D.E
Oocataxis quid ſit. 180.E
Oneribus geſtandis parta pecunia amicus amicum ſubleuans. 210.E
Oneſicritus hiſtoricus. 298.K
Onoſceleæ mulieres. 132.E
Opera & dies Heſiodi. 303.D
Opera etiã adeſſe debere,nõ orationẽ ſolã homini qui laudandus ſit. 277.G.H
Operibus nihil ualentes, ad uerba confugunt,& contrá. 332.D
Operariorum incommoda. 375.I.
Opes cur poſſideamus. 300.H
Ophion podagricus. 310.K
Opifices, humanitatis candidatis longè poſthabendi. 2.C
Opprobria ſua mutuò ſibi improperant Aeſculapius & Hercules. 26.D
Opſoniorum genera ut euaries. 137.I.
Optatio ſtulta. 305.D.& dein per tot.
Opulentæ ædis pictura. 83.K.& dein.
Opulẽtia primũ locũ ſibi uendicat. 226.F
Opulentiæ parandæ difficultas. 360.H
Oraculũ Alexãdri pſeud.inſtructũ. 163.D
Oracula ad aſtrologiæ rationẽ etiam relata fuiſſe. 183.H
Oracula ad terrendos homines conficta. 167.A.B.
Oracula Apollinis fallacia.27.B.obſcura. 226.C.admirabilia. 350.G.H. eorũ inſtrumenta.229.K.
Oracula nõ ſemper commodè fingere poterat Alexander pſeud. 164.C.D.
Oraculorum uanitas 165.B.166.I.177.A
Oracula noua ac contraria prioribus deceptis ſubſtituta. 164.F
Oracula omnia ſimili ferè impoſturared-debantur. ibid.G
Oracula qua maximè de cauſſa locupleatata. 161.H
Oracula ubi potiſſimũ inſtitui debẽt161.I.K
Oraculorũ ambigua illuſio. 166.K.167.D
Oraculorum merces. 163.I.
Oraculorum obſcuritas.224.B.C.incertitudo.232.B.prophanatio.358.I.
Oraculorum uanitas, deorũ exiſtimationem minuit. 228.E
Oratæ Armenij mors. 49.H
Oratio collecticia. 290.K
Oratio Demoſthenis uiua,non malleo fabricata.353.H. lucernam olens. 353.I.
Oratio quadriennio præmeditata. 317.H
Orationis proſopopœia.296.B. pictura. 297.B.uarietas & ornamentum.353.A.
Orationem Galli non Mercurio,ſed Herculi tribuunt. 280.F
Orationes ſuas ac libros Græci auctores in ludis publicis recitabant. 107.D
Oratiões Luciani quales populo uiſæ ſint. 108.D.
Orationes in celebribus domibus habitæ, gratiores. 296.A
Orationum pulchritudo. 372.C
Orator quam cultus ſui curã habere debeat. 296.F
Oratoris & hiſtorici differentia. 120.K
Oratoris et poetæ cõmunes uirtutes. 353.b
Oratores ad aquæ mẽſurã parabãt.66.g
Oratores apud Areopagitas quæ permitterentur dicere. 161.K
Oratores poſt poetas legendi. 179.F
Oratorum afflatus quidam diuinus. 352.I.
Oratorum Græciæ proditio. 356.A
Orbitas non ſemper calamitas reputanda. 353.E.F. Orbitatis dolor. 141.I.
Orbitatis luctus ut leuatus,ac uelut irriſus. 186.B.
Orcadis extrema. 145.G
Orci magicis carminibus excantati bypotypoſis. 52.I.K
Oreſtes & Alcmæõ patres ſuos ulti.173.I
Oreſtis ac Pyladis amicitia. 195.H.I.205.I.K.& dein.

Orionis canis, Leonicida. 204.A
Orionis pictura. 297.F
Orithyia à Borea rapta. 272.A
Oris factitij aperiẽdi & claudendi æstus. 162.D. Oris nefanda. 292.I.K
Oris putridi ac olidi exprobratio uxori à marito. 96.B
Ornatus Athenienſis. 112.K
Ornatus artificẽ nõ facit. 284.e.f. & dein.
Ornatus mulieris modeſtæ, & meretricis. 295.D.E. Orodœcides. 290.E
Orontis mors. 375.A.B
Orpheo uxor Eurydice ex inferis reddita 48.B.
Orpheus & Muſæus optimi ſaltatores. 170.F.
Orphei exitium. 173.E.284.H.335.F
Orpheus Græcis aſtrologiam monſtrauit. 182.I. idẽ philoſophº ĩſignis 331.G.333.e
Orphei lyra, compluſculæ ſtellæ. 182.K
Orphei pictura. ibid.
Os muliebre. 198.E
Oſculum duobus talentis redemptũ. 41.B
Intra Oſculum conſtituti pueri. 166.A
Oſtreum unum, currum implens. 127.B
Othryadis ſepultura. 59.C
Otus & Ephialtus cælũ attentãtes. 243.F
Ouis tota in furno aſſata. 177.I.
Ouum unum ſoli non appoſitum. 81.F
Oues cur à deo pingues factæ. 360.D
Oui excauati fœtum ſerpentis recens editum continentis tragœdia. 162.e.f. et deĩ.
Oua miræ magnitudinis. 131.G
Oua ſtruthionum. 302.B.C.D
Oxydraces. 331.E

P

Pacatæ cuiuſdam ſimulacrum. 198.H
Pace pauci ad inferos demittuntur. 38.K
Pacta & conditiones ut ſeruentur. 138.F
Pæantis filius podagricus. 313.A
Pæderaſtarum mos. 5.G
Pæderaſtæ familia. 189.E
Pæderaſtæ acriter perſtricti. 191.H.I.
παιδοβοσμὸς. 180.F
Pæpalema. 294.C
Pagurodæ. 126.F
Palamedis calumnia. 289.H. Eiuſdem aſtutia contra Vlyßis ſimulationem. 297.F.
Palæſtinæ ſacerdotes & ſcribæ. 326.F
Palæſtræ ancillæ & Luciani amatoria. 215.K. & dein.
Palæſtrici & adulatores, aulæ accommodati. 77.D.E
Pallas ut è cerebro Iouis ſit nata. 24.F. 310.K.
Palladem ſibi deſponderi Vulcanus petit à Ioue. 24.H.I.
Pallas Homerica. 142.I.
Pallas Athenienſibus male cõſulta in bonum uertebat. 151.A
Pallij græcanici momentum. 81.C
Palinuri & Charõtis dialogus de naufragũ calamitatib. 374.A.B. & dein p tot.
Palmarum conſcenſus. 349.I.
Pan Mercurij filius, patri pudori eſt. 30.I.K. & 31.B.
Pan auxiliatus Athenienſibus. 271.K
Panos deſcriptio. 246.I.K. 247.B.F. 279.B. 358.A.
Pandionis nata. 199.H
Pãcrates Aegyptius magiam ab Iſide doctus. 276.G
Pancratium. 259.F
Panegyricus quando ab Iſocrate conſcriptus. 299.H
Panegyrici conuentus maximi. 351.D
Pangæum quàm exiguum. 242.I.
Panes parati proueniẽtes in ſpicis pro frumento. 128.G
Panes nouilunares. 177.K
Panis coloſtratus. 180.B
Pannychia fluuius. 130.I.
Pannychis meretrix. 320.H
Panoplia lupinea. 125.D
Panthea mulier formoſa. 199.B. 200.H
Pantomimi unde dicti. 174.E
Papauera in ſomniorum inſula. 130.I.
Paphlagonum ruditas. 161.K
Parætonium quid. 121.K. ad marginem.
Par pari gaudet. 374.C
Paraſitari quid ſit. 258.K
Paraſiticæ uelut encomium. 251.F.G. & dein. eius definitio. 252.K.
Paraſiti ſecuritas. 253.E.F.G. 254.F
Paraſitus non eſt, qui uictus inopia laborat. 258.B
Paraſiti ad quid utiles. 258.G.H
Paraſitos taxat. 7.F
Parcæ tres. 222.H
Parcæ ubi degant. 224.K. earum labor. 225.A. fuſi. 57.H.I. 259.A. fatalia. 222.F. 366.F. decreta immutabilia. 223.C. K. uis. 230.E.
Parembole quid ſit. 314.I.
Parentalium uanitas. 267.E
Parentes uirtuti poſthabendi. 93.I.
Parentum exempla filij imbibunt. 376.E
Parerga in orationibus qualia eſſe poßint. 261.I.
Paris Ganymedis cognatus. 28.F. Eius de deabus iudicium. 28.E.F. & dein. 370.B. 371.A.
Parrhiſiades Lucianus. 67.G
Parricidarũ ac impiorũ ſupplicium. 318.A
Partis cognitio, in totius cognitionem ducit. 100.D
Partes corporis podagræ obnoxiæ. 311.C
Parthorum dracones. 118.E
Parturiunt montes. 117.E
Paruo contenti felicitas. 378.G
Parthenis meretrix. 325.A
Parthenius poëta. 121.F
Paſiphaës fabula. 183.D
Paſiphaës adulter. 221.G
Paſſo pictor. 354.G
Paſtorem ſole exuſtum Muſæ auerſatæ nõ ſunt. 283.F
Pater filius & ſpirituſſanctus. 366.C
Pater ac mater ex æquo adorandi. 191.D
Pater filiæ amore captus, elocare illã cũctatur. 371.E
Pater propter infantem filium in integrũ reſtitutus. 209.H
Pater à filio ſublatus. 131.B. 326.E
Pater filio & uxorem & regnum cedens. 348.A.
Pater ſa. liberis ſuis rem domeſticã ex animi libidine moderari non pmittit. 145.K
Patris dolor in cæde filij. 135.E
Patris ius in liberos unde ſit. 153.E
Patris ſenio ingratus filius. 299.I.
Patri non licet ſine iudicis cognitione filium abdicare. 153.B
Patri in honoribus neminem præferre filius debet. 300.E
Patre orba filia ad meretriciã artẽ conuerſa. 319.B
Patres aut matres rarò ob necem filiorum mortem ſibi conſciſcunt. 141.G. 145.D
Patres ſæpe filijs temere iraſcuntur. 153.B
Patres magis liberos ſuos amant, quàm contrà. 154.G
Patres ac matres filiorũ uulneribus gaudentes. 265.F.G
Patres non elocant filias ſuas niſi nubiles. 370.I.
Patrum iræ modus ſtatuendus. 153.C
Paternæ cædis ultio. 327.B
Paternæ querelæ iuſtæ cauſæ. 155.B
Paterni luctus pro filio expreßio. 266.K
Paterni odij futuri indicia. 152.D
Patriæ officiũ gratis impendendũ. 140.d
Patriæ ingrati, impiißimi. 141.E.F
Patria boni uiri nõ perpẽdenda. 208.C.D
Patriæ fuga quid arguat. 292.E
Patriæ encomium. 300.B.C. & dein.
Patria, communis omnium mater. 300.I.
Patriæ propugnatio, optimum augurium. 352.K. Patriæ commendatio. 353.E
Patriæ amantes, timendi hoſtibus. 335.B
Patriæ mala imprecanda non ſunt. 368.C
Patriam ſuam an laudet hiſtoricus. 115.K
Patrocli & Achillis amor q fuerit. 197.b
Patroclus à quo occiſus. 236.I.
Patroclus Achillis paraſitus. 256.I. 257. A.B.
Patrocli de cadauere contentio. 344.G
Patronos forenſes irridet. 347.K
ex Pauonum pennis corona. 129.G
Pauonis mirum ingenium. 295.H.I.
Pauo ex India. 306.F
Pauper Charon cum diuite Plutone fortunam ſuam non commutet. 379.A
Pauper de diuite repente facto querens. 236.C.
Pauper ne ſua prodigat. 293.K

Pauper unde æſtimandus. 378.G.H
Pauperis ad conuiuium diuitis inuitati ſolicitudo. 235.C.F
Pauperes repentè diuites facti, ſuperbi. 13.H
Pauperes feliciores diuitibus eſſe. 236.E. 237.F.G.
Pauperes quæ dona diuitibus remittãt ſaturnalibus. 336.G.H
Pauperes ut tractentur in conuiuijs diuitum. 337.G.338.I.
Pauperes ut à diuitibus in precio habeantur. 338.F
Pauperum crapulãtium inſolentia. 339.F
Pauperes in rep. neceſſarij. 338.K
Pauperes ſemper queruli. 339.D.E
Pauperum cura Saturnalibus apud diuites 336.C.D. & dein. 337.E.
Pauperum tyrannis in diuites in concionibus. 237.G
Pauperũ querimonia de diuitibus. 338.C. 339.C.D.E.
Pauperum conſolatio. 38.B. 338.F
Pauperũ conſuetudo quàm pernicioſa aliquando. 339.F
Pauperibus damnatis dimidium malorum remittitur. 53.F
Pauperibus expeditior eſt moriẽdi ratio. 74.C.
Pauperibus quid maximè doleat. 337.D
Paupertas uiſcoſa, ac prẽſu facilis. 14.G
Paupertas omnia & facere & pati ſuadet. 85.K
Pauptas amatoris meretrici ingrata. 324.F
Paupertatis bona. 15.C. onus. 336.A.
Paupertatis comites, & eius effectus 14.h
Paupertatis excuſatio. 293.K
Pauertatis onus quauis ratione depellere licitum. 86.A
Paupertatis prætextu ſeruitutem uoluntariam ſubeuntes, an uera dicant. 77.G.H. & dein.
Paupertatis profeſſores auidiſſimè diuitijs inhiantes. 332.I.
Peccatorũ notæ in animas impreſſæ, & ut eluantur. 75.E
Peccatum quod in iuuene reprehẽdas, ipſe ſenex ne commiſeris. 85.G
Peccata morbo imputata. 152.E
Peccata reprehendenda ſunt, peccantibus ignoſcendum. 184.I.
Peccata an ſponte facimus. 224.K
Peccata unde creuerint. 358.K
Peches, paruuli pueri apud Aegyptios. 268.H.
Peculiares Epicuri ſentẽtiæ, liber pulcherrimus. 166.G
Pecuniæ dãnoſæ ſæpe ſuis poſſeſſorib. 35.c
Pecuniam qui debet, ea ſoluenda liberatur debito. 138.G
Pecuniarum cupidi philoſophi. 181.A
Pecunia incantatione fortior. 186.A
Pedes hominis frigore perditi. 284.A
Pedes lignei. ibid.
Pedis offenſi omen. 299.D
Pedes equinis ſimiles optet Cynicus. 361.e
Pedum officium. 360.A
Pedeſtre & humile eſſe non debet dicendi genus hiſtoricum. 116.D
Pelichus dux Corinthius. 274.C
Pella Macedonicis regib. illuſtrata. 161.G
Pellis leonina cum claua, Herculem nõ facit. 285.K
Pelops cur in deorum numerum adſcitus. 369.G.K. eius fortuna. 371.G.
Peloponneſi circuitus ad Maleã, Nero tollere uolebat. 372.I.
Penelope qualis fuerit. 131.C. 200.B. Eius tela. 332.H.
Penetrale ædis ſacræ ſolis ſacerdotib. adire licet. 350.B. Penſa Parcarum. 57.H
Penis philoſophicus. 182.B
Pennæ lactucæ folijs ſimiles. 123.G
Penthele pagus Atticus. 226.H
Pentheus à Bacchis diſcerptus. 325.I. 335.F
Pentheus, Actæon, Learchus, homines infeliciſſimi. 358.E
Pera Cyniculi inuenta quid haberet. 70.b
Pera Cratetis. 332.I.
Perdicca amore nouercæ cõtabeſcẽs. 119.C
Perdiccæ humanitas. 288.I.
Perdicca Ariarathẽ regem in crucem tollit. 298.K. Peregre proficiſci deos. 231.b
Peregre agentium deſiderium. 300.I.K.
Peregrè proficiſcendi ad ſacram ciuitatem ceremoniæ. 351.K
Peregrinatio eſt uita noſtra. 58.A
Peregrini & aduenæ ſunt õnes urbis uirtutis incolæ. 94.A
Peregrinus exercitus nõ cõtẽnẽdus. 279.F
Peregrinus qui fuerit. 325.E.G. Eius uita, & res geſtæ. 326.E.F. & dein per tot. & 329.H
Perfecta laudatio ut fiat. 204.A
Perfectè ſapiens aut felix nullus adhuc uiſus. 105.B
Perfodiendum non fuiſſe temere Iſthmum 373.C.D
Periander apud beatos non eſt. 128.K
Periclis fulgura ac tonitrua. 354.D
picula rebus præclaris connexa ſunt. 55.K
Periculo ſe nemo exponat. 144.I.
Pericula maris celeberrima. 374.I.
Perilaus tauri inuentor ac fabricator in quo homines cruciarẽtur, quam mercedem retulerit. 158.F.G.H
Peripateticorum dogmata. 64.H.I. 181.B
Peripatetici & Stoici commiſsio. 91.G
Peripati diatribæ. 243.C
Perplexitates philoſophorum. 205.F
Perſarum ſagittarij quàm docti. 96.B
Perſæ & Parthi, longæui. 298.B
Perſarum mos in adorando rege. 307.D
Perſeus Danaẽs filius. 36.F. 162.B. 297.B. 365.K.
ex Perſia in Aegyptũ uia cõpẽdioſa. 268.g
Perſica arrogantia. 295.B
Perſicis in conuiuijs uultu demiſſo accũbebatur. 82.B
Perſonæ etiã habitus cõgruere debet. 7.K
Perſonæ decorum nunquam exuẽdum. 69. B.E. 357.A.
Perſpicuitas ſaltatori neceſſaria. 173.I.
Perſpicuitati ſacrificandum. 179.H
Perſpicuitatis laus in oratione. 219.G
Peſtilentiæ ſedandæ ratio. 111.F
Peſtilentiæ remedium unum. 165.E
Peſte & bello plurimi moriuntur. 38.K
Peſtis à Thucydide breuiter deſcripta 121.g
Peſtes fatales reip. ut leuandæ. 149.B
Peſtis ex nimio æſtu. 180.A
Phædræ calũnia de priuigno Hippolyto. 289.F. 348.I.
Phædri amor qualis fuerit. 192.A
Phæaces ſaltatores maximi. 170.E
Phæacum rudis populus. 122.E
Phaethon perperam currum Solis regens, punitus. 31.K
Phaethon ſolarium hominum rex. 123.E
Phaëthontis incẽdia. 124.B. 183.d. 281.c.d
Phalanx Galatarum. 109.D
Phalanx φαλαγία, & ἐπικίρνασι. 118.F
Phalaridis legati cũ tauro æneo ad Delphos. 156.H.I. & dein.
Phalaridis clementia. 158.D.E
Phalli ſeu Priapi Dionyſii. 347.F. 349.b
Phantaſionis filius Plutocles, Somni præfectus. 130.K
Phaon à Venere iuuentuti reſtitutus. 40.G
Phari. 121.K
Phariæ turris altitudo. 241.G
Pharmaci dandi difficultas. 154.B
Pharmacum inſaniæ ac ineptiæ purgandæ datum. 179.D.E. φαυλία. 180.D.
Phello ciuitas. 127.K
Phellopodes homines. ibid.
Pherecydæ Syri ſenectus. 299.F
Phidias ex leonis ungue, leonis magnitudinem æſtimabat. 100.D.E
Phídias ut opera ſua reformaret. 203.A
Phidiæ opus pulcherrimum quod ſit. 198.c
Philænis. 192.K
Philænidis libri. 293.A
Philautia humana. 289.B
Philematium meretrix. 322.C
Philemonis Comici ſenectus. 299.K
Philinna meretrix. 317.D
Philinus faber ferrarius. 319.B
Philippi, ciuitas Thraciæ. 333.B
Philippus Macedo, calceorum refector apud inferos. 54.B
Philippus oculo priuatus. 119.F
Philippi teſtimoniũ de Demoſthene. 356. A.B.
Philocali qui ſunt. 372.F
Philoctetes Herculi conflagraturo adẽrat. 327.K

Philomela in auiculam uersa 367.C
Philomelæ lingua execta. 293.C
Philoponi qui uocentur. 372.F
Philosophantes mercede pacta. 8.A
Philosophantes inter calices. 69.F
Philosophandi uia optima quæ sit. 92.B. 99.K. & dein. 106.D.
Philosophandi difficultas. 102.G
Philosophari qui primi cœperint. 331.E
Philosophi diuitias sectãtur. 333.C. ut nominandi. ibid.
Philosophia ubi habitet. 66.H
Philosophia à Comicis irrisa. 67.B
Philosophia barbaros non auersatur, si modò rectè ac iustè sentiant. 67.G
de Philosophia diuersæ opiniones. 254.H.
Philosophia una est. 254.K. Iouis donum. 331.D. p quos in cõtẽptũ uenerit. 332.H
Philosophiæ laus. 5.D
Philosophiæ uelut furor quidam. ibi.F
Philosophiæ flosculis illustrata Luciani scripta. 66.B
Philosophiæ hypotyposis graphica 66.k
Philosophiæ comites. 67.D
Philosophiæ perpurgatio. 90.K
Philosophiæ adyta ĩ fundo abstrusa 100.d
Philosophiæ gustus. 101.E.F.G. reuerentia 106.B.C.
Philosophiæ querela ad Iouem. 331.B
Philosophiæ bonum mortalibus. ibid.D
Philosophiæ propagatio. ibid.F.G
Philosophiæ quatenus studendum. 343.G
Philosophiæ schola, reip. administratio. 356.E. Philosophus aulæ ineptus. 82.D
Philosophus summis tantũ labijs. 85.E
Philosophus qualis corpore esse debeat. 181.G.
Philosophus conuiuium obturbans. 235.G
Philosophus cũ morione colluctans in publicis nuptijs. 342.C
Philosophus nullus in bello interijt. 255.I. 256.A.D.
Philosophus decrepitus etiã morbo confectus, tamen opiparo conuiuio deesse non uult. 235.E
Philosophus pæderastes. 321.K
Philosophus ob maledicentiã urbe eiectus. 327.F. Philosophi supellex. 5.C
Philosophi senes inutiles. 83.G
Philosophi noũe qui uerè sit dignus. 104.I.
Philosophi magistri & auũculi de nepote male instituto cõquerẽtis uelut dialogismus. 105.I.K. & dein.
Philosophi conspectus tanquam canis rabidi fugiendus. 106.I.
Philosophi Stoici et tyrãni discrimẽ 141.e
Philosophi progressus ab initio. 184.F.G
Philosophi color, pallor. 225.E
Philosopho, seruire indignum est. 80.H.I.
Philosophũ se profitetur Lucianus. 67.G
Philosophu præstare, hoc est uiri officio fungi cũ muliere, ridiculè ac falsè. 182.A
Philosophus senex. 83.G. 272.B
Philosophi in deos nefarij. 12.C
Philosophi irrisi. 37.H.I.K. 244.E.F.G.
Philosophi q sint à Luciano pstricti. 68.K
Philosophi ut probentur legitimine sint, an spurij. 70.I.K
Philosophi moribus adolescentulorũ formandis inepti. 105.I.K
Philosophi unde cẽseãtur quibusdã 240.F
Philosophi ueri, ueritatis optimi cultores. 246.H.
Philosophi baculis armati incedũt. 258.D
Philosophi nihilo plus alijs à peccato immunes. 343.H
Philosophi in conflictu cõuiuali uulnerati. 345.B. Philosophi sæpe rei. 258.E
Philosophi longæui. 299.C
Philosophi ne noua noũa confingãt. 359.E
Philosophorum mores. 7.H.I.K. & dein. rixæ. 12.F. 180.I. habitus. 16.K. nugacitas. 41.E. uitia. 41.I. 69.E. 91.C.G.H. 92.F. incertæ & diuersæ doctrinæ. 52.B. 61.E.F. 100.F.
Philosophorum auaritia. 69.F.G. 257.I.
Philosophorum despectus cæterorum hominum. 90.E
Philosophorum æstimatio ex habitu & cultu corporis. 92.H
Philosophorum uanitas uelut in somnijs, & rerum domesticarum securitas. 103.I.
Philosophorũ miseræ uoculæ, ac syllogismi 105.E.
Philosophorum salaria antiquitus. 180.K
Philosophorum præcipui. 187.E.
Philosophorum duntaxat esse amorẽ masculum. 194.B.C
Philosophorum nefanda per noctem Luna despicit, ac tegit. 243.B
Philosophorum omnia plena, & plerique ex ijs fex hominum. 246.D.E
Philosophorum exitus infelices. 258.F
Philosophorum conuicia rex patiẽter ferens. 327.E
Philosophorũ insectatio. 41.F. 65.C.D.E. 24.F. 271.E. 330.K. 339.I.K.
Philosophorũ dignitas ac reuerẽtia. 332.K
Philosophorũ externa imitari facile 332.b
Philosophorum nuptijs adhibitorum cõsessus. 340.G
Philosophorũ in se inuicẽ crimina. 343.E
Philosophorum intenta. 358.K
Philosophis singulis quãtum temporis impendendum. 99.A
Philosophis quaten⁹ fides adhibẽda 99.a.e
cum Philosophis conuiuia non temere celebranda. 345.E
Philosophos omnes Lucianus perinde habet. 106.G
Philosophos etiam dignari res principum scribere, philosopho historico dicendum non esse. 116.G
Philosophos oẽis pditos cupit Luna 243.c
Philosophicis sermonib. qui moueãtur. 9.F
Philosophica pleraq; hippocentaurorum et chimærarũ ac gorgonũ similia. 103.K
Philosophicus fastus. 184.H
Philoxeni mira libertas aduersus Dionysium tyrannum. 285.A
Phineo harpyiæ cibos è faucibus eripiunt. 13.F. Physalli serpentes. 301.I.
Phlogius Solaris. 124.G
Phocion inter beatos. 128.K. Eius paupertas. 224.E.F.
Phœnix Indica auis. 309.A. eius ingenium mirabile. 328.G
Phœnicum nauigatio. 206.B. 239.K.
Phœnices, scortatores. 242.F
Phrenetici cum medico certamẽ de cantu. 342.C.D. Phrygia saltatio. 172.B
Phrygia tibia nõ omnes ad insaniam adigit. 9.F. Phrynondas. 161.B
Phryxus Helles frater. 35.E. 185.C
Physicæ principia ridicula & obscura à philosophis traduntur. 240.F
Pictorum absurda figmenta populus admiratur. 104.A
Pictores Græci ut innotuerint. 107.E
Pictorum adulatio. 202.A.B
Pictor ut opera sua etiãdare posit. 203.A
Pictoris docti industria. 297.D
Pictores pulchritudinis studiosi. 372.C
Pictura excellentissima. 108.G.H
Pictura Pyladis & Orestis apud Scythas. 206.E. 297.C.D.
Pictura sociorum Socratis quũ illi in carcere adstarent. 329.I.
Picturæ inuertendæ usus. 354.G
Pincernæ auribus obturatis. 338.I.
Pindari de auro sententia. 234.K.
Pingi pulcherrimæ cupiunt mulierculæ etiam deformes. 115.G
Pingues homines, uulgus. 161.F.
Pirithous Thesei socius in rapienda Helena. 370.I.
Piscatio Luciani pseudophilosophorum. 71.A.B. & dein.
Piscator Luciani quid contineat. 65.C.D
Piscatorum frustratio 102.C
Piscatores & nautæ ac agricolæ scortis utiliores quàm milites 325.D.E.
Pisces uini gustu. 122.K
Pisces cæleſtes 182.H
Pisces in delicijs 338.D. 345.G
Pisces ubi sacri habentur 347.C
Pisces admirabiles 351.C.
Piscium in tincturam abusus. 360.K
Pistilli in hominem excãtati mirũ. 276.I.
Pistricum liberalitas ĩ Demonactẽ. 187.G
Pittaci senectus. 299.D
Pityne fabula. 299.I. Plagarũ metus. 3.A
Platanus Platonica. 193.C. Socratica 294.K.
Platanorum umbræ. 365.D
Plato Siculis tyrãnis adulatus. 47.b. 255.e

Platonis eloquentia. 67.K
Plato apud beatos non eſt, ſed in ſua ciuitate degit. 129.A
Plato præſtigiatoribus nõ diſplicet. 164.B
Platonis leges frigidæ. 243.I.270.B.
Platonis argutias perſtringit. 251.D
Platonis ſenectus. 299.E
Platonicorum fœminæ & pueri omnibus communes. 119.C
Plebeiorum res ac ſtudia. 242.D
Pleſthenes podagricus. 313.A
Ploratus maniũ in cymba Charontis. 74.k
Plũæ longiſsimæ galli caudæ mirũ. 238.I.K
Plumbea regula. 147.H
Plumbeis compedibus uinctus. 164.B
Pluribus egent infirmiores. 361.B
Plutonis regnum, inferni locus. 266.D
Plutonis regia expugnata. 379.I.K
Plutonis miſeria. ibid.B
Plutus querulus. 12.I.K. cæcus & claudus. 13.G. aliàs à Ioue mittitur, aliàs à Dite. ibid.H.I.
Plutus ex tenui trama ſuſpenſus. 306.H
Pnyce cõcionũ locus Athenis. 193.a.246.I
Pocillatores formoſi & exoleti. 341.F.H
Pocula admiranda ſponte uino ſe implentia. 128.H
Podagra, ſenectutis comes. 83.F. Eius remedia. 272.F.
Podagræ uis & malitia. 309.H.I. & dein per tot.
Podagra & tuſsis ac tabes, ſenum morbi. 338.D.
Podagrici querela. 310.E
Podagrici cæteris ludibrio ſunt. 313.K
Podagricorum illuſtrium catalogus 312.K
Podalirij mulieroſitas. 162.B
Pœcilus porticus. 67.A. ad margnem.
Poemata non ſemper noua cudenda in feſtis deorum. 354.K
Pœna paratior in delictis, quàm præmiũ in recte factis. 145.A
Pœnæ apud inferos ſceleribus ſimiles reponuntur. 380.F.G
Pœnitentia damnatorum. 53.E
Pœnitentiæ typus. 287.E
Pœnitentia mercede conductorum. 82.B
Pœnitentia ac querela diuitum. 361.H
Poëſis fato quodã accedit. 254.C.352.H.I
Poëſeos ornatus. 303.C
Poeta uerſifex. 270.A
Poetæ epithetis ruinas carminum fulciũt. 11.F. Poetæ herculea audacia. 104.C
Poetæ in elyſio campo præcipui. 128.I.
Poetæ primi legendi. 179.F.184.F.
Poetæ ne uerbis nimis obſoletis utantur. 179.K.
Poetæ deorum gloriam imminuẽtes. 228.F
Poetæ & pictores liberi ſunt. 203.I.
Poetæ quando uera dicere putandi, quando nugari. 222.H.303.B.
Poetæ multorum ridiculorum credendorũ authores. 266.D.365.D
Poetæ deliri. 335.K
Poetarum abſona de dijs. 51.K.231.G.
Poetarum ambigua & obliqua & incorrecta. 303.B.366.K.
Poetarũ libertas. 114.H.I. mendacia. 271. H.I. nugæ. 366.B.
Poetarum ſtudioſa pulchra mulier. 200.A
Poetis cognitu neceſſaria. 172.F.G. et dein ſo. ſeq.
Poetas magis uoluiſſe oblectare, quàm conatos uera dicere. 231.E
Poetica magniloquentia. 226.C
Poetice pedeſtris. 114.K
Poetices & hiſtoriæ diſcrimen. 114.H
Poeticus furor. 352.H.I
Poeticis dictionibus hiſtoricus abſtineat. 117.C.120.D.
Polemo ex laſciuo adoleſcente ſubitò grauis philoſophus factus. 248.A.C.D.E.
Polemonis cuiuſdã amatoris à militia reditus. 320.H.I. & dein. & 321.C.
Pollicita immenſa. 163.K
Pollicitus & ſpebus pellectæ meretriculæ. 319.H.
Polus Acragantinus ut innotuerit. 107.E
Polybij hiſtorici ſenectus. 299.G
Polycleti canon. 175.B.326.E
Polycrates Samiorum tyrannus in crucem adactus. 57.E.F.
Polydamas Scotuſſæus palæſtrites. 119.C
Polydamantis ſtatuæ uirtus. 358.I.
Polygnotus ſuperciliorũ optimus pictor. 198.G.
Polylampes Solaris. 124.G
Polymnia memoriæ filia. 172.E
Polyphemus Doridis amaſius. 32.H.I. ab Vlyſſe excæcatus. 33.D.
Polypi uariatio. 34.A.174.E.
Polypi uice ferreorum roſtrorum. 127.B
Pompa funebris. 266.I.
Pomum Eridis in conuiuium deorum proiectum. 34.C
Poma, gymnaſiorum in Pythijs præmia. 256.K. Pondus Telluris. 86.G
Pons ingens. 131.K
Pontici homines rudes. 163.A
Popularis concio ſtudijs magis quàm iudicio ducitur. 136.B
Populares qui uocentur. 372.F
Populi iudicium quanti faciendũ. 203.A
Ppli lachrymãtes electrũ, fabuloſæ. 281.C
Populi ſpes, uana. 329.E
Populum excitandi ratio. 163.K
Porcina abſtinentes. 351.I.
Porci ſceleratine, an ſacri. ibid.I.
Portenta miranda. 131.G
Portæ ſomni. 130.I.234.I.
Porrectis pedibus dormire, prouer. 79.a
Porus ab Alexandro captus. 43.C
Poſidonij Apameæi ſenectus. 299.E
Poſidendi cupido quàm cæca. 378.F.G
Poſidonij, Poſidippi, Poſiclei, Poſifuna di, Poſidori uocari poſſit ſophiſtæ. 333.e
Poſtulata geometrica. 104.F
Potamonis rhetoris ſenectus. 299.I.
Potentes uiri ut grati populo ſint. 200.I.
Poteſtas dicẽdi hiſtorico neceſſaria. 119.A
Potus, aer in calicem expreſſus. 124.K
Præbibendi inuicem mos in nuptijs apud ueteres. 341.I.
Præceptor diſcipuli beneuolẽtia commodè uſus in patriam. 299.E
Præceptori habenda fides. 90.H
Præceptorum reuerentia. 106.C
Præcipitij petra prope Delphos. 157.I.K
Præconiũ pro dicenda ſententia. 228.C
Prædictiones & oracula eleuat. 224.A
Prædictionis oraculi anteambula. 230.A
Præfatiões aliquot Luciani 278.I.K. et dei.
Præfationis pulcherrimum argumentum. 301.E.F. & dein.
Præfecturæ claſsis dignitas apud Athenienſes. 353.E
Præmia cur dari debeant bene meritis de patria 133.I. Præmiorũ ſtimulus. 265.C
Præmia in gymnaſiis Atheniẽſium. 259.K
Præmijs ad pauca promouemur. 139.I.
Præſaltatores, ſtatuis honorati. 170.F
Præſcripta legum ſeruanda. 147.G
Præſciẽtia futurorum quibus maximè neceſſaria. 161.H. ad quid utilis. 184.A.B
Præſentibus acquieſcendum. 48.K
Præſentibus multis contumelia affici, & præſentibus paucis, multũ refert. 260.B
Præſtigiæ ex cauda galli gallinacei. 238.K. & dein.
Præſtigiarum modum ut non intelligas, ne tamen accedas. 163.B
Præſtigiatores philoſophos irridet. 70.B. C.D. & dein.
Præſtigiatoris technæ. 161.D
Præſtigiatores inuicem mutuas operas tradentes. 164.G
Præſtigiatorum impudentia. 358.I
Prati floridi illecebra. 372.A
Precatio & ſacrificium Indorum. 170.H
Preces ut fiant ad deos pro unoquoq; in æde Syriæ deæ. 349.K
Preces noſtras ut ex õni loco dij exaudiãt. 186.C. Priamus, podagricus. 312.K
Priami infelix exitus. 380.B.C
Priapi ſaltatio. 171.K
Priapi à Baccho poſiti. 347.F.349.G
Priapi conſcenſores. ibid.K
Princeps mercedis expers non eſt, & quæ ea ſit. 86.F
Principem bene agere, difficile. 157.D
Principi operã in rep. adminiſtranda mercede locantes, de ſeruitute uoluntaria arguendi non ſunt. 86.B
Principes nũquam uere ſunt hilares. 377. B.C. & dein.
Principum ac magnorũ uirorum uoluptas ac

ac felicitas. 376.I.K.
Principum aularum incommoda. 375.H
Principũ ſtipatores aliquãdo in cauſa ſunt ut ſalutatores formula excidant. 88.K
Principatus imperiũ ut tuearis. 157.B
Principium, dimidium totius. 90.A
Principium abſurdũ admiſſum, quàm multa abſurdiora inferat. 104.C.D
Priuatarũ domuũ mala. 376.A.B.et dein.
Priuatus priuatum indemnatum interficere non debet. 147.K
Priuatorum hominũ conditio quàm felix. 377.A.378.H.I.
Priuatorum honor, dulciſſimus. 378.F
Priuignus nouercam deperiens. 247.G.H & dein.
Priuigni calumnia à nouerca. 289.F
Priuignorum ac nouercarũ odium. 156.D
Priuilegia. 144.G
Proboſcis muſcæ & elephanti. 282.D
προχυμα. 180.C
Procorum mos in petendis puellis apud Boſporanos. 212.B.C
Prodicus Cius ut innotuerit. 107.E
Prodigalitas, damnabilis ac ſtulta. 13.C
Prodigia non facilè creduntur. 234.A
Prodigioſa & fabuloſa coram adoleſcẽtibus non proponenda. 277.A
Proditorum uilitas. 355.B.C
Proditores nobiles. 355.G.356.I.
προδότ]ην, & ἐπιδιδόναι. 363.B
Prologorum ac deorũ optimus Elenchus. 290.H.I.
Prometheus audire quatenus ſuſtinuerit Lucianus. 3.F.G. & dein.
Promethei fabulæ uelut myſterium. 4.F. 19.F.G.H. 21.I.K. 18.K. & dein. 60.D. 171.F. 195.B.C. 223.E.
proœmia faſtidioſa oratorum. 15.D
Proœmia turgida ac tragica, corpus hiſtoriæ exile. 117.D
Proœmia potentia & facultate. ibid.F
Proœmium hiſtoricum, & cæteræ partes. 121.B.C.
Proœmij uſus apud Areopagitas illicitus. 261.K.
Propãter ſcriptarũ literarũ indiciũ. 321.h
Prophetæ falſi deſcriptio. 160.I.K. & dein per tot.
Propheta falſus uanitatis argui non patitur. 166.E
Propoſita linea triãgulũ rectè deſcribere. 277.K.
Propriũ uniuſcuiuſq; rei, pulchrũ. 115.E
πρός τινα, & περί τινα differunt. 364.B
Proſerpina à Pirithoo auxilio Theſei rapta. 370.K.
Proſopopœia legum. 151.D. patriæ. ibid.D deorum. ibid.E.
Proſpectandi modus. 367.D
Protarchus. 13.K
Proteſilaus ex morte in uitam reuerſus 46.E.47.K.266.F.
Proteſilaus podagricus. 313.A
Proteſilaus pro deo cultus. 358.I
Protei transformationes miræ. 33.K
Proteus Aegyptius ſaltator eximius 171.I
Protei Cynici baculꝰ talẽto uẽditus 284.k
Proteus Homericus. 325.H.354.H
Protei cuiuſdam ambitio. 326.A.328.H
Prouidẽtia deorum. 223.B.C. & dein. quæ ſit. 223.H.230.K.231.C.D.
Proxenides Aëtionis pictoris ſocer. 107.E
Proxenus propr.no. 368.I
prudẽtia ciuilis hiſtorico neceſſaria 119.a.b
Prudentiæ ſecuritas. 357.B
Pſetta piſcis. 71.C
Pſeudapoſtolos uidetur pſtringere. 332.F
Pſeudomantis deſcriptio. 160.H.I. & dein per tot. Pſeudonero. 285.F
Pſeudophiloſophorum habitus. 16.K
Peudophiloſophiæ fucus. 66.I.
Pſeudophiloſophi à Luciano irriſi. 69.A. Vide Philoſophi. Pſeudoreges. 285.F
Pſeudoſophiſta. 362.C
Pſittopodes ceti incolæ. 126.F
ex Pſora frictionis uoluptas. 251.D
Pſyllotoxotæ. 123.G. ψύλλα. 180.C.
Ptolemæi Lagi filij res nouæ. 4.A.B. epiſtolæ. 88.E. ſenectus. 298.H.
Ptolemæus ſororem ſtuprans. 242.C
Ptolemæus Apellem ferè per calumniam perdidit. 287.B.C
Ptolemæi Dionyſii bacchatio. 288.G
Ptolemæus Philadelphus. 298.I
Ptolemæi philæteri ſenectus. ibid.I.
Ptolemæi templum. 352.G
Publicum priuato præponendum. 119.I.
Pudenda non uelenda, aut glabra reddenda. 294.B
Pudẽda quidã ſibi execãs ne in ſuſpicionẽ aut etiã crimẽ adulterij ĩcideret. 348.c.d
Pudenda auro potiora. 348.E
Pudenda execta pudicitiæ ſecuritatem faciunt. 348.E
Pudendorum mira genera. 124.I.
ex Pudendis uincire. 130.B
Pudicitiæ mira ſolicitudo in adoleſcente. 348.D.
Pudor philoſophorũ reſipiſcentiũ. 104.G
Pudor iuuenilis periclitatus. 289.F
Puellæ niſi nubiles nõ elocandæ. 370.I.
Puellæ amore morti ſe deuouentes adoleſcentes. 371.G
Puellarũ educatio q̃lis eſſe debeat. 376.d
Pueri uerberibus ab initiatione artiũ abſterrentur. 1.G.2.H
Pueri mortui, uuæ immaturæ. 71.G
Pueri poma Demonacti afferentes. 187.G
Pueri apud Lacones ad aras loris cæduntur. 265.F.
Puerorũ mira educatio à capella, cerua, et cane. 60.A. Puerorũ ædiculæ. 96.A
Puerorũ maſculorũ exercitia. 195.D.E
Puerorũ educatio apud Athenienſes. 262.C
Puerorum formoſorum deformatio. 337.I.
Pueros amare, ſolis philoſophis relinquẽdum. 196.F
Pueros ſuos ſacrificantes ſtulti homines. 352.A.B.
Puerilis ſimplicitas graphicè depicta. 22. E.F.G. & dein.
Puerilis ætas hoſtib. miſerabilis, atq; adeò etiam leonibus. 149.K
Pugilum ſpectaculum. 214.E
Pugillarium Aeſchyli precium. 285.B
Pulices magni ut duodecĩ elephãtes. 123.H
Pulicum ueſtiga non metienda. 566.D
Pulchris ſtatim paretur. 372.B
Pulchritudo amari ſe cogit. 26.A.B.
Pulchritudo apud inferos nulla eſt. 48.H
Pulchritudo nõ tam neceſſaria, quàm utilitas. 115.B
Pulchritudo abſoluta. 199.D
Pulchri Nireus ac Phaon. 201.G
Pulchritudinis uis. 295.H
Pulchritudo mulieris nimio ornatu obſcuratur. 296.D
Pulchritudinis encomiũ. 368.H.I.K. & dein per tot.
Pulchritudo inſolentes facit. 369.D
Pulchritudine ſtatim capimur. 372.B
Pulchritudo omnibus rebus humanis propoſita. 372.C
Pulchritudine alteri cedere dearum nulla uelit. 370.A.B
Pullus Alcyonis uigenti uulturibus amplior 131.G. Purgandi animi ratio. 75.B
Purgatio cacozeliæ. 179.B
Purpura non ad eſum modò, ſed & ad tinẽcturam apta. 361.A
Puſio cinædus. 286.C
Pyladis ac Oreſtis amor. 195.I.K
Pyra in qua Proteus exuſtus eſt. 329.G
Pyra aut fax, feſtum quoddam. 351.E.F
Pyrallis meretrix. 322.I.
Pyramides Aegyptiæ quàm altæ. 209.I.
Pyrrhia ſeruus. 80.H
Pyrrhichij nomẽ unde meruerit Pyrrhus. 170.A. Pyrrhonis opinio. 249.H
Pyrrhus Epirota. 88.E. 285.G
Pyriphlegethon lacus. 52.K
Pyronides Solaris. 124.G
Pythagoras apud inferos irriſus. 46.K
Pythagoras nihil ſcripto reliquit. 87.H
Pythagoræ metamorphoſes. 129.E.235.K 236.G.237.B.C.
Pythagoras ad Phalarim adijt. 158.B
Pythagoræ præſtigiæ. 161.B. 164.B. 234.D.E. & dein.
Pythagoras ſophiſta, & eius peregrinationes. 236.I.K
Pythagoras ad Eleuſinia ſacra nõ admiſſus. 290.K.
Pythagoricorum dogmata. 61.G
Pythias meretrix. 322.G. & dein.

Pythicum os à Nerone obturatum. 373.I.
Pythonis oratoris eloquētia.352.K.355.K

Q.

Quadragenarius philoſophari cœpit Lucianus. 92.A
Quadruplatoris ſtudium. 288.B
Quæſtiunculæ & perplexitates philoſophorū.105.F.ī nuptijs propoſitæ 342.h
Quæſtorum rapinæ. 378.I.
Quādoquidem, utique,nēpe,& eiuſmodi particulæ,flores oratiōis.269.K.270.D
Quantitas etiā aliqua eſſe debet in lethalibus pharmacis ut occidant. 101.H
Quatuor digitorum uoluptas. 8.I.
p Quatuor iurant Pythagorici.61.I.87.K
Quintillus Luciani amicus. 297.I.
Quorum nullum eſt medium,eorū alterū ſi eleuatur,alterum deprimitur. 118.K

R

Ranis aſsis uictitantes. 124.K
Ranarum terreſtrium clamor. 285.F
Radiculæ radix commanducata ſpumare facit. 162.D
Raptus Europæ elegantiſsimè deſcriptus. 37.B.C.D.
Raptus Helenæ & Proſerpinæ. 370.H.I.
Raſuras ac uulſuras corporis dānat Cynicus. 361.D.E.362.A.
Ratione præditi, irrationabilibus plura uident. 194.A.B
Recitatoris audiendi gratia. 354.H.I.K
Reddendi oraculi mira ratio. 350.H
Regia Iouis. 60.F.G
Regiarum magnarum facinora 242.C.D
Regiminis cura. 374.G
Regnæ à qualibus cuſtodibus optimè ſeruentur. 349.B.C
Regionis felicis atque amœnæ deſcriptio. 128.A.
Regnādi libido quàm cæca. 378.D.H.I.
Regni uotum. 307.A.B.& dein.
Religionis reus Demonax quid egerit. 185.C.D.
Religiōis prætextu colligēda ſtipis. 219.g
Reliquiæ memorabiles ſeruantur. 285.A
Remigatio mirabilis 127.A
Renaſcentia in iuuentutem. 308.K
Reprehēdere & cōuiciari,facile eſt.228.K
Rei familiaris gubernationis difficultas. 375.K.
Reip.adminiſtratores honorandi, non deſeruitute calumniandi. 86.B
Res mortalibus iucundiſsimæ. 171.C
Res omnes mortalium in duo diuiſæ, bellum, & pacem. 171.D
Res prius quàm uerba paranda. 179.H
Res præclaræ bonorū uirorum apud Scythas ut ſeruarentur. 206.D.E
Rerum abuſus. 360.I.K
Reſerandorū libellorum ratio,ut uideātur intacti fuiſſe. 163.F
Reſipiſcendum eſt uel ſerò. 106.E.F
Reſponſorum ex oraculis reddendorum uaframentum. 163.C.precium.163.D.I
Reſponſa αὐτόφωνα. 164.E
Reſponſi unius p altero ſubſtitutio.164.f
Reſponſa ubique eadem præſtiga reddebantur. ibid.G
Reſponſa oraculorum temeraria. 167.A
Reſuſcitatus quidam poſt uigeſimum diem quàm mortuus erat. 275.E
Retractatio pudori eſſe non debet. 203.A
Reus & actor æquali benignitate à iudicibus audiendi. 287.H
Rex in crucem ſublatus. 298.K
Rex conuicia patienter ferens. 327.E
Rex Athenienſium Theſeus nudus & ſine calceis incedens. 361.C
Regis oculi,plures,& acutum uidēt.82.A
Regis & tyranni diſcrimen. 149.A
Regis boni munus. 157.C
Regis conuiuij in ſaturnalibus prærogatiua. 334.I
Regis pudor. 373.F
Reges maximi apud inferos mendicant. 54.B.
Reges nulli apud inferos agnoſcuntur,ſed umbræ duntaxat. 73.I
Reges ad omnia feroces, in morte timidi. 74.C.
Reges duos una ciuitas non alit. 145.H
Reges ſupra modum infelices. 238.A.B
Reges ubi ceciderint,tragœdiarū hiſtrionibus ſimiles. 238.G
Reges longæui. 298.E.F.
Reges inclyti ex ſucceſsione. 307.A
Regum ac tyrānorum faſtus apud inferos irridetur. 38.E
Regum eadem atque infimorum conditio apud inferos. 57.F
Regū felicitas.74.E.376.I.K. incōmoda ac labores.58.C.238.d.e.308.d.e.374.g
Regum ac tyrannorum uita ac mores. 71.H.I.K.& dein.72.C.D.& dein.242.C.
Regum amici ſimulati omnes. 73.F
Regum merces quæ ſit. 86.F
Regum metu hiſtoricus uerum tacere non debet. 119.I.
regū uxores pudicè habēdæ348.e.349.a
Regum caſus grauiores ſunt quàm priuatorum. 380.A
Regibus ſe aſsimilātes.285.F. Vide Princeps,Tyrannus.
Rhadamanthus iudex oībus æquus. 73.I.
eius regnum.128.B.C.uaticinium.130.B
Rhapſodi deorū ſcelera traducētes.228.F
Rhea amore inſaniens. 25.K.60.D
Rheæ ſacra Attes inſtituit. 347.D
Rheæ deæ indicia. 347.E
Rhetor irriſus. 41.H
Rhetor ītra diē unū ut quis fiat. 269.I.K
Rhetor impudentia & omni genere improbitatis euectus. 271.A
Rhetoris importunitas. 341.K
Rhetores & philoſophi omnes gloriæ cupidi. 257.H
Rhetores inepti perſtringuntur.268.B.C & dein.
Rhetores longæui. 299.I.
Rhetorū ignauia. 256.A.auaritia.257.K.
Rhetorica & philoſophia cæteris artibus præſtantiores. 254.G
de Rhetorica diuerſæ opiniones. 254.H
rhetorices et dialogi cōtrouerſia 249.I.K
Rhetoricæ fucus. 250.G
Rhetorica una eſt.254.K. Eius imago. 268.G.
ad Rhetoricam uiæ duæ. 268.I.
Rhetorica antiqua. 269.B
Rhodochares nepos. 74.G
Rhododaphne appellatus quidam homo mollis. 293.D
Rhodus,ciuitas Solis. 189.B
Rhombi agitatio in incantatione. 318.D
Rhoxanes & Alexandri nuptiæ depictæ 107.E.
Ridere hoīes cū dijs cōmune habēt. 205.A
Ridere regis factū aut tyranni,quàm periculoſum. 373.F
Riſus muliebris. 198.E
Riſu nimio ſuffocatus Philemon. 299.K
Riualiū duorū de ſcorto cōtētio. 325.A.B. & dein.
Robur ducis militiæ quod ſit. 141.B
Romanis uocabulis uſi Græci i Græca hiſtoria. 116.D
Romani quo die preces pro toto anno faciant. 291.C
Romani longæui. 298.E
Roſam non uidentes, ſpinas contemplantur,prouerb. 118.D
Roſarum eſus Lucianum in hominem reſtitueret. 216.K.221.I.K.
Roſea uincula.128.B. catena.130.A.
rubor mulieris qualis eſſe debeat. 198.G
Rudimēta artium plagoſa ne ſint.1.G.2.H
Ruditus aſini nefaria prodens.219.K.uide Aſini ruditus.
Rumoribus patriam implēdi ratio.162.A
Ruſticorum ſaltatio ad tibiam. 172.C
Ruſticū ſe uocat Hercules inter deos relatus. 250.F
Rutilia mulier formoſiſsima, in lunæ figuram efformata, Alexandri tanquam Endymionis amaſia. 165.H
Rutilianus uir Rom. mirę ſuperſtitionis homo. 164.H.165.B.168.E.

S.

Sacæ & Medi longæui. 298.B
Sacauracæ Scythæ. 299.A
Sacerdotum munus. 159.I.K.
Sacerdotum Delphorum ocāū ac cōmoda. 160.A.
Sacerdotum cinædorū nequitia.219.H.I.K
Sacerdotum deæ Syriæ furtum. 220.D
Sacerdotes flagellorum & incēdiorū.328.I


Sacerdotum

Sacerdotum honos apud ueteres. 340.K
Sacerdotum uaria munera 351.A
Sacerdotalis & prophetica corona Alexandri Pseudomantis 168.D
Sacra dijs gratiora quæ sint. 300.G
Sacra miro modo facta 219.I.
Sacri homines 351.B
Sacri loci religio 328.A.G
Sacris nominibus morbi nõ curãtur. 272.K
Sacra urbs in Syria. 345.I. eius ingredien dæ ceremoniæ. 351.K
Sacrificãdi ritus à Numa institutus. 291.C
Sacrificandi ritus uarij 352.A
Sacrificant Scythæ uiris bonis. 205.G
Sacrificare quòd nunquam uisus esset, reus actus Demonax. 185.C
Sacrificium bis die 351.B
Sacrificium & precatio Indorum. 170.H
Sacrificium sordidum ac tenue. 227.F. stultum. 351.E.F.
à Sacrificio faciendo nemo excluditur. 160.C.
Sacrificia ueterum irridet. 59.E. & dein.
Sacrificia ueterum differentia pro offerentis conditione. 60.I.K
Sacrificia cur dijs exhibeantur. 223.A.D
Sacrificiorũ cupidissimi dij. 21.A.244.C
Sacrificijs accommodi boues 351.I.
Sacrilegum insigne. 209.K
Sacrilegij horror 210.A.B
Sacrilegum sacerdotum cinædorum. 220.D
Sacrilegijs despoliantur dij. 223.F
Sacrilegorum impunitas. 223.G. punitio 274.E.
Sagittarum scopi stipulæ. 96.A.B.
Sagittas suas circũ capita sua tanquam coronas gestant Aethiopes. 170.H
Sagittandi mira ars 96.B
Sagittarius zodiaci. 124.D
Sagittarij optimi Persæ ac Scythæ. 96.B
Sagittariorum scopo comparatus animus hominis. 9.C
Salmoneus Ioui obtonãs. 21.G. 313.g. 365.e
Salethi iudicium. 85.A.B
Saliorum saltatio 171.K
Salsamenta hispanica. 306.F
Saltandi mos meretricum 317.E
Saltantes nunc contrà quàm olim, non simul etiam cantant. 171.I
Saltatio mortalibus iucundissima. 171.C
Saltatio adulterij Veneris & Martis. 174.A.
Saltationis scopus. 172.E. encomium. 168. H.I.K. 169.H. 173.I.
Saltationum cur non sint certamina. 171.k
Saltationum genera & nomina. 171.A.K.
Saltator, interpretis uice. 174.C
Saltator qualis esse debeat. 175.C.E.H.I.
Saltatoris summa laus. 172.E
Saltatori q̃ noscẽda sint. 172.D.E. & dein.
Saltatores & cinædi philosophis prælati. 81.H.I.
Saltatorum uitia 175.G.
Saltus exercitatio. 259.F. 263.G
Saluere uerbi usus. 87.D.E
Salus seu ualetudo, antiquissima est. 88.B
Salutandi formula lapsus Lucianus se excusat amplissime. 87.A.B. & dein.
Samosata, Luciani patria 117.G
Sãctimoniæ prætextus quàm fallax. 332.B
Sandalij nõ secum combusti ergô reuersus spiritus mulieris mortuæ. 275.G
Sanguinis libamine ineunt amicitiam Scythæ. 211.C
Sanguinis Centaurici uis 328.E
Sanguis filij uulnerati matrem exasperat. 344.I.
Sanguine dea placata 219.H.I.
Sanguine uictimarum maximè delectantur dij. 244.C
Sanguineæ guttæ pluentes 124.C
Sanitas ubi absit, cætera bona omnia uelut ociosa sunt. 88.E.F
Sapientes Græciæ inter beatos 128.K
Sapientiæ studio, notæ peccatorum ex anima delentur 75.F
Sapiẽtiæ numeros nemodũ expleuit. 86.H
Sappho poetris 193.B. 200.F
Sardanapalus regno indignus 224.F
Sardanapali Calliæ & Midiæ luxus ac nequitia. 232.I.
Satellites tyrannorũ qui fere sint. 142.B.C
Satietatis fastidium 338.E
Saturni res. 60.A. uincula. 172.F. 183.F. 223.E.F. imbecillitas. 334.F.G. 335.G.
Saturniũ seculũ. 332.E. 335.D.E. 337.C.K.
Saturnaliorum festorũ cõsideratio. 334.A. B. & dein per tot.
Saturnus cur imperium deposuerit. 335.C
Saturni spectrum. 335.K
Saturnales epistolæ. 337.A.B. & dein.
Satyra saltatio. 175.F
Satyri Bacchi ministri. 171.A. saltationum trium inuentores. 171.A.
Satyrion morio 342.B
Satyri, dij assciptitij. 358.A
Sauromatarum & Alanorum aduersus Scythas bellum. 213.H
Σκέφιον tonsuræ species 180.C
Scarabeus semper in stercore uolutatur. 290.F.
Scarabeus philosophans 333.D
Scelera non temere scriptis aut aliorũ consilijs committenda. 164.K
Scelera mortalium impunita non abeunt. 380.E. sed similibus pœnis mulctantur. 380.F.
Scelerum notæ in animas seu umbra impressæ, ut elui possint. 75.E
Scelerati homines 161.B
Sceleratus ut iudicio & accusationi ereptus. 168.B
Sceleratorum duces, quàm multa illis permittant. 146.E
Sceleſtorum pœnas uidẽtes, etiam facinora illorum cogitent. 157.I.
Scenicas uictorias ambibat Nero. 373.H
Scepticorum dogmata 64.K
Σχινοβάκτου, lentiscum rodens 180.F
Scientiæ cupiditas simulata multorum diuitum. 81.B
Scintharus 126.G
Scipionis contentio cũ Alexandro & Annibale. 42.G
Scommatibus nihil redditur deterius. 67.B
Scommata, festiuitatis pars 68.F
Scopus diffic le attingitur 95.A
Scorodomachi 123.G
Scorpionum duplex genus 301.I.
Scorpius sacer. 349.K
ex Scorto philosophus 237.D
Scribendi nimia cupiditas uitanda. 179.H
Scribere primùm docentur pueri Athenienſium 262.E
Scribuntur in cælo res omnes hominum. 367.A.B.
Scripta à uita dissona 84.F
Scripta semel, immutare, graue. 114.D
à Scriptoribus ueteribus quæ petantur. 285.C.
Sculptorum ars abiecta 2.G
Scyllæ nomen unde ductum. 180.G
Σκύλλαξ. ibi.
Scythæ sagittas ueneno tinguunt. 9.E. ab Alexandro uicti. 43.C. etiam dij ab Athenienſibus facti. 111.F. ipsi immortalitate homines donant. ibi.
Scythis etiam ab Alexandro Pseud. oracula reddita. 167.C.D
Scythæ bonos uiros honorant. 206.B. 205.G. progenitores suos uita functos deuorant. 206.H. orationes suas non pharetrant. 211.A. perpetuò in bello. 211.B. cur semper armati. 284.I. facilè sibi domum faciunt. 282.I. indocti. 290.E. philosophi. 331.G. sibi deos ipsi faciũt. 358.F.G.
Scytharum immanitas in hominibus dijs pro uictima mactandis. 61.A
Scytharum amicitiæ ut concilientur. 211.B. & dein.
Scytharũ de Alanis et Sauromatis ac Græcis uictoria 213.K
Scytharum lex de pulsantibus ciues, aut de uia detrudentibus 260.D
Scytharum etiam res in cælo describuntur. 367.A.
Sectæ philosophorũ uariæ. 52.B. eas perstringit. 89.C.D. & dein per tot.
Seculum. 63.C
Sedecim dei epulis accepti, solum gallum recipiunt, eúmque senem, & muco ac pituita laborantem. 227.G
Sedendi in tergore bouino, mos. 212.G.H
Seditio Athenienſium conſpecto Demonacte sedata. 187.G
Seditionum piacula ut fiant. 149.B

Semele Cadmi filia. 25.A
Semidei omnes in Elysio campo. 128.K
Semimares amores 192.K
Semiramidis opera. 347.B. statua ignominiosa. 350.I.K.
Semiuocalium potestas 10.C
Senecta an uitia minuat. 146.B
Senectutis incommoda. 267.C. oblectatio. 281.A. imbecillitas. 314.H.
Senectutem ut quis summam consequatur. 298.D.
Senectus obliuiosa. 368.K
Senex à recta uia discedere nolens. 167.K
Senex, iuuenis est cum necessitas postulat. 314.H.
Senis decrepiti hypotyposis. 39.F
Senes plerũq; iunioribus superuiuunt. 39.E
Senes mortui, uiuæ passæ. 72.H
Senes callidiores. 141.A.B.C. facundiores. 280.G. uerbis armati. 315.G.
Senes quàm iuuenes maiore desiderio patriæ tenentur. 301.A
Senum amatores. 40.F.G. & dein.
Senum crura ferè turgida & tarda. 186.I.
Senum repueraſcentia 335.H
Senum incommoda. 156.C. 338.D.
Senium etiam uitia minuit. 133.C
Senẽs frigus interdum uehemẽter recandescit. 143.E
Senio patris ingratus filius 299.I.
Senio & unio, aleæ iactus. 334.H
Senilis ira, impotentior. 141.H. 143.E
Senilis nequitia, maxima. 146.D
Sententia Minois irrita. 51.D
Sententiæ apud inferos ferendæ exemplũ. 54.E.
Sepes appellatus quidam ob barbæ spinositatem. 293.E
Sepiæ aridæ pro telis. 131.F
Septem Græciæ sapientes 331.G
Septenarij obseruatio 351.H
Sepeliendorum Gallorum mos. 351.H
Sepulchrum Iouis apud Cretenses. 366.B
Sepulchri honore carentes Charon non traijcit. 375.A.B
Sepulchrorum celebritas ut fiat. 330.D
Sepulturæ contentio ac cura. 48.D
Sepulturæ inanis luxus ridetur. 58.H
Sepulturæ securitas 187.H
Sepultura alia apud alios 267.G
Sepulturæ cura quanta esse debeat. 374.D
Serarum aperiendarum modus. 239.B
Seres admodum longæui 298.B
Serenitas cæli perpetua apud Aethiopas. 181.F.
Sermo etiam brutis tribuitur à poetis, & lignis 233.K
Sermonis & eloquentiæ uis 280.H
Sermone nihil ualẽtes, ad opera cõfugiũt, & contrà. 332.D
Serpẽtis uiui tractu neglecto, exuuium sequi, prouerb. 105.G
Serpens, deus consalutatus 162.G
Serpentum demulsiones 272.I.
Serpentes omnes unius regionis miro modo per incantatorem quendam in unum locum contracti, & ibi insibilatione super eos facta combusti. 273.C.D
Serpentes Libyci. 301.I.
Seruij Tullij senectus. 298.E
Seruus recens locupletatus, rectè diuitijs uti nescit. 116.K
Seruus promptus esse debet ad munus suũ. 220.E. 380.F.
Seruo nouo nonnihil parcitur. 220.E
Serui senes, ingrati. 80.G
Serui eiecti à dominis, illis suspicioni sunt. 83.H.I.
Serui idiotæ & indocti sæpe dominis rerum ciant plura quàm uiderint. 164.I.
Serui, dominorum arcana norunt. 215.I.
Serui amatorum etiam ipsi à meretricibus inescandi 322.A
Serui in philosophiam inuadentes. 331.K
Seruorum nequitia 375.K
Seruos suos ut diuites conuiuio accipiant. 336.K.
Seruilis uitæ cõditio elegãter pstricta. 85.B
Seruitus mercede conductorum 80.G
Seruitꝰ multitudini liberæ durissima. 136.d
Seruitus ut fugiatur. 80.K
Seuerianus proconsul Romanus. 164.E
Sexagenarij flaccidi & surdi 72.G
Sexagenariæ anus amor. 271.B
Sexus muscarum promiscuus. 283.B
Sibyllæ oraculum 328.I.
Siccitate emergentes morbi. 327.H
Sicinnis saltatio 171.A
Siderum chorea. 169.H
Sigma & taf contentio 9.K. & dein.
Signum Veneris Gnidiæ. 189.K
Signi excipiendi astutia. 163.F.G
Signi muti ac marmorei amator impotens. 190.E.
Signorum tollendorum artes. 163.B
Silentium Pythagoricorum. 61.H. 234.E
Silenus cordacem saltans in conuiuio deorum. 244.C. Eius descriptio. 279.B.
Silenus, deus assciptitius. 358.A
Siliquæ ut cornu duræ 123.I.
Sillus strabus. 180.C
Simi nasi fœditas. 309.D
Simia personata saltans, nucibus obiectis continuò personam abijcit. 69.H. 85.D
Simiæ trunco alligatæ comparatus philosophus diuiti seruiens. 81.A
Simia semper est simia etiam aureo cultu ornata. 283.H
Simile pulchrum. 263.F
Simmiche meretrix 317.I.
Simonidæ Cij senectus. 299.K
Simplicia podagræ commoda. 311.G.H. & dein.
Simulacra ingentis precij. 350.B. & dein.
Simulacra deorũ ad mare descẽdẽtia. 351.d
Simulacrorum & signorũ sacrorum cõferendorum ad sacrũ ac festum mos. 351.F
Simulandi ac dissimulandi artifex. 161.C
Simulationis sera pœnitentia, cum resiliri iam non possit. 319.D.E
Simylus nauclerus Megarensis 208.F
Sinarthoclis Parthyæorum regis senectus. 299.A.
Sindiani Scytharum hostes 214.A
Singulare certamen Alexandri & Pori. 115.F.
Singulari certamine uicti pœna apud Scythas, dextræ amputatio. 207.B
Sirenum modulatio 199.I.
Sirenum & Gorgonum fabulæ mysterium. 289.H. 296.H.
Sirius canis. 63.B
Sitiens, potum non audens petere. 79.E
Sitis Tantali quæ posit esse. 45.K
Sitim quæ maximè ferant animalia. 301.G
Siti emoriuntur à dipsade morsi. 301.K
Siti multitudo periens. 327.G
Σῖτ& quid sit. 258.K
Σιτᾶσθαι, alere. ibi.
Smyrnæ formæ 197.I.
Sobrietatis commendatio 360.F
Sobrius esto, qui philosophiæ initiari uult. 98.K.
Socer à genero in aurigandi certamine uictus, occisus. 371.G
Societatis humanæ bonum. 191.F
Societatis dulcedo in opulentia. 258.G. 339.B.
Socordes ad philosophiam se applicantes. 332.A.
Socrates inter statuarios enutritus. 2.G. pederastes. 63.D. 129.C. à Comicis irrisus 68.E. nihil se scire professus. 99.C. inter beatos. 128.K. etiam senex saltare didicit. 171.E. amori deditus, ut qui maximè 197.B.
Socrates & Aeschines optimi pictores. 200.E.
Socrates XIIuiris traditus. 224.F. apud inferos caluus & uentricosus. 275.B. ab Anyto accusatus. 331.B. Mopsi genus 362.H.
Socratis deriſio. 4.E.F. 196.C. 258.E. sapientia ac fortitudo. 47.B.E. 129.H. 256.e
Socratis stulta secta. 63.E.F. dissertatio sub platano. 294.K.
Socratis Phocionis & Aristidis paupertas 232.I.
Socratis mors 246.C
Socratica ironia odiosa. 184.I.
Socraticum crimen. 181.H. 191.I.
Sol à Ioue redargutus quòd phaethontem in currum suum imposuisset. 31.K
Sol etiam inhabitatus 123.E
Sol antelucano opere anteuertendus paperi. 233.I.

*Sol quid ſit.* 240.I.
*Sol, unus, deus quibuſdam.* 241.A. 300.G.
*Solis amaſia Clymene* 25.I.
*Solis ciuitas Rhodus.* 189.B
*Solis labores* 245.D
*Solis æſtus capiti infeſtus meridiano tempore.* 261.C
*Solis & Lunæ imagines fieri nihil eſt neceſſe.* 350.E.F
*Solem orientem ut ſalutent Indi.* 170.G.H
*ad Solem obuerti domum debere.* 295.C
*Solem orientem Brachmanes pyram inſcenſuri ſalutant.* 330.A
*Solſtitium hybernum* 301.G
*Solœciſmus in uoluptatibus.* 8.H
*Solœciſmi ſaltationum* 175.C.D
*Solœciſmus, ſtribiligo.* 362.B.C
*Solœciſſans quidam redarguitur.* 363.A. B. & dein.
*Solœciſſare, turpe homini grandæuo.* 362.D.
*Solœciſſare non permittendus amicus, ſed docendus.* 363.H
*Solœciſta.* 362.C
*Solium ſolis & lunæ.* 350.E
*Solonis cum Cyro colloquium* 56.G.H
*Solonis commendatio.* 112.C.D.E. 260.H
*Solonis ſenectus* 299.D
*Solum & primum ſe iactans, ut irriſus.* 186.D.
*Solus nemo diues eſt.* 258.G
*Solitaria uita, brutalis.* 192.F
*Somnium ſeu uiſio Luciani.* 1.H.I.
*Somnium aureum.* 234.G.235.H
*Somnij mirabilis uiſio.* 348.A
*Somnio diuites.* 13.H
*ex Somnio ĩ amorẽ inducta Medea.* 104.A
*Somnia mirifica ſunt.* 2.I. *non ſemper uana* 3.C.
*Somnia iucunda ſomniantes ægre ferunt ſi excitentur.* 235.I.
*Somniorum inſula pulcherrimè ficta.* 130. H.I.K.
*Somniorum uariæ ſpecies* 130.K
*Somniorum ratio.* 234.G.H.I.
*Somniorum populus* 367.F
*Somniorũ interpretes Ariſtander & Artemidorus.* 367.F.G
*Somnolentiæ pœna.* 349.K. 380.F.G
*Somnus, mortis germanus.* 143.A
*Somnus ut ad omnes aduolet.* 245.G
*Somnus mortalibus iucundiſſimus.* 171.C.
*Sonus iucundus.* 128.B
*Sophiſtæ & philoſophi q dicãtur.* 262.H. 277.H.
*Sophiſtæ, tanquam hippocentaurorum genus.* 331.H
*Sophiſtarum nugæ.* 105.F
*Sophiſtarum uitia fugienda.* 179.G.
*Sophoclis tragici mors.* 299.I.
*Soror fratribus uiam in cælum aperiens pulchritudine ſua.* 369.F
*Sorores uxores ducunt Perſæ & Aſſyrij.* 60.B.
*Sortis quenque ſuæ pœnitet.* 374.E.
*Sortitio iudicũ ſecundum genera actionum.* 247.G.
*Soſandræ ornatus.* 198.E. 317.F
*Soſtrati Gnidij aſtutia in nomine ſuo propagando.* 121.K. & dein. 277.I.
*Soſtratus ſceleratus* 161.B
*Soſtratus Bœoticus Hercules dictus.* 184.d
*Soter & ſoterichus.* 315.B
*Spadonis aut eunuchi conſpectus primo domus egreſſu, inauſpicatus.* 292.C
*Spartanorum puerorum fortitudo.* 265.H
*Spectaculũ Draconis cuiuſdã mirũ.* 162.I.K
*Spectaculis deditum eſſe hominem grauem non decet.* 168.K
*Spectaculis ut quis melior fiat.* 175.A.
*Spectaculis ijſdem non perinde afficiuntur docti & indocti* 294.G
*Spectrorum & Laruarum conſideratio.* 271.E.F. & dein.
*Speculo ſimilem animum gerere debet hiſtoricus.* 120.K
*Speculum mirum.* 125.C
*Speculo cæcus non indiget.* 285.E
*Spes & metus ut nos afficiant.* 57.H
*Spes meliorum miſeros alit.* 80.E
*Spe nulla, medicina tentãda non eſt.* 152.B
*Spes & metus in hominum uita maximi tyranni.* 57.H. 161.H
*Spebus meretrices ali non poſſunt.* 319.I.K
*Spectandi cupiditas* 303.K
*Sphæra Calani.* 5.C
*σφενδόνη quid.* 290.B
*Sphenopogones.* 337.I.
*Spicæ pro frumento panes paratos emittentes.* 128.G
*Spina delphini arida in trophæum erecta.* 126.H.
*Spinæ & ericio comparatus tyrannus.* 146.A.
*Spinarum ferendarum labor* 219.A
*Spiritus uehementia* 365.C
*Spiritus mortuæ mulieris reuerſus.* 275.F. Vide Vmbræ.
*Spiritus poteſtatem ac uim dicendi præſtans.* 367.C.
*Spongiæ iugereæ.* 127.B
*Sponſus in nuptijs ſuis à conuiuis uulneratus.* 344.I. 345.C.
*Sportulæ Athenienſium in concionibus & iudicijs.* 354.I.
*Spumam ore ut facilè reiectes* 162.C.D
*Stateræ Scepticorum* 64.K
*Statua ſacrilego ſpoliata, ut ſe ſit ulta.* 274.F.
*Statua ſeu imago ad mare bis quotannis proficiſcens hauſtum aquam.* 350.B
*Statuæ deorum quales pingantur.* 362.A
*Statuæ è baſi ſua deſcendentes.* 274.B.C. & dein. *febribus medentes.* 358.I.
*Statuæ ſaltatorum.* 170.F. *olympionicarũ.* 202.F.
*Statuæ æreæ præmium* 349.D
*Statuariæ initiatus Lucianus.* 1.E
*Statuariæ typus* 1.I.
*Statuarij inſignes* 2.A
*Statum quiſq; ſuũ tueatur ac ſeruet.* 374.F
*Stellæ formatæ.* 367.A
*Stellarum motus effectus quomodo ad nos perueniat.* 184.A
*Stellarum potatio u tfiat.* 240.I.
*Stellis nauigatio Phœnicũ dirigitur.* 239.K
*Stertere ſub mandragora, prouerb.* 11.G
*Steſichori poetæ ſenectus.* 299.K
*Steſichoro Helena reconciliata.* 128.I.
*Sthenebœæ crimen.* 348.I.
*Stigmata Pſeudophiloſophorum, uulpes & ſimia.* 70.I.
*Stigmatici unde ſint Aſſyrij.* 352.B
*Stili ac materiæ uertendæ finis ſit aliquando.* 354.H
*Stipatoribus barbaris cur plus gaudeant tyranni.* 378.A
*Στοχάζομαι & φιλόμαι* differunt. 363.C
*Stoæ & Voluptatis controuerſia.* 248.G
*Stoicus, peruerſus quidam eſt tyrannus.* 141.E.
*Stoici cuiuſdã Etœmoclis ridicula indignatio.* 342.E.F. & dein.
*Stoici & Epicurei de rerum principijs & fine bonorum diſſentiunt.* 96.H
*Stoicorum dogmata* 63.H.I.K
*Stoicorum encomium.* 92.G
*Stoicorum nefaria* 249.C
*Stoicorum nemo in campo Elyſio.* 129.B
*Strangulati ſubleuatio* 178.E
*Stratonices reginæ amores.* 347.G. 348.B. C. *ſtulta ambitio.* 201.K.
*Struthiones humi uolantes* 301.G
*Stribiligo, ſolœciſmus* 362.B.C
*Struthionum oua* 302.B.C
*Struthobalani* 123.H
*Studij philoſophici tempus quantum eſſe debeat.* 90.B.C.F
*Studia ſemel cœpta iam ſeneſcentibus relinquere, pudibundum* 104.G
*Studia ut formanda* 179.F
*Studioſo quæ uitanda* 179.H
*Studioſi literarum nonnunquam ocia Muſis permittunt* 122.C
*Studijs inepti, qui ſe cibis ac uino replent.* 254.B.
*Stuppæ gerendæ periculum* 219.B
*Stuporem quidã quærunt in ædificijs ſuis, non pulchritudinem* 295.B
*Stuprum penè coram omnium oculis peractum in myſterijs* 165.H
*Stygis iuramentum* 359.D
*Stymphalides aues* 228.H
*Suberis uſus in naufragijs* 208.H
*Suberibus inſidentes nauigantes* 132.D
*Subigendi uerbum ambiguum* 185.H

*Subtilitates philoſophorum fatuæ ac ridiculæ.* 105.K. & dein.
*Sues ſceleratiſne, an ſacri* 351.I.
*Suffragandi mos, manus protenſio.* 359.F.
*Sui commendandi aſtutiſſima ratio.* 163.I. 164.A.
*Summa elegantia neceſſariò una eſt.* 98.H
*Summus ſacerdos ſingulis annis innouatus* 351.B.
*Superbiam ac faſtum maximè deteſtatur Minos.* 53.C
*Superciliorũ opt. pictor Polygnotus.* 198.G
*Supercilium Stoici philoſophi* 342.F
*Superſtitionẽ circa deos colẽdos ridet.* 59.e
*Superſtitio lapidum inunctorum aut coronatorum adorandorum* 164.H
*Superſtitiones mirandæ.* 351.G.H.I.K. & *ante & poſt.*
*Superſtitioſi homines facilè oraculis capiuntur.* 161.K
*Supplicia inferorum* 53.E.266.G.H
*Supplicium tyranni apud inferos nouum* 76.B.C.
*Supplicij nouũ genus excogitatum.* 218.E.F
*Supplicio publico afficiendos multi ſubſequuntur.* 329.F
*Sycophantarum digna ultio* 349.C
*Sylla copiam ingentem librorum ex Athenis in Italiam auexit* 283.G
*Syllogiſmi uis* 64.A.F
*Syllogiſmi philoſophorum inutiles.* 105.E
*Syllogiſmi Chryſippi frigidi* 243.I.
*Syllogiſmus cornutus, acerualis, metens.* 342.H.
*Sylua in uentre ceti enata* 125.I.
*Sylua nauigata* 131.K
Συμπαθιάτης, *conterraneus.* 362.I.
*Sympoſium uarium* 177.H.I.
*Synagoga in Palæſtina* 326.F
*Syracuſanæ menſæ* 354.A
*Syria dea, & eius ædes, ſacerdotes, & ſacrificia &c.* 219.G. 345.E.F. & *dein per tot.*
*Syri cuiuſdam ſacrilegium* 209.K
*Syrus rhetor Lucianus.* 249.H.250.F.
*Syrus quidam Lunaticos curans.* 273.K
*Syrtis magna Libyæ* 302.B

T

*T quàm multis in dictionibus pro Σ ponatur.* 10.E.F.G. & *dein. eius cum Σ contentio. ibi. per tot.*
*Tabula picta elegantiſſima* 107.F.G
*Tabulæ oraculorum clàm de induſtria defoſſæ, poſtea in apertũ tanquam fortuitò inuentæ productæ* 162.A
*Tabulatorum in naufragijs uſus* 208.K
*Talus Cretenſis* 274.E
*Talorum nudandorum mos in ſaltatione.* 317.E.
*Talorum uſus quàm antiquus* 335.E
*Talorum luſus qualis eſſe debeat* 336.k
*Talus ludens amator ſigni Veneris, proſilius amore* 190.E.F
*Tantali in morem ſitire, prouerb.* 13.E
*Tantali fabula.* 45.I.K.60.G. *Eius pictura.* 302.B.
*Tarichanes in ceto habitantes* 126.B.H
*Tarquinij ſenectus* 298.E
*Tarſus ciuitas uectigalibus ut ſit leuata.* 299.E.
*Tartarus, ingens aëris multitudo.* 183.G. 266.D.
*Tauri artificem deum momus cur riſerit.* 8.H.127.H.
*Taurus cæleſtis.* 182.H
*Taurus Phalaridis* 158.F.G. & *dein.*
*Tectum domus quale eſſe debeat* 295.D
*Telemachus regiam Menelai admiratus* 372.D.
*Telephium uulnus* 9.H
*Teleſillæ fortitudo* 193.B
*Tellus Athenienſis feliciſſimus* 56.H.128.k
*Telum imprudenter miſſum culpa nõ uacat ſi quenquam occidat* 144.C
*Tela tanquam radios capitibus ſuis circumponunt Aethiopes* 170.H
*Temperati corporis robur* 263.D.E
*Temperaturæ corporum uariæ* 155.H
*Tẽpli Veneris Cnidij deſcriptio.* 189.H.I.k
*Templa Aegyptiorum.* 199.E.345.K
*Templum Oreſtis* 206.D
*Templa antiqua* 346.A
*Temeritas & negligentia punitur.* 144.I.
*Tempus, artium magiſter* 193.H
*Tempus philoſophiæ impendendum, quantum.* 90.B.C.F
*Tempus uel locus ante uniuerſi fabricam imaginari non poteſt* 240.K
*Temporis iactura nunquã facienda.* 89.H
*Tempore multa molliuntur, ac miteſcunt.* 146.A.
*Tempora in homine prima caneſcũt.* 322.E
*Temporum omnium pœnitẽtia apud diuites ac molles.* 361.H
*Tenebræ inferorum.* 75.B
*Ter beatus* 5.A
*Tereus inceſtuoſus* 83.I.
*Teræi Dryſorum regis ſenectus.* 298.G. 299.B.
*Tergora direpta, ſerpentia.* 233.K
*in Tergore bouino ſedendi mos.* 212.G.H
*Terræ hypotypoſis* 55.K
*Terra ſolis* 125.D
*Terræ uicinæ ſigna* 122.C
*Terra luna minor.* 241.G. & *ut ab Icaromenippo agnita. ibi. parua admodũ reſpectu uniuerſi.* 242.H. *in communi omnibus expoſita.* 360.C. *pro cubili ſatis ſit Cynico.* 361.E. *ſup aquas firmata.* 367.A
*Tertia figura* 249.E
*Teſſeræ naufragium* 334.I.
*Teſtamentorum quorundam ineptia.* 8.F
*Teſtamentorũ ſimulatio ac captatio.* 40.D
*Teſticuli hominis deſoſſi mirum* 124.I.
*Teſticulis inſtructus ad philoſophiam accedens quidam* 189.F
*Teſtimonium laudis per magnates ac optimates petendum* 110.F.G
*Teſtium reſectionis ſpontaneæ mirũ.* 351.G. Vide *Caſtrati.*
*Teſtudo penſilis* 144.I.
*Teſtudinem in muſicum cantum adaptauit Mercurius* 24.E
*ex Teſtudine Indica lectus* 221.H
*Teſtula tranſmutata, prouerb.* 84.F
*Thais meretrix* 316.E
*Thalaſſopota* 127.C
*Thaletis Mileſii induſtria.* 277.I. *ſenectus.* 299.D. *naturaliũ rerum peritia.* 373.D
*Thamyris temeritas* 66.C
*Thanatuſiorum certamen* 129.F
*Thargelia philoſopha* 181.F
*Theagenes ſcorti amore ſibi mortem conſciuit.* 72.H
*Theagenes Thaſius palæſtrites* 119.C
*Theagenes impoſtor quidã.* 326.A.C.327.A.328.K.
*Theagenis ſtatuæ uirtus* 358.I.
*Theano pythagoricæ doctrinæ filia.* 193.B *magnanima.* 200.F.
*è Theatro redeuntes cum febre* 113.I.
*Theatrorum Sirenes* 169.B
*Themiſtocles & Miltiades proditionis accuſati.* 289.H
*Themiſtocles & Pericles patriæ amantes.* 355.E.
*Theodotæ Rhodij ſtratagema.* 109.E.F
*Theodotus homo ſeditioſus* 287.B
*Theognidis ſententia de paupertate.* 77.H
*Theologus ac præco Alexandri Pſeudomantis* 163.D
*Theon palæſtrites* 119.C
*Theopompi hiſtorici uitium* 121.H
*Therites Solaris.* 124.G
Θεράπαινις *qui ſim.* 257.B
*Thermayſtris ſaltatio* 172.B
*Thermopotare* 180.D
*Therſites cum Nireo de forma contendẽs* 48.H.I. *Cynicæ libertatis.* 187.E. *Eius deformitas.* 284.B.
*Therſagoras poëta* 352.F.
*Theſaurus ĩ carbones uerſus.* 103.F.108.F
*Theſei inſtitutum in Labyrintho ingrediendo.* 98.K
*Theſei & Menelai contentio de Helena.* 128.C.
*Theſei plures mulieres* 128.C
*Theſeus ex inferis reuerſus* 266.F
*Theſei uirtus aduerſus improbos homines* 228.G.
*Theſeus Herculis diſcipulus, ſine calceis ac nudus incedens.* 361.C
*Theſeus Helenam puellam teneram rapuit.* 370.H.I.
*Theſmopolidis Stoici ridiculũ.* 82.F.235.E.
*Theſpias meretrix* 325.D

Thespis tibicen. 4.C. citharœdus. 284.E.
Thessalæ incantatrices. 316.G.317.H.I.
Thessalorum saltationes 170.E
Thessali duo ex inferis reuersi 266.F
Thetis Briareum in Iouis auxilium accersit. 30.G
Thoon Aegyptius 161.E
Thoraces è squammis lupinis 123.I.
Thraces philosophi 331.G
Thraciæ hypotyposis 333.A
Thressarum mulierum crudelitas. 284.H
Θρυμματίας. 180.D
Thmuis & Xois serui uiles 251.A
Thucydidis oratio funebris. 117.I. modestia in scribendo. 119.I.121.G
Thucydidem octies sibi descripsit Demosthenes 283.G
Thucydidis locus aduersus luxuriã. 304.d
Thyestes. 83.I.
Thynnus elapsus, prouerb. 13.K
Thynocephali 126.E
Tiara summi sacerdotis aurea 351.B
Tibiæ usus 110.B.C.170.B.
Tibiæ septem talentis emptæ 283.I.
Tibia ut uenter intumens 365.D
Tibicine aut tympanista facilè mouẽtur Paphlagones 161.K
Tibicinæ amantibus aderant 325.C
Tibicinæ ui ac stupris obnoxiæ. 345.B
Tibius seruus 81.B
Tigranis Armeniorum regis senectus. 299.A.
Tigrapates Lazorum princeps 212.C
Tilliborus latro 160.I.
Timæi Tauromenitæ senectus 299.G
Timocles Stoicus deorum propugnator. 227.I. & dein. Eius infantia. 229.E.F.
Timocrates Heracleotes. 168.B.184.F
Timo seu misanthropus. 11.B.C. & dein.
Timon Echecratidis F. Colyttensis. 12.C
Timon Athenienſis ianitor apud inferos. 130.G.
Timotheus musicus 110.B
Tintinabuli usus in precibus pro populo faciendis. 349.K
Τιφῶνι panes 180.D
Tiresias uates utrunq; sexum expertus, muliebrem pronunciauit expeditiorem. 50. D. 183.A. 192.G. 237.B. Eius oraculum 52.E. Eiusdem sex ætates. 298.A.
Tisiphone 75.C.
Titanicus aspectus 16.K
Titanum pugna 172.F
Tithonus longæuus 99.G
Titornus qui fuerit. 119.B. ad marginem.
Tolerantia Cynicorum in malis 361.H
Tomyris Cyro caput obtruncat, & in utrẽ sanguine plenum immergit 57.D
Tonitrua à quo sint 232.D
Tonitruficum receptaculum 367.K.
Tonorum discrimen. 110.C
Tonsorum peritorum instrumenta. 286.G
Toper pro cito 270.A
Toto cognito, pars etiã cognoscitur. 100.E
Toxaris Scytha Athenas eruditionis ergò adijt. 111.E.F. Eius sepultura. 111.G.
Toxaris & Sisinnes Scythæ, nobile amicorum par. 214.B
Trachea arteria nihil cibi aut potus in se recipit. 114.H
Tragici actores subinde alias atque alias personas referunt 85.D
Tragica uelut febris 113.G.H
Tragicum non debet esse dicendi genus historicum. 116.E
Tragicæ ac comicæ saltationes 171.F
Tragicus habitus 171.G.338.D
Tragica modestia 251.A
Tragicorũ & Comicorũ differẽtia. 262.I.
Tragœdi septimani 113.H
Tragœdiarũ histrionibus comparati reges. 238.F
Tragœdijs certabat Nero. 373.G
Transformatio Pythagorica 61.K
Tranquillitas maris p dies Alcyonios. 17.I
Tribades mulieres 318.F
Tridens Neptuno furtim sublatus 229.B
Triticum idem aliàs alibi prouenit. 155.k
Triticum non perinde ut paleæ incendatur 263.F.
Tritonomendetes. 126.E
Triangulus Pythagoricus quid significet. 87.I.
Tricipitis hominis mira absurditas. 104.C
Tricuspis oratio 293.I
Triduana mysteria 165.G
Triginta dierum obseruatio in purgatione. 351.I.
Trinitatẽi diuinis exprimit. 366.c.367.C
Triptolemus. 2.K. Eius currus. 271.K.
Trita uia an tutissima. 354.F.G
Trœzeniorum mira lex de uirginibus & adolescentibus attondendis. 352.B
Troia ab Apolline & Neptuno constructa. 59.K. Eius excidium. 375.E.
Troiani belli causa, Helena. 46.B. 376.C. Eius belli historiam apud Homerum ueram non esse. 236.H
Troianorum stultitia in Helena non reddenda. 371.B
Trophonij uaticiniũ. 38.F.G. templũ. 54.G.
Trophonius & Antilochus dij assciptitij. 358.I.
Tryphæna meretrix. 322.B.C. & dein.
Turpes etiam amatores admittere debent meretrices. 319.F
Turpes qui uocentur 372.E
Turpia non aperienda 319.A
Turpitudo & pulchritudo qualiter reputandæ. 115.B
Turpium aspectus inuisus 370.G
Turris memorabilis. 121.K. & 122.A
Tussis medelam iactans, ipse tussi totus concussus. 85.G.
Tussis laudata 204.F
Tutorum negligentia 353.F
Typhœi gigantis oppressio, ac reluctatio. 379.C.
Tyrãnicida qualis esse debeat. 134.F.142.F.149.F.G.
Tyrãnicidiũ, facinꝰ clarissimũ. 136.g.139.F
Tyrannis quid sit. 139.F. quibus contineatur. 141.A. non unius hominis capite constat. 146.F. fatale reip. malum. 148.K. 149.B.C.
Tyrannidis successio ac propagatio grauissima. 133.B
Tyrannidis fructus ad quos magis redeat 146.E.
Tyrannidis occupandæ occasio 157.A
Tyrannidis deponendæ consilium ut impeditum. 157.D
Tyrannidem in hominum uita potissimùm obtinent spes & metus 161.H
Tyrannus ipse solus non magna res est. 134.H. legitimum imperium imitatur. 146.H. qui sit. ibi.I.
Tyrannus, prodigiosum animal 146.K
Tyrannus citra iudicium impune occidi potest. 148.B. qualiter tollendus 150.G
Tyranni post obitum contemptus ac neglectus. 73.D.E. & dein.
Tyranni apud Rhadamanthum accusatio. 75.G.H. defensio. 157.K.
Tyranno quatenus ciuitas parere debet. 149.A.
Tyrãni ac reges curã tuiti moriãtur. 74.B
Tyranni ferè dijs similes in hoc mundo. 74.E. apud inferos autem uilissimis hominibus. 37.H.
Tyranni humeris impositus Cynicus in scapha Charontis 74.I.
Tyranni parum in filios pij. 141.D.E. 142.A. barbaris magis satellitibus quàm filijs suis fidunt. 142.B. ætate non mitescunt. 146.A. per ministros scelera sua perpetrant 146.I.
Tyrãni familiares, tyrãno peiores. 146.B
Tyranni multi apud Græcos commodi ac sapientes. 158.A
Tyrannorum potentissimorũ infelices exitus. 57.D.E. Eorum uitæ ac mores describuntur. 71.H.I.K. & dein.
Tyrannorum sæuitia exacerbanda non est 141.I.
Tyrannorum orationes ac donaria in templo Pythij Delphis. 158.A. 159.E
Tyrannorum ingenia ebria 373.B
Tyrannorum suspicio ac formido. 158.B. 378.A.B.C.D. miseriæ. 379.F.G.H.I.
Tyrannorum exitus, & supplicia apud inferos. 380.E.H.I.
Tyro puella à Neptuno stuprata 365.G
Tyro puella Salmonei filia ab Enipeo uiolata. 36.E. 127.I.
Tyrocissa insula. 129.K. 130.A

V

Valere uerbi usus. 87.F.I.88.A.D.E.
Valere ac sanum se esse solùm ab diis petebat Pyrrhus Epirota 88.E
Vanitas humanæ ambitionis. 58.D.E
Vanitatem sibi opprobrari Alexander Pseud. pati non poterat 166.D.E
Vasculi depositi repetitio, uitam depositori seruans 349.A
Vates post factum 141.K
Vates celebres 302.K
Vatum mos, nihil sani dicere 50.G
Vatum nimium studium, reprobabile. 56.I.
Vaticinium Apollinis irrisum. 245.F. admirandum. 245.F. 350.G.H
Vaticinij merces cur detur 224.B
Vaticinij præambula. 230.A
Vaticinia agriculturæ ab agricolis melius docentur. 303.E
Vaticinia Amphilochi & Trophonij irridentur. 38.F.G
Vaticinia propriè quæ sint 303.F.G
Vbera mulieris formosæ 198.D
Vectigalibus leuata Tarsis ab Augusto in gratiam Athenodori præceptoris illius inde oriundi. 299.E
Venationes parasiti 257.H
Veneficarum incantationes 316.F
Venefica & incantatrix Syra in amoribus adhibita 318.C
Venenarij inuidia laborant etiam cum bene fecerint 150.A.B.C
Venenata in minima quantitate libata & summis digitis, non occidunt 101.G.H
Venenum imprudenter ei datum qui id alteri parari iusserat. 40.B
Veneno hostem tollere non licet 150.B
Venena regibus metuenda. 238.F
Venerandi haberi cupiunt philosophi, nec eam existimationem perdere etiam errore suo cognito 104.H
Venter culeo amplior 83.F
Venter apertilis, ac clausilis 125.A.B
Ventricosi ac podagrici apud inferos. 53.B.
Venti in conuiuio ministrantes 128.H
Ventus & Acinaces dij præcipui Scytharum. 211.D
Ventorum agitatio 245.F
Venus à filio Cupidine huc & illuc agitata. 25.G
Venus & Gratia, Vulcani uxores. 26.H
Venus Martis quàm Vulcani amantior. 26.K.
Venus adultera. 60.E
Venus ætate non extinguitur. 146.C.
Veneris partus 172.F
Veneris templi pulchritudo 189.I.
Venus cum Baccho, iucundior. 189.K. generationis radix ac seminarium 191.B
Veneris Cnidiæ pulchritudo 198.A
Venus hortensis Athenis 198.B
Venus Cnidia nõ aurea, sed lapidea. 216.H
Venus à Diomede uulnerata. 231.G. ubi educata. 310.I.
Venus publica, cælestis, & hortẽsis. 319.G
Venus nuptiarum præses 370.A
Venus, aurea maximè dici amat. 370.C
Veneris pollicita Paridi 29.K. 371.B
Ver perpetuum in insula beatorum. 128.G
Veris aspectus 295.G
Ver podagræ aptum 310.C.D. 311.C
Verarum narrationum Lucani occasio. 122.E.F.
Verberans seipsum, & uerberari faciens Peregrinus. 327.B
Verbera Homerica 78.D
Verberum tolerantia laudabilis apud Lacedæmonios. 265.G.H. & dein.
Verberibus ac plagis initiandos non esse pueros in artibus 1.G.2.H
Verbi diuini omnipotentia 366.E
Verba ac mens consentire debent 85.E
Verbi lapsus, in omen bonũ uersus. 88.H.I.
Verba rebus accommodanda, non contrà. 179.H.
Verborum insolentia uitanda. 178.K. eorũ euomitio. 179.E.
Verborum obsoletorum usus. 270.A. 293.A.
Verborum pictura, exilis 297.B
Verborum Romanorum corruptor. 117.A
Verborum uetustorum usus qui sit. 186.C. 291.I.
Verborum uis à usu superatur 296.H
Verborum uitia uitanda 214.F
Verbulis ac præstigiatoris morbos non tollì. 272.H
Verbis cæteros præstantes philosophi, factis ridiculi. 343.G
Verbis aut obligantur aut absoluuntur homines. 138.E
in Verbis & compositione quæ spectanda sint historico. 120.C.D
Verecundia dea. 194.D. 252.A
Veritas, dubio colore & subterlabens. 67.D.E.
Veritas quid sit, & ut sit odiosa. 99.H.I.
Veritas pulchritudini & iucunditati anteferenda. 115.B.C
Veritatis curam non habuisse poetas, sed delectationis 231.E
Veritas iterum de cælo in terram redire ueretur. 246.C.F
Veritas calumniam excludit. 289.K
Veritatis delubrum 130.K
Veritatem non dicentium punitio maxima. 130.G.
Veritate mitiora à deo audiens Nero, contumelia se affectum putabat. 373.K
Vermibus scatens Alexander Pseudomantis interijt. 168.G
Versus tenacius hærent 262.E
Versiculi, concionibus inepti 227.E
Vertigo oculorum ob ætris profunditatem. 241.E
Vertumni ac Iani capita 378.I.
Vespertiliones Libyci 301.I.
Vestigum ingentis magnitudinis. 122.I.
Vestis amasiæ conscißio, feruentis amoris indicium. 320.D
Vestis cum instituto cuiusque conuenire debet. 361.F
Vestis finis 360.A
Vestis laceræ pudor apud diuitis assectam. 235.B.
Vestis sacerdotum tota candida. 351.B
Vestes hominum primæ 193.H
Vestes nationem indicant 123.D. 261.C.
Vestes preciosæ nõ plus calefaciunt quàm uiles. 360.I.
Vestes quas dare debeant diuites pauperibus. 337.E
Vestes uitreæ, & æreæ. 125.D
Vestium pernicies, mures eas arrodentes. 337.H.
Vestibus superbiens, falsè irrisus. 186.H
Vestitus muliebris. 194.I. 198.E.
Vestitus peregrinus hospites indicat. 261.C
Vestitu an æstimãdus homo. 92.K. & dein.
Vetulæ anus libertas. 285.G.H
Vetustis ac peregrinis uerbis non utendũ. 186.C.
Via ad uirtutem multiplex monstratur. 94.D.E. una est. ibi. I.K.
Via ac modus in factis requiritur. 149.K. & dein.
Viæ compendiũ commonstratum, propter incredulitatem neglectum. 268.F
Viæ duæ ad rhetoricam 268.I.
Victoriæ Babylonicæ nuncium. 368.B
Victoriæ cupiditatis infelix exitus. 373.G.H.
Victis etiam nonnunquam præmia dantur 138.K.
Victus quotidianus mercede conductorum. 81.F.
Victus ratio longæuos facit 298.B
Videndi incantatio 56.B
Vigilia septem dierum 349.K
Viginti annos meretricium quæstum exercens mulier. 320.F
Vim ui repellere licet uel cæde. 148.A
Vindex contra Neronem insurrexit primus in Gallia 373.D
Vineæ aquæ feraces 125.A
Vineæ quotmensibus ferentes 128.G
Vinum malũ non est, sed eius abusus. 27.K
Vinum emẽtes, quid agant. 100.K. & dein.
Vinum tenue & acre aluum ciet. 79.I.
Vinum bibens asinus. 221.B. 299.K
Vinum Italicum 306.F
Vinum idem conuiuis omnibus in una mensa propinandum 338.I.
Vinum tragœdias excitans 341.E.F
Vinum audentes facit 348.G

Vini conſperſio peſtilentiam ſedans. 111.F.
Vini effundendi mos in procandis puellis. 212.C.
uini abſtinentia. 272.H
uini uis 340.D
uino primùm guſtato ĩ furorẽ acti Indi. 5.F
uino quæ poſſint imputari 343.H
uino fluens flumen 122.I.
uinoſi ac gulosi philoſophi 69.F
uiolentarum manuum illationis deprecatio. 357.B
uiperæ 301.I.
uir ut laudandus ſit 204.A.B
uir in mulierem uelut effœminatus. 347.D 349.F.
uir unde quis appareat 361.D.G
uiri magni ac probi deſcriptio. 184.K. & dein. 185.A.B.
uiri & mulieris cõuerſatio ex naturæ inſtituto. 191.C.D
uiri conſtantis & imperterriti mors meritò contemplanda. 356.F.G
uiro illi nubere mulier honeſta refugit, qui ipſe uiro indigeat. 293.H
uiri philoſophi auctoritas maxima. 187.G
uiri ac fœminæ diuerſa delineatio. 109.A
uiri inſignes in Elyſio campo. 128.K
uiri ex mulieribus facti 173.G.318.I.
uiri iuſti cur affligantur, mali proſperẽtur. 224.E.F.
uiri qui & mulieres aliquando fuerint. 237.B.
uiri ne an fœminæ uita ſuauior. 237.B.C
uiri fortes quàm timendi 368.A
uirorum mala ab uxoribus. 376.B.C
uiris turpibus ac deformibus pulcherrimæ uxores contingunt. 26.H.I. & dein.
uiris illuſtriſſimis & maximis commendãdus, qui innoteſcere uelit 112.G
uiros eſſe debere philoſophos &c. 182.a.b
uires unde nonnunquam ſuppeditẽtur inualidis. 143.F
uirilia publicè manibus contrectans Peregrinus. 327.E
uirilia pudenda ubi in honore. 347.F
uirilis natura in muliebrem mutata. 365.D
uirilitas ruſticana 269.F
uirga Mercurij. 176.F
uirgo alteri ſponſa ac nupta, rapta, & a matori in manus tradita. 213.F
uirgo ab aſino Luciano uecta, multa illi pollicens. 218.B
uirgini pulchræ cõparatus Plutus. 13.D.E
uirgines multæ capite truncatæ. 366.A
uirgines obſtetricaturas non eſſe. 27.D
uirtus ſola, defunctorum comes 42.B
uirtus procul ſita 89.K
Virtus inſtar urbis optimè inſtitutæ. 93.F. G. ſeruos & barbaros non auerſatur. 94.A. in actione conſiſtit. 105.E. imbecillitati oppoſita nõ clareſcit. 115.K. ubiq; laudanda. 355.I.
Virtus & natura & fatum & fortuna peregrina nomina. 358.K
uirtutis uertex. 91.A.D. laus. 380.K
ad uirtutem formatæ urbis idea. 93.G.H. & dein.
Virtutis ſtudioſos quales eſſe oporteat. 94.B.
uirtutis cum fortuna contentio. 281.F.G. & dein.
uirtutum ſucceſſio optima 42.E
uiſa auditis certiora. 118.E. & iucundiora. 291.I.
uiſio ac conſpectio miraculorum ferè per tranſennam permittitur 162.I.K
uiſio pulchri qualiter animum percellat. 294.K.
uiſus aquilæ perſpicaciſſimus. 242.A
uiſus de nimium propinquis non tam bene iudicat, quàm de ijs quæ iuſto interuallo diſtant. 202.H
uiſum non contemnendum. 111.F
uita hominum pompæ cuidam fortunæ ſimilis. 53.H. ſomno par. 58.A.
uita optima ac prudentiſſima 54.F.G
uita breuis, ars longa. 89.H. 101.I. 192.D
uita aut miſera agenda, aut philoſophiæ ſtudijs excolenda. 89.I.
uita ex communi hominum more inſtituenda. 106.F.G
uita libero homine digna degenda. 106.H
uita nihil maius eripi poteſt homini. 148.d
uita nulla non tranquillior ac beatior humana. 238.H
uita ut diutiſſime producatur. 298.D.E
Vita, alterius miſericordia contingens, turpis. 356.I.
Vitæ dulcedo. 50.B. 253.A.
uitæ flagitioſæ ab adoleſcentia deſcriptio. 292.D.
uitæ inhoneſtæ, mors honeſta anteferenda. 356.K.
uitæ longæuæ homines. 298.A.B
uitæ meta an ſciri poſſit. 90.G
uitæ perpetuæ faſtidium Chironem cepit. 49.A.B.
uitæ ſuæ contemptor, alienæ uitæ dominus. 150.H.
uitã homini haud facilè lex eripit. 148.D
uites mirabiles 122.K. & dein. 127.H
uitilignes in meretrice, turpes 322.F
uitia hiſtorico fugienda. 114.F
uitia rerum 117.F
uitijs inſignem demonſtrari, non parum cõfert ad rhetoris profeſſionem. ſ. 271.C
uitreus amictus 125.B
uitrorum cruſtis ſe occidens quidã. 117.H
uiuam orationem ſolus Demoſthenes habuit. 353.H
Viuum capere, & non uiuum capere, ænigma. 35.F.G
Viui ad inferos penetrarunt, Hercules, Vlyſſes, Orpheus. 52.G
Viuis ad beatorum inſulas commeare non licet. 128.D
ulyſſes Polyphemum excæcat. 33.D
ulyſſis ſocij uoluptate deleniti 78.C
ulyſſes Homericus fabuloſæ hiſtoriæ inuentor. 122.E. 271.G
ulyſſis literæ ad Calypſo. 130.E. 131.B. eiuſdem cum illa conſuetudo. 253.B
ulyſſes ex inferis reuerſus. 266.F
ulyſſis inſania 297.F
ulyſſes podagricus 313.B
umbræ mortuorum quæ intelligi debeant. 45.E. 266.H.
umbræ apud inferos accuſatrices. 53.C
umbræ ab inferis non redeunt. 58.I.
umbræ rectè, non nigræ, animæ beatorum. 128.F.
umbræ mortuorum nudæ ſunt, et uitia ſua omnia in fronte ferunt 376.F
undæ maris unde annumerandæ. 106.F
ungendi mirus modus 128.I.
unguentum ad podagrã filijs à patre traditum. 313.B.C
unguẽtis nõ utendũ niſi in morbis. 294.B
ab Vngue leonis, tota leonis magnitudo æſtimata. 100.C
per Vngues exaudire 365.D
unguibus pedũ carentes homines. 124.K
uniuerſum hoc finitũm ne ſit, an infinitum. 241.A.
unus inter multos inſanientes ſanus eſſe nõ poteſt. 166.F
unus auxiliaris bonus ac fidus, multis alijs præponderat. 233.E
unius Demoſthenis robur 355.D
unodigiti homines 125.A
uocalium iudicium de ſigma & taf. 9.K
uocatione ſua quiſq; contẽtus ſit. 374.E.F
uocalium poteſtas 10.C
uox per inſenſatum caput mirè reddita. 164.E.
Vox & ſermo mulieris formoſæ. 199.G
uox Neronis qualis eſſet 373.B
uoces incognitas proferens magus. 162.F
uocum modulatio, iucundiſſima 171.C.D
uoculæ miſeræ philoſophorum 105.E
uolare ut homo in ſublime poſſit. 240.B. C. & dein. 241.C.D.E. 273.D.E.
uoluiſſe, num ſatis ſit. 137.K
uoluntas modò ad uirtutem capeſſendam ſufficit. 94.A
uoluntatis nudæ an præmium aliquod eſſe debeat. 137.K
uoluntatis peccata Aeaco & Rhadamantho ſeruantur 138.A
uoluntas ſine conatu & effectu, non punitur à lege. 144.H
uoluptas quæ ſit 253.D
uoluptas quatuor digitorum. 8.I.
Voluptas in quo ſit ſita. 49.B. maior eſt ex uiſu quàm ex auditu. 296.I. naturam uiolauit. 191.E.

Voluptas redarguitur. 248.G.H
Voluptatis magistri Cyrenaici. 62.I.K
Voluptatis sectatoribus quatenus ignoscẽdum. 78.B.C
Voluptati etiam nostræ, non necessitati modò consuluit natura. 360.C. & dein.
Voluptates & amatoria diuitibus subministrantes, philosophis prælati. 81.H
Voluptates ueras philosophia subministrat. 8.K
Voluptatum portæ. 6.K. solœcismus. 8.H.
Voluptatum communicatio suauiores illas efficit. 192.F.G
Voluptatum intemperati usus mala. 338.D
Voluptuarij taxantur 8.G
Vorago ingens inter duas aquas 131.K
Vota etiam confidentiam habere debent. 12.H.
Vota supra naturam 103.G.H
Vota mortalium ut exaudiat Iupiter. 243.I.K.
Vota hominum stulta irridentur. 303.K. & dein. 305.D. & dein. 308.H.I. & deĩ.
Votorum sibi factorum exactrix acerba Iuno. 348.F
Vrbanè ac falsè dicta Demonactis philosophi. 185.E
Vrbis eiusdem ciuium inter se conciliatio. 111.A.
Vrbes ferè semper ijsdem uitijs laborant. 51.H. Vrbes nidis comparatæ. 56.A.
Vrbes etiam & flumina suam quandam mortem obire. 59.B
Vrbes quà oppugnentur 288.K
Vredo frigoris 177.C
Vrna & ossa inimici parum sunt. 355.B
Vrsi cicures 351.A
Vsuras solus sapiens exerceat præscripto Stoicorum. 64.D.E
Vterum modò sibi impletã meretrix queritur. 316.H
Vtilitas ex sola ueritate conciliatur. 115.B
Vtique & quandoquidem, flores orationis. 269.K. & 270.D
Vtis seu nemo Homericus 299.G
Vuæ mirabiles. 123.A
Vuarum acini uelut grando 125.A
Vulcanus pocillator irrisus. 23.D
Vulcanus formosissimas duas uxores habens. 26.H. ut sit à Iunone editus. 60.C.
Vulcani commendatio. 27.A. Eius fabrica à Momo reprehensa 93.D
Vulgus cauillis ac maledicentijs gaudet. 68.E. ferè malum est. 361.F.
Vulgi multitudo promiscua non curanda ei qui illustris haberi uelit 110.F
Vulgi commoti sedandi ratio 327.C
Vulgi credulitas. 330.B
Vulnerantes semetipsos homines sacrati. 551.F.
Vulneratus iniuria, non ad prætorem, sed potius ad medicum eat. 185.H
Vulnera incredibilia 116.K
Vultur è flamma subuolans 330.B.C
Vultures tricipites 123.D
Vulturum sagacitas 303.K
Vultus grauitatis momentum. 81.C
Vultus seueritas nonnunquam fallax. 343.B.
Vxor casta animam seu anhelitum uiri grauem non iudicat 96.B
Vxor bonam tyrannidis partem sæpe suggerit. 148.H
Vxor ducta ab amico diuite & illustri, amici pauperis & infamis filia turpissima. 209.E
Vxor patris à filio adamata. 347.G.H
Vxoris amor impotens 48.A
Vxoris ereptæ dolor 213.G.H
Vxoris alienæ curam adolescentes ne temere suscipiant 348.B.C. & dein.
Vxorem ab amatore suo duci meretrix grauiter fert. 316.H.I.K
Vxores ex Socratis sententia communes. 63.E.
Vxores alienæ ab Alexandro Pseud. uel aspici, nedum amari aut iniri, pulchrum ac felix ducebant 166.B
Vxores alienas corrumpentes quidam sanctimoniæ prætextu 332.E
Vxorum communitas 332.F. 344.D
Vxorum incommoda & molestiæ. 376.B
Vxorum malarum scelera. 376.F.G

X

Xanthus fluuius penè exustus 35.I.
Xanthus Achillis equus concionans. 233. I.K.
Ξυναγὸς. 321.C
Xenocratis senectus 299.E
Xenophanis philosophi senectus. 299.D
Xenophili musici senectus ibi.C
Xenophon proœmijs an usus 117.E
Xenophon iustus scriptor 119.I.
Xenophontis somnium 3.C
Xenophontis locus de pulchra muliere. 199.B.
Xenophontis Grylli filij senectus 299.F
Χηράλοιφος 180.C
Xerxis regis factum laudabile. 355.I. opus magnificentissimum. 373.A.

Y

ὑγιαίνειν uerbi usus. 87.I. 88.D.

Z

Zamolxi mortui ablegabantur. 111.F
Zamolxis et Acinacis dij patrij Scytharũ. 112.B.
Zamolxis inter beatos 128.K
Zamolxis Thracum deus 231.K. 358.G
Zelotypia fera in superbo amatore. 36.E.
Zelotypia meretricum 317.D.E
Zelotypia, amoris indicium 320.D
Zelotypia in pugnam erumpens 325.B
Zelotypia ubi sit 344.D
Zelotypiæ uis in amore 320.G
Zelotypiæ metu quidam se ipsum castrãs. 348.D.
Zelotypiam amatoribus suis excitare debent meretrices. 288.E. 320.B
Zeno Aristæneti filius 340.G
Zenonis Stoici senectus. 299.D
Zenodotus perstrictus 129.D
Zenothemidis philosophi mira impudentia. 344.H. & dein. & ante.
Zenothemis Massilienfis & Menecratis amicitia. 209.D
Zephyrus Apollinis riualis in amore Hyacinthi. 26.F.G
Zeuxis pictoris præstantissimi Hippocentaurus fœmina &c. 108.G. & dein.
Zirim, Scythica uox quid significet. 211.G
Zodiacus ut institutus 182.G.H
Zopyrio seruus 80.H
Zopyrus Darij amicus apud illum pluris fiebat quàm infinitæ Babylones. 233.E
Zopyrus pædagogus 342.K
Ζυγομαχῶν quid sit. 363.B.


FINIS.

# LVCIANI SAMOSATENSIS OPERA.

## DE SOMNIO, SEV VITA LVCIANI, IACOBO MICYLLO INTERPRETE.

### ARGVMENTVM.

*Occasio huius narrationis uidetur sumpta esse ex secundo Xenophontis de dictis Socratis, ubi Prodicus sophista eodem modo Herculi pueritiam egresso narrat uirtutem ac uoluptatem apparuisse, & utranque illum ad se pertrahere contendisse. Consilium autem & scopus in fine ab ipso Luciano explicatur. Nam ut adolescentes præ inopia deficientes, & ad deteriora animum applicantes, reuocaret, & ad literarum studia conuerteret, sermonem hunc ait à se institutum esse.*



ESIERAM nuper in ludum ire, factus iam ætate adolescens, cum pater unà cũ amicis consilium capiebat, quámnam artem potissimùm discẽdam mihi proponeret. Plerisque igitur uidebatur humanitas seu literarum studiũ & labore multo, et tempore longo, & sumptu non exiguo, denique & fortuna quadam, opus habere: nostras autem res cum paruas esse & modicas, tum uerò celere quoddam auxiliũ postulare. Quòd si igitur artem aliquam mechanicam didicissem, fore ut principiò statim ab ipsa arte necessaria uitæ comparare possem, neq; necesse haberem adeò ætate iam prouectus, domi, deq; paterna mensa uiuere, sed non multò pòst etiam ipsum patrem exhilaraturum esse me, referendo domum semper aliquid ab arte quæsitum. Alterius itaque consultationis caput propositum inde est, quænam ars & optima, & ad discendum facillima, & homine libero màximè digna foret, deinde & minori sumptu atque instrumento egeret, multum autem & sufficientem quæstum suppeditaret. Proinde alio aliam laudante, prout quisque animo affectus, aut usu expertus erat, pater ad auunculum aspiciẽs (aderat enim is quoque, statuarius tum habitus optimus, & poliendo marmore inter præcipuos laudatus) Minime fas, inquit, est aliam artem hic uincere, te præsente: sed hunc acceptum (meq; demonstrabat) abduc tecum, & doce lapidum artificem probum, & eorundem compositorẽ ac statuarium nobis esse. Poterit enim & hoc, natura, ut scis, præditus felici ac dextera. Fecerat autem hanc de me coniecturam pater ex ludicris à me aliquando è cera confictis. Quando enim à præceptoribus domum dimittebar, abradens ceram, nunc boues, nunc equos, interdum per Iouem & homines fingebam, non omnino ineptè, ut tum uidebar patri: ob quæ tum à præceptoribus quidem plagas accipere solebam: hic autem ad probandam ingenii dexteritatem hæc quoque in parte laudis ducebantur. Atque adeò bonam ex eo spem de me omnes concipiebant, ut qui breui adeò artem hanc, secundum fingendi illam facilitatem, perdiscere possem. Simul igitur & idonea dies uidebatur ea esse auspicandæ arti, & ipse tradebar auunculo, nõ admodum, per Iouem, iniquè aut grauiter fe-

rens:ſed mihi etiam luſum quendam non inſuauem ipſa res uidebatur habe- F
re: & apud æquales ad oſtentationem & laudem facturum eſſe, ſi & deos
ſculpere,& parua quædam ſimulachra, cum mihi, tum illis quibus uellem,
adornare poſſem. Ac tum primùm quidem illud, & incipientibus ſolitum,
fiebat.celtem enim quendam auunculus mihi tradens,paulatim tabulam la-
pideam,quæ in medio poſita erat, contingere, atque artem auſpicari iubet,
tritum illud admonens:

Dimidium facti,qui cœpit,habet.

Cæterùm durius impingente me, præ imperitia, ut fit, tabula rumpitur.
Auunculus autem indignatus,& ſcuticam quandam propè iacentem corri- G
piens,nequaquam manſuetè,aut uti docentem conueniebat, excepit atque
initiauit me,ita ut mox in lachrymas proœmium artis mihi uerteretur. Au-
fugiens igitur inde,domum redeo,continueq; ululando, & lachrymis ocu-
los opplendo, commemorabam ſcuticam,demonſtrabam uibices,nimiamq;
illius crudelitatem accuſabam, hoc quoque addens, quòd inuidia quadam
iſta feciſſet auunculus, uidelicet metuens ne ſe in arte ſuperarem. Iraſcente
itaque matre,& multa fratri cõuicia faciente, poſteaquam nox ſuperuenit,
dormiui, plenus adhuc lachrymarum,totamq; noctem cogitabundus iacẽs.
Atque hactenus quidem quæ diximus, ridicula pueriliaq; ſunt: quæ uerò H
deinceps audietis, nequaquam contẽnenda ſunt, ô uiri, ſed quæ admodum
auſcultandi cupidos auditores quoque requirant. Nam ut iuxta Homerum
dicam: Venere mihi diuino ſomnia nutu, Almam per noctem, ita clara &
manifeſta,ut nihil ab ipſa ueritate diſtarent. Adhuc igitur etiam poſt tantum
temporis interuallum,& habitus eorum quæ mihi tum apparuere, in oculis
hærent, & ipſa uox auribus quaſi inſonat. adeò tum plana fuerunt omnia.

*Somnium ſeu uiſio Luciani.*

Duæ mulieres manibus corripientes trahebant me in diuerſum,utraque ad
ſe uidelicet,uiolentè admodum & ualidè. parum itaque abfuit quin me diſ-
cerperent, dum inter ſe ambitioſe adeò contendunt. Nam modò hæc ſu- I
perabat, & propemodum totũ tenebat me: modò altera, eademq; me ad ſe
retrahebat. Clamabant autem ambæ, accuſabantq; mutuò ſeſe: hæc, quòd
me ſuum uidelicet illa poſſidere uellet:illa uerò,quòd hæc fruſtra aliena ſi-
bi uſurparet. Erat autẽ altera quidem operaria,& uirili aſpectu,ſqualida co-
ma,manus callo paſſim obductas habẽs, ſuccincta ueſte, & marmoreo pul-
uere oppleta, qualis & ipſe auunculus eſſe ſolebat tunc cum lapides polie-
bat. Altera uerò facie admodum honeſta, habitum decentem præ ſe ferens,
& ueſtes ornatas ac mundas induta. Poſtremò autem permittunt meo iudi-
cio, ut utri earum cõuerſandum mihi putẽ, ſententiam ipſe feram. Ac prior K

*Statuariæ uerba.*

quidem dura atque uirilis illa ſic cœpit: Ego, chare puer, ſtatuaria ſum, ea
quam tu heri diſcere cœpiſti, familiaris adeò tibi & cognata à parentibus.
Nam & auus tuus(addẽs nomen aui materni)marmorarius fuit,& auuncu-
lus pariter & patruus tuus eandem artem exercuere,& per nos inter præci-
puos celebrati ſunt. Quòd ſi igitur uoles deliriis ac nugis circa quas iſta
uerſatur (indicans alteram)abſtinere,ac mecum degere, principiò generoſe
educaberis,humeroſq; habebis ualidos,& ab omni inuidia alienus eris, ne-
que unquam in terras alienas atque externas hinc abibis relicta patria,atque
domeſticis tuis:neque etiam ob uerba & orationem modò laudabunt te o-

mnes

A mnes. Neque uerò auerſeris corporis hanc fragilitatem, aut ueſtium ſordi-
tiem. Nam ab his initiis profectus etiam Phidias ille, Iouem ſpectandum ex- *Statuarij inſi-*
hibuit, & Polycletus Iunonem fabricauit: præterea Myron laudibus uectus *gnes.*
eſt, & Praxiteles in magna admiratione fuit. Adorantur itaque nũc illi cum
ipſis illis Diis quos ſculpſere. Quòd ſi igitur horum unus tu quoque fores,
quomodo non celebris & ipſe apud omnes homines fieres? Patrem certè
beatum efficeres, & patriam tuam omnibus ſpectabilem redderes. Hæc, at-
que etiam plura his, balbutiendo, & pleraque barbarè pronunciando, di-
xit Statuaria, ualde ſanè ſtudioſe omnia connectens, & me in ſuam ſenten-
B tiam adducere cupiens: ſed non ultrà memini. plurima enim memoriam
iam effugerunt. Cæterùm ubi tandem finem fecit, tum altera illa in hunc
fermè modum orditur: Ego uerò, ò fili, Humanitas ſum, iam nunc con- *Verba huma-*
ſueta ac nota tibi: tametſi ad finem aut plenum nondum periculum mei fe- *nitatis.*
ceris. Quanta igitur bona Statuaria iſta tibi præſtatura ſit, ſi eam artem di-
diceris, ipſa modò enumerauit. Nihil enim aliud niſi operarius eris, corpo-
re laborans, & in eo totam ſpem uitæ poſitam habens, obſcurus ipſe de-
gens, modicum & minimè generoſum quæſtum faciens, deiectus animo, te-
nuis ac pauper reditibus. Denique neque amicis expetibilis, neque inimicis
C formidabilis, neque etiam inter ciues beatus habitus: ſed hoc ſolùm, opifex
uidelicet quiſpiam, & ex multa atque promiſcua plebe unus, præſtantio-
rem te ſemper formidans, & dicendo ualentem præ oculis habens ac pal-
pans, & in ſumma, léporis quandam uitam agens, potentioríſque lucrum
exiſtens. Quòd ſi etiam Phidias uel Polycletus fias, præclaráque & admi-
ratione digna multa opere præſtiteris, artem quidem laudabunt omnes: at
qui ex aſpicientibus tibi ſimilis eſſe optarit, nemo erit, qui modò mentẽ ha-
bebit. Qualis qualis enim fueris, nihil niſi rudis quiſpiam opifex, manibus
laborans, & iiſdem uictum quæritans, cenſeberis. Contrà autem ſi mihi ob-
D ſequêris, principiò tibi oſtẽdam multa ueterum uirorum præclara opera, &
res admiratione dignas. Deinde & orationes illorum tibi renunciádo, & o-
mniũm (ut ſic dicam) expertum te reddendo, animũ (quod præcipuum in te
eſt) exornabo tibi multis ac præclaris ornamentis: modeſtia ſcilicet, iuſti-
tia, pietate, manſuetudine, æquitate, prudentia, fortitudine, amore hone-
ſti, & pulcherrimarum quarumcunque rerum deſiderio. Hæc enim animi
ornamenta ſunt, uerè ſyncera atque perpetua. Neque autem latebit te neq;
ueterum quicquam, neque eorum quæ in præſens geri debent: ſed ea quæ
agi conueniet, quæq; decent, me duce longè antè proſpicies. Et in ſumma,
E omnia quæcunque ſeu diuina ſeu humana ſunt, paruo tẽpore docebo te: &
qui nunc pauper atq; inops es, iſtius neſcio cuius filius, qui de arte adeò illi-
berali neſcio quid conſultas, haud ita multò pòſt nimium felix, nimiumq;
beatus omnibus uideberis, dum & honoribus afficieris, & laudibus effereris,
& pulcherrimarum quarumcunq; rerum gloria celebraberis, illorum etiam
qui diuitiis ac genere cæteris anteſtant, in te animis atque oculis conuerſis:
ac ueſtitum quidem talem geres (demonſtrans ſuum: gerebat autem admo-
dum ſplendidũ) Magiſtratibus uerò, & primo in conſeſſu honore ante alios
dignus exiſtimaberis. Et ſiquãdo aliquò peregre abiens proficiſcêris, etiam
in aliena terra non ignotus aut obſcurus eris. Talibus ſcilicet ornamentis

ego te insignem atque conspicuum reddam, ut eorum quoque qui te aspi- F
cient, quisque proximè astantem leuiter impellens & commouens, digito
te demõstret,atque, Hic est ille,dicat.Iam si quid studio dignũ accidet quod
uel ad amicos, uel etiam ad ipsam ciuitatem pertinebit, omnes in te oculos
atque ora conuertent. Atque si tum aliquid fortè dixeris, plerique hiantes
auscultabunt, admirantes & prædicantes tum te ob dicendi uim, & oratio-
nis potestatem,tum etiam patrem tuum ob felicitatem prolis. Et quod dici
uulgò solet, quòd ex hominibus quidam immortales redduntur, id quo-
que tibi dabo.Nam postquam ipse ex hac uita decesseris, nunquam desines
cõuersari doctis, & consuetudinem habere cum optimis.Demosthenem il- G
lum certè uides,cuius filius fuerit,& quantum ego eundem reddiderim.Vi-
des & Aeschinem, qui tympanistriæ cuiusdam filius erat, & tamen propter
me etiam Philippus rex illum palpauit.Socrates autem,qui & ipse inter sta-
tuariã hanc artem enutritus fuit,& simul atq; primùm intelligere cœpit me-
liora, relicta illa transfugit ad me nimirum: audis ut nũc ab omnibus de-
cantetur? Igitur relinquens tantos ac tales hosce uiros, res adeò splendidas,
orationes tam graues ac illustres,uestium ornamenta,honorem,famam,lau-
dem, primos assessus,potentiam,imperia, denique & illam quam ex dicen-
do consequêris gloriam,& qua te omnes ob prudentiam prædicabunt,feli- H
citatem, tuniculam aliquam indues sordidam, habitumq; assumes seruilem:
uectes præterea & celtes,& id genus cætera sculpendi cædendíque instru-
mẽta in manibus habebis,deorsum inclinatus in opus,humi repens, demis-
sus,denique modis omnibus abiectus & contemptus, nunquam autem ne-
que expergiscens,neque uirile aut libero homine dignum quicquam cogi-
tans,sed in opera intentus, ut illa uidelicet proportionibus suis consona &
bene formata tibi reddantur:de te ipso autem, ut & concinnus & ornatus
incedas,minimè curam gerens,sed te ipsis istis saxis contemptiorem reddẽs.
Adhuc igitur dicente hæc illa, nõ expectato orationis fine surgens senten- I
tiam tuli, & relicta deformi & operatrice illa,transiui ad Humanitatem,ad-
modum gaudens, præcipuè postquam mihi etiam in mentem uenit scuticæ,
& quòd plagas statim non paucas incipienti mihi pridie illa inflixisset.Por-
rò relicta illa,principiò quidem indignè ferebat,complodebatq; manus, &
dentibus infremebat: postremò autem, quemadmodum Nioben audimus,
ita hæc quoque diriguit, & in saxum mutata est. Quòd si igitur incredibi-
lia passa esse uidetur, ne miremini.Somnia enim mirifica sunt,& mira ope-
rari solent. Altera autem ad me respiciens,Proinde,inquit, ego tibi hãc iu-
stitiam rependam, quoniam causam hanc bene & rectè iudicasti. Veni igi- K
tur, & ascende uehiculum hoc, (commonstrato quodam uehiculo, quod
alatis equis quibusdã Pegaso similibus uehebatur)ut uideas qualia ac quan-
ta ignoraturus fuisses,si me non secutus esses. Cæterùm postquam ascen-
di, illa quidem agitare atque aurigari cœpit: Ego uerò ubi iam in sublime
sublatus fui, obseruabam & contemplabar, ab oriente incipiens, usque ad
occidentem,urbes uidelicet & populos, non aliter quàm Triptolemus o-
lim,spargens quiddam in terram:quãquam non amplius memini quidnam
illud fuerit quod tum spargebam, nisi hoc solum, quòd sursum aspicientes
homines laudabant me,& ad quoscunque uolando perueneram,cum mul-

ta

A ta prædicatione & gratulatione me proſequebantur, & quaſi deducebant. Porrò ubi illa hæc tanta mihi, & meipſum collaudantibus illis demonſtraſſet, reduxit rurſum, non amplius eadem ueſte illa indutum, quam habueram ab initio aiolans, ſed uidebar mihi tum admodum delicatus & ſplendidus redire. Deprehendens igitur & patrem aſtantem, atque expectantem me, commonſtrauit ei ueſtem illam, & me ipſum qualis redirem: ſubmonuítque eum quàm parum abfuerit quin minimè digna de me ille cum amicis ſuis ſtatuiſſet. Atque hæc quidem memini uidere me, cum primùm è pueritia egreſſus eſſem, plagarum metu, ceu mihi uideor, tum exturbatus. Sed interea
B dum hæc dicũtur, ô Hercules, inquit quiſpiam, quàm lõgum hoc ſomnium, & iudiciale eſt? Deinde alius quidam hoc eludens, Hyemale, dixit, ſomnium eſt, quando noctes ſunt longiſſimæ: aut fortaſſis etiam trinoctiale, qualis & ipſe Hercules eſt. Quid igitur in mentem uenit illi, nugari talia nobiſcum, mentionemq; facere puerilis iſtius noctis, ſomniorumq; ueterum, & ætate iam obſoletorum? Frigida enim & ingrata eſt omnis inepta ac futilis oratio. An fortè ſomniorum quorundam quaſi quoſdam interpretes eſſe nos credidit? Nequaquam, ô bone: quoniam neque Xenophon quondam exponens ſomnium illud, quo pacto ipſi uiſum fuerat in domo paterna, & de- *Lib. 3. Anabaſeos.*
C inceps. Noſtis enim ut non coniectationẽ quandã proponẽs, uiſionẽ ſuam, aut quòd ita nugari ſtatuiſſet, narrauit, præſertim in bello & ſumma rerum deſperatione conſtitutus, circunſtantibus undiq; hoſtibus, ſed quòd utilitatem quandam ſecum habebat illa narratio. Proinde & ego ſomnium hoc uobis expoſui, ea uidelicet gratia, ut adoleſcentes ad meliora ſtudia conuerterentur, & humanitatem amplecterentur, & maximè ſiquis eorũ præ inopia & paupertate peius de ſeipſo ſtatuit, animúmque ad deteriora declinat, ingenium non illiberale, illiberaliter perdendo. Confirmabitur enim talis aliquis, ſat ſcio, & quaſi conualeſcet, ubi ſermonem hunc audierit, idoneum
D atque ſufficiens exemplum me ſibi proponens, ubi uidelicet ipſe ſecum cogitabit, qualis ego ab initio exiſtens, ad optima prouectus fuerim, humanitatémque appetiuerim, minimè deiectus aut fractus animo ob eam paupertatem in qua tunc fui: deinde qualis & huc ad uos aſcenderim, qui certè ut nihil aliud, aut amplius, nullo tamen ſtatuariorum iſtorum inferior aut obſcurior euaſi.

## CONTRA EVM QVI DIXERAT, PROMETHEVS ES IN VERBIS.

E

## IACOBO MICYLLO INTERPRETE.

### ARGVMENTVM.

*Apologia quædam eſt contrà eum à quo Prometheus in uerbis appellatus fuerat, qua quantum hanc collationem in ſe admittat, & quantum non, cum acerba quadam regeſtione reſpondet. Vt autem in ſuperiore narratione ſomnij, generis, educationis, ac ſtudiorum ſuorum rationes expoſuit: ita hic uidetur dictionem & dicendi genus ſuum, quale, et ad quod exemplum comparatũ eſſet, indicare uoluiſſe, nempe quod ad materiam & res attinet, comœdiam: quod autem ad compoſitionem & ipſam orationis figuram ſpectat, dialogos, quales ſcilicet Platonis ſunt, ſeſe imitari.*

PRometheum igitur me esse ais? si quidem ea ratione, ô optime, quasi & mea opera lutea sint, agnosco collationem, ac fateor me similem illi esse: neque recuso luti figulus etiam ipse dici: tametsi lutum mihi uilius sit, quale scilicet ex triuiis colligitur cœnum propemodum ac fœtulétum quoddam. Quòd si uerò adeò extollens orationem meam, perinde ut artificiosam & fabrefactam, doctissimi illius Titanum nomine eam cohonestas & laudas: uide ne quis ironiam dixerit, & quasi quandam Atticam subsannationem subesse huic laudi. aut unde enim adeò fabrefactū est quod ego facio? Quæ uerò ista nimia & Promethea sapiétia in scriptis meis? Nam mihi certè illud satis fuerit, si non omnino terrena atque fictilia tibi uideantur, aut digna adeò Caucaso. At uerò quanto iustius uos comparari Prometheo poteratis, quicunque in iudiciis & causis agendis celebres estis, cum ueritate certamē instituentes? Viua enim re uera atque animata uobis opera sunt, & per Iouem etiam calor illorū ignitus est. Quod ipsum quoque ex Promethei rebus sumptum uideri possit, nisi si sic decidatis hic, quòd minimè ex luto fingatis uos, sed quòd aurea uobis plerisq; figmēta sua sint: nos autem qui ad uulgus prodimus, atque ibi tales nostras auscultationes iactamus, nihil aliud quàm simulachra quædam rerum spectāda exhibemus. Et in summa, circa lutum quidem, quēadmodum paulò antè dixi, ipsa hæc figulina uersatur, perinde ut & aliorum figulorum: præterea autem neque motus similis inest, neque animæ seu uitæ aliqua significatio, sed delectatio quædam inanis, & quasi quidam lusus totum illud negocium est. Vt interim etiam cogitare incipiam, num ita me Prometheum dicere uolueris, ut Comicus ille Cleonem, nosti siquidem. Cleon, inquit, Prometheus ille post negocia est. Cæterū etiam ipsi Athenienses figulos ollarū, & furnorū constructores, & quicunque circa lutum uersantur, Prometheos uocabāt olim, alludētes ad lutum, opinor, & ad illam quæ fit in igne, uasorum assaturam. Quòd si etiam hoc sibi uult Prometheus iste tuus, admodum directè ac certò iaculatus es, & omnino secundum Atticam illam mordendi acerbitatem dixisti: quoniam & nostra opera fragilia sunt, perinde ut illorum ollulæ: & modicum quispiam lapillum iniiciens, facilè contriuerit omnia. Atqui dixerit aliquis, consolando nos, nequaquam ista assimilasse Prometheo, sed nouitatem hanc, & ea quæ nullo alio exemplo facta, aut ad imitationem comparata sunt, laudare uoluisse te: quemadmodum & ille nondum existentibus hominibus excogitatos, atque de nouo inuentos illos tum finxit, talibus animalibus effigiatis & exornatis, quæ & mouerentur facilè, & aspectu gratiosa forent, & in summa, architectus ipse erat, sed cooperabatur tamen etiam Minerua illi, quæ & lutum inspirabat, & figmenta illa animata reddebat. Talia quidem ille aliquis dicere posset, atque ita in melioré partem dictū istud exponere. Et fortassis hæc sententia etiam dicti fuit: sed mihi non ita satis est, si uidear noua fingere: quoniam neque uetustius aliquid dicere quisquam poterit eo figmento, ad cuius imitationem ac formam hoc deductum & quasi progenitum est. Sed tamen nisi & gratiam quādam atque uenustatem præ se ferat, puderet me sanè (sat scias) illius, & conculcando abolere cuperem. Neque enim illi eò profuerit apud me nouitas hæc, quò minus

A nus conteratur,ſi deforme exiſtat. Et ſi quidem non ita ſentiam,dignus mihi uideor qui à ſedecim uulturibus attondear : ut qui non intelligam quòd multò deformiora ea ſunt,quæ hoc ipſum quod ſunt,cũ peregrinitate quadam coniunctum habent. Ptolemæus igitur Lagi filius,cum aliquando duas res nouas in Aegyptum adduxiſſet, Camelum uidelicet Bactrianam totam nigram,& hominem bicolorem,cuius altera pars planè nigra, altera autem excellenter candida erat,per totum corpus æqualiter diſtincta atque diuiſa: congregatis in theatrum Aegyptiis,exhibuit illis cum alia multa ſpectacula,tum inter poſtrema,hæc quoque,camelum uidelicet,& ſemialbum homi-
B nem: putauitq; ſe magnam admirationem iſto ſpectaculo cõcitaturum eſſe. At illi ad cameli quidem conſpectum perterriti ſunt, & parum abfuit quin exiliẽtes profugiſſent,quanquam tota ea auro exornata, ac purpura inſtrata erat,frenum autem etiam gemmis compactum habebat,ex Darii alicuius, aut Cambyſis, aut etiam ipſius Cyri theſauris depromptũ. Ad hominis autem intuitum plerique ridebant: alii autem etiam ut monſtrũ aliquod ipſum auerſabantur. Quare Ptolemæus intelligens ſe illis non adeò laudem conciliaſſe ſibi, neque nouitatem apud Aegyptios in admiratione eſſe,ſed præ ipſa quod cõcinnum atque compoſitum, iuſtaq; forma præditum foret,pro-
C bari, tranſtulit illos inde, hominemq; non amplius eodem honore habuit, quo antea. Ac camelus quidem neglecta atque relicta tũ, mortua eſt: hominem autem illum duplicem Theſpidi cuidam tibicini, cum ad pocula bene ceciniſſet, dono dedit. Porrò uereor ne & mea, camelus in Aegypto, ſint, homines autem adhuc frenum illius et purpuram admirentur: quoniam neque illud ex duobus optimis cõpoſitum, Dialogo uidelicet, & Comœdia, per ſe ipſum ſatis ualet ad formam & elegantiam, niſi & compoſitio inter ſe conſentiens, iuſtaq; proportione temperata fuerit. Licet quippe ex duo- *Cõpoſitio diuerſa & uaria, hippocẽtaurus uocetur.*
D bus pulchris compoſitionem alienam atque peregrinam fieri, quale illud uulgatiſſimum eſt Hippocentauri. Nõ enim facilè dixeris amabile aliquod animal eſſe hoc,ſed potius contumelioſiſſimum, ſi modò conuenit pictoribus credere,exhibẽtibus temulentiam & cædes illorum. Quid ergo? an non rurſum quoque bene formatum ac pulchrũ aliquid ex duobus optimis compoſitum fieri poteſt? Vt ex uino & melle commiſtum & temperatum, ſuauiſſimum equidem aio eſſe. Quanquam de meis compoſitionibus hoc contendere non auſim, quòd ipſæ quoque tales ſint : ſed metuo ne utriuſque pulchritudinem ipſa temperatura corruperit. Neque enim omnino cõſueta inter ſe atque affinia ab initio Dialogus & Comœdia fuere. Siquidem ille *Dialogus.*
E domi & ſecũ ipſe, me Hercle, in ambulacris cum paucis quibuſdam diſputationes ſuas habebat: Comœdia autem tradens ſe totam Dionyſio,in thea- *Comœdia.*
tro conuerſabatur,ſimulq; ludebat,& ridicula erat: gaudebat ſalibus & dicacitate, & cũ numeroſitate quadam ad certamen & palmam ueniebat. Interdum etiam anapæſticis uerſibus prorſum in ſublime euecta,Dialogi ſectatores ac ſocios ut plurimum irridebat ac ſubſannabat,curarum exercitores,ac uanos ſublimium rerum diſceptatores, & id genus alia uocitando. Quin & unam hanc adeundi uiam habebat, ſugillando illos, & Dionyſiacam iſtam libertatem in ipſos effundendo, nunc in aëre ambulantes, & cum nubibus congredientes illos exhibens,nunc pulicum ſaltus metientes fingens,ut qui *Qualia de Socrate fingit Ariſtop. in nub.*

ſcilicet de aëreis & ſublimibus iſtis rebus nimis exiliter argutarentur. Dialogus autẽ contrà maximè graues ac uenerabiles diſputationes habebat, cũ de natura rerum, tum de uirtute philoſophorum: ita ut Muſicorum illud, δὶς δι' πασῶν, hoc eſt, bis per omnes chordas ſiue diſtantias tonorum, nẽpe à ſummo atque acutiſſimo ad imũ atque grauiſſimum uſque, inter eos diſconueniret. Et tamen auſi fuimus nos, hæc ita ſeſe habentia, inter ſeſe coniungere & quaſi conciliare, eaq; mutuò coaptare, quæ neque omnino obſequuntur, neque facilè communionẽ & ſocietatem aliquam ſuſtinent. Vereor itaq; ne denuo ſimile aliquid Prometheo iſti tuo feciſſe uidear, ut qui fœmininũ cũ maſculino commiſcuerim, & ob idipſum nunc reus agar. Imò etiam ne quid aliud tale uidear, decepiſſe fortaſſe auditores, atque oſſa appoſuiſſe ipſis pinguedine obducta ac tecta, riſum ſcilicet Comicum ſub philoſophica grauitate. Hoc enim furti fuerat. Abſit hoc unũ modò, ut ne in noſtris ineſſe dici poſſit. Aut unde enim furaremur tale aliquid? niſi uerò quiſpiã nos latet, qui eiuſmodi pinuũ incuruatores & Hircoceruos & ipſe cõpoſuerit. Veruntamẽ quid facerẽ? Perſiſtendum enim eſt in iis quæ ſemel cœperis, quandoquidem mutare conſilium, Epimethei opus, non Promethei eſt.

## NIGRINVS, SIVE DE MORIBVS PHILOSOPHORVM, IACOBO MICYLLO INTERPRETE.

### ARGVMENTVM.

*Hoc dialogo uitam ac mores Philoſophorum deſcribit, conferendo inter ſe uerè Philoſophos et ſimulatos: et quòd ijs qui ſeriò philoſophari cupiũt, urbis Romæ conſuetudo & luxus nequaquã conueniant, oſtendendo. Cuius rei exemplum, Nigrinum, Platonicum philoſophum, & turbas iſtas adulatorum, cœnas & lucrum ſectantium, inter ſe componit. Quanquam haud ſcias, an etiam ueræ Philoſophiæ ſectatores hic laudando, pro more ſuo ironia utatur. Valde autem quadrat hic dialogus in noſtræ quoque ætatis homines eos, qui ornatu & habitu ueterum iſtorum quaſi ſucceſſores quidam ſunt.*

## EPISTOLA AD NIGRINVM.

*Noctuas Athenas.*

Lucianus Nigrino Salutem. Noctuas Athenas, inquit prouerbium: quaſi ridiculum ſit ſiquis eò noctuas apportet, quoniam illis ibi abundent. Ego uerò ſi quidem poteſtatem ac uim uerborum exhibere uelim, atque ita Nigrino ſcribens, librum mitterem, obnoxius equidem huic ridiculo forem. Nunc autem quandò ſolùm ſententiam meam declarare tibi uolo, quomodo uidelicet nunc animatus ſum, & quòd non obiter ac leuiter oratione tua correptus atque affectus fui, effugero ſanè meritò etiam Thucydidis illud, quo dicitur imperitia audaces, res autem cogitata atque cõſiderata timidos efficere. Manifeſtum enim eſt quòd non imperitia ſolùm, uerùm etiã amor ac ſtudium orationis, huiuſmodi audaciæ cauſa eſt. Vale.

VT uerò grauis nobis admodum & ſublimis rediiſti? Non igitur neque aſpicere nos amplius dignaris, neq; conuerſationem aliquam nobiſcum habere, neque etiam ſimilibus atque iiſdem uerbis nobiſcum uti, ſed repentè immutatus es, & omnino eiuſmodi quiſpiam uidêris, qui cæteros omnes præ ſe contemnat. Lubens igitur audierim ex te, unde ad hoc inſolentiæ peruene-

neris

A neris, & quæ eius rei cauſa ſit. PHIL. Quid enim aliud,ô amice,quàm felicitas? LVC. Quid ais? PHIL. Nam præter conſilium atque propoſitum meum, uenio tibi felix atque beatus factus, adeoq; illud quod in ſcena uſurpari ſolet,ter beatus. LVC. Papæ! adeò breui? PHIL. Atque admodum. LVC. Quid autem ultrà hic eſt propter quod etiam ſuperbis, ut nõ ſummatim modò lætemur, ſed & accuratè ſcire poſſimus, audito toto negocio? PHIL. An non admiratione dignum tibi uidetur, per Iouem,pro ſeruo liberum,pro paupere diuitem,idq; adeô uerè, pro ſtulto autem & inſano redire modeſtum? LVC. Maximè igitur. Sed nondum tamen planè
B intelligo quidnam illud ſit quod dicis. PHIL. Profectus in urbem rectà fui, ut ibi oculorum aliquem medicum circunſpicerem. Nam malum illud quo ex oculis laborabam, magis ac magis ingraueſcebat tum mihi. LVC. Scio equidem ſingula, ideóque etiam optaui ut in bonũ atque peritum aliquem incideres. PHIL. Cum igitur uiſum mihi eſſet,Nigrinum quoque illum Platonicum philoſophum,ut quem longo tẽporis interuallo non uideram,compellare,mane ſurgens,ad ipſum abeo,& pulſata ianua,cum puer intrò de me renũciaſſet,accerſitus ſum. Atque ita ingreſſus in ædes, deprehendo ipſum quidem manibus librum tenẽtem, circum autem undiq; mul-
C tas ueterum atque doctorum hominum imagines iacentes. Poſita autem in medio erat etiam tabella quædam, in qua Geometricæ quædam figuræ deſcriptæ erant,ac ſphæra Calani illius,ad exemplum et imitationem uniuerſi, ut uidebatur, compoſita. Admodum igitur benignè & comiter me amplexatus ille,interrogat quidnam agerẽ. Quibus omnibus illi expoſitis, & ego quoque per uices ex eo ſcire poſtulabã,& quid ipſe ageret,et nunquid apud ſe ſtatuiſſet in Græciam denuo nauigare. Ibi uerò ille,ô amice, poſteaquam cœpiſſet de hiſce rebus mecum colloqui, ſuamq; ſententiam explicare,tantam quandam uerborum ambroſiam mihi affudit, ut mihi planè uideretur
D Sirenes illas,ſiquæ unquam fuerunt, & Aẽdonas, & Loton illam Homeri antiquam referre. Adeò diuina quædam loquebatur. Eò enim uerbis euaſit, ut & philoſophiam laudaret, illamq; quæ ex hac proficiſcitur,libertatem:& contrà iſta quæ uulgò pro bonis habentur,irrideret,utpote diuitias,gloriã, regna,honores:præterea aurum quoque,& purpuram,& cætera quæ admodum ſpectabilia pleriſque,antea uerò etiam mihi uidebantur. Quæ quidem animo ipſe intento atque aperto accipiens,continuò equidẽ ita affectus fui, ut cui,quod mihi tum acciderat,comparare poſſem,nõ haberem: ſed omnino uarius reddebar,atque in omnes partes rapiebar. Ac nunc quidem dole-
E bam,quòd confutari atque refelli uidebam ea quæ mihi chariſſima fuerant, diuitias uidelicet, argentum,& gloriam : ac tantum non lachrymabar damnatis atque reiectis illis: nunc uerò eadẽ ipſi mihi uidebantur uilia atq; ridicula eſſe:gaudebamq; rurſum tanquam ex tenebroſo quodam aẽre prioris uitæ ad ſerenitatem & magnam aliquam lucem reſpiciẽs. Quare ſanè & oculorum,(quod tum abſurdiſſimum erat) & eorum infirmitatis obliuiſcebar,animo autem acutus & perſpicax paulatim magis magisq; fiebam. Nam ad id tempus minimè animaduertens, cæcutiẽtem atque obtuſam illam circuntuleram: progreſſus autem inde, ad id tandem adductus ſum,cuius nomine tu paulò antè me criminabaris. Nam & elatus oratione illius, & tan-

quam in ſublime euectus ſum, & omnino paruum atq; humile nihil quic- F
quam cogito. Videtur enim ſimile quiddã mihi accidiſſe circa philoſophiã,
*Indi primùm uino guſtato in furorem uerſi.* quale Indis circa uinũ accidiſſe fertur. Nam cum primùm illi uinum bibiſ-
ſent,nẽpe natura calidiores,accedente potu adeò forti,continuò admodum
in furorem uerſi ſunt, ac duplo quàm cæteri magis ex mero inſanire cœpe-
runt. Eodem pacto & ipſe tibi quaſi quodã furore captus, ac uerbis ebrius
obambulo. Quanquam hoc quidem non eſt ebrium, ſed ſobrium atq; tem-
perantem eſſe. LVC. Ego uerò optarim, ſi fieri poſſit, ipſam illam audire
orationem. Neque enim contemnere ipſum,opinor,fas eſt, præſertim ſi ille
qui audire cupit,& amicus eſt,& circa ſimilia ſtudium atque operã aliquan- G
do poſuit. PHIL. Confide ô bone. nam iuxta Homericum illud,feſtinan-
tem per ſe ipſum hortaris. Ac niſi præuortiſſes,iam ultrò rogaſſem,me nar-
rantem audires. Teſtem enim te relinquere apud pleroſq; uolo, quòd non
præter rem inſanio, præcipuè cum & ipſum illius crebrò meminiſſe, uolu-
pe mihi ſit, & hanc iam quaſi quandam exercitationem apud me inſtituo.
Nam etiamſi nemo mihi adſit, tamen ſic quoque bis uel per diem reuoluo
mecum ipſe dicta illa. Et quemadmodum amatores puerorum, abſentibus
illis,opera aliqua & ſermones ab ipſis habitos,memoria repetunt,in iiſque
immorando morbum fallunt,perinde ac ſi illi ipſi amati adſint: quidam ue- H
rò etiam colloqui ſecum illos putant, atque iis quæ tum ſibi audire uiden-
tur,quaſi paulò antè reuera dictis,gaudent,animumq; memoriæ præterito-
rum applicantes, neq; quieſcere poſſunt,ob ea quæ pro pedibus & in mora
ſunt,ſeſe angendo: eodem igitur pacto etiam ipſe,philoſophia non præſen-
te,uerba quæ tum audiui,recolligens, & mecum ipſe crebrò repetens, non
paruum capio ſolatium. Et in ſumma,perinde ac ſi in pelago,& per noctem
alicubi ferar,ad hanc quaſi quandam facẽ aſpicio,omnibus illis rebus quæ à
me geruntur,uirum illũ coràm adeſſe exiſtimans,ſemper autẽ uelut audiens
ipſum eadem illa ſua ad me dicentem. Interdum uerò, & maximè quando I
animum erigo, & in illum quaſi infigo, etiam uultum illius uidere mihi ui-
*Quod de Pericle teſtatur Euripides.* deor,& uocis ipſius ſonus in auribus mihi relinquitur. Etenim iuxta Comi-
cum,reuera aculeum quẽdam in auditoribus reliquit. LVC. Deſine,ô ad-
mirande,parumper præludere,ac dic ab initio repetens iam tandem dicta il-
la,quoniam non mediocriter me expectatione iſta excrucias,dum uerbis ita
ſuſpendis & circunducis. PHIL. Rectè dicis,atque ita facto opus eſt: ſed il-
lud quæſo,uidiſtine aliquando ſiue Tragicos,ſiue etiam, per Iouem,Comi-
cos hiſtriones,malos iſtos dico,qui ſibilo excipiunt, quíque poemata agen-
do corrumpunt, ac poſtremô theatris eiiciuntur, tametſi ipſæ fabulæ ſæpe- K
numero bene ſe habeant,ac palmam etiam reportent? LVC. Multos noui
tales. ſed quorſum hoc? PHIL. Vereor ne interim & ipſe illos imitari ui-
dear,alia quidem inordinatè connectens, interdum autem etiam ipſam ſen-
tentiam præ imbecillitate ingenii corrũpens,atque ita progreſſus,paulatim
etiam ipſam damnem fabulam. Ac quantum quidem ad me ipſum attinet,
non admodum ægrè id feram. Cæterùm argumentum illud non mediocri
dolore me affecturum eſſe uidetur,ſi mecum unà reiiciatur,meáſque partes
dehoneſtet. Proinde hoc per totam memineris mihi orationem,quòd Poẽ-
ta quidem ipſe talium peccatorum uobis innocens ſit, ac procul à ſcena ſe-

iunctus

A iunctus alicubi ſedeat,neque quicquã ea curet quæ in theatro aguntur. Ego uero mei ipſius periculum tibi faciam,qualis ſcilicet hiſtrio ſim, quantumq; memoria ualeã,quod ad cætera attinet, nihil à nuncio Tragico diſtãs. Quare ſi quid etiam minus aut parcius iuſto uidebor dicere,uulgare illud tibi,& quod ubique in promptu eſt, occurrat, quòd ſcilicet melius hoc fuerat, & quòd ipſe poëta aliter fortaſſis idẽ dixerat. Me uerò ſi exibilaueris etiã,non admodum quicquam moleſtè feram. LVC. Vt bene ſanè,ita me Mercurius amet,atque adeò iuxta Rhetorum leges exordium hoc tibi peractũ eſt. Videris igitur etiã illa additurus fuiſſe,quòd non ita diu inter uos mutuò con-
B uerſati eſtis, & quòd neque ipſe uenis ad dicendum paratus, & quòd ſatius fuerit ipſum illum dicentem audire. te enim pauca quædam, &, quantum poſſibile tum erat, memoria collecta & quaſi comportata habere. An non hæc quoque dicturus eras? Nihil igitur opus illis amplius tibi eſt apud me: exiſtimes autem huius rei gratia, quod ad prooemium atque præfationẽ attinet, omnia te uerbis complexum atque conſecutum eſſe: quoniam ego iam & uociferari & applaudere paratus ſum. Quòd ſi uerò longius etiã differes, malignitatis eius inter ipſum certamen meminero, ac tum acutiſſimè ſibilabo. PHIL. Equidem & hæc quæ tu modò commemoraſti, dicta mi-
C hi uelim: & illa quoque,quòd neque ordine, neque ut ille, iuſta quadam & continua oratione de omnibus dicturus ſum, omnino enim hoc nobis impoſſibile eſt: neque rurſum illius perſonæ attribuendo ſermonem,ne alio ac nouo etiam modo hiſtrionibus illis ſimilis fiam, qui ſæpenumero aut Agamemnonis,aut Creontis,aut etiam ipſius Herculis perſona aſſumpta,ac ueſtibus auro contextis induti,& graue quiddam tuentes,mox ore in immenſum diducto,exiguum & gracile,adeoq; muliebre quiddam loquuntur,ipſa etiam Hecuba aut Polyxena multo demiſſius. Ne igitur & ipſe eodem modo conuincar maiorem omnino quàm pro capite meo perſonam induiſſe,
D ipſumq; ornatum dehoneſtare, ex nuda tibi uolo meáque propria perſona colloqui,ne cadẽs alicubi,ipſum illum Heroẽm quem ago, mecũ unà conuellam ac lacerem. LVC. Homo hic nunquam ceſſabit hodie contra me crebra illa ſcena atque tragœdia uti. PHIL. At uerò ceſſo quidem: ad illa autem de quibus cœperam, me nunc conuertam. Principium igitur orationis illius,commendatio quædam fuit Græciæ,& eorũ hominum qui Athe- *Athenarũ encomium.*
nis commorantur,quòd cum philoſophia ſcilicet & paupertate unà educarentur, & neq; ciuium neque peregrinorum quenquam oblectarẽtur aſpicientes, qui uoluptatem importãdo ad illos, antiquam illorum honeſtatem
E uiolaret. Sed ſi quis etiam ueniret ad illos ita affectus, paulatim & transformarent ipſum,& ueteres mores atque animos dedocerent, ac ad puritatem ſobrietatemq; uitæ transferrent. Memorabat itaque quendam ex purpuratis iſtis,& multo auro fulgentibus,qui cum ueniſſet Athenas admodum inſignis & conſpicuus, magna comitantium turba ſtipatus, auro uariaq; ueſte exornatus, ipſe quidem Athenienſibus omnibus exiſtimabatur ualde beatus eſſe,& perinde ac deus quiſpiam ſuſpiciẽdus: iſtis autem miſer atque infelix quiſpiam uidebatur homũcio ille: ſtatimq; erudire illum aggrediebantur,non acerbè,neque etiam apertè interdicentes nẽ in libera ciuitate quocunque ipſe pacto uiuere uellet,ſed poſtquam & in gymnaſiis,et in balneis

quoque moleſtus erat, obterens ſeruos ſuos, & in anguſtum cogens obuios, F
ex occulto quidam ſubmiſſa uoce, quaſi lateret, neque tamen illum perſtrin
gere uellet, ſubiecit: Metui, inquiens, ne ille inter lauandum periret. Atqui
pax certè longa balneum iam tenet: proinde nihil opus erat iſto exercitu.
Ille autem audiens quę res erat, interea erudiebatur. Rurſum autem ubi ue-
ſtem illam uariam atque purpuream exuebat ſeſe, urbanè admodum floridi-
tatem atque nitorem iſtum colorum irridentes, Iam uer adeſt, dicebant. &,
Vnde nobis pauo hic? &, Fortaſſis matris ipſius hæc eſt. & id genus ſimilia.
Atque eodem pacto etiã cætera illius cum riſu carpebant, nunc annulorum
multitudinem, nunc comę ſuperuacaneam curam, nunc uictus intemperan- G
tiam atque luxuriam notantes. Quare paulatim ad ſobrietatem atque mo-
deſtiam reuocatus eſt, & longè melior publicè ita emendatus ac doctus inde
*Continẽtiæ ac paupertatis cõmendatio.* abiit. Quòd autem non puderet eos etiam paupertatem confiteri, referebat
mihi uocem quandam, quam aiebat publicè ab omnibus emiſſam, audiſſe ſe
in ludis Panathęnaicis. Deprehenſum enim quendam ex ciuibus fuiſſe, &
ad præſidem ludorũ adductum, eò quòd in ueſte tincta ad ſpectaculum ue-
nerat: cæteros autem qui hominem uidebant, miſertos illius, ac ueniam pre-
catos eſſe. Atque ubi præco iam proclamaret quòd in leges commiſiſſet
quia tali cum ueſte ludos ſpectaret: omnes una uoce, quaſi antea ſuper hoc H
deliberaſſent, exclamare cœpiſſe, ut uenia daretur talibus induto: neq; enim
aliam ueſtem habere illum. Hæc igitur prædicabat ille mihi, & præterea li-
bertatem quoque eam quæ illic eſſet, ac uictus frugalitatem, necnon & o-
cium, & quòd homines minimè curioſi atque auidi rerum eſſent: cuius ge-
neris uirtutes infinitæ apud illos ſunt. Ac pro certo indicabat mihi, conuer-
ſationem eorum hominum, philoſophiæ ipſi conſonam eſſe, morésq; puros
ac ſobrios conſeruare poſſe: ſtudioſo uidelicet homini, & qui diuitias con-
temnere didiciſſet: & qui ſecundum ea quæ natura honeſta ſunt, uiuere ſe-
cum ipſe ſtatuiſſet: ei illorum hominum uitam quammaximè aptam atque I
*Intemperantiæ reprehenſio.* accõmodam eſſe. At qui diuitias amaret, auróq; delectaretur, præterea pur-
pura atque potentia felicitatem metiretur, qui & libertatem nunquam gu-
ſtaſſet, & cum ſeruitute enutritus eſſet, aut qui uoluptati toto animo incũ-
bens, huic uni inſeruire atque obſequi ſtatuiſſet, amans epularum ac menſæ
opiparè inſtructæ, indulgens uino ac rebus uenereis, plenus præſtigiarũ, de-
ceptionis atque mendacii: aut rurſum qui delectaretur audiendo citharæ-
rum ſonitus, aliorúmq; inſtrumentorum laſciuos crepitus, gauderétq; canti-
lenis perditis & eneruatis: talibus uidelicet hominibus conuenire loci huius
conſuetudinem. Ibi enim rerũ chariſſimarum ipſis, omnes plateas, omniáq; K
fora referta eſſe: ac licere ipſis omnibus quaſi portis uoluptatem recipere,
partim quidem per oculos, partim autem per aures & naſum, partim etiam
per gulã, & per uenerea: qua præterea fluente perenni ac turbulento quo-
dam flumine, omnes, inquit, uiæ complanantur. Siquidem in unum conue-
niunt & adulterium & auaritia, & periurium, & id genus reliquũ uolupta-
tum. Relaxatur autẽ atque auertitur, animo ſubmerſo atque obruto undiq;,
omnis uerecundia, & uirtus, & iuſtitia: quibus locus ille deſertus & uacuus
redditus, ſiti autem ſemper impletus, ſuppullulat multis ac feris cupiditati-
bus. Ac talem quidem deſcribebat mihi urbem, taliumq; magiſtram bono-

rum

A rum. Ego itaque,inquit,quãdo primùm ex Græcia reuerſus fueram,atq; iſta iam propius aſpiciebã, reuocans me ipſum, & quaſi uerbis cõpellans, rationem poſcebam aduẽtus huc mei, Homerica illa uidelicet mecũ ipſe dictans: *Odyſſ.12.*

Cur autem infelix,deſerto lumine Phœbi

(Græcia nempe,& felicitate illa atque etiam libertate) Veniſti?ut uideas loci huius tumultus,ſycophãtas uidelicet,ſalutationes ſuperbas,cœnas,adulatores, homicidia,teſtamentorum expectationes,& amicitias ſimulatas? Aut quid tandem facere decreuiſti, cum neque diſcedere hinc, neque conſuetis & inueteratis hiſce uti poſſis ? Hoc igitur pacto mecum ipſe conſultans, &

B quẽadmodũ Iupiter Hectorẽ illũ, ita meipſum è telis, ut dicitur,ſubducens, éque hominum cæde,atque tumultibus, eq; cruore , de cætero domi continere me ſtatui:atque hanc muliebrem quandam uitam & timidam pleriſque uiſam, proponens mihi, cum ipſa philoſophia, Platone, & ueritate colloquium habeo. Ac meipſum quaſi in quodã amplo ac populoſo theatro collocans, ex ſublimi admodum inſpicio atque contemplor ea quæ geruntur: quæ partim eiuſmodi ſunt,ut multum delectationis ac riſum exhibere poſſint:partim etiam ut uirum uerè conſtãtem ac firmum tentare ac labefactare aliquo modo queant. Nam ſi malorum quoque encomium aliquod di-

C cere conuenit,ne credas maiorem ullam uirtutis palæſtram eſſe,aut ueriora uſquam animorum experimenta fieri,quàm in hac ciuitate,& in ea qua hic uiuitur conſuetudine. Neque enim parum eſt reſiſtere tot quidem cupiditatibus,tantis autem ſpectaculis atque aurium illecebris undique attrahẽtibus ac detinentibus: ſed oportet omnino Vlyſſis exemplo præternauigare illa, non quidem ligatis manibus,ut ille,(nam hoc formidoloſum foret) neque etiam auribus cera obturatis,ſed audientem atque liberum,& uerè animum ſupra hæc elatum habentem. Licet autem & philoſophiam mirari,conferendo cum illa tantam hominum amentiam atque ſtultitiam:bonáq; iſta fortu-

*Quæ animum ſapiẽtis labefactare poſſint.*

D næ cõtemnere,ubi aſpexeris,uelut in quadam ſcena, ac multiplici,pro perſonarum uarietate,fabula,alium quidem ex ſeruo dominum prodire,alium autem ex diuite pauperem fieri: contrà alium ex paupere ſatrapam, aut regem: rurſus alium amicum huius, alium inimicum : alium etiam exulem eſſe. Nam hoc certè uel grauiſſimum eſt, quòd licet fortuna ipſa teſtetur ſeſe in humanis rebus ludere,fateatúrq; nihil illarum certum ac ſtabile eſſe,nihilo minus tamen quotidie iſta aſpicientes,& diuitias expetunt,& potentiam: ac pleni obambulant omnes earum rerum ſpe, quarum euentus nunquã ſequatur. Quod autem uidelicet dixi,quòd ei ridere ad hæc quæ alibi geru-

E tur, licet,atque animũ oblectare, illud tibi iam exponam. Quomodo enim non ridiculi ſint diuites ipſi,qui & purpuras ſuas ſpectãdas exhibent, & digitorum annulos oſtẽtant,& omnino multas præ ſe ferunt ineptias? Quod autem omnium abſurdiſſimũ eſt,etiam obuios aliena uoce ſalutant, & hoc quaſi magno aliquo contentos eſſe uolunt, ſi ſolùm ipſos aſpexerint. Quidam uerò faſtuoſiores adorari etiam cupiunt, non à longè,neque ut Perſis mos eſt,ſed neceſſe eſt proprius accedentem, & ſeſe incuruantem, animo à longè demiſſo & humiliato, illiúſq; affectu etiam corporis ſimilitudine declarato,pectus aut dexteram deoſculari. quod ſanè beatum atque ſpectabile uidetur etiam iis qui honorem hunc nunquam aſſequuntur. Ille uerò ſtat in

*Hypotypoſis diuitũ faſtuoſorum.*

longum tempus ſeipſum præbens decipiendum. Vbi & hanc illorum laudo F
inhumanitatem, quòd neque ore nos approbant, aut compellant. Cæterùm
his multo ridiculi magis ſunt ipſi ſectantes atque obſeruantes, qui de media
nocte ſurgentes circuncurſant totam ciuitatem, & à ſeruis excluſi foribus,
canes, & adulatores, & id genus alia audire ſuſtinent. Prima uerò huius tam
acerbæ circuitionis, ipſis oneroſa illa, atque multorum malorum cauſa, cœna
eſt: in qua quidem illi, quàm multa ingurgitãtes: quàm multa autem potan-
tes, quàm multa etiam, quæ proloqui non decet, reprehendentes poſtremò,
aut ægrè ferentes diſcedunt: & uel ipſam criminantur cœnam, uel cõtume-
liam aut ſorditiem accuſant! Pleni autẽ & angiportus ſunt uomẽtibus ipſis, G
& circa uiliſſima quęque proſtibula depugnantibus. Et complures ipſorum
in multum diem decumbentes, circumeundi cauſam medicis præbent. Qui-
dam enim (id quod abſurdiſſimũ eſt) neque ægrotando quieſcũt, aut ocium
ducunt. Ego uerò multo adulatores ipſos magis perditos eſſe, quàm quibus
adulantur, exiſtimo, & propemodũ authores illis exiſtere ſuperbiæ ac faſtus
iſtius. Nam cum illorum opulentiam & rerum omnium abũdantiam admi-
rantur, aurum laudibus extollunt, ueſtibula mane complent, & accedentes
ipſos quaſi dominos appellant: quid quæſo etiam cogitare illos conſenta-
neum eſt? Quòd ſi uerò communi decreto uel paululum modò abſtinerent H
ab hac uoluntaria ſeruitute, an nõ putas è diuerſo ipſos diuites ad fores pau-
perum atque mendicorum uenturos eſſe, ultro rogantes ne ignobilẽ atque
obſcuram, & quaſi abſque teſte latentem ipſorum felicitatem relinquerent,
néue paterẽtur ut inutilem, & ab omni uſu remotam et menſarum pulchri-
*Diuites cur di uitias ament.* tudinem, & domorum magnitudinem perire? Neque enim ſic ipſas diuitias
amant, ut propter diuitias beatos atque felices ſeſe exiſtimari. Atque ita ſa-
nè res habet, ut nulla ſit utilitas poſſidenti, neque pulchrarũ ædium, neq; au-
ri, neq; eboris, niſi ſit qui illa admiretur. Oportebat igitur tali aliqua uia di-
minuere ipſorum exiſtimationem, & extenuare potentiam, obiiciendo, & I
quaſi propugnaculum aliquod opponendo diuitiis, deſpicientiã iſtam atque
contemptum: nunc uerò colendo contrà & obſeruãdo, ad ſtultitiam atque
amentiam illos adducunt: atque homines quidem indoctos, & ignoran-
tiam manifeſtè confitentes, huiuſmodi factitare, tolerabilius meritò exiſti-
metur: at uerò eos qui philoſophari quoque ſe ſimulant, multo etiam ine-
ptiora his, magiſq; ridicula facere, illud tandem omnium grauiſſimum eſt.
Quomodo enim me putas animo affectum eſſe, quoties uideo iſtorum ali-
quem, maximè eorum qui ætate prouecti ſunt, adulatorum turbis immiſce-
ri: & illorum aliquẽ, qui honores gerunt, ſatellitum modo deducere atque K
ſectari: deinde & cum iis qui ad cœnam uocare ſolent, colloquia ſerere, in-
ſigniorem autem magiſque conſpicuũ cæteris ob ornatum et habitum eſſe?
Quod uel maximè indignari ſoleo, quòd nõ itidem perſonã ac habitũ mu-
tant, cum utiq; quod ad cætera attinet, eodẽ modo fabulã agant. Nam quæ
in cõuiuiis operantur, cui quæſo adulatorũ illa comparabimus? An non re-
plentur cibo, multo quàm cæteri minore modeſtia? An non inebriãtur ma-
gis quàm alii manifeſtè: à cõuiuio autem ſurgunt omnium ultimi: deinde &
plura aliis auferre ſecũ uolunt: ſi qui uerò ipſorum urbaniores paulo ſunt,
ſæpenumero etiã cantare incipiunt? Atq; hæc quidẽ pro ridiculis ille cenſe-

bat.

A bat. Præcipuè uerò etiã eorum mentionẽ faciebat, qui pacta mercede philo-
ſophantur, uirtutemq; ipſam uenalem tanquam de foro proponunt. Erga-
ſtula igitur & cauponas illorum ſcholas uocabat. Cenſebat enim eũ qui di-
uitias cõtemnere alios docere uellet, principiò ſeipſum lucris & quæſtu ſu-
periorem gerere debere: quoniam & ipſe reuera talia agebat, non ſolùm
gratis conuerſando ac diſſerendo cum uolentibus, ſed & indigentibus ne-
ceſſaria ſubminiſtrando, omnemq; omnino diuitiarum abundantiam con-
temnendo. Ac tantum aberat ab expetendo ea quæ ad ipſum nihil ſpecta-
bant, ut ne ſuarum quidem rerum, quæ illi interim corrumpebantur, curam
B aliquam gereret, ut qui & agrum quem nõ procul ab urbe habebat, multis
iam annis ne inuiſere quidem dignatus fuerit. Quin & principiò neq; ſuum
eſſe illum conſtituebat, illud, opinor, diſtinguens ac diſputans, quòd natura
quidem iſtarum rerum nullius domini ſumus, lege autem & per ſucceſſio-
nem uſum earum in tempus incertum acquirentes, temporanei ſeu momẽ-
tanei poſſeſſores habemur: ac poſteaquam terminus ille conſtitutus præ-
terierit, tũc rurſum alius eaſdem a nobis accipiens, nomine illo fruitur. Non
parua autem etiam illa præbent imitari uolentibus exempla, uictus ſcilicet
frugalitas, exercitiorũ iuſtus modus, perſonæ ipſius uenerabilitas, & ueſtitus
C mediocritas, & ſuper omnia hæc aptum ad omnia mentis attemperamẽtum,
morũmque facilitas. Monebat autem eos qui cum eo uerſabantur, ne cun- *Non cũctan-*
ctarentur aut in certos dies extraherent bene aliquid facere, id quod multi *dum eſſe bene*
ſolerẽt, præfinientes ſibi uelut diem aliquam conſtitutam, aut feſtiuitates ſa- *agere.*
crorum, aut ſolennes conuentus, tanquam ab illis auſpicaturi mendacia ui-
tare, & conuenientia facere. Volebat enim liberum, & ab omni cunctatione
remotũ eſſe illum ad honeſta impulſum, ac mentis impetum. Manifeſtò au-
tem apparebat quòd & tales philoſophos damnabat, qui uirtutis meditatio- *Contra apa-*
nem eam putabant, ſi multis neceſſitatibus atque laboribus adoleſcẽtes re- *thian.*
D ſiſtere, exercitatione ac uſu aſſuefeciſſent. Atque ob id multi ligare atque
uincire ſe iubebant, alii autem flagellis uerberabant. Qui uerò elegantiores
paulò erant, etiam ferro ſuperficiẽ corporis radebãt. Putabat enim ille mul-
tò prius in animis duritiem iſtam & firmitatem cõtra dolores ac perturba-
tiones parandam eſſe. Et qui optimè inſtituere atque erudire homines uel-
let, partim animi, partim corporis, partim etiam ætatis, & prioris educatio-
nis rationem atq; obſeruationem quandam habere debere, ut ne ea quæ ui-
res excederent, imponendo, reprehenſionem incurreret. Multos itaque &
mortuos ex eo eſſe dicebat, dum præter rationem ita ſupra uires intende-
E rentur. Vnum autem etiam ipſe uidi, qui cum iam ea apud illos mala degu-
ſtaſſet, quamprimum ueros ſermones ueramq; doctrinam audiuit, irreuoca-
bili curſu aufugiens inde, ad ipſum peruenit, uidebaturq; multò quàm an-
tea quietiore animo eſſe. Iam uerò digrediens ab iſtis, aliorum rurſus homi-
num mentionem faciebat, perſequendo uerbis & eos qui in urbe fiunt tu- *De frugalita-*
multus, & quo pacto alii ab aliis impelluntur. Præterea & theatra, & Cir- *te, & uitæ mo-*
cum, & equeſtres ſtatuas, & equorum ipſorũ nomina, deq; iis ipſis in angi- *deſtia.*
portis colloquia. Multa enim reuera equorum paſſim ibi inſania eſt. Iam &
multos eorum qui pro ſtudioſis ac grauibus habentur, reprehendebat. Poſt
hæc autem quaſi alteram fabulæ partem attingebat, notãdo ea quæ circa fu-

*De ſtultitia circa teſtamẽta.*

nera mortuorum & teſtamenta agitantur,hoc addens,quòd unam hanc uo- F
cem, Romanorum pueri per omnẽ ætatem ueram emittant, eã intelligens quæ in teſtamentis uſurpatur, qua petunt ne à ſua ueritate depellantur. Illa uerò etiam interea cum ab eo dicerentur, riſu proſequi coactus ſum, quòd & ſecum ſepeliri ignorãtiam ſuam uelle eos aiebat,& ſtultitiam ſuam apertè ſcripto etiam teſtari, dum alii ueſtes quibus in uita precioſioribus uſi ſunt, comburere eodem rogo ſecum mandant: alii autem & ſeruos certos ad ſepulchra adſtare. Rurſum alii cippos ſiue columnas quoq; coronari ſertis præcipiunt,ſtolidi uidelicet etiam in ipſa morte manentes. Coniecturam

*In uoluptuarios.*

igitur inde fieri uolebant, inquit, quid in uita ab illis actum ſit, quandò ta- G
lia de iis quæ poſt mortem ſecutura ſint, teſtamentis mandant. Hos enim illos eſſe,qui precioſa ac chara obſonia emere ſolent, uinumq; in conuiuiis cum plauſu & odoribus effundunt: qui media etiam hyeme opplentur roſis, raritatemq; illarum & intempeſtiuum amant:illud autem quod ſuo tempore & ſecundum naturam fit,pro uili & abiecto faſtidiunt. Hos illos eſſe, qui & unguẽta bibunt: quo nomine uel maximè eos carpebat, quòd ne uti quidem cupiditatibus ſcirent, ſed & in hiſce peccarent, finesq; earum confunderent,undiq; permittentes uoluptatibus animum proterendum & con

*Sic Eraſ. in prouer. Ita fuge,ne præter caſam.*

culcandum, & hoc quod in Tragœdiis atq; Comœdiis dicitur, Iam & præ- H
ter caſam incitati. Soloeciſmum igitur uocabat hoc genus uoluptatum. Cæterum ex eadem ſententia etiam illa dicebat,prorſus Momi illius uerba imitatus. Vt enim ille reprehendebat tauri artificem deum,qui non præpoſuiſſet oculis cornua:ita ſcilicet & ipſe accuſabat eos qui coronas geſtabant, quòd locum ubi eas adhibere deberent,neſcirent. Nam ſi afflatu atque odore,inquit, uiolarum roſarumq; delectantur, ſub naſum eos potiſſimùm coronari oportebat,iuxta ipſam,quàm proximè fieri poteſt,reſpirationem,ut quamplurimum inde uoluptatis attraherent. Eodem modo & illos irride-

*In guloſos.*

bat, qui miram quandam diligentiam in apparandis cœnis adhibẽt,dum li- I
quamentorum uarietatem,& bellariorum curioſam atq; immodicam compoſitionem ſectantur. Nam rurſum & hos dicebat breuis ac modico tempore duraturæ uoluptatis amore multa negocia ſuſtinere. Indicabat autem,

*Quatuor digitorum uoluptas.*

quatuor illos digitorum cauſſa totum hunc ſuſcipere laborem ſolere. Tot enim digitorum menſuram æquat uel longiſſimũ hominis guttur. Nam neque antea quàm eorum quæ tam charo emuntur,quicquam ederunt,ullam uoluptatem eos capere:nec rurſum poſtea quàm illa deuorata atq; abſumpta ſunt, ſuauioré cæteris illã quæ fit ex tã precioſis & charis iſtis, repletionem reddi. Reſtare igitur ut illam quæ uelut in tranſcurſu percipitur,uolu- K
ptatem,tam grandi pecunia mercẽtur. Conſentanea autem ipſis dicebat accidere ob inertiam atq; imperitiã iſtam,quòd ueriores illas uoluptates ignorarent, quas omnes Philoſophia ſuppeditat & quaſi ſubminiſtrat iis qui la-

*In molles.*

borare uolunt. Cæterùm de iis quæ in balneis aguntur,multa ſanè commemorabat,& de multitudine proſequentium,& de contumeliis, & de iis qui ſeruis impoſiti geſtarentur,ac tantum non efferrentur. Vnum autem maximè ac præter cætera odiſſe uerbum uiſus eſt,frequens autem in ciuitate hoc eſt,& in balneis propemodũ familiare ac patrium. Prætereuntes enim quoſdam ex ſeruis clamare oportet & admonere ut pedibus proſpiciant, ſi quid

extantius

A extantius paulò,aut cauum ſubituri ſint,atque ita cõmonefacere eos,(id quod abſurdiſſimum eſt) quò ſcilicet meminerint ire ſeſe. Graue igitur atque intolerandum putabat eſſe,ſi,cum ederent,alieno ore nõ indigerent,aut manibus: neque cum audirent,aliorum auribus uterentur:oculis autem aliorum, ualentes ac ſani,ad proſpiciendum opus haberẽt, ac ſuſtinerẽt uoces audire,quæ miſeris hominibus & excæcatis cõuenirent. Hæc enim ipſa accidere illis in foro, & medio die,& hoc ciuitatem atque remp.ipſis uelut humeris ſuis ſuſtinentibus. Hæc atq; huiuſmodi multa alia uerbis perſecutus,dicendi finẽ fecit. Ego uerò hucuſq; cum admiratione ac ueluti ſtupefactus auſcultabã illum,metuens
B ne conticeſceret. Vbi uerò hic loqui deſiit,illud nimirũ quod Phæacibus olim accidit,ego quoque paſſus ſum. Longo enim tempore ad ipſum aſpiciẽs quaſi delinitus atq; permulſus,deinde multa confuſione atque uertigine correptus, partim ſudore manabam,partim loqui uolens,deſtituebar uiribus, ac retro inhibebar: ipſaq; uox deficiebat me, neq; lingua iã amplius officio ſeruiebat ſuo: poſtremò præ dubio atq; inopia agendi lachrymabar. Neq; enim ſummã duntaxat cutem perſtrinxerat, aut fortuito aliquo leuiq; ictu oratio illa tetigerat me,ſed altius, & omnino ad uiuũ uſq; plaga hæc peruenerat: ac certò admodum ſciteq; librato iactu emiſſa oratio, ipſum,ſi ita dicendum eſt, animum in-
C tercidit. Si enim decet nonnihil & me iã philoſophicos attingere ſermones,ita equidem de hiſce exiſtimo: Videtur mihi animus hominis ſolertis & ingenioſi admodum ſimilis eſſe ſcopo alicui tenero ac molli. Sagittarii autẽ in hac uita multi, qui plenas quidem pharetras uariis atque omnis generis orationibus habent:cæterum non omnes certò iaculantur,ac deſtinata feriunt,ſed alii ipſorum neruo nimium intento, uehemẽtiori impetu quàm ſatis eſt,telũ emittũt: & apprehendunt quidem etiam iſti uiam, ſagittæ autem ipſorum in ſcopo non manent,ſed præ uehementia ictus penetrantes ac tranſuolantes,pertuſum modò atq; hiantem uulnere animum relinquere ſolẽt. Rurſum aliis diuerſo hui-
D pacto euenit. Nam præ imbecillitate uirium,& quòd laxiore neruo iaculãtur ſagittæ ipſis ad ſcopum uſque non perueniunt, ſed ſoluto impetu, ſæpenumero in medio curſu deficiunt ac décidũt. Quòd ſi uerò interdum etiam ſcopum contingunt,ſummũ illum quidem & in ſuperficie tantùm perſtringunt,altiorem autem plagam nequaquam infligunt. neq; enim ualido impulſu atq; impetu emiſſæ fuerunt. At qui bonus iaculator eſt,atq; huic noſtro ſimilis,principiò quidem diligenter circunſpiciet ſcopum, ne nimis mollis, néue nimis ſolidus, & tranſmittendo telo durior ſit. Sunt enim & ſcopi quidã qui omnino ne uulnerari quidem poſſunt. Vbi autem hæc omnia perſpecta habet, tum demũ tin-
E cta atq; infecta ſagitta, nõ ueneno, quẽadmodum Scytharum ſagittæ tinguntur,neq; reſina,perinde ut Curetũ, ſed ſenſim mordicãte pariter & dulci pharmaco inuncta uerè iaculari ſolet. Illud autẽ quod iactum eſt,bene adeò & pro modo ſuo ſatis fortiter impulſum,eoq; penetrãs ut iam tranſiturum eſſe uideatur,citrà tamen deſinat, & manet pariter, & multum medicamenti illius de ſe emittit, quod uidelicet diſperſum, totũ circumquaq; animum ambit & cõplectitur:atq; hoc illud eſt,quo & oblectantur,& cur lachrymas inter audiendum emittunt. Quod & mihi accidit, paulatim ac tacitè medicamento illo animum mihi obeunte. Succurrebat igitur mihi Homericum illud ad ipſum dicere:

*Animus hominis ingeniosa ſi ſcopo ſagittariorum ſimilis.*

Sic iace,ſiqua uiris per te noua lux oriatur.

Quemadmodum enim qui Phrygiam tibiam audiunt,non omnes insaniũt,sed F
quotquot ipsorum à Rhea corripiuntur,atq; ii audito carmine, prioris affectus
ac perturbationis reminiscuntur:ita & qui philosophos audiunt,nõ omnes at-
toniti ac saucii abeunt:sed illi solũ,quibus quasi fomes aliquis philosophiæ co-
gnatus, iam antea natura insitus atq; innatus fuit.LVC. Quàm grauia & ad-
miratione digna,atque adeò diuina,ò amice,uerbis commemorasti! Multáque
reuera ambrosia & loto saturatus, me non aduertente fuisti. Quare & interim
dum tu ista dicis,nescio quid animo meo accidit,& nunc desinente atq; tacen-
te te,mœrore afficior. Ac ut tuo uidelicet exemplo dicã quoque,saucius sum.
Neq; uerò mireris. nosti enim quòd & illi qui a canibus rabiosis mordẽtur,nõ G
ipsi solùm rabie corripiuntur, sed & siquos alios ipsi in ea insania eodem illo
modo afficiunt ac lædunt,etiam illos mente deiici,atque in furorem uerti sole-
re. Nam simul cũ morsu etiam affectionis istius quiddam in alium transfertur,
ac morbus ille fœcunditate quadam subinde alios atque alios de se procreat,
fitq; insaniæ istius omnino multiplex successio. PHIL. Itaque etiam ipse no-
bis iam amare confiteris?LVC.Prorsus igitur:teq; iam etiam oro,ut commu-
nem aliquam medicinam nobis excogites atque inuenias.PHIL.Ergò Tele-
phi illud necesse erit facere.LVC. Quodnam illud dicis?PHIL. Vt ad eum
à quo uulnerati sumus,redeamus,& ab illo medicinam petamus. H

## IVDICIVM VOCALIVM, MARTINO BOLERO INTERPRETE.

### ARGVMENTVM.

*Est autem lusus ualde festiuus atque elegans,ad exemplum iudicialis actionis compositus. Queritur enim σίγμα de ui & iniuria ταῦ,quòd ab eo pluribus dictionibus spolietur,& quasi de sua possessione deijciatur. Exordio beneuolentiam captat simulatione modestiæ,& excusando necessitatem suam. Deinde per translationem ad διάνοιαν uenit, nullam literarum suo loco & ordine mouendam esse. Hinc iudicibus admonitis ut pro* I
*officio suo agant, & cæterarum ordinem atque dignitatem cuiusque conseruent : narratiunculam subiungit, quæ confirmationem causæ continet. Hanc postea longa primùm enumeratione aliorum damnorum eidem sibi illatorum amplificat:deinde etiam collatione modestiæ suæ,& illius petulantiæ tum erga se,tum erga cæteros etiam homines, quàm idem etiam hominibus inuisum ac detestabile sit,docet.*

IMPERANTE ARISTARCHO PHALEREO septima Octobris actionem instituit σίγμα aduersus ταῦ,constitutis iudicibus septem uocalibus,de ui & rapina,spoliari se dicẽs omnibus illis uocibus quæ duplici ταῦ proferri solent.

K

HACTENVS quidem,ô iudices Vocales, non admodum grauiniuria affectus ab hoc ταῦ, quòd meis rebus abutebatur, & inde auferebat unde minimè conueniebat, quod quidem damnum non grauiter tuli: nonnulla etiam quæ dicebantur, audiuisse me dissimulabam,propter modestiam,quam uos ipsi nostis me seruare cum erga uos, tum erga alias syllabas. postquã uerò ad tantam auaritiam & amentiam peruenit, ut non modò non sit contentũ iis quæ ego sæpè dissimulaui,uerùm iam maiorẽ uim inferat, ipsa me necessitas cogit ut accusem ipsum apud uos,qui utrunq; nostrum nouistis. Nõ autẽ exiguus metus propter istam

miseriam

A miſeriam me inuaſit. Nam cum prioribus iniuriis maiores ſemper addat, prorſus me è domeſtica ſede expellet, ita ut parum iam abſit, dum ego iſta diſſimulo, quin ne inter literas quidem amplius numerer, & in ſimili quodam uerſer metu. Eſt itaque æquum, non modò uos iudices, ſed omnes etiam reliquas literas huius doli curam gerere. Nam ſi ut libet unicuique licebit è ſuo ordine in alium uiolenter irrumpere, idq; uos, ſine quibus nihil omnino ſcribitur, permiſeritis, nõ uideo quomodo ſua quique ordines iura, iuxta quæ à principio conſtituti ſunt, tuebuntur. Sed non exiſtimo uos unquam ad tantam incuriam uel negligentiam peruenturos, ut ea feratis, quæ cum æquo & iure pugnant. Et
B ut uos certamen omiſeritis, tamen mihi, qui iniuria affectus ſum, negligendum non erit. Atque utinam aliarum quoque literarum audacia ab initio ſtatim cum cœperunt contra leges delinquere, eſſet repreſſa. neque enim litigaret ad hunc uſque diem λάμβδα cum ῥῶ, diſceptans de uoce κίσσεις & κιφκλαγία. Neque etiam τῷ γάμμα eſſet cum κάππα certamen, neque tam ſæpe ad manus propè ueniſſent in fullonia, de dictionibus γναφεύς & κνάφω diſceptantes. Quin ceſſaſſet etiam hoc γάμμα cum λάμβδα contendere, dictionem μώλις illi ſurripiens, imò ſuffurans. Adeóque reliquæ item literæ quieuiſſent ſeditiones mouere contra leges. Eſt enim pulchrum, unamquanque literam in eo ordine quem Locus cõmu-
C primùm ſortita eſt, manere: tranſcendere uerò eò quò non oportet, eius eſt qui nis.
ius & æquũ ſoluit. Et qui primus uobis has leges finxit & formauit, ſiue Cadmus fuerit ille inſularis, ſiue Palamedes Nauplii filius, (quanquam nonnulli hanc prudentiam Simonidi tribuant) non ordinem tantùm, per quem ſua quibuſque literis præſidentiæ dignitas firmiter permanet, definierunt, uidelicet quæ debeat eſſe prima, quæ ſecunda: ſed qualitates etiam & uirtutes quas habent ſingulæ noſtrũ, conſtituerunt. Et uos quidẽ, ô iudices, honore affecerunt præcipuo, propterea quòd ueſtro Marte poteſtis ſonum efficere. Semiuocales uerò ſecundo loco dignati ſunt, eò quòd ſine ueſtro acceſſu exaudiri nequeũt.
D Ex omnibus etiam literis, quibuſdam omnium poſtremum locũ decreuerunt, mutis ſcilicet & uoce carentibus. Has itaque leges per uos Vocales conſeruari decet. Hoc uerò πεῦ, (neque enim poſſum ipſum turpiori nomine appellare, quàm quo nominari ſolet) per Deos, niſi duæ quædã bonæ ex uobis & aſpectu decenti, ἄλφα ſcilicet & ὖ ψιλόν, ſe illi cõiunxiſſent, ne audiretur quidem ſolùm. Hoc inquam mihi maiorem uim quàm ullæ unquam literæ, inferre auſum eſt. Nã nominibus & uerbis patriis me extrudere, præterea ex ipſis etiam coniunctionibus & præpoſitionibus expellere tentat, adeò ut iſtam immodicam auaritiam porrò ferre nequeam. Verùm iam tempus eſt dicere unde & à
E quibus res initium ſumpſerit. Peregrinabar aliquando in Cybelo, (id oppidulum eſt non iniucundum, colonia, ſicuti fertur, Athenienſium) adducebam uerò mecum fortiſſimum ῥῶ ex uicinis meis optimum. Diuertebam uerò ad comicum quendam poëtam, huic nomen erat Lyſimacho: & à maioribus, quantum apparebat, genere erat Bœotius, ſed tamen de ſe dici uolebat quòd in media Attica natus eſſet. Apud hunc hoſpitẽ ego huius πεῦ auaritiam deprehendi. Equidem cum hactenus paucis quibuſdam manus intuliſſet, dicendo πατραφοῦσα, priuans me meis cognatis, exiſtimabam eam eſſe conſuetudinem literarum, quæ unà mecum eſſent educatæ. Præterea cum πάππος & ſimiles quaſdam uoces mihi detraxiſſet, dicerétque eas eſſe ſuas, audiebam patienter, nec

uehemẽter admodum me ea res mordebat: uerùm cum ab eis initium ſumpſiſ- F
ſet, atq; poſtea auſum eſſet etiam dicere κατλίπερον & κάτλιμμα, & πίτλαν, deinceps
abiecto omni pudore βασίλιτλαν quoq; nominare: haud leuiter ſum commotus,
& ira accenſus,timens ne quis temporis ſucceſſu etiam σῦκα,τῦκα appellet. Oro
autem uos per Iouem,ut mihi indignãti, & iuſta ira commoto,præterea omni
ope & auxilio deſtituto,ignoſcatis. Neque enim paruum hoc aut leue eſt peri-
culum in quo uerſor,cum præterquam quòd aſſuetis & familiaribus literis me
ſpoliauit, etiam κίσσαν,id eſt picam,auem meam loquaciſſimam, ex medio ſinu,
ut dici ſolet,abreptam,κίττλαν appellauit. Quin & φάσσαν, id eſt palumbum, unâ
cum νήσσαις,id eſt anatibus,& κοσσύφοις,id eſt merulis,abſtulerat, interdicente A- G
riſtarcho. Eripuit etiam non paucas apes. In Atticam uerò ueniens,ex media il-
la regione ὑμηττὸν præter ius rapuit,idque uobis ipſis & aliis quibuſdam ſyllabis
uidentibus. Verùm quid ego iſta commemoro,cum me tota Theſſalia expule-
*Alludit ad dictiones θάλασσα, σιττλαν, πίτλα Θ.* rit,uelitque eam Thettaliam dicere? Toto inſuper mari ſum excluſus. Neque à
betis hortenſibus ſibi temperat,ut iam,quod dici ſolet,ne paxillus quidem mi-
hi reliquus ſit. Quòd uerò litera ſim quæ nulli nocere ſtudeã, uos ipſi mihi te-
ſtes eſtis. neque enim unquam accuſaui literam ζῆτα, quæ mihi σμάραγδον abſtu-
lit,& totam σμύρναν ſurripuit. Nec ipſo etiam ξῦ omnia fœdera & pacta rumpen-
ti, litem intendi, ipſo etiam Thucydide opem illi ferente. Etenim uicino meo H
*Alludit ad κόρυνθ & κόρρης.* ῥῶ uenia danda,quòd morbo affectum ſit,& meas apud ſe μυρρίνας,id eſt myrtus,
plantarit,& quòd melancholiæ malo laborans me in faciem percuſſerit. Et ta-
lis quidem litera ſum ego. Hoc uerò ταῦ quàm ſit natura uiolentum aduerſus
reliquas omnes literas,& quàm à nullis omnino abſtinuerit,cõſideremus: Sed
& λίλτα & θῆτα & ζῆτα,& propè omnia literarum elementa iniuria affecit. Ac-
cerſe mihi læſas literas. Auditis, Vocales iudices,ipſum λίλτα dicere: Surripuit
mihi meam ὠδλίχαν, pro qua uult ut dicatur ὠπλίχαν: quòd ſanè contrarium
*Alludit ad uocem κολοκύντη, ſeu κολοκύντ.* eſt omnibus legibus. Auditis uociferari θῆτα,& capiti capillos euellere,eo quòd
priuatum eſt cucurbita. Auditis ipſum etiam ζῆτα ſuis uocibus συρίζαν & σαλ- I
*Pro quo συρίσδειν, et σαλπίσδειν Dores dicunt.* πίζειν ſpoliatum eſſe, adeò ut ne γρύζαν quidem, id eſt mutire, illi porrò liceat.
Quis iſta quæſo ferat? aut quæ pœna ſatis magna erit tam ſceleſto? Verùm hoc
non tantùm cognatum ſibi elementorum genus lædit, ſed iam ad homines e-
tiam iiſdem moribus ſe contulit. Neque enim permittit ut rectà ferantur lin-
guis. Imò uerò Iudices. interim enim res humanæ rurſus me admonuerũt γλώσ-
σης, id eſt linguæ. nam expulſum me hac quoque parte, γλῶσσαν facit γλῶτταν. O
reuera linguæ pernicioſus morbus ταῦ. Verùm rurſum me conferam ad illud
quod cœperam, atque homines defendam in iis in quibus aduerſus eos delin-
quit. Nam conatur illorum uoces quibuſdam uinculis conſtringere & diſcer- K
pere, ita ut ſiquis pulchrum quidpiam uidens, id καλὸν appellare uelit, hoc ταῦ
ſtatim irruens ταλὸν ipſum dicere cogit. adeò cupit in omnibus præſidentiam
obtinere. Rurſum alius quiſpiam dicit, ποδὶ κλήματος, id eſt de palmite: hoc uerò
(eſt enim reuera τλῆμον, id eſt miſerum) τλῆμα facit, quod erat κλῆμα. Et quidem
nõ plebeios tantùm homines iniuria afficit, ſed iam etiã magno illi regi cui fa-
ma eſt ipſam terrã & mare ceſſiſſe, atque naturas ſuas reliquiſſe, inſidias tẽdit,
& ex ipſo, cum κῦρος ſit, τῦρον quendam efficit. Atque in hunc modum uocẽ ho-
minum lædit. Quomodo uerò re ipſa & opere eoſdem lædat, audite. Plorant
homines, atque ſuæ fortunæ uices deflent, atque ipſum ſæpe Cadmum execrã-

tur

A tur,quòd τῶ in literarū genus induxerit. aiunt enim Tyrānos eius literæ corpus ſecutos,atque figuram imitatos,poſtea ſimili figura ligna fabricaſſe,in quibus homines ſuſpendant: atque ex hoc huic tam pernicioſæ fabricæ peſſimum nomen obueniſſe. Propter iſta omnia quot mortibus ipſum τῶ dignū eſſe iudicatis? Ego quidem exiſtimo meritò hoc ſolùm ad ſupplicium ipſius τῶ relinqui,ut pœnam in ſua illa figura ſuſtineat,propterea quòd crux ab ipſo fabricata eſt,& ab eo nomen illi homines impoſuerunt. *Crucis ſupplicium.*

# TIMON, SIVE MISANTHROPOS, ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

B

ORNATISSIMO IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI THOMAE RVTHALLO Secretario regio, poſt epiſcopo Dunelmenſi, Eraſmus Roterodamus S. P. D.

*Vide quantum audaciæ mihi ſuppeditet ſingularis quædam ingenij tui morūmque facilitas,humaniſſime Ruthalle: qui cum neutiquam ignorem te inter Aulicos primores,uel auctoritate,uel gratia,uel ſplẽdore,uel eruditione præcipuum eſſe, tamen nõ uerear meas nugas rudes adhuc,uixque è prima ſcheda repurgatas,ad tuam excellentiam mittere. Sed quid facerem? Iam urgebat nauita,uentos & æſtum nulli ſeruire clamitans. Itaque ne nihil mei apud hominẽ tam noſtri ſtudioſum relinquerem,id quod tum fortè erat in manibus, Miſanthropum miſi, nimirum ad uirum unum omnium Philãthropotaton. Is eſt Luciani dialogus, quo uix alius lectu uel utilior,uel iucundior : uerſus quidem ille iampridem ab alio neſcio quo: ſed ita uerſus, ut interpres*

C *hoc modo demonſtrare uoluiſſe uideatur,ſeſe neque Græce ſcire,neque Latine:nec temere adeo quis ſuſpicetur eum interpretem ſubornatum eſſe ab ijs qui Luciano malè uolunt. Tu noſtram hanc audaciam boni conſules,& Eraſmum in eorum numero pones,qui tui ſunt amantiſſimi. Vale,Londini. An. M. D. IIII.*

ARGVMENTVM.

*Hoc dialogo de diuitijs tractatur,quis ſcilicet uerus diuitiarum uſus ſit,& quomodo retineantur,quibus potiſſimũ obueniãt, & quales reddãt poſſeſſores. Occaſio dialogi à perſona Timonis ſumpta eſt,quẽ Athenienſes,quòd inhumanus planè eſſet,hominumque congreſſus ac ſocietatem uitaret,imò etiam publicis malis gauderet, μισάνθρωπον appellarunt: cuius mortui quoq; ſepulchrum (ut ſcribit Suidas) inacceſſum & inuium factum fuit,cum mare, tanquam ipſum quoque peroſum illius inhumanitatẽ,inundatione eam terræ partem ubi ſepultus erat,à reliqua abſtractam ſecluſiſſet. In quo & tale epitaphium inſcriptum fuiſſe fertur,*

D *Hic iaceo,uita miſeráque inopiq́; ſolutus,*
*Nomen ne quæras, ſed male tute peri.*

*Huic igitur Timoni ſimiles reddi & diuites, uidetur intelligere uelle Lucianus, utpote quos diuitiæ & faſtuoſos & inſolentes & planè barbaros efficere conſueuerunt. Fingit autem ab initio diuitem fuiſſe, ſed ob liberalitatem,& quòd abſque iudicio in quoſuis benignus eſset,ad paupertatem redactum eſſe. Quam rem cum Iupiter ex ipſius querela, qua cũ illo expoſtulãdo,in hominũ malitiam & ingratitudinẽ à principio inuehitur, cognouiſſet, miſertus illius,eò quòd & in deos pius fuerat,& multa illis ſacra peregerat,diuitem denuo facere ſtatuit,ac Plutum cum theſauro ad ipſum mittit. Qui principiò ire detrectat,oſtendens illum ſua culpa pauperem factum eſſe,& cum talibus hominibus minimè perdurare ſe poſſe,atq; æquè odiſſe eos, ut ſordidos atque auaros illos qui nũquam omnino ſe utantur. Mediocritate enim utendi ſe gaudere. Atq; hic locus uſum diuitiarũ,& quomodo conſeruari eædem debeant,docet. Deinde cum Iupiter in ſententia perſiſte-*

E *ret,atque ita Plutus ducente Mercurio ad Timonem proficiſceretur, inter eundum fingitur claudicare. ibi,interrogãte Mercurio, cauſam eius rei reddit, quòd quoties à Ioue mittatur,tardè incedat, neque uideat quorſum eat,neque norit ad quos eat. quoties autem à Dite mittatur,etiam alatum eſſe. Quo figmento ſignificare uidetur,improbos ac malos ſemper melioribus ſucceſsibus frui: probos autem, & à Ioue dilectos, aut nunquam,aut tardè in hac uita felices ac diuites fieri. Poſtremò interrogatus à Mercurio, cur deformis ac pallidus,tantopere ametur ab hominibus,reſpondet, inſcitia ac cæcitate illorum hoc fieri. Atque ibi cum hos,tum alios effectus ſuos exponit: quæ omnia poſtremò actione & quaſi ipſa re comprobantur, dum Timonem ab initio Plutum reijcere atque auerſari fingit,utpote ex paupertate modeſtum ac temperantem iam factum,& agnoſcentem ſuperiora mala,in quæ ex diuitiarum copia inciderat. Mox eundem acceptum cum ſumma cura aſſeruare,tumidumque & inſolẽtem omnes alios homines uitare atque contemnere. Additis ad finem etiam adulatoribus, ſcurris, aſſentatoribus, ſycophantis, fumi uenditoribus, & id genus alijs, qui ut corpus umbra,ſic ipſi diuitias atque fortunam comitantur.*

OIVPITER Philie,hoſpitalis,ſodalitie,domeſtice,fulgurator, F
iuſiurandice,nubicoge, grādiſtrepe, & ſi quod aliud tibi cognomen attoniti Poëtæ tribuūt,maximè quum hærent in uerſu. nam tum illis tu multinominis factus, carminis ruinam fulcis, metriq; exples hiatum. Vbi tibi nunc magnicrepū fulgur, grauifremum tonitru? Vbi ardēs,candens,ac terrificum fulmen ? Nam hæc omnia iam palàm apparet nugas eſſe, fumumq; poëticum, nec omnino quicquam præter nominum ſtrepitum. Sed decantata illa tua arma eminus ferientia expromptaq;, neſcio quomodo penitus extincta ſunt, frigentq; adeò, ut ne minimam quidem ſcintillulam iracundiæ aduerſus nocentes reliquam obtineant. Itaque citius G
quiuis ex his qui peieraturi ſunt,extinctum ellychnium metuerit,quàm flammam fulminis cuncta necantis : uſque adeò titionem quempiam in ſeſe uibrare te putant, ut incēdium aut fumum ab illo proficiſcens, nihil quicquam formident, uerùm hoc ſolùm uulneris inferri poſſe iudicent, ut fuligine compleantur. Quibus rebus factum eſt ut iam Salmoneus tibi ſit auſus etiam obtonare: neque id admodum ab re, quippe aduerſus Iouem uſqueadeo ita frigidum, uir ad facinora feruidus, audaciáque tumidus. Quid ni enim faciat, ubi tu perinde ac ſub mādrag ora ſtertis,qui neque peierantes exaudias,neque eorum qui flagitia committunt, reſpectum agas ? Cæcutis autem lippitudine, & H
hallucinaris ad ea quæ fiunt, aurēſque iam tibi obſurduerunt inſtar horum qui ætate defecti ſunt: quandoquidem quum iuuenis adhuc eſſes, acríque animo, uehemēnſque ad iracundiam, permulta in homines maleficos ac uiolentos faciebas: neque tum unquam tibi cum illis erant induciæ: ſed perpetuò fulmen erat in negocio, perpetuò obuibrabatur ægis, obſtridebat tonitru : fulgur continenter iaculorum in morem denſiſſimè ex edito loco deuolantium torquebatur: Terræ quaſſationes cribri inſtar frequentes: ad hæc nix cumulatim, neque non grando ſaxorum in morem: atque ut tecum grandius loquar, imbréſque rapidi & uiolenti, ac flumen quotidie exundans. Hinc tan- I
tum repentè Deucalionis ætate naufragium ortum eſt, ut omnibus ſub aqua demerſis,uix unica ſcaphula ſeruaretur, quæ in montē Lycorem appulit, humani generis quaſi ſcintillulas quaſdam ſeruans, unde ſceleratius etiam genus in poſterum propagaretur. Nimirum igitur dignum ſocordia præmium ab illis reportas, quum iam nec ſacra faciat tibi quiſquam, nec coronas offerat, niſi ſi quis obiter in Olympicis : ac ita ne is quidem rem admodum frugiferam facere uideatur, ſed priſcum quendam ritum magis referre: ac penè Saturnum,ô deorum generoſiſſime, te reddunt, magiſtratu abdicantes. Omitto loqui, quoties iam templum tuum ſacrilegio cōpilarint,quum tibi etiam i- K
pſi in Olympiacis manus admoliti ſunt. Atque interea tu altifremus ille pigitabaris uel excitare canes, uel uicinos aduocare, ut auxilio accurrentes illos comprehenderent, quum etiamdum ad fugam adornarentur. Sed egregius ille Gigantūmque extinctor, & Titanum uictor, ſedebas, quum tibi cæſaries ab illis circuntonderetur, decemcubitale fulmen dextera tenens. Horum igitur, ô præclare, quis tandem erit finis, quæ tu adeò ſecurè deſpicis ? Aut quando de tantis maleficiis pœnas ſumes ? Quot Phaëthontes aut Deucaliones ſatis idonei ſint ad expiandum tam inexhauſtam morum iniquitatem ? Etenim ut de communibus ſileam, de iis quæ mihi acciderunt dicam:

quum

A quum tam multos Athenienſes in ſublime euexerim, ex pauperrimis diuites reddiderim, cūctiſque quotquot opus haberent, ſuppeditarim, imò ſemel uniuerſas opes in amicos iuuandos effuderim: ſimul atq; his rebus ad inopiam deueni, iam ne agnoſcor quidem ab illis, nec aſpicere dignantur me, qui dudū reuerebantur, adorabant, meoq; de nutu pendebant. Quòd ſiquando per uiam ingrediens, fortè fortuna in eorum quempiā incidero, perinde ut euerſam hominis iam olim defuncti ſtatuam, ac temporis longitudine collapſam prætereunt, quaſi ne norint quidem. Porrò alii procul conſpecto me, aliò ſeſe detorquent, exiſtimantes ſeſe inauſpicatum abominandumq; uiſuros ſpectaculum,
B quem non ita pridem ſeruatorem & adiutorem ſuum eſſe prædicabant. Itaque prementibus malis ad extrema redactus cōſilia, rhenone arrepto terram exerceo, quaternis cōductus obolis, atque hic cum ſolitudine cumq; ligone philoſophor. Hoc interim lucri mihi uideor facturus, quòd poſthac non intuebor pleroſque præter meritum ſecundis fortunæ ſucceſſibus utentes. nam illud uel maximè urit. Iam igitur tandem aliquādo Saturni Rheæq; proles excuſſo profundo iſto grauique ſomno (nam Epimenidem quoque dormiēdo uiciſti) denuo iactato fulmine, aut ex Oeta redaccēſo, ingēti reddita flamma iram aliquā ſtrenui illius ac iuuenilis Iouis oſtende, niſi uera ſint quæ à Cretenſibus de te
C tuaq; ſepultura feruntur. IVP. Quis hic eſt Mercuri, quem audio ſic uociferantem ex Attica, ad radicem montis Hymetti, horridus totus ac ſqualidus, pelléque hircina amictus? fodit autem, ut arbitror. nā pronus incumbit, homo loquax & confidens. mirum ni philoſophus eſt. neque enim alioqui adeò impia nefariaq; in nos fuerat dicturus. MERC. Quid ais pater? an nō noſti Timonem Echecratidis filium Colyttenſem? Hic nimirum eſt qui nos ſæpenumero in ſacris legitimis cōuiuio accepit, ille repentè diues factus, ille qui totas hecatombas, apud quem ſplendidè Iouialia feſta conſueuimus agitare. IVPIT. Hem, quænā iſta rerum commutatio? hiccine honeſtus ille? ille diues, quē tam
D frequentes cingebant amici? Quid igitur accidit ut hoc ſit habitu? ſqualidus, ærumnoſus, foſſor conductitius, uti coniicio, quum tam grauem ligonē gerat. MERC. Ad hunc modū illum quodammodo probitas euertit atque humanitas, & in omnes quicunque egerent, miſericordia: at reuera uecordia potius facilitasq;, nullusq; in ſuſcipiendis amicis delectus, quippe qui neutiquā intellexerit ſeſe coruis lupiſque largiri. Quin magis quum à uulturibus tam multis miſero iecur eroderetur, ob id amicos eos neceſſariosq; iudicabat, quaſi beneuolentia erga ſeſe afficerentur, quū illos epulæ magis caperent. Ergo poſteaquam oſſa penitus nudaſſent, circumroſiſſentq;, deinde ſiqua medulla ſuberat,
E hanc quoque admodū diligēter exuxiſſent, aufugerunt, exuccum & radicitus defectum deſtituentes, adeò ut poſtea ne agnoſcant quidem aut aſpiciant: tantum abeſt ut ſint qui ſuppeditēt, impartiantq;. Has ob res foſſor, & ſago, ut uides, opertus pelliceo, urbem præ pudore fugiens, mercede terram exercet, aduerſus ingratos atra bile ſtomachatur, qui quidē ſua benignitate ditati, admodum faſtuoſè nunc prætereant, ac ne nomē quidem an Timon uocetur nouerint. IVP. Atqui profectò uir neutiquam faſtidiendus, neque negligendus: & iure optimo indignatur, qui iis tātis in malis agat. Quare ſceleratos iſtos adulatores ipſi quoque fuerimus imitati, ſi eum uirum neglexerimus, qui tantum taurorum, & caprarum pinguiſſimas quaſque nobis in aris adoleuerit, quarum

nidor etiamnum mihi in naribus reſidet: tametſi propter negocia, maximâm- F
que turbam peierantium, tum ui non iure agentium, neque nõ aliena rapien-
tium, præterea ob formidinem quam mihi pariunt ſacrilegi, qui quidem tum
multi ſunt, tum obſeruatu difficiles, adeò ut ne minimũ quidem nos conniue-
re ſinant: iampridem profectò ad Atticam regionem oculos detorſiſſem, ma-
ximê poſteaquã philoſophia & de uerbis digladiationes apud iſtos increbue-
rũt, ita ut pugnãtibus inter ſe iſtis uociferantibuſq;, ne exaudire quidem mor-
taliũ uota liceat: unde mihi neceſſum eſt aut auribus obturatis ſedere, aut dirũ-
pi ab eis, conficiq;, qui uirtutem quandã, & incorporea quædã, meráſque nugas
ingenti uociferatione connectunt. hæc in cauſa fuerunt ut hũc quoque negle- G
xerim, quum haud mediocriter de nobis ſit meritus. Quod reliquum eſt Mer-
curi, tu Plutum adducens, quantũ potes ad iſtum abeas. Porrò Plutus unà ſe-
cum ducat & Theſaurum: & utrique apud Timonem perſeuerent, neque uſ-
quã adeo facilè demigrent, etiam ſi quammaximè rurſum illos per bonitatem
ex ædibus exegerit. Cæterùm de palponibus illis, atque ingratitudine qua in
hunc ſunt uſi, in poſterum conſultabo: pœnasq; daturi ſunt ſimul atq; fulmen
inſtaurauero. Nam fracti ſunt in eo retuſa cuſpide duo è radiis maximi, quum
nuper auidius in ſophiſtam Anaxagoram iacularer, qui ſuis familiaribus ſuade-
bat, nullo pacto eſſe ullos nos, qui dii uocaremur. Ac illum quidẽ errore non H
feriebam, propterea quòd Pericles obtenta manu eum protexerit: cæterùm
fulmen in Caſtoris ac Pollucis templum detortum, tum illud exuſſit, tũ ipſum
parum abfuit quin ad ſaxum comminueretur. Quanquam interim uel id ſup-
plicii ſatis magnum in iſtos fuerit, ſi Timonem conſpexerint egregiè locuple-
tem factum. MERC. Quantum habet momenti, altum uociferari, & obſtre-
perum audacémque eſſe? Idq; non iis modò qui cauſas agunt, uerùm etiam qui
uota faciũt, conducibile. En ut mox è pauperrimo diues euaſerit Timõ, qui ſe
in precãdo clamoſum & improbũ præſtiterit, Iouémque reddiderit attentum.
Quòd ſi ſilẽtio fodiſſet incuruus, etiã nũc foderet neglectus. PLVTVS. At I
ego, Iupiter, haud quaquã ad iſtum rediturus ſum. IVP. Quid ita non rediturus
optime Plute, præſertim à me iuſſus? PLV. Quoniã per Iouem iniuria me af-
fecit eiiciens, & in multa fragmenta diſſecans: idque quum illi paternus eſſem
amicus: ac me, penè dixerim, fuſcinis ex ædibus extruſit, nec aliter quàm ii qui
è manibus ignem abiiciunt. Num rurſus ad iſtum ibo, paraſitis, adulatoribus &
ſcortis donandus? Ad eos me mitte ô Iupiter, qui munus intellecturi ſint, qui
amplexuri: quibus equidem in precio ſim, & maiorem in modũ exoptatus. At
hi ſtupidi cum inopia commerciũ habeant, quã nobis anteponunt, ut ab ea ac-
cepto ſago pelliceo, ligoneq;, ſat habeãt quũ quatuor lucrãtur obolos, decem K
talenta contemptim dono dare ſoliti. IVP. Nihil iſtiuſmodi poſthac in te fa-
cturus eſt Timon, quippe quem ligo abunde ſatis corripuerit: niſi prorſus nul-
lum dolorem ſentiunt illius ilia, te uidelicet potius, quàm inopiam eſſe præo-
ptandam. At tu mihi querulus admodum uideris eſſe, qui nunc Timonem in-
cuſes, quòd tibi patefactis foribus liberè permiſerit uagari, neque includés, ne-
que zelotypus in te. Porrò aliàs diuerſa de cauſa in diuites ſtomachabare, quũ
diceres te ab illis, repagulis, clauibus, ac ſignorũ obiectaculis impreſſis ita fuiſ-
ſe cõcluſum, ut ne proſpicere quidem in lucẽ tibi liceret. Id igitur apud me de-
plorabas, affirmãs præfocari te nimiis tenebris: eoq; pallidus nobis occurrebas;

& curis

A & curis confectus, digitis etiamnum ex assiduo colligendi coaceruandiq; usu contractis, contortisque, quòd siquando daretur opportunitas, aufugiturum quoque ab illis te minitabare. In summa, rem supra modũ acerbã iudicabas, in æreo ferreóue thalamo, Danaës exẽplo, uirginem asseruari, atq; à sceleſtissimis educari pædagogis, fœnore, & computo. Proinde absurdè facere aiebas hos, quòd te præter modũ adamarent: neque, quũ liceret, frui auderẽt: neq; quum ipsis esset in manu, amore suo securè uterentur, sed uigiles obseruarent, ad signum ac feram oculis nunquam conniuentibus, neq; usquam dimotis semper intuentes, abunde magnum fructum arbitrantes, non quòd ipsis fruendi facul-

B tas adesset, sed quòd nemini fruendi copiã facerent, non aliter quàm in præsepi canis, nec ipse uescens hordeis, nec equum famelicum id facere sinens. Quin etiam ridebas istos, qui parcerent, asseruarẽntque, & (quod esset absurdissimũ) ipsi quidem sibi subtraherent, uererenturq; contingere, non intelligerent autem fore, ut aut sceleratissimus famulus, aut dispensator, aut liberorũ pædagogus furtim subiret, ludibrio habiturus infelicem & inamabilem herum, quem postea sinat ad suliginosam, & oris angusti lucernulam, ac siticulosum scirpulum usuris inuigilare. Quid itaq;? an non iniquum, quum hæc quondã incusaueris, nunc in Timone diuersa his criminari? P L V. Atqui si rem uerè perpen-

C deris, utrunq; me iure facere iudicabis. Nam & Timonis ista nimia lenitas, negligentia potius, haud beneuolentia studiúmque, quod ad me pertinet, meritò uideatur. At è diuerso qui me ostiis ac tenebris ineluſum seruabant, id agentes quò scilicet crassior saginatiórque, ac uehemẽter corpulentia onustus euaderẽ: quum interim neq; ipsi contingerẽt, neq; in lucẽ producerẽt, ne uel aspicerer à quopiã, hos demẽtes & cõtumelioſos in me iudicabã, quippe qui me nihil cõmeritum tot in uinculis cogerent situ carieq; putrescere, haud intelligẽtes, quò mox demigrent, me alii cuipiã, cui fortuna fauerit, relicturi. Nec hos igitur probo, sed ne illos quidẽ qui nimiũ facilè mihi manus admouent: sed qui (quod est

D optimũ) mediocritate utantur, uti nec prorsus abstineant, neque penitus profundant. Etenim illud per Iouem consídera Iupiter: Si quis ubi puellulã & formosam lege duxisset uxorẽ, postea neque obseruet, nec ulla omnino zelotypia prosequatur, uidelicet sinens illam noctu atq; interdiu quocunque libitum sit ire, & quicunque uoluissent, cum ea habere rem, uel producat potius ultrò ut adulteretur, fores aperiens, prostituturusq;, & quoslibet ad illã inuitãs, num hic amare uidebitur? Profectò hoc tu nequaquam dices Iupiter, qui sæpenumero amorẽ senseris. Rursum si ingenuam lege domum deducat, uti liberos legitimos progeneret, cæterum nec ipse contingat florentem ætate decorámque

E uirginem, nec alium sinat aspicere, sed incluſam, orbam, sterilemq; in perpetua uirginitate contineat, idq; præ amore se facere prædicet, & hunc quidẽ præferat, pallore, corpore exhausto, oculis refugis, num fieri potis est ut huiusmodi nõ desipere uideatur? quippe qui quum liberis oportuerit operam dare, fruiq; coniugio, puellam adeò formosam atq; amabilẽ sinat emarcescere, per omnem uitam tanquam Cereri sacerdotem alens. Huiusmodi & ipse indignè fero quũ à nonnullis ignominioſè cædor calcibus, laniorq; atque exhaurior, à nonnullis contrà perinde ut stigmaticus fugitiuus cõpedibus uincior. I V P. Quid est autem quod aduersus illos indigneris, quandoquidem utrique pœnas egregias luunt? Alteri quidem dum Tantali in morem neque bibere sinuntur, neq;

*Mediocritas in diuitijs seruanda.*

que edere,ſed ore ſicco dũtaxat inhiant auro. Alteri uerò dum his ceu Phineo F
cibos Harpyiæ ipſis è faucibus eripiũt. Sed abi iam,Timone multo poſthac uſu-
rus cordatiore. P L V. An ille aliquando deſinet me ceu foraminoſo cophino,
priuſquam omnino influxerim,data opera exhaurire, quaſi conetur occupare
quò minus influam, ueritus ne ſi copioſius infundar,iplum undis obruã? Quo
fit ut in Danaidum doliũ aquam mihi uidear allaturus, fruſtraq; infuſurus,ua-
ſe non continente liquorem: imò prius propemodũ effuſo quod influit, quàm
influxerit. Adeò latus dolii hiatus ad effuſionem,ac liber exitus. I V P. Proin-
de niſi hiatum iſtum obturauerit, perpetuámque perſtillationẽ ſiſtere ſtudue-
rit,te propediem effuſo,facilè rurſum ſagum & ligonem in dolii fece reperiet. G
ſed interim abite, atq; illum diuitem reddite. At tu Mercuri fac memineris ut
rediens Cyclopas ex Aetna tecum adducas,quò fulmẽ cuſpide reſtituta reſar-
ciant. Nam eo nobis acuminato opus fuerit. M E R. Eamus Plute. Quid hoc?
Num claudicas? Equidem ignorabam ò præclare,te non cæcum modò,uerùm
etiam claudũ eſſe. P L V. Atqui non hoc mihi perpetuum Mercuri: uerùm ſi
quando proficiſcor à Ioue miſſus ad quempiam, tum neſcio quo pacto tardus
ſum,& utroq; claudus pede, ita ut ægrè ad metã pertingere queam, ſene non-
nunquã interim facto, qui me opperiebatur. Porrò quum diſcedendũ eſt,ala-
tum uidebis multò auibus celeriorẽ. Vnde fit ut uix iam amoto repagulo,ego H
iam præconis uoce uictor pronuncier,ſaltu ſtadiũ transmenſus, ne uidentibus
quidem aliquoties ſpectatoribus. M E R. At iſta quidem haud uera narras:imò
ego tibi permultos commemorare queam,quibus heri ne obolus quidem erat
quo reſtim emerent, qui hodie repentè diuites facti,ſplendidè uiuãt:albis qua-
drigis uehantur, quibus antè ne aſellus quidem ſuppeditarit. Ii tamen purpu-
rati,aurumq; manibus geſtantes obambulant, qui ne ipſi quidem, opinor,cre-
dere poſſunt quin per ſomnium diuites ſint. P L V. Iſthæc alia res eſt Mercuri.
neque enim tum meis ipſius ingrediõr pedibus: nec à Ioue, ſed à Dite ad iſtos
tranſmittor: qui & ipſe nimirum opum largitor eſt,ac magna donans:id quod I
ipſo etiam nomine declarat. Itaque quoties eſt mihi ab alio ad aliũ demigran-
dum,in tabellas iniiciunt me,ac diligenter obſignantes, ſarcinæ in morẽ ſubla-
tum tranſportãt. Interea defunctus ille alicubi in ædium tenebricoſa parte ia-
cet,uetere linteo in genua iniecto tectus,de quo feles digladiantur. Porrò qui
me ſperauerant obtinere,in foro opperiuntur,hiantes non aliter quam hirun-
dinem aduolantem ſtridentes pulli. Deinde ubi ſignum detractũ eſt, & lineus
ille funiculus inciſus,apertæq; tabellæ,iamq; nouus dominus pronunciatus eſt,
ſiue cognatus quiſpiã,ſiue adulator, ſiue ſeruulus obſcœnus,qui puerili obſe-
quio fauorem emeruerit,etiã tum mento ſubraſo,pro uariis & opiparis uolu- K
ptatibus quas illi iam exoletus ſuppeditauerat,ingens ſcilicet præmium ferens
generoſus quiſquis ille tandem fuerit, nonnunquã me ipſis cum tabellis arre-
ptum fugiens apportat,cõmutato nomine,ut qui modò Pyrrhias,aut Dromo,
aut Tibius: iam Megacles, aut Megabyzus,aut Protarchus appelletur. Cæte-
rùm illos nequicquam hiantes,ſeq; mutuum intuentes relinquit, ac uerum lu-
ctum agentes, quòd eiuſmodi thynnus ex intimo ſagenæ ſinu ſit elapſus, qui
non parum magnã eſcam deuorarit. At hic repentè totus in me irruens,homo
uitæ mundioris atq; elegãtioris rudis,pingui illotaq; cute,qui compedes etiam
dum horreſcit,& ſi quis præteriens loro increpet,arrectis ſtet auribus: quíque

piſtrinum

A piſtrinũ perinde uti templũ adoret:non eſt deinceps toleranduſ iis quibuſcum uiuit:uerùm & ingenuos afficit contumelia, & conſeruos flagris cædit, experiens nũ ſibi quoq; ſimilia liceãt, donec aut ſcortulo cuipiã irretitus, aut equorum alendorum ſtudio captus, aut adulatoribus ſeſe permittens deierantibus Nireo formoſiorẽ eſſe, Cecrope Codróue gẽneroſiorem,callidiorem Vlyſſe, unum autem uel ſedecim pariter Crœſis opulentiorem,momẽto temporis ſemel profundat infelix,quæ minutatim multis ex periuriis,rapinis,flagitiis fuerãt collecta. M E R. Iſta fermè ſic habẽt uti narras:uerùm ubi tuis ipſius ingrederis pedibus,quî tandẽ,cæcus quum ſis,uiam inuenire ſoles? Aut quî dignoB ſcis ad quoſnã Iupiter te miſerit, dignos illi uiſos qui diuitiis abundẽt? P L V. Enimuero credis me reperire iſtos ad quos mittor?M E R. Per Iouẽ haudquaquam. Neq; enim alioqui Ariſtide præterito ad Hipponicũ & Calliam acceſſiſſem,tum ad alios Athenienſes, homines ne obolo quidem æſtimandos. Cæterùm quid facis quandoquidem es emiſſus? P L V. Surſum ac deorſum circum curſans oberro,donec imprudens in quempiam incurrero. hic autem quiſquis ille ſit, qui fortè primus me nactus ſit, abducit ac poſſidet, te Mercuri pro lucro præter ſpem obiecto uenerans atq; adorans. M E R. Num ergo fallitur Iupiter, qui quidẽ credat ex ipſius animi ſententia ditari abs te hos quos ille diC gnos exiſtimarit qui diteſcerent?P L V. Et iure quidẽ optimo fallitur,ò bone: quippe qui quũ me cæcum eſſe non ignoret,emittat ueſtigatum rem uſq; adeò repertu difficilem, & iam olim è uita ſublatam, quam ne Lynceus quidẽ facilè inueniret,quæ nimirum adeò obſcura ſit,ac minuta. Itaq; quum rari ſint boni, improbi porrò in ciuitatibus omnia obtineant: oberrans facilè in huiuſmodi mortales incurro,ac retibus illorũ illigor. M E R. At quî fit ut quoties eos deſeris,celeriter aufugias,quum uiæ ſis ignarus? P L V. Tum demum acutũ cerno,pedibusq; ualeo,ubi ad fugam tempus inuitat. M E R. Iam illud quoq; mihi reſpõde,quî fit ut quum ſis oculis captus(dicendũ enim eſt)præterea palliD dus,poſtremò claudus, tam multos habeas amantes, adeò ut omnes in te defigant oculos:& ſi potiantur,felices uideãtur:ſin fruſtrentur,non ſuſtineant uiuere?Ex his equidem non paucos noui,qui ſic perditè te amarint,ut ſe aẽreo è ſcopulo piſcoſi in æquoris alta præcipites abiecerint, rati faſtidiri ſeſe abs te, propterea quòd illos nullo pacto reſpexiſſes. Quanquam ſat ſcio,tu quoq; fateberis, ſi quo modo tibiipſi notus es, furere iſtos, qui eiuſmodi amore ſunt dementati. P L V. Atenim credis me,qualis ſum,talem iſtis uideri,nempe claudum aut cæcum,aut ſi quid aliud adeſt mihi uitii?M E R. Quid ni ò Plute? niſi fortè & ipſi omnes cæci ſunt. P L V. Haud cæci quidem,ò optime,uerũ inſciE tia errorq;(quæ nũc occupãt omnia)illis offundunt tenebras. ad hæc ipſe quoque ne per omnia deformis ſim, perſona uehementer amabili tectus inaurata, gẽmiſque picturata,ac uerſicoloribus amictus eis occurro: at illi rati ſeſe natiui uultus uenuſtatem aſpicere, amore capiuntur, diſpereũntque niſi potiãtur. Quòd ſi quis me toto corpore renudatum illis oſtenderit,dubio procul futurum ſit, ut ſe ipſi damnent, qui tanto pere cæcutierint adamantes res neutiquam amandas,ac fœdas. M E R. Quid ergo? poſteaquam eò peruentũ eſt,ut iam diuites euaſerint, iamq; perſonam ſibi circumpoſuerint, rurſum falluntur? Adeò ut ſi quis illis detrahere conetur,penè caput potius,quàm perſonam abiiciant? Neque enim ueriſimile eſt etiam tũ illos ignorare, auro bracteatã eſſe

formam,quũ intus cuncta inſpexerint. PLVT. Ad id non parum multæ res, F
ô Mercuri,mihi ſunt adiumento. MER. Quænam? PLV. Simul atq; qui me
primùm nactus eſt,apertis foribus exceperit,clanculum unà mecũ introit ela-
tio,uecordia,iactantia,mollities,uiolentia,dolus,atq; alia item innumerabilia: a
quibus omnibus poſteaquam eſt animus occupatus, iã admiratur quæ neuti-
quam ſunt admiranda, & appetit ea quæ ſunt fugienda, meq; cunctorum illo-
rum quæ introierant malorum patrem ſtupet,illorum ſatellitio uallatũ,quid-
uis potius paſſurus, quàm uti me compellatur reiicere. MER. Vt leuis ac lu-
bricus es Plute,retentu difficilis,ac fugax,neque ullam præbens anſam certam
quò prenſus teneare: ſed neſcio quomodo anguillarum ac ſerpentum in mo- G
rem inter digitos elaberis. At è diuerſo paupertas,uiſcoſa,prenſu facilis,totoq;
corpore mille uncos gerit hamos, ut qui tetigerint, illico hæreant, nec facilè
queant auelli. Verũ interea dum nugamur,rem haud paruã omiſimus. PLV.
Quam? MER. Nempe quia Theſaurum non adduxerimus,quo uel in primis
erat opus. PLV. Iſthac quidem ex parte bono ſis animo. Nam non niſi in ter-
ra relicto illo ad uos aſcẽdere ſoleo, iuſſoq; intus manere foribus occluſis,neq;
cuiquam aperire,niſi me uociferantẽ audierit. MER. Iam igitur Atticã adea-
mus. Tu me conſequitor chlamydi adhærens,donec extremã uiã attigerimus.
PLVT. Rectè facis Mercuri,quũ me per uiam ducis. Etenim ſi me deſereres, H
forſan oberrans in Hyperbolum aut Cleonem inciderem. Sed quis hic ſtridor
ceu ferri ſaxo impacti? MER. Timon hic eſt,qui proximè montanum & pe-
*Collatio pau-* tricoſum fodit ſolum. Papæ! adeſt & Paupertas,& Labor ille,tum Robur, Sa-
*pertatis, & eius effectus.* pientia, Fortitudo, atque id genus aliorum turba: quorum omniũ agmen Fa-
mes cogit,longè præſtantius quàm tui ſint ſatellites. PLV. Quin igitur quàm
ocyſſimè diſcedimus Mercuri? Neq; enim ullum operæpræciũ fecerimus cum
homine eiuſmodi uallato exercitu. MER. Secus uiſum eſt Ioui: quare ne me-
tu deterreamur. PAVPERTAS. Quò hunc nunc Argicida manu abdu-
cis? MER. Ad hunc Timonem,ad quem à Ioue ſumus ire iuſſi. PAV. Itá ne I
rurſum Plutus ad Timonem,poſteaquam ego hunc antea deliciis malè corru-
ptum ſuſcepi,commendansq; Sapientiæ & Labori,ſtrenuum,multiq; precii ui-
rum reddidi? Adeó ne deſpicienda, iniuriæq; idonea uobis Paupertas iudicor,
ut hunc,quæ mihi unica erat poſſeſſio,eripiatis,iam exactiſſima cura ad uirtu-
tem excultũ? Vt Plutus hic ubi denuo ſuſceperit,per contumeliã & arrogan-
tiam illi manu iniecta,talem reddiderit,qualis erat dudum,mollẽ & ignauum,
ac uecordẽ: rurſum mihi reſtituat,ubi iã nihili factus erit,& reiiculus? MER.
Sic ô Paupertas Ioui placitum eſt. PAV. Equidem abeo,at uos Labor & Sa-
pientia reliquiq; conſequimini me. Porrò hic breui cognoſcet qualis in ſe fue- K
rim,quam nunc relinquet: nempe adiutrix bona,& rerum optimarũ doctrix:
quicum donec habuit commercium,ſano corpore,ualentiq; animo perſeuera-
uit,uirilem exigens uitam, & ad ſeſe reſpiciens, ſuperuacua autem & uulgaria
iſta,aliena,ita ut ſunt,exiſtimans. MER. Diſcedunt illi, nos ad eum adeamus.
TIM. Quinam eſtis ô ſceleſti? aut qua gratia huc adueniſtis,homini operario
mercenarioq; negocium exhibituri? uerùm haudquaquã læti abibitis,ſceleſti ut
eſtis omnes: nam ego uos illico glebis & ſaxis petitos cõminuam. MER. Ne-
quaquã ô Timon,ne ferito,neq; enim feries mortales: uerùm ego ſum Mercu-
rius, hic Plutus. Miſit nos Iupiter,uotis tuis exauditis. Quare,quod bene uer-

tat,

A tat,opes accipe,desistens a laboribus. TIM. Atqui uos iam plorauerit is,etiam si dii sitis, ut dicitis. Siquidem odi pariter omnes tum deos, tum homines. Sed hunc cæcum,quisquis hic fuerit,mihi certum est ligone impacto comminuere. PLV. Abeamus per Iouem, Mercuri, quandoquidem hic homo mihi uidetur non mediocriter insanire:ne malo quopiam accepto discedã. MER. Ne quid ferociter Timon:quin exue potius penitus istam ferocitatem,asperitatémque, ac manibus obuiis excipe bonam fortunã. Rursum diues esto, rursum Athenien sium princeps: & ingratos illos despicito,quum solus florebis. TIM. Nihil mihi uobis est opus. ne obturbate. sat opum mihi ligo. præterea fortuna-
B tissimus sum si nemo propius ad me accesserit. MER. Adeóne quæso inhumaniter?

Hæc ego sæua Ioui refero atque immania dicta?

Atqui par erat forsitan homines tibi haberi inuisos,ut qui tã multa indigna in te cõmisissent:deos odio te prosequi,nequaquam erat consentaneum,quũ illi tãtopere tui curã agant. TIM. At tibi Mercuri,Iouiq;,quòd me respicitis,plurimam equidem habeo gratiam: cæterùm hũc Plutum nequaquam recepero. MER. Quid ita? TI. Quoniã pridẽ innumerabiliũ malorũ hic mihi fuit auctor,quum me assentatoribus proderet, insidiatores in me inuitaret, conflaret *Diuitiarum mala.*
C odium,illecebris corrumperet, inuidiæ obnoxium redderet: deniq; quum me adeò perfidè ac proditoriè destituerit. Contrà paupertas optima me laboribus uiro dignissimis exercens,mecumq; uerè & liberè conuiuens, & quibus opus *Paupertatis bona.*
erat,suppeditauit laboranti,& uulgaria ista docuit contemnere:effecitq; ut mihi uitæ spes omnis ex me ipso penderet,demonstrans quænam essent opes uerè meæ: nempe quas neque adulator assentans,neq; sycophanta minitans,neq; plebes irritata,neque cõcionator suffragiorũ auctor,neque tyrannus intentus insidiis queat eripere. Itaque iam ualidus effectus ob laborem, dum hunc agellum gnauiter exerceo,neque quicquam eorum quæ sunt in ciuitate malorum
D aspicio, abundè magnum & sufficientem uictum mihi ligo suppeditat. Quare tu Mercuri,quam uenisti uiam remetiens,recurre,unà tecum Plutum abducẽs ad Iouem. Illud mihi sat fuerit,si effecerit ut omnes mortales per omnẽ ætatem eiulent. MER. Nequaquam,ò bone. neque enim omnes ad eiulandũ sunt accommodi. Quin tu iracunda pueriliaq; ista missa face, ac Plutum excipe. non sunt reiicienda munera quæ â Ioue proficiscuntur. PLV. Vin' Timon ut contra te partes defendam meas? an grauiter feres si quid dixero? TIM. Dicito,ne multis tamen, neq; cum procemiis, quemadmodũ perditissimi isti solent Oratores. nam huius Mercurii gratia te feram paucis dicentẽ. PLV. Atqui mul-
E tis mihi potius erat dicendum, tot nominibus abs te accusato. Attamen uide num qua in re te, quẽadmodum ais, læserim, qui quidem dulcissimarum quarumq; rerum tibi extiterim auctor, opifexq;,auctoritatis,præsidentiæ,coronarum,aliarum item uoluptatum. mea opera conspicuus eras, celebris,& obseruandus. Cæterùm si quid molesti ab adulatoribus accidit, non mihi potes imputare: quin ipse magis abs te sum affectus contumelia,propterea quòd me tã ignominiosè uiris illis execratis suppeditaris, qui te mirabantur, ac præstigiis dementabant,mihiq; modis omnibus insidias struebant. Porrò quod extremo loco dixisti,te à me proditum desertumq; fuisse:istud criminis in te possum retorquere,quũ ipse sim modis omnibus à te reiectus, præcepsq; exactus ex ædi-

bus. Vnde pro molli chlamyde ſagũ iſtud chariſſimã tibi paupertas circumpo- F
ſuit. Itaque teſtis eſt mihi hic Mercurius, quãtopere Iouem orauerim ne ad te
ueniré, qui tam hoſtiliter eſſes in me debacchatus. MER. At nũc uides Plute,
in cuiuſmodi hominem ſit commutatus. Proinde audacter cum illo conſuetu-
dinem age. Tu uerò fode ita ut facis. Tu interim theſaurum ſub ligoné adduci-
to. Audiet enim ſi tu accerſiueris. TIM. Parendum eſt Mercuri, rurſuſq; di-
teſcendum. Quid enim facias, quum dii compellant? tamen uide in quas turbas
me miſerum coniicies, qui quidem quum ad hũc uſque diem feliciſſimè uixe-
rim, tantum auri repentè ſum accepturus, nihil commeritus mali, tantumq; cu-
rarum ſuſcepturus. MERC. Suſtine Timon mea gratia, tametſi graue eſt iſt- G
huc, atq; intolerandum, quò uidelicet palpones illi præ inuidia rumpãtur. Ego
porrò ſuperata Aetna in cœlum reuolauero. PLV. Abiit ille quidé, ſicut ap-
paret. nam ex alarum remigio facio coniecturam. Tu uerò hic opperire. ſiqui-
dem digreſſus Theſaurum ad te tranſmittam. ſed feri fortius. Tibi loquor auri
Theſaure, Timoni huic audiens eſto, offerq; temet eruendum. Fidi Timon al-
tius impingens. Cæterùm ego à uobis digredior. TIM. Age iam ô ligo, nunc
mihi tuas uires explica, neq; defatigere dum ex abdito Theſaurum in apertum
euocaris. Hem prodigiorum auctor Iupiter, amici Corybãtes, ac lucrifer Mer-
curi, undé nam auri tantum? Num ſomnium hoc eſt? Metuo ne carbones re- H
perturus ſim experrectus. Atqui aurum profectò eſt inſigne, fuluum, graue, &
aſpectu multo iucundiſſimum. Pulcherrima aurũ fauſtitas mortalibus: quip-
pe quod ignis in morem ardes, noctéſque & dies renides. Ades ò mihi cha-
riſſimmum deſideratiſſimúmque. Nunc demum credo uel Iouem ipſum olim
*Effectus diuitiarum.* aurum eſſe factum. Etenim quæ tandem uirgo non exporrecto ſinu uſq; adeò
formoſum amatorem excipiat per tegulas illapſum? O Mida Crœſeq;, ac mu-
nera Delphico in templo dicata, ut nihil eratis, ſi cum Timone, cúmque Ti-
monis opibus conferamini: cui ne Perſarum quidé rex par eſt. O ligo, & fa-
gum chariſſimum, uos huic Pani ſuſpendi commodum eſt. At ego quam- I
maximè ſemotum mercatus agrum, turriculáque ſeruandi auri gratia conſtru-
cta, uni mihi affatim uixero: ſepulchrũ item inibi mihi defuncto parare eſt ſen-
tentia. Hæc igitur decreta ſunto placitáque in reliquum uitæ: ſeiunctio, igno-
rantia, faſtidium erga mortales omneis. Porrò amicus, hoſpes, ſodalis, aut ara
miſericordiæ, meræ nugæ. Tum commiſerari lachrymantem, ſuppeditare
egentibus, iniquitas, ac morum ſubuerſio: at uita ſolitaria, qualis eſt lupis:
unus ſibi amicus Timon, cæteri omnes hoſtes, & inſidiarum machinatores.
Cum horum quopiam congredi, piaculum: adeò ut ſi quem aſpexero dun-
taxat, inauſpicatus ſit ille dies. In ſumma, non alio nobis habeantur loco, K
quàm ſigna ſaxea, æreáue: neque fœcialem ab illis miſſum recipiamus, neque
fœdera feriamus. Solitudo terminus eſto. Cæterùm tribules, cognati, popu-
lares, poſtremò patria ipſa, frigida quædam & ſterilia nomina, ſtultorúmque
mortalium gloriæ. Solus Timon diues eſto: deſpiciat omnes; ſolus ipſe ſe-
cum oblectetur, liber ab aſſentationibus, & oneroſis laudibus. Diis ſacra fa-
ciat & epuletur ſolus: ſibi ipſi uicinus, ſibi particeps, excutiens ſeſe ab aliis. Ac
ſemel decretum eſto, ut unus ſeipſum comiter accipiat, ſi moriendum ſit, aut
neceſſe habeat ſibi ipſi coronam admouere. Nullúmque nomen ſit dulcius,
quàm Miſanthropi, id eſt hominum oſoris. Morum autem notæ, difficultas,

aſperitas,

A asperitas, feritas, iracundia, inhumanitas. quòd si quem conspexero incendio
conflagrantem, obtestantem quò restinguam, pice oleoq; restinguere. rursum
si quem flumen undis abstulerit, isq; manus porrigens, imploret ut retineatur:
hunc quoque demerso capite propellere, ne possit emicare. hunc ad modū par
pari relaturus est. Hanc legem Timon tulit Echecratides Colyttensis: & con-
cionis subscripsit suffragiis idem ille Timon: Age hæc decreta sunto: hæc for-
titer tueamur. Cæterùm magno emerim ut id omnibus innotescat, quòd opi-
bus abundo. nam illa res illos præfocauerit. Sed quid illud? Hem, quæ trepida-
tio? Vndique concurrūt puluerulenti atq; anheli, haud scio unde aurum odo-
B rati. Vtrum igitur hoc conscēso colle saxis eos abigo, è sublimi deiaculans: an
hac tantùm in re legem uiolabimus, ut semel cum illis congrediamur, ut ma-
gis angantur fastiditi, repulsiq;? Ita satius esse duco. Itaque restemus, quò illos
excipiamus. Age prospiciam. primus eorum iste quis est? Nempe Gnathonides
adulator, qui mihi nuper cœnam petenti, funem porrexit, quum apud me sæ- *Comites diui-*
penumero solida dolia uomuerit. Sed bene est quòd ad me uenit: nam primus *tiarum adula-*
omnium uapulabit. GNATH. An non dixi Timonem uirum bonū non ne- *tores & scurra.*
glecturos esse deos? Salue Timon formosissime, iucundissime, cōuiuator bel-
lissime. TIM. Scilicet & tu Gnathonides, uulturum omniū edacissime, atque
C hominum perditissime. GNA. Semper tibi grata dicacitas. Sed ubi compota-
mus? Nam nouam tibi adfero cantilenam ex his quos nuper didici dithyrābis.
TIM. Atqui elegos canes admodū miserabiles, ab hoc doctus ligone. GNA.
Quid istuc? Feris ò Timon? Attestor, ò Hercules, Hei, hei. in ius te uoco apud
Areopagitas, qui uulnus dederis. TIM. Atqui si cunctere pauliſper, mox cæ-
dis me reum ages. GNA. Nequaquam: quin tu planè uulneri medere, paulu-
lo auri inuncto. Mirum enim in modum præsentaneū id est remedium. TIM.
Etiam manes? GNA. Abeo. At tibi malè sit, qui quidem ex uiro cōmodo tam
sæuus factus sis. TIM. Quis hic est qui accedit recaluaster ille? Philiades, assen- *Assentatores.*
D tatorum omniū execratissimus. Hic quum à me solidum acceperit fundum,
tum filiæ in dotem talenta duo, laudationis præmium, quum me canentem re-
liquis silentibus omnibus solus maiorem in modum extulisset, deierans me uel
oloribus magis canorum: ubi me pridem ægrotū conspexisset, (nam adieram
oraturus ut mei curā ageret) plagas etiam egregius ille uir impegit. PHILIA-
DES. O impudētiam! nūc demū Timonē agnoscitis: nunc Gnathonides ami-
cus & conuiua. enimuero habet ille digna se, quando quidē immemor est atq;
ingratus. At nos qui iam olim conuictores sumus, æquales ac populares: tamen
modestè agimus, ne insilire uideamur. Salue here. fac ut istos adulatores sacri-
E legos obserues, qui nusquam adsunt nisi in mensa: præterea à coruis nihil dif-
ferunt. Neq; posthac huius ætatis mortalium ulli fidendum est. Omnes ingra-
ti, & scelesti. At ego quum tibi talentū adducerem, quo posses ad ea quæ uel-
les uti, in uia accepi te summas quasdam opes esse nactum. Proinde accessi his
de rebus admonituru te: quanquā tibi forsitan me monitore nihil erat opus,
uiro nimirum adeò prudenti, ut uel Nestori ipsi, si necesse est, consilium dare
queas. TIM. Ita fiet Philiades. sed age accede, quò te ligone comiter accipiam.
PHIL. Viri, caput mihi comminutū est ab hoc ingrato, propterea quòd eum
ea quæ in rem illius erant, admonui. TIM. Ecce tertius huc orator Demeas
se recipit, tabulas dextra gestans, aitque se mihi cognatum esse. Hic una die de

*Heredipeta.* meo ſedecim talẽta ciuitati dependit: nam damnatus erat, ac uinctus. at quum F
ſoluendo nõ eſſet, ego miſertus illum redemi. Porrò quum illi ſorte obueniſſetut Erechtheidi tribui diſtribueret ærarium, atq; ego audiens, id quod ad me redibat, poſcerẽ, negabat ſe ciuem noſſe me. D E M. Salue Timon, præcipuum generis tui præſidium, fulcimentum Athenienſium, defenſaculum Græciæ. Profectò iamdudum te populus frequens & utraq; curia opperitur. Sed prius decretum audi, quod de te conſcripſi: Quandoquidem Timon Echecratidæ filius, Colyttenſis, uir non modò probus & integer, uerùm etiã ſapiens, quantum alius in Græcia nemo, nunquam per omnẽ uitam deſtitit optimè de Rep. mereri: tum autem in Olympicis uicit pugil, & lucta curſuque die eodem, ad G
hæc ſolenni quadriga, equeſtriq; certamine. T I M. At ego ne ſpectator quidem unquam in Olympicis ſedi. D E M. Quid tum? ſpectabis poſthac. ſed iſta communia addi ſatius eſt. Tum anno ſuperiore apud Acharnenſes pro Rep. fortiſſimè ſe geſſit, & Peloponenſium duas acies concidit. T I M. Qua ratione? quippe qui nec unquam arma geſſerim, neq; unquam militiæ dederim nomen. D E M. Modeſtè tu quidem de teipſo loqueris, nos tamen ingrati futuri ſumus, niſi meminerimus. Præterea in ſcribendis plebiſcitis, & in cõſultationibus, & in adminiſtrandis bellis non mediocrem utilitatem attulit Ripub. His de cauſſis omnibus uiſum eſt curiæ, plebi, magiſtratibus tributim, plebeiis ſin- H
gulatim, communiter uniuerſis, aureum ſtatuere Timonem iuxta Palladem in arce, fulmen dextera tenentem, radiis tempora ambientibus: utq; ſeptem aureis coronis coronetur, hæq; coronæ hodie in Dionyſiis per Tragœdos nouos promulgentur. Siquidem hodie illi Dionyſia ſunt agenda. Dixit hoc ſuffragium Demeas orator, propterea quòd cognatus illius propinquus, ac diſcipulus eius ſit. Nam & orator optimus Timon: præterea quicquid uoluerit. Hoc igitur tibi ſuffragiũ. Sed utinam & filium meũ ad te pariter adduxiſſem, quem tuo nomine Timonem appellaui. T I M. Quî potes Demea, quum ne uxorem quidem duxeris unquam, quantum nobis ſcire licuit? D E M. At ducam nouo I
ineunte anno, ſi deus permiſerit, liberiſq; operam dabo. Tum quod erit natum (erit autem maſculus) Timonem nuncupabo. T I M. An uxorem tu ſis ductu-rus, equidem haud ſcio, tãta à me plaga accepta. D E M E. Hei mihi. quid hoc eſt rei? Tyrannidem Timon occœptas? pulſasq; eos qui ſunt ingenui, ipſe nec ingenuus planè, nec ciuis? uerùm propediem pœnas daturus, quum aliis nominibus, tum quòd arcem incenderis. T I M. Atqui nõ conflagrauit arx, ſceleſte. proinde palàm eſt te calumniatorẽ agere. D E M E. Verùm effoſſo ærario dilues effectus es. T I M. Atqui non effoſſum iſthuc, unde ne hæc quidem probabiliter abs te dicuntur. D E M E. Verùm effodietur poſthac. ſed tu interim K
omnia quæ in eo condita, poſſides. T I M. Alterã itaq; plagam accipe. D E M. Hei ſcapulis meis. T I M. Ne uociferare: alioqui & tertiam tibi illidam. Etenim res planè ridicula mihi acciderit, ſi quum inermis duas Lacedæmoniorũ acies fuderim, unũ ſceleſtum hominẽ non protriuero. Tũ fruſtra uicerim in Olympiis, & pugil, & palæſtrites. Sed quid hoc? an non philoſophus Thraſycles hic
*Pſeudophiloſophorũ habitus.* eſt? Profectò ipſus eſt, promiſſa barba, ſubductiſq; ſuperciliis, & magnũ quiddam ſecũ murmurans accedit, Titanicũ obtuens, cæſariem per ſcapulas fluentem uentilans, alter quidã Boreas, aut Triton, quales eos Zeuxis depinxit. Hic habitu frugalis, inceſſu moderatus, amictu modeſtus, manè mirum quàm multa

de uir-

A de uirtute disserit, damnans eos qui uoluptate capiuntur, frugalitatem laudans: at ubi lotus ad cœnam uenit, puérque ingentem illi calicem porrexit (meraciore autem maximè gaudet) perinde ut Lethes aquam ebibens, à dilucularijs illis disputationibus diuersissima quæ sunt exhibet, dum milui instar præripit obsonia, & proximũ cubito oppositio arcens, mento interim condimentis oppleto, dum canum ritu ingurgitat, prono incumbens corpore, perinde atque in patinis uirtutem inuenturum sese speret, dúmque usqueadeo diligenter catinos extergit indice digito, ut ne paululum quidem reliquiarum sinat adhærere, nunquam non querulus, tanquam deteriorem partem acceperit, uel si to-
B tam placentam aut suem solus omnium accipiat: qui quidem edacitatis & insatiabilitatis est fructus, temulentus, uinóque bacchatus, non ad cantum modò, saltationemq; uerùm ad conuicium usque, & iracundiam. Ad hæc multus inter pocula sermo (tum enim uel maximè) de temperantia, sobrietateq;: atq; ista quidem loquitur, quum iam à mero malè affectus ridiculè balbutit. Accedit his deinde uomitus. Postremò sublatum eum de conuiuio efferunt aliqui, ambabus manibus tibicinæ inhærentem. Quanquam alioqui ne sobrius quidem ulli primariorum cesserit, uel mendacio, uel confidentia, uel auaritia. Quin & inter assentatores primas tenet. peierat promptissimè, anteit impostura, comita-
C tur impudentia. In summa prorsus admirandum quoddam spectaculum est, omni ex parte exactum, uarieq; absolutum: proinde non eiulabit clarius uidelicet, quum sit modestus. Quid hoc? papæ! tandẽ nobis Thrasycles? THR. Non hoc animo ad te uenio, Timon, quo pleriq; isti, qui nimirũ opes admirati tuas, argenti, auri, opiparorum conuiuiorum adducti spe, concurrũt, multaq; assentatione deliniunt te, hominem uidelicet simplicẽ, facileq; impartientẽ id quod adest. Siquidem haud ignoras offam mihi in cœnam sat esse, tum opsoniũ suauissimum cepe aut nasturcium, aut siquãdo lubeat lautius epulari, pusillum salis. Porrò potum fons Athenis nouem saliens uenis, suppeditat. Tum pallium
D hoc quauis purpura potius. Nam aurum nihilo magis apud me in precio est, q̃ calculi qui sunt in littoribus. Sed tua ipsius gratia huc me contuli, ut ne te subuerterit pessima ista atq; insidiosissima res, opulentia: quippe quæ multis sæpenumero immedicabilium malorũ extiterit causa. Etenim si me audies, potissimùm opes uniuersas in mare præcipitabis, utpote quibus nihil sit opus bono uiro, quiq; philosophiæ possit opes perspicere. Ne tamen in altum ô bone, sed ferme ad pubem usq; ingressus, paulò ultra solum fluctibus opertũ, me quidem uno spectante. Quòd si hoc non uis, tute igitur eas potiore uia ex ædibus eiicito, ac ne obolum quidem tibi facias reliquum, uidelicet largiens iis quicunque
E opus habent, huic quinq; drachmas, illi minã, alii talentũ. Porrò si qui erit philosophus, hunc æquum est duplam aut triplam ferre portionem: quanquã hoc quidem mihi non mea ipsius gratia postulo, sed quò amicis, si qui egebunt, donem: sat est si modò peram hanc largitione tua expleueris, ne duos quidẽ modios Aeginiticos capientem. Nam paucis contentum modestúmque conuenit esse eum qui philosophatur, neque quicquam ultra peram cogitare. TI. Equidẽ ista quæ dicis, probo, Thrasycles: ergo, si uidetur, priusquã peram expleam, age tibi caput opplebo tuberibus, posteaquam ligone sum mensus. THR. O libertas, ô leges, pulsamur ab impurissimo libera in ciuitate? TI. Quid stomacharis ô bone Thrasycles? num te defraudaui? Atqui adiiciam ultra mensuram

*Gula & uoracitas pseudophilosophorum.*

chœnices quatuor. Sed quid hoc negocii? Complures ſimul aduenium, Blepſias ille,& Laches,& Gniphon,breuiter agmen eorum qui uapulabunt. Itaq; quin ego in rupem hanc conſcẽdo,ac ligonem quidem iamdudum fatigatum, pauliſper interquieſcere ſino : at ipſe plurimis congeſtis ſaxis, procul eos lapidum grãdine peto? B L E P. Ne iace Timon. abimus enim. T I M. At uos quidam nec citra ſanguinem,nec abſque uulneribus.

## ALCYON, SIVE DE TRANSFORMATIONE,
### Auguſtino Datho Senenſi interprete.

ARGVMENTVM.

*In hoc dialogo de poteſtate diuina diſputat Socrates,quòd ſcilicet Deo poſſibilia ſunt omnia,& quòd nos illius operum atque effectuum cauſas intellectu ac ratione conſequi nõ poſſumus. Eſſe enim nos,quod ad collationem Dei & rerum æternarum attinet,pueros,ac ueluti cæcos. Quòd autẽ Deus multa facilè efficiat quæ nobis impoßibilia uidẽtur,probat primùm à ſigno ſiue exemplo tempeſtatum,quæ illius prouidentia ſeu adminiſtratione ex maximis & turbulentiſſimis ſubitò in ſummam tranquillitatem & ſerenitatem conuertuntur. Item ab incremento & collatione ætatum hominis, cum æquè mirum ſit ex puero imbecilli ac paruo uirum tantum & tam fortem fieri. Poſtremò ab effectis & ui naturæ, quæ cum Deo longè inferior ſit, tamen ea quæ nobis ratione ſcilicet ac ſenſu omnia metientibus,impoßibilia uideri poterant, operatur. Occaſio dialogi ſumitur à cantu & obiectu Alcedinis : diſputationis autem, à fabula quæ de transformatione illius narratur.*

### CHAEREPHON.

QVAE uox inſonuit nobis ô Socrates procul à littoribus & promontorio illo? quàm iucunda auditu! quodnam eſt inquam uocale hoc animal? Nã muta quidem ſunt quæ in aquis degũt. SO. Maritima quædam ales ô Chærephon, cui Alcyon nomẽ eſt, luctuoſa admodum,& perquam flebilis: de qua uetus iampridẽ hominibus fabula proditur. Etenim ferunt hanc aliquãdo mulierem Aeoli Græci filiam,quem à puella uirũ acceperat, ſtudii atque amoris gratia lugere mortuum , Trachinium Ceyca Luciferi Aſtri pulchri atque honeſti patris pulchrum quoque atq; honeſtum filium . Mox uerò diuino quodã numine pennis circumfuſam,uolucris inſtar maria circundare,atque illum perquirere. Cæterùm terram omnem peragrans, inuenire haudquaquam potuit. CHAER. Nunquidnam Alcyon eſt quod ais? Neque ego unquam antè hãc uocem audieram, at mihi quidem externa quæpiã contigit. Lugubrem ſcilicet perquam uerè uocem profundit animal. Cuiuſmodi quæſo & hoc eſt ô Socrates? SOC. Non magnum,Chærephon: at magnum ob coniugalem pietatem à diis accepit honorem. Siquidem in nidulatione iſtarum auium & Alcyonum quas appellant,dies mundus agit per mediam quoque hyemem tranquillitatis differẽtis, è quibus eſt & hodierna præſens nunc in primis. Nónne cernis ſumma ac ſuperiora maris, quàm ſereniſſima? Pacatum autem ac tranquillum omne pelagus,ſimile deniq;(ut ita dixerim)ſpeculi? CHAE. Rectè dicis. uidetur nanque hodierna Alcyonis dies . ſed & heſterna quoq; talis quæpiam fuit. Sed per deos quæſo,nunquid opus eſt iis fidem adhibere, quæ initio habita ſunt, ô Socrates,ut uel ex auibus mulieres aliquando effectæ ſint,uel ex mulieribus aues? Nullo enim pactó tale quippiam uidetur fieri poſſe. SOC. O amicè Chærephon, uidemur nos quidẽ & eorum quæ fieri poſſunt,& eorum quoque quæ effici nequeãt,tardi atque obtuſiores quidam eſſe iudices. Nam iudicamus nos

planè

A planè pro humanæ facultatis uiribus,quæ & rerum ignara ac rudis eſt,& difficilè adducitur ut credat,ſed & nequaquam perſpicaciter intuetur. Itaque compluria nobis & de iis quæ facilia ſunt,difficilia:& quæ cõſequi poſſunt, impoſſibilia ſæpe uidentur. Atque id quidem nõnunquam per imperitiam, ſæpenumero uerò ob quandam mentium ipſarum infantiam. Omnis nanque homo infans utiq; uidetur eſſe, uel ultima ſenectute prouectus: quãdoquidem puſillum admodũ, ac nouellum eſt uitæ tempus ad uniuerſum æuũ. Quid eſt igitur ô bone uir,quod ex eiuſmodi rebus, poſſibilés ne, an impoſſibiles ſint, dicere quippiam poſſint ii quos deorum ac dæmoniorum latent poteſtates,quibúſue
B totius naturæ uis incognita eſt? Meminiſti ô Chærephon quanta nudiuſtertius tempeſtas extiterit? Nam uel cogitantem quidem tum fulgura illa ac tonitrua, tum uentorum incredibiles atque immenſas magnitudines,cogitantẽ inquam pauor inceſſit. uereretur forſitan quiſpiam uniuerſam iamiam ruituram mundi fabricam. Porrò uerò admirabilis quædam tranquillitatis conſtitutio exorta eſt,quæ ipſa & hactenus perdurauit. Vtrum igitur maius ac difficilius arbitraris eſſe, eám ne ſerenitatem ex illo uehementiſſimo turbine ac perturbatione traducere transferréque in tranquillitatem per mũdum omnem,an potius mulieris formam transfiguratam in auis cuiuſpiam ſpeciem cõuertere? Etenim
C & pueri noſtri quoque huiuſmodi aliquid fingere ac formare ſcientes,limum cerámue cum ceperint, facillimè ex eadem maſſa uarias multiplicéſque tranſfigurant formarum naturas. Diuino autem numini, quicũ ne minima quidem ex parte noſtræ facultates cõferri debent, perfacilia ac prona hæc ſunt omnia. Tum mundũ omnem quanto teipſo maiorẽ putas eſſe? Dicás ne tu? CHAE. Quis hominum ô Socrates huiuſmodi quicquam uel cogitatione cõplecti,uel oratione conſequi ualeat? Neque enim id dicendo quiſquam aſſequatur. SO. Itaque iam cernimus homines,ſi fortè inuicem cõferantur,permultum differre inter ſeſe,præſtaréq; alterum alteri tum uiribus, tum etiam imbecillitatibus.
D Etenim matura hominum ætas collata ad pueros penitus infantes,quinq; puta decémue dies natos, quàm magnum quæſo, quamq; admirabile diſcrimen habet & infirmitatis,& roboris,cum in omnibus ferè uitæ actionibus,atq; artium ſtudiis,tum in iis quoque omnibus quæcunq; aut corpore adminiſtrantur, aut animo gerũtur? Hæc nãque(id quod paulò antè dixi)tenerioribus pueris ne in mentem quidem uidentur uenire poſſe. Ac roboris quidem magnitudo eius qui perfecta ætate ſit, quantam, quámue immenſam atque inæſtimabilem præ illis præſtantiam habet? Myriadas enim talium uir unus permultas manu complectatur, & quidem facilè. Aetas nanq; ab ipſo initio imperita prorſus rerum
E omnium,& quæ moliri nihil poſſit, hominibus natura contingit. Cum igitur homo homini(ut uidetur)tantum interſit: quid cenſebimus uniuerſum uideri cœlum præ noſtris facultatibus,iis qui talia hæc cognitione aſſequantur? Credibile itaque fortaſſis pleriſque uidebitur,cuiuſmodi habet mundi magnitudo præſtantiam ad Socratis & Chærephontis formam: eiuſmodi & ipſum poteſtate, & prudentia, ac denique cognitione ſimiliter eam quæ in nobis ineſt antecellere facultatem. Proinde multa & tibi, & mihi, ſed & aliis quibuſcunq; perinde ac nos ſunt, impoſſibilia uidentur ex iis quæ aliis forſitan perfacilia ſunt: quandoquidem & tibia uti iis qui tibicines non fuerint, & legere ac ſcribere Grammaticæ artis ignaris impoſſibilius eſt,ut qui illa ignorant,quàm aut mu-

lieres cõſtituere ex auibus,aut ex mulieribus aues. Ac natura quidem cum in- F
forme ferme animal cõpararet, & pedum & manuum & pennarũ expers:pe-
des ſubiiciẽs, atque adhibens pennas,ſed & uarietate quadam multipliciũ ua-
riorumq; colorum exornans,apẽ effinxit, ſapientem diuini mellis effectricem.
Quinetiam ex mutis ouis atq; inanimis compluria genera cõſtituit animalium
tum uolucrium atq; terreſtrium,tũ etiam aquatilium, ætheris magni (ut non-
nulli tradunt)ſacris utens artibus. Quamobrem immortalium poteſtates (quæ
profectò quammaximæ ſunt) mortales nos, ac puſilli, & qui nec magna, nec
etiam parua percipere ualeamus, pleraq; etiam addubitemus eorum quæ cir-
ca nosipſos uerſantur:haud firmum quicquam uel de Alcyonibus, uel de phi- G
lomelis tradere poſſimus. Cæterùm gloriam fabularum,qualis à patribus pro-
dita eſt, talem & pueris meis ô ales queſtuum ac luctuũ(debeo enim) præbue-
ro de tuis laudibus. Tuum uerò pium ac ſtudioſum uiri amorem concinã cre-
brò uxoribus meis Xanthippæ,ac Myrto,referens cum alia multa,tum in pri-
mis quem à diis honorem conſecuta es. Tu quoque ô Chærephon huiuſmodi
aliquid feceris. CHAER. Decet igitur planè ô Socrates, & quæ abs te dicta
ſunt,duplicem ut habeant perſuaſionem,ad mulierum inquã conſuetudinem,
ac uirorum. Iam igitur Alcyoni ſalutatione facta,regredi ad urbem ex Phale-
rico tempus. SO. Sanè quidem:igitur ſic faciamus. H

## PROMETHEVS, SIVE CAVCASVS,

### Ottomaro Luſcinio interprete.

ARGVMENTVM.

*Videtur hoc dialogo Lucianus,id quod & in ſequentibus facit,Deorum gẽtilium uanitatem,& ineptam de illis perſuaſionem hominum reprehendere atque irridere uoluiſſe. Occaſionem autem ſumpſit ex fabula Promethei,quem poetæ fingunt,eò quòd Iouem in diſtributione carnium decepiſſet, deinde & homines formaſſet,poſtremò autem è cœlo ignem ſurreptum terris intuliſſet:à Ioue Caucaſo alligatum, aquilamq; immiſſam,quæ hepar illius carpẽdo attereret. Fingit itaq; hic interea dum rupibus affigitur,cauſam dicere,& apud Mercuriũ & Vulcanũ ſe de criminibus obiectis purgare. Primùm de diſtributione carniũ,per extenuationẽ, dicendo iocũ fuiſſe cõuiualem,non fraudẽ,neq; tantum ſupplicii mereri, ex aduerſo priora ſua merita* I
*referendo. Secundo loco de plaſtice,ubi bifariã reſpõdet,& ſuper eo,an homines in uniuerſum finxiſſe,Dijs damnoſum fuerit:& ſuper modo & forma,oſtendens non modò nihil incommodi fictionẽ hominis attuliſſe Dijs,uerũ etiã utilẽ & propè neceſſariã fuiſſe. Deinde & hac forma,ita ut Deos referrent facie,& rationis participes eſſent, neceſſe fuiſſe creari. Vltimo de furto ignis reſpõdet, neq; cœleſti igni quicquam ademptum eſſe,& ad officiũ Deorũ pertinere,ut homines iuuent:præſertim cũ ea re ipſi neq; opus habeant,neq; utantur,homines autem ſacrificando indigeãt,& ad ipſorum Deorũ miniſteriũ adhibeant. Occaſio apologiæ ſumitur ex eo,quòd cum Prometheus ſui miſereri Mercuriũ iuberet,ille contrà meritò eum pati hæc dixerat.*

### MERCVRIVS.

EN tibi Caucaſum ò Vulcane, cui miſer hic Titã affligendus eſt. Itaque circũſpiciamus ſicubi locus pateat in præcipiti, nudatus K
niue,cui firmius infigantur uincula, & unde ſuſpẽſus ipſe magis promineat,& fiat cõſpicuus. VVLCANVS. Circũſpectandũ profectò Mercuri nobis eſt, ne humili loco ac prope terram affixus,plaſmatis ſui(nempe hominum) experiatur auxilia:aut rurſus in ſublimi propendens, iis qui in montis radice uerſantur, minimè appareat. Quamobrem,niſi aliter tibi uiſum fuerit,hic in montis medio ſupra conuallem,paſſis hinc atq; illinc è regione manibus,cruci affigatur. MERC. Rectè dicis. prærupta enim hic undiq; ſunt ſaxa, & nemini acceſſa, quippe propendentia parumper in præceps,tanta proinde anguſtia,ut nullum penitus recipiant ueſtigium

A gium,quum uix ſummis hic inſiſtas pedibus:denique quammaximè opportuna in quibus furca fiat.Ne igitur cunctéris Promethee, ſed aſcende, & præbe te monti affigendum. PROM. At uos ſaltem ô Mercuri & Vulcane, miſereſcite mei,qui citra ullam prorſus noxam calamitatē iſtam incidi. MERC. Miſereſcite,ais Promethee? Tanquam parum ſit tibi Caucaſo alligari, niſi nos quoque ambos Iupiter eidem pœnæ mox deſtinet,ueluti mandato ſuo immorigeros? Sed tu porrige dextram. Vulcane tu reclude,& affige malleo potenter immiſſo.Præbè læuam,quò & illa rite implicetur.Bene actum.iam nūc deuolatura tibi aquila iecur depaſcet, ne quippiam tibi unquam deſit præmii pro
B opere illo tuo tum pulchro, tum ingenioſo. PROM. O Saturne, ô Iapete, & tu Tellus parens, infelix ego quibus afficior pœnis, qui neque facinus unquam graue admiſerim! MERC. Nullum facinus,ais Promethee?qui primò quidem diſtribuendarum carnium obiens munus, mirū quàm uafrè egeris atque improbè. opinam enim partem tibi ſubducens, Ioui oſſibus candido adipe uelatis impoſuiſti. Heſiodi ipſius mihi iam in mentem uenit, qui mehercle de hac re uerba facit. Deinde & homines effinxiſti, animantis genus quo non eſt aliud uerſutū magis ac callidum, & quidem maximè omnium mulier. Su-
C per omnia autem ignem theſaurum deorum multo omnium præſtantiſſimum furtim ſurripuiſti, hominibus eiuſce uſum tradens. At uerò quū tanta admiſeris flagitia,mirum quomodo dicere auſis te quaſi inſontem & nemini prorſus iniurium uinculis implicari.PROM.Videris quoq; & tu mihi Mercuri,iuxta poëtam,incuſare innocuum,quādò talia mihi obiicis,quæ ego iure optimo me feciſſe cōtenderim, ob quæ equidem in Prytanéo publicè alendum me,ſi pro merito mecum ageretur, cenſuiſſem . Verùm ſi uacat tibi audire ex me defenſionem minimè iniucūdam, ego detortam in me culpam,facili conatu diluere curauero,ſimul atque perſpicuum fuerit oratione mea,quàm iniquè aduerſum
me Iupiter pronunciauerit.Tu uerò quādoquidem tam eloquio polles, quàm
D iuris ſcientia,Iouis partes tuearis:denique effingas, ut lubet,quòd me haud iniuria prope portas Caſpias Caucaſo iſti affigendum iudicarit,quò miſerrimum Scythis omnibus fiam ſpectaculum. MERC. Inanem inſumis operam Promethee,ſi prouocare uelis à Iouis in te lata ſentētia. tentare enim iſthuc,prorſus exiſtimo inutile. Verùm quandò alioqui tantiſper mihi hic manendum eſt dum ex arduo aduolet aquila, quæ hepatis tui curam gerat:occaſionem nimirum hæc nobis mora miniſtrabit te auſcultandi declamātem, qui præter aſtum quo cunctos mortales ſuperas,Rhetoricen quoque probè calles.PROME. Primùm igitur Mercuri tu uelim dicas,quibus de rebus mecum pater tuus ex-
E poſtulet:quas dein exaggerare tibi licebit,& longè grauiſſimas facere. Caueto autem in primis, ne prætermiſſum tibi aliquid excidat. Cæterùm tu Vulcane cenſor eſto, ac de cauſa cognoſcas uelim. VVLCAN. Ita me amet Iupiter,pro iudice accuſator tibi futurus ſum,eò quòd compilato igni,gelidam mihi officinam reddideris. PRO. Partiri igitur uos conueniet actionē, ut tu quæ ad furtum pertinent, in unum congeras : at Mercurius quæ hominum formationi conueniunt,carniúmque diſtributioni,impugnare conetur. Nihil autem uideo quod uos remoretur, quum ambo ſitis egregii artifices, & ad compoſitè dicendū impēdiò inſtructi. VVLCAN. Mercurius meam obibit prouinciam,cui hæc non obiter curæ ſunt,utpote Rhetori.nam ego quum haudqua-

*Accuſatio Promethei.*

*Mulier maximè omniū callida.*

quam in iudicialibus dissertationibus uersor, sed magis circa focum, ibiq; non F
nihil est quod meæ possunt uires. quo pacto oratorem agã, non uideo. PRO.
Nihil est quòd Mercurium de furto dicturum suspicer. Quomodo enim furti
me sugillauerit, cuius ipse auctor est? Vnde necessitudo quædam mihi cum
Mercurio intercedit, propter idem artificiũ. Atqui tempus expetit ô Maiæ so-
boles, si me culpæ cuiuspiam arguere uelis, ut modò proponas accusationem.
MERC. Si mihi propositum sit malefacta tua insectari, longa profectò ora-
tione opus fuerit, & apparatu aliquo. neque enim quasi compendio quodam
*Capita accusationis.* recensere crimina satis est, quo pacto uidelicet commisso tibi distribuẽdarum
carnium officio, Regem meliori parte fraudaueris, atque illam pro te seruaris: G
quódque homines, quos esse minimè decebat, effinxeris: deniq; quòd ignem
quoque à nobis sustuleris, ad illos eum perferens: qua in re abusus es profectò
uir optime, Iouis benignitate, ac uisus es mihi eam parùm intellexisse. At uerò
si hæc inficiaberis te admisisse flagitia, longiore tecum utemur sermone, quo
simul & dicta tua refellamus, & ut ueritas quammaximè fiat perspicua, labo-
remus. Cæterùm si ea concesseris quæ de carnium diuisione diximus, homi-
nibus recèns formatis, atque ablato igni, abũde iam mihi in hac accusatione sa-
tisfactum est. Quod enim pluribus opus? quandò aliter dicere, iam planè sit nu-
*Promethei apologia: & primum de distributione carnium.* gari. PROM. Siquidem isthuc an sit nugari, posthac uiderimus: nunc uerò H
quoniam absoluta tibi est aduersum me (ut ais) accusatio, ego, præpotens Mer-
curi, hæc obiecta facilè amoliri tentauero. Et primò quidem audi obsecro quæ
dicam de carnibus. Cœlũ testor, si me non Iouis loco nunc pudet ut recenseam
quàm ille sit pusillanimus & querulus, non tã aliam ob causam, quàm quia mi-
nutula quædam ossa in portione quæ sibi fortè obtigerat, offendit, & huius rei
gratia me tanto nunc tempore à cunctis pro deo habitum, palis huc affigen-
dum misit: immemor sanè quibus eum iuuerim beneficiis, neque satis probè
perpendens cuius momenti sit tantæ indignationis origo atque materia. Nam
quis non uidet puerilem hanc esse iram, ut excandescas, & iniquo feras animo, I
quia maiorem partẽ non acceperis? Verùm quãto foret æquius Mercuri, con-
uiualium huiuscemodi fraudium deinceps ne recordari quidem, & dimissa ira,
sympotii delictum ueluti lusum æstimare atque iocum? Quippe quum in cra-
stinum cõtinere odium, & meminisse iniuriæ ueteris, haudquaquam reges de-
*Conuiuia quibus rebus exhilaranda.* ceat, ne dicam deos. Sed agedum tollamus è conuiuiis lepõres illos & sales, ri-
sum, & subdolas captiones: quid, oro, præter temulẽtiam, edacitatem, & silen-
tium fiet reliqui? Quæ quum tristia admodum sint, & parum iucunda, decen-
tius exulare crediderim huiuscemodi à conuiuio. Nam Iouem in posterũ diem
recordaturum quis oro putaret huiusce distributionis carnium, in qua nil præ- K
ter iocum notares ac lusum? Vt ne interim dicam quòd molestè nonnihil esset
laturus, tanquam his rebus leuiculis potuerit offendi. Nil enim aliud explora-
re uolebam in ea diuisione, quàm in delectu partium meliorem num Iupiter
ab aliis dignosceret. Sed age Mercuri, ut illi iam aliquid concedamus, minorem
portionem ei tradidimus in partitione: adde quòd fœdam, quòd horrẽdam at-
que molestam: &, si lubet, finge me omnino portionem sustulisse: quid tum?
Nũquid ideo decebat ut cœlum (ceu prouerbio dicitur) terræ misceretur, uin-
cula excogitarentur, & cruces, totúsque Caucasus, aquilæ dehinc demitteren-
tur, quæ hepar dilaniarent? Fallor si hæc non sunt aperta pusillanimitatis indi-

cia,

A cia, animiq; ignobilis, & propensi in iram. Nam quũ hæc agit ob pauculas carnes, quid oro feciſſet ſi bos integer illi fuiſſet ademptus? Videre iã licet homines in pari negocio longè modeſtius affectos, qui quum diis immortalibus natura ſint inferiores, acrius illos excandeſcere par erat quàm deos. Atqui nemo hactenus fuit qui coquũ cruci adiudicarit eam ob cauſam, quòd carnes elixãs, immiſſum iuſculo digitum uiſus ſit circumlambere, aut ex ueru nonnihil toſtarum carnium uellens uoraſſet. Magis enim ueniam illis impertiũt, niſi uehementer fuerint irati. tunc enim incutiunt coquo pugnum, aut uerberãt genas: uerùm qui in crucem ullum ſuſtulerit, inuenias neminem. Et hæc de carnibus,

B uilis ſanè defenſio: ſed unde multo uilior planè ac turpior in Iouem redundet accuſatio. Tẽpus nunc monet ut de plaſmate & hominibus à me formatis diſſeratur: qua in re geminam conſtat ſitam eſſe accuſationem: neque ſatis cõpertum habeo Mercuri, cuiuſnam culpæ me primò reum agas: num illius, quòd homines haudquaquam procreari debuerint, qui mouerentur: ſed conducibilius foret terram ipſam unde ſunt progeniti, prorſus eſſe otioſam. An uerò quòd formari quidem homines haud fuerit abſurdum, ſed longè aliter, & fermè ad aliam figuram ac formam, quàm ego illos fabricarim. Ego ad utrunque facilè reſponderim, ſimul atq; oſtendere tentauero, quòd nõ modò nulla peni-

C tus iactura malóue deorũ, homines in uitam ſunt adducti, uerùm etiam quòd in rem eorum iſthuc potiſſimùm cedat, magis quàm ſi (ut iam olim fuit) tellus deſerta, & hominibus qui eam colerent, deſtituta maneret. Sic enim nullo negocio palàm fiet num ego deliquerim in hac formæ humanæ renouatione, quam ſolam conſtat diuinam eſſe, & planè cœleſtem. Quum itaque tellus inculta, rudi ac hirta ſylua horreſceret, ac ſqualeret ſitu, adeò ut neq; uſpiam gentium uideres aras deorum, templum, ſtatuam, ſimulachrum, aut aliud huiuſcemodi, quemadmodum ſumma diligentia iam undique apparent hæc elaborata, non ſine eximia deorum ueneratione: ego quũ alioqui propenſus ſum ad pro-

D uidendum in commune, ne quid deſit quod ad incrementum rei diuinæ, decus ac uenuſtatem pertineat, tacitus mecum reputaui, nec quicquã poſſe fieri melius, quàm ſi puſillũ luti acciperẽ, & inde animantia effingerem nobis, diis forma nõ admodum abſimilia. Quippe uel id erat unicum in quo mihi natura diuina deficere uidebatur, quòd nullius collatione felicior appareret atque perfectior, ueluti modò ſi eam cum homine conferas, prudẽtia, ingenio, ac rerum optimarum captu intellectiue præſtante, ſed mortali tamen. Cæterùm iuxta Poëtæ dictum, terram aquæ commiſcens, ex liquida mollique effinxi homines, Mineruam interea adhortatus, ut in opere abſoluendo mihi ferret ſuppetias.

E Hæc ſunt magna illa & ardua, quibus nos deos offendimus: totiúſque mali (ut uides) hæc ſumma eſt: ex luto perfecta nobis ſunt animantia, & quod antehac immotũ erat, nos ad mobilitatẽ perduximus. Iam uerò mirum quàm indignetur Iupiter ex tali terreſtrium animantium formatione. Quaſi uerò deinceps deorum ſuſtinere cogatur penuriam, & procreatis hominibus iam futurum ſit ut diis ſuis orbetur. Verùm quis unq̃ tam demens extiterit, ut ſolitudinẽ in Iouis curia propter generatos homines aliquando ueriſimiliter futurã formidare queat? Niſi fortè id ueretur, ne defectionẽ moliantur homines, & armis deos laceſſant: id quod olim fecerunt Gigantes. Itaque neminem fugit qua ego ſim modeſtia, ut iam iniquè de me quiſpiam queratur, uel operibus mea induſtria

*Excuſatio de plaſmate, & hominibus fictis.*

absolutis,quòd inde dii immortales offensi sint, ac damnum acceperint. Quin F
tu Mercuri minimum aliquod profer,& ego conticuero,ueluti meritò has daturus sim pœnas. Atqui in promptu est cognoscere quanta hinc diis accedat utilitas, si contempleris terrã,quæ prius informi situ ac squallore obducta erat, urbibus,agriculturis & mitioribus plantis exornatam, mare nauigatum, insulas habitatas,undique aras & delubra,sacrificia & festiuitates, adeò ut iam passim uiæ & fora,denique quocunque te uertas, prorsus omnia Iouis plena sint. Quòd si ego rei priuatæ intentus,solùm mihi homines,rem adeò præclarã,effinxissem, profectò quantum ex fructu coniicere licet qui ad me inde rediret, uos dii immortales opibus & ditione ne mihi quidem conferendi sitis. Verùm G
ego in communi deorum utilitati consulens,ac commodi proprii negligẽtior, in rem uestram homines potissimùm produxi. Nam si quæ ad Rempub. attinẽt,ego attenuare molior,quò res meas promoueam, uelim mihi commóstres templum Promethei,quemadmodum Iouis & Apollinis nusquam nõ uideas. denique & tibi Mercuri quædam delubra sunt sacra. Cæterùm isthuc interea
*Bonũ nullũ sine teste iuuat.* tecum expendas uelim, num tibi bonũ aliquid appareat sine omni penitus teste, & nũ oblectare queat habentẽ possessio aut opus quod nemo uideat, nemo laudet,nemo admiretur? Quod ideo dixerim,quia nisi fierẽt homines, iam futurum erat ut omnis cunctarum rerum decor esset sine teste,& opes nostræ H
ne à nobis quidem ipsis haberentur in precio, quum nemo alius sit qui harum admiratione caperetur. Adde quòd nemo ex nobis felicitatem suam sit intellecturus,si non liceat se conferre cum illis qui respectu quodam sunt inferiores, quippe bonorum nostrorum expertes. Nam quis unquam rem quandam ceu magnam æstimarit,si non cum exigua illam dimetiatur? Verumenimuero quũ optimo iure honorem à uobis pro rebus bene gestis in Repub. sperare debuerim,in crucem à uobis leuatus,mercedem capio mei tam salutaris consilii. Sed ais: flagitiosi quidam sunt inter homines,puta mœchi,bellatores,sororum mariti,& parentum acerrimi hostes: Tanquã apud deos non æquè liceat reperire I
hanc scelerum multitudinem, & huius rei gratia in Cœlum culpam reiicias ac Terram, unde dii fuerũt prognati. Nec uerò est quòd dicas hominum formationẽ diis immortalibus facessere negocium,& augere curam, alioqui ociosis. Sic enim eandem ob causam pastor qui gregem curãdum susceperit, in pluuia eum non continebit,quandò operosum sibi istud uidebitur: quum alioqui cura illa propter coniunctam exercitationem, non admodum appareat esse iniucũda. Sed adime,obsecro,diis omnem solicitudinem, ut iam nihil sit cui prouideant: quid iã aliud agant,quàm quòd torpeant ocio,nectar imbibãt,& uentrẽ distendãt ambrosia? Cæterũ malè me habet, quòd inuehendo in opus à no- K
bis elaboratũ, fœminas potissimùm reprehenderitis, quas tamen impẽdiò adamatis,& modò tauri,modò satyri & cygni effecti,ad illas uos demittitis: ut ne
*Mulierios etiam dij.* interim dicã quòd in cœlum admissas,diuinitatis consortes redditis. Atqui nõ erat,ais,absurdum ut fierent homines,si modò ad nostram hanc formam similitudine quapiam non accederent. Ego si exemplar aliud nouissem quod forma præcelleret, ad illius instar homines effigiassem: nisi beluinũ magis deceret esse, & prorsus agreste istud animantis genus. Sed si hoc dixeris, non uideo quomodo uos diuino honore afficerẽt,aut accumularent sacrificiis: quæ quàm grata sint uobis, coniicere licet ex eò maximè, quòd non grauamini uel ultra

oceanum

A oceanũ ſumma celeritate proficiſci,poſt inculpatos Aethiopas, ſiquãdo ſenſeritis uobis afferri ab illis hecatombas: uerùm me,qui honorũ huiuſcemodi ac ſacrificiorũ auctor ſum atq; origo, neſcio quo iure in crucem ſuſtuleritis. Hæc ſunt quæ de hominum plaſmate ſat fuerit commemoraſſe. Ad ignẽ tranſeamus direptum, ſi placet, fœdam nimirum & inexpiabilem rapinã. Per Deos autem in primis te orauerim, ne cũcteris,ſed mox mihi reſpondeas, nunquid ex igne Dii quippiam perdiderint, ex quo ille fuit apud homines: quod quidẽ uix unquam dixeris: quandò ſic natura comparatum eſt,ut ignis nihilo fiat minor,ſi quis etiam cum alio cõmunicet:denique non extinguitur ideo,quia alius inde
B flammam tranſtulerit. Itaque euidentiſſimum hinc colligo argumentum inuidiæ,quòd quum citra ullam iacturam igne carere potueritis,ab eius tamen uſu arcere in animum induxeritis eos qui hoc potiſſimùm egere uidentur. Quod contrà oportebat Deos omnes eſſe bonos, bonarum rerũ largitores,& ab inuidia lõgè abeſſe. Sed quid ſi omnẽ prorſus ignẽ ſuffuratus, detuliſſem in terram,adeò ut nihil uobis feciſſem reliqui?quánã oro iniuria uos affeciſſem,quibus ignis haudquaquã poteſt eſſe uſui, quum neque coquere uobis neceſſum ſit,neq; frigidare ambroſiam? Ad hæc,non egetis artificioſo lumine:uerùm hominibus quum ad alia neceſſaria ignis habendus eſt,tum maximè ad ſacrificia,
C quò uidelicet in biuio nidorem uobis parent,thura incendãt, & pecudum coxas adoleãt in aris. Verùm quum(ut uideo)ingentem uobis lætitiam pariat fumus ille,nihil proinde tam gratum,quod in epulorũ uicem uos reficiat, quàm ubi nidor ſimul cum fumo uolutatus ad cœlum uſque permeat. Itaque parum appoſitè profectò,& nimiũ abſurdè uidemini uaporem huiuſcemodi nunc incuſare. Miror autem autem cur Soli poteſtatem facitis lucendi hominibus,neq; illi uitio uertitis, quòd in adminiſtrãdo deorum bono tam prodigus ſit, atque intemperãs,quum ignis ille ſit multò quàm hic noſter diuinior,& candẽs magis. Dixi: ueſtrum erit Mercuri ac Vulcane,ea quæ perperam à me propoſita
D ſunt,ad rectitudinẽ perducere,& rationibus quibus poteſtis noſtra hæc impugnare: dehinc rurſus ad reſpondendum accingemur. M E R C. Haud facile eſt Promethee cũ tam generoſo oratore certare: uerùm uehemẽter ex re tua fuit, quòd hæc abs te nõ audiuit Iupiter. Id enim certò ſcio,ſedecim uulturibus negociũ dediſſet,qui poſthac uiſceribus tuis paſcerẽtur. adeò grauiter ipſum criminatus es, aliud fermè agens:nam defenſionem pro te dicere inſtitueras. Mirum autem profectò,quũ uates ſis, quomodo præſagire nequieris has te modò daturum pœnas. P R O. Præſciui hæc Mercuri: neque me præterit quòd rurſus liberabor: & nunc Thebanus quidam ueniet tibi amicus,qui eminus iacu-
E letur aquilam, quam ſupernè polliceris deuolaturam. M E R C. Vtinam hæc eueniant. ſolutum à te uinculis uidero, nobis conuiuam additum, at non carnes partientem. P R O M. Bono ſis animo,epulabor uobiſcum,& Iupiter me liberabit non exiguæ felicitatis gratia. M E R C. Ne,oro,graueris dicere quæ ſit illa felicitas. P R O. Noſtin' Mercuri Thetin? Sed quid uerbis opus? præſtat enim celare arcanum, quò me maneat præmiũ poſt ſolutam pœnam. M E R. Quandoquidem id præſtat, tecum recondas licebit. Quin nos Vulcane abimus?iam enim non longè abeſt aquila.at tu Titan præſtolare tantiſper,dũ tibi Thebanus (ut ais) ſagittarius contingat, qui te ab alitis huius laniatu quietum reddat ac liberum.

*Excuſatio de igne ſurrepto.*

*Amarum.*

# LVCIANI
# DEORVM DIALOGI.

F

## Argumentum in eosdem.

*Dialogi qui sequuntur tam superorum quàm inferorum* Deorum, *quasi quandam syluam ac summã continent omnium ferè fabularum quæ partim apud* Homerum *& cæteros* Epicos poetas, *partim à* Tragicis, Aeschylo, Euripide, Sophocle *& reliquis tractantur. Sunt autem uti breuiores, ita argutiores quoq; siue res, siue uerba & compositionem spectes: adeoque germanam illam* Atticæ eloquentiæ *festiuitatem & gratiam exprimunt.* Videtur *autem* Lucianus *non hoc tantùm agere uoluisse, ut* Deorum gentilium *&* Homericorũ *uanitatem argueret atque irrideret, (quis enim ueterum, saltem mediocriter sapientum atque doctorũ, unquam fuit, qui huiusce modi nugis ullam fidem adhiberet, aut numen nostris & humanis affectionibus obnoxium esse crederet?) uerùm illud quoque, ut (quod in* Prometheo *ipse de se dicit)* Heroicam *illam dialogi personam,* G *& tragicam grauitatem,* Comico *risu temperaret. Et quia in omni genere scriptorum uersatum esse oportet eum qui ueram ac solidam eloquentiæ atque doctrinæ laudem assequi cupit, quemadmodũ ipse infrà in* Lexiphane *præcipit, existimo equidem etiam exempli & exercitationis caussa ad hunc modũ in hoc genere illum sese exercuisse. Nam ut hic* Tragicorum *&* Homericorũ *fabulas, ita infrà* Comicorum *quoque argumẽta retractat, & ad dialogorum festiuitatem reuocat. Interim tamen etiam seria obiter monet ac docet, ut in* Cupidine, *ubi tacitè illud indicat, quod* Cicero *pro* Cælio *multis uerbis commemorat, studiosos puta, & literarum amãtes, nullis externis ac prauis cupiditatibus alligari ac uinci: quod idẽ & Theocritus de Musis apertè dicit: Nam quos aspiciunt illæ (inquit) exhilarantq; uidendo, Nulla uenenosæ lædunt hos pocula Circes.*

## PROMETHEI ET IOVIS, Iacobo Micyllo interprete.

H

### PROMETHEVS.

SOlue me Iupiter, grauia enim iam passus sum. IVP. Soluam te, ais, quem oportebat grauiores pedicas habẽtem, & Caucasum totũ super caput incũbentẽ, à sedecim uulturibus nõ solùm corrodi hepar, sed & oculis carere effossis, eò quòd talia nobis animalia, homines uidelicet, effinxeris, & ignem furtim surripuisti, & mulieres fabricatus es? Nam quibus me ipsum decepisti in distributione carnium, ossa pinguedine obducta mihi apponens; & meliorem partium tibiipsi seruans, quid attinet dicere? PRO. Igitur sufficientẽ iam pœnam exolui, tantũ tempus Caucaso affixus, pessimam auium I perditam aquilam nutriens hepate. IVP. Ne minimũ quidem hoc eorum quæ te oportet pati. PRO. Atqui non sine mercede me solues Iupiter, sed tibi significabo ualde necessarium. IVP. Blandiendo decipis me Promethee. PRO. Et quid plus habebo? Non enim ignoras rursus ubi Caucasus est: neq; indigebis uinculis, si quo modo uersutias agens deprehendar. IVP. Dic prius, quámnam mercedem persolues necessariam nobis existentem? PRO. Si dixero ad quem locũ uadis nũc, fide dignus ero tibi & de reliquis uaticinans? IVP. Quomodo enim non? PRO. Ad Thetin, coiturus cũ ipsa. IVP. Hoc quidem nosti. Quid igitur postea? uideris enim uerum quiddam dicere. PRO. Nihil ô Iupi- K ter rei habeas cum Nerine hac. si enim ipsa grauida reddetur ex te, fœtus similia faciet tibi, qualia & tu fecisti Saturno. IVP. Hoc ais, expulsurũ me regno? PRO. Vtinam ne fiat, ô Iupiter: ueruntamen tale aliquid coitus ipsius minatur. IVP. Valeat igitur Thetis: te uerò Vulcanus ob hæc soluat.

## CVPIDINIS ET IOVIS, Eodem interprete.

### CVPIDO.

AT si quid etiam peccaui, Iupiter, ignosce mihi: puer enim admodum sum, & adhuc imprudens. IVP. Tu puer autem Cupido, qui antiquior multo

Iapeto

A Iapeto es? An quia neque barbã habes, neq; canos produxisti, propterea etiam infans putari cupis, senex & uersutus adeò cum sis? CVP. Qua uerò iniuria affeci te ego senex ille, ut tu ais, cur me uincire quoque cogitas? IVP. Specta, ô sceleste, an parua, qui me ita ludibrio habes. Itaque iam nihil est quod me non effeceris, Satyrum, taurum, aurum, cygnum, aquilam: omnia hæc fecisti me. At quæ me uicissim amaret, nullam planè unquam fecisti: neque intellexi me etiam uxori propter te gratiorem fuisse: sed oportet me præstigiis uti ad illas, & meipsum abscondere. Illæ autem taurum aut cygnum exosculantur: me uerò si aspiciant, moriũtur præ formidine. CVP. Meritò, neq; enim ferunt, ô Iupiter,
B ut quæ mortales sint, aspectum tuum. IVP. Quomodo igitur Apollinẽ Branchus ille & Hyacinthus tantopere amant? CVP. At Daphne etiã fugiebat illum, quanuis comatum & imberbem. Quòd si autem uoles amabilis esse, neq; concutias ægidem, neque fulmen geras, sed quamsuauissimum te ipsum perhibe: utrinque demisso capillo, eoq; mitra reuincto, uestem sume purpuream, crepidas subliga auratas, ad tibiam & ad tympana composito gressu incede, & uidebis quòd plures te sequẽtur, quàm Bacchũ Mænades. IVP. Apage, equidẽ nolim amabilis esse isthoc pacto ut talẽ meipsum exhibeam. CVP. Proinde & amare nolis. nam hoc certè facile est. IVP. Quin amare quidẽ uolo, mi-
C nore autem negocio illo potiri. Atque ob hæc nunc dimitto te.

## IOVIS ET MERCVRII, Iacobo Micyllo interprete.

### IVPITER.

ILLAM Inachi puellam pulchrã nosti Mercuri? MERC. Etiam. Io dicis. IVP. Non amplius puella illa est, sed iuuẽca MER. Monstrosum hoc. Quomodo mutata est? IVP. Zelotypia mota Iuno transformauit ipsam. Sed & nouum aliud quoddam malum insuper excogitauit. Infelici illi bubulcum quendam multioculum, Argum nomine, custodẽ ad-
D didit, qui iuuencam pascit, insomnis ac peruigil ipse existens. MER. Quid igitur nos oportet facere? IVP. Deuolans in Nemeã syluam (illic alicubi Argus pascit) illum quidẽ interficito: ipsam uerò Io per pelagus in Aegyptũ abducẽs, Isim facito, & decætero pro deo ab incolis habeatur, Nilumq; attollat, & uentos immittat, & præterea nauigantes seruet.

## IOVIS ET GANYMEDIS, eodem interprete.

### IVPITER.

E AGE ô Ganymedes (peruenimus enim quô oportebat) osculare me iã: ut uideas non amplius rostrum aduncũ me habere, neque ungues *De raptu Ganymedis.* acutos, neq; alas, qualis uidebar tibi modò cum uolucris esse apparebã. GA. Mi homo, an non aquila modò fuisti, ac deuolans rapuisti me à medio ouili? Quo pacto igitur alæ illæ ablatæ tibi sunt, tu uerò ipse alius quispiam subitò appares? IVP. Sed neque homo quem uides, adulescentule, neq; aquila, sed omnium rex Deorum ego ipse sum, qui meipsum ad tempus ita transformaui. GAN. Quid ais tu? Pan ille es? deinde quomodo fistulam nõ habes, neque cornua, neq; hirsutus es crura? IVP. Solum enim illum existimas Deum? GA. Etiam: atq; adeò sacrificamus ipsi, coleatum hircum ad speluncam agentes, in qua ipse positus est. Tu uerò plagiarius quispiam uideris mihi esse. IVP.

Dic mihi,Iouis uerò nomen non audiſti?neque etiam aram uidiſti illius in Gar- F
garo, pluentis ſcilicet atque tonantis,& fulgura facientis?G A N.Tu te opti-
me uir ais eſſe,qui paulò antè effudiſti nobis copioſe grandinem,qui habitare
ſupra nos diceris faciens ſtrepitum,cui arietem pater ſacrificauit? Deniq; quid-
nam improbè tentantem me ſurſum rapuiſti rex Deorũ?Iam uerò & oues for-
taſſis lupi diripuerunt,deſertas illas inuadendo.I V P. Adhuc enim cura eſt tibi
ouium,immortali facto,& hic conuerſaturo nobiſcum?G A N. Quid dicis? An
non deduces me tandem in Idam hodie? I V P. Nequaquam,quoniam fruſtra
aquila fuiſſem pro deo factus. G A N. Igitur inquiret me pater, & indignabi-
tur nõ inueniens,uerberaq; poſtea capiam,relinquens ouile.I V P.Vbi ille ui- G
debit te?G A N.Nequaquam?deſidero uerò iam ipſum.Quod ſi uerò dimittes
me,promitto tibi & alium hircum ab ipſo immolatũ iri,redemptionis precium
pro me uidelicet. Habemus autem triennem illum,& magnum,qui præit cæ-
teris in paſcua.IVP. Quàm ſimplex hic puer eſt,& minimè malus,atq; idipſum
ſolũ,puer adhuc. Verùm ô Ganymedes, illa quidẽ omnia ualere ſine,& obli-
uiſcere ipſorum,ouilis uidelicet,& Idæ.Tu autem (iam enim cœleſtis es)multa
benefacies hinc & patri & patriæ. Ac pro lacte quidẽ & caſeo Ambroſiã edas,
& nectar bibas.Hoc tamen & aliis nobis ipſe infundendo præbebis.Quod au-
tem maximum eſt, non amplius homo, ſed immortalis eris,atque etiam ſydus H
tuũ apparere faciam pulcherrimum: & omnino felix eris.G A N. Si uerò lu-
dere cupiam, quis colludet mecum?in Ida enim multi coætanei eramus.I V P.
Habebis & hic colluſorem tibi hunc Cupidinem, & aſtragalos ualde multos.
Cõfide ſolùm,& lætus ſis,& nihil deſideres inferiorũ. G A N.Quid uerò uo-
bis utilis ero?An oues paſcere oportebit & hic?I V P. Non,ſed miniſtrabis ui-
num,& ad nectar paulopoſt ordinaberis,& procurabis conuiuiũ.G A N.Hoc
quidem non difficile. ſcio enim ut oporteat effundere lac, & coronare pocu-
lum paſtorale.I V P.Vide, rurſus hic lactis meminit,& hominibus ſe miniſtra-
re putat.Hoc uerò cœlum eſt,& bibimus(quẽadmodum dixi)nectar.G A N. I
Dulcius ô Iupiter lacte?I V P.Scies poſt puſillum:& cum guſtaueris,non am-
plius deſiderabis lac.G A N.Porrò ubi dormiam nocte? An cũ coætaneo Cu-
pidine? I V P.Non,ſed ob hoc te rapui,ut ſimul dormiremus.G A N.Solus e-
nim non poſſis, ſed ſuauius dormire mecum? I V P. Profectò, cum tali qualis
es tu Ganymedes,ſic pulcher.G A N. Quid enim te ad ſomnum iuuabit pul-
chritudo?I V P. Habet quoddam incitamentũ ſuaue,& facilius inducit ipſum.
G A N. Atqui pater meus indignabatur mihi condormienti, & narrabat ma-
ne quomodo turbarem ipſius ſomnum,uolutatus per lectum,calcitrans,& ali-
quid loquens interea quando dormirẽ: quapropter ad matrem remittebat me K
dormiturum ſæpiuſcule. Quare ſi ob hoc,ut ais,rapuiſti me, tempus tibi eſt ut
me denuo in terram deponas,uel moleſtia afficieris nihil dormiendo.Turbabo
enim te continuè,huc atque illuc me reuoluens. I V P. Atqui hoc ipſum ſua-
uiſſimum mihi feceris,ſi tecum uigilare cogas. Oſculabor enim interea te eo
ſæpius & amplectar. G A N. Ipſe uideris, ego uerò dormiam te deoſculante.
I V P. Videbimus tunc quid agendum. Nunc uerò abduc ipſum Mercuri, &
poſteaquã de immortalitate biberit,duc ut miniſtret nobis, docẽs prius quem-
admodum oporteat porrigere cyphum.

IVNO-

## IVNONIS ET IOVIS, Iacobo Micyllo interprete.

### IVNO.

EX quo adoleſcẽtulum hunc Iupiter, Phrygiũ iſtũ dico, ab Ida raptũ huc adduxiſti, minus aduertis mihi animum. IVP. Etiã ob hunc, Iuno, zelotypa iam es, ſimplicem adeò, & minime moleſtum? Ego uerò putabam mulieribus ſolis difficilem te eſſe quæcunq; cõuerſantur mecum. IVN. Neque illa quidem rectè facis, nec cõuenientia tibi ipſi, qui omniũ deorum dominus exiſtens, relinquens me legitimam uxorem, in terram deſcẽdis, ibíque adulteria exerces in aurum uel taurum conuerſus. Veruntamẽ illæ mulieres tibi in terra manent: ideo autẽ hoc puero rapto, etiam in cœlum ſubuolaſti, Deorum generoſiſſime: & nunc ille nobiſcum habitat, ante oculos mihi adductus quaſi æmulus, ſcilicet ut pocillaretur tibi, ſic enim aiunt. Itá ne uerò carebas pocillatoribus? aut defeſſi adeò ſunt & Hebe & Vulcanus miniſtrãdo? Tu uerò etiam calicem non aliter ab eo accipis, quàm ſimul & oſculatus fueris ipſum antea, omnibus aſpicientibus: & deoſculatio iſta ſuauior tibi eſt ipſo Nectare. Atque ob id ſæpenumero neque ſitiẽs petis bibere. Interdum autẽ etiam ubi deguſtaſti ſolùm, porrigere ipſi ſoles: deinde bibente ipſo arripis calicem, & quantùm in illo reliquum reſtat, omne ebibis, ea etiam parte, unde ipſe bibit, & ubi applicuit labia, ut & bibas ſimul & oſculeris. Nuper uerò rex ille atque omniũ pater, depoſitis ægide ac fulmine, ſediſti talis ludendo cũ illo, barbam ipſe tantam & tam promiſſam habens. Omnia igitur uideo hæc: quare ne te putes latere. IVPIT. At quid adeò graue hoc, ô Iuno, adoleſcentem adeò pulchrum inter bibendum deoſculari, oblectaríque utroque illo, & oſculo uidelicet, & nectare? Quid ſi igitur uel ſemel committam ipſi quò & te oſculetur? non amplius accuſabis me quòd oſculum illius præſtantius nectare puto. IVN. Pædiconum uerba hæc ſunt. Ego uerò nõ ita inſaniuero, ut labia mea applicẽ molliculo iſti Phrygi, adeoq; effœminato. IVPIT. Ne cõuicieris, generoſiſſima tu, amores meos. nam mulieroſus, & barbarus, & molliculus iſte, ſuauior & deſiderabilior, nolo autem dicere amplius, ne te magis irritẽ. IVN. Vtinam uerò & in uxorem illum duxiſſes mei gratia. Memineris igitur qualibus mihi propter egregium iſtum pocillatorem temulenter inſultas. IVPIT. Imò uerò Vulcanum iſtum filium tuum oportebat nobis pocillari, claudicantem uidelicet, & à fornace uenientem, plenũ adhuc fauillis, depoſitò paulò antè forcipe, & ab illis ipſis digitis accipere nos calicẽ, attractumq; ipſum interea oſculari: quem neq; mater tu libẽter oſculata fueris, præ fuligine quaſi tota illius exuſta facie. Nimirũ ſuauia hæc, adeoq; multũ etiam pocillator iſte cohoneſtat deorum conuiuium, nonne? Ganymedes autem hic iterum in Idam hinc ablegandus eſt, quippe purus ac candidus eſt, & digitos habet roſeos: etiã ſcitè porrigit poculum: & quod te omnium mordet maximè, oſculatur dulcius ipſo nectare. IVN. Nũc tibi & claudus, ô Iupiter, Vulcanus eſt, & refertus fuligine, atq; nauſea afficeris cũ aſpicis ipſum, ex quo formoſum & capillatum iſtũ Ida enutriit. Olim autẽ nõ uidebas iſta, neq; tu fauillæ, neq; fornax ipſa abſterrebat te quò minus biberes illo porrigente. IVP. Aegritudine Iuno te ipſam afficis, nihil aliud, & mihi amorem eo magis incendis, quia zelotypa es. Quòd ſi uerò grauaris à puero formoſo accipere poculũ, tibi quidem filius miniſtret po-

tum. Tu uerò Ganymedes mihi ſoli imple calicem, & cum quolibet bis oſcu- F
lare me,& cum plenum porrigis,& cũ rurſum à me illum accipis. Quid ita la-
chrymaris? Ne metue. Malum enim feret ſi quis tibi moleſtus eſſe uoluerit.

## IVNONIS ET IOVIS, Iacobo Micyllo interprete.

### IVNO.

Ixion. IXionem hunc uides Iupiter? quibúsnã moribus affectũ putas? IVP. Hominem eſſe utilem Iuno,& combibonẽ: non enim cõuerſaretur nobiſcũ,ſi indignus conuiuio foret. IVNO. At indignus eſt,contu-
melioſus certè exiſtens: quapropter nõ amplius conuerſetur nobiſcum. IVP. G
Quid autem contumeliæ intulit? oportet enim (ut puto) & me ſcire. IVN.
Quid uerò aliud? Etenim erubeſco dicere ipſum. tale eſt quod ſibi ſumpſit.
IVP. Atqui ob hoc tanto etiam magis dicere debebas, in quantum ille turpia
quoque conatus eſt. Num igitur ſolicitauit aliquam ad ſtuprum? intelligo enim
cuiuſmodi turpe ſit, quod reformidaueris dicere. IVN. Ipſam me, non aliam
quampiam Iupiter,longo iam tempore. Ac primùm quidem ignorabam quid
rei eſſet cur attentè adeò in me aſpiceret: ille autem etiã ingemiſcebat, & ſub-
lachrymabatur: & ſiquando bibens tradidiſſem Ganymedi poculum, hic pe-
tebat ex eo iam ipſo bibere,& capiẽs oſculabatur interea, & ad oculos admo- H
uebat,& rurſus proſpectum in me intendebat. hæc intelligebam amatoria eſſe:
& multo quidem tempore uerecũdabar dicere ad te, putabámque ceſſaturum
à furore hominem. Poſtquam uerò & ſermones auſus eſt mihi adhibere, ego
dimittens illum adhuc lachrymantem,& ad genua prouolutum,obturatis au-
ribus,ut ne contumelias ſupplicantis illius audirẽ,abii ut tibi dicerem. Tu ue-
rò ipſe uide quomodo explores uirum. IVPIT. Euge, ſceleratus ille, in me
ipſum, & uſque ad Iunonis nuptias etiam? adeóne inebriatus eſt nectare? Cæ-
terùm nos auctores horum ſumus, & ultra modum amatores hominum, quĩ
quidem & conuiuatores noſtros ipſos fecimus. Digni igitur uenia ſunt, ſi bi- I
bentes ſimilia atque eadem nobiſcum, deinde & aſpicientes cœleſtes iſtas for-
mas, & quales nunquam uiderunt in terra,concupiuerunt frui illis, amore ca-
Amor. pti uidelicet. Eſt autem amor uiolentum quiddam, & non hominibus ſolùm
imperat, ſed & nobis ipſis interdum. IVN. Tuus quidem & ualde hic domi-
nus eſt, & ducit te, & fert naſo (ut aiunt) trahens, & ſequeris ipſum quocun-
que duxerit te, & immutaris facilè in quodcunque iuſſerit, & prorſus poſſeſ-
ſio & ludus Amoris es tu. Et nunc Ixioni ſcio quòd ueniã tribuis,ut qui & i-
pſe adulterio cognoueris aliquando illius uxorem, quæ tibi Pirithoũ peperit.
IVPIT. Adhuc enim tu meminiſti illorum,ſi quid ego luſi in terram deſcen- K
dens. Sed noſti quid mihi uideatur de Ixione? multandum quidem ipſum ne-
quaquam,neque à conuiuio extrudendum eſſe. ruſticum enim foret. Sed quia
amat,&,ut ais,lachrymatur, & intolerabilia patitur. IVN. Quidnam ô Iupi-
ter? metuo enim ne & tu contumelioſum aliquid dicas. IVP. Nequaquã: ſed
ſimulachrum ex nube fingentes tibi ſimile, poſtquam ſolutũ fuerit cõuiuium,
& ille uigilat (ut par eſt) præ amore,ad cõcubitum adhibeamus ipſi afferentes.
ſic enim ab angendo animo fortaſſis deſiſtet, putans ſe cõſecutũ eſſe deſideriũ.
IVN. Apage,ut nunquã quicquam tempeſtiuum illi contingat,quandò ea ita
quæ ſupra ipſum ſunt,concupiſcit. IVP. Attamen patere ô Iuno. Quid enim

adeò

A adeò graue tibi accidet ex hoc figmẽto, ſi cũ nube Ixion congredietur? IVN. Sed nubes ego eſſe apparebo, & turpitudinem iſtam in me committet propter ſimilitudiné. IVP. Nihil iſtud dicis. neq; enim nubes hæc unq̃ Iuno erit, neq; tu nubes: Ixion autem ſolùm decipietur. IVN. Sed (ut omnes homines arrogantes ſunt) gloriabitur deſcendens forſitan, & narrabit omnibus, dicens coiſſe cum Iunone, & Iouis riualem eſſe. forſitan etiam dixerit me ipſum amare: illi uerò credetur, quandò non uiderunt quomodo cũ nube coierit. IVP. Igitur ſi quid tale dixerit, in infernũ præcipitabitur, ac rotæ miſer alligatus, cum ipſa perpetuò circumuoluetur, & laborem nunquam ceſſaturũ ſuſtinebit, pœ-
B nas uidelicet has pro amore dependens. IVN. Non enim graue hoc quidem, ob iactantiam.

## APOLLINIS ET VVLCANI, Eodem interprete.

### VVLCANVS.

VIDISTIN' Apollo Maiæ infantulum illum, nuper genitũ, ut formoſus eſt, & arridet omnibus, & iam quoque tale quiddam præ ſe fert, quaſi in magnum aliquod bonum euaſurus ſit? APOL. Illúm ne ego infantem dicam, ô Vulcane, aut in magnum aliquod bonũ euaſurum,
C qui ipſo Iapeto antiquior eſt, quantum ad fraudulentiam attinet? VVL. Et quem adeò iniuria afficere potuerit, iam primũ in lucem editus? APOL. Interroga Neptunum, cuius tridentem ſuffuratus eſt: aut Martem, nam & huius ſubtraxit clàm è uagina gladium: ut interim dè me ipſo nõ dicam, quem & arcu ſpoliauit, & ſagittis. VVL. Hæccine infantulus & modò natus ille, qui uixdum mouebatur in cunis inter inuolucra? APOL. Scies Vulcane, ſi modò ad te aliquando uenerit. VVL. Atqui uenit iampridem. APOL. Quid igitur? habés ne omne fabrile inſtrumentũ? neddum quicquam illius tibi amiſſum eſt? VVL. Omne, Apollo. APOL. Attamẽ inſpice diligẽter. VVL. Per Iouem,
D forcipem non uideo. APOL. Sed uidebis illum alicubi inter inuolucra in cunis infantis. VVL. Adeó ne aduncas manus habet, perinde ac ſi in ipſo uentre iam tum meditatus eſſet furandi rationem? APOL. An non audiſti ipſum loquentem quoque iam arguta ac uolubilia quædam? Atque hic etiam miniſtrare nobis uult. Heri autem uocato ad ſe Cupidine, ſtatim illum palæſtra ſuperauit, neſcio quo pacto pedes illi ſubtrahens. Deinde cum à cæteris laudaretur, interea Veneri ſurripuit cingulum, cum illa amplexata ipſum fuiſſet ob uictoriam. Ioue autem ridente, ſceptrum illius ſuſtulit: & niſi grauius fuiſſet, & plus ignis habuiſſet, ipſum quoque fulmen ſubtraxiſſet. VVL. Celerem atq; agi-
E lem quendam puerum mihi narras. APOL. Quin imò & muſicum præterea. VVL. Vndénam huius rei cõiecturam facis? APOL. Teſtudine mortua alicubi inuenta, inſtrumẽtum ex ea compactum dedit. Brachiis enim adaptatis, & iugo ſuperinducto, deinde calamis (chordarum anſulis uidelicet) infixis, fundoq; infrà, & quaſi quodam dorſo ſubiecto, atq; inde ſeptem chordis ſuſpenſis & intentis, iucundum adeò quiddam modulatur & concinnum, ut ego quoque illi iam inuideam, qui iam olim perſonando citharam me exerceo. Cæterùm ipſa Maia illud quoque dicebat, quòd neque in cœlo noctu maneret, ſed præ nimio agendi ſtudio ad inferos uſque deſcenderet, furaturus ſcilicet etiam inde aliquid. Alatus autem quoque eſt, ac uirgam quandã apparauit, mirificam

*De furacitate Mercurij.*

poteſtatẽ ac uim habentem,qua animas euocat,& educit mortuos. VVL. Ego F
illam dedi ipſi, ut eſſet quaſi ludicrum. APOL. Proinde & mercedem iſtam
tibi retulit,forcipem uidelicet. VVL. Rectè ſanè admonuiſti: quare ibo ut il-
lum recipiam,ſicubi,ut ais,inter inuolucra in cunis inueniri poterit.

## VVLCANI ET IOVIS, Iac. Micyl. interprete.

### VVLCANVS.

*De eo quòd Pallas è cerebro Iouis nata eſt.*

QVid me oportet facere,Iupiter?uenio enim,ita ut iuſſiſti,ſecurim ha-
bens acutiſſimam, etiam ſi lapides opus ſit uno ictu diſſecare. IVP.
Rectè ſanè Vulcane. Sed iam impacta illa diuide mihi caput in duas G
partes. VVL. Tentas me num inſaniam?Impera igitur uerè quod uis tibi fieri.
IVP. Diuidi mihi caluariã uolo. ſi uerò non obedieris mihi,me experieris non
nunc primùm iraſcentem. Veruntamẽ ferire oportet audacter,& præſenti ani-
mo,neque cunctari. Pereo enim præ doloribus,qui mihi cerebrum inuertunt.
VVL. Vide Iupiter ne quid mali faciamus. Acuta enim ſecuris eſt,& nõ abſq;
ſanguine,neq; etiam ad Lucinæ morem tibi obſtetricabitur. IVP. Incute mo-
dò Vulcane audacter. ego enim noui quid ſit conducibile. VVL. Inuitus qui-
dem,ſed tamen feriam. Quid enim agat aliquis te iubente?Sed quid hoc?puel-
la armata hæc eſt. Magnum, ô Iupiter,malum habuiſti in capite. meritò igitur H
iracundus fuiſti,tantam intra cerebri panniculum uirginem uiuã nutriens,idq;
armatam. nimirum caſtra, non caput habuiſti,non aduertens. Hæc uerò etiam
ſaltat,& cum armis tripudiat,clypeum concutit,ac haſtã uibrat, & quaſi quo-
dam furore concitatur: &,quod maximum eſt,formoſa admodum,ac maturis
nubilis annis breui adeò iam facta eſt,cæruleos quidem oculos habens. Sed ta-
men & huic gratiam addit galea. Quare ô Iupiter, obſtetricandi præmium hoc
mihi refer: deſponde mihi illam. IVP. Impoſſibilia petis Vulcane: perpetuò
enim uirgo manere uult. Ego certè,quantum in me eſt,nihil repugno. VVL.
Hoc uolebam: reliquũ quod eſt,ipſe curabo: ac iam ſimul rapiam hinc ipſam. I
IVP. Si tibi facilè adeo hoc,facias licet: ueruntamen illud ſcio,quòd amas ea
quæ tibi contingere nequeunt.

## NEPTVNI ET MERCVRII, Eodem interprete.

### NEPTVNVS.

*De eo quòd Bacchus ex femore Iouis natus eſt.*

LIcét ne Mercuri conuenire Iouem nunc? MER. Nequaquam
Neptune. NEP. Attamen introrenuncia de me ipſi. MERC.
Ne moleſtus ſis,inquam. Importunum enim hoc. quare nõ po-
teris ipſum uidere in præſentia. NEP. Num igitur cum Iuno- K
ne concumbit? MERC. Non,ſed diuerſum quiddã eſt. NEP.
Intelligo,Ganymedes intus eſt. MERC. Neq; hoc: ſed ipſe infirmus aliquan-
tulum eſt. NEP. Vnde hoc Mercuri? Neſcio enim quid graue narras. MER.
Pudet dicere, tale quidpiam eſt. NEP. At nihil eo tibi opus eſt apud me,pa-
truus utiq; cum tibi ſim. MER. Peperit paulò antè,Neptune. NEP. Apage.
An peperit ille? Ex quo? Itaq; latuit ille nos Hermaphroditus exiſtés? At neque
uterus eius tumorem aliquem præ ſe tulit. MERC. Rectè dicis: neque etiam
ille partum intra ſe habebat. NEP. Noui, rurſum ex capite peperit ſcilicet,
quemadmodum & Mineruam. habet enim ille caput quoddam puerperum.

MERC.

A MER. Neque illud,ſed in femore geſtauit partum illum, uidelicet ex Semele receptum. NEP. Euge generoſus,ut ille totus nobis,& ex omni parte corporis imprægnãdo idoneus atque fœcundus eſt. Sed quæ'nam Semele iſta eſt? MER. Thebana mulier,ex filiabus Cadmi una. Huic congreſſus prægnantem eam reliquit. NEP. Deinde uerò ipſe pro illa peperit? MERC. Atque admodum,etiam ſi tibi alienum ac mirum uideatur. Nã Semelen dolis aggreſſa Iuno,(noſti autẽ ut ſit zelotypa hæc) perſuadet illi ut petat à Ioue quò cum fulmine ac fulgure ad ſe ueniat. Quæ cum uerbis huius inducta credidiſſet,ueniſſetq; Iupiter fulmen ſecum portans,conflagrauit tectum,ipſaque Semele ex
B igne periit. Me autem iubet Iupiter, ut inciſa illius aluo, partum ad ſe afferam, imperfectum illum quidẽ adhuc, & intra ſeptimum menſem conceptũ. Quod ubi feciſſem,ille diſſecto femore ſuo,intrò illũ recipit, ut ibi perficeretur. Atque ita iam tertio poſtquã factum illud eſt,menſe, denuo illum peperit,& nũc ex doloribus aliquantulum languidus eſt. NEP. Vbi igitur infans ille iam eſt? MERC. In Nyſam hinc ablatum,tradidi illum Nymphis enutriendum,Dionyſium cognominatum. NEP. Ergo utrunq;,Dionyſii huius & pater & mater ille eſt. MERC. Ita uidetur. Abeo igitur,ut illi aquam ad uulnus afferam, ac cætera ea quæ ex more atq; conſueto fieri ſolẽt,quaſi puerperæ procurem.

C

## MERCVRII ET SOLIS, Iac. Micyl. interprete.

### MERCVRIVS.

AVDI ô Sol,ne hodie currum agas, inquit Iupiter, neque in craſtinum,neque etiam in diem perendinum:ſed intus mane,fiátque interea perpetua una nox longa. Quare equos quidem iterũ ſoluant Horæ,tu uerò reſtingue ignem,& nunc tandem poſt longum interuallũ temporis te ipſum recrea. SOL. Noua hæc atque omnino aliena denuncians uenis. Sed nunquid tranſgredi ſiue peccare uiſus ſum inter agendum,& extra fines curſum habuiſſe,atque id nũc iraſcitur ille mihi, noctemq; triplo maiorem
D die facere ſtatuit? MER. Nihil tale:neque hoc etiam perpetuò fiet:ſed ipſe nũc opus habet noctem ſibi fieri conſueto longiorem. SOL. Vbi autẽ etiam ille eſt? aut unde ipſe emiſſus es ut hæc nunciares mihi? MER. Ex Bœotia,ab uxore Amphitryonis,cũ qua concumbit. SOL. Amator illius?atq; ita illi ſatis nõ eſt nox una? MER. Nequaquã. Naſci enim quendam oportet ex hoc concubitu magnum, atq; multorum certaminum uictorem deum. hoc igitur una nocte abſolui ac perfici impoſſibile eſt. SOL. Sed abſoluat,atque ad exitum perducat ille,quod fauſtum felixque ſit. Veruntamen hæc,Mercuri,temporibus Saturni non fiebant,(ſoli enim hic nos ſumus)neque ille tum ab uxore Rhea di-
E uertebat,aut ſeorſim cubabat:neq; etiam relicto cœlo Thebis dormiebat: ſed dies quidem tum dies erat,nox autem ad ſuum certum ſpacium ſecundũ proportionem horarum agebatur:peregrinum uerò aut immutatum nihil. Neque ille tum unquam cum muliere mortali quicquam rei habuit. At nunc infelicis mulierculæ cauſſa oportet omnia ſurſum & deorſum uerti, ac equos quidem præfractiores & difficiliores fieri ob ocium & deſidiam, uiam autẽ aſperiorem,eò quòd toto triduo non uſurpabitur: homines præterea miſerè in tenebricoſo uiuere. Hoc boni ex amoribus Iouis conſequentur illi ſcilicet,ſedebuntq; expectantes donec ille athletam iſtum quem dicis, abſoluerit ſub longis tenebris. MERC. Tace ô Sol, ne quid mali pro his dictis tuis nanciſcare.

*De concubitu Iouis cũ Alcmena, & nocte prolongata.*

Ego uerò ad Lunam hinc abiens, & ad Somnum, renunciabo etiam illis quæ F
Iupiter mandauit: illi quidem,ut ne procedat citius: huic autem,ut ne remittat
à ſe homines,quò ignorent longam adeò noctem hanc fuiſſe.

## VENERIS ET LVNAE, Iac.Micyl. interprete.

### VENVS.

QVid hæc ô Luna facere te aiunt quoties ad Cariam peruenis,ut currum ſiſtas, ac deſuper aſpectes Endymionem dormientem ſub dio tanquam uenatorem aliquem: interdum autem etiam deſcendas ad ipſum ex media uia? LVN. Interroga ô Venus filium tuum,qui mihi harũ re- G
rum auctor eſt. VEN. Sine: contumelioſus ille eſt. Me quippe matrem ipſius quibus modis affecit! nunc quidẽ in Idam adigens Anchiſæ cauſa Troiani: nũc autem in Libanũ ad Aſſyrium illum adoleſcentem, quem & Proſerpinæ deſiderabilem fecit, & me ex dimidia parte amoribus meis priuauit. Quare iam ſæpe illi interminata ſum,ni deſinat talia facere, fracturam eſſe me ipſius & arcus & pharetram,amputaturã autem etiam alas. Iampridem uerò & plagas ipſi in nates incuſſi ſandalio: ſed ille, neſcio quo pacto,tum quidem ſtatim metuẽs ac ſupplicans, paulò pòſt omnium obliuiſcitur. Verùm dic mihi,formoſus ne Endymion iſte eſt? Nam hoc quidem ſolatio fuerit malo huic. LVN. Mihi H
quidem etiam admodum formoſus ô Venus uidetur, & maximè quando inſtrata ſuper rupẽ chlamyde dormit,læua tenens ſagittas paulatim è manu prolabentes. Dextra autem circa caput ſurſumuerſus reflexa, decorẽ affert faciei, cui circumfunditur. Ipſe uerò ſolutus ſomno, anhelat ambroſium illum halitum. Tunc igitur tacitè equidem & ſine ullo ſtrepitu deſcendens,ac ſummis digitis inſiſtens,ut ne expergefactus ille perturbari poſſit. Sciṣ igitur quid tibi poſt hæc dictura fuerim,ſed pereo equidem amore.

## VENERIS ET CVPIDINIS, Eraſmo Roterod.interprete.

I

### VENVS.

CVpido gnate,uide quæ facis flagitia. Non iam de his loquor,quæ te impulſore mortales in terra,uel in ſe quiſq;, uel inuicem alii in alios faciunt, uerùm de his ago,quæ apud ſuperos quoque deſignas, qui quidẽ Iouem ipſum cogis uarias aſſumere formas, in quodcunq; tibi pro tempore uiſum fuerit,eum uertens. Tum Lunã è cœlo deuocas. Quin & Solẽ aliquoties compellis lentum apud Clymenẽ ceſſare, aurigandi muneris oblitum. nam quicquid iniuriæ in me matrem etiam committis, audacter ac tanquã tutò facis. Verùm tu quidem ô deorum omnium confidentiſſime,Rheam inſu- K
per ipſam iam anum,præterea deorum tam multorum parentem,eò perpuliſti, ut puſionem adamet,atq; in Phrygium illum adoleſcentulum depereat: ac tua iam opera inſanit, iũctisq; leonibus,adhibitis itẽ Corybantibus,(quippe qui & ipſi furore quodam ſunt afflati) per Idam montem ſurſum ac deorſum oberrat, ipſa quidem Attis amore eiulans: cæterùm Corybantum alius ſuum ipſe penem enſe deſecat,alius demiſſa coma per mõtes fertur inſanus,alius cornu canit, alius tympano tonat,alius cymbalo perſtrepit. breuiter, omnis undequaq; Ida tumultus atq; inſaniæ plena eſt. Proinde cuncta timeo: metuo ne tale quid accidat, quandoquidem te produxi, ut ſiquando reſipiſcat Rhea,uel potius ſi

pergat

A pergat insanire, Corybantibus imperet, ut te correptum discerpant, aut leonibus obiiciant. Hic me solicitat metus, quòd uideam tibi periculum imminere. CVP. Ocioso animo esto mater: siquidem leonibus etiam ipsis iam familiaris sum factus, ita ut sæpenumero conscensis eorum tergis, prehensaq; iuba, equitis ritu insidens illos agitem. At uerò illi interim mihi caudis abblandiuntur, ac manum ori insertã receptant, lambuntq;, deinde mihi reddunt innocuã. Porrò Rheæ ipsi quando tandem uacauerit ut me ulciscatur, quũ in Atte sit tota? Postremò quid ego pecco, quum res pulchras ut sunt offero ac demonstro? Vos ne appetite res pulchras, quare his de rebus ne in me crimen conferte. Nũ uis
B ipsa tu mater uti neq; tu posthac Martem ames, neq; ille te? VEN. Vt es peruicax, & nulla in re non superas? Attamen horũ quæ dixi, aliquãdo memineris.

## IOVIS, AESCVLAPII, ET HERCVLIS, Iacobo Micyllo interprete.

### IVPITER.

DESINITE ô Aesculapi & tu Hercules contendere inter uos iurgiis perinde ut homines. Indecora enim hæc, & à cõuiuio deorum aliena. HER C. At uis, ô Iupiter, medicamentariũ istũ priore loco accumbere, quàm me? AES. Quid ni, per Iouem? melior quoq; enim sum. HER C. In quo igitur ô attonite? an quòd te Iupiter fulmine aliquando percussit, eò quòd quæ nefas erat feceras: nunc autem ex misericordia iterum immortalitatis particeps factus es? AES. Oblitus uerò etiam tu es Hercules, quòd in Oeta conflagrasti, quandoquidem mihi ignem obiicis? HER. Nequaquam æqualia atq; similia sunt quæ uterq; in uita egimus, ut qui ipse quidem Iouis filius sim, tantos autem labores sustinuerim, expurgata uita, deuictis bestiis, & hominibus cõtumelioſis uindicta ac pœna affectis. Tu uerò radicum incisor es, & circulator, ægrotantibus fortassis hominibus utilis medi-
D camenta adhibendo: uirile autẽ nihil quicquam opere præstitisti. AES. Rectè dicis, quoniam & inustiones tuas curaui, quando paulò antè ascendisti ad nos semiustulatus, corpore utrinq; corrupto ac perdito, & à tunica ista, & post illã etiam à flamma. Ego uerò quid? si nihil aliud, tamen neq; seruiui quemadmodum tu, neq; lanificium exercui in Lydia indutus purpura, & ab Omphale uerberatus sandalio aureo: neque uerò etiam insaniens occidi liberos & uxorem. HER. Nisi desinas conuiciari, statim admodum senties quòd non multũ tibi profutura sit immortalitas: quoniam sublatum hinc è cœlo præcipitem dabo te, ut ne ipse quidem Pæon curauerit te, diminuto atque effracto tibi cerebro.
E IVP. Desinite, inquam, & ne perturbate nobis cõuersationem hanc: aut ambos hinc ablegabo uos è conuiuio. Quanquam etiam æquum est ô Hercules, priore loco accumbere Aesculapium, quippe qui & prior mortuus est.

*Aesculapius & Hercules de sessione cõtendunt.*

## MERCVRII ET APOLLINIS, Eodem interprete.

### MERCVRIVS.

QVid uerò tristis es Apollo? APOL. Quoniam, ô Mercuri, miser atque infelix circa amores sum. MER C. Dignum quidem mœrore hoc: sed tu quo pacto miser atq; infelix es? An adhuc dolore afficit te id quod cum Daphne accidit? APOLL. Nequaquam, sed amasium doleo Laconem illum Oebali filium. MER. An mortuus est Hyacinthus? dic mihi. APOL. Atque

admodum. MERC. Vnde Apollo? aut quis ita ab omni amore alienus fuit, F
ut occiderit formosum illum puerum? APOL. Meum ipsius factum hoc est.
MERC. Quid igitur? insaniuistin' Apollo? APOL. Non, sed infortunium
quoddam inuito mihi accidit. MERC. Quomodo? cupio enim audire ratio-
nem hanc. APOL. Disco ludere discebat, atq; ego unà cũ illo ludebam. Cæ-
terùm uentorum omnium pessimè perditus Zephyrus amabat quidem longo
iam tempore etiam ipse illum. Verùm neglecto eo, & contemptum istum non
ferente, ego quidem, quemadmodum consueueramus, discum in altum sursum
uersus iaculabar, ille autem deorsum à Taygeto spirans, ablatum hunc in ca-
*Hyacinthus cum Apolline discoludẽs interficitur.* put puero inflixit, ita ut ex ea plaga & cruor manaret affatim, & ipse puer sta- G
tim moreretur. Verùm ego è uestigio Zephyrum ulciscebar, tortis in eũ sagit-
tis, fugientemq; ad montem usque persequendo. Puero autẽ & tumulum ex-
truxi in Amyclis, quo loco discus eũ prostrauit: & florem ex cruore illius ter-
ram induere feci, suauissimũ illum quidem Mercuri, atque omnium fragran-
tissimum, præterea & literas quasdam habentem, quæ mortuum ipsum quasi
deplorant. Num tibi igitur præter rationem mœstus fuisse uideor? MERC.
Sanè uerò, Apollo. Noras enim mortalem te comparasse amasium tibi: quare
dolere non debes mortuo iam illo.

## MERCVRII ET APOLLINIS, Eodem interprete. H

### MERCVRIVS.

*De eo quòd Vulcanus duas uxores formosissimas haberet, Venerẽ, & Gratiam.* ITAN' autem Vulcanum, cũ & claudus ipse sit, & artem adeò fa-
brilem & contemptam exerceat, Apollo, pulcherrimas duas uxores
duxisse, Venerem, atque Gratiam? APOL. Felicitas quædam hæc,
Mercuri. Verũtamen illud equidem miror, quòd cum illo rem habere sustinẽt,
& maximè quando uidẽt sudore fluentẽ, in fornacem demittere atq; incuruare
sese, multa adeò fuligine facie illius oppleta. Et tamen talis ipse cũ sit, ample-
ctũtur ipsum, & osculãtur, & unà dormiũt. MERC. Hoc & ipse indignor, & I
Vulcano inuideo. At tu comã nutri Apollo, ac citharam persona, animum ob
pulchritudinẽ elatum atq; superbum præ te ferens: ego autẽ etiam ob habitu-
dinẽ corporis, & lyram: cæterùm ubi cubitum eundum fuerit, soli dormiemus.
APOL. Ego uerò aliàs quoq; habeo Venerẽ minus propitiam ad res amato-
rias: quippe etiam quos duos maximè præter cæteros amaui, Daphnẽ & Hya-
cinthum, illa quidem aufugit, atq; odit me, adeò ut in lignum conuerti malue-
rit, q̃ mecum rem habere: hic autem à disco interfectus est, & nũc pro illis co-
ronas habeo. MER. At ego iam aliquando Venerẽ, sed non oportet gloriari.
APOL. Noui, atq; etiam Hermaphroditũ istum ex te aiunt peperisse ipsam. K
Veruntamen illud mihi dic, si nosti: quomodo non æmulatur Venus Gratiam,
aut contrà illa Venerẽ? MER. Quoniam, Apollo, illa in Lemno cũ ipso con-
suetudinem habet, Venus autem in cœlo: præsertim autẽ hæc cum Marte ple-
runq; uersatur, atq; illum amat: quapropter non ita multùm fabrum istum cu-
rat. APOL. Atq; hæc putas ipsum Vulcanũ scire? MER. Scit, sed quid agat,
cum generosum adeò adolescentem, & præterea militarem ipsum esse uideat?
Quare silentium agit, nisi quòd minatur quidẽ uincula quædã excogitasse cõ-
tra illos sese, iisq; ipsos comprehensurũ esse, circũdato ueluti retibus quibusdã
lecto. APOL. Nescio sanè: optarim uerò ipse, ille qui sic cõprehẽderetur, esse.

IVNONIS

## IVNONIS ET LATONAE, Iac. Micyl. interprete.

### IVNO.

PVlchros enimuero Latona & liberos procreasti Ioui. LAT. Non enim omnes, ô Iuno, tales parere possumus, qualis Vulcanus est. IV. At hic claudus quidē, utilis certè tamen est, artifex optimus existens, ac cœlum nobis exornauit quoque, Veneremq; uxorem duxit, à qua & studiosè obseruatur. Contrà autē tuorum liberorum altera quidem utilis ultra modum, & montiuaga est, & postremò in Scythiam quoque profecta, omnes sciunt qualia comedat, hospites mactando, ac Scythas ipsos imitando, qui humana carne uescuntur. Apollo autem simulat quidem omnia scire sese, & iaculari, & cithara canere, & medicum esse, & uaticinari: & erectis uaticinandi tabernis hic in Delphis, illic in Claro & Didymis, decipit consulentes se, obliqua, & in utranque partem quæstionis propositæ inclinantia respondendo, ne uidelicet erroris possit damnari: atque ita ex hoc quæstum facit, & ditescit. Multi enim amentes sunt, seque ipsos exhibent præstigiis deludendos. Verùm non ignoratur utique à prudentioribus, quòd pleraque falsa ac ficta dictitet: quippe ille ipse uates ignorabat quòd interfecturus amasium suum esset disco: neque prædixerat ipse sibi quòd fugitura ipsum esset Daphne, idq; adeò formosum atque comatum. Quare non uideo qua causa pulchriores liberos te quàm Nioben illam procreasse putaris. LAT. At uerò liberi hi, hospitū mactatrix ista uidelicet, & mendax uaticinator ille, scio quo pacto mordeant te dum conspiciuntur inter deos, & maximè quando hæc quidem ob pulchritudinem laudatur, ille autem citharam personat in conuiuio, omnibus ipsum admiratione prosequentibus. IVN. Nequeo risum continere, Latona. Illúm ne admirantur? quem Marsyas, si iustè modò iudicare Musæ uoluissent, excoriasset meritò, ut qui ipse in Musica uicerat: nunc autem circumuentus miser ille periit, iniustè sanè damnatus. Hæc autem formosa tua uirgo, ita formosa nimirum est, ut posteaquam animaduertit sese conspectam ab Actæone fuisse, uerita ne adolescēs ille turpitudinem ipsius euulgaret, immiserit illi canes: ut interim non dicam quòd neque parturientibus obstetricatura fuisset, si uirgo utique & ipsa foret. LAT. Valde animo elato es Iuno, eò quòd cū Ioue concumbis, & unà cum eo regnas: & propterea absque metu contumelioſa es. Veruntamen uidebo te non ita multò pòst rursum lachrymantem, quando te relicta in terram descenderit ille, in taurum aut cygnum conuersus.

## APOLLINIS ET MERCVRII, Eodem interprete.

### APOLLO.

QVid rides Mercuri? MER. Quoniam maximè ridicula, Apollo, uidi. APOLL. Dic igitur, ut & ipse auditis illis tecum ridere possim. MER. Venus cum Marte concumbens deprehensa est, ac Vulcanus comprehēsos illos uinculis constrinxit. APOLL. Quomodo? Suaue enim quiddā dicere uideris. MER. Longo iam tēpore, opinor, cognitis his quæ agebantur, expiscatus est illos, & lecto occultis quibusdā uinculis circundato, abiens ad fornacem opus faciebat. Post hæc Mars ingreditur secretò, ut quidem ipse putabat. Videt autem ipsum ex alto Sol, & rem ad Vulcanum

*Deprehensi Mars cū Venere, à Vulcano uinculis colligantur.*

defert. Vbi igitur lectum conſcendiſſent,& in opere eſſent, & iam intra retia F
tenerentur, circumuoluuntur ipſis quidem uincula,aſtat autem Vulcanus. Illa
igitur (nam & fortè tum nuda erat) pudore affecta, non habebat quo ſe tege-
ret. Mars uerò ab initio fugere tentabat,ſperabatq; ſe uincula illa diſrupturum
eſſe: cæterùm poſteaquam intellexit ſe undique captum teneri,neque effuge-
re quoquã poſſe,ſupplicare cœpit. APOL. Quid igitur? ſoluitne ipſos Vul-
canus? MERC. Nondum,ſed conuocatis diis ſpectandũ ipſis exhibuit adul-
terium. Illi autem nudi ambo,& colligati mutuò,inclinatis deorſum capitibus
erubeſcebant. Atque adeò ſpectaculum hoc dulciſſimum mihi uiſum eſt,cum
tantùm non ipſum opus exhiberent. APOL. At faber ille an nõ pudore af- G
ficitur etiam ipſe cum ſpectandam ita exhibet cõiugii ſui turpitudinẽ? MER.
Nõ per Iouem,quippe qui etiam arrideat ipſis aſtans. Ego uerò,ſi opus eſt ue-
rum dicere, inuidebam Marti,non ſolùm quòd cum formoſiſſima dea adulte-
rium exercuiſſet, ſed etiam quòd colligatus cum ipſa unà eſſet. APOL. Pro-
inde & tu ligari hoc pacto ſuſtineres? MERC. Tu uerò non,Apollo? Aſpi-
ce modò & accedens (collaudabo enim te) ſi non eadem ipſe quoque optabis
ubi uideris.

## IVNONIS ET IOVIS, Iacobo Micyllo interprete.

### IVNO. H

*Calumniatur Iuno Bacchum uini inuentorem.*

EQuidem erubeſcerẽ ô Iupiter, ſi mihi talis eſſet filius, effœminatus
adeò, & perditus ebrietate, mitra quidem religata coma incedens,
ut plurimum autem cum inſanis mulieribus conſuetudinem habẽs,
mollior ipſis illis, ad tympana & tibias & cymbala choreas agens, & in ſum-
ma cuiuis magis quàm patri tibi ſimilis. IVP. At uerò hic mitratus & mulie-
roſus,non ſolùm,ô Iuno,Lydiam ſubiugauit, & eos qui ad Tmolum habitant
cepit,præterea & Thraces ſub ſe redegit,uerùm etiam contra Indos profectus
cum muliebri iſto exercitu,& elephantos cepit,& terra potitus eſt, ipſumque I
regem,qui aliquantulum reſiſtere auſus fuerat,captiuum abduxit. Atque hæc
omnia fecit ſaliens pariter & choream ducens,haſtis utendo hederaceis,ebrius
interea,ut ais, atque furore correptus. Quod ſi uerò quiſpiam illum conuicia-
ri aggreſſus ſit,contumelioſè de ſacris illius loquendo: etiam hunc ulciſci ſo-
let,uel palmitibus ipſum implicando,uel à matre,perinde ut hinnulum,lacera-
ri faciendo. Vides quàm uirilia hæc, & me patre minimè indigna? Si uerò lu-
ſibus quoque & deliciis inter hæc indulget, non eſt quòd inuideas, & maxi-
mè ſi quis cogitet qualis hic ſobrius futurus erat, quandò etiam ebrius hæc fa-
cit. IVN. Tu mihi uideris etiam laudare inuentum ipſius,uitẽ uidelicet, & ui- K
num: & hoc cum uideas qualia inebriati iſti factitent,titubantes, & ad contu-
meliam prolabentes, & in ſumma, inſanientes præ uino. Itaque & Icarium il-
lum, cui primo donauit palmitem, ipſi compotores interfecere,ligonibus cæ-

*Vinũ mala nõ deſignat, ſed nimius eius potus.*

ſum. IVP. Nihil hoc dicis. Non enim uinum hæc, neque ipſe Dionyſius effi-
cit,ſed immoderatus potus, & ultrà quàm decet & ſatis eſt, repleri mero. Cæ-
terùm ſi quis moderatè bibat,hilarior ille quidem & ſuauior fieri ſolet. Qua-
lia uerò Icarius paſſus eſt, tale nihil ulli compotorum facile fecerit. Sed tu ad-
huc zelotypia affici uideris,ac Semeles reminiſci,Iuno: ſiquidem eas res Dio-
nyſii calumniaris,quæ ſunt omnium pulcherrimæ.

VENERIS

## VENERIS ET CVPIDINIS,

Erasmo Roterodamo interprete.

### VENVS.

QVID tandem in causa est, Cupido, ut quum reliquos Deos omneis adortus expugnaris, Iouem ipsum, Neptunum, Apollinem, Iunonem, me denique matrem, ab una Minerua temperes, utq; aduersus hanc nec ullum habeat incendium tua fax, & iaculis uacua sit pharetra, tum & ipse arcu careas, neque iaculari noris? CVP. Equidem hanc metuo, mater: est enim formidabilis, truculentoq; aspectu, ac ferocitate quadam supra modum uirili: proinde siquando tenso arcu petam illam, galeæ cristam quatiens expauefacit me, moxq; formidine tremere occipio, sic ut arma mihi è manibus excidant. VEN. Atqui Mars an non erat hac formidabilior? & hunc tamen superatum exarmasti. CVP. Imò ille cupidè me recipit, atque ultrò etiam inuitat: uerùm Minerua semper adductis superciliis obseruat. quin aliquando temere ad illam aduolaui, facem propius admouens: at illa, Si quidem ad me accesseris, inquit, per parentẽ Iouem, quouis modo te confecero, aut lancea te transfigã, aut pedibus arreptum in tartara dabo præcipitem, aut ipsa te discerpam. Plurima item id genus cõminabatur. Ad hæc acribus obtuetur oculis: postremò & in pectore faciem quandam gestat horrendã, uiperis capillorũ uice comatam. hanc nimirũ magnopere formido. territat enim me, fugioq; quoties eam aspicio. VEN. Esto sanè, Mineruam metuis, ut ais, atq; huius gestamen Gorgona reformidas, idq; quum Iouis ipsius fulmen non formidaueris: cæterùm Musæ quam ob causam abs te non feriuntur, atq; à tuis iaculis tutæ aguntur? num & hæ cristas quatiunt, aut Gorgonas prætendunt? CVP. Has quidem reuereor mater: sunt enim uultu pudico ac reuerẽdo: præterea semper aliquo tenentur studio, semper cantionibus animum intentum gerunt: quin ipse etiam non rarò illis assisto, carminis suauitate delinitus. VEN. Esto, nec has adoriris, propterea quòd sint reuerendæ: at Dianam qua tandem gratia non uulneras? CVP. Vt breuiter dicam, hanc ne deprehendere quidem usquam sum potis, quippe perpetuò per montes fugitantem. ad hæc alterius cuiusdã sui Cupidinis illa tenetur cupidine. VEN. Cuius ô gnate? CVP. Nẽpe uenatu ceruorum & hinnulorũ, quos insectatur ut capiat, ac iaculo figat. Ac prorsum tota rerũ huiusmodi studio tenetur: tametsi fratrem eius, qui nimirũ arcu ualet & ipse, feritq; eminus. VEN. Teneo gnate, eum sæpenumero sagitta uulnerasti.

*Cupido õnes deos superat exceptis Minerua, Musis, & quibusdam aliis, &c.*

## DEARVM IVDICIVM, Iacobo Micyllo interprete.

### IVPITER.

MERCVRI, accepto hoc pomo abi in Phrygiã ad Priami filium, pastorem armenti (pascit autem in Ida monte, qua parte Gargarum uocant) ac dic illi: Iupiter, inquiẽs, ô Pari iubet te, posteaquã & ipse formosus es, & rerum amatoriarum doctus, sententiã ferre inter deas, quæ nam illarum omnium formosissima sit. Certaminis autem præmium, ea quæ uicerit, pomum accipiat. Porrò tempus iam est ut & ipsæ uos abeatis ad Iudicem. Ego uerò ablego à me arbitriũ, ut qui ex æquo omnes uos amem, ac, si modò possibile foret, libenter omnes uos uictrices uidere uellẽ, præsertim quandò & ne-

*De iudicio Paridis.*

ceſſe eſt, qui uni pulchritudinis ſummã adiudicabit, eum omnino in odiũ cæ- F
terarum plurium incurrere. Quare equidem ipſe uobis idoneus iudex nõ ſum:
adoleſcens autem ille Phrygius, ad quẽ hinc abitis, regio quidem genere pro-
gnatus eſt, & Ganymedis huius cognatus: cæterùm ſimplex & mõtanus: neq;
quiſquam illum cognitione hac indignum meritò putauerit. V E N. Ego ue-
rò, Iupiter, etiam ſi Momum ipſum præſtituas nobis iudicem, præſenti animo
itura ſum ad documẽtum mei præbendum. Quid enim adeò reprehenderit il-
le in me? Sed oportet etiam hiſce placere hominem. I V N. Neque nos, Venus,
timemus quicquam, etiam ſi Mars iſte tuus electus ſit arbiter: ſed recipimus &
hunc Parin, quiſquis etiam fuerit. I V P. Num igitur & tibi eadẽ hæc, filia, pla- G
cent? quid reſpondes? auertis te, & erubeſcis? Eſt quidem peculiare hoc uirgi-
nibus uobis, uerecundia affici erga talia. ſed tamen annuis. Abite igitur: ac ui-
dete ne infenſiores fiatis iudici, quæcunq; uictæ fueritis, néue malũ aliquod in-
feratis ipſi adoleſcentulo. Neque enim fieri poteſt ut æqualiter omnes formo-
ſæ ſitis. M E R. Procedamus ergo rectà uerſus Phrygiam. Ac ego quidẽ præi-
bo, uos autem non lentè & ſequimini me, & bono animo eſte. Noui ego Pari-
dem hunc: adoleſcens eſt formoſus, & quod ad cætera attinet, amori deditus,
& ad talia diſceptãda maximè idoneus: neq; ille facilè iudicauerit malè. V E N.
Hoc quidem totũ bene, adeoq; pro me narras, iuſtum uidelicet eſſe nobis iudi- H
cem. Vtrum autem & uxore adhuc caret hic, an & mulier quæpiam ipſi coha-
bitat? M E R. Non omnino abſque uxore eſt, Venus. V E N. Quomodo hoc
dicis? M E R. Videtur quædam cũ eo habitare mulier Idæa, ſic ſatis formoſa,
cæterùm ruſtica, atque inter montes malè conſueta: ſed non admodum adhi-
bere animum ipſi uidetur. Cuius igitur gratia hæc interrogas? V E N. Nullius
ſanè rei, ſed ita temerè in mẽtem uenit. M I N E R V A. Malè legationẽ obis,
heus tu, qui priuatim cum hac conſilia confers. M E R. Nihil mali, Minerua,
hoc: neque etiam contra uos: ſed interrogabat me an uxore adhuc careret Pa-
ris. M I N. Quamobrẽ igitur hoc ſuperſtitioſe adeò illa curat? M E R. Neſcio. I
Aiebat igitur quòd temerè ita in mentem ueniſſet hoc, neque ex compoſito
interrogaſſet me. M I N. Quid ergo? carét ne uxore adhuc? M E R. Non uide-
tur. M I N. Quid autem? bellicæne rei ſtudio aliquo tenetur, atque amans glo-
riæ eſt, an nihil aliud quàm bubulcus eſt? M E R C. Verum quidẽ nõ poſſum
dicere: coniecturam autem facere licet, iuuenis cum ſit, etiam has res cõſequi
illũ cupere, ac uelle præcipuum in præliis eſſe ſe. V E N. Vides? nihil ego nunc
cõqueror, neq; crimini uerto tibi, quòd cum hac ſeorſim nunc loqueris. Que-
rulorum enim hoc, non Veneris. M E R C. Etiam hæc fermè eadem interro-
gauit me: quam ob rem grauiter ne feras, néue putes eo minus conſecuturam K
eſſe te, quòd huic quoque ſimpliciter & abſque dolo reſpondi. Verùm interea
dum ſermones cedimus, iam multum progreſſi, reliquimus poſt nos ſtellas, &
propemodum Phrygiam contingimus. Ego uerò etiam Idam uideo, adeóque
totum Gargarum exactè: &, ſi non fallor, ipſum quoque iudicem ueſtrum Pa-
ridem. I V N O. Vbi autem is eſt? neque enim ipſa etiam uideo illum. M E R.
Hac uerſum, Iuno, ad ſiniſtram reſpice, non ad ſummum montem, ſed ſecun-
dum latus, ubi antrum illud & armentum uides. I V N. At non uideo armen-
tum. M E R. Quid ais? an non uides buculas ſecundũ meum hunc digitum ex
mediis rupibus progredientes, & quendam à ſcopulo deorſum currentem, pe-

dum

A dum manu tenentem,& prohibentem ne longius diſpergatur armentũ? IVN. Video nunc tandem,ſi modò ille eſt. MER. Ille uerò. Sed quia propè iam ſumus,in terram,ſi uidetur,demiſſi, pedibus faciamus iter, ne cõturbemus illum ſupernè ex improuiſo deuolando. IVN. Rectè dicis,atque ita faciamus. Cæterùm poſteaquam deſcendimus,tuum iam eſt Venus,ut præeas,ac uiam nobis ducendo commonſtres. Tu enim,ut conſentaneũ eſt,locorum perita es: quippe quæ ſæpius,ut fertur fama, huc ad Anchiſen deſcenderis. VEN. Non admodũ,Iuno,me tua iſta mouet dicacitas. MER. At igitur ego uos ducã. nã & ipſe frequenter in Ida uerſatus ſum,quãdo Iupiter amabat adoleſcentulũ iſtum
B Phrygium: ac ſæpius huc ueni ab illo miſſus,ut quid ageret puer, obſeruarem: & cum iam in aquilam conuerſus eſſet, unà quoque cum ipſo aderam, & unà formoſum illum ſubleuabam. Et,ſi modò ſatis memini,ab hac ipſa rupe illũ in ſublime abripuit. Nam hic quidẽ fortè tum fiſtula canebat ad ouile, Iupiter autem à tergo ipſi deuolans, leuiter admodũ unguibus circunjectis,& ore in tiaram,quam ſuper caput habebat,impreſſo,in altum ſuſtulit puerum, perturbatum,& ceruice reflexa in ipſum intuentẽ. Tum igitur ego fiſtulam ſuſtuli. abiecerat enim illam præ timore. Atenim arbiter hic propè eſt, quare compellemus ipſum. Salue bubulce. PARIS. Et tu certè adoleſcens. Quis autem ipſe es
C qui huc ad nos aduenerís: aut quásnam has adducis mulieres? Non enim eiuſmodi apparent, quæ in montibus uerſari cõmodè queant, formoſæ adeò cum ſint. MER C. At non ſunt mulieres. Iunonẽ uerò,Pari,& Mineruam,& Venerem uides,& me Mercurium uidelicet Iupiter ad te miſit. Sed quid tremis & expalleſcis? ne metue. nihil enim periculi hic. Iubet autem te iudicem eſſe pulchritudinis ipſarum. Quandoquidem enim,inquit,& formoſus ipſe es,& doctus rerum amatoriarũ,cognitionem hanc tibi commendo: certaminis autem præmium ſcies lecto hoc pomo. PAR. Cedo,ut uideam quid ſibi etiam uelit. Pulchra,inquit,capiat. Quo pacto igitur,ô here Mercuri,potero ego, morta-
D lis cum ſim ipſe ac ruſticus,iudex eſſe tam inopinati ſpectaculi, & maioris adeò quàm pro bubulci captu? Nam huiuſmodi cauſſas diſceptare,delicatorũ atque urbanorum magis eſt. Quod autem ad me attinet,utra capella formoſior altera ſit,& iuuenca num alia aliam ſuperet,fortaſſis ex arte diiudicare poſſim. Hæ uerò & formoſæ pariter omnes ſunt,& non uideo quo pacto aliquis ab una ad aliam transferendo aſpectum auellere queat. Non enim facilè abſiſtere uult,ſed cuicunque ſe primo applicat,ei inhæret,& quod præſens eſt, laudat. Inde ſi ad aliud tranſierit, etiã illud formoſum uidet,& immoratur: & ſemper ab iis quæ propiora ſunt, ceu per ſucceſſionem excipitur. Et in ſumma,circumfuſa mihi
E eſt pulchritudo ipſarum,& totum me complexa tenet. Ac doleo quòd non & ipſe,quemadmodum Argus ille,toto corpore uidere poſſum. Videor autẽ mihi bene tũ iudicaſſe, ſi omnibus pomum hoc reddidero. Nam & rurſum illud quoque accedit,quòd hæc quidem Iouis ſoror & coniunx eſt: illæ uerò filiæ. Quomodo igitur nõ periculoſum etiã hoc pacto iudicium hoc fuerit? MER. Neſcio,niſi quòd non licet detrectare Iouis imperium. PAR. Vnũ igitur hoc Mercuri perſuade ipſis, ne ſuccenſeant mihi duæ illæ reliquæ quæcunq; uictæ fuerint: ſed quicquid peccatum uidebitur,id ſolis oculis imputent. MER. Ita facturas ſe aiunt. Tempus autem iam tibi eſt ut peragas iudicium. PAR. Faciemus periculum. Quid enim agat quiſpiam? Cæterùm illud primùm ſcire uolo,

utrũ ſatis erit ſpectare ipſas,ut nunc ſunt,ueſtitas:an uerò etiam exuere ſeſe ne- F
ceſſe erit,ut diligentius inſpici atq; examinari eò poſſint. MER C. Hoc tuum
officiũ erit uidere, utpote iudicis. Ac imperes ipſis licet,quomodocunq; etiam
uoles. PAR. Quomodocunq; etiam uolo? Nudas igitur uidere uolo. MER.
Exuite heus uos. Tu uerò inſpice eas. Ego interim auertam me. VEN. Rectè
ô Paris. Atq; prima certè exuam me,ut noris quòd non ſolũ lacertos habeam
candidos,neq; etiã magnos & auguſtos oculos præ me ferendo,ſuperbiã. Ae-
qualiter uerò ſum tota & uniformiter pulchra. MIN. Ne prius ipſam exueris,
ô Paris,q̃ ceſtum à ſe depoſuerit,(incãtatrix enim eſt) ne te præſtigiis circum-
ueniat per illum. Et certè quidem oportebat neq; etiam ſtudioſe ita exornatam G
hic adeſſe, neque tot coloribus fucatam,perinde ac uerè meretricem aliquam,
ſed ipſam formam nudam exhibere ſpectandam. PAR. Rectè ſanè admonent
illud de ceſto: atq; etiam depone illum. VEN. Cur non igitur & tu Minerua
galea depoſita nudum caput ſpectandũ exhibes, ſed concutis conũ,& perter-
res iudicẽ? An uereris ne tibi obiiciat & reprehendat cæruleũ iſtud oculorum
ſi dẽpto terribili iſto aſpiciatur? MIN. Ecce tibi galea hæc ablata. VEN. Ecce
tibi & ceſtus hic. IVN. Sed exuamur tandem. PAR. O Iupiter monſtrifice,
quod ſpectaculũ! quæ pulchritudo! quæ uoluptas! qualis uirgo hæc! ut uerò re-
galis illa & uenerabilis effulget, adeoq; uerè digna Ioue! Tuetur autem ſuaue H
quiddam & iucundũ,ac blandũ & illecebroſum. etiam arriſit. Sed iam ſatis ha-
beo felicitatis huius. Si uidetur autem,etiam ſeorſim unamquamque inſpicere
uolo: quoniam nunc certè ambiguus ſum,neq; ſatis ſcio ad quid etiam me re-
ferã,uiſu in omnes partes diſtracto. VEN. Ita faciamus. PAR. Abſcedite igi-
tur uos duæ: tu uerò Iuno hic mane. IVN. Maneo. Ac poſteaquam me dili-
genter inſpexeris, tempus tibi erit & cætera iam ſpectare, num pulchra uicto-
riæ meæ dona propoſita tibi. Nam ſi me,Pari,formoſiorẽ eſſe iudicaueris,uni-
uerſæ eris Aſiæ dominus. PAR. At non donis noſtra hæc gerũtur. Sed tamen
abi. mox enim agetur quicquid æquum uiſum erit. Tu uerò accede Minerua. I
MIN. Adſum tibi. Quod ſi igitur me ô Pari,formoſam eſſe iudicio declaraue-
ris,haud unquã ex pugna uictus abibis. bellatorem enim te,& uictoriarũ com-
potem efficiam. PAR. Nihil,Minerua,opus mihi eſt bello,& pugnis. Pax e-
nim,ut uides,in præſentia tenet Phrygiam ac Lydiam,& ab hoſtibus quietum
eſt patris imperium. Sed tamen confide. neque enim eò minus feres: tametſi
ob munera nequaquam iudicium feramus. Sed indue te tandẽ,& impone ga-
leam. ſatis enim te inſpexi. Ac nunc Venerem adeſſe tempus eſt. VEN. Ec-
cam meipſam tibi. Ac contemplare ſingillatim unumquodque diligẽter, nihil
curſu præteruehendo, ſed immorando ſingulis etiam membris. Quòd ſi uerò K
placet, ô formoſe,etiam hæc mea dicta accipe. Ego enim iamdudum aſpiciens
te iuuenem adeò,& formoſum, qualem neſcio an ullum alium nutriat Phry-
gia,beatum quidem te puto ob pulchritudinem: reprehendo autem,quòd nõ
relictis hiſce rupibus & ſaxis,in urbe alicubi uitã degis, ſed corrumpi pulchri-
tudinẽ iſtam ſinis in ſolitudine. Quid enim te montes iſti iuuant? aut quid pro-
ficiunt pulchritudine iſta tua boues? Decebat autem te iam & uxorem duxiſ-
ſe,non tamen ruſticam aliquam & indigenam,quales per Idam paſſim mulie-
res ſunt, ſed ex Græcia aliquam, uel Argiuam,uel Corinthiam, uel Lacænam,
cuiuſmodi Helena illa eſt,adoleſcẽtula & formoſa,& nulla parte me ipſa infe-

ior,

A rior, & quod maximum eſt, amori quoque dedita. Nam illa ſi ſolùm etiã aſpiciat te, ſatis ſcio, relictis omnibus, ſéque ipſa ceu in deditionẽ tradita, ſequetur & cohabitabit tecum. Prorſum autẽ & tu audiſti iam aliquando de ipſa. PAR. Nihil etiam, ô Venus. Nunc autẽ lubens audiero omne quicquid eſt de illa te narrantem. VEN. Eſt hæc filia quidem Ledæ formoſæ illius, ad quam Iupiter è cœlo deuolauit in Cygnum conuerſus. PAR. Qualis autẽ aſpectu eſt? VEN. Candida quidem, qualem conſentaneum eſt eſſe è Cygno prognatam: tenera autem, ut quæ in ouo enutrita fuerit: nuda plerunq; exercens ſeſe, & palæſtricæ rei dedita. Adeò igitur magnopere ab omnibus paſſim expetitur, ut & bel-
B lum ipſius cauſſa ſuſceptum fuerit, cum Theſeus nondum nubilẽ illam rapuiſſet. Poſtea uerò cum iam ad florem ætatis peruenisſet, optimi quique Achiuorum ad petendas illius nuptias ſeſe obtulerunt. Antepoſitus autẽ reliquis tum Menelaus fuit, ex genere Pelopidarum natus. Quod ſi autẽ uoles, ego tibi cõficiã has nuptias. PAR. Quid narras? eiús ne quæ iam nupſit alteri? VENVS. Iuuenis adhuc es, & ruſticus. Ego uerò noui quo pacto talia perficere conueniat. PAR. Quomodo? cupio enim & ipſe ſcire. VEN. Tu quidem proficiſcẽris ad perluſtrãdam Græciam, atq; ubi Lacedæmona peruenerís, uidebit te Helena. Poſt illa uerò meum iam opus erit efficere quò illa amore tui capiatur, tẽ
C que ſectetur. PAR. Hoc ipſum etiã incredibile mihi uidetur, ut illa relicto cõiuge, cum homine barbaro atq; hoſpite è patria nauigare in animum inducat. VEN. Bono animo eſto. Nam huius certè rei gratia liberos duos habeo pulchros, Amabilitatem, & Cupidinem uidelicet, quos tibi tradam, qui tibi duces itineris futuri ſint. Ac Cupido quidẽ totus ſubingrediens illam, ui coget amare mulierem. Amabilitas autem tibi ipſi circumfuſa, id quod ipſa eſt, & expetibilem te reddet, & amabilem. Deinde autẽ & ego unà præſens rogabo Gratias quò & illæ comites ſe præbeant: atq; ita omnes ipſam ad hoc quod uolumus impellemus. PAR. Quomodo fortaſſis hoc procedet, incertum adhuc, Venus
D eſt: ueruntamen amo iam Helenã, & neſcio quo pacto etiã uidere ipſam mihi uideor, & nauigo rectà uerſus Græciam, & in Sparta peregrè abſum, & redeo unà cũ uxore: & doleo quòd non omnia hæc iam nunc facio. VEN. Ne prius amaueris Pari, q̃ pronubã me & ſponſæ conciliatricem iudicio hoc remuneratus fueris. Decet enim & me uictoriæ cõpotem factã adeſſe uobis, & celebratẽ peragere nuptiarũ pariter & uictoriæ. Omnia enim licet tibi hæc, & amorẽ, & formam, & nuptias pomo iſto mercari. PAR. At metuo ne me poſt latũ iudicium negligas & contemnas. VEN. Vis igitur ut iurẽ tibi? PAR. Nequaquam, ſed tãtum promitte denuo. VEN. Promitto igitur, Helenã trãditurã
E me eſſe uxorem tibi, & futuram comitẽ proficiſcenti ad ipſam: deinde & Ilium uenturam eſſe ad uos. Atq; adeò ipſa præſens adero, & ad omnia opitulabor. PAR. Etiam Cupidinem & Amabilitatem & Gratias tecum adduces? VEN. Bonũ animum habe: quin & Deſideriũ & Hymenæum præterea comites aſſumam. PAR. Ob hæc igitur do tibi pomum, ob hæc accipe.

## MARTIS ET MERCVRII, Eraſmo Roterod. interprete.

### MARS.

AVdiſtin' Mercuri cuiuſmodi nobis minatus ſit Iupiter? q̃ ſuperba, quãque dictu abſurda? Ego, inquit, ſi uoluero, catenam ex æthere demittam, *Iouis iactantia irridetur.*

unde ſi uos ſuſpenſi me ui detrahere conemini, luſeritis operam. nunquam e- F
nim me deorſum trahetis. Contrà ego uos ſi uelim in altum attrahere, nō uos
modò, uerumetiam tum terram ipſam, tum mare pariter ſubuectum in ſublime
ſuſtulero. Ad hæc alia permulta, quæ tu quoque audiſti. At ego, ſi quidem cum
uno quolibet ſingulatim conferatur, ita præſtantiorem eum eſſe, uiribuſq; ſu-
periorem, haudquaquam negauerim: uerùm unum tam multis pariter in tan-
tum antecellere, ut eum ne pondere quidem uincere queamus, etiam ſi terram
ac mare nobis adiunxerimus, id neutiquam crediderim. M E R C. Bona uer-
ba Mars. Neque enim ſat tutum eſt iſta loqui, ne quid fortè mali nobis hæc pe-
tulantia conciliet. M A R S. An uerò credis apud quemlibet hæc dicturū me? G
imò apud te ſolum id audeo, quem linguæ continentis eſſe ſciebam. Sed quod
mihi maximè ridiculum uidebatur tum quum hæc minitantem audirem, haud
queam apud te reticere. Etenim memineram quū non ita multò antè Neptu-
nus, Iuno ac Pallas, mota aduerſus eum ſeditione, machinarentur comprehen-
ſum illum in uincula cōiicere, quantopere formidarit, utq; in omnem ſpeciem
ſeſe uerterit, idque cum tres duntaxat eſſent dii. Quòd ni Thetis miſericordia
commota, Briareum Centimanum illi auxilium accerſiuiſſet, ipſo pariter cum
fulmine ac tonitru uinctus erat. Hæc reputanti mihi ridere libebat eius magni-
loquentiam iactantiamq;. M E R C. Tace, bona uerba. neque enim tutum eſt H
iſta uel tibi dicere, uel audire mihi.

## PANOS ET MERCVRII, Iacobo Micyllo interprete.

### PAN.

*Pan deus Arcadiæ, paſtorum, muſicus, ſocius Bacchi, filius Mercurij.*

SALVE pater Mercuri. M E R C. Salue utique & tu. Sed quomo-
do ego pater tuus ſum? P A N. An non Cyllenius ille Mercurius es
tu? M E R C. Atque admodum. Quo pacto igitur filius meus es?
P A N. Adulterinus ſum, ex amore tibi natus. M E R C. Per Iouem hirci for-
taſſe cuiuſdam, qui capram per adulteriū cognouit. Nam meus quomodo fue- I
ris, qui & cornua habes, & naſum talem, & barbam hirtam, & pedes bifidos,
hircinosq;, præterea & caudam ſuper natibus? P A N. Quæcunq; in me con-
uiciando dicis, iis tuum ipſius filium, pater, probroſum ac turpem declaras: imò
potius teipſum, qui eiuſmodi generas, & tales liberos procreas: ego uerò ex-
tra culpam ſum. MER. Quam autem etiam matrem tuam ais eſſe? Num igno-
rans alicubi cum capra adulterium exercui ego? P A N. Non cum capra, ſed
tibi ipſe in memoriam reuoca, num in Arcadia quandoque puellam liberā per
uim ſtupraris. Quid mordendo digitum, quæris, ac diu dubitas? Icarii filiam di-
co Penelopen. M E R C. Quid igitur illi accidit, quòd pro me, hirco ſimilem K
te peperit? P A N. Dicam tibi, quæ ex illa ipſa audiui. Quando enim me in Ar-
cadiā ablegabat, O puer, inquit, mater quidē tua ego ſum, Penelope, ex Spar-
ta nata: cæterùm patrem noris habere te deum, Mercuriū illum Maiæ ac Iouis
filium. Quòd ſi igitur cornutus ipſe es, ac pedes hircinos habes, ne id ægrè fe-
ras. Quando enim mecum rem habebat pater tuus, hirco ſeipſum aſſimilaue-
rat, quò facilius lateret: & ob id ſimilis hirco tu quoque euaſiſti. M E R C. Per
Iouem, memini me tale quiddam facere. Ego igitur formoſus ille, qui ob for-
mam ac pulchritudinem animum elatum præ me fero, qui adhuc imberbis ipſe
ſum, pater tuus uocabor? & ab omnibus riſu accipiar ob præclaram liberorum

procrea-

A procreationem? P A N. At uerò dedecori tibi pater non ſum. Nam & muſicus ſum, & fiſtula cano, admodum pleno ſpiritu: & Bacchus ille nihil abſq; me facere quicquam poteſt: ſed & ſociũ & conſultatorẽ fecit me, & duco ipſi chorum. Iam & ouilia mea ſi uideas, quot & per Tegeam & per Partheniũ habeo, admodum delectaret te. Impero autẽ & Arcadiæ toti. Nuper uerò etiã Athenienſibus auxilium ferens, ita præclarè rem geſſi in Marathone, ut ceu donum militare quoddã retulerim antrũ illud quod eſt ſub arce. Quòd ſi igitur Athenas ueneris, cognoſces quantum ibi ſit nomen Panos. M E R C. Ac dic mihi, duxiſtine uxorẽ iam? Hoc enim, opinor, dictitant te. P A N. Nequaquam,
B pater. amator enim ſum, neque cum una aliqua rem habere contentus forem. M E R C. Capras uidelicet conſcendis. P A N. Tu quidem irrides me, at ego tamen & cum Echo & cum Pyti rem habeo, præterea & cum omnibus Bacchi Mænadibus, atque admodum ſtudioſe ab illis obſeruor. M E R C. Scis igitur quid te gratificari mihi, fili, primũ omnium uelim? P A N. Impera pater, nos autem uidebimus hæc uti fiant. M E R C. Et accedas ad me, & prehenſes licet: patrem autem uide ne me appellaris quoquam audiente.

*Pitys pinus eſt, tametſi Gaza Laricẽ uertat. hac autem Pan coronari ſolebat.*

## APOLLINIS ET BACCHI, Iacobo Micyllo interprete.

C

### APOLLO.

QVid igitur? dicendũm ne eſt, Bacche, fratres eſſe Cupidinẽ, Hermaphroditum, & Priapũ, adeò diſſimiles forma & ſtudiis cũ ſint? Nam hic quidem formoſus omnino & iaculator eſt, & poteſtate nõ parua comparata ſibi, omnibus imperat. Ille autẽ mulieroſus ac ſemiuir, ambiguam quoque faciem præ ſe ferens, ut non facilè dignoſcas adoleſcẽns ne ſit, an uirgo. Tertius uerò etiam ſupra modum uirilis eſt, Priapus uidelicet. B A C. Ne mireris Apollo. non enim ipſa Venus in cauſa eſt, ſed patres, qui diuerſi fuere: quandoquidem & ii qui eodem patre eademq; matre naſcuntur, ſæpenumero
D alius uir, alius fœmina, quemadmodum & uos, naſcũtur. A P O L. Ita ſanè eſt ut dicis: ſed nos tamen ſimiles ſumus, & circa eadem ſtudia uerſamur: ſagittarii enim ambo ſumus. B A C. Quantum quidem ad arcum & ſagittas attinet, eadem ambo exercetis, Apollo: illa uerò ſimilia nequaquam ſunt, quòd Diana quidẽ hoſpites mactat apud Scythas, tu autẽ uaticinaris, & medicaris ægrotantibus. A P O L. An tu putas ſororem delectari Scythis? quæ quidem etiam adornauit, ſi quis Græcus aliquando in Tauricã aduenerit, ut cũ eo inde enauiget, iam olim peroſa mactationes illas. B A C. Rectè ſanè illa. Sed hic Priapus? Ridiculum enim quiddam narrabo tibi, quod cũ Lampaſci nuper eſſem,
E mihi accidit. Ego quidem ad urbem acceſſeram, ille autem me recepit, hoſpitio apud ſe præbito. Poſteaquã igitur quieti nos dedimus, in conuiuio affatim madefacti, circa mediam propè noctem exurgens generoſus ille: ſed pudet dicere. A P O L. Solicitauit ne te? B A C. Huiuſmodi quippiam eſt. A P O L. Quid tu autem porrò ad hæc? B A C. Quid enim aliud, quàm riſi? A P O L. Rectè ſanè, quòd neque acerbè neque ruſticè quicquam. Venia enim dignus eſt, ſi te formoſum adeò ſolicitauit. B A C. Huius igitur gratia etiam te Apollo ſolicitatum meritò uenerit. Formoſus enim & tu, & præterea comatus, ut uel ſobrius Priapus ille aggredi te queat. APOL. Sed non aggredietur, Bacche, me facilè: nam præter comam etiam arcum gero.

*De Cupidine, Hermaphrodito & Priapo, fratribus ſcilicet diuerſorum ſtudiorum.*

## MERCVRII ET MAIAE, Eraſmo Roterod. interprete. F

## MERCVRIVS.

*Conqueritur miſeriã & labores ſuos immenſos.*

EST uerò, mater, deus quiſquam in cœlo me miſerior? MA. Caue ne quid iſtiuſmodi dixeris Mercuri. MERC. Quid non dicam? qui quidem tantum negociorum ſolus ſuſtineam, quibus delaſſor, in tam multa miniſteria diſtractus. Nam mane protinus ſurgendum eſt mihi, ſtatimq; uerrendum cœnaculum ubi dii cõpotant. Tum ubi curiam in qua conſultãt, undique ſtrauero, ac ſingula ita ut oportet compoſueto, Ioui neceſſum eſt aſſiſtere, ac perferendis illius mandatis toto die ſurſum ac deorſum curſitare. inſuper quum redeo, puluerulentus adhuc Ambroſiam apponere cogor. G Porrò priuſquam nouitius iſte pocillator adueniſſet, ego nectar etiã miniſtrabam. Quódque eſt omnium indigniſſimum, ſoli omnium ne noctu quidẽ agere quietem licet, uerùm id quoque temporis neceſſe habeo defunctorum animas ad Plutonem deducere, maniumq; gregi me ducẽ præbere, tum autem & tribunalibus aſſiſtere. Neq; enim mihi ſufficiebant ſcilicet diurna negocia, dum uerſor in palæſtris, dum in concionibus præconis uices ago, dum oratores inſtruo: ni hæc quoque prouincia accedat, ut ſimul etiam umbrarum res diſponam. Atqui Ledæ filii alternis inter ipſos uicibus apud ſuperos atq; inferos agitant: mihi neceſſe eſt quotidie tum hoc, tum illud pariter agere. deinde duo illi H Alcmena ac Semele miſeris prognati mulieribus, ocioſi in cõuiuiis accũbunt: at ego Maia Atlantide progenitus, illis miniſtro ſcilicet. Quin nunc quum recèns Sidone à Cadmi filia reuerſus eſſem (nam ad hanc me legarat uiſum quid ageret puella) priuſquã reſpiraſſem, & adhuc anhelũ de uia, rurſum ad Argos emandauit uiſurum quî cum Danaë ageretur. Rurſum inde in Bœotiam profectus, inquit, obiter Antiopam uiſito. adeò ut planè iam pariturum me negarim. quod ſi mihi licuiſſet, lubens profectò feciſſem id quod ſolẽt ii qui in terris durã ſeruiunt ſeruitutem. MA. Miſſa fac iſta gnate: decet enim per omnia morem gerere patri, quum ſis iuuenis: ac nunc, quò iuſſus es, Argos contende, I deinde in Bœotiam: ne ſi ceſſaris, fueríſque lentior, plagas etiam auferas: nam iracundi ſunt qui amant.

*Hi duo Dialogi qui ſequuntur, in alijs circa finem poſterioris tomi ponuntur: quos nos, quia & ipſi Deorum ſuperiorum ſunt, cum ſuperioribus coniungendos putauimus.*

## IOVIS ET SOLIS, Iacobo Micyllo interprete.

## IVPITER.

*De eo quòd Phaëthon currum Solis perperam ducẽs, punitus ſit.*

QVALIA feciſti autẽ, Titanum peſſime? qui quæ in terris ſunt, perdidiſti omnia, adoleſcentulo fatuo ac ſtulto commiſſo curru, qui alia K quidem exuſſit, nimis prope terram curſu delatus: alia uerò præ frigore corrumpi fecit, longius ab ipſis abſtracto igne: & in ſumma, nihil non conturbauit & commiſcuit: ac niſi ego animaduerſis iis quæ gerebantur, deturbaſſem ipſum fulmine, nullæ ne reliquiæ quidem hominum manſiſſent. Talem nobis pulchrum iſtum aurigam atque rectorem currus emiſiſti. SOL. Peccaui, Iupiter, ſed ne offenſior eo fias, ſi credidi puero multa ſupplicanti. Nam unde uel ſperare potui hoc tantum futurum eſſe malum? IVPIT. An non noras quàm multa opus habebat diligentia negocium hoc, & ut ſi quis etiam modicum excidat à uia, pereant protinus omnia? Ignorabas autem etiam

equorum

A equorum uehementiam,ut oporteat ui quadam cõtinere frenum?Si quis enim permittat illis, arrepto eo continuò diuersi abeunt, quemadmodum uidelicet & istum transuerse abripuerunt, nunc quidem ad læuam, paulò autem pòst ad dexteram,interdum etiã in contrarium eius quem cœperant cursus,& in summa sursum ac deorsum, quocunq; ipsis libitum fuisset. Ille autem ignarus nesciebat quomodo utendum ipsis esset. SOL. Equidem omnia hæc sciebam, & propterea resistebam quoque aliquandiu, neque illi aurigationem committere uolebam. Postquam autem impensius obsecrabat lachrymando quoque, & mater Clymene unà cum ipso : in currum impositum submonui quo pacto
B oporteret insistere uiæ ipsum, quantum in sublime agitantẽ sursum ferri,deinde rursum per decliue deorsum uergere, & uti habenas regere,neq; impetum permittere equis deberet. Dixi autem etiam quantum periculum foret si non recta uia ageret. At ille(puer enim erat)cõscenso tanto igne,& uastæ adeò profunditati supernè incumbens, ut consentaneum est, obstupuit. Equi uerò ut senserunt non me esse eum qui conscendisset,contempto adolescentulo,è uia diuerterunt, & hæc tanta mala perpetrarunt. Ille autem dimissis habenis, metuens opinor ne excideret ipse,iugum currus apprehendit ac tenuit. Sed & ille iam pœnas suas dedit : & mihi,Iũpiter, satis supplicii luctus hic est. IVP. Satis
C autem, qui talia ausus sis? At nunc quidem ueniam tibi tribuo,de cætero autem si quid simile deliqueris, aut talem aliquẽ successorem tibi emiseris,statim senties quanto igne tuo fulmen nostrum plus ignis habeat. Quare illum quidem sorores ipsius sepulchro tradant iuxta Eridanum,quo loco etiam decidit curru excussus, electrum ipsi illachrymantes,deinde & in populos conuertantur præ dolore:tu uerò compacto curru(fractus enim temo ipsius est,& altera rotarum comminuta ) aurigare iunctis denuo equis : ac uide ut memineris horum omnium.

D

## APOLLINIS ET MERCVRII, Iac. Micyl. interprete.

### APOLLO.

POTES'NE mihi dicere,Mercuri,uter istorum Castor est,aut uter Pollux? Nam ego quidem non facilè discreuero ipsos. MER. Ille qui heri conuersatus nobis est, Castor erat : hic autem Pollux est. APOL. Quomodo dignoscis?similes enim sunt. MER. Quòd hic quidem, Apollo, habet in facie uestigia uulnerũ quæ aliquando ab iis accepit quibũscum pugillatu certauit, & maximè quibus à Bebryce Amyci filio uulneratus fuit,quando cũ Iasone in Colchum nauigabat. Alter autẽ nihil tale præ se fert,
E sed purus est atq; integer facie totus. APOL. Operæprecium feciſti,qui discrimina quibus internosci queant, docueris me. Nam cætera certè omnia æqualia sunt,oui pars dimidia,& stella supernè imminẽs,& iaculũ in manu,& equus utriq; candidus. Quare sæpe equidem appellaui hunc Castorẽ,qui Pollux erat: & rursus Castorem Pollucis nomine. Sed & illud mihi dic, cur non ambo pariter nobiscũ uersantur, sed ex diuiso nunc quidem mortuus, nunc autẽ Deus est alteruter ipsorum? MERC. Fraterno amore hoc faciunt. Nam cum oporteret alterum ex Ledæ filiis mortem obire, alterum autem immortalẽ esse, diuiserunt ita inter se ipsi immortalitatẽ. APOL. Non sanè prudenti,Mercuri, diuisione. Siquidem nec aspicient sese mutuò hoc pacto,quod uel maximè opi-

nor desiderabant. Aut quomodo enim, cum alter apud deos, alter apud manes F
existat? Veruntamen, quemadmodum ego uaticinor, Aesculapius medetur, tu
palæstricam doces, puerorū exercitator optimus, Diana autem obstetricatur:
atque aliorum suam quisque artem habet, uel Diis uel hominibus utilem: hi
uerò quid agent nobis? an inertes atque ocioſi conuiuabuntur nobiscum, tam
grādes cum sint? MER. Haud quaquam, sed iniunctum illis est, Neptuno ut
ministrent & subseruiant, & obequitare ipsos oportet pelagus: & sicubi nau-
tas tempestate periclitantes aspexerint, insidentes nauigio præstare incolumes
nauigantes. APOL. Bonam, Mercuri, & salutarem narras artem.

## DIALOGI MARINI. G

### Argumentum in eosdem.

*Neque horum dialogorū diuersa aut alia ratio est, quod ad occasiones & argumenta pertinet, quàm superiorum. Nā & ipsi ex* Homericis ac Tragicis *fabulis desumpti sunt, & eadem elegantia ac festiuitate nitent: nisi quòd omnes (quod idem tamen & in superioribus propè fit) de rebus amatorijs tractant. Vnde illud quoque ueri simile est, Lucianū ostendere uoluisse, quòd quæcunque sub hac tota mundi machina mouentur & uiuunt, inter cæteros affectus præcipuè amori obnoxia sint, ac uoluptatē appetant. Illumque adeò generalem quendam omnium tam deorum quàm hominum domitorem esse. Quòd autē Deos maximè ex amore desipere atque insanire, deinde & uoluptatibus deditos esse fingit, ex professione sua facere uidetur. Fuit enim quanquam omnibus Philosophorum factionibus ex æquo propè infestus, ad Epicuream tamen magis* H *quàm cæteras inclinatus, qui & uoluptatem finem bonorum asserebant, & Deorū prouidentiam negabant. Id quod cum alibi passim, tum in* Demonacte, *& in* Concilio Deorum *animaduertere licet.*

## DORIDIS ET GALATEAE, Erasmo Roterod. interprete.

### DORIS.

*De eò quòd Polyphemus nimiū deformis et fœtidus adamauerit Galateam, & amatus sit ab ea.*



FORMOSVM amantem, Galatea, nempe Siculum istum pastorem aiunt amore tui deperire. GAL. A. Ne ride Doris: etenim qualis qualis est, Neptuno patre prognatus est. DOR. Quid tum postea, si uel Ioue ipso sit progenitus, quum usque adeò agrestis atque hispidus appareat, quódque est omnium deformissimum, unoculus? An I uerò credis genus illi quicquam profuturū ad formam? GAL. Ne isthuc quidem ipsum, quòd hispidus est atque agrestis, ut tu uocas, illum deformat: quin uirile magis est. Porrò oculus media in fronte, decet etiam, quo quidem nihilo segnius cernit, quàm si duo forent. DOR. Videris Galatea non amantem habere Polyphemum, sed illum potius adamare: sic eum prædicas. GAL. Equidem haud adamo, sed tamen insignem istam uestram insultandi opprobrandiq; petulantiam ferre non queo. Ac mihi nimirum inuidentia quadam isthuc facere uidemini, propterea quòd ille quum fortè aliquādo gregem pasceret suum, nosq; è littorali specula in littore ludentes cerneret in prominentibus Aetnæ K pedibus, quà uidelicet inter montē & mare littus sese in longum porrigit, uos ne aspexerit quidem: at ego omnium una uisa sim formosissima, eoq; in unam me coniecerit oculum. Ea res uos malè habet: nam argumentum est me forma præstantiorem esse, ac digniorem quæ amer: uos contrà fastiditas esse. DOR. An istud tibi putas inuidendum uideri, si primùm pastori, deinde lusco formosa uisa sis? quanquam quid aliud ille potuit in te probare, præter candorem? Is illi placet opinor, quòd caseo & lacti assueuerit: proinde quicquid his sit simile, id protinus pulchrū iudicat. Alioqui ubi libebit scire qua sis facie, de scopulo quopiam in aquam, siquando tranquilla steterit, despectans, temetipsam contemplare:

A cõtemplare:uidebis aliud nihil niſi perpetuum candoré. uerùm is quidem non probatur,niſi rubor admixtus illi,decus illi iunxerit. G A L. Atqui ego illa immodicè candida,tamen eiuſmodi habeo amantem:quum interim è uobis nulla ſit,quam uel paſtor,uel nauta,uel portitor aliquis miretur.cæterũ Polyphemus(ut alia ne dicam)etiã canendi peritus eſt. D O R. Tace ô Galatea. audiuimus illũ canentem,quũ nuper pruriret in te: ſed ô ſancta Venus, aſinũ rudere dixiſſes.nam lyræ corpus ſimillimũ erat ceruino capiti oſſibus renudato: tum cornua perinde quaſi cubiti prominebant, iis iunctis inductiſque fidibus, quas ne collope quidem circumtorquebat. agreſte quiddam & abſonũ cantillabat,
B quum aliud interim ipſe uoce caneret, aliud lyra ſuccineret: ita ut temperare nobis nequiuerimus quin rideremus amatoriam illam cantionem. Nam Echo ne reſpõdere quidem illi uoluit balanti, quum ſit adeò garrula:imò puduiſſet ſi uiſa fuiſſet ſtridulum illius & ridiculum cantum imitari. Ad hæc geſtabat in ulnis amaſius iſte delicias ſuas, urſi catulum pilis hirtum, ipſi non diſſimilem. Quis autem non inuideat tibi amicum iſtũ Galatea? G A L. Quin tu igitur Dori tuum ipſius amicum nobis commonſtra,qui meo ſit formoſior,quique doctius ac melius uel uoce canat,uel cithara. D O R. Mihi quidem nullus eſt amator,neque me hoc nomine iacto,quaſi ſim uehementer amabilis: ueruntamen
C iſtiuſmodi amicum,qualis eſt Polyphemus,nempe totus hircum olens,tũ crudis uictitans carnibus,& hoſpites,ſi qui appulerint,deuorans,tibi habeas,eúmque tu mutuum ames.

## CYCLOPIS ET NEPTVNI, Iac. Micyl. interprete.

### CYCLOPS.

D  Pater, qualia paſſus ſum ab execrabili iſto hoſpite, qui me inebriatum excæcauit,ſomno grauatum aggreſſus! N E P. Quis uerò eſt qui iſthæc facere auſus fuit,Polypheme? C Y C. Principiò quidem ſeipſum Neminem uocabat:poſtquam autem effugit,atque extra tela,ut dicitur,fuit,Vlyſſem nominari ſe aiebat. N E P. Noui quem dicis, Ithacenſem illum . ex Ilio autem nauigabat. Sed quo pacto hæc peregit,cum alioqui non ita audax atque animoſus ſit? C Y C. Deprehendi in antro, è paſcuis domum reuerſus, multos quoſdam, inſidiantes uidelicet pecuariis. Poſteaquam autem appoſui foribus operculum, (ſaxũ autem quoddam mihi eſt perquam magnum)atque ignem reſuſcitaui,aecẽſa arbore quam de monte mecum ferebam, uiſi ſunt abſcondere ſeſe parare . Ego uerò comprehenſis ipſorum quibuſdam, ut par erat, deuoraui, ut qui prædones eſſent.
E Hic igitur uerſutiſſimus ille, ſiue Nemo,ſiue Vlyſſes fuit, dat mihi bibere, infuſo quodã ueneno,dulci illo quidem,& fragranti, cæterùm ad inſidias ſtruendas præſentiſſimo,& maximè turbulento. nam ſtatim omnia uidebantur mihi poſteaquam bibiſſem,circumagitari,& antrũ ipſum inuertebatur, & prorſum apud me amplius ipſe non eram. poſtremò autem ſommo correptus iacui. Illa uerò exacuto ueſte, eodemq; igne ſuccenſo inſuper,etiam excæcauit me dormientem: & ex eo iam tempore cæcus tibi ſum Neptune. N E P. Vt altè nimis dormiiſti,fili,qui non interea exilueris, cum excæcareris! Vlyſſes igitur ille quo pacto effugit? Non enim, ſat ſcio, potuit dimouere ſaxum à foribus. C Y C. At ego amoui ipſum, quò facilius illum comprehenderem inter egre-

*Vlyſſes Polyphemũ excæcauit.*

diendum. Ac collocato me ipso ad fores, extẽtis manibus uenabar, solis dimis- F
sis in pascua ouibus, & arieti negocio dato, quæ'nã ipsum agere pro me oporteret. NEP. Intelligo rem. Sub illis latuit te, clàm se subducens. At cæteros certè Cyclopas conueniebat te inuocare contra ipsum. CYC. Conuocaui illos, pater, atque etiam uenerunt: sed postquam me interrogassent insidiatoris nomen, atque ego dicerem Neminem esse: insanire me arbitrati, relicto me iterum discesserunt. Ita imposuit mihi execrabilis ille, nomine. Et quod omnium maximè mihi ægrè fuit, cõtumelioſe obiecta mihi clade hac, Ne pater quidem Neptunus, inquit, leuabit te hoc malo. NEP. Cõfide fili. ulciscar enim ipsum, ut sentiat, etiamsi cæcitatem oculorum mederi non queam, nauigãtes certè ta- G
men seruare uel perdere, penes me esse. nauigat autem adhuc.

## ALPHEI ET NEPTVNI, Iacobo Micyllo interprete.

### NEPTVNVS.

QVid hoc, Alphee, quòd tu solus aliorũ in mare delapsus, neque cum salsugine misceris, perinde ut solent cætera flumina omnia: neq; cohibes teipsum aquis diffusis, sed per mare uelut concretus, ac dulci custodito fluore, incorruptus etiam & purus cursu laberis? nescio quo locorum in profundum teipso, quemadmodum gauiæ atq; ardeæ faciunt, submer- H
so. ac uideris rursum emergere quoque alibi, & te ipsum iterum spectandum exhibere. ALPH. Amatoria quædam res hæc est, Neptune: quamobrem ne mihi uitio uertas. Amasti autem & ipse sæpenumero. NEP. Mulierém ne, Alphee, an nympham amas, an etiam Nereidum ipsarum unam aliquam? ALP. Non, uerùm fontem Neptune quendam. NEP. Vbi igitur terrarum ille manat? ALP. Insularis est, in Sicilia, Arethusam ipsum uocant. NEP. Scio: non deformẽ sanè, Alphee, Arethusam amas: sed & liquidus fons ille est, & perpurum scaturiẽdo ebullit: atq; ipsi aquæ etiam calculi gratiam addunt, supra quos tota ea uelut argentea apparet. ALP. Vt uerè nosti fontẽ hunc, Neptune! ad I
illũ igitur abeo nũc. NEP. Sed abi quidem, & feliciter utere amore. illud autem mihi dic, ubi tu Arethusam conspicatus es, Arcas ipse cum sis, fons autem ille in Syracusis manet? ALP. Properantem me moraris Neptune, curioſe nimis interrogãdo. NEP. Probè dicis. Abi igitur ad amatũ, ac emergens iterum è mari, eodem alueo cum fonte illo misceari, & in unam aquam redigamini.

## MENELAI ET PROTEI, Eodem interprete.

### MENELAVS.

AT in aquam conuerti te Proteu, incredibile adeò non est, marinus K
utique cum sis: etiam arborem fieri, tolerabile: præterea & in Leonem aliquando muteris licet, tamen neque hoc supra fidẽ est. Quòd si autem & ignem fieri te possibile est, cũ in mari habites, hoc omnino miror, neq; adducor ut credam. PRO. Ne mireris Menelaë. fieri enim soleo. MEN. Vidi equidem ipse: ueruntamen uideris mihi (dicetur enim hic apud te) præstigias quasdam adhibere rei, atque intuẽtium oculos decipere: cum interim ipse nihil tale fias. PROT. Et quæ'nam adeò deceptio in rebus sic manifestis fieri queat? An non apertis oculis uidisti in quàm multa ipse me transformauerim? Quòd si uerò nõ credis, & res hæc tibi falsa uidetur, nẽpe apparentia quædam

inanis

A inanis ante oculos obuersans, posteaquã ignis factus fuero, applica mihi heus generose tu manum: nimirum senties, uideárne tantùm ignis, an & urẽdi uim habeam. MEN. Periculosum est experimentũ hoc Proteu. PROT. At tu Menelaë uideris mihi neque Polypũ uidisse unquam, neque etiam quid pisci huic accidere soleat, scire. MEN. Verùm Polypum ipsum quidem uidi: quæ uerò accidant illi, libenter ex te cognouerim. PRO. Cuicũque saxo accedens ace- *Polypi uaria-*
tabula sua applicuerit, atque affixus inhæserit cirramentis, illi seipsum similem *tio.*
efficit, mutatq; colorem, imitando saxum, quò uidelicet lateat piscatores, ni-
hil ab illo uarians, neque ob hoc manifestè apparens, sed omninõ saxum refe-
B rens. MEN. Ferunt hæc: sed tuum hoc multo magis omnem opinionem ex-
cedit Proteu. PRO. Nescio Menelaë cuínam alteri facilè credas, qui tuis i-
psius oculis non credas. MEN. Videns equidem uidi, sed tamen res ipsa mon-
stro similis est, eundem uidelicet ignem atque aquam fieri.

## PANOPES ET GALENES, Iacobo Micyllo interprete.

### PANOPE.

VIdisti'ne, Galene, heri qualia fecit Eris ad cœnam in Thessalia, pro-
pterea quòd non & ipsa uocata fuerat ad conuiuium? GAL. Haud
C conuiuata equidem uobiscum tum fui. nam me Neptunus iusserat
trãquillum interea, Panope, seruare pelagus. Sed quid fecit Eris, cum præsens
non adesset? PAN. Thetis ac Peleus concesserant intrò in thalamum, deduc-
cẽtibus ipsos Amphitrite ac Neptuno. Interea autem Eris, clam cæteris omni-
bus (id quod facile illi tum fuit, aliis bibentibus, quibusdam autem applauden-
tibus uel Apollini citharam personãti, uel Musis ore modulantibus adhiben-
do animum) proiecit in conuiuium pomum quoddam admodum pulchrum,
atque aureum, Galene, totum. Inscriptum autem erat his uerbis: Formosa acci-
piat. Dum igitur uolutatur hoc, tãquam ex composito iactum peruenit eò lo-
D ci, ubi Iuno & Venus & Minerua accumbebant. Deinde ubi Mercurius sub-
lato illo legit ea quibus illud inscriptum erat: nos quidem Nereides cum silẽ-
tio sedebamus: (quid enim agẽdum erat illis præsentibus?) illæ uerò inter se cõ-
tendebant, ac quælibet suum illud esse uolebat. Et nisi Iupiter se ipsum inter-
posuisset, etiam ad manus usque res hæc processisset. Verùm ille, Ipse quidem,
inquit, non feram iudicium de hoc (tametsi illæ ipsum iudicare uellent) sed in
Idam ad Priami filium abite, qui & discernere nouit quæ'nã formosior sit, ut-
pote elegantiæ studiosus & ipse: & non facilè, talis cum sit, iudicauerit malè.
GALE. Quid igitur ad hæc Deæ illæ, Panope? PAN. Hodie, arbitror, in Idam
E abeunt. GAL. Et quis ueniet paulò pòst qui nobis renunciet eam quæ uice-
rit? PAN. At iam nunc tibi affirmo, quòd nulla alia uincet ueniente in certa-
men Venere, nisi arbiter ipse omnino cæcutiat.

## TRITONIS, AMYMONES, ET NEPTVNI,

Eodem interprete.

### TRITON.

ADLernam, Neptune, quotidie uenit aquatũ uirgo, pulchra omni-
no specie. Haud equidẽ scio formosiorẽ ullam puellam uidisse me.
NEP. Liberám ne dicis, Triton, an uerò serua quæpiam est, quæ a-

quam ferre ſolet? TRI. Minimè uerò, ſed Danai illius filia, una ex quinqua- F
ginta iſtis etiam ipſa eſt, Amymone nomine. Interrogaui enim & quæ uocare-
tur, & genus ipſius. Danaus autē duriter admodum educat filias, & opus ma-
nu facere ipſas docet, & ad aquā hauriendam mittit, & ad alias res agendas in-
ſtituit, impigræ ipſæ ut ſint. NEP. Solāne autē uenire ſolet longā adeò uiam
ex Argis ad Lernam uſque? TRIT. Sola. nam ſiticuloſum ipſum Argos eſt, ut
noſti: quare neceſſe eſt ſemper aquatum uenire illam. NEPTV. Non media-
criter affeciſti me animo, ô Triton, qui mihi hæc de puella narraris. Quare ea-
mus ad ipſam. TRIT. Eamus. iam enim tempus quoque eſt cum aquatum ire
ſolet. Ac propè mediam circa uiam alicubi eſt petendo Lernam. NEP. Proin- G
de currum iunge, uel, an hoc longioré rebus moram iniiciet, ſubmittere equos
iugo, & currum apparare? Tu uerò potius delphinem mihi aliquem ex ueloci-
bus illis huc ſiſte. inequitandò enim illi quamcelerrimè prouehar. TRI. Ecce
tibi hunc delphinum omnium uelociſſimum. NEP. Probè ſanè. prouehamur
igitur. Tu uerò iuxtà natando cōſequere me, Triton. Ac poſteaquam ad Ler-
nam iam aduenimus, ego quidem hic in inſidiis ero: tu autem ſpeculando ob-
ſerua quando illam accedentem ſentias. TRIT. Eccam tibi, propè eſt. NEP.
Formoſa, Triton, & in ipſo ætatis flore puella hæc: ſed comprehendēda nobis
eſt. AMY. Heus homo, quò me hinc correptam abducis? plagiarius quiſpiā es, H
ac uideris ab Aegypto patruo noſtro allegatus eſſe: quare clamando patrē uo-
cabo. TRIT. Tace Amymone, Neptunus hic eſt. AMY. Quid Neptunū mihi
narras? Cur mihi ô homo uim facis, atq; hinc in mare abſtrahis? Ego uerò ſuffo-
cabor miſera, ſubmerſa aquis. NEP. Bono animo ſis: nihil graue patiaris fa-
ciam: ſed & fontem cognominē tibi emanare hic ſinam, percuſſo tridēte ſaxo
hoc iuxta æſtuarium, & tu ipſa felix atq; beata eris, ac ſola ſororū obita morte
aquam non geſtabis.

NOTI ET ZEPHYRI, Iacobo Micyllo interprete.

NOTVS. I

*Io in uaccam.*



VM hanc, Zephyre, iuuencā, quam per mare in Aegyptū Mer-
curius ducit, Iupiter amore captus uitiauit? ZEPH. Hanc ipſam,
Note, ſed iuuenca tū non erat, ſed puella, Inachi fluuii filia. Nunc
autem Iuno talem ipſam effigiauit, æmulatione amoris commo-
ta, propterea quòd uidebat Iouem illā prorſus deperire. NOT. Proinde etiam
nunc bouem illam amat? ZEPH. Atq; admodum: & propterea in Aegyptū
ipſam miſit, nobisq; edixit ne conturbaremus marē, donec illa tranſnataſſet, ut
quæ illic paritura ſit: fert autem uterum modò, Deusq; fiet cum ipſa, tum quod
ex ea partum erit. NOT. An iuuenca Deus? ZEPH. Atque admodū, No- K
te, imperabitq; (inquit Mercurius) nauigantibus, ac noſtra erit domina, ut quē-
cunque noſtrum uolet, emittat uel prohibeat ſpirare. NOT. Colenda igitur
obſeruādáque nobis erit, Zephyre, iam domina certè cum ſit. nam per Iouem,
beneuolentior eo pacto nobis erit. ZEPH. Sedenim iam traiecit, & in terram
enatauit. Vides ut non amplius quadrupes incedat, ſed erectam ipſam Mercu-
rius denuo mulierem formoſam prorſus reddidit? NOTVS. Mira nimirum
hæc Zephyre: nuſquam amplius neque cornua illius, neq; cauda, neque tibiæ
bifidæ, ſed amabilis puella eſt. Cæterùm Mercurio quidnam accidit, qui ſei-
ipſum mutauit, & ex adoleſcente factus eſt quiſpiam caninam faciem præ ſe fe-
rens?

A rens? ZEPH. Ne curiosius persequamur ista, quandoquidem melius ille quæ facienda sint nouit.

## NEPTVNI ET DELPHINVM, Iac. Micyl. interprete.

### NEPTVNVS.

LAudo, rectè facitis Delphines, quòd semper amátes hominum estis. Nam & olim Inus filium in Isthmu portastis, exceptum à Scironiis scopulis, unde cum matre præcipitatus fuerat: & nunc tu citharœdo isto Methymnensi cum ipso ornatu & cithara recepto, in Tænarum enatasti, neque passus es indignè à

*Delphini amatores hominũ.*

*Sic Arion trãsuectus.*

B nautis perire illum. DEL. Ne mireris Neptune, si hominibus bene facimus: nam & ipsi ex hominibus pisces facti sumus. NEP. Atq; equidé ob id reprehendo Bacchum, quòd uos nauali prælio superatos ita transformauit, cum deberet captiuos solùm in deditionem accipere: quẽadmodum & cæteros in potestatẽ redegit. Sed quo pacto cum Arione hoc quod accidit, sese habet? DEL. Periander iste, puto, delectabatur homine, ac sæpe illum ad se accersebat artis gratia. Ille autem dives iam factus à tyrãno, concupiuit, nauigando in patriam, Methymnam uidelicet, spectandas ibi diuitias suas exhibere. Ac conscensa ad traiiciendum naui hominum quorundam sceleratorum, posteaquam cognitus

C est multum auri secum ferre, ubi ad medium ferme Aegæum peruentum fuit, insidiari illi nautæ cœperunt. Ille uerò (nam auscultabã omnia, iuxta nauigium natãdo) Quoniã hoc uobis ita uisum est, inquit, at me saltem assumpto ornatu, & decantato prius mihi ipsi funebri aliquo carmine, uolentem sinite præcipitare meipsum. Concesserunt nautæ. Tum ille assumpsit ornatum, & cecinit admodum lene ac blandum quiddam, atque ita in mare præcipitauit sese, tanquã statim omnino moriturus. Ego uerò excepto atque imposito illo, enatau unà cum ipso in Tænarum. NEP. Laudo studiũ erga Musicam tuum. dignam enim mercedem retulisti ipsi pro eo quod auscultaras.

D

## NEPTVNI ET NEREIDVM, Eodem interprete.

### NEPTVNVS.



RETVM hoc quidem angustum in quod puella delapsa submersa est, Hellespontus ab ipsa uocetur, cadauer autem ipsum uos Nereides acceptum in Troadem auferte, ut ibi ab incolis sepeliatur. NER. Nequaquam, Neptune, sed hic in cognomine pelago sepeliatur. Miseremur enim ipsius, ut quæ miserabilia maximè à nouerca passa fuerit. NEP. At hoc quidem, Amphitrite, fas non est,

*Helle ab ariete in mare delapsa.*

E neque etiam aliàs honestum, hic illam alicubi sub arena iacere: sed quod dixi, in Troade in Chersoneso mox sepelietur. Illud autem pro solatio ei erit, quòd paulò pòst eadem ipsa quoque Ino patietur, & præcipitabitur, persequente illam Athamante, in pelagus ex summo Cithærone, quà in mare porrigitur, unà cum filio quem in ulnis gestabit. NER. Sed & illam seruare conueniet, gratiam hanc Baccho faciendo. Educauit enim illum Ino, eadémque nutrix illius fuit. NEP. Non decebat, adeô prauam. Sed tamen Baccho non gratificari, Amphitrite, indignum foret. NER. Sed quid accidit huic, quòd ab ariete decidit, frater autem eius Phryxus tutò uehitur? NEP. Meritò. adolescẽs enim est, & contra impetum obsistere potest. Illa uerò eò quòd insueta eius rei erat,

conſcenſo uidelicet uehiculo nouo & inopinato, & deſpiciẽdo in profundum F
immenſum, perculſa animo, & pauore pariter attonita, præterea & uertigine
correpta, præ uehementia & impetu uolatus retinere cornua arietis amplius
non potuit, quibus ſe eouſque ſuſtentauerat: atq; ita in mare décidit. NER.
An non igitur matrem ipſius Nephelen decebat opem ferre cadenti? NEP.
Decebat ſanè, ſed Parca quàm Nephele multo potentior eſt.

## IRIDIS ET NEPTVNI, Iac. Micyl. interprete.

### IRIS.

*Delos inſula fluitans ſubſiſtit. Alludit ad nomen δῆλον, quo ipſa inſula dicta eſt.*

INſulam iſtam errantem Neptune, quæ à Sicilia reuulſa atque undis
ſubmerſa, mari innatat, eam, ita iubet Iupiter, cõſiſtere facias iam atq; G
apparere, & ut tandem manifeſta atque conſpicua in medio Aegæo
incõcuſſe maneat, fundata firmiter admodũ illa. opus enim illa nõ nihil habet.
NEP. Fiet hoc, Iri: ſed tamen quẽ uſum illi præbebit manifeſta appatẽs, & non
amplius fluctuãs? IRIS. Latonã in ipſa oportet parere. iã enim malè habet à do
loribus. NEP. Quid igitur? an nõ ſufficit illi cœlũ, ut in eo pariat? Quòd ſi mi-
nus autẽ illud, at certè nec tota terra partus illius recipere poterat? IRIS. Nõ,
Neptune. Nam Iuno obſtrinxit iureiurando magno Tellurẽ, ne præberet La-
tonæ parturienti ullum receptaculũ. Hæc igitur inſula iuraméto non tenetur.
abſcõdita enim tũ fuit. NEP. Intelligo rem. Igitur ſubſiſte inſula, atq; emerge H
iterũ ex profundo, & non amplius fluctues aut titubes, ſed immota maneas:
ac ſuſcipe ô feliciſſima fratris mei liberos duos, deorum omniũ pulcherrimos.
Et uos Tritones traiicite Latonã in ipſam, omniaq; tranquilla ſint. Serpentem
autẽ iſtũ, qui nũc uelut œſtro exagitat illã, perterrefaciendo, ipſi infantes poſt-
eaquã in lucem editi fuerint, aggredientur, ac matrẽ uindicabũt. Tu uerò uade
renũcia Ioui omnia bene habere. Stabilita eſt inſula: ueniat Latona, ac pariat.

## XANTHI ET MARIS, Eodem interprete.

### XANTHVS. I

*Xanthus fluuius pene exuſtus.*

SVſcipe me ô Mare. grauia enim paſſus ſum. extingue mihi uulnera.
MAR. Quid hoc rei eſt Xanthe? quis te deuſſit? XAN. Vulcanus.
ſed igne candeſco prorſus miſer, & efferueſco. MAR. Cur autem
iniecit tibi ignem? XAN. Propter filium Thetidis. Poſtquã enim occidentem
illum Phrygas ſupplex deprecatus ſum, ille autem ab ira nihil remiſit, ſed oc-
ciſorum corporibus etiam obſtruxit mihi alueũ: ego miſertus miſerorũ, occur-
ri, ut aquis inundarem atq; inuoluerem illum, quò eo periculo abſterritus, ab
occidione uirorum ceſſaret. Ibi igitur Vulcanus (nam tum forte quadam pro-
pè aderat) uniuerſo igne, quantum opinor uſquam habebat, quantumq; & in K
Aetna, & ſi quibus aliis locis ullus eſt, allato, proceſſit obuiam: ac exuſſit qui-
dem ulmos & myricas, aſſauit autem & infelices piſces & anguillas: me uerò
cum efferueſcere feciſſet, parũ abfuit quin totum aridum ac ſiccum reddiderit.
Vides nimirum quo pacto exuſtionibus iſtis deformatus ſim? MAR. Turbi-
dus es, ô Xanthe, & calidus, ut conſentaneum eſt, cruore, à cadaueribus: calore
autem, ut ais, ab igne ueniẽte. Ac meritò, Xanthe, ut qui contra * filium meum
impetum feceris, non ueritus quòd Nereidis filius ille eſſet. XAN. An nõ igi-
tur decebat miſereri me Phrygum, uicinorum adeò meorum? MAR. Vulca-
num uerò an non contrà decebat miſereri Achillis, Thetidis adeò filii?

*Fortaſſis nepotem legendũ, id eſt, pro υἱὸν υἱωνόν.*

DORIDIS

## DORIDIS ET THETIDIS, Iac. Micyllo interprete.

### DORIS.

QVid lachrymaris Theti? THE. Pulcherrimam, Dori, puellam uidi in arcam à patre coniectam, tum ipsam, tum infantẽ ab ea paulò antè genitum. Iussit autem pater nautas, arcam illam acceptam, postquam in altum à terra prouecti essent, in mare abiicere, ut ita periret & misera illa, & infans unà cum ea. DOR. Quamobrem autem, ô soror, hoc? quandoquidem comperta habes exactè omnia. THE. Pater illius Acrisius, quia pulcherrima erat, in æreum quendam thalamum incluſam, perpetuæ uirginitati destinarat. Deinde, uerum quidem dicere non possum, Iouem autẽ aiunt, conuersum in aurum, delapsum per impluuium ad ipsam esse. Accipiente autẽ illa in sinum demanantem deum, grauidam ex eo factam fuisse. Quod cum pater animaduertisset, utpote durus quidam & zelotypus senex, grauiter indignatus est. Et quia ab aliquo stupratam fuisse illam arbitratus est, coniicit in arcam hanc, cum paulò antè peperisset. DO. Cæterùm illa quid agebat, Theti, quando abripiebatur? THE. Pro se quidem nihil dicebat, Dori, sed tacitè ferebat damnationẽ: pro infante autẽ deprecabatur, ne morti traderetur, lachrymando, atque illum auo ostentando pulcherrimum sanè puerum, Dori. Ille autem præ ignorantia malorum, etiam arridebat matri. Oppleor rursum lachrymis, cum in mentem illius uenit. DO. Et me flere fecisti. Sed nunquid iam mortui sunt? THE. Haudquaquam, natat enim adhuc arca circa Seriphum, uiuis illis custoditis. DO. Cur igitur non conseruamus ipsam, piscatoribus istis Seriphiis in retia immittendo, qui extractos illos, incolumes præstabunt scilicet? THE. Rectè dicis, atque ita faciamus. Non enim perire decet neq; ipsam, neque infantem, adeò cum sit formosus.

*Danaës fabula.*

## NEPTVNI ET ENIPEI, Eodem interprete.

### ENIPEVS.

MInimè uerò præclara hæc, Neptune (dicetur enim uerũ) qui circunuenta amica mea, assimilatus in formam meam, uitiasti puellam. Putabat enim illa mecum rem esse sibi, & ob id exhibebat sese. NEP. Tu enim Enipeu fastuosus es & tardus, qui puella adeò formosa quotidie ad te nante, ac præ amore pereunte, despexeris illam, & gauisus sis si posses illi ægrè facere. Illa uerò iuxta ripas mœrore affecta, atque ibi inambulans, sese; lauans, non semel optabat in conspectum sibi uenire te: at tu fastuosus deludebas illam. ENIP. Quid igitur? an propterea oportebat te præripere amorem mihi, & uelut histrionem aliquẽ pro Neptuno Enipeum te gerere, atque ita decipere Tyro istam, puellam adeò simplicem? NEP. Serò uerò nunc zelotypus es Enipeu, cum prius superbum & contemptorem te gesseris. Ipsa autem Tyro nihil graue passa est, quando se putauit à te uitiatam esse. ENIP. Nihil autem? Dixisti enim abiens Neptunum esse te, quod uel maximè dolore affecit ipsam: atq; ipse eò abs te iniuria affectus sum, quòd & quæ mea esse debuerat, eam uoluptatem percepisti tu: & præterea composito circa uos fluctu purpureo, sub quo absconditi iacuistis, cum puella pro me tute rẽ habuisti. NEP. Tu enim non uolebas Enipeu.

*Neptunus amicã Enipei uitiat.*

# LVCIANI

## TRITONIS ET NEREIDVM, Iac. Micyl. interprete.

F

### TRITON.

BAlæna iſta ueſtra, Nereides, quam contra filiam Cephei Andromedam emiſiſtis, neque puellam ipſam iniuria aliqua affecit, perinde ut uos putatis, & ipſa iam mortua eſt. NER E. A quo, Triton? Num Cepheus tanquam illectamẽtõ aliquo propoſita puella, aggreſſus illam occidit, ex inſidiis cum multa ui adortus? TRI. Non: ſed noſtis, arbitror, Iphianaſſa, Perſeum illum, Danaës puerũ illum paruum, quem unà cum matre in arca abiectum in mare ab auo materno, cõſeruaſtis, miſertæ illorum uidelicet. IPHI. Noui quem dicis. Conſentaneum uerò, illũ iam adoleſcentem factum eſſe, atq; admodum generoſum, & pulchrum aſpectu. TRI. Hic occidit Balænam. IPHI. Quamobrem Triton? Neq; enim huiuſmodi cõſeruationis præmia perſoluere nobis debebat. TRI. Ego uobis exponã omnẽ rem, ita ut geſta eſt. Miſſus hic fuit ad Gorgonas, ut hoc quaſi quoddam certamen règi perageret. Poſtquam autem peruenit in Libyam. IPHI. Quomodo Triton? ſolús ne, an & alios ſecũ ſocios abduxit? nam alioqui difficile hoc iter. TRIT. Per aërem profectus eſt. alatum enim ipſum Minerua reddidit. poſtquam autem eò loci uenit ubi illæ agebant, illæ quidem dormiebãt, opinor: at hic amputato Meduſæ capite, iterũ auolauit. IPHI. Quo pacto autem aſpexit illas? Aſpici enim nequeũt, uel quiſquis illas aſpexerit, non amplius quicquam poſthac aſpicit. TRIT. Minerua illi clypeo uelut face aliqua prælato (talia enim audiui ipſum narrantem apud Andromedam, poſtea & apud Cepheum) Minerua igitur, inquam, in clypeo refulgente, tanquam in ſpeculo aliquo, exhibuit ipſi ſpectandam Meduſæ imaginem. Poſtea ſiniſtra, arrepta illius coma, & inſpecta imagine, dextra autem ſublata harpe, abſcidit caput ipſius: atque ita priuſquam ſorores reliquæ expergiſcerentur, auolauit. Porrò ubi circa maritimam hanc Aethiopiæ oram ueniſſet, terræ iam propinquior aliquãto uolans, uidet Andromedam expoſitam in rupe quadam prominẽte palo affixam, pulcherrimam, ô Dii, promiſſa coma, & ſeminudam longè uſque infra ubera. Ac primùm quidẽ miſertus fortunæ illius, interrogat cauſam damnationis huius. Paulò autem pòſt amore captus, (oportebat enim incolumẽ ſeruari puellam) opem ferre illi ſtatuit. Atque ubi iam Balæna acceſſiſſet, terribilis admodum, & quaſi mox abſorptura Andromedam, in altum ſublatus adoleſcẽs, manu ad capulum admota harpen tenens, altera quidem ferit, altera autem Gorgona ſpectandam proferens, in lapidem illam conuertit. Illa igitur mortua eſt, & diriguere ipſius membra omnia quæcunque Meduſam aſpexerunt: at hic ſolutis uinculis quibus uirgo alligata fuerat, ſuppoſitaq; manu, ſuſcepit illam ſummis pedum digitis deſcendentem ê rupe, ardua illa quidem atque procliui: & nunc cum eadem nuptias peragit in ædibus Cephei, abducetq; illam ſecum Argos. quare pro morte nuptias neq; eas uulgares illa inuenit. NER. Equidem non ita ualde ægrè fero factum hoc. Quid enim adeò nobis iniuriæ fecit puella, ſi mater ipſius ſuperbè extulit ſeſe tunc, ac pulchrior nobis eſſe uoluit? TRIT. Quòd hoc pacto magnum dolorem perceptura fuiſſet ob filiam, mater certè illius cum ſit. NER. Ne meminerimus Dori iſtorum amplius, ſi quid barbara mulier ſuprà quàm decebat loquax fuit. Satis enim ſupplicii tulit, quæ tanto in metu, filiæ cauſa conſtituta fuit. Gratulemur igitur nuptiis.

G H I K

ZEPHYRI

## ZEPHYRI ET NOTI, Iacobo Micyllo interprete.

ZEPHYRVS.

NVnquam equidem pompam magnificentiorem uidi in mari, ex quo ego ſum & ſpiro: tu uerò an nō uidiſti Note? NOT. Quámnam hanc dicis Zephyre pompam? aut quínam ſunt qui illā duxerunt? ZEPH. Suauiſſimo ſpectaculo caruiſti, & quale non facilè aliud unquā uideris. NOT. Iuxta Rubrū mare occupatus fui, afflaui autem & partem Indiæ nonnullam, quātum uidelicet eius terræ mari adiacet. proinde nihil eorum noui quæ tu dicis. ZEPH. Quid? Sidonium illum Agenorem uidiſti? NOT. Etiam, Europæ patrem ſcilicet. Quid tum? ZEPH. De illa ipſa narrabo tibi. NOT. Num quòd Iupiter iam olim amare puellam cœpit? Nam hoc etiam pridem ſciui. ZEPH. Igitur quod ad amorem attinet, noſti: quæ uerò poſtea conſecuta ſunt, ea nunc audi. Deſcenderat Europa ad littus ludendi gratia, aſſumptis ſecum æqualibus ſuis. Iupiter autem in formam tauri aſſimulatus, ludebat unà cum ipſis, pulcherrimus tum apparens. Nam & candidus erat, ut nihil ſuprà, & cornua habebat reflexa pulchrè, uultumq; præ ſe ferebat admodum manſuetum ac placidum. Saltabat igitur & ipſe in littore, & mugiebat ſuauiſſimè, ita ut Europa etiam conſcendere ipſum iā ſuſtineret. Cæterum ubi hoc factum eſt, citato curſu Iupiter quidē unà cum illa in mare prorupit, atque ibi, uti inciderat, natabat. illa uerò admodū perculſa animo ex hac re, ſiniſtra apprehendit ac tenuit cornua, ut ne delaberetur: altera autē manu diffluentem uento ueſtē continebat. NOT. Dulce hoc ſpectaculum, Zephyre, uidiſti, & amatorium, natantem uidelicet Iouem, & ferentem ſecum amores ſuos. ZEPH. At uerò quæ cōſecuta ſunt, ſuauiora multo, Note. Nam & mare ſtatim cōpoſitis fluctibus quietū fuit, & trāquillitate ultro attracta, placidū ac planū ſeipſum præbuit. Nos autē omnes ſilentium agētes, nihil aliud quàm ſpectatores tantùm eorū quæ fiebant, quaſi quidam comites ſequebamur. Cupidines uerò iuxtà uolitantes, paulum ſupra mare, ita ut interim ſummis pedibus contingerent aquam, accenſas ferentes faces, Hymenæum cantabant. Nereides autem emerſæ undis, delphinū tergis inſidentes obequitabant applaudentes, ſeminudæ pleræq;. Præterea & Tritonum genus, & ſi quid aliud marinorum aſpectu metuendum nō eſt, omnia illa circum puellam quaſi choream ducebant. Nam ipſe quidem Neptunus cōſcenſo curru, & quaſi pronubus incedens, unà cum Amphitrite lætus præibat, ueluti uiam aperiens natanti fratri. Supra omnes autem Venerem duo Tritones uehebant in concha recubantem, ac flores omnis generis aſpergentem ſponſæ. Atque hæc à Phœnicia uſque in Cretam fiebant. Poſtquam autem in inſulam aſcendit, ipſe quidem taurus non amplius apparebat: Iupiter autem apprehēſam manu Europam, in antrum Dictæum abduxit, erubeſcentem, atque oculos demittentem. intelligebat enim iam ob quam rem ita duceretur. Nos autem incumbētes mari, alius aliam illius partem fluctibus agitabamus. NOT. O beatum Zephyre te, qui iſthæc uideris. ego uerò interea Gryphas & Elephantos & nigros homines aſpiciebam.

## MORTVORVM DIALOGI.

### Argumentum in eoſdem.

*Quanquam ex eadem occaſione & hi dialogi, quibus inferorum querelæ, iudicia, pœnæ, & id genus alia deſcribuntur, exceptis paucis quibuſdam, quorū argumenta de ſuis temporibus ſumpſiſſe* Lucianus *uidetur,*

*cum ſuperioribus prognati ſunt: alium tamen atque diuerſum ab illis finem habent, aliaque monent ac do-* F
*cent. Suprà enim amores & affectus deorũ tractantur: at hic illud indicatur, atque etiam oculis penè ſub-*
*iicitur, quòd apud Inferos, & eos iudices quorum ſententiæ poſt hanc uitam ſubijciendi omnes ſumus, nulla*
*perſonarum ratio, nulla potentiæ, diuitiarum, honorum, famæ, aut cuiuſcunq; fortunæ æſtimatio futura eſt: ſed*
*quòd omnes, quod ad conditionem attinet, æquales futuri, & pro eo ac quiſque in hac uita ſe gerit & me-*
*retur, ſupplicium aut præmium accepturi ſumus. Tametſi illud quoque non ignorem, Lucianum ex ironia ma-*
*gis pleraque hæc, quàm quòd ita animo ſenſerit, dixiſſe uideri poſſe, utpote Epicureum, & (ut ab alijs uoca-*
*tur, ἄθεον) qui neque de dijs, neque de immortalitate animarum rectè quicquam ſenſerit. Veruntamen etiam*
*aliàs, cum de ueris moribus philoſophorum ſcribit, ut in Nigrino, Demonacte, & cæteris quibuſdã, eiuſmodi*
*de præſentis uitæ rebus & actionibus præcipit & tradit, quæ illum haud dubiè de futura quoque nonnihil*
*cogitatione ac ſenſu præcepiſſe confirmare poſſint. Vtut autem hæc ſe habẽt, digni tamen dialogi iſti ſunt qui*
*legantur, & ob oculos quàmſæpiſſimè reuocentur: uel ob hoc ſolum, ut à cupiditatibus ac rerum externa-* G
*rum deſiderio mentẽ auocemus, & ad illud reſpiciamus, quod poëta dixit: Puluis & umbra ſumus. quodq;*
*poſt hanc uitam neque opes, neque potentia, neque ullæ aliæ fortunæ defunctos ſequentur aut iuuabunt.*

Hecates cœnã) Mos erat diuitibus ut ſingulis menſibus Hecatæ ſacrificãdo in triuijs panes atque alia quæ-
dã ponerent, quæ poſtea à pauperibus auferebantur. hanc Hecates cœnã dicebant. Suidas & Athenæus lib.
vii. Athenienſes autem & theatra & conciones & cæteros conuentus hominum luſtrare ſolebant adhibi-
tis paruis & uilibus quibuſdam hoſtijs, ut Suidas tradit. eò uidetur hic alludere.

## DIOGENIS ET POLLVCIS, Iacobo Micyllo interprete.

## DIOGENES.

COMMENDO tibi, Pollux, quamprimum ad ſuperos aſcenderis H
(tuum enim eſt, ni fallor, cras reuiuiſcere) ut ſicubi uideris Menip-
pum canem illum, (inuenies autem ipſum Corinthi circa Cranéum,
aut in Lycéo, deridentẽ contendentes iſtos inter ſe philoſophos) dicas illi: Me-
nippe, inquiens, iubet te Diogenes, ſi ſatis ea quæ ſuper terrã ſunt, deriſiſti, quò
& huc ad inferos deſcendas, ubi multo plura quæ rideas, habiturus es. Illic e-
nim in ambiguo tibi adhuc riſus fuit, & frequẽs illud obiici potuit: Quis enim
omnino ſcit quæ poſt uitam futura ſint? Hic autem non deſines conſtanter at-
que perpetuò ridere, quemadmodum ego quoq; nunc facio: & maximè poſt-
quam uideris diuites iſtos ac ſatrapas & tyrãnos ita humiles & obſcuros eſſe, I
ſoloq; ciulatu ab aliis dignoſci: tũ quòd & molles & ignaui ſunt, reminiſcen-
tes eorum quæ in uita geruntur. Hæc illi quæſo ut dicas, & ut præterea etiam
pera ueniat impleta & multo lupino, & ſicubi in triuio poſitam inueniat He-
cates cœnam, aut ouum ex luſtratione relictum, aut ſimile quippiam. POL. At
renunciabo hæc illi, Diogenes: ſed quò melius illum agnoſcere queã, cuiuſ-
modi facie eſt? DIO. Senex eſt caluaſter, pallio indutus lacero, & uento cuiuis
peruio, præterea & diuerſorum pannorum aſſumentis uariegato. Ridet autem
ſemper, ac plerunque arrogantes iſtos philoſophos acerbè perſtringit. POL.
Facile erit inuenire illum, ex his utique ſignis. DIOG. Vis ne ut ad ipſos quo- K
que philoſophos illos aliquid tibi mandem? POL. Mandes licet. nõ enim gra-
ue neque hoc mihi fuerit. DIOG. In uniuerſum adhortare illos, ut deſiſtant à
nugis ſuis, neque de toto contendant, neq; cornua ſibi mutuò affingant, neque
crocodilos faciant, neque huiuſcemodi ſterilia atq; ieiuna interrogare, animum
inſtituant. POL. At indoctum me & ineruditum eſſe dicent, qui doctrinam
illorum reprehendam. DIO. Tu uerò plorare illos meo nomine iube. POL.
Et hæc nunciabo illis. DIO. Diuitibus autem, ô lepidiſſimum caput, hæc no-
ſtro nomine annuncies quæſo: Quid, ô uani, inquiens, aurum tãtopere cuſto-
ditis? quid autem excruciatis uos ipſos? ſupputantes uſuras, & talentum aliud

ſuper

A ſuper aliud accumulantes: quos non plus quàm unũ obolum habentes uenire huc paulò pòſt oportet? POL. Dicentur & hæc ad illos. DIOG. Sed & formoſis iſtis & robuſtis dicas, Megillo puta Corinthio, & Damoxeno palæſtritæ, quòd apud nos neque flaua coma, nec cœrulei nigríue oculi, neque rubor faciei amplius ullus eſt: neque præterea nerui intenti & robuſti, neque humeri laborum tolerantes, ſed omnia unus puluis, ut aiunt, nobis, caluaria forma nudata ſcilicet. POL. Non moleſtum erit neque hæc ad formoſos & robuſtos illos dicere. DIOG. Etiam pauperibus ô Lacon dicas licet, (multi autem ſunt quibus & ea res perquam moleſta eſt, & inopiam lugent) ut neq; lachrymẽtur,
B neque plorent, expoſita illis æqualitate hac, quæ hic eſt: & quòd uidebunt eos qui illic diuites ſunt, nihilo meliores quàm ſeſe hic eſſe. Lacedæmoniis autem tuis hæc, ſi uidetur, nomine meo obiicias, molles & eneruatos ipſos eſſe dictitans. POL. Ne de Lacedæmoniis Diogenes quicquam dicas, non enim feram: ſed quæ ad cæteros mandaſti, ea illis renunciabo. DIOG. Miſſos igitur faciamus hos, quandò tibi ita uidetur: tu uerò quibus antea dixi, ad eos ſermones hos meos deferas.

## PLVTO, SEV CONTRA MENIPPVM,

Iacobo Micyllo interprete.

C

### CROESVS.

NON poterimus ferre, Pluto, Menippum hunc canem cohabitantem nobiſcum: quapropter aut illum hinc amotum alio loco colloca, aut nos hinc aliò commigrabimus. PLVT. Quid autẽ uobis mali adeò facit, quandò eodem modo mortuus eſt ac uos? CROE. Poſtquam nos ploramus & ingemiſcimus illorũ reminiſcentes quæ apud ſuperos habuimus, utpote Midas hic auri, Sardanapalus autẽ multæ uoluptatis, ego uerò theſaurorum: irridet, & cum conuitiis exprobrat ea nobis,
D mancipia & piacula nos uocitando. Interdum autem etiam cantando conturbat ploratus noſtros: & in ſumma, ualde nobis moleſtus eſt. PLVT. Quid hæc audio de te, Menippe? MEN. Vera Pluto. Odi enim ipſos, ignaui ac perditi adeò cum ſint, quibus non ſatis fuit uixiſſe malè, ſed etiam mortui inſuper cogitatione atque animo illis quæ apud ſuperos ſunt, inhærent. Delector itaque ægrè ipſis faciendo. PLVT. Sed non decet: dolent enim non exiguis rebus priuati. MEN. Etiam tu deliras Pluto, qui gemitus iſtorum tuo quoque calculo approbas? PLVT. Haudquaquam: uerùm nolim uos diſcordes ac ſeditioſos eſſe mutuo. MEN. At uerò, ô peſſimi Lydorum, Phrygum, & Aſſy-
E riorum, ita de me cognoſcite, ut qui neque unquam deſiturus ſim. Nam quocunque abieritis hinc, eodem ſequar, ægrè faciendo, cantando, atque irridendo uos. CROE. An non hæc contumelia eſt? MEN. Non: ſed illa contumelia erant, quæ uos facere ſolebatis, quando & adorari uos uolebatis, & hominibus liberis pro libidine abutebamini: neque tum mortis quicquam memores eratis. Proinde plorate nunc, omnibus illis deſpoliati. CROE. Multis certè, ô Dii, & magnis poſſeſſionibus. MID. Quanto equidem ipſe auro? SARD. Quanta uerò ego uoluptate? MEN. Rectè ſanè, ita facite: lugete uos quidem, ego uerò tritum illud, Noſce te ipſum, identidem cõnectendo, uobis occinam. decet enim huiuſmodi ploratus ſi crebrò illis accinatur.

## MENIPPI, AMPHILOCHI ET TROPHONII, Erasmo Roterodamo interprete.

F

MENIPPVS.

VOS nimirum Trophoni atque Amphiloche, quum sitis mortui, tamen haud scio quonam modo phanis estis donati, uatesq; creditimini, ac stulti mortales deos esse uos arbitrantur. TRO. Quid? an nobis igitur imputandū, si per inscitiam illi de mortuis huiusmodi opinantur? MEN. Atqui non ista fuissent opinati, ni uos tum quum uiueretis, eiusmodi quædam portenta ostentassetis, tanquam futurorum fuissetis præscii, quasiq; prædicere potuissetis si qui percontarentur. TRO. Menippe, nouerit Amphilochus hic ipsi pro sese respondendū esse: cæterùm ego Heros sum, uaticinorq; si quis ad me descēderit. At tu uidere nunquam omnino Lebadiam adiisse, neque enim alioqui ista non crederes. MEN. Quid ais? equidem nisi Lebadiā fuissem profectus, ac linteis amictus, offam ridiculè manu gestans, per angustum aditum in specum irrepsissem, nequaquam fieri potuisset ut te defunctum esse cognoscerem, perinde atque nos, solaq; præstigiatura reliquos antecellere. Sed age per ipsam diuinandi artem, quid tandem est Heros? neque enim intelligo. TROPH. Est quiddā partim ex homine, partim ex deo compositum. MEN. Nempe quod neque sit homo, quemadmodum audio: neque deus: uerùm pariter utrunque. Ergo dimidia illa tui ac diuina pars, quò nunc recessit? TROPH. Reddit oracula, Menippe, in Bœotia. MEN. Haud intelligo quid dicas Trophoni, nisi quòd illud planè uideo, te totum esse mortuum.

G

H

## MERCVRII ET CHARONTIS, Iac. Micyllo interprete.

MERCVRIVS.

RATIONEM supputemus portitor, si uidetur, quantum mihi debeas iam, ne denuo aliquando de eo inter nos contendamus. CHAR. Supputemus Mercuri. Satius enim est maturè id agere, deinde & minoris negocii. MERC. Anchoram, ut mandaras, cōparaui tibi quinq; drachmis. CHAR. Caro dicis. MER. At per Plutonem, quinque emi illam: & præterea lorum quo remū alligares, obolis duobus. CHAR. Pone quinq; drachmas, & obolos duos. MER. Et pro resarciendo uelo quinq; obolos ego exolui. CHAR. Etiam hos appone. MER. Et ceram ad oblinendas nauigii rimas tibi emi: & clauos præterea, & funiculum unde hyperā feciſti, omnia hæc duabus drachmis. CHAR. Rectè, laudo, hæc uili emisti. MERC. Hæc sunt quæ tibi exposui: nisi siquid reliquum est quod me fugit inter computandum. Quando autem hæc redditurum te promittis? CHAR. Nunc quidē, Mercuri, non possum. Si uerò pestis aliqua aut bellum confertos & frequentes huc demiserit aliquos, licebit mihi tum allucrari aliquid, subtracto clàm nonnihil ex portorio. MER. Proinde ego nunc sedebo pessima quæq; ut eueniant precando, ut inde fructum aliquē capiam. CHAR. Fieri aliter non potest, Mercuri. Nam pauci nunc, uides, ad nos descendunt. Pax enim est. MERC. Satius est ita esse, etiam si ob hoc abs te prorogatur nobis debiti istius solutio. Verùm enimuero prisci illi, Charon, nosti quales aduenire solebant, quàm fortes atque animosi omnes, cruore madidi, & uulneribus pleni

I

K

*Hyperæ funiculi sunt quibus antēnarū cornua traducuntur: unde prouerbium: Omissa hyperā pedē quæris. Vide Erasmum & Suidam.*

A bus pleni pleriq; Nũc autẽ aut ueneno aliquis à filio interfectus, aut ab uxore, aut præ nimia uoluptate tumefacto uentre & cruribus aduenium. Pallidi enim omnes, & ignaui, neque similes prioribus illis. Plurimi autem ipsorum etiã pecuniarum causſa ueniũt factis (ut uidetur) mutuò sibi insidiis. CHARON. Omnino enim expetibiles illæ sunt. MERC. Proinde neque ego uidear peccare grauius aliquid, si uel acerbius abs te exigam ea quæ mihi debes.

## PLVTONIS ET MERCVRII, Iac. Micyl. interprete.

### PLVTO.

B NEnẽm ne nosti, istum ætate omnino confectum dico, Eucratem diuitem, cui liberi quidem nulli sunt, hæreditatis autem captatores plus quàm quinquaginta millia? MERC. Noui: Sicyonium illum dicis. Sed quid postea? PLVT. Viuere illum quidem Mercuri sine ultra eos quinquaginta annos quos ætate peregit, alteris totidem accumulatis, si modò possibile sit, atque etiam pluribus: adulatores autem ipsius, Charinum adolescentem, & Damonem, & cæteros abripe huc ordine omnes. MERC. Atqui absurdum hoc uideri queat. PLVT. Haudquaquã, imò iustissimum. Quam enim ob causſam illi adeò optant illum mori, nisi quia pecu- C niam illius ambiunt, nulla propinquitate iuncti? Quod autem omnium scelleratissimum est, interea cum talia precãtur, tamen obseruant & colũt manifestè utique illum. Ac quæ ægrotante illo apud se cõsultent, nemo ignorat: attamen sacrificaturos sese promittunt, si conualescat denuo: & in summa, uaria quædam adulandi ratio illorum hominum est. Quamobrem ipse quidem immortalis sit, illi autem præ ipso abeant, frustra hiantes. MERC. Ridicula patientur, scelerati cũ sint. Sed tamẽ & ille admodum scitè circunducit illos, & spe pascit inani: & in summa, semper morituro similis, multo ualidus magis est, q̃ quisquam iuuenis. Illi autem hæreditate inter se diuisa pascuntur, uitam quandam D beatam secum ipsi animo præcipientes. PLVT. Proinde ipse exuta senectute, quemadmodum Iolaus ille, in iuuenem redeat: illi autem in ipsa media spe, diuitiis illis quasi per somnũ spectatis destituti, abeãt iam huc, mali malè mortui. MERC. Alias res cura Pluto. iam enim accersam tibi illos, alium super alium ordine. septem autem, opinor, sunt. PLVT. Deducas licet. Ille autem mittat singulos præ se, ex sene iterum in adolescentem conuersus.

*In hæredipetas qui sæpe antè quàm captati moriuntur.*

## TERPSIONIS ET PLVTONIS, P. Virunio interprete.

### TERPSION.

E IVstùm ne hoc est ô Pluto, me quidem è uita abiisse, triginta cũ sim annorũ: Thucritum uerò senem septuagenariũ, & ultrà, adhuc uiuere? PLVT. Iustissimum quidem ô Terpsio. Nam etsi ipse uiuit, certè ad nullius tamẽ mortem affectus est: tu uerò omni tempore illius hæreditatem expectans, eum mori auidissimè cupiebas. TERP. Nonne opus fuerat, quum senex sit, nequeàtque de cætero suis uti diuitiis, locum dare iuuenibus? PLVT. Nouas ô Terpsio statuis leges, quum ad uoluptatem diuitiis uti nequeat, ipsum è uita decedere. Aliter autem & Parca & natura statuisse uidetur. TERP. Proinde hãc ob huiuscemodi accuso ordinem. decebat enim has res successione gradúque fieri, senem primò, deinde qui in ea ætate sequeretur,

*Expostulatio quòd plerique senes iuuioribus superuiuant.*

mori: haudquaquam autem exerceri aut uiuere, qui ſenectute decrepitus eſſet, F
qui tres duntaxat dentes habeat, cui uix deſeruiunt oculi, qui curuatus à qua-
tuor famulis deducitur, deguttantes nares, lipposq; oculos habens, nihil deni-
que uoluptatis deguſtans, haud aliud exiſtens, quàm animatum quoddam ſe-
pulchrum, ab ipſa iuuentute deriſum: & contrà mori optimos atque robuſtiſ-
ſimos adoleſcentes. Nam hoc perinde eſſe uidetur, ac ſi flumina ſurſum defe-
rantur. Aut ſaltem ſcire neceſſe foret quãdo & ſenum quilibet obiturus eſſet,
ne quòs, prout eis mos eſt, fallerent. Nunc uerò illud accidit quod prouerbio
dici ſolet: Quadriga bouem ſæpiſſime ducit. PLV. Hæc quidẽ, ô Terpſio, pru-
dentius fiunt, quàm tibi profectò uidẽtur. Verùm & uos quid paſſi eſtis quòd G
rebus alienis gaudetis, & ſenibus filiis orbatis uoſmet tantopere in adoptionẽ
traditis? quamobrem in deriſum adducti, ab illis ſepelimini: quod quidem plu-
rimis fit periucundum. Nam quanto uos magis mori illos peroptatis, tãto plus
omnibus quam gratiſſimum eſt ſi ante eos uos mori cõtingat. Etenim nouam
quandam in mediũ adducitis artem, aniculas atq; decrepitos cum amatis: præ-
ſertim quidem ſi liberis ſint orbati. qui uerò liberos habẽt, illorum uobis non
eſt cura. Atqui ex iis qui amãtur, plurimi, minimè ueſtri ignari aſtus, etiã ſi ipſis
liberos eſſe contingat, illos odiſſe diſſimulant, ut & ipſi habeant amatores. In-
de iis in teſtamento excluſis qui munera diutiſſime obtulerunt, liberi, ſicuti H
profectò dignum eſt, omnem eorum ſubſtantiam conſequuntur: at illi triſtitia
affecti, ſuaq; ſpe deluſi, dentibus fremunt. TER. Omnia hæc uera ſunt quæ de
me & Thucrito autumas. Quantum enim meorum ille deuorauit, quum ſem-
per eum mori putarem? Ac quoties ad eum ingrediebar: gemẽdo, & internum
quiddam perinde atque ex ouo pullus aliquis immaturus ſtridendo, ægritudi-
nem ſimulabat. Vnde quãto citius eum ad ſepulchrũ duci exiſtimabam, tanto
plus illi donorum mittebã, ut ne ii qui in amore concurrebant, muneribus me
præclaris uincerent. Plerunq; etiam præ nimia ſolicitudine inſomnis iacebam,
ſingula enumerans, ac unumquicq; diſponens. Eáque etiam cauſa interitus mi- I
hi fuit, curæ uidelicet & uigiliæ. Ille autẽ deglutito hoc illectamento meo tan-
to, adſtitit mihi quando ſepeliebar paulò antè, arridens. PLVT. Euge ô Thu-
crite, diutiſſime uiuas, unà & diuitiis abundans, & huiuſcemodi homines de-
ridens: neq; prius moriaris, quàm hos blanditores cunctos præmittas. TERP.
Hoc quidem ô Pluto periucundum mihi foret, ſi ante Thucritum Chariades
uita decederet. PLVT. Boni animi ſis ô Terpſio: & Phido etiam, & Melantus,
& omnes penitus ipſum præcedent, ſuis ipſorũ curis confecti. Hæc ego ſum-
mopere laudo, ô Thucrite. diutiſſime uiuas.

## ZENOPHANTAE ET CALLIDEMIDAE, K
## Eraſmo Roterodamo interprete.

### ZENOPHANTES.

*Hæredipeta ueneno quod alteri parauerat, perijt.*

AT tu Callidemides, quo pacto interiſti? Nã ipſe quemadmodũ
Diniæ paraſitus quũ eſſem, immodica ingurgitatione præfoca-
tus fuerim, noſti. aderas enim moriẽti. CAL. Aderã Zenophã-
tes. Porrò mihi nouũ quiddã atque inopinatũ accidit. Nam tibi
quoq; notus eſt Ptœodorus ille ſenex. ZEN. Orbũ illũ dicis, ac
diuitem, apud quem te aſſiduè uerſari conſpiciebãs? CAL. Illum ſemper captabam,

A bam,colebamq́;, id mihi pollicẽs fore,ut meo bono quamprimum moreretur. Verùm quum ea res in longum proferretur,ſene uidelicet uel ultra Tithonios annos uiuente, compẽdiariam quandam excogitaui uiam,qua ad hæreditatem peruenirem. Siquidem empto ueneno,pocillatori perſuaſeram,ut ſimul atque Ptœodorus potũ poſceret,(bibebat autẽ prolixius) præſentius in calicem iniiceret,haberetq; in promptu porrecturus illi. Quod ſi feciſſet,iureiurando confirmabam me illum manumiſſurum. ZENO. Quid igitur accidit? nam inopinatum quiddam narraturus mihi uideris. CAL. Vbi iam loti ueniſſemus, puer duobus paratis poculis,altero Ptœodoro cui uenenum erat additum, al-
B tero mihi: neſcio quomodo errans,mihi uenenum, Ptœodoro porrexit innoxium. Mox ille quidẽ bibit,at ego protinus humi porrectim ſtratus ſum, ſuppoſititium uidelicet illius loco funus. Quid hoc? Rides Zenophantes? Atqui non conuenit amici malis illudere. ZEN. Rideo profectò. nam elegãter ac lepidè tibi hæc res euênit. Porrò ſenex ille quid interim? CAL. Primùm ad caſum ſubitum atque inexpectatum ſanè conturbatus eſt: deinde ſimul atque intellexit id quod acciderat,puta pocillatoris errore factum,riſit & ipſe. ZEN. Rectè ſanè. Tametſi non oportuit ad compẽdium illud diuertere, ſi quidẽ ueniſſet tibi populari uulgataq́; uia tutius certiusq́;,etiam ſi paulo ſerius.

C CNEMONIS ET DAMNIPPI, Eraſmo Roterod. interprete.

CNEMON.

HOc illud eſt quod uulgò dici conſueuit,Hinnulus leonẽ. DAM. Quid iſthuc eſt quod tecum ſtomachare Cnemon? CNE. Quid ſtomacher rogas? Equidem hæredem reliqui quendã præter animi ſententiam, uidelicet aſtu deluſus miſer, iis quos maximè mea cupiebam habere, præteritis. DAM. Sed iſthuc quinam euênit? CNE. Hermolaum nobilem illum diuitem,quũ orbus eſſet,imminente morte captabam, *In hæredipetas.*
D aſſidens atque inſeruiens. Neque ille grauatim officium meum admittebat. At interim illud quoque mihi uiſum eſt ſcitum, cõſultúmque,ut teſtamentũ proferrem ac publicarem, quo illum rerum mearũ in ſolidum hæredem inſtitueram,nimirum ut ille uiciſſim idem faceret meo prouocatus exemplo. DAM. At quid tandem ille? CNE. Quid ille ſuo in teſtamento ſcripſerit,id quidem ignoro: cæterùm ego repentè atq; inſperatò è uita deceſſi, tecti ruina oppreſſus: & nũc Hermolaus mea poſſidet,lupi cuiuſpiam in morem ipſo hamo cum eſca pariter auulſo. DAM. Imò non eſcam modò cũ hamo,quin etiam te quo-
E que piſcatorem ſimul abſtulit. Itaque technam iſtam in tuum ipſius caput ſtruxeras. CNE. Sic apparet,ídque adeò deploro.

SIMYLI ET POLYSTRATI, Eodem interprete.

SIMYLVS.

VENISTI tandem & tu Polyſtrate ad nos,quum annos uixeris haud multo pauciores centũ opinor. POL. Nonaginta octo Simyle. SIM. Sed qui nam triginta iſtos annos egiſti, quibus mihi fueras ſuperſtes? Nam ipſe perii te ferme ſeptuagenario. POL. Quamſuauiſſimè profectò, etiam ſi hoc mirum tibi uidebitur. SIM. Mirum uerò, ſi quidẽ tibi primùm ſeni, deinde inualido, poſtremò etiam *Plures unius diuitis hæreditatẽ ambientes deluſi.*

orbo quicquam poterat esse in uita suaue? POL. Principiò nihil erat quod nõ F
possem: præterea pueri formosi complures aderant, tum mulieres nitidissimæ, unguenta, uinũ mirè fragans, postremò mensæ uel Siculis illis lautiores. SIM. Noua narras: nam ego te planè sordidum ac parcissimum esse sciebam. POL. Atqui, uir præclare, ex alienis arcis opes mihi subscatebãt. Tum diluculo protinus quamplurimi mortales ad fores meas uentitabãt, simulq; ex omni rerum genere, quæ terrarum ubiuis pulcherrimæ reperiuntur, munera deportabãtur. SIM. Num me defuncto regnum gessisti? POL. Minimè: uerùm amãtes habebam innumeros. SIM. Non possum non ridere. tú ne amantes, tantus natu quũ esses, uixq; tibi dentes supersent quatuor? POL. Habebã per Iouẽ equi- G
dem optimates ciuitatis: quumq; essem tum senex, tũ caluus, sicuti uides, præterea lippiens etiam, ac senio cæcutiens, postremò naribus muccosis, tamẽ cupidissimè mihi inseruiebant, adeò ut is felix uideretur, quemcunq; uel aspexissem modò. SIM. Num tu quoque quemadmodum Phaon ille, Venerem aliquam è Chio transuexisti, ut ob id optanti tibi illa dederit rursum ad iuuentam redire, ac denuo formosum atque amabilem fieri? POL. Haudquaquã: quin magis quum talis essem, qualem dixi, tamen supra modum adamabar. SIM. Aenigmata narras. POL. Atqui notissimus est hic amor, quum uulgo sit frequens, nempe erga senes orbos diuites. SIM. Nunc tua forma unde tibi profe- H
cta fuerit, intelligo, uir egregie, nimirum ab aurea illa Venere. POL. Veruntamen nõ parum multas commoditates ab amãtibus tuli, Simyle, propemodum etiam adoratus ab illis. Porrò sæpius etiam quasi procax illis illudebam, excludens interdum nonnullos eorum: interim illi inter sese decertabant, & in ambiendis primis apud me partibus alium alius anteire nitebatur. SIM. Sed age, de facultatibus tuis quid tandem statueras? POL. Palàm quidẽ affirmabam, me unumquenque illorum relicturum hæredem: idque illi quum crederent futurum, certatim se quisque obsequentiorem atque adulantiorem præbebat. Cæ- I
terùm alteras illas ueras tabulas, quas apud me seruauerã, reliqui, in quibus omnes illos plorare iussi. SIM. At postremæ illæ tabulæ quem pronunciabant hæredem? num è cognatis quempiam? POL. Non per Iouem, imò nouitium quendam ex formosis illis adolescentulis, natione Phrygem. SIM. Quot annos natum Polystrate? POL. Viginti ferme. SIM. Iam intelligo quibus obsequiis ille te demeruerit. POL. Attamen multo illis dignior qui scriberetur hæres, etiam si Barbarus erat ac perditus, quem iam ipsi etiã optimates colunt captántque. Is igitur mihi extitit hæres, iamq; inter patricios numeratur, subraso mento, barbaroq; cultu ac lingua: quin eum Codro generosiorem, Nireo formosiorẽm, Vlysse prudentiorem esse prædicant. SIM. Non laboro, uel totius K
Græciæ sit imperator, si libet, modò ne illi potiantur hæreditate.

## CHARONTIS ET MERCVRII, Martino Bolero interprete.

Interlocutores, Charon, Mercurius, Mortui, Menippus, Charmoleus, Lampichus, Damasias, Philosophus, Rhetor.

### CHARON.

AVdite quo loco sint res uestræ. Equidẽ parua est nobis, quemadmodum uidetis, & cariosa nauicula, & quæ undiq; perfluit. quòd si in alteram partem se inclinarit, planè submersa peribit: atque uestrum tam multi simul con-

fluunt

A fluunt,& ſinguli plurimas ſarcinas adferunt. Quòd ſi cum his nauiculam conſcenderitis, uereor ne poſtea uos facti pœniteat, maximè uerò eos qui nandi ſunt imperiti. MORT. Quid igitur faciendum erit,ut ſine periculo nauigemus? CHAR. Ego uobis dicam:nudos uos ingredi oportet,atque iſta omnia quæ ſuperflua ſunt, in littore relinquere. Nam ſic etiam uix capiet uos nauicula. Tibi uerò Mercuri deinceps curæ erit,neminem ex illis recipere,niſi nudus ſit,& ſupellectilem abiecerit. Itaque ad ipſas ſcalas te ſtatuas,ipſósque cognoſcito,& ſuſcipito, nudóſque ingredi cogito. MERC. Rectè dicis,atque ſic faciemus. Quis eſt ille primus? MEN. Ego Menippus ſum. Ecce autem
B peram & baculum in paludem abieci: uerùm rectè feci,qui pallium non acceperim.MERC. Ingredere ô Menippe uir optime, primumq; apud gubernatorem nauis, locū accipe,in ipſa ſummitate, quò omnes poſſis intueri. Verùm quis ille formoſus eſt?CHA.Charmoleus ſum Megarēſis ille amator,cui oſculum unū duobus talentis conſtitit.MER.Exue igitur iſtam pulchritudinē,& labia unà cum oſculis,iſtam etiam denſam comam,& genarū ruborem,adeoq; totam cutē.Bene ſe res habet,expeditus es, ingredere nunc. Quis uerò ille eſt purpuratus & diademate præcinctus,grauitatem quandam præ ſe ferens? Quis es tu? LAMP.Lampichus ſum Geloorum tyrannus.MER.Quid igitur cum
C tot ſarcinis ueniſti?LAMP.An ne nudum aduentare conueniebat tyrannum? MERC. Nequaquam tyrannum,ſed mortuum.itaque depone iſta.LAMP. Ecce abieci diuitias.MERC.Sed ſuperbiam ô Lampiche & faſtum etiam abiice.nam iſta ſi in nauiculam coincidant,uehementer grauabunt eam.LAMP. Igitur ſine ut diadema habeam ſaltem & ſtragulum.MER.Nequaquam,imò & hæc relinquito.LAMP.Sit ita.quid præterea uis?Nam omnia,ut uides,abieci.MERC. Crudelitatem etiam,& amentiam, & uiolentiam, & iracundiam, atque his ſimilia depone.LAMP.Ecce nudus ſum.MER.Ingredere nunc.Tu uerò pinguis admodum & carnoſus quis es?DAM.Damaſias ego ſum athleta.
D MER. Certè,uideris ille eſſe. ſcio enim te ſæpe in palæſtris à me uiſum. DAMA. Ita eſt ô Mercuri.uerùm accipe me,nudum exiſtentem.MERC.Nequaquam ô bone uir nudus es,tanta carne circundatus: itaque exue eam.Nā ſi uel alterum tantū pedem in nauem poſueris,ſubmerges eam. Sed & coronas iſtas & præconia abiicito.DAMA.En planè nudus ſum,ut uides,& ſimili cum aliis mortuis ſtatura. MER.Sic præſtat leuem eſſe.itaq; inſcende iam.Et tu ô Crato diuitias abiice,præterea mollitiem & delicias,neque feras tecum epitaphia,neque maiorum tuorū dignitates.Relinque etiam genus,& gloriam.Item ciuitatum de quibus ſcilicet bene meritus es,publica præconia,ſtatuarū inſcriptio-
E nes: & dicas ne tibi magnum ſepulchrum conſtruant. nam & hæc grauāt,ſi in memoriam reuocentur.CRAT.Inuitus certè,ſed tamen abiiciam.quid enim faciam? MERC. Papæ! quid tibi uis armatus? aut quid iſtud trophæum tecum circumfers? CRAT.Quia uici Mercuri,& res præclaras geſſi,propterea ciuitas hoc me honore affecit.MERC. Relinque trophæum in terra.apud inferos enim pax eſt, neque ullis armis opus eſt. Verùm quis ille eſt ipſo habitu grauitatem quandam præ ſe ferens, elatus,& contractis ſupercilijs propter curas,longa barba?quis eſt ipſe? MENIP. Philoſophus quidam eſt ô Mercuri, imò præſtigiarum & nugarum plenus. Itaque & hunc exue. uidebis enim multa,eaq; ridicula,ſub palliolo occulta eſſe.MER.Depone tu hunc habitum

primùm,deinde hæc quoque omnia.O Iupiter,quantam ille arrogantiã,quan- F
tam inſcitiam,& quantum contentionum,& inanis gloriæ,quantum quæſtio-
num dubiarum, quantum ſpinoſarum diſputationũ,& cogitationũ perple-
xarum,circumfert? imò quàm multos uanos labores,& deliramenta non pau-
ca?quantas item nugas, & quantam curioſitatem?Sed per Iouem aurum etiam
hoc,& uoluptatem,& impudentiam, iracundiam,delicias & mollitiem ſecum
habet: neque enim latent me iſta,etiam ſi ſtudioſe celas. Verùm abiice menda-
cia etiam & ſuperbiam,& opinionem illam qua exiſtimas te omnibus reliquis
præſtantiorem eſſe. Nam ſi cum rebus omnibus ingrediaris, quæ quinqueremis te acciperet? PHIL. Depono igitur ea,quandoquidẽ ſic iubes. MEN.Sed G
& barbam hanc deponat Mercuri,grauẽ equidem & hirſutam,ut uides.capilli ſunt trium minarũ ad minus.PHIL.Sed quis abradet?MER.Menippus ille ſecurim accipiens,quibus naues fabricantur, eam reſecabit: utetur autem ſcalis naualibus,quibus ſuperpoſita barba reſecetur. MEN.Nequaquam Mercuri,ſed da mihi ferram. hoc enim erit magis ridiculum. MERC. Sufficiet bipennis. MEN.Euge,humanior nunc appares, depoſito hircino fœtore.Vis ne ut parum etiam de ſuperciliis auferam? MER.Maximè:nã hæc ſuper frontem etiam attollit, neque ſcio quò ſeipſum extendat. Quid hoc rei eſt?etiam ploras ſceleſte?& mortem times?ingredere igitur.MEN.Vnum quiddam adhuc grauiſſi- H
mum geſtat ſub alis.MER.Quid Menippe?MEN.Adulationem,Mercuri,quæ illi,dum uiueret,multum profuit.PHILO.Igitur & tu Menippe tuam abiice libertatem,& loquẽdi audaciam,lætitiam,animi magnitudinem, & riſum. An tu ſolus alios omnes ridebis?MEN.Nequaquã, ſed retine iſta.leuia enim ſunt, & planè facilia portatu,& ad nauigandũ proſunt.Tu uerò Rhetor abiice iſtam tantam uerborum contradictionem,& antitheſes,& ſimilitudines,item periodos, & barbariſmos,atq; alia ſermonis pondera.RHETOR.En abiicio.MER. Bene ſe habẽt res. Itaq; ſolue funem. attollamus ſcalas, attrahatur anchora,expande uelũ,tuq; nauta clauũ dirige.Simus hilares. Quid ploratis ô uos amen- I
tes? præſertim tu Philoſophe,qui paulò antè tua barba ſpoliatus es? PHI.Quia exiſtimabam immortalem eſſe animam. MEN. Mentitur. nam alia ſunt quæ uidẽtur eum mœrore afficere.MERC.Qualia?MEN.Quia non amplius tam opiparas cœnas habebit, neq; noctu exiens clam omnibus circumuoluto palliolo capiti, ordine omnia accedet ſcorta,nec mane deceptis adoleſcẽtibus ſua ſapientia,pecuniam accipiet.hæc ſunt quæ illi dolent.PHIL.An tibi moleſtum non eſt, Menippe,quòd mortuus es? MEN. Quomodo poſſet eſſe moleſtum mihi,qui ad mortem feſtinaui nemine uocante?Verùm nonne clamor quidam interim dum nos confabulamur,exauditus eſt ueluti quorundam in terra uo- K
ciferantium? MERC.Certè Menippe:uerùm non uno tantùm loco exauditur clamor,ſed quidam in unũ cœtum cõuenientes,cum uoluptate derident mortuum Lampichum, & illius uxorem mulieres circunſtrepũt, atque illius pueri nuper admodũ geniti,multis lapidibus à pueris obruũtur.Quidam Diophantum Rhetorem laudant, in Sicyone funebres orationes recitantẽ de hoc Cratone. Et per Iouem Damaſiæ mater ululans, lamẽtationem inceptat unà cum mulieribus pro Damaſia. Te uerò, Menippe, nemo eſt qui deploret, & ſolus iaces tranquillus. MEN. Nequaquam. nam haud ita multò pòſt audies canes miſerabiliter latrantes propter me, & coruos alas concutientes, quando ad ſepeliendum

A peliendum me conuenient. MER. Fortis es,Menippe. Sed quia iam transfretauimus,abite uos rectà per hanc uiam ad forum iudiciale: ego uerò & nauta alios transuectabimus. MEN. Feliciter nauigate ô Mercuri, nos quoque progrediemur. Verùm quid præterea de uobis futurum est? Iudicium de uobis ferre oportebit,& quidé aiunt pœnas esse graues,rotas,aquilas,& lapides. Vniuscuiusque autem uita examinabitur.

## CRATETIS ET DIOGENIS, Erasmo Roterod. interprete.

### CRATES.

B MOerichum diuitem nouerás ne Diogenes? illum inquá supra modum diuitem, illum Corintho profectũ,cui tot erant naues onustæ mercibus, cuius consobrinus Aristeas quum ipse quoque diues esset,Homericum illud in ore solebat habere: *Sola uirtus defunctorum comes.*

Aut me confice tu, aut ego tete. DIOG. Cuius rei gratia sese captabãt inuicem,Crates? CRAT. Hæreditatis causa,quum essent æquales, uterq; alterũ captabant. Iamq; testamenta publicauerant ambo,in quibus Mœrichus, si prior moreretur, Aristeã omnium rerum suarũ dominum relinquebat: Mœrichum uicissim Aristeas,si quidé ipse prior è uita decederet. Hæc igitur quũ es-
C sent in tabulis scripta,illi inter sese captabãt,& alter alterũ adulationibus obsequiisq; superare contẽdebat. Porrò diuini,haud scio utrũ ex astris id quod futurũ sit coniectantes,an somniis,quemadmodum Chaldæi faciũt, quin & Pythius ipse,nunc Aristeam uictoré fore pronunciabat,nunc Mœrichum: ac trutina quidem interim ad hunc,interim ad illum propẽdebat. DIOG. Quid igitur tandem euênit? nam audire est operæprecium, Crates. CRAT. Eodem die mortui sunt ambo:cæterùm hæreditates ad Eunomium ac Thrasyclem deuenerunt, quorum uterque cognatus illis erat: atqui de his nihil prædixerant diuini futurum ut tale quippiam accideret. Etenim quum Sicyone Cirrham
D uersus nauigarent, medio in cursu obliquo orto Iapyge euersa naui perierũt. DIOG. Rectè factum. At nos quum essemus in uita, nihil eiusmodi alter de altero cogitabamus. Neque enim ego unquam optabam ut moreretur Antisthenes, quò nimirum baculus illius ad me rediret hæredem: neque tu Crates opinor desiderabas ut me mortuo in possessionum mearum successionem uenires, puta dolii, ac peræ,in qua quidẽ lupini chœnices inerant duæ. CRAT. Neque enim mihi quicquam istis rebus erat opus,imò ne tibi quidem Diogenes: siquidem quæ ad rem pertinebant, quæque tu Antistheni succedens accepisti, deinde ego succedens tibi, ea nimirum multo sunt potiora, multóque
E splendidiora, quàm uel Persarum imperium. DIOG. Quænam sunt ista quæ dicis? CRAT. Sapientiam inquam,frugalitatem,ueritatem,dicendi uiendiq; libertatem. DIOG. Per Iouem memini me in istiusmodi opum hæreditatem Antistheni successisse,tibiq; eas longè etiam maiores reliquisse. CRAT. Verùm reliqui mortales hoc possessionum genus aspernabãtur,neq; quisquá nos obspem potiundæ hæreditatis obsequiis captabat, sed ad aurũ omnes intendebant oculos. DIOG. Nec iniuria. neq; enim habebant quò facultates eiusmodi à nobis traditas acciperent: quippe rimosi iam,uitiatíque deliciis, non aliter q̃ uasa carie putria. Quo fit, ut siquando quis in illos infundat uel sapientiam, uel libertatẽ,uel ueritatem,effluat illico perstilletq;, fundo,quod immissum est

continere non ualente: cuiuſmodi quiddam & Danai filiabus aiunt accidere, F
dum in dolium pertuſum hauſtam aquam important: at iidem aurum dentibus
& unguibus, omniq; ui ſeruabant. CRA. Proinde nos hic quoque noſtras poſ-
ſidebimus opes: illi ſimul atque huc uenerint, obolum duntaxat ſecum ferent,
ac ne hunc quidem ulterius quàm ad portitorem.

## LVCIANI SCIPIO, P. Virunio interprete.

Interlocutores, Alexander, Hannibal, Minos, Scipio.

### ALEXANDER.

OLIBYCE, me decet præponi. melior equidem ſum. HAN. G
Imò uerò me. ALEX. Iudicet ergo Minos, qui ſemper iuſtiſſi-
mus iudex eſt habitus. MIN. Quis es tu? ALEX. Hic eſt Han-
nibal Carthaginenſis: ego autem Alexander Philippi regis filius.
MIN. Per Iouem utrique glorioſi. Sed qua de re uobis altercatio eſt? ALEX.
De præſtãtia: dicit enim is ſeſe meliorem quàm ego ducẽ exercitus fuiſſe: ego
uerò, quemadmodum omnes ſciunt, non hoc ſolum, ſed omnibus ferme qui
ante meam ætatem fuere, in re militari præſtantiorem me eſſe affirmo. MIN.
Dicat ergo uterq; uiciſſim pro uirili: tu uerò ô Libyce prius loquaris. HAN. H
Vnum hoc me iuuat, quòd & hic ſermonem græcũ didicerim, ut neque etiam
hac in re Alexander me ſuperet. Porrò illos maximè laudis dignos puto, qui
quum parui à principio fuere, propria uirtute ad magnam gloriam euaſere: po-
tentesq; per ſe ipſi facti, & principatu digni habiti. Ego igitur cum paucis qui-
buſdam Hiſpaniam primũ inuadens, quum ſubconſul eſſem fratri additus, ma-
ximis rebus idoneus atque optimus iudicatus, ibi tum Celtiberos cepi, atque
Gallos ipſos deuici: & quum magnos montes tranſmigraſſem, omnem Erida-
num trãſcurri, multasq; ciuitates euerti, & planam Italiam ſubiugaui, & uſque
ad ſuburbia Romæ graſſatus ſum, tótque uno die Romanos cecidi, ut eorum I
annulos modiis menſurari oportuerit, & ex cadaueribus pontes fluminibus fe-
cerim. Atque hæc omnia peregi nec Ammonis dictus filius, neq; deum me fin-
gens, aut matris inſomnia narrãs: ſed me hominem fatebar, pugnabamq; con-
tra duces magna prudẽtia, contra milites magna audacia atq; fortitudine præ-
ditos, non aduerſus Medos, aut Armenios, qui antequã quiſpiã ſequatur, fu-
giunt, & facilè cuiuis audenti uictoriam tradunt. Alexander uerò regni patris
ſucceſſor, & id fortunæ quodam impetu ampliauit: qui quum deuicto miſero
illo Dario apud Iſſum & Arbelas uictoriam cepit, antiquam ex patre cõſue-
tudinem omittens, adorari ſeſe uoluit, ſeſeq; ad Medorũ delicias inuitari libẽter
tulit: atque in conuiuiis amicos interemit, interficientibúſque auxilium tulit. K
Ego autem patriæ dominatus ſum, quæ quum me reuocaret, hoſtium magna
claſſe aduerſus Libyam nauigante, parui, continuóque me hominem priuatum
dedi, & damnatus æquo animo rem tuli. Atque hæc egi barbarus cum eſſem,
omníſque Græcorum diſciplinæ expers, & neque Homerum, ut hic, edidici,
neque Ariſtotele ſophiſta magiſtro eruditus fui, ſed ſolùm mea natura optima
ſum uſus. Hæc ſunt quibus me meliorẽ Alexandro eſſe puto. Si uero ea cauſ-
ſa mihi hic præferendus eſt, quòd caput diademate ornauerit, id decorum for-
ſan apud Macedones eſt: non tamen ob id præſtantior hic uideri debet ge-
neroſo

A neroſo duce, & uiro, qui mentis ſententia magis quàm fortuna eſt uſus. MIN. Hic certè orationem neque ingeneroſam, neque ut Libycum decebat, dixit: tu uerò Alexander quid ad hæc inquis? ALEX. Oportet quidem ô Minos, homini adeò temerario nihil reſpondere. Sola enim te fama ſatis edocere poteſt qualis ego rex, qualis hic latro habitus fuerit. Aduerte tamen an parum ipſum ſuperauerim, qui cum adoleſcens adhuc eſſem rem aggreſſus, regnum obtinui, & de patris mei interemptoribus ſuppliciũ ſumpſi. At quum Thebas ſubuertiſſem, toti Græciæ terror fui, ab ea dux electus. Neq; dignum putaui, Macedonum regnõ me contentum eſſe, quod pater reliquerat: ſed totum terra-
B rum orbem ſitiui: durumq; putãs, niſi rerum omnium dominus eſſem, paucos quoſdam mecum agens, in Aſiam exercitum traduxi, & apud Granicum magna pugna uici: Lydiam, Ioniã, & Phrygiam cepi. Et tãdem quæcunque tranſieram ſubiugans, ueni ad Iſſum, ubi Darius me expectabat, infinitos exercitus ſecum agens. Poſt hæc, ô Minos, uos ipſi ſcitis quot ad uos uno die mortuos miſerim. Dicit enim Charon, tunc ſibi ſcapham nõ ſuffeciſſe, ſed ratibus compoſitis illorum pleroſq; ſe tranſportaſſe. Atque hæc cõfeci meipſum periculis opponens, & in pugna uulnerari non timens. Et ut quæ apud Tyrum & Arbelas geſta ſunt, omittam, uſque ad Indos ueni, atque Oceanum mei regni ter-
C minum feci, & illorum hominum elephantes cepi, ac Porum captiuum abduxi. Scythas uerò homines certè non ſpernendos, Tanaim tranſiens, magna equitum pugna uici: ac amicos meos remuneraui, inimicos autem ultus ſum. Si uerò Deus hominibus uidebar, parcendum illis erat. Nam rerum magnitudine, ut tale aliquid de me crederent, inducti ſunt. Tandem mors me regem occupauit. Hic autem Hannibal apud Pruſiam Bithyniæ exulauit, ut crudeliſſimo & peſſimo homini conueniens erat. Nam quo pacto Italos uicit, omitto dicere: nam non uirtute, ſed malitia atque perfidia & dolis id peregit, nunquam aut alicuius claritudinis aut iuſti memor. Sed quoniam quòd delicio-
D ſe uixerim, uituperauit, oblitus mihi uidetur eorum quæ apud Capuam admiſerit. Ibi enim mulieribus deditus fuit & uoluptatibus uir iſte mirabilis, belli gerendi occaſiones prodidit. Ego uerò niſi ea quæ ſub occidente ſunt, parua quidem putans, uerſus Orientem me impuliſſem, quidnam adeò magni perfeciſſem? Quî Italiam abſq; ſanguine capere, ac Libyam, omnémque eam oram uſque ad Gades, ſub poteſtatem redigere facilè potuiſſem? Sed hæc ego tanta contentione digna non putaui, præſertim iam antea illis perculſis, ac dominum me agnoſcentibus. Dixi: Tu uerò Minos iudica. Nam & hæc è multis protuliſſe ſatis eſt. SCIP. Non, niſi me quoque prius audias ô Minos. MIN.
E Quis tu uir optime es, aut unde, quòd hiſce claris ducibus te conferre audes? SCI. Scipio Romanus, qui Carthaginem deleui, & Afros multis magnis præliis deuici. MI. Quid igitur & tu dicis? SCIP. Alexandro quidem minorem eſſe me, Hãnibale autem præſtantiorem, ut qui ipſum perſecutus fuerim, & ad turpẽ fugam cõpulerim. Quomodo igitur non impudẽs iſte uideatur, qui cum Alexandro ſeſe comparet, cui ne ipſe quidem Scipio, qui iſtum deuici, comparare me auſim? MIN. Per Iouem æqua dicis Scipio: quapropter primus quidem iudicetur Alexander, deinde poſt illum tu: atque tum, ſi placet, tertius hic Hannibal, quippe qui nec ipſe contemnendus exiſtat.

# LVCIANI

## DIOGENIS ET ALEXANDRI, Eraſmo Roterod. interp.

F

### DIOGENES.

*Irridetur Alexandri ſuperbia, qui mortalis cum eſſet, diuinos tamen honores ſibi paſſus ſit exhiberi.*

QVID hoc rei Alexander? itáne defunctus es tu quoque, perinde atque nos omnes? ALEX. Vides nimirū Diogenes: tametſi mirandum non eſt, ſi homo cum fuerim, defunctus ſim. DIOGE. Num ergo Iupiter ille Hammon mentiebatur, quum te ſuum eſſe filiū diceret? an uerò tu Philippo patre prognatus eras? ALEX. Haud dubiè Philippo. neque enim obiiſſem, ſi Hammone parente fuiſſem progenitus. DIOG. Atqui de Olympiade etiā conſimilia quædam ferebātur, puta draconem quendam cum ea fuiſſe cōgreſſum, uiſumq; in cubiculo: ex eo grauidam G peperiſſe te: porrò Philippum errare, falliq;, qui ſe tuum patrem eſſe crederet. ALEX. Inaudieram quidem & ipſe iſta, quemadmodum tu: at nunc uideo neque matrem neque Hammonios illos uates ſani quicquam aut ueri dixiſſe. DIOG. Attamen iſtud illorum mendacium, Alexander, ad res gerēdas haudquaquam tibi fuit inutile, propterea quòd uulgus te uerebatur, metuebátque, quū deum eſſe crederet. Sed dic mihi, cuinam tam ingens illud imperium moriens reliquiſti? ALEX. Id equidē ignoro, Diogenes. celerius enim è uita ſubmouebar, quàm ut eſſet ocium de illo quicquam ſtatuēdi, præter id unū, quòd moriēs Perdiccæ anulum tradidi. Sed age, quid rides Diogenes? DIOG. Quid H ni rideam? an non meminiſti quid Græci fecerint, quum nuper tibi arrepto imperio adularentur, principemq; ac ducem aduerſus Barbaros deligerent, nonnulli uerò in duodecim deorum numerum referrent, ac phana conſtituerent, denique ſacra facerēt tanquam Draconis filio? Sed illud mihi dicito, ubi te ſepelierūt Macedones? ALEX. Etiamdum in Babylone iaceo tertium iá diem: porrò Ptolemæus ille ſatelles meus, ſiquando detur ocium ab his rerū tumultibus qui nunc inſtant, pollicetur in Aegyptum deportaturum me, atque inibi ſepulturum, quò uidelicet unus fiam ex diis Aegyptiis. DIOG. Non poſſum non ridere Alexander, qui quidem te uideam etiam apud inferos deſipientem, I ſperantemq; fore ut aliquando uel Anubis fias, uel Oſiris. Quin tu ſpes iſtas omittis ô diuiniſſimè? neque enim fas eſt reuerti quenquam, qui ſemel paludem tranſmiſerit, atq; intra ſpecus hiatum deſcenderit, propterea quòd neque indiligens eſt Aeacus, neque contemnendus Cerberus. Verùm illud abs te diſcere peruelim, quo feras animo quoties in mentē redit, quanta felicitate apud ſuperos relicta huc ſis profectus, puta corporis cuſtodibus, ſatellitibus, ducibus, tum auri tanta ui, ad hoc populis qui te adorabant: præterea Babylone, Bactris: immanibus illis belluis, dignitate, gloria: deinde quòd eminebas cōſpicuus, dum uectareris, dum amiculo candido caput haberes reuinctum, dum purpura cir- K cumamictus eſſes: nunquid hæc te diſcruciant, quoties recurſant animo? Quid lachrymaris ſtulte? an non id te ſapiens ille docuit Ariſtoteles, ne res eas quæ à fortuna proficiſcantur, ſtabiles ac firmas exiſtimares? ALEX. Sapiens ille, quum ſit aſſentatorum omnium perditiſſimus? Sine me ſolum Ariſtotelis facta ſcire, quàm multa à me petierit, quæ mihi ſcripſerit: deinde quemadmodū abuſus ſit mea illa ambitione, qua cupiebam eruditione cæteris præſtare, quum mihi palparetur interim, ac prædicaret me, nunc ob formam, tanquā & ipſa ſummi boni pars quædam eſſet: nunc ob res geſtas atq; opes: nam has quoque in bonorum numero collocandas eſſe cenſebat, ne ſibi uitio uerteretur quòd eas acciperet.

*Ariſtotelis fraus.*

A acciperet. Planè præstigiosus uir ille quidem erat,ac fraudulẽtus, ô Diogenes? quanquã illud fructus scilicet ex illius sapientia fero,quòd nunc perinde quasi summis de bonis excrucior,ob ista quæ tu paulô antè cõmemorasti. DIOG. At scin' quid facies? ostendam tibi molestiæ istius remedium. Quandoquidem in his locis ueratrum nõ prouenit, fac ut Lethæi fluminis aquam auidis faucibus attrahẽs bibas,iterumq; ac sæpius bibas:atq; eo pacto desines de bonis Aristotelicis discruciari. Verùm enim Clitum etiam illũ & Callisthenem uideo, cúmque his alios complureis raptim huc sese ferentes, quò te discerpant, pœnasq; sumant ob ea quæ quondam in illos commisisti. quare fac in alterã hanc
B ripam te conferas,& crebrius,ut dixi,bibas.

## ALEXANDRI ET PHILIPPI, Ottomaro Luscinio interprete.

### PHILIPPVS.

*Culpatur Alexandri arrogantia, & cõmentum quo deum se haberi uoluit.*

NON igitur inficiaberis Alexander ex me prognatum te esse filium. nam ad Iouem Hammonem genus paternũ referens,mortem nõ obisses. ALEX. Neque uerò nescius eram,pater, Philippi Amyntæ me esse filium : sed quia ad res gerendas sic mihi uisum erat conducere,cõmento hoc usus sum uaticinii. PHIL. Quid ais? Cõ-
C ducibile id tibi uisum,ut uatibus impostoribus fallendũ te exponeres? ALE. Non isthuc,sed barbaros in mei admirationem tractos, facilius hoc prætextu nostro subdidimus imperio:quum nemo unus uiribus nostris hactenus restiterit,quippe hac sola opinione ducti,quòd aduersus deum sibi esset præliãdum. PHIL. Quos tu igitur tanto conatu dignos usquã uicisti,qui cum timidis illis arculis,peltariis,ac gerris uimineis pugnare solitis, semper congressus es? Atqui Græcos armis domare,Bœotios,Phocenses,Athenienses, & id genus alios, operis fuerat strenui atq; magnifici. Arcadum insuper sustinere armaturam, equitatum Thessalum, Eleorum iaculatores, Mantineos peltis instructos, aut
D cũ Thracibus, Illyricis, Pæonibúsue manũ conferere, operosum profectò atque arduum id fuisset in primis. Cæterùm Medos,Persas & Chaldæos delicatos, ac plurimo auro conspicuos, non satis compertum habeo quonam modo ante te duce Clearcho mille uiri bello adorti expugnarint, fœdè in fugã actos antequam ad manus uentum fuisset. ALEX. At uerò Scythæ,pater,& Indici elephantes,res sunt non usque adeò abiectæ & contemptibiles: & tamen neq; concitatis inter ipsos intestinis odiis,neq; per proditionem mihi uenũdari passus sum uictoriã. Sed neq; peieraui unquam, aut per nugas à pollicito recessi, fidemq; solui uictoriæ gratia. Adde quòd & Græcos alios sine sanguine in de-
E ditionem accepi: Thebanos autẽ fortassis ipse audisti quomodo aggressus fuerim. PHIL. Noui hæc omnia ex Clito,quem tu inter epulas,eò quòd nomẽ meum celebraret,& meas res gestas cũ tuis conferre auderet, traiecto per corpus telo tum iugularas. Tu uerò & Macedonicam chlamydem abiiciens, candyn Persicum amictum recepisti (ut aiunt)& tiaram rectã. Vt ne interim commemorem,quòd à Macedonibus, uiris utique liberis,adorari debere te in animum duxeris: & qui,quod maximè omnium erat ridiculum,hominum abs te uictorum mores imitatus es. Tempero mihi, ne memorem alia quæ turpiter admiseris, uiris doctis in leonum claustra inclusis, & nuptiis talibus peractis: quodq; Hephæstionẽ plus quàm esset satis, amaris. Vnũ est quod solum laudo

abs te geſtum,in Darii uxore uidelicet,forma præſtante,quia ab illius comple- F
xu abſtinueris:& genitricis illius,atq; filiarum,ne uim paterentur,curam ſuſce-
peris.Regium certè id opus extitit,quod tum factitaſſe te accepimus.ALEX.
Quomodo autē tibi non probatur,pater,quòd in Oxydracis, gente Indica,lu-
bens me in periculum cōiecerim,atq; acceptis plurimis uulneribus,muros pri-
mus omnium tranſilierim? PHIL.Non probo, Alexander:neq; id quia pul-
chrum eſſe negem uulnerari quandoque imperatorē, & in ſubeundis pericu-
lis prætentare uiam: ſed quia ex re tua iſthuc erat minimè. Siquidem pro deo
habitus,quos,oro,riſus præbebas ſpectatoribus, quādo poſt acceptum uulnus,
ab exercitu magno tumultu direptus, mœrens ac eiulans ſanguine fluitabas? G
Adde quòd Iupiter Hammon, tanquam præſtigiator quiſpiam,& uanus pro-
pheta, reus mendacii palàm tum arguebatur. Non enim uideo qualiter riſum
contineat, qui Iouis filium uiderit animum deiicere, & in deſperatione rerum
efflagitare medicorū auxilia. Denique quū iam tandem mortem obieris,quem
credas obſecro eſſe, qui confictā illam adoptionē qua Iouis dictus es filius,non
carpat maledictis? Potiſſimùm ubi dei iſtius cadauer porrectū iacere,turgidum
ſanè,& iuxta aliorum corporum morem contactu ſuo omnia labefactans aſpe-
xerit. Cæterùm quòd ais Alexander,tibi fuiſſe cōducibile, quò facilius rerum
potireris: id profectò multum tibi gloriæ ex bene etiam ac ſtrenuè geſtis eri- H
puit.Nam quanquam inſigniter multa,tamen diis longè inferiora agere uiſus,
uacillare ob hoc iudicatus es,& tota ratione deficere.ALEX. Haudquaquam
de me iſthuc ſentiunt mortales: ſed cum Hercule me & Baccho conferunt,ue-
luti æmulum, pariq; cum illis gloria certantem. Nam & Aornum,à neutro e-
tiam illorum armis ſubactum, ego facilè cepi. PHI. Etiamdum uideris iſta ut
Hammonis filius dicere,quandò nec Baccho quidē cedis, aut Herculi.Sed nec
erubeſcere noſti Alexander,ſolitám ue dediſcere arrogantiā,teipſum dein no-
ſcere,uel iam tandem ſapere,etiam ſi ſerius,ubi fato occubueris?

## ANTILOCHI ET ACHILLIS, Ottomaro Luſcinio interprete. I

### ANTILOCHVS.

*Aequalem omniū apud inferos eſſe cōditionem,nemi nemque præferri mortalium.*



Vænam ſunt illa,Achilles,quæ tu Vlyſſi iam primùm commemo-
rando in mortē executus es,ut minimè generoſa,ac Chirone atq;
Phœnice, quibus tu aliquando uſus es præceptoribus,parum di-
gna?Audiui enim magis ex re tua futurum tibi uideri,ſi uilis agri-
colæ munus obiens,inopi,cui nec uictus ſuppetat,loces operā,quām ut omni-
bus uita functis domineris. Quæ ſi rudis quidā plebeius ex media Phrygia or-
tus,atq; immodicus inſuper etiā uitæ affectator diceret, ferēdum fortè id eſſet, K
atque condonandum nonnihil ruſticitati:uerùm ex Peleo prognatum, & ex
omni heroum numero periculorum contemptorem acerrimum, in tam abie-
ctam & humilem de ſeipſo deſcēdere opinionem, fœdum ſanè atq; pudendum
in primis. Denique iis quæ in uita ſtrenuè geſſeris,equidem haud ſcio quomo-
do iſta conueniant.Nam dum in Phthio regnare tibi ad ſenectam uſque licuiſ-
ſet,citra gloriam tamen:tu glorioſam oppetere mortem maluiſti, quām potiri
regno. ACHIL. At ô Neſtoris fili, nondū etiam tum feceram rerum earum
periculum,& quid cui præferrem ignorans,gloriolam hanc infelicem præpo-
nebam uitæ. Atqui ſerò iam tandem intelligo quām egerim imprudēter. Apud

uiuos

A uiuos enim reperies fortè qui res bene geſtas celebrent literarum monumentis: ſed hic apud manes non uideo quàm frugiferū opus effecerim, ubi unus eſt honos omnium. Sed neque uires iam adſunt corporis Antiloche, aut forma. interciderunt omnia. pari rerum ſtatu uiſuntur omnia. nullum ſapientiæ aut alterius rei diſcrimen eſt. Adde quòd nulli iam ex Troianorū mortuis formidabilis ſum, nemini Græcorū uenerandus. prorſus omnium de mortuis par exiſtimatio eſt, ſiue boni fuerint, ſiue improbi. Hæc ſunt quæ me angūt, & miſerè ſolicitant, & ob quæ doleo, quòd non potius loco operas, & uiuo. ANTI. At uerò, Achilles, quid agat quiſpiam? quandò ſic natura comparatum eſt, ut
B omnes prorſum cogantur ſemel uitam relinquere. quæ lex quū in uniuerſum iam obtinuit, nec abrogari ullo modo queat, patienter hanc feras oportet. Cæterùm aſpice nos, quotquot penes te ſumus: denique & Vlyſſes quoque poſt puſillum adueniet: unde ſolatium tibi meritò afferet ſocietas: id quod & aliis in rebus plerunque uſu uenire ſolet. Non enim ſolus uideris in hæc mala coniectus: en tibi Herculem, Meleagrū, & alios pleroſque, qui non parum multos in admirationem traxere: qui quidem (ni fallor) haudquaquam in uitam uidentur redituri, ſi quis eos ad inopes & uictu indigos mittat, ut illis pro mercede ſeruiant. ACHIL. Sociorum hæc quidem admonitio eſt: uerùm haud ſcio quo
C pacto eorum quæ in uita aguntur, memoria, impendiò me excruciat. Arbitror autem & ueſtrum unumquenq; ita affici, etiam ſi non palàm confiteamini: nequiores ſanè in eo, quòd tacitè huiuſcemodi per quietē toleratis. ANTI. Non equidem Achilles, ſed longè tibi præſtamus: quippe qui intelligimus quàm ſit inutile de iis rebus uerba facere. Silere enim, & æquo animo ſuſtinere omnia quæ accidunt, datum nobis eſt: ne tibi affectu iſto ſimiles, ipſi quoque ridiculi omnibus meritò uideamur.

## DIOGENIS ET HERCVLIS; P. Virunio interprete.

D

### DIOGENES.

NVnquid Hercules hic eſt? Haud quiſquam mehercule alius. arcus, claua, pellis leonina, magnitudo ipſa, totus denique Hercules eſt. Igitur è uita deceſſit, qui Iouis erat filius? Dic quæſo ô uictoriоſe, mortuús ne es? Ego enim quum terræ ſupereſſem, tibi haud ſecus quàm deo ſacrificaui. HER. Rectè quippe ſacrificaſti. Hercules enim ipſe in cœlo unà cū diis immortalibus cōſiſtit, Heben apud ſe habens cruribus formoſiſſimam. Egò uerò qui te alloquor, ſua ſum umbra. DIOG. Quidnam dicis amabo? umbra ipſius dei? fieri enim poteſt, altera eundem ex parte deū eſſe,
E altera uita deceſſiſſe? HERC. Vtique. Ille enim nequaquam mortuus eſt, ſed ego duntaxat imago ipſius ſum. DIOG. Intelligo rem. Te uirū pro uiro Plutoni pro ſe dedit, & tu nunc pro illo mortuus es. HERC. Sic res ſe habet. DIOG. Quo pacto igitur callidiſſimus cum ſit Aeacus, te nequaquam illum eſſe non nouit, ſed admiſit tanquam ſuppoſititium Herculem? HERC. Quoniam ille ipſe eſſe uideor. DIOG. Vera autumas: nam ita perſimilis es, ut ſi ille ipſe ſis. Caueas igitur ne contrà ſit: ut tu quidem Hercules exiſtas, imago uerò apud deos immortales Heben in uxorem duxerit. HERC. Audax nimium es atq; loquax: & niſi a ſcommatibus quæ in me iacis, abſtinueris, ſenties quāprimum qualis dei imago ſim. Arcus enim nudus eſt atq; paratus. DIOG. Cur au-

*Ridetur diuinitas Herculis.*

tem de cætero te timeam, quum ſemel mortuus ſis? Sed per tuum Herculẽ dic F
quæſo, dum ille uiuebat, erás ne unà cum ipſo, & tunc imago exiſtens: aut unus
quidem eratis in uita, poſteaquam autem è uita deceſſiſtis, ſeparati: ille quidem
ad deos immortales auolauit, tu uerò umbra, ut dignũ uidetur, ad inferos ad-
ueniſti? HERC. Etſi fas equidem foret nequaquam reſpondere uiro ſophiſticè
percunctanti: attamen aures quoq; ad hoc porrigas. Quicquid enim Amphi-
tryonis in Hercule erat, idipſum morte affectum eſt, quod nempe ego ſum (ut
dixi) totum: quod autẽ ex Ioue erat, cũ diis immortalibus conuerſatur. DIOG.
Perſpicuè nunc intelligo. autumas enim eadem uice Alcmenã duos peperiſſe
Hercules: unum quidem ex Amphitryone, alterum uerò ex ſummo Ioue: ex G
quo factum eſt, ut gemini unius matris utero lateretis. HERC. Nequaquam
ô inſane. idem profectò ipſi eramus ambo. DIOG. Neque adhuc ad intelli-
gendum id facile eſt, duos Hercules in unum eſſe compoſitos, niſi quis diceret
uos tanquam Hippocentaurum in unum fuiſſe copulatos: hominem uidelicet
& deum. HERC. An non & homines eodem pacto ex duobus componi tibi
uidentur, animo uidelicet & corpore? Vnde quid prohibet animum quidem
ipſum ex ſummo Ioue natum adeſſe cœlo, me uerò mortalẽ ad inferos ueniſſe?
DIOG. Vtique elegãter hæc diſſeruiſſes, ò optime Amphitryoniade, ſi corpus
hac tempeſtate eſſes: ſed incorporea es imago: itaque periculũ eſt, te triplicem H
iam feciſſe Herculem. HERC. Quonam modo triplicem? DIOG. Hoc qui-
dem modo: nam ſi unus in cœlo exiſtit, tu uerò apud nos imago, corpus autem
in Oeta iam in puluerem uerſum, hæc tria iam ſunt. animaduertas igitur uelim,
quem tertium corpori eſſe intelligas patrem. HERC. Audax es, atque ſophi-
ſta: ſed quod nomen tibi eſt? DIOG. Diogenis Sinopei imago: ipſe autem, per
Iouem, mini mè cum diis immortalibus, ſed cum mortuorum optimis conuer-
ſor, Homerum atque huiuſcemodi fabulas deridens.

## MENIPPI ET TANTALI, Eraſmo Roterod. interprete.

### MENIPPVS. I

*Tãtalus à labris ſitiẽs fugientia captat Flumina.*

QVID eiulas ô Tantale, aut quid tuam deploras fortunam, ſtagno imminens? TAN. Quoniam ſiti enecor Menippe. MEN. Vſqueadeo piger es atque iners, uti non uel pronus incumbens bibere noris, uel caua uola hauriens? TANT. Nihil profecero ſi procumbam: refugit enim aqua ſimul atque me propius admoueri ſenſerit. quod ſiquando hauſero, oríque coner applicare, prius effluit, quàm ſumma rigem labia: atque inter digitos effluens aqua, haud ſcio quomodo rurſus ma-num meã aridam relinquit. MEN. Prodigioſum quiddam de te narras Tan-tale: uerùm dic mihi, iſthuc ipſum quorſum opus eſt, bibere, quum corpore ca- K
reas? nam illud quod eſurire poterat, aut ſitire, in Lydia ſepultũ eſt: cæterùm tu
quum ſis animus, quinam poſthac aut ſitire queas, aut bibere? TAN. Atqui
hoc ipſum ſupplicii genus eſt, ut anima perinde quaſi corpus ſit, ita ſitiat. MEN-
NIP. Age, hoc ita habere credamus, quandoquidem affirmas te ſiti puniri:
at quid hinc acerbi tibi poterit accidere? Nũ metuis ne potus inopia moriare?
At equidem haud uideo alteros inferos, ſi quis hos relinquat, neq; locũ alium
in quem morte demigret quiſpiam. TANT. Rectè tu quidem dicis: uerùm
hoc ipſum ſupplicii genus eſt, ſitire, quum nihil ſit opus. MEN. Deſipis Tan-
tale, &

A tale,& uti uerũ tibi fatear,nõ alio potu uideris egere,quàm ueratro mero.nam diuerſum quiddã pateris iis quos canes rabioſi momorderint,ut qui nõ aquam quemadmodum illi, ſed ſitim horreas. T A N. Ne ueratrum quidem recuſarim bibere Menippe,ſi liceat modó. M E N. Bono es animo Tantale,certum habẽs nunquam fore ut uel tu uel reliquorum Manium quiſpiam bibat. nec enim fieri poteſt:quanquam non omnibus quemadmodum tibi,pœna adiudicata eſt ut ſitiant aqua illos non expectante.

## MENIPPI ET MERCVRII, Eraſmo Roterod. interprete.

### MENIPPVS.

B AT ubinam formoſi illi ſunt,ac formoſæ,Mercuri?ducito me doceto q̃;,utpote recèns huc profectum hoſpitem. MERC. Haud mihi licet per ociũ Menippe:quin tu iſthuc ipſo è loco dextrorſum oculos deflecte. Illic & Hyacinthus eſt,& Narciſſus ille,& Nireus,& Achilles, & Tyro,& Helena,& Leda:breuiter quicquid eſt ueterum formarum. M E N. Equidẽ præter oſſa nihil uideo,caluariáſque carnibus renudatas,inter quæ omnia nihil ſit omnino diſcriminis. M E R. Atqui hæc ſunt quæ poetæ cuncti mirantur ac celebrãt,oſſa ſcilicet quæ tu uiC deris contemnere. M E N. At Helenam ſaltem mihi cõmonſtra:nam ipſe quidem haud queã dignoſcere. M E R. Hæc uidelicet caluaria,Helena eſt. M E N. Et huius ſcilicet oſſis gratia mille naues ex uniuerſa Græcia acto delectu ſunt impletæ, tantaq̃; tum Græcorum tum Barbarorũ multitudo conflixit, tot urbes ſunt euerſæ? M E R. Cæterùm Menippe non uidiſti mulierẽ hanc uiuam: quod ſi feciſſes,forſan diceres tu quoque uitio dandum non eſſe

*Forma bonum fragile.*

Pro tali muliere diu tolerare labores.

Alioqui ſiquis flores etiam arefactos marcidoſq̃; contempletur,poſteaquã coloris decus abiecerint, deformes nimirum uideantur : at iidem donec florent,
D coloremq̃; obtinent,ſunt ſpecioſiſſimi. M E N. Proinde illud iã demiror Mercuri,ſi Græci non intellexerunt ſeſe pro re uſqueadeo momẽtanea, quæq̃; tam facilè emarceſceret,elaborare. M E R C. Haud mihi uacat tecũ philoſophari: quare delecto loco ubicunque uelis, proſterne temet ac recumbe:mihi iã aliæ ſunt traducendæ umbræ.

## AEACI, PROTESILAI, MENELAI, AC PARIDIS,

### Iacobo Micyllo interprete.

### AEACVS.

E QVamobrem Proteſilaë in Helenam irruens,ſtrangulas illam?PRO. Quia huius cauſa,Aeace, imperfecta quidem domo relicta,& uidua uxore quam nuper duxi,reddita,mortuus ſum. AE A. Accuſa igitur Menelaũ, qui uos omnes pro tali coniuge recuperanda cõtra Troiam duxit. MEN. Nequaquam me,ſed multo iuſtius Paridem,qui hoſpiti mihi uxorem contra omne ius eripuit. Hic enim non modò abs te, uerùm ab omnibus tum Græcis tum Barbaris meritò ſtrangulari debebat,ut qui tam multis mortis cauſſa extiterit. P R O T. Melius hoc. Proinde malè nominate Pari, nũquam te dimittam è manibus. P A R I S. Iniuriam adeónũ facis Proteſilaë, idque eo magis,quòd eandem tecum artem exerceo. Nam & amori etiam de-

*Proteſilatus primus græcorum interfectus.*

ditus ipſe ſum,& ab eodem deo quaſi uinctus teneor. Noſti autem quòd quæ- F
*A deo inuiti agimur.* dam ſunt quæ inuitis nobis geruntur, & neſcio quis deus nos ducit quocunque ipſi placet,atque impoſſibile eſt illi repugnare. P R O T. Rectè dicis. Vtinam igitur Cupidinem ipſum hic comprehẽdere mihi liceat. AE A C. At ego etiam pro Cupidine tibi reſpondebo quæ iuſta uidẽtur. Sic enim ille dicet, ſeſe quidem Paridi fuiſſe fortaſſis cauſam amandi, ſed mortis cauſam tibi fuiſſe neminem alium,quàm teipſum Proteſilaë, qui clam uxore nuper ducta, poſtquam appropinquabatis Troadi,ita omni cõtempto periculo, & uelut deſperatus ante reliquos omnes in littus exiliiſti, gloriæ nimirum cupidus, propter quam & primus in egreſſu nauiũ occiſus fuiſti. P R O T. Proinde & ego pro G me ipſo tibi Aeace reſpondebo multo iuſtiora quàm tu. Neq; enim ego mihi *Fatum.* horum cauſa fui, ſed fatum,& quòd iam inde ab initio ita prædeſtinatum fuerat. AE A C. Probè. quid ergo iſtos accuſas?

## MENIPPI ET AEACI, Iac. Micyl. interprete.

### MENIPPVS.

PER Plutonem,ô Aeace,expone mihi quæſo hic quæ apud inferos ſunt omnia. AE A C. Haud facilè,Menippe,omnia: uerũ quæ ſummatim & ueluti per capita indicari poſſunt,hæc accipe. Hic quidem H quòd Cerberus ſit,noſti. Deinde & portitorem hunc noſti,qui te traiecit: præterea & lacum,& Pyriphlegethontem iam uidiſti cũ ingreſſus es. M E N. Noui hæc, & præterea te quoque, quòd hic in ueſtibulo ſedes, atque aditum obſeruas. Etiam regem ipſum uidi, & Furias. Homines uerò priſcos quæſo oſtẽde, & maximè eos qui inter cæteros nobiliores fuere. AE A C. Hic quidem Agamemnon eſt,ille autem Achilles. Rurſum hic Idomeneus. qui propius aſſidet poſt hunc, Vlyſſes, deinceps Aiax,& Diomedes,& cæteri Græcorũ præ-
*Homerus pater fabularũ.* ſtantiſſimi. M E N. Papæ Homere! ut tibi Rhapſodiarum tuarum capita humi proiecta iacent,ignobilia atque obſcura,cinis ac puluis omnia,& nugæ meræ, I
*ἀβρωτα κεφαλα, capita ſine robore: clauſula frequens apud Homerum.* denique (uerè ut abs te dictum eſt) capita infirma & caduca. Sed hic, Aeace, quísnam eſt? AE A C. Cyrus eſt, ille autem Crœſus, & iuxta ipſum Sardanapalus. Vltra hos autem Midas,& deinceps ille Xerxes. M E N. Et te,ô ſceleſte, tota exhorruit Græcia,iungẽtem pontibus Helleſpontum, & per ipſos montes nauibus traiicere affectantem? Qualis uerò & ipſe Crœſus eſt! Cæterùm Sardanapalo quæſo huic Aeace permitte ut demulceam caput, inflicto colapho. AE A C. Nequaquam. cõminueres enim ipſi caluariam,muliebris ac fragilis adeò cum ſit. M E N. At certè tamẽ amplexabor illum,utpote ſemiuirum ac mulieroſum planè. AE A C. Víſne tibi oſtendam & doctos illos? M E N. K Per Iouem etiam. AE A C. Primus en hic tibi Pythagoras eſt. M E N. Salue
*Pythagoras.* Euphorbe,ſiue Apollo,ſiue denique quodcunque uoles. P Y T H. Ita ſanè,& tu utique Menippe. M E N. Quidnam non amplius aureum iſtud femur habes? P Y T H. Non: ſed age cedo ſiquid manducabile tibi habet pera iſta. M E N. Fabas habet, quare nihil hic eſt quod tu manducare queas. P Y T H. Da modó. Nam hic apud manes alia dogmata atque inſtituta didici: nempe quòd nihil hic inter ſe ſimiles ſunt fabæ & patrantiũ teſticuli. AE A C. Porrò hic Solon eſt,filius Execeſtidis. præterea ille Thales,& iuxta ipſos Pittacus,& cæteri illi. ſeptem autem omnes ſunt, ut uides. M E N. Læti hi ſunt Aeace ſoli atque

A que alacres præter cæteros. Sed hic oppletus cinere, tãquam ſubcinericius panis aliquis, hic crebris puſtulis quaſi ſufferuefactus, quisnam eſt? AE AC. Empedocles, Menippe, ſemicoctus ab Aetna monte huc profectus. M E N. O æripes optime, quid obſecro acciderat tibi cur teipſum in cratêres Aetnæ iniiceres? E M P. Inſania quædam, Menippe. M E N. Non, per Iouẽ, ſed inanis quædam gloriæ affectatio, & faſtus, & multa dementia, hæc te conflagrare fecerunt unà cum ipſis crepidis, cum dignus minimè eſſes. Veruntamen nihil tibi commentum iſtud profuit. deprehenſus enim es & ipſe mortuus. Cæterùm Socrates ille, Aeace, ubi locorum tandem eſt? AE AC. Cum Neſtore ac Palamede ille
B plerunque nugatur. M E N. Cuperem tamẽ uidere ipſum, ſicubi locorum hic foret. AE AC. Vidésne caluum illum? M E N. At omnes hic calui ſunt, quare omnium æquè notatio hæc fuerit. AE AC. Simum iſtum dico. M E N. Etiam hoc ſimile omnium eſt: nam & ſimi omnes ſunt. S O C R. Méne quæris Menippe? M E N. Teipſum Socrates. S O C R. Quo pacto res Athenis ſe habent? M E N. Multi iuniorum philoſophari ſe profitentur: ac habitum certè ipſum & inceſſum ſi quis aſpiciat, meri philoſophi uidentur, admodum multi. Cæterùm autẽ uidiſti opinor qualis & Ariſtippus huc ad te uenerit, & Plato ipſe, alter quidem olens unguenta, alter autẽ in Sicilia tyrannis adulari doctus. S O C.
C At de me quid ſentiunt? M E N. Beatus, Socrates, quiſpiam es, quod ad huiuſmodi res utiq; pertinet. Omnes itaque te admirabilem fuiſſe uirum exiſtimãt, atque omnia cognouiſſe hæc (decet enim opinor uerum hic dicere) cum nihil ſcires. S O C. Et ipſe dicebam hæc ad illos, ſed illi tum ſimulationem quãdam eam rem eſſe putabant. M E N. Sed quínam iſti ſunt circa te? S O C. Charmides, Menippe, & Phædrus, & Cliniæ filius ille. MEN. Euge Socrates, quoniam & hic artem tuam exerces, neque formoſos iſtos negligis. S O C. Quid enim aliud quod quidem ſuauius ſit, agerem? Sed huc propius nobiſcum recumbe, ſi uidetur. M E NIP. Non, per Iouem. ad Crœſum enim & Sardanapalum re-
D deo, prope illos habitaturus. Videor quippe mihi non pauca habiturus ibi eſſe quæ rideam, quando plorantes illos audiam. AE AC. Et ego quoque iam abeo, ne quis mortuorum clam nobis ſubducat ſeſe. Pleraque autem alia uidebis Menippe quando iterum conueniemus. M E N. Abeas licet. nam & hæc Aeace uidiſſe ſufficit.

*Empedocles.*

*Alludit ad id quòd Empedocles dicitur ærcis crepidis uſus fuiſſe, ut eſt apud Diogenem.*

## MENIPPI ET CERBERI, Eraſmo Roterodamo interprete.

### MENIPPVS.

E HEVS Cerbere, quandoquidem mihi tecum cognatio quædam intercedit, quũ & ipſe ſim canis, dic mihi per Stygiam paludem, quomodo ſeſe habebat Socrates quum huc accederet? Veriſimile eſt autem te, deus quum ſis, nõ latrare modò, uerumetiam humano more loqui, ſiquando uelis. C E R. Quum procul adhuc abeſſet Menippe, uiſus eſt conſtanti atque interrito adire uultu, perinde quaſi mortem nihil omnino formidaret, tanquam hoc ipſum uellet iis qui procul à ſpecus ingreſſu ſtabant, oſtendere: uerùm ſimul atq; deſpexit in hiatum, uiditq; profundum atque atrum antri receſſum, ſimulq; ego cunctantem etiam illum aconito mordens, pede correptum detraherem, infantium ritu eiulabat, ſuosq; deplorabat liberos, nihilq; non faciebat, in omnem ſpeciem ſeſe conuertens. M E N. Num

*Fortitudinem Socratis falſam fuiſſe.*

igitur fucatê ſapiens erat ille,neque uerè mortem contemnebat? C E R. Haud F
uerè:cæterùm ubi uidit id eſſe neceſſe,audaciam quandam præ ſe ferebat,quaſi uerò uolés id eſſet paſſurus,quod alioqui uolenti nolenti tamé omnino fuerat ferendum,uidelicet quò ſpectatoribus eſſet miraculo. Equidem illud in totũ de uiris iſtiuſmodi uerè poſſim dicere, ad fauces uſque ſpecus intrepidi ſunt ac fortes:porrò intus quum ſunt,nihil mollius neque fractius. M E N. Cæterùm ego quónam animo tibi uiſus ſum ſubiiſſe ſpecum? C E R. Vnus mortalium Menippe ſic mihi uiſus es ſubire, ut tuo dignum erat genere : & prior te Diogenes:propterea quòd neutiquam adacti ſubieritis,aut intruſi:uerùm tum ultronei,tum ridentes,atque omnibus plorare renunciantes. G

## CHARONTIS ET MENIPPI, Eraſmo Rot.interprete.

### CHARON.

*De naulo Charonti reddendo litigant.*

REdde naulum ſceleſte. M E N. Vociferare,ſi quidem iſthuc tibi uoluptati eſt Charon. C H A. Redde inquã quod pro traiectione debes. M E N I P. Haudquaquam auferre queas ab eo qui nõ habeat. C H A. An eſt quiſpiam qui ne obolum quidem habeat? M E N. Sit ne alius quiſpiam præterea,equidem ignoro:ipſe certè non habeo. C H A. Atqui prævocabo te per Ditẽ impuriſſime,ni reddas. M E N. At ego illiſo baculo tibi cõ- H
minuam caput. C H A R. Num ergo te tam lõgo traiectu gratis tranſuexero? M E N. Mercurius meo nomine tibi reddat, ut qui me tibi tradiderit. M E R. Bellè mecum agatur per Iouem,ſi quidem futurum eſt ut etiam defunctorum nomine perſoluam. C H A. Haud omittam te. M E N. Quin igitur uel huius gratia perge,ut facis,nauim trahere:quanquam quod non habeo,quinam auferas? C H A R. At tu neſciebas quid tibi fuerit apportandum? M E N. Sciebam quidem, uerùm non erat. Quid igitur?num ea gratia erat mihi ſemper in uita manendum? C H A R. Solus ergo gloriaberis te gratis fuiſſe trãſuectum? M E N. Haud gratis ô præclare:ſiquidem & ſentinam exhauſi,& remum arripui,& uectorum omnium unus non eiulaui. C H A. Iſta nihil ad naulum. obolum reddas oportet. neq; enim fas eſt ſecus fieri. M E N. Proinde tu me rurſum in uitam reuehe. C H A. Bellè dicis, nimirum ut uerbera etiam ab Aeaco mihi lucrifaciam. M E N. Ergo moleſtus ne ſis. C H A R. Oſtende quid habeas in pera. M E N. Lupinum,ſi uelis,& Hecatæ cœnam. C H A R. Vnde nobis hũc canem adduxiſti Mercuri?tum qualia garriebat inter nauigãdum, uectores omnes irridens,ac dicteriis inceſſens,unusq; cantillans illis plorantibus? M E R. An ignoras Charon quẽ uirum tranſuexeris ? planè liberum,cuiq; nihil omnino curæ ſit. Hic eſt Menippus. C H A R. Atqui ſi unquam poſthac te recepero. M E N. Si receperis? ô præclare. ne poſſis quidem iterum recipere. K

## PLVTONIS ET PROTESILAI, Iac. Micyllo interprete.

### PROTESILAVS.

O DOMINE,ô rex,ô noſter Iupiter,& tu Cereris filia, ne deſpicite preces amatorias. P L V. Tu uerò quid precaris à nobis,aut quis denique es? P R O T. Equidem Proteſilaus ſum, filius Iphicli, patria Phylacenſis, qui cum reliquis Græcis in expeditione ad Troiam profectus, ac primus omnium contra Ilium pugnando occiſus ſum. Precor autẽ ut dimiſſus hinc,

A hinc,modicum temporis in uitam redire denuo permittar. PLVT. Hũc amorem, Proteſilaë, omnes mortui amant: ſed nullus tamen ipſorum potitur eo. PROT. At non uitam ô Pluto tantopere amo, uerùm equidem uxorem, quam nuper ductam,domi reliqui,atque in bellum nauigando profectus ſum: deinde infelix in egreſſu nauiũ ab Hectore occiſus ſum. Amor itaq; iſte uxoris non mediocriter me,ô Domine,enecat,uolóque ſi uel paululũ ab ipſa conſpectus fuero,rurſum huc deſcendere. PLVT. Nõ bibiſti, Proteſilaë,aquam Lethæam? PROT. Bibi equidem, ſed hæc res præualuit pondere. PLVT. Igitur expecta. aduenietenim & illa quandoq;,neque nunc opus quicquam e-
B rit iterum aſcẽdere te. PROT. Sed moram hanc ferre nequeo. Amaſti autem tu quoque aliquando, ac noſti qualis res amor ſit. PLVT. Et quid adeò iuuabit te unum diem reuiuiſcere,deinde autem paulò pòſt eadem hæc lugere? PROT. Spero me etiam illam adducturum eſſe, ut huc ad uos ſequatur me: quare pro uno mortuo paulò pòſt duos recipies. PLVT. Haud fas eſt iſta fieri,neque etiam ſimile unquam factum eſt. PROT. At ego in memoriam tibi reuocabo, Pluto. Nam Orpheo ob ipſam hanc cauſam Eurydicen uxorẽ reddidiſtis,& cognatam meam Alceſtin emiſiſtis,Herculi gratificantes. PLVT. Optaris autem cum iſta nuda atque deformi caluaria, formoſæ illi ſponſæ tuæ
C in conſpectum uenire? Quo pacto autẽ illa etiam aſpiciat te,quæ ne dignoſcere quidem amplius te poterit? Terrebitur enim,ſat ſcio,atque aufugiet, túque fruſtra tãtum iter exantlaueris. PROSERPINA. Proinde mi uir,tu iſti quoque rei medicinã aliquam adhibe, ac Mercurium iube, ut poſtquam ad lucem peruenerit Proteſilaus,contactum uirga, mox in adoleſcẽtem formoſum conuertat illum,qualis uidelicet antea fuit cum ex ſpõſæ thalamo prodiret. PLV. Quoniam,Proſerpina, & tibi hoc uidetur, age perductum hunc iterum ad ſuperos,Mercuri,ſponſum facito. Tu uerò memineris non amplius quàm unum diem tibi permiſſum eſſe.

D

## DIOGENIS ET MAVSOLI, Eraſmo Roterodamo interprete.

### DIOGENES.



HE tu Car,quare tandem inſolens es,tibíque places,ac dignum te credis qui unus nobis omnibus anteponare? MAVSOL. Primùm regni nomine ô tu Sinopenſis, quippe qui Cariæ imperauerim uniuerſæ, præterea Lydiæ quoq; gentibus aliquot: tum autem & inſulas nonnullas ſubegerim: Miletum uſque peruenerim, pleriſque Ioniæ partibus uaſtatis. Ad hæc formoſus erã ac procerus, ac bellicis in re-
E bus præualidus. Poſtremò,quod eſt omnium maximum,in Halicarnaſſo monumentum erectum habeo ſingulari magnitudine, quantum uidelicet defunctorum alius nemo poſſidet,neque pari etiam pulchritudine conditũ,uiris ſcilicet atque equis pulcherrimo è ſaxo ad uiuam formam abſolutiſſimo artificio expreſſis,adeõ ut uel phanũ aliquod ſimile haud facilè quis inueniat. Num iniuria tibi uideor has ob res mihi placere atque efferri? DIOG. Nũ ob imperium ais,ob formam,atque ob ſepulchri molem? MAV. Per Iouem ob hæc inquam. DIOG. Atqui ô formoſe Mauſole, neque uires iam illæ,neque forma tibi iam adeſt, adeò ut ſi quem arbitrum de formæ præcellentia delegerimus, haudquaquam dicere potis ſit quamobrem tua caluaria meæ ſit anteferenda:

*Contentio de ſepultura, alterius quidem magnificẽtiſſima, alterius neglectiſſima.*

ſiquidem utraque pariter tum calua,tum nuda:utrique dentes pariter oſtendi- F
mus:pariter oculis orbati ſumus:pariter naribus ſimis ac ſurſum hiantibus de-
formati. Cæterùm ſepulchrum ac ſaxa illa precioſa Halicarnaſſeis forſitan ia-
ctare licebit,& hoſpitibus gloriæ cauſa oſtentare,tanquã qui magnificam quã-
dam apud ſe ſtructuram habeant: uerùm quid hinc commoditatis ad te redeat,
uir egregie,nequaquam uideo, niſi forſan illud commodum uocas,quòd plus
oneris atque nos ſuſtines,ſub tam ingentibus ſaxis preſſus ac laborans. MAV.
Itáne nihil illa mihi conducunt omnia? planeq; pares erunt Mauſolus ac Dio-
genes? DIOG. Imò haud pares,inquã,uir clariſſime: nam Mauſolus diſcrucia-
bitur quoties earum rerum in mentem ueniet, quibus in uita florere conſue- G
uit: at Diogenes interim eum ridebit. Atque ille quidẽ de ſuo illo monumen-
to quod eſt in Halicarnaſſo,memorabit, ab uxore Artemiſia atque ſorore pa-
rato:contrà Diogenes ne id quidem ſuo de corpore nouit,nunquid habeat ſe-
pulchrum. Neque enim illi res ea curæ eſt,uerùm apud uiros excellentiſſimos
ſui memoriam famamq; reliquit,ut qui uitam peregerit uiro dignam, tuo mo-
numento,Carum abiectiſſime,celſiorem,ac tutiore in loco ſubſtructam.

## NIREI, THERSITAE, ET MENIPPI, Eraſmo Roter. interp.

### NIREVS.

H

*Contentio de pulchritudine,quæ apud inferos nulla eſt.*

ECce denique uel Menippus hic iudex erit uter noſtrum ſit formoſior. Dic Menippe,an nõ tibi uideor forma præſtãtior? MEN. Imò quinam ſitis,prius arbitror indicandum. nã hoc opinor ſcito eſt opus. NIR. Nireus ac Therſites. MEN. Vter Nireus, uter Therſites? nondum enim uel hoc ſatis liquet. THER. Iam unum hoc uinco, quòd tibi ſum ſimilis, neque tantopere me præcellis, quantopere te cæcus ille Homerus extulit,unum omnium formoſiſſimum appellans:quin ego faſtigiato uertice,raríſque & impexis capillis ille,nihilo te inferior uiſus ſum arbitro. Iam uerò tempus eſt uti pronũcies Menippe, utrum altero formoſiorem exi- I
ſtimes. NIR. Mirum ni me, Aglaia Charopeq; prognatum,

Qui uir pulcherrimus unus
Omnibus è Graiis Priameia ad Pergama ueni. MEN. Atqui non item ſub terram opinor pulcherrimus ueniſti,quippe qui reliquis quidẽ oſſibus aliis appareas aſſimilis: porrò caluaria hoc uno inſigni à Therſitæ caluaria dignoſci poſſit,quòd tua delicata eſt ac mollicula: quandoquidem iſthuc habes effœminatum,ac neutiquam uiro decorum. NIR. Attamen Homerũ percontare,qua ſpecie tum fuerim, quum inter Græcorum copias militarem. MEN. Tu quidem ſomnia mihi narras:at ego ea ſpecto quæ uideo,quæq; tibi adſunt in præ- K
ſentia: cæterùm iſta norunt qui id temporis uiuebant. NIR. Quid igitur tandem? an non ego formoſior Menippe? MEN. Neq; tu, neque quiſquam alius formoſus hoc loco: ſiquidem apud inferos æqualitas eſt, paresq; ſunt omnes. THER. Mihi quidem uel hoc ſat eſt.

*Apud inferos æqualitas eſt.*

## MENIPPI ET CHIRONIS, Eodem interprete.

### MENIPPVS.

*Præſentibus acquieſcendũ.*

EQuidem inaudiui Chiron, te, deus quum eſſes, tamen optaſſe mortem. CHI. Vera nimirum ſunt iſta quæ audiſti Menippe,planeq; mortuus ſum,

ſicuti

A ſicuti uides,quum mihi licuerit immortalem eſſe. MEN. At quæ'nam tè mortis cupido tenebat,rei uidelicet quam uulgus hominum horreat? CHI. Dicam apud te,uirum neutiquam ſtultum atq; imperitū. Iam mihi deſierat eſſe iucundum,immortalitate frui. MEN. Quid? an iniucundum erat te uiuere, lucemq; tueri? CHIR. Erat inquam Menippe. nā quod iucundum uocant,id ego neutiquam ſimplex, ſed uarium quiddam eſſe arbitror. Verùm quum ego ſemper uiuerem,atque iiſdem perpetuò rebus uterer,ſole,luce,cibo,tum horæ eædem recurrerent, reliqua item omnia quæcunq; contingūt in uita, reciproco quodam orbe redirent,atq; aliis alia per uices ſuccederent:ſatietas uidelicet eorum
B me cepit. Neq; enim in eo uoluptas eſt ſita, ſi perpetuò fruaris iiſdē, ſed omnino in permutando poſita eſt. MEN. Probè loqueris Chiron:cæterū hæc quæ apud inferos agitur uita, quínam tibi procedit,poſteaquam ad hanc tanquam ad potiorem te contuliſti? CHIR. Haud inſuauiter Menippe:ſiquidem æqualitas ipſa quiddam habet admodum populare. Nihil autem intereſt, utrum in luce quis agat,an in tenebris:præterea neque ſitiendum eſt nobis quemadmodum apud ſuperos, neque eſuriendum, ſed eiuſmodi rerum omnium egentia uacamus. MEN. Vide Chiron ne temet ipſe inuoluas, néue eodem tibi recidat oratio. CHIR. Quamobrem iſthuc ais? MEN. Nempe ſi illud tibi faſti-
C dio fuit,quòd in uita ſemper iiſdem ſimilibusq; rebus utendum erat:quum hic itidem ſimilia ſint omnia, eūdem ad modum parient faſtidiū, ac de integro tibi quærēda erit uitæ commutatio,atque hinc quopiam aliam in uitam demigrandum:id quod arbitror fieri non poſſe. CHIR. Quid igitur faciundū Menippe? MEN. Illud nimirum,uti, ſapiens quum ſis,quēadmodum opinor,& uulgò prædicant,præſentibus rebus ſis contentus,boniq; conſulas quod adeſt,neque quicquam in his eſſe putes,quod ferri non queat.

DIOGENIS, ANTISTHENIS, ET CRATETIS, Iac. Mic. interp.

D

## DIOGENES.

OCIVM nunc agimus,Antiſthenes,& tu Crates:quare cur nō,obſecro,imus deambulatū rectà ad ingreſſum & fauces orci,ut ibi ſpectemus eos qui deſcendunt,quínam ſint, & quid quiſque eorū agat? ANT. Eamus Diogenes. Etenim ſpectaculum hoc iucundum fuerit,uidere alios quidem ipſorum lachrymari,alios autem ut dimittātur ſupplicare:quoſdam autem ægrè deſcendere,& quanquam ceruicem urgente ac impellente Mercurio, reluctari tamen, & reſupinos obniti, nulla neceſſitate aut cōmodo ſuo. CRA. Ego uerò etiam exponā uobis quæ ipſe uidi in uia quā-
E do huc deſcendebam. DIOG. Exponas licet,Crates. uideris enim quædam omnino riſu digna dicturus eſſe. CRA. Cum alii multi nobiſcū deſcendebant, tū uerò inter ipſos maximè nobiles, Iſmenodorus ille diues ex noſtris, & Arſaces Medorum præfectus, & Armenius Orates. Iſmenodorus igitur (occiſus enim fuerat à latronibus circa Citharonem, quando Eleuſinem, ut arbitror, proficiſcebatur) & gemebat,& uulnus in manibus præ ſe ferebat, liberos ſuos paruos,quos reliquerat,idētidem uocando, ſibiq; ipſi ob audaciam ſuccenſendo,qui cum Citharonem tranſiſſet,ac loca illa circa Eleutheras deſerta ac bellis uaſtata peragraſſet, nō amplius quàm duos ſeruos ſecum adduxiſſet, idque etiam cum phialas quinque aureas & cymbia quatuor ſecum haberet. Arſaces

autem (ſenior enim iam erat, & per Iouẽ,pro Barbarico illo ritu,facie nõ adeò F
inhoneſta aut contemnenda)grauiter ferebat atque indignabatur quòd pedi-
bus incederet, uolebatq; ſibi equum ſuum adduci. Nam & equus unà cum eo
mortuus fuerat, una plaga ambobus transfoſſis à Thracenſi quodam ſcutato
in eo prælio quod cum rege Cappadocũ ad Araxem fluuium cõmiſſum fue-
rat. Nam Arſaces quidem infeſto curſu in hoſtem ferebatur, longè,ut quidem
ipſe narrabat,ante alios euectus:Thrax autem expectato illo ſubſiſtens,ac ſcu-
tum præ ſe tenens,uenientem Arſacis haſtam excutiendo diuertit: ipſe autem
ſubmiſſa parumper ſariſſa ſua, & equum & inſidentem illum tranſuerberat.
A N T.Sed quo pacto fieri potuit,Crates,ut uno ictu ambos tranſuerberaret? G
C R A.Facillimè, Antiſthenes. nam ille quidẽ curſu ferebatur,contum quen-
dam uiginticubitalem prætentum habens:Thrax autem ubi pelta obiecta pla-
gam excuſſiſſet,& iam cuſpis ipſum præteruecta eſſet,in genu procumbẽs ex-
cipit ſariſſa uenientis impetũ,ac equum ſub pectus uulnerat:quo mox præ fu-
rore ac uehementia curſus ſeipſum tranſadigẽte, eadem haſta etiã Arſaces per
inguina utrinq; ad nates uſq; penetrante transfoditur. Intelligis nimirum quo
pacto acciderit,cũ non uiri,ſed equi magis hoc opus fuerit.Veruntamen indi-
gnabatur ille, quòd non ampliore honore quàm cæteri habebatur, uolebatq;
eques huc deſcendere.Orates autem,priuatus quiſpiam erat, atque admodum H
debilis pedibus,quippe qui neq; ſtare humi,nedũ incedere ullo modo poterat.
Accidit autem hoc prorſum Medis omnibus,ut poſtquam ab equis deſcende-
rint,ueluti qui ſuper ſpinas ingrediuntur, ſummis pedum digitis uix atq; ægrè
incedãt. Quamobrem cum per ſe ipſum humi deiectus iaceret,neq; ullo pror-
ſum pacto reſurgere uellet,bonus ille Mercurius ſublatũ in ſe hominẽ ad cym-
bam uſq; portauit:ego uerò ſequens ridebã.A N T.Et ego porrò quando huc
deſcẽdebã,neq; admiſcui me ipſum cæteris,ſed relictis plorãtibus illis ad cym-
bam accurrendo,præoccupaui mihi locum,quò commodius nauigarem.Inter
nauigandum uerò alii quidem lachrymabantur,alii autem nauſeabant:ego ue- I
rò inter ipſos ſedens admodum oblectabar. D I O G.Tu quidem Crates,& tu
Antiſthenes, huiuſmodi ſortiti eſtis itineris comites : mecũ autem Blepſias ille
fœnerator ex Piræo,& Lampis Acarnan,qui mercenarios milites ductauerat,
& Damis diues ille Corinthius,ſimul deſcendebant.Quorum Damis quidem
à puero ueneno interemptus fuerat, Lampis autem ob amorẽ Myrtii meretri-
cis ſe ipſum iugularat , Blepſias uerò fame miſer periiſſe dicebatur, & appare-
bat ſanè adhuc pallidus ſupra modum, ac tenuis maximè.Ego uerò quãquam
antea noram, interrogabã tamen quo pacto quiſque mortuus eſſet.Ac Dami-
di q̃idẽ accuſanti filium,Nõ iniuſta uerò,inquam,paſſus es ab illo,qui talen- K
ta cũ haberes coaceruata mille,ac ipſe in deliciis uiueres, annos nonaginta na-
tus, adoleſcenti illi quatuor obolos ſcilicet ſuppeditabas . Tu uerò Acarnan,
(gemebat enim & ille,ac deuouebat Myrtium)quid amorem accuſas,inquam,
& non potius te ipſum ? qui hoſtes quidem haud unquam perhorrueris,ſed te
ultro periculis offerẽdo,ante alios in prælium deſcẽderis, à puella uerò uulga-
ri illa quidem,ac fortè oblata,& à lachrymis atque ſingultibus fictitiis,genero-
ſus ipſe tu captus fueris. Nam Blepſias quidem ipſe ſeſe accuſat ob nimiã ſtul-
titiam,quòd pecuniam uidelicet cuſtodierit hæredibus nulla neceſſitudine ſibi
coniunctis,dum uanus ipſe in perpetuum uicturum eſſe ſe putat. Verùm mihi
quidem

A quidem non uulgarem uoluptatem præbuerunt tunc lamentantes iſti. Sed iam circa fauces ſumus. Aſpicere nos illuc oportet, atque à longè contemplari aduenientes. Papæ! multi certè, & uarii, omnesq; lachrymãtes, præter pullos iſtos & infantes. Quin & ætate nimia confecti illi lugent. Sed quid hoc? num philtro aliquo uitæ tenentur? Iſtũ igitur decrepitum interrogare lubet: Quid ploras heus tu, tam prouecta ætate mortuus? Quid indignaris bone uir, præſertim cum ſenex huc aduèneris? Eccubi rex fuiſti? MEN. DICVS. Haudquaquam. DIOG. Verùm ſatrapa. MEN. Neque hoc. DIOG. Num igitur diues fuiſti, ideoq; malè te habet, quòd relictis multis deliciis ac uoluptatibus
B mori coactus fueris? MEN. Nihil tale: ſed annos quidẽ circiter nonaginta natus fui, uitam autem difficilem egi, arundine & linea uictũ quæritans, ultra modum egenus ac pauper, liberis carens, & præterea claudus quoque, & parum oculis uidens. DIOG. Et uiuere cupiebas, cum talis eſſes? MEN. Certè quidẽ. dulcis enim erat lux: mori autem, graue & horrendum. DIOG. Deliras ô ſenex, & iuueniliter te geris erga neceſſitatem, & hoc, cum ſis coæqualis portitori huic. Proinde quid iam de adoleſcentibus dicamus, quandò etiam decrepiti iſti tantopere uiuere cupiunt, quos decebat ipſam mortem etiam conſectari, tanquam remedium quoddam eorũ malorum quæ ſecum fert ſenectus? Sed
C abeamus iam, ne quis & nos ſuſpicetur tales eſſe, qui hinc aufugere cupiamus, quandò circa fauces hic nos oberrare uiderit.

## MENIPPI ET TIRESIAE, Iacobo Micyllo interprete.

### MENIPPVS.

AN uerò & cæcus ſis Tireſia, non amplius cognitu facile eſt. nobis enim cũctis æquè ſunt uacui oculi, ac ſolæ illorũ ſedes relictæ: quod autẽ ad cætera attinet, non facilè dixeris, qui Phineus, aut qui Lynceus fuerit. At uerò quòd uates fueris, & quod utrunq; ſolus teipſum perhi-
D bueris marem ac fœminam, auditis aliquando poëtis noui. Proinde per deos dic mihi, utram uitam expertus es ſuauiorem, uirne quando fuiſti, an cum fœmina? TIRE. Potior multo fuit, Menippe, muliebris uita: expeditior enim: & dominantur quoq; uiris mulieres: neq; ipſis neceſſe eſt in bellum proficiſci, neque ad propugnacula ſtare, neq; in concionibus diſſidere, neque in foro atque iudiciis contendere. MEN. Quid? an non audiſti Tireſia Euripidis Medeam, qualia dixerit cũ mulierum genus deplorando cõmemorat? quàm miſeræ ſint, & intolerabilem parturiendo laborem ſuſtineãt? Verùm dic mihi (commonefecerunt enim me uerſiculi iſti Medeæ) peperiſtine etiam aliquando cum mu-
E lier eſſes: an uerò ſterilis & abſq; ſemine uitam illam degiſti? TIR. Quid hoc, Menippe, interrogas? MEN. Nihil acerbè, Tireſia, uerùm reſponde, ſi tibi moleſtum non eſt. TIR. Non fui ſterilis quidem, ſed neque peperi tamen. MEN. Sufficit hoc. Vtrum enim & uuluam habuiſſes, ſcire uolebam. TIRE. Habui ſcilicet. MEN. Succeſſu autem temporis uuluáne illa euanuit, & membrum muliebre obturatũ eſt, mamillæq; iterum complanatæ, deinde uirile ſuccreuit, & barbam produxiſti, an uerò repentè ex muliere uir factus prodiiſti? TIRE. Non uideo quid ſibi uelit interrogatio hæc. Videris autẽ mihi pro dubio habere, factúmne hoc ita ſit, an non. MEN. Quid? an non dubitare, Tireſia, de huiuſcemodi rebus conuenit, ſed perinde ac fatuum aliquem, non perpenſis,

*Tireſias utrũque ſexum expertus, muliebrem pronunciat ſuauiorẽ.*

fierine possint,an non,protinus pro ueris recipere? TIR. Tum tu igitur neque F
cætera credis hoc pacto contigisse, puta quum audieris ut quædam ex mulieribus aues factæ sint, aut arbores, aut feræ, Philomela uidelicet, aut Daphne, aut Lycaonis istius filia? MEN. Quòd siquando & in illas incidero,tum quid ipsæ dicant quoque, scibo: tu uerò,ô optime,ecquid cum mulier esses,uaticinatus quoque es tum, quemadmodum & postea? an uerò pariter & uir & uates didicisti esse? TIR. Vides ut cuncta ea quæ de me feruntur, ignoras? putà quo pacto & litem quandam Deorum diremi, & Iuno uisu me priuauit: Iupiter autem in solatium damni eius,uaticinãdi artem mihi dedit? MEN. Adhúc ne Tiresia mendaciis istis caperis?Sed facis hoc more uatum. Consuetum enim G
uobis hoc est,nihil iam sani dicere.

## AIACIS ET AGAMEMNONIS, Iac. Micyllo interprete.

### AGAMEMNON.

SI tu dũ furore correptus fuisti, Aiax, te ipsum interfeciſti,nos autem cunctos etiã membris,ut putabas,detruncatis,deformasti:quid quæso Vlyssem accusas? Ac paulò antè neque aspicere ipsum uoluisti,cũ uenisset huc uates cõsulturus, neq; alloqui dignatus es uirum commilitonem ac socium,sed superbè admodũ ac grãdi incedẽs gressu præteristi. H
AIAX. Meritò Agamẽnon. Ille enim mihi furoris huius auctor extitit,ut qui solus mecũ pro armis iudicio cõtẽdere ausus fuerit. AGA. An uerò dignũ censebas te,qui absque aduersario, atq; absq; puluere, ut dicitur, superares omnes? AIAX. Quid ni,in tali utique causa? Nã armatura ea cognationis quodam iure ad me pertinebat,cũ fratris mei patruelis certè fuerit. Deinde uos cæteri,qui multo q̃ ille præstantiores eratis,detrectastis certamẽ,& cessistis mihi arma:iste autem Laërtæ filius,quem ego non semel in summo periculo seruaui cũ iam à Troianis propè concideretur, melior esse me uoluit,ac dignior qui armis illis potiretur. AGA. Accusa igitur,ô generose,Thetim,quæ cũ tibi debuisset ar- I
morũ successionem ac hæreditatẽ,utpote cognato, tradere, in medium allata illa posuit. AIAX. Haudquaquã,sed Vlyssem,ut qui solus sese mihi opposuerit. AGAM. Ignoscẽdum Aiax est,si homo cum esset,appetiuit gloriam, rem dulcissimã, cuius gratia etiam nostrũ quilibet obire pericula sustinet, præcipuè quandò & uicit te postea, & hoc Troianis ipsis iudicibus. AIAX. Noui ego quæ me dãnarit,sed fas nõ est de diis aliquid dicere. Vlyssem igitur aliud quàm odisse non possum,Agamemnon,non si mihi ipsa Minerua hoc imperet.

*Gloriæ dulcedo.*

## MINOIS ET SOSTRATI, Eodem interprete. K

### MINOS.

PRAEDO hic quidem Sostratus in Pyriphlegethontem præcipitetur, sacrilegus autẽ ille à Chimæra discerpatur, tyrannus uerò iste Mercuri iuxta Tityum in longum extentus, arrodẽdum & ipse hepar præbeat uulturibus. Vos autem boni ac probi, abite quàm celeriter in campum Elysium, insulásque beatorum habitate, pro iis quæ rectè ac iustè in uita feciſtis. SOSTRAT. Audi ô Minos, num tibi iusta dicere uidear. MINOS. An ego denuo nũc audiam? An non conuictus es Sostrate, quòd & malus fueris,& tam multos occideris? SOSTR. Conuictus quidem fui,

A fui,ſed uide num iuſtè ob id ſupplicio afficiar. MIN. Atque admodum,ſi modò id iuſtum eſt, pro merito quemq; ſuo pœnam depéndere. SOS. Attamen reſponde mihi ô Minos. breue enim quiddam interrogabo te. MIN. Dic, ſed ne prolixè modò, quò deinceps & cæteros diiudicare poſſimus. SOSTRA. Quæcunque in uita egi, utrum uolens ea feci, an ita à Parcis agglomeratū mihi fuit? MIN. A Parca ſcilicet. SOSTR. Proinde & boni pariter omnes, & nos qui mali uidemur, eadem agimus, dum illi obſecūdamus. MIN. Ita profectò, Clotho uidelicet illi parentes, quæ unicuique iniungit, cum primùm natus eſt, quæ agenda ipſi ſunt. SOS. Siquis igitur ui compulſus ab alio, occide-
B rit aliquem, cum non poſſit illi contradicere â quo compellitur, ut uerbi gratia ſi carnifex aut ſatelles quiſpiam alter iudici parendo, alter tyranno: quémnam cædis iſtius reum ages? MIN. Quem alium, niſi iudicem aut tyrannum? quoniam neque ipſum gladium accuſare poſſumus: ſubſeruit enim hic tanquam inſtrumentum quoddam, animis atque furori accommodatus illius qui primò cauſam hanc præbuit. SOSTR. Rectè ſanè ô Minos. laudo quòd hæc etiam exemplo quaſi quodam auctario locupletas. Siquis autem mittente hero ueniat ipſe aurum uel argétum afferens, utrínam ea gratia haberi debet, aut utri beneficium hoc acceptum referendum eſt? MIN. Ei qui miſit, Soſtrate:
C nam ille qui attulit, miniſter tantùm fuit. SOSTR. Vidésne igitur quàm iniuſta facis, dum ſupplicio afficis nos, qui miniſtri tantùm fuimus eorū quæ Clotho nobis imperauit: & rurſum dū honore proſequeris eos qui in alienis bonis ueluti diſpenſatores quoſdam ſeſe geſſerunt? Non enim illud dicere quiſquam poterit, quòd contradicere, aut imperata detrectare licitum fuerit in iis quæ cū omni prorſum ui ac neceſſitate imperata fuere. MIN. Multa ô Soſtrate & alia uideas, licet minimè ſecūdum rationem, fieri, ſi diligenter expendas: ueruntamen tu ex hac quæſtione hoc boni conſequeris, quandoquidem non
D prædo ſolùm, uerumetiam Sophiſta quidam eſſe uideris: Solue ipſum Mercuri, néue deinceps amplius puniatur. Cæterùm illud uide, ne & cæteros manes ſimilia interrogare doceas.

*Si fatali neceſsitate ōnia peraguntur, immeritò puniūtur ſontes.*

*Sententia Minois irrita fit.*

## MENIPPVS, SEV NECYOMANTIA, Thoma Moro interprete.

### ARGVMENTVM.

*Videtur hoc dialogo Lucianus illud maximè commendatum uoluiſſe, quod in fine Menippus ait à Tireſia in aurem ſibi dictum fuiſſe, priuatorum uidelicet hominum uitam optimam atque tutiſſimā eſſe: quod idem Græci noto illo prouerbio dictitant,* τῶ ἀδέ βιάτας. *Nam diuitias, potentiam, gloriam, & cætera quæ mundus appetit, uana omnia & incerta eſſe: præcipuè autem diuitum atque magnorum hominū ut uitam ipſam pe-*
E *riculoſam, & pompis ſolennibus, item tragicis quoque fabulis ſimilem eſſe, ita miſeros plerunque ſortiri exitus: quod eo decreto uidetur intelligere uelle, quod apud inferos contra diuites factum fuiſſe dicit, quo & corpora illorum ſupplicijs deſtinantur, & animi in aſinos migrare iubentur: quod & ipſum nimirum eam ſignificationem habet, quòd diuitum animi plerunque inertes, & omnis doctrinæ expertes eſſe ſoleant. Inſcribitur autem Necyomantia, quaſi dicas, ab inferis ſeu mortuis petitum reſpōſum. quo uel maximè apparet eum dialogi ſcopum habendum eſſe, qui reſponſo iſto Tireſiæ proponitur. Semper enim ex titulis alter nobiliorem dialogi perſonam, alter argumenti quaſi quandam* ψυχὴν *indicat, Platonico more, quem maximè in hoc Lucianus imitatus eſt. Conſtat autem perpetua quadam narratione, qua & cauſam & modum ſui ad inferos deſcenſus, & præterea occaſionem qua edictum illud de diuitibus audierit, commemorat. In hac præcipui quidem loci ſunt & maximè illuſtres, de incerta doctrina Philoſophorum, de Magorū ſuperſtitione & poteſtate, de inferorum locis, ſupplicijs, & æqualitate: & poſtrema illa collatio uitæ humanæ cum pompa ſolenni & cū fabulis Tragicorū. Occaſio & exordiū dialogi ab habitu & percūctatione Menippi ſumūtur.*

MENIPPVS, PHILONIDES. MEN. F

SAlue atrium,domusq; ueſtibulū meæ. Vt te lubens aſpicio luci redditus!PHIL.Num nā hic Menippus eſt,canis ille?Nō hercle alius, niſi ego fortè ad Menippos omneis hallucinor. At quid ſibi uult habitus huius inſolentia?claua,lyra,leonis exuuiæ?Adeundus tamē eſt. Salue Menippe.Vnde nobis aduenisti?diu eſt quòd in urbe te non uidimus.

MEN. Adſum reuerſus mortuorum è latibulis,
Foribusq; triſtium tenebrarum nigris:
Manes ubi inferi manent ſuperis procul.

PHI.O Hercules,clā nobis Menippus uita functuseſt,reuixitq; denuo.MEN. G
Non,ſed me adhuc uiuum recepit tartarus.

PHIL. Quæ'nam cauſa tibi fuit nouæ huius atq; incredibilis uiæ? MEN.
Iuuenta me incitauit,atque audacia,
Quàm pro iuuenta haud paululum impotentior.

PHIL. Siſte ô beate tragica: & ab Iambis deſcēdens,ſic potius ſimpliciter eloquere,quæ'nam hæc ueſtis?quæ cauſa tibi itineris inferni fuit,quum alioqui neque iucunda,neque delectabilis ſit uia? MEN.
Res dilecte grauis me infernas egit ad umbras,
Conſulerem manes ut uatis Tireſiai. H

PHIL.Atqui deliras:alioqui non hoc pacto caneres apud amicos conſarcinatis uerſibus.MEN.Ne mireris amice.nuper enim cum Euripide atq; Homero uerſatus,neſcio quo pacto uerſibus ſic impletus ſum,ut numeri mihi in os ſua ſponte confluant.Verùm dic mihi, quo pacto res humanæ hic ſe habēt in terris? & quídnam in urbe agitur? PHIL. Nihil noui:ſed quemadmodum prius actitabant,rapiunt,peierant,fœnerātur,uſuras colligunt.MEN.O miſeri atq; infelices. Neſciunt enim qualia de noſtris rebus nuper apud inferos decreta ſunt,qualesq; ſorte iacti ſunt in diuites iſtos calculi,quos per Cerberum nullo pacto poterūt effugere.PHIL.Quid ais?Nouíne aliquid apud inferos noſtris I
de rebus decretum eſt?MEN.Per Iouem,& quidē multa:uerùm prodere nō licet,neq; arcana quæ ſunt,reuelare, ne quis fortè nos apud Rhadamanthū impietatis accuſet.PHIL.Nequaquam Menippe,per Iouē:ne amico ſermonem hunc inuideas.Nam apud hominem tacendi gnarum,& initiatum præterea ſacris,ediſſeres.MEN.Dura profectò iubes,& neutiquam tuta:uerùm tui gratia tamen audendum eſt. Decretum eſt ergo,diuites iſtos ac pecunioſos aurum tanq̄ Danaën ſeruantes abſtruſum.PHIL.Ne prius ô beate quæ ſunt decreta dixeris,quàm ea percurras omnia,quæ abs te audire libētiſſime uelim : quæ uidelicet deſcenſus cauſa fuerit,quis itineris dux,deinde ex ordine & quæ illic K
uideris, & quæ audieris omnia.Veriſimile eſt enim, te, quum res pulchras uidendi curioſus ſis,eorum quæ uiſu aut auditu digna uidebantur,nihil omnino prætermiſiſſe.MEN.Parendum etiam in his tibi eſt. Nam quid facias urgente amico?Ac primùm ſanè tibi expediam quæ res animum meum ad hunc deſcenſum impulerit.Ego igitur quum adhuc puer eſſem, audiremq; Homerum atque Heſiodum ſeditiones ac bella canētes,non ſemideorum modò,ſed ipſorū etiam deorum,adulteria quoque,uiolentias,rapinas,ſupplicia,patrū expulſiones,& fratrū & ſororū nuptias:hæc mehercle omnia bona pulchraq; putabam,& ſtudioſè erga ea afficiebar.Poſtquam uerò in uirilē iam ætatē peruenirem,

A rem,hic leges rurſus iubẽtes audio poëtis apprime cõtraria,neq; uidelicet adulteria cõmittere,neq; ſeditiones mouere,neq; rapinas exercere. Hic igitur hæſitabundus conſtiti,incertus omnino quo me pacto gererem. Neque enim deos unquam putaui mœchaturos,aut ſeditiones inuicem fuiſſe moturos,niſi de his rebus perinde ac bonis iudicaſſent. Neq; rurſus legumlatores his aduerſa iuſſuros, niſi id conducere exiſtimarent. Quoniam igitur in dubio eram, uiſum eſt mihi philoſophos iſtos adire, atq; his me in manus dedere, rogareq; uti me utcunq; liberet uterentur, uitæq; uiam aliquam ſimplicem ac certam oſtenderẽt. Hæc igitur mecũ reputans,ad eos uenio,imprudens profecto,quòd me ex fu-
B mo(ut aiunt)in flammam coniicerem. Apud enim hos maximè diligenter obſeruans,ſummã reperi ignorantiam,omniaq; magis incerta,adeò ut præ his illico mihi uel idiotarum uita iam aurea uideretur. Alius etenim ſoli me iuſſit uoluptati ſtudere,atque ad eum ſcopum uniuerſum uitæ curſum dirigere.in eo ipſam ſitam eſſe felicitatẽ. Alius rurſus omnino laborare,corpusq; ſiti, uigiliis, ac ſqualore ſubigere,miſerè ſemper affectum, contumeliisq; obnoxiũ aſſiduè, Heſiodi ſedulò inculcans celebria illa de uirtute carmina, & ſudorẽ uidelicet, & accliuem in uerticem montis aſcenſum. Alius contemnere iubet pecunias,
• earumq; poſſeſſionem indifferentẽ putare. Alius contrà bonas ipſas etiam di-
C uitias eſſe pronũciat. De mũdo uerò quid dicã? de quo ideas,incorporeas ſubſtantias,atomos,& inane, ac talem quandam pugnantiũ inuicẽ nominum turbam in dies audiebã:& quod abſurdorum omnium maximè fuit abſurdum, de cõtrariis unuſquiſq; quum diceret,inuincibiles admodum rationes ac perſuaſibiles afferebat:ut nec ei qui calidum,nec ei qui frigidum idem prorſus eſſe cõtenderent,contrà quicquam hiſcere potuerim, atq; id,quum tamen manifeſtè cognoſcerem fieri nunquam poſſe ut eadem res calida ſimul frigidaq; ſit. Prorſum igitur tale quiddam mihi accidebat,quale ſolet dormitãtibus,ut interdum capite annuerem, interdum contrà abnuerem. Præterea quod multo erat iſtis
D abſurdius,uitam eorum diligenter obſeruans,comperi eam cũ ipſorum uerbis præceptisq; ſummopere pugnare. Eos enim qui ſpernendam cenſebant pecuniam,auidiſſimè conſpexi colligendis diuitiis inhiare,de fœnore litigãtes, pro mercede docentes: omnia deniq; nummorum gratia tolerãtes. Ii uerò qui gloriam uerbis aſpernabantur,omnẽ uitæ ſuæ rationem in gloriã referebant. Voluptatem rurſus omnes ferme palàm inceſſebãt, clanculùm uerò ad eam ſolam libenter confluebant. Ergo hac quoq; ſpe fruſtratus,magis adhuc ægrè moleſteq; tuli. Aliquantulum tamen inde memet conſolabar,quòd unà cum multis & ſapiẽtibus & celeberrimis uiris ipſe inſipiensq; eſſem,atq; uerè adhuc igna-
E rus oberrarem. Peruigilanti mihi tandẽ,atque hiſce de rebus mecum cogitanti, uenit in mentẽ ut Babylonem profectus,magorum aliquẽ ex Zoroaſtri diſcipulis ac ſucceſſoribus cõuenirem. Audieram ſiquidẽ eos inferni portas carminibus quibuſdam ac myſteriis aperire,& quem libuerit,illuc tutò deducere,ac rurſus inde reducere. Optimè ergo me facturũ putaui, ſi cum horum quopiam de deſcenſu paciſcens,Tireſiam Bœotiũ conſulerẽ,ab eóque perdiſcerẽ(quippe qui uates fuerit & ſapiens) quæ uita ſit optima, quamq; ſapientiſſimus quiſque potiſſimùm elegerit. Ac ſtatim quidem exiliens quàm poteram celerrimè Babylonem uerſus rectà contẽdi. Quò quum uenio,diuerſor apud Chaldæorum quendam hominem certè ſapientem,atque arte mirabilem, coma quidem

*Philoſophorũ incertæ & diuerſæ doctrinæ.*

*Magorum potentia & ſuperſtitio.*

canum, admodumq; promiſſa barba uenerabilem. Nomen autem illi fuit Mi- F
throbarzanes. Orans igitur obſecransq; uix exoraui, ut quauis mercede uellet, in illam me uiã deduceret. Ac tandẽ homo me ſuſcipiens, primùm quidẽ dies nouẽ ac uiginti cũ luna ſimul incipiens abluit ad Euphratem, mane ſolẽ orientem uerſus perducens, ac ſermonem quempiam longum muſſitans, quem non admodum exaudiebam. Nam (quod in certamine præcones inepti ſolent) uolubile quiddam atque incertum proferebat, niſi quòd quoſdam uiſus eſt inuocare dæmones. Poſt illam igitur incantationem ter mihi in uultum ſpuẽs, deducit rurſus, oculos nuſquam in obuium quenquam deflectens. Et cibus quidem nobis glandes erant, potus autem lac atque mulſum, & Choaſpi lympha: G lectus uerò in herba ſub dio fuit. Ac poſtquã iam præparati ſatis hac diæta ſumus, medio noctis ſilentio ad Tigridem me fluuiũ ducens, purgauit ſimul atq; abſterſit, faceq; luſtrauit ac ſquilla, tum pluribus itidem aliis: & magicum ſimul illud carmen ſubmurmurans, deinde totum me iam incantans, ac ne à ſpectris læderer, circumiens, reducit domũ, ita ut eram, reciprocantem. Ac reliqua noctis parte nauigationi nos præparauimus. Ipſe igitur magicam quandã ueſtem induit, Medorum ueſti ut plurimum ſimilem: ac me quidem his quæ uides, ornauit, claua uidelicet, ac leonis exuuiis, atq; inſuper lyra. Iuſſit præterea ut no- •
men ſi quis me roget, Menippum quidem ne dicerem, ſed Herculem, Vlyſ- H
ſem, aut Orpheum. PHIL. Quid ita ô Menippe? neque enim cauſam aut habitus aut nominis intelligo. MEN. Atqui perſpicuum id quidem eſt, ac neutiquam arcanum. Nam hi qui ante nos ad inferos olim uiui deſcenderant, putauit ſi me his aſſimilaret, fore ut facilius Aeaci cuſtodias fallerẽ, atq; nullo prohibente tranſirem, utpote notior tragico admodum illo cultu emiſſus. Iam igitur dies apparuit, quum nos ad flumen ingreſſi, in receſſum incumbimus. Parata ſiquidem ab illo fuerant, cymba, ſacrificia, mulſa, & in id myſteriũ denique quibuſcunque opus erat. Hæc poſtquam ergo quæ prompta erant, impoſuimus, tum nos quoque I

Ingredimur triſtes, lachrymisq; implemur obortis.

Atque aliquantiſper quidem in fluuio ferimur: deinde in ſyluam delati ſumus, ac lacum quendam, in quẽ Euphrates conditur. Tum hoc quoq; tranſmiſſo, in regionem quandã peruenimus ſolam, ſyluoſam, atq; opacam: in quã deſcẽdentes (præibat enim Mithrobarzanes) & puteũ effodimus, & oues iugulamus, & foueam ſanguine conſpergimus. At magus interim accenſam facem tenens, haud amplius iam ſummiſſo murmure, ſed uoce quàm poterat maxima clamitans, dæmones ſimul omnes conuocat, Pœnas, Erynnes, Hecaten nocturnã, excelſamq; Proſerpinam: ſimulq; polyſyllaba quædam nomina barbara atque K
ignota cõmiſcet. Statim ergo tremere omnia, & rimas ex carmine ſolùm ducere, ac porrò Cerberi latratus audiri: & iam res planè triſtis ac mœſta fuit:

*Poëtica hypotypoſis orci carminibus magicis excãtati.*

Vmbrarum at timuit rex imis ſedibus Orcus.

Ac protinus quidem inferorum patebant pleraque, lacus Pyriphlegethon, ac Plutonis regia. Tum per illum deſcendentes hiatum, Rhadamanthum propemodum metu reperimus extinctum. Ac Cerberus primùm quidem latrabat, commouitque ſeſe: at quum ego lyram celerrimè correptam pulſaſſem, cãtu ſtatim ſopitus obdormit. deinde poſteaquã ad lacũ uenimus, tranare ferè non licuit. Iam enim onuſtum erat nauigium, & ciulatu certè plenum. Vulnerati

quippe

A quippe in eo nauigabãt omnes,hic femur, ille caput,alius alio quopiam membro luxatus: uſqueadeo ut mihi certè ex bello quopiam adeſſe uiderentur. At optimus Charon quum leonis uideret exuuias, eſſe me ratus Herculem,recepit,transq; uexit libens:tum exeuntibus quoque nobis monſtrauit ſemitã. Sed quoniam iam eramus in tenebris, præcedit quidem Mithrobarzanes, ego autem à tergo cõtinuus illi comes adhæreo, quoad in pratum quoddã uenimus maximum,aſphodelo cõſitum, ubi circumfuſæ undique mortuorum ſtridulæ nos ſequuntur umbræ. Tum paulò procedentes longius,ad ipſum Minois tribunal acceſſimus. Erat ipſe quidem in ſolio fortè quodã ſublimi ſedens: aſta-

*Deſcriptio inferorum.*

B bãt autem illi Pœnæ,Tortores,mali Genii,Furiæ. Ex altera parte plurimi quidam adducti ſunt ex ordine,longa fune uincti. dicebantur autem adulteri, lenones,mœchi, homicidæ,adulatores,ſycophantæ,ac talis hominũ turba quiduis in uita patrantium. Seorſum autem diuites ac fœneratores prodibant, pallidi,uentricoſi,ac podagrici, quorum quiſque trabe uinctus erat,ferri pondere duorum talentorum impoſito. Nos igitur aſtantes, & quæ fiunt omnia cõſpicimus, & quæ dicuntur auſcultamus. Accuſant autem noui quidam atque admirabiles rhetores. PHIL. Quinam ergo hi per Iouem ſunt? Ac ne iſthuc quidem te pigeat dicere. MEN. Vmbrás ne unquam iſtas noſti,quas oppoſita ſo-

C li reddunt corpora? PHIL. Quid ni? MEN. Hæ nos igitur quum primũ functi uita ſumus,accuſant, teſtantur,atque redarguunt quicquid in uita peccauimus. Et ſanè quædam ex his dignæ admodum fide uidentur,utpote nobiſcum uerſatæ ſemper, noſtrisq; nuſquam digreſſæ corporibus. Minos igitur curioſe quemlibet examinans, impiorũ relegabat in cœtum, pœnas ibi ſceleribus ſuis dignas luiturum. In hos præcipuè tamen incenditur,quos opes,dum uiuerent, ac dignitates inflauerant, quíque adorari ſe ferè expectabant: nimirum breui perituram eorum ſuperbiam faſtumq; deteſtatus:quippe qui non meminiſſent mortales ipſi quũ ſint,ſeſe bona quoque mortalia conſequutos. At nũc ſplen-

D dida illa exuti omnia,diuitias inquam,genus,munia,nudi ac uultu demiſſo ſteterunt, tanquam ſomnium quoddam humanam hanc felicitatem recogitãtes: adeò ut hæc dum conſpicarer,nimiũ quàm delectatus fuerim. Et ſi quẽ eorum fortè agnoueram,acceſſi, atq; in aurem ſilenter admonui qualis in uita fuerat, quantopere fuerat inflatus tum,quum plurimi mane fores eius obſidẽtes,pulſi interim excluſiq; à famulis, illius expectabant egreſſum: at ipſe uix tandem illis exoriens puniceus,aureus, aut uerſicolor,felices ac beatos ſe facturum ſalu-

E tantes putabat,ſi pectus dextrámue porrigens permitteret oſculãdam. Illi uerò audientes iſta moleſtè ferebant. At Minos quiddam etiam iudicauit in gratiam. quippe Dionyſium Siciliæ tyrannum multis & atrocibus criminibus & à Dione accuſatum,& graui Stoicorum teſtimonio conuictũ, Cyrenæus Ariſtippus interueniens (nam illum ualde ſuſpiciunt inferi, eiusq; plurimũ ibi ualet auctoritas) ferme iam Chimæræ alligatum,abſoluit à pœna, aſſerens illum eruditorum nonnullos olim iuuiſſe pecunia. Tum nos à tribunali diſcedẽtes, ad ſupplicii locum peruenimus: ubi ô amice & multa & miſeranda audire ſimul ac ſpectare licuit. Nam ſimul & flagrorum ſonus auditur, & eiulatus hominum in igne flagrantium, tum rotæ,& tormenta,catenæ: Cerberus lacerat, & Chimæra dilaniat,cruciantúrq; pariter omnes,captiui, reges, præfecti,pauperes,mẽdici,diuites: & iam ſcelerum omnes pœnitebat. Et quoſdam quidem

eorum dum intuemur, agnouimus, uidelicet qui nuper è uita deceſſerant. At F
hi ſe pudentes tum occulebant, noſtroq; ſubtrahebant aſpectui: aut ſi nos aliquando reſpiciebant, id ſeruiliter admodum abiectéque faciebant, atq; hi quidem quàm olim putas oneroſi faſtoſique in uita? At pauperibus malorum dimidium remittebatur, & quum interquieuiſſent, denuo repetebantur ad pœnam. Sed illa quoque quæ fabulis feruntur, aſpexi, Ixionem, Siſyphum, Phrygiúmque grauiter affectum Tantalum, genitúmque terra Tityum, dii boni, quantum? Integrum ſtratus agrum occupabat. Hos tandem prætereuntes, in
*Campus Acheruſius ſiue Elyſius.* campum uenimus Acheruſium, ubi ſemideos heroidáſque reperimus, atque aliam ſimul mortuorum turbam in gentes tribúſque diſpoſitam, alios quidem G
uetulos quoſdam ac marcidos, atque (ut Homerus ait) euanidos, alios uerò iueniles & integros, & hoc potiſſimùm ob illam condiendi efficaciam Aegy-
*Aequalitas in ferorum.* ptios. Verùm dignoſcere quemlibet haud procliue fuit: adeò nudatis oſſibus omnes erant inuicẽ ſimillimi, niſi quòd uix tandem eos diu intendẽtes agnouimus. Quippe conferti conſidebant obſcuri atque ignobiles, nullumq; ſeruantes amplius priſtinæ formæ ueſtigium. Cum igitur multi ſimul oſſei conſiſterent, inuicem omnino ſimiles, qui terrificum quiddam per cauos oculorum orbes tranſpicerent, dentéſque nudos oſtenderent, hæſitabam certè mecum, quonam ſigno Therſitem à Nireo illo formoſo diſcernerem, aut mendi- H
cum Irum à Phæacum rege, aut Pyrrhiam coquum ab Agamemnone, quippe quibus iam nihil ueteris permanſit indicii, ſed oſſa fuerunt inter ſe ſimilia, incognibilia, nullis inſcripta titulis, nulliq; unquã dignoſcenda. Hæc igitur ſpectanti mihi, perſimilis hominum uita pompæ cuipiã longæ uidebatur, cui præſit ac diſponat quæque Fortuna, ex his qui pompam agunt, diuerſos uarióſque cuique habitus accommodans. Alium ſiquidem Fortuna deligens, regiis ornat inſignibus, & tiaram imponens, & ſatellites addens, & caput diademate coronans. Alium ſerui rurſus ornatum induit: hunc formoſum effigiat, hũc deformem atq; deridiculum fingit. nam omnigenum, ut opinor, debet eſſe ſpectacu- I
lum. Quin habitus quorundam plerunque in media quoque pompa demutat, neque perpetuò eodem ſinit ordine cultuq; progredi quo prodierant, ſed ornatu cõmutato Crœſum quidem cogit ſerui captiuiq; ueſtes induere: Mæandrium autẽ olim inter ſeruos incedentẽ, Polycratis uiciſſim ornat tyrãnide: & aliquãtiſper quidẽ eo cultu permittit uti: uerùm ubi iam pompæ tẽpus præteriit, apparatũ quiſq; reſtituens, & cum corpore ſimul exutus amictu, qualis antè fuit efficitur, nihilo à uicino differens. Quidã tamen ob inſcitiam, quũ ſuos fortuna cultus exigit, ægrè ferunt atq; indignantur, tanquã propriis quibuſdã bonis priuati, ac non potius alienis, quibus pauliſper utebãtur, exuti. Quin in ſce- K
na quoq; uidiſſe te plerunq; puto hiſtriones iſtos tragicos, qui (ut fabulæ ratio poſcit) modò Creontes, modò Priami fiũt, aut Agamemnones: idemq; (ſi ſors retulerit) paulò antè tam grauiter Cecropis aut Erechthei formam imitatus, paulò pòſt ſeruus poëta iubente progreditur. At quum fabulæ iam finis affuerit, quiſque auratas illas ueſtes exutus, perſonã deponẽs, & ab altis illis crepidis deſcendẽs, pauper atq; humilis obambulat, haud amplius Agamemnon ille Atreo prognatus, aut Creon Menœcei filius, ſed Polus filius Chariclei Suniẽſis, aut Satyrus filius Theogitonis Marathonius. Sic ſe mortalium res habent, quemadmodum mihi tum ſpectanti uidebatur. PHIL. Dic mihi Menippe,

iſti qui

A isti qui magnificos altosq; tumulos habent super terram, & columnas, imagines, titulos, nihilone sunt apud inferos plebeis quibuslibet umbris honoratiores? MEN. Nugaris tu quidem. nam si uidisses Mausolum, Carem illū dico pyramide celebrem, sat scio, nunquam ridere desiisses. ita in antrum quoddā abstrusum despectim abiectus est, in reliqua mortuorū turba delitescens. Hoc tantum cōmodi mihi uidetur ex monumento referre, quòd imposito tanto pondere laborat magis & premitur. Nam quum Aeacus, ô amice, locum cuiq; metitur, dat autem cui plurimum, haud amplius pedem: necesse est eo iacere contentum, seseq; ad loci modum contrahere. At uehementius multo risisses opi-

*Vanā esse gloriam, quam in hac uita maximi plerique; appetunt.*

B nor, si reges hosce nostros satrapasq; uidisses apud eos mendicantes, & aut salsamenta uendētes, aut primas ipsas literas urgente inopia profitētes, & quemadmodum contumeliis à quouis afficiantur, atque in faciem cædantur, perinde atque uilissima mancipia. Itaque Philippum Macedonem conspicatus, cōtinere me certè nō potui. ostensus est mihi in angulo quodā detritos calceos mercede resarciens. Quin alios præterea multos erat uidere mendicātes in triuiis, Xerxes uidelicet, Darios, ac Polycrates. PHIL. Admiranda narras ista de regibus, peneq; incredibilia. Socrates autē quid facit ac Diogenes, & si quis est sapientum alius? MEN. Socrates profectò etiam ibi obuersatur, omnesq; redar-

*Philippus calceorū refector.*

C guit: uersantur autē cū illo Palamedes, Vlysses, & Nestor, & quisquis est alius inter defunctos garrulus. Inflantur autem illi etiamnum atq; intumescunt exhausto ueneno crura. At optimus Diogenes Sardanapalo uicinus Assyrio, Midæq; Phrygio, atque aliis item pluribus ex istorum sumptuosorū numero manet, quos quum eiulantes audit ueteris fortunæ magnitudinem recogitātes, & ridet & delectatur, ac supinus cubans ut plurimum cantat, aspera nimis atque iniucunda uoce illorum eiulatus obscurans, adeò ut id ægrè ferentes, nec Diogenem ferre ualentes, de mutanda sede deliberent. PHIL. De his iam satis quidem: cæterùm quódnam illud decretū est quod initio dixeras aduersus diuites

D esse sancitū? MEN. Bene admones: nescio enim quo pacto quū de hac re dicere proposuissem, ab instituto sermone procul aberraui. Dum igitur ibi uersabar, magistratus concionem aduocauerūt, his uidelicet de rebus quæ in commune conducerent. Conspiciens ergo multos concurrere, me quoq; cum illis simul immiscens, unus de numero eorum qui in concione aderant, efficior. Agitata sunt igitur & alia multa, postremò uerò de diuitibus negociū: in quos posteaquam plurima fuissent obiecta, uiolentia, superbia, fastus, iniuriæ: assurgēs tandem ex populo primās quidam, huiusmodi decretum legit: Quoniam, inquit, multa diuites perpetrant in uita, rapiētes, ac uim inferētes, inopesq; omni mo-

*Decretum contra diuites factum.*

E do despectui habentes: Curiæ populoq; uisum est, ut quum functi uita fuerint, corpora quidē eorum pœnas cū aliis sceleratorum corporibus luāt, animæ uerò sursum remissæ in uitā, in asinos demigrent, donec in tali rerum statu quinquies ac uicies decem annorū millia transegerint, asini semper ex asinis renati, onera ferētes, atq; à pauperibus agitati: dein ut liceat illis è uita excedere. Hanc sententiam dixit Caluarius, patre Aridello, patria Manicensis, tribu Stygiana. Hac igitur lege recitata, approbauerunt principes, sciuit plebs, adfremuit Proserpina, allatrauit Cerberus. sic enim rata quæ inferi statuunt, authenticaq; fiūt. Quæ igitur in concione agebantur, erant huiusmodi. Tum ego statim, cuius gratia ueneram, Tiresiam adeo, atque illi re uti erat ordine narrata, supplicaui

ut mihi diceret quodnam optimum uitæ genus putaret. Hic uerò ſubridẽs (eſt F
autem ſeniculus quiſpiã cæcus, pallidus, uoce gracili) O fili, inquit, cauſam tuæ
perplexitatis ſcio à ſapiẽtibus iſtis profectam, haudquaquam idem inuicem iiſ-
dem de rebus ſentientibus: uerùm haud fas eſt id tibi proloqui: ſiquidem quòd
Rhadamanthus interdixit. Nequaquam, inquam, ô patercule: ſed dic amabo,
neque me contemnas, qui in uita te etiam ipſo cæcior oberro. Abducens ergo
*Summa & ſcopus totius argumenti.* me, procul ab aliis auferens, ad aures mihi inclinans, Optima eſt, inquit, idiota-
rum priuatorumq; uita, ac prudentiſſima. quamobrem ab hac uaniſſima ſubli-
mium cõſideratione deſiſtens, mitte principia ſemper ac fines inquirere, & ua-
fros hoſce ſyllogiſmos deſpuens, atque id genus omnia nugas æſtimãs, hoc ſo- G
lum in tota uita perſequere, ut præſentibus bene compoſitis, minimè curioſus,
nulla re ſolicitus, quamplurimum potes hilaris uitam ridensq; traducas. Hæc
quum dixiſſet, rurſus in Aſphodelorũ pratum ſeſe corripuit. Ego igitur (nam
& nunc ueſper erat) age, inquam, ô Mithrobarzane, quid cunctamur, ac non
hinc rurſus abimus in uitam? Ad hæc ille, Confide, inquit, ô Menippe, breuem
quippe facilemq; tibi monſtrabo ſemitam. & me protinus abducens in regio-
nem quandam magis priore tenebricoſam, manu procul oſtendens ſubobſcu-
rũ tenueq;, ac uelut per rimã influens lumen: Illud, inquit, Trophonii templum
eſt, atque illac ad inferos è Bœotia deſcẽditur. hac aſcendes, atque illico eris in H
Græcia. Ego igitur hoc ſermone gauiſus, ſalutato mago, difficilè admodũ per
anguſtas antri fauces ſubrepens, neſcio quo pacto in Lebadiam perueni.

## CHARON, SIVE CONTEMPLANTES,

### Petro Moſellano interprete.

1

ARGVMENTVM.

*Eiuſdem ferme argumenti eſt hic* Dialogus *cum ſuperiore.* Nã *ut illic* Menippus *apud inferos uidere atque audire ſupplicia & miſeros exitus diuitum atque potentum fingitur, ita hic* Charon *apud ſuperos hominum dementiam contemplatur, ſtulta illorũ conſilia & actiones deridendo: quippe qui in his quæ incerta ac mo-* I
*mẽtanea maximè ſunt, puta robore corporis, potentia, diuitijs, fortuna, gloria, & id genus alijs, omnem ſpem atque fiduciam collocent: mortis uero, quæ omnium certiſſima, & mox conſecutura eſt, nullam rationem habeant.* Id *quod ipſe* Charon *in fine* Dialogi *apertis uerbis indicat, & paulò ſuprà quoque, ubi homines ſtultitiæ ſuæ admonet, & ad meliorem mentem reuocat.* Tractantur *autem hæc primò per ſpeciem, propoſitis exemplis* Milonis, Cyri, Crœſi, Polycratis, *& aliorum: mox & in genere, deſcriptis hominum & priuatorum & regum affectibus ſtudijsq;, poſtremò etiam confutata opinione quam multi de defunctorum honoribus habebant, & in ſumma non hominũ modò res & corpora, uerùm & ciuitates, & flumina, denique omnia morti ſubiecta eſſe oſtenduntur: quam eo faciliorẽ cuique eſſe, quo mundanis iſtis rebus ac opibus minus impeditus aut captus fuerit.* Prior *pars* Dialogi *etiam* δραματικὴ *eſt, dum* Mercurius *iam exoratus à* Charonte, *montes alios alijs imponit, & locum unde proſpectus in omnes terras pateat, extruit.*

K

## MERCVRIVS, CHARON.

### MERCVRIVS.

QVid Rides ô Charon? aut cur deſerto nauigio in hanc lucem aſcen-
diſti, non admodum aſſuetus ſuperũm rebus intereſſe? CHA. Cupi-
do me cepit ô Mercuri uidendi & quænam in uita gerantur negocia, & quibus ſtudiis homines teneantur: tum etiam quibus bonis exuti ploret
omnes ubi ad nos deſcenderint. Neq; enim ex ipſis quiſquam citra lachrymas
traiecit. Quare exemplo illius Theſſali adoleſcentis cõmeatu â Dite impetra-
to, ut unum ſaltem diẽ à naue abeſſe liceret, in lucẽ aſcendi: ac mihi uideor in
ipſo

A ipſo planè tempore in te incidiſſe. Nam peregrinus cũ ſim, ſat ſcio te nõ gra-
uari quin obambulando me ducas, ſingulaq; demonſtres, ut qui uniuerſa iam
habeas comperta. MERC. Non eſt ocium, o portitor. Nam abeo iam nunc,
negocium quoddam quod ad mortalium ſtatum pertinet, ab Ioue ſummo da-
tum expediturus. Ille autem ad iracundiam propenſior eſt: ut planè uerear ne
cunctantem me uel totum ueſtræ ſortis eſſe permittat, caligini uidelicet addi-
ctum: uel quemadmodũ nuper Vulcanum, ita & me, correpto pede, è ſummo
deiiciat cœlo: nimirum quò & ipſe pocillatoris munere fungens, claudicando
riſus moueam. CHA. Deſpicies ergo me temere & indecorè in terra oberran-
B tem, præſertim amicus, & nauigationis ſocius, tum & noſtræ reipub. ex parte
legatus? Atqui conueniret, ô Maiæ proles, illorũ te etiamnũ meminiſſe, quod
te uel ſentinam exhaurire, uel remum agitare ne unquã quidẽ iuſſerim: quin
tu interim, quanquã adeò robuſtus es humeris, in nauigii dorſo porrectus ſter-
tis, aut ſi quam fortè ex Vmbris loquacem offenderis, cum hac inter nauigan-
dum perpetuò confabularis: ego uerò quantumuis ſenex, remigiũ agens du-
plex, ſolus remigo. At te per patrem obſecro, ô chariſſime Mercuriole, ne me
deſetas, ſed ut nouo aliquo conſpecto redeam, indica quæ'nam in uita geru-
tur. Quòd ſi tu me neglexeris, nihil planè ab ipſis cæcis differre uidebor. Vt e-
C nim illi lubrico greſſu per caliginem titubant, ita rurſus ego ad lucem tibi hal-
lucinabor. Quin tu hãc mihi das gratiã, ô Cyllenie, perpetuò memori futuro?
MER. Hæc profectò res uerberũ mihi cauſſa exiſtet, adeò ut iam hinc cõmon-
ſtrationis huius mercedẽ non ſine tuberibus nobis fore proſpiciam. obſequen-
dum tamen. Quid enim facias ubi amicorum quiſpiam impellat? Principiò er-
go ut omnia ſingulatim & examuſſim conſpicias, fruſtra laboras, ô portitor.
nam hoc multorum annorum fuerit negocium: deinde & ipſi mihi uerẽdum,
ne interim tanquam tranſfugã Iupiter me abdicet: tibi uerò quo minus mor-
tis munia peragere poſſes, fuerit impedimento: neq; non Ditis imperio detra-
D xerit, cum uidelicet longo adeò tempore umbras adueheres nullas. Poſtremò
& Aeacus, qui portorio colligendo præfectus eſt, ſtomachabitur, ut qui tanto
tempore ne obolum quidem lucrifecerit. Verùm qua uia ipſa rerum capita ui-
dere poſſis, iam conſiliũ nobis erit captandũ. CHA. Ipſe ô Mercuri, quod opti-
mum factu fuerit, uideris: ego uerò peregrinus cum ſim in terra, quid rerum
hic agatur, neſcio. MER. Breuiter, ô Charon, editiore aliquo loco opus erit, ut
inde cuncta queas proſpicere. Cæterùm ſi in cœlum ſubuolare tibi foret facul-
tas, non laboraremus. Cum autem te, cui ſemper cũ mortuorũ ſimulachris cõ-
merciũ fuit, Iouis regiã calcare minimè liceat, iam tempus fuerit excelſum ali-
E quem montem diſquirere. CHAR. Noſti, ô Mercuri, quæ ad uos inter naui-
gandum dicere conſueuerim. ſiquidem ubi procelloſus uentorum flatus obli-
quo uelo incubuerit, ut in ſublime tollantur fluctus: ibi uos, quæ eſt ueſtra im-
peritia, iubetis uel uelũ trahere, uel pedem pauliſper accõmodare, uel etiã ipſius
uenti curſum ſectari: at ego quietem uos agere iubeo: ipſum enim me, quod
optimum ſit, non ignorare. Quin ergo & tu quidẽ hæc imitaris, & in præſen-
tia quum ſis gubernator, quæ tibi conuenire uiſa fuerint, facito: ego uerò, ut
eſt uectorum conditio, tacitus ſedebo, per omnia tibi iubenti obſecundans.
MER. Rectè admones ô Charon. ipſe enim quid facto opus ſit, ſciero, ac ſpe-
culam nobis idoneam inuenero. Num ergo Caucaſus idoneus, aut hoc altior

Parnaſſus,aut utroq; eminẽtior Olympus ille? Atqui in Olympũ mihi intuenti F
non contemnendi cuiuſdam cõſilii in mentem uenit: uerùm ad hanc rem tuo
& labore & obſequio pariter erit opus. CHAR. Tuum ergo fuerit imperare ô
Mercuri. equidem pro mea uirili in omnibus parere conabor. MER. Homerus
poeta dicit, Aloëi filios,cum & ipſi duo eſſent,ad hæc pueri,ſtatuiſſe olim unà
cũ radicibus Oſſam euulſum Olympo ſuperim ponere, deinde & huic Pelion,
quòd arbitrarentur hoc pacto ſufficientem ſe gradum & aſcenſum in cœlum
habituros. Verùm hi adoleſcentuli cum impii eſſent,audaciæ ſuæ pœnas dede-
runt. Nos autem qui hæc in deorum iniuriam minimè molimur,cur nõ & ipſi
eandẽ uiam ædificamus,montẽ monti agglomerando, quò uidelicet exactio- G
rem & cõmodiorẽ habeamus proſpectum? CHA. Et duobus nobis ô Mercuri,
uires ſuffecerint ad loco mouendũ uel Pelion,uel etiã Oſſam? MER. Quid ni ô
Charon? an tu nos abiectiores magisq; imbecillos infantulis illis iudicas? ma-
ximè quũ ſimus dii? CHA. Nequaquã,ſed res ipſa incredibilem quandam ma-
gnifici operis oſtentationẽ cõtinere uidetur. MER. Non iniuria. ruſticus enim
es,& in elegantia poëtica minimè uerſatus. At egregius Homerus duobus ſta-
tim uerſibus acceſſum nobis parauit in cœlum, adeò facilè cõgeſtis montibus.
Porrò demiror hæc tibi prodigioſa uideri, qũum tamen Atlanta nõ ignores,
qui uel ſolus cœlum ipſum fert, uniuerſos nos ſuſtinens. Sed & de fratre meo H
Hercule fortè audiſti, quomodo ipſi illi Atlanti in officiũ ſucceſſerit, ipſeq; ſe
oneri tantiſper dum ille interquieſceret,ſuppoſuerit? CHA. Audio ſanè huiuſ-
modi: an autẽ uera ſint,tu & poëtæ uideritis. MER. Veriſſima,ô Charon: alio-
qui qua gratia uiri illi ſapientes ementirentur? Itaque quod felix fauſtumq; ſit,
primùm Oſſam eruamus, quemadmodum carmen præſcribit, & ipſe architec-
tus Homerus: At ſuper Oſſam Pelion arboribus denſum. Vides quàm citra
negocium pariter & quàm poeticè effecerimus? Age hac mole conſcenſa di-
ſpiciam num aut hæc faciant ſatis,aut plura ſuperſtruere oporteat. Papæ! quid
hoc? Hæremus adhuc in ipſa cœli radice. Etenim ab oriente ſole uix Ionia & I
Lydia conſpiciuntur: ab occidente uerò non amplius Italia ac Sicilia. Porrò à
ſeptentrione,ea ſolũ quæ Iſtro adiacent,apparent. Illinc autem Creta,neq; hæc
admodũ apertè. Quare,ſicuti uidetur,& Oetam tranſponere oportet. Poſtre-
mò omnibus ſuperimponendus Parnaſſus. CHA. Sic faciamus. At hoc ſolum
uide,ne plus æquo attenuando opus,ipſum tenuius fragiliusq; reddamus,ita ut
tandẽ unà cũ ipſa mole deturbati, Homericam illam ædificandi rationẽ nimis
amaram experiamur,nimirum caluariis ex caſu perfractis. MER. Bono animo
es ô Charon. res omnis in uado erit. tu Oetam tranſpone, aduolutetur & Par-
naſſus. En iterũ conſcendã. Bene habet,cuncta iam cõſpicio: & tu nunc aſcen- K
de. CHA. Manum mihi porrige ô Mercuri. neque enim paruam ac humilẽ mo-
lem me facis aſcendere. MER. Si ſingula contueri geſtis ô Charon,diſcrimini te
cõmittas oportet. Non enim ita comparatum eſt, ut ſimul & extra periculum
ſis conſtitutus,& tamen, quæ cupis,liceat ſpectare. Poſtremò hac mea dextra
nitere,ac pedetentim ſcandendo,ne in lubrico pedem figas, caue. Nunc omni
ex parte res bene ſe habet,quũ & tu ſuperaris. Iam uerò quoniam bicipiti uer-
tice prominet hic Parnaſſus,uterq; altero occupato conſidamus. Tu autẽ nunc
oculis in orbem mihi ductis,intuere uniuerſa. CHA. Terram uideo amplam,ac
*Breuis hypo-typoſis terræ.* paludem quandam ingentẽ,quæ undique terram circumfluit. Tum montes ac

fluuios

A fluuios & Cocyto & Phlegethonte ampliores. Ad hæc, homines admodum exiles, pariter & horum nidulos quoſdam. MER. Vrbes illæ ſunt, quos tu nidos arbitraris. CHA. Vides q̃ nihil nobis tanto labore ſit effectum? quin fruſtra ſede mouimus Parnaſſum unà cum Caſtalio, tum & Oetam, cæteroſq; monteis omneis. MER C. Quid ita? CHAR. Equidem è ſublimi exactè deſpicio nihil: deſiderium autem erat non urbes ſolùm, neque montes ipſos tanquam in tabula depictos intueri, uerùm & homines ipſos, tũ quæ faciant, quæq; loquantur, exaudire, haud ſecus ac prius cum tu obuius mihi factus ridentem conſpiceres, ac quídnam riderem, percunctareris. Nam cũ ridiculum quiddam audi-
B rem, mirum in modũ delectabar. MER. Quódnam hoc erat? CHAR. Cum quidam ab amicorum quopiam ad cœnam, opinor, uocatus eſſet, in poſterum, inquit, diem ueniam, maximè. Atq; interim dũ hæc diceret, tegula quædam neſcio quo deturbãte à tecto in caput huic irruens, ipſum necauit. Riſi ergo hominem, ut qui promiſſa minimè præſtaret. Sed & nunc quò magis audiã, magisq; uideam, deſcendendum mihi cenſeo. MER C. Quietus es. nam & huic malo remedium inuenero, atque incantatione quadam ab Homero accepta, uidendi aciem acutiſſimam tibi uel breui reddidero. Ac poſteaquam carmina ipſa pronunciaro, memor ſis non amplius hallucinari, uerùm apertè cũcta cõ-
C tueri. CHAR. Dic ſolum. MER C.

Dimoui nubem, uiſum quæ texerat antè,
Vt tandem agnoſcas qui ſint, hominêsue, deíue.

CHA. Quid eſt? MER C. An non iam uides? CHAR. Maximè. cæcus ſanè Lynceus ille, ſi mecum componatur. Itaq; deinceps hoc primùm me uelim doceas, mihiq; percunctanti reſpondeas. Sed heus tu, uin' & ipſum me Homericis uerſibus tecum agere, quò uidelicet intelligas, neq; ipſum me ab Homeri elegantia abhorrere? MERC. Vnde tu quæſo illius aliquid ſcire poſſes, nauta cum ſis, & cum remis rem habeas? CHAR. Vides? opprobria ſunt hæc in artem. At
D ego cum illum uita iam functum traiicerem, multa ex ordine canẽtem audiui, quorum nonnulla adhuc in memoria hærent. Porrò tempeſtas non mediocris tum nobis incubuit. Etenim poſteaquam cantilenam quandam nauigantibus non admodum proſperam neque ſalutarem fuiſſet auſpicatus, carminũ ui impulſus Neptunus, & nubes cõuocauit, atque tridente uelut unco quodam hamo iniecto, cũ fluctuum procellas excitauit, tum aliis multis turbis uniuerſum miſcebat mare, adeò ut parũ abfuerit quin tẽpeſtas quæ unà cũ denſa caligine imminebat, nauẽ nobis ſubuertiſſet. Tum ergo & ille nauſeabũdus bonã carminũ partem Scyllæ & Charybdi euomuit: ſed & Cyclopi. MER. Non ergo
E difficile fuit ex tanto uomitu paucula aliqua reſeruare. CHA. At dic mihi,

Craſſus & ille quis eſt, uir magnus conſpicuusq;,
Vertice ſublimi, atque humeris latiſſimus amplis?

MER C. Milo Crotoniata hic eſt athleta. Applaudunt autem ei Græci, quôd taurum ſublatum ſolus per medium ferat ſtadium. CHAR. At quanto iuſtiori cauſa ô Mercuri ipſum me laudibus ueherent, qui paulò pòſt ipſum tibi Milonem quãtus eſt, correptum in nauiculam imponam? nempe ubi à morte inuictiſſimo aduerſario lucta ſuperatus ad nos uenerit, quãdo nec ipſe planè intelliget qua cruris implicandi ratione ſit deiectus: tum profectò nobis plorabit, recordatus & harum coronarum, & huius applauſus. Nunc autem quia pro-

pterea quòd taurum geſtarit,eſt admirationi,grandia ſapit, ac mirificè ſibi pla- F
cet. Quid ergo de ipſo arbitrabimur? Num quòd mortem etiam aliquando ſibi
imminere ſperet? MERC. Quid? ille mortis recordaretur in tanto flore? CHA.
Miſſum hunc face ô Mercuri, riſum nobis haud ita multò pòſt exhibiturum,
quando uidelicet nobiſcum nauigans, ne culicem quidem amplius, nedũ tau-
rum ferre poterit. Sed illud tu mihi dicas uelim, quis alius ille uir grauis, ac ſe-
ueritate quadam uerendus, nec tamen Græcus, quantum ex peregrino habitu
coniici poteſt? MERC. Cyrus, ô Charon, Cambyſis filius, qui imperium quod
olim Medi obtinebant, ad Perſas tranſtulit, atque idem Aſſyrios nuper deuicit,
& Babylonem expugnauit. ad hoc exercitum in Lydiam traducere iam parat, G
hoc iam in animo deſtinans, ut Crœſo ſuperato imperium habeat in omneis.
CHA. At Crœſus ubi tandem ille? MER. Illorſum oculos deflecte in magnam
illam arcẽ, quæ triplici muro eſt ſepta, Sardeis illæ. An non Crœſum ipſum ui-
des in aureo ſedentem ſolio, ac cum Solone illo Athenienſe diſſerentem? Vis
auſcultemus qua de re uerba faciant? CHA. Volo ô Mercuri. CROE. O ho-
ſpes Athenienſis, quia iam diuitias noſtras uidiſti, theſauros ſcilicet, & quãtum
nobis auri ſit rudis, tum & aliam ſupellectilem precioſam: dic mihi, quẽnam
omnium hominum feliciſſimum arbitraris? CHA. Quid tandem dicet Solon?
MERC. Ocioſo es animo, nihil ô Charon uel ingeneroſum, uel contemnen- H
dum. SOL. Felices quidem admodum pauci: uerùm ex his quos ego noui,
*Cleobis & Biton.* Cleobin & Bitonem ſacerdotis filios arbitror feliciſſimos extitiſſe. CHA. Ar-
giuæ ſacerdotis hic dicit: qui nuper poſtquam matrem uehiculo inſidentem ad
ſacrarium uſque, ipſi iugum ſubeuntes, adduxiſſent, è uiuis ſtatim exceſſerunt.
CROE. Eſto, habeant illi felicitatis primas: at quis tenebit ſecundas? SOL.
*Tellus Athenienſis.* Tellus Athenienſis, qui præterquam quòd bene uixit, mortem etiam pro pa-
tria obire non recuſauit. CROE. Ego uerò, ô ſcelus, nõ tibi uideor felix eſſe?
SOL. Nondũ ô Crœſe ſtatui, quòd necdũ ad uitæ metã perueneris. rectiſſimus
enim eius rei index ac certiſſimus mors ipſa exiſtit, & uita ad finem uſq; felici- I
ter perducta. CHAR. Optimè facis ô Solon, quòd noſtri non es oblitus, quo-
niam cymbam ipſam his de rebus iudicare cenſes. Sed quínam illi quos Crœ-
ſus emittit, aut quid humeris geſtant? MER. Aureos Pythio lateres dicat, ora-
culi eius mercedem, cuius beneficio paulò pòſt peribit. Eſt enim uir ille plus
æquo uatibus deditus, adeò ut omnino ex ipſis pendeat. CHA. Et illud eſt au-
rum ſplẽdidum ſcilicet, quodq; ſubpallidum refulget rubore? nũc enim, quum
antè iam ſæpe de eo audierim, ipſum primùm uideo. MERC. Hoc celebre illud
eſt nomen, cuius gratia tantopere pugnatur. CHA. Atqui non uideo quonam
precio commendetur: niſi hoc fortè ad rem pertinet, quòd qui ferunt, eo gra- K
uantur. MER. Non enim noſti quot huius gratia bella, quot inſidiæ, quot la-
trocinia, quot periuria, quot cædes, quot uincula, quamq; longinqua nauiga-
tio, quot mercaturæ, quot ſeruitutes. CHAR. Propter hócne ô Mercuri, quòd
parum ipſi æri præſtat? Nam æs noui, ut qui à ſingulis uectoribus (quod & tu
ipſe non ignoras) obolum cum delectu accipiam. MER. Eſt ita ut dicis ô Cha-
ron: uerùm æs, quia magna eſt eius copia, non eſt in precio: aurũ uerò, & huius
quidem parum, hi qui terræ uenas ſcrutantur, ex immenſo profundo effodiũt.
attamen ex terra prouenit, quemadmodum & plumbum, & reliqua metalla.
CHA. Inſignem quandam hominum ſtultitiam narras, qui tanto amore pro-

ſequuntur

A sequuntur rem tum pallidã, tum etiam grauem. MER. At Solon ille aurũ minimè mirari uidetur, ut & planè uides. Nam cum Crœsum ipsum, tum uerò maximè hominis barbari iactantiam deridet, adeò ut uideatur etiam mihi hac ipsa de re Crœsum uelle percunctari. Quamobrem auscultemus. SOL. Dic mihi, ô Crœse, putás ne laterum horum indigere Apollinem? C R OE. Per Iouem. nullum enim ipsi est donarium Delphis suspensum tam magnificũ. S O L. Arbitraris ergo te deum beatũ reddere, si inter alia multa tuo beneficio & aureos lateres possideat? C R OE. Quid ni? S O L. Magnam mihi paupertaté in cœlo narras, ô Crœse, si deos, cum fortè desiderent, aurum ex Lydia aduehere opor-
B tebit. C R OE. Vbi enim alibi auri proueniret tantũ, quantũ apud nos? S O L. Rursus illud mihi dicito: ferrũ in Lydia nascitur? C R OE. Non temere. SOL. Potioris ergo rei indigi estis. C R OE. Quínam? ferrum præstãtius auro? SOL. Si citra stomachum respondere uelis, facilè quidem intellexeris. C R OE. Interroga tu modò ô Solon. SOL. Vtri præstãtiores, an qui seruant ac defendũt, an qui seruantur & defendũtur? C R OE. Qui seruant profectò. S O L. Quid ergo? Si (quemadmodum quidam narrãt futurum) Lydos Cyrus adortus fuerit, aureósne gladios militi tuo facies, an ferro tum erit opus? C R OE. Ferro sanè, ferro. S O L. Et si huius copiam non apparaueris, futurum ut egregium illud au-
C rum captiuum ad Persas abeat. C R OE. Bona uerba, ô homo. S O L. Dii meliora uelint, q̃ ut hæc hoc modo fiant. Verùm tu hac uia uideris ferrũ auro nobilius fateri. C R OE. Ferreos ergo lateres Deo me consecrare iubes, aurum autem reuocare? S O L. Neque ferro ille indiguerit: sed siue æs siue aurum dicaris, aliis sanè futuram prædam ac possessionem suspenderis, & id quidem aut Phocensibus, aut Bœotiis, aut Delphis ipsis, aut etiam prædoni alicui tyranno. deus autem aurifices tuos planè nihil moratur. C R OE. Semper tu quidem diuitias mihi inuides & oppugnas. M E R C. Non fert delicatus hic Lydus, ô Charon, uerborum & libertatem, & ueritatem: quin ei peregrina quædam res
D & noua uidetur, hominem obscuro loco natum, ac pauperem, ea quæ urgeãt, intrepidè dicere. Atqui haud ita multò pòst Solonis recordabitur, nimirum quãdo eum à Cyro captũ, in constructum rogũ oportebit conscendere. Nam quæ cuique, Parcarum fuso sint decreta, ipsam Clotho nuper legentem audiui, in quibus & hæc erant scripta: Crœsum quidem à Cyro captiuum duci, ipsum autem Cyrum à Massagetide illa necari. Viden' Scythicam illam fœminam candido uehentem equo? C H A R. Per Iouem. M E R C. Tomyris est, quæ sua ipsius manu Cyri caput detruncatum, in utrem cruore refertum intrudet. Sed & filium Cyri uides adolescentem? Cambyses ille est. Is patre defuncto in
E imperium succedet. Ac ubi mille modis errarit & in Lydia, & in Aethiopia, tãdem insania correptus, occiso à se Api, migrabit è uita. CHAR. O risum inexhaustũ. Sed numquis uel aspicere sustineat ipsos, adeò sibi præ cæteris placentes? aut etiam cui credibile uideri poterit, illum scilicet paulò pòst fore captiuum, hunc autem caput in utre sanguine pleno habiturum? At quínã is est ô Mercuri, cui pallam purpuream fibula nectit, quem corona adornat, cuíque coccus piscis uentre dissecto annulum exhibet? in gẽte mari septa regis se nomine iactat? MER. Belle ô Charon, quod interim occinis: cæterũ Polycratem Samiorum tyrannum uides, qui ipse se modis omnibus felicem putat: uerùm & hic tandẽ ab assistente famulo Mæandrio Orœtæ satrapæ proditus, in crucem

*Alius locus de donarijs dijs consecratis.*

*Aurũ ne præstãtius, an ferrum.*

ſuffigetur. Miſer ſanè, qui uel temporis momento ex uniuerſa felicitate ex- F
ciderit. Nam & hæc nuper ex Clotho audiui. CHAR. Præclarè ô Clotho.
ita & ipſos in crucem ſuffige, & eorum capita generoſè detrunca, quò ſe ho-
mines tandem agnoſcant. ſed & tuo beneficio in ſublime adeò ferantur, nimi-
rum ut poſtea quanto altiori ruina, tanto grauiori dolore decidãt. Porrò quod
ad me attinet, quemcunque horum nudum in nauigio agnouero, eum ma-
ximè ridebo, quandò neque purpuram, neque regium capitis tegmen, deni-
que neque ſolium ſecum adferat aureum. MERC. Et horum quidem fortu-
na ſic ſe habebit. Sed & uaſtam quandã multitudinem uides, atque ex hac alios
nauiganteis, alios bella gerenteis, alios in foro litiganteis, alios terram aratro G
proſcindenteis, alios fœneranteis, poſtremò alios mendicanteis? CHA. Tur-
bam quandam uideo uariam, ac promiſcuam, & uitam perturbationum ple-
nam. Ad hæc ciuitates conſpicio apũ examinibus ſimiles, in quibus proprium
quendam peculiarémque ſinguli habent aculeum, quo ſibi uicinos pungunt.
Quidam autem ex ipſis uelut crabrones agũntque ferũntque imbecilliorem,
ac uiribus inferiorem. At agmen illud quod ex improuiſo ipſos circumuoli-
tat, quínam ſunt? MERC. Spes, ô Charon, & metus, & amentia, tum uolu-
ptas, auaritia, ira, odium, atque id genus alia. Ex his autem ignorantia infimæ
turbæ eſt permiſta. Atque in eadem cum ipſis repub. degit ira, odium, æmula- H
tio: tum & imperitia, hæſitantia, auaritia. Porrò metus & ſpes ipſos ſuperuo-
litantes, ille quidem horrorem incutit, aliquando uerò tantùm trepidare facit:
hæ autem ſupra caput in altum uergentes, ubi quiſpiam apprehendere cone-
tur, in ſublime uolantes aufugiũt, illis inhiantibus relictis: quod ipſum & Tan-
talum apud inferos ab aqua pati uides. Quòd ſi aciem intenderis, conſpicies in
alto & Parcas ipſas ex penſo ſingulis adnere tenuia quædam fila, quibus uni-
uerſum mortalium genus ſubnixum dependet. Viden quaſi quoſdam araneo-
rum nexus ab ipſis fuſis in ſingulis demiſſos? CHA. Equidem filum ut pluri-
mum admodum tenue ac fragile cuiq; è ſublimi innexum uideo, hoc quidẽ illi, I
illud uerò alii. MERC. Rectè uides ô portitor. Nam ab ipſo fato imminet in-
teritus, illi ab hoc, huic autem ab alio. Atq; hunc hæredem fore eius, cuiuſcun-
que filum fragilius fuerit: rurſus autem illum huius. tale enim quiddam cõne-
xio illa portendit. Vides ergo cunctos à tenui filo ſuſpenſos. Atque hic qui-
dem ex ipſis in altũ ſubtractus, ſublimis eſt: uerùm paulò pòſt ubi ponderi tan-
to ſuſtinendo non amplius par fuerit, filo dirupto decidens, ingentem excita-
bit ſtrepitum. Alius autem, qui paululum tantùm à terra fuerit ſubductus, ta-
metſi cadat, citra tamen ſtrepitum iacebit, adeò ut ruinam uix ipſi exaudiãt ui-
cini. CHA. Nimis quàm ridicula ſunt hæc ô Mercuri. MER. Atqui ne uerbis K
quidem ullis pro dignitate conſequi poſſis, quàm ſint ridicula maximè ardua
ipſorum ſtudia, & quod nonnunquã interea dum multa ſpe aluntur, intereũt,
ab optima ſcilicet morte arrepti: cuius nuncii & miniſtri, ut cernis, admodum
ſunt multi, puta febres, tum feruidæ, tũ frigidæ (latinis ueteribus querceræ di-
ctæ) tabes, pulmoniæq;, tum gladii, latrocinia, aconita, iudices quoq;, ac tyrãni.
Et horum nihil omnino mentem eorum ſubit tantiſper ſanè, dum conatus eo-
rũ feliciter proceſſerint. At ſiquãdo ſua ſe ſpe falſos ſenſerint, tũ illud ohe fre-
quens in ore, pariter & eheu, eheu, & hei mihi, hei mihi. Quòd ſi iam inde ab
initio ſecum perpenderent mortales ſe eſſe, ac poſteaquã paululũ hoc tempo-
ris in

A ris in uita fuerint peregrinati, hinc relictis rebus terrenis omnibus uelut è ſomno migraturos, profectò & prudérius circunſpectiuſque uitam ducerent, & cum emoriendum eſſet, minus angerentur. Nunc autem quia præſenti rerum ſtatu uſuros ſe perpetuò ſperant, cum miniſter aut uocarit, aut abducere fuerit conatus, irretitos uel febre, uel tabe: ſtomachantur, & ducenti renituntur, propterea ſanè quòd abſtrahendos ſe è bonis præſentibus ne expectarint quidem. Sedenim quid non faceret ille, qui domum magno ſtudio ædificando, operarios urget, ſi proſpexerit eam quidé finem habituram, ipſum autem ſe, cū iamdudum faſtigium impoſuerit, deceſſurum domo ita relicta hæredi, ut is frua-
B tur, ipſe autem miſer ne ſemel quidem in ea cœnet? Iam qui ſtirpe uirili auctus, conuiuio excipit amicos, patris nomen, nempe ſuū, puero imponit: ſi præſciret puerum ſeptem annos natum emoriturum, nunquid ob prolem ſibi uideretur gaudio ferri tam immodico? Verùm in cauſſa eſt, quòd in eum quidé intuetur, cui in filio res proſperè cadunt, cui patrem eſſe contingit uel athletæ, uel eius qui uicerit olympia. Vicinum autem, qui natum cremandū effert, non inſpicit, neque nouit quo funiculo quâmque tenui ſibi ſit ſuſpenſus. Quin & eorum qui de finibus digladiantur, quanta ſit turba, uides: & quàm multi coa-
C ceruent pecunias, qui tamen antequam ipſis frui liceat, ab imminentibus quos dixi tum nunciis tum miniſtris auocantur. CHAR. Video iſthæc omnia, & mecum ipſe cogito quídnam ſit eis in uita iucundum, aut quid tandem ſit illud quo ſpoliati tantopere ſtomachentur. MERC. Quin etiam ſi ipſorum reges, quos uel omnium feliciſſimos eſſe apparet, introſpiciat quiſpiā diligenter: nimirum præterquam quòd inſtabili & ancipiti fortunæ ludo iactantur, inuenerit eis inhærere triſtia longè plura iucundis: tot timoribus, tot turbis, tot odiis, tot inſidiis, tot iris, tot adulationibus miſeri illi inuoluūtur. Prætermitto & luctus, & morbos, tum & affectus, qui ex æquo tum uulgo & his dominantur uſque adeò, ut non minoris fuerit & temporis & negocii, horum hic recenſe-
D re mala, quàm & priuatorum. CHA. Tibi ergo ô Mercuri dicere uolo, cuínam mortales aſſimiles mihi uideantur, atque horū uita omnis. Vidiſtin' aliquando bullas illas in aqua, torrente aliquo cum ſtrepitu ſcaturiente exiſtentes? Tumores illos inflatos dico, quibus cogitur ſpuma. Earum ſanè quædā ſunt paruæ & exiles, quæ iam ſtatim diſſolutæ euaneſcant. Aliæ uerò diutius durant, atque aliis ad ſe coactis uehementer inflantur, ac in maximum ſurgunt tumorē. tandem & hæ diſſoluuntur omnino, pereúntque. neque enim ſecus fieri poterit. Hæc tibi hominum uita. Singuli ſtatu tumeſcunt, ita ut alii ſint maiores, alii *Homo bulla.*
autem minores: poſtremò alii quidem momentaneam, móxque deficientem
E ſentiant inflationem, alii uerò prius deficiant, quàm omnino conſtituātur. At omnes deſtrui & euaneſcere neceſſe eſt. MER. Nihil tu quidem infelicius hominum naturam ſimilitudine expreſſiſti, quàm uel ipſe Homerus, qui uniuerſum mortalium genus arborum foliis comparat. CHA. At cum tam fragilis ſit eorū conditio, uides tamen ut inuicē auidè contendāt pro imperiis, pro honoribus, poſſeſſionibusq; certando: cum tamen ipſos, uniuerſis his poſt ſe relictis, unico tantùm obolo onuſtos ad nos uenire oporteat. Vis igitur, quoniā in edito conſiſtimus loco, quàm poſſum magna uoce acclamando eos adhorter? primùm quidē ut à conatibus & ſtultis & uanis abſtineant: deinde ut mortē ſemper præ oculis habentes hunc uitæ curſum tranſigant, in hanc ſententiam uer- *Homines arborum foliis ſimiles.*

*Commonitio Charontis.*

ba proclamans: O ſtulti, quid tanto ſtudio in his rebus molimini? Deſiſtite à la- F
boribus. neque enim perpetuò uiuetis. Nihil ex hís quæ hic præclara habentur, perpetuum eſt: nec aliquid iſtorum, quum moriendum eſt, ſecum auferre quiſpiam poterit. Quin neceſſe eſt hominem quidē (quiſquis is tandem fuerit) nudum abire, domum autem atque agrum & aurum in aliorum tranſire manus, ſempetq; dominū mutare. Hæc atq; eiuſmodi alia ſi unde exaudiri poſſint, ipſis inclamarem, an non putas uitæ eorum magnæ fore utilitati, ita ut etiā prudentiores longè inde fieri queant? MER. O beate, neſcis quàm fortiter eos tum

*Ignorantia & error, quibus hominum animi excæcātur.*

ignorantia tum error occupauerit, adeò ut eorum aures ne terebro quidē amplius aperire queas. Tanta obturarūt cera, haud aliter ac ſociorū aures & Vlyſ- G
ſes, ueritus ne Sirenum cantus exaudirent. At quínam audire poterint, etiam ſi uocem in tantum intendas, ut rumparis? Nempe quod apud uos obliuionis fons poteſt, idem hic præſtat ignorantia. Quanquam ſunt in eis & pauci quidam, qui quoniam ceram in aures non accipiunt, ad ueritatem ipſam declināt, atq; in ipſis rebus cernentes acutum, quales ſint agnoſcant. CHA. Vel illis ergo ſolis acclamarem. MER. Superuacaneum fuerit, ea quæ ſciunt, ad eos dicere. Vides quomodo à uulgi turba ſemoti, rideant quæ alii factitarint? Tū neutiquam conuenit ipſis cum uulgo, adeò ut iam nunc appareat, ipſos fugam è uita ad nos adornare. Verùm omnibus odioſi ſunt, eò quòd iſtorum imperitiā re- H
darguant. CHA. Bellè ô generoſi uos: tametſi ô Mercuri, admodū ſunt pauci.

*Cōfutatio opinionis de defunctorum honoribus.*

MER. Vel hos eſſe fuerit ſatis. Sed nunc deſcendamus. CHA. Vnum adhuc diſcere deſiderium eſt, quod ubi docueris, perfectā ſanè doctrinam dederis. nam contueri geſtio, in quæ cadauera reponant dum in terrā defodiunt. MER. Sepulchra, conditoria & monumenta hæc uocant. Cæterùm tumulos illos ante urbes uides, tū columnas, & pyramidas. Omnia illa mortuorū ſunt receptacula, cadauerumq; tentoria. CHA. Quid ergo ſaxa illi coronant, unguētoq; inunguntalii præ tumulis cōſtructo rogo, ac fouea effoſſa ſumptuoſas illas exuruut cœnas, & uinū mulſumq; (quantum coniecturis aſſequi poſſum) in ipſas foueas I
infundunt? MER. Equidem ignoro ô portitor, quid hæc ad eos qui apud inferos agunt, pertineant: uerùm illis perſuaſum eſt, umbras ab inferis reduces cœnare quidē, utcunq; liceat, circum nidorē uolitando, bibere autē è foueis mulſum. CHA. Illos adhuc bibere uel eſitare, quorum caluariæ ſunt aridiſſimæ? Atqui ridiculū eſt me tibi hæc dicere, qui quòd quotidie ipſos deducas, probè noſti an ubi ſemel terrā ſubierint, denuo uelut poſtliminii iure ad ſuperos remeare queant. Quin & ipſe maximè ridicula paterer tot negociis occupatus, ſi eos traiiciendo nō deducere ſolū, ſed reducere oporteret ſiquando uellent bibere. O ſtulti, quæ eſt hæc amentia? Non ſcitis quàm latè diſtantibus finibus uiuen- K
tium & mortuorum res ſunt ſeiunctæ? quoq; pacto ſe res habeāt apud nos, ubi

Mortuus eſt æquè, tumuli qui neſcit honorem,
Et qui ſortitur ſpectandi funera ſaxi:
Atque honor unus adeſt & regi Agamemnoni, & Iro:
Therſitæ & ſimilis Thetidos formoſus Achilles.
Vmbræ nam pariter ſiccæ nudæq; pererrant
Aſphodeli campos, confracto uerticæ cunctæ.

MER. Papæ! quàm multa ex Homero hauris. Sed quia me ſubmoniſti, Achillis ſepulchrum tibi uolo indicare. Vides illud quod prope mare ſitū eſt? illic Troianum

A num eſt Sigeum. E regione autem conditus eſt Aiax in Rhœteo. CHA. Non magnifica neq; inſignia ſunt monumenta. Verùm celebriores urbes mihi commonſtra, de quibus infernè tam magnifica audimus, Ninũ ſcilicet Sardanapali urbem, Babylonem, Mycenas quoque, tum & Cleonas ſimul, & Ilium ipſum. nam illinc oriundos multos memini traiicere, adeò ut totis iam decẽ annis neq; nauem ſubduxerimus, neq; ea interim refrixerit. MER. Ninus quidem, ô portitor, iam eſt euerſa, ita ut ne ueſtigium eius ſit reliquũ, neq; ubi ſita fuerit olim, facilè dixeris. Babylon autem tibi illa eſt tot turribus bene munita, quæq; magno illo ambitu eſt ſepta, haud ita multò pòſt & ipſa deſideranda, quemadmo-
B dum nunc Ninus. At Mycenas & Cleonas me ſanè commonſtrare pudet: omnium uerò maximè Ilium: alioquin, ubi deſcenderis, ſat ſcio, præfocaris Homerum, propterea quòd tam magnificis uerſibus has nugas decantare nõ erubuerit. Veruntamen & quondam extiterunt felices, nunc autem mortuæ ſunt & ipſæ. Vrbes enim, ô portitor, perinde ac homines emoriũtur, & quod lõgè mirabilius, ſolidi etiã fluuii, ita ut Inachi ipſius in Argo ne monumẽtũ quidem reliquũ appareat. CHA. Vah, quæ laudes Homere, quamq; ſuperba nomina,

*Non homines tantũ, uerũ & urbes, & prope cuncta mortí obnoxia eſſe.*

Ingens Ilium, ac mœnibus amplum. Tum ſtructæ bellè Cleonæ.

Sed interim dum fabulamur, quinam illic dimicãt, & qua pro re ſe mutuò cæ-
C dunt? MER. Argiuos uides & Lacedæmonios ô Charon, atq; ſeminortuum Imperatorem Othryadem ſuo ipſius nomine trophæum inſcribentem. CHA. At pro quo eis eſt pugna? MERC. Pro eo ipſo agro in quo pugnant. CHA. O hominum amentiam, qui haud ſciunt ſe, etiam ſi nunc quiſque eorum totam Peloponneſum poſſideat, unius tamen uix pedis locum ab Aeaco accepturos. Campum autem aliàs alii colent, ſæpe etiam hoc trophæo per aratrum reuulſo. MERC. Hæc quidem hoc modo ſe habebunt. At nos iam hinc deſcendamus, ac montibus his in ſuas ſedes repoſitis regrediamur, ego quidem quò ſum ire iuſſus, tu uerò ad nauem. Equidem poſt paulum ueniam & ipſe
D tibi umbrarum gregem mecum adducens. CHAR. Probè feciſti ô Mercuri, atque in eorum album adſcribêris, à quibus beneficio me affectum perpetuò agnoſcam: quandoquidem tua ope in hac peregrinatione plurimum ſum adiutus. O qualia infelicium hominum ſtudia! Reges, lateres aurei, magnifica ſacrificia, prælia, Charontis autem nulla habetur ratio.

## DE SACRIFICIIS, Eraſmo Roterodamo interprete.

### ARGVMENTVM.

E *Deridet hoc ſermone* Lucianus *uanitatem & ſuperſtitionem hominum circa colendos deos, ut qui primùm de dijs impia quædam opinentur ac ſentiant.* Deinde *eoſdem ineptiore ac alieniore cultu quàm qui pro natura ac dignitate numinis proſequantur.* Propoſitio *eſt, ridicula eſſe ea quæ homines tum ſentiunt de* Dijs, *tum circa illorum cultum faciunt.* Id *confirmat expoſitione primùm earum opinionum quæ de dijs tradũtur, quam ueluti cauſſam ſuperſtitionis iſtius eſſe oſtendit.* Deinde *& rituum quibus tum* Græci, *tum* Aegyptij, *quos cæteris multò ineptijs iſtis anteire indicat, uti ſolent.* Et *hunc quaſi quendam effectum ex ſuperioribus opinionibus ſequi, uidetur uelle intelligere.*

EInimuero ſiquis recenſere uelit quæ ſtultiſſimi mortales factitant in ſacris, in feſtis diebus, in adeundis ſalutandiſq; diis: tũ quas res ab illis petãt, quæ uota faciant, cuiuſmodi ſint quæ de illis ſentiũt ſtatuuntq;: equidem haud ſcio, ſit'ne quiſquam animo curis ita confecto, uſque adeò mœſto, quin riſurus ſit ubi perpenderit negocii tum abſurditatem, tum

amentiam. At multò antè quàm ridere incipiat, opinor ſecum illud expendet, F
utrum pios iſtos appellari conueniat, an contrà diis inimicos, atque infelices, ac
Genios malos, qui quidē numen ipſum rem uſqueadeo humilem atq; abiectam
exiſtimāt eſſe, ut humanis egeat obſequiis, utq; adulatione capiatur ac gaudeat:
rurſum ut ſtomachetur, atq; iracundè ferat ſi negligatur. Nā Aetolica illa ma-
la, ſimulq; Calydoniorum calamitates, tótque hominum cædes, ad hæc & Me-
leagri interitum, hæc omnia à Diana authore profecta eſſe prædicant, quæ ui-
delicet grauiter ferret quòd ab Oeneo non eſſet ad ſacrificiū adhibita. Vſque-
adeo nimirū altè dolor hic animo illius inſederat, quòd ſacris epulis eſſet fru-
ſtrata. Quin illam iam mihi uidere uideor, ut erat id temporis, in cœlo ſolita- G
riam, reliquis diis ad Oenei conuiuium profectis foras, miſeris modis gerentem
ſeſe, ac miſerabiliter eiulantem, quòd ab eiuſmodi feſto eſſet abfutura. Contrà
Aethiopes illos fortunatos, ac multis modis felices quis dixerit, ſi modò Iupi-
ter illis gratiam referret pro humanitate quam in initio poēmatis Homerici in
ipſum exhibuerāt, duodecim perpetuos dies epulis acceptum, idq; quū reliquis
etiam diis comitatus ad conuiuium ueniret. Vſqueadeo nihil, ut apparet, quic-
quid faciunt illi, gratis faciunt: uerùm ſua bona uendunt mortalibus: atq; eme-
re quidem ab illis licet omnia, puta bonam ualetudinem bucula, diuitias bobus
quatuor, tum regnum bobus centum: præterea ſoſpitem ab Troia in Pylum H
reditum tauris nouem: iam ex Aulide ad Ilium tranſmittendi facultatem regia
puella. Nam alius quidam, ne id temporis urbs caperetur, à Minerua mercatus
eſt bobus duodecim, ac peplo. Veriſimile eſt autem eſſe præterea quædā, quæ
uel gallo, uel corolla, uel ſolo thure ab illis redimi queant. Hæc igitur quum
non ignoraret, opinor, Chryſes ille, utpote tum ſacerdos, tum ſenex, diuina-
rúmque rerum egregiè peritus, poſteaquā re infecta rediſſet ab Agamemno-
ne, tanquam qui pridem Apollini mutuum dediſſet beneficium, ita nūc impu-
tat ac repoſcit uicem, quin conuiciatur etiam propemodum, nempe quum ſic
ait: Equidem Apollo egregie, templū tuum, quum id temporis adhuc eſſet in- I
coronatū, ſæpenumero coronis ornaui, deinde tam multas tibi in aris adoleui
coxas taurorum pariter atque caprarum: at tu contrà me negligis, quum hu-
iuſmodi patiar iniurias: proq; nihilo ducis hominem bene de te meritum. Qua
quidem oratione in tantum ille pudefactus eſt, ut protinus arrepto arcu, ac ſu-
pra nauium ſtationē ſeſe collocās, peſtem in Græcorum copias iacularetur, ne
mulis quidem & canibus intactis. Sed quoniā de Apolline incidit mentio, re-
feram de eodem & alia quæ de illo ſapientes iſti tradunt, nō illa quidem, quo-
ties, quàm infeliciter amarit, non Hyacinthi cædem, neq; Daphnes ſuperbiam:
uerùm quemadmodum damnatus etiam fuerit, & ob Cyclopes interfectos in K
exilium exactus. Vnde factum ut è cœlo in terram demitteretur, humana iam
ſorte uſurus, noſtriſq; malis factus obnoxius. Præterea autem quemadmodum
in Theſſalia mercenariam operam ſuam locarit apud Admetum, tum item in
Phrygia apud Laomedontem, atque apud hunc quidē haud ſolus, uerùm cum
Neptuno, quum ambo propter egeſtatem lateres cōponerent, inq; conſtruen-
dis mœnibus operam præſtarent. Ac ne mercedem quidem ſolidam à Phryge
illo tulerūt, uerùm debebat illis adhuc de ſumma, ut ferūt, plus triginta drach-
mas Troiani nomiſmatis. Quid enim? An non hæc in Deorum honorem fa-
bulantur poētæ? atque his etiam multo diuiniora de Neptuno, de Prometheo,

de Sa-

A de Saturno, de Rhea, denique de uniuersa ferme Iouis familia, idque inuocatis ut adsint canentibus, in exordio poëmatum, Musis, à quibus tandem uelut afflati numine, id quod apparet, huiusmodi quædam cantant, quemadmodum Saturnus ut primùm Cœlũ patrẽ suum execuisset, ipse in eo regnauerit, deinde liberos suos deuorarit, sicuti ferunt feciſſe & Argiuum illum Thyestem. Deinde quemadmodũ Iupiter furtim occultatus à Rhea, saxũ pueri loco subiiciente, in Cretam sit ablegatus, atq; inibi à capella nutrice sit alitus, itidem uidelicet ut Telephus à cerua, Cyrus Persa (is qui prior regnauit) à cane narratur enutritus. Postea quemadmodum expulso patre, atque in uincula cõiecto, ipse
B potitus sit imperio. Duxerat autem uxores complureis quidem alias, sed postremo loco Iunonem germanam, idque iuxta Persarum & Assyriorum institutum. Tum autem quòd esset in amores propensus, atque in Venerem effusus, facilè cœlum liberis expleuerit. Quorum alios ex suæ sortis deabus creârit: alios contrà nothos ex mortali terrestriq; genere sustulerit, quum interim generosus ille nunc in aurum, nunc in taurum, nunc in cygnum aut aquilam uerteretur: ac in summa plures sibi formas assumeret, quàm uel Proteus ipse. Porrò Mineruã è suo ipsius capite progenuit, hãc planè sub ipso cerebro complexus. Nam Bacchum imperfectum adhuc (ut aiunt) è matre etiamnum con-
C flagrante surreptum, in suum femur illatũ defodit: deinde urgente partu execuit. Nec his dissimilia de Iunone etiam canunt. Nempe hanc citra uirilẽ congressum subuentaneo conceptu grauidam, puerum edidisse Vulcanum, atque eum quidem nõ admodum fortunatum, uerùm excusorẽ ac fabrum ærarium: quiq; perpetuò tum in igni, tum in fumo uersetur: ac scintillis oppletum: quippe cuius ars in fornacibus exerceatur. Tum autẽ ne pedibus quidem integris. claudicare enim è ruina, quũ à Ioue præceps datus esset è cœlo. Quòd ni Lemnii pro sua bonitate eũ, dũ adhuc ferretur in aëre, suscepissent, perierat nobis Vulcanus, non aliter quàm Astyanax è turri deiectus. Quanquam quæ de
D Vulcano narrant, toleranda uideantur: cæterùm de Prometheo cui non cognitum est quàm atrocia sit passus, propterea quòd supra modum humanæ gentis amans fuerit? Siquidem hunc Iupiter in Scythiam deportatum, super Caucasum montem cruci suffixit, adhibita illi aquila, quæ iecur illius assiduè circumroderet. Hic itaque pœnas pendit. Porrò Rhea (nam sunt hæc quoque simul referenda) an non indecorè atque indignè facit? Iam anus quum sit, & ætáte exacta, iisque rebus intempestiua, deinde tam multorum mater deorum, dum pueros adhuc adamat, eósque zelotypia prosequitur, dúmque Attin ipsum leonibus secum circumuectat, præsertim quum iam utilis esse non
E queat? Itaq; quinam posthac uitio uertat aliquis uel Veneri quòd adulteretur, uel Dianæ quòd ad Endymionem frequenter medio è cursu diuertens descendat? Sed age missas faciamus has fabulas: atque ipsum cœlum conscendamus, poëtico illo more subuolantes: ea nimirum uia, quam unam pariter cum Homero Hesiodus commonstrat, contemplaturi quem in modum singula apud illos sint ordinata. Ac primùm quidem quòd forinsecus sit ferreum, uel ab Homero, qui id ante nostram ætatem dixit, audiuimus. Quod si superas, ac sublato paulum capite sursum aspexeris, ac planè in ipsum quasi dorsum perueneris, ibi simul & lumen apparet candidius, & serenior sol, & astra fulgentiora, nihílque usquam oculis occurrit nisi clarus dies, ac solum undique au-

reum. Cæterũ introgredienti, primo loco manſitant Horæ: quippe portas ſer- F
uant. Poſt eas Iris, ac Mercurius: utpote miniſtri, ac Iouis internuncii. Deinde
Vulcani fabrilis officina, omnigeno referta artificio. Poſtea deorũ ædes, ac Io-
uis ipſius regia: quæ quidem omnia Vulcanus pulcherrimè fabricatus ſit. At
uerò dii iuxta Iouem aſſidentes (conuenit enim opinor, ut in ſupernis illis ſe-
dibus magno ſtrepitu faſtuq; uiuatur) in terram deſpiciunt, & quoquouerſum
intento capite circunſpectant, ſicunde ſubuolantem ignem uideant, aut nido-
rem in aëre ſurgentem, circaq; fumum rotantẽ ſeſe. Quòd ſi quis fortè ſacrum
faciat, epulantur omnes fumo inhiantes, ac muſcarum in morem ſanguinem
exugentes circum aras effuſum. Alioqui ſi domi cibum capiant, nectare at- G
que ambroſia uictitant. Nam olim homines etiã ab illis in conuiuium ſunt ad-
hibiti, unaq; cum eis potarunt, nempe Ixion, ac Tãtalus: uerùm illi quoniã uim
& raptũ pararent, eſſentq; futiles & garruli, ob id in hunc quoq; diem pœnas
luunt. Porrò reliquo mortalium generi cœlum iam inacceſſum eſt, atq; occul-
tum. Et in hũc quidem modũ uiuitur à diis. Proinde uidelicet etiam mortales
ipſi in colendis illis conſimilia quædã atq; iſtis conſentanea moliuntur. Nã pri-
mùm lucos illis attribuerunt, tum & montes dicarunt, præterea aues cõſecra-
runt, deinde ſuam cuique arborẽ aſſignarunt. His factis per regiones illos diſ-
tributos colunt, eosq; uelut in ciuitatem ſuam receptant, nempe Apollinem H
Delphi Deliiq;: Mineruam Atheniẽſes, quæ quidem Græcis Athena dicta, uel
ipſo uocabulo ſe ei Reip. familiarem eſſe teſtatur. Argiui Iunonem: Mygdo-
nii Rheam: Venerem Paphii. Rurſum autem Cretenſes Iouem affirmant non
modò uixiſſe apud ſeſe, nutritumq; fuiſſe: uerùm etiã ſepulchrum illius oſten-
dunt. At nos ſcilicet interim tam multis iam ſeculis fallimur, qui quidẽ opine-
mur Iouẽ tonare, pluere, reliquaq; omnia peragere. Et illud nos latuit, eũ iam
olim fuiſſe defunctum, & apud Cretenſes ſepultũ. Deinde uerò phanis in ho-
norem illorum erectis, ne tectis uidelicet aut penatibus careãt, formas illorum
exprimũt, adhibito ad id uel Praxitele, uel Polycleto, uel Phidia. At hi quidem I
artifices haud ſcio ubínam uiſam eorum effigiem repræſentant. Ac Iouem qui-
dem barbatum fingunt, Apollinem uerò ſemper puerum, Mercurium iam pu-
beſcentem, primamq; ducentem lanuginem, Neptunum nigro capillitio, cæſiis
oculis Mineruam. Attamen qui templa ingrediuntur, nõ iam arbitrantur ſeſe
uidere uel ebur ab Indis aduectum, uel è Thracum uenis effoſſum aurũ: uerùm
ipſum Saturni Rheæq; filium à Phidia in terram hoſpitem adductũ, iuſſum Pi-
ſanorum in ſolitudine cuſtodem ac ſpeculatorem aſſiſtere: ídque hoc conten-
tum præmio, boniq; conſulentẽ, ſi intra quinque perpetuos annos, dũ Olym-
pia celebrantur, interim obiter illi ſacrificet aliquis. Tum autem cõſtitutis aris, K
deſignatis ſacrorum ſeptis, puris uaſis collocatis, uictimas offerunt, bouẽ ara-
torem agricola, agnum opilio, capram caprarius. Eſt qui thus, eſt qui placen-
tulam offerat. At ſi quis pauper, is ita deo litat, ut dexteram duntaxat ſuã ipſius
exoſculetur. Iam uerò quum immolant (nam ad illos redeo) primùm ſertis co-
ronãt pecudem, multóque antè explorant num legitima ſit, & ſacris idonea:
ne quid fortè mactent ex his quæ religio repudiat: deinde ad aram applicãt, ac
ſub oculis dei iugulant, flebile quiddam emugientem, beneq; (ſicuti licet cõii-
cere) ominatam, denique uoce iam leuiore ad ſacri tibias reſpondentem. Quis
uerò non facilè coniectet gaudere deos quum iſta ſpectent? Quin & in fron-
tiſpicio

*Hactenus opiniones uanas de dijs recenſuit, tanquam cauſſam ſuper ſtitionis. Iã & hominum ineptias circa cultũ & religionem tanquam effectum deſcribit.*

A tiſpicio poſita ſcriptura denunciat,ne quis intra pura uaſa conſiſtat,qui manibus ſit impuris. Atqui ſacrificus ipſe ſanguine fœdatus,neque aliter quàm Cyclops ille pecudẽ incîdit, inteſtina educit, cor reuellit, cruorẽ aræ circumfundit, & quid tandem non obiens peragensq; quod ad pietatem, ſacrorumq; ritum pertineat? Poſt omnia demum incenſo igni, capram ipſam pariter cũ pelle deportatam imponit: ipſam item cum lanis ouem. Nidor interim ille ſacer atq; diuinus ſurſum fertur,atq; in ipſum uſq; cœlũ ſubuectus,paulatim diffunditur. Iam uerò Scythæ reliquis omnibus hoſtiis omiſſis,ut quas uiles atque humiles exiſtiment,ipſos homines mactant Dianæ,atq; eo ritu deã placant. Verùm hæc
B fortaſſis modeſta uideantur, cumq; his ea quæ factitant Aſſyrii, quæ Phryges, quæ Lydi: uerùm ſi in Aegyptum proficiſcaris,ibi demum,ibi uidebis permulta religioſa,planeq; cœlo digna: puta Iouem arietino uultu : Mercurium illum optimum facie canina : Panem uerò totum hircum. Ad hæc alium Ibin, alium Crocodilum,alium etiam Simiam. Quod ſi his quoque de rebus

Quò planè pernoſſe queas,didiciſſe libebit, complureis ſophiſtas audies,tum ſcribas ac prophetas mento raſo,qui tibi narrẽt (ſed prius, ut dici ſolet, fores occlude prophane) quemadmodum uidelicet quondam ea ſeditione territi,quam mouerant hoſtes atque gigantes,in Aegyptum deuenerint,ut
C illic in poſterum tuti ab hoſtibus latitarent: & ob eam cauſam alius hircum induerit,alius arietem,nimirum præ formidine,alius feram,alius auem. Atq; hinc eſſe ut dii nunc etiam eas obtineãt formas,quas id tẽporis aſſumpſerant. Nam hæc diligenter mandata literis, idq; ante annos plus decies mille,in adytis illorum repoſita ſeruantur. Porrò ſacrorum peragẽdorum idem ferme apud illos ritus,niſi quòd hoſtiam luctu proſequũtur,iamq; mactatæ circumfuſi membra laniãt. Sunt qui ſepeliãt duntaxat poſteaquam occiderint. Nam Apis ille,qui quidem deus apud illos eſt maximus, ſiquando moriatur,quis uſqueadeo magni faciat cæſariem ſuam, qui nõ eam detondeat,ac nudo capite luctum præ ſe
D ferat, etiam ſi uel purpureã Niſi comam habuerit? Eſt autem hic Apis deus ex armento iam antea ſuffragiis deſignatus,utpote multo formoſior ac uenerabilior reliquis illis priuatis & gregariis bubus. Hæc igitur quum ſic habeant, & tamen à uulgo uera ſeriaq; credantur,mihi quidem poſtulare uidentur,nõ qui reprehendat,ſed uel Heraclitum potius aliquem, uel Democritum: quorũ hic amentiam eorum rideat,ille deploret inſcitiam.

## VITARVM AVCTIO, Martino Bolero interprete.

### ARGVMENTVM.

E *Argumentũ huius dialogi planũ eſt uel ex ipſa inſcriptione. Deridet enim philoſophos, enumerando omnes prope illorum ſectas, & exagitando ea quæ in unaquaque earum ridiculè maximè docentur. Fingit autem uenales illas proponi hominibus à Ioue, mercatorum exemplo, ut quemadmodum illi cum mancipia, iumenta, aut etiam alias res uendunt, uſum ac precium cuiuſque indicant, ita ipſe quoque occaſione hac mores, doctrinam, ac totam denique uitæ omnium rationem, maiore licentia exponere atque irridere poſſet.*

Interlocutores, Iupiter, Mercurius, Mercator, Pythagoras, Diogenes, Democritus, Heraclitus, Socrates, Chryſippus, Philoſophus.

### IVPITER.

TV quidem compone ſcamma, & locum adorna his qui aduenient: tu uerò uitas (id eſt philoſophorum ſectas) adducito, easq; ordine ſiſte, ueruntamen

exornatas prius, ut formosæ appareant, & quamplurimos emptores alliciant. F
Tu autem Mercuri, quod felix faustumq; sit, proclama, & aduoca emptores, ut iam adsint ad forum. Proclamabimus autem omnis generis Philosophicas uitas, & uariarum sectarum. Quòd si quis in præsentia pecuniam numerare nequit, is saltem constituto aliquo qui pro se sponsor sit, in futurum annum soluat. MERCVR. Multi accedũt. itaque non oportet differre, neque diu detinere eos. IVP. Vendamus igitur. MERCVR. Quem uis ut primum producamus? IVPIT. Ionicũ illum comatum. grauitatem enim quandam præ se fert. MERCV. Heus tu Pythagorice, descende, teq; conspiciendum præbe his qui congregati sunt. IVP. Proclama. MER. Optimam uitã maximêque G
uenerandã uendo. quis emet? quis maior homine esse uult? quis cupit uniuersitatis, adeoq; omnium rerum harmoniam cognoscere? quis uult reuiuiscere? MERCATOR. Forma certè est non illiberali: uerùm quid potissimũ scit? MERCV. Arithmeticam, Astronomiam, prodigiorum scientiam, Geometriam, Musicam, præstigiorum artẽ. uatem uides summũ. MERCA. Licétne eum interrogare? MERCV. Quod faustum sit, interroga. MERCAT. Cuias es tu? PYTHAG. Samius. MERCA. Vbi uerò institutus es? PYT. In Aegypto apud sapientes qui illic sunt. MERCAT. Age quòd si te emã, quid me docebis? PYTHA. Nihil equidem docebo te, uerùm commonefa- H
ciam. MERCAT. Quomodo? PYTHA. Primùm quidem animam tuam puram faciã, repurgans eam à sordibus quibus nunc immersa est. MERCA. Equidem finge me iam purum esse, quis modus est commonefaciendi? PYTHAG. Principium quidem est longa quies & taciturnitas, & totis quinq; annis nihil loqui. MERCAT. Ergo, bone uir, Crœsi te filium erudire conuenit. ego enim loquax, non statua esse uolo. uerùm quid post illud silentium & quinquenniũ fiet? PYT. In Musica & Geometria exercebere. MERCA. Rem sanè gratam narras, si prius quàm sapiens fiam, citharœdũ me esse oportet. PYTH. Post hæc numerandi artem addisces. MERCAT. Nunc etiam I
numerare scio. PYT. Quomodo numeras? MERCAT. Vnum, duo, tria, quatuor. PYTH. Vides decem esse ea, quæ tibi uidentur quatuor, & perfectum trigonum, nostrumq; iusiurandum? MERCAT. Per maximum igitur iuramentum quatuor, nunquam neque diuiniores neque sanctiores sermones audiui. PYTHAG. Post hæc uerò hospes, de terra, aëre, déque aqua & igne scies cuiusmodi sit illis impetus, quam habeant formam, & quomodo moueantur. MERCAT. Formám ne habent ignis, aër, & aqua? PYTHAG. Certè minimè obscuram. neque enim sine specie & forma moueri possent. Prætèrea ipsum etiam Deum numerum esse & harmoniã cognosces. MER- K
CATOR. Mira narras. PYTHAG. Ad hæc teipsum quoque unum uideri scies, neque pro eo qui es, cõspici. MERCAT. Quid narras? alius sum, & non is qui nũc tecum colloquor? PYT. Nunc quidem ille es, quondam uerò in alio corpore & alio sub nomine uidebaris, & temporis progressu rursum aliud corpus indues. MERCAT. Itáne dicis? Immortalem me fore subinde alias atq; alias formas induendo? Verùm de his satis. Iam quod ad rationem uictus attinet, qualia es? PYTHAG. Nullum quidem animal edo, reliqua uerò omnia, præter fabas. MERCAT. Quamobrem odisti fabas? PYTH. Nullo quidem odio illas prosequor, uerùm quia sacræ sunt, & mirabilem quandam

naturam

A naturam obtinẽt,ab illis abſtineo.Primùm quidẽ planè genitales ſunt: & ſi fabam adhuc uiridem exuas, uidebis eã omnino uirilibus mẽbris ſimilem naturã habere: elixam autem ſi deponas,certis noctibus ſanguinem feceris: & quod maius eſt,Athenienſium lex eſt fabis magiſtratus eligere. MERCA. Præclarè & religioſe omnia dicis.uerùm exue te ueſtibus. nam nudum te uidere cupio.O Hercules,aureum illi femur eſt:deus aliquis & nõ mortalis eſſe uidetur. itaque omnino illum emã.Quanti illum æſtimas?MERCV.Decẽ drachmis. MERCA.Habeo tanti acceptũ.IVP. Scribe nomen emptoris,& unde ſit. MERCV.Ex ea parte Italiæ eſſe uidetur,quæ circa Crotonem & Tarẽtum,
B atq; eius loci Græciam ſita eſt. Atqui non unus tantũ,ſed propè trecenti communiter ipſum emerunt.IVP.Abducant,alium adducamus.MERCV.Vis ſqualidum illum ex Ponto? IVP.Omnino quidem. MERCV.Heus tu peram dependentem habens ex humeris,accede, & totum hunc conſeſſum circumeas. Vitam uendo planè uirilem, uitam optimam, & generoſam,uitam liberam.quis emet?MERCAT.Quomodo inquis præco?an liberum tu uendes hominem?MERCV.Maximè.MERCAT. An non times ne te accuſet tanquam plagiarium,aut in Areopago litem intendat?MERCV.Non eſt illi curæ quòd uenditur. omnino enim ſe liberum eſſe putat. MERCA.
C Quis autem illius tam ſordidi & miſerè affecti uſus eſſe poteſt? niſi foſſorẽ fortè aut lixam ex ipſo facere aliquis uelit.MERCV.Non hoc tantùm, imò ſi ipſum quoque cuſtodem domus conſtitueris,multo fidelior erit quàm ulli canes.ſiquidem & ille canis appellatur.MERCA.Cuias autem eſt?aut quã artẽ profitetur?MERCV.Ipſum interroga. iſtud enim præſtiterit. MERCA. Timeo uultum ipſius,ſeuerum admodum,& triſtem,& ne me accedentem allatret,aut per Iouẽ mordeat. Nónne uides quomodo lignum ſuſtulerit, & cõtractis ſuperciliis minaciter frementi & irato ſimilis appareat?MERCV.Ne time.cicur enim eſt.MERCA.Primùm quidem ô bone dic,unde es? DIO.
D Vnde uis?MERCA.Quomodo dicis?DIO.Mũdi ciuẽ uides.MERCA. Quem uerò imitaris?DIOG.Herculem.MERCAT. Cur igitur & leoninam non induis? nam baculo illum quidem refers.DIOG.Hoc quidem palliolum leoninæ pellis uice mihi eſt:pugno autem non ſecus atque ille aduerſus uoluptates:idq; nemine imperante,ſed mea ſponte facio. ſic enim uitam meam repurgare cõſtitui.MERCAT. Euge quàm præclarum inſtitutum! uerùm quid maximè te ſcire dicamus,aut qualem artem nouiſti?DIOG.Homines liberos facio,præterea medeor illorum affectibus.In ſumma,ueritatis & audaciæ in loquendo,propheta eſſe uolo.MERCAT.Age ô propheta,ſi te emam,
E qua re me exercebis?DIOG.Primùm cum accepero,exutum deliciis,palliolo amictum,in egeſtatem concludam.poſtea ad labores compellam.tum humi dormire, aquam bibere,atque iis rebus quæ caſu offeruntur,ueſci faciã.Quòd ſi pecuniam habes,hanc meo conſilio in mare abiicies. Neque tibi uxor,liberi, aut patria, curæ eſſe debebũt: quin iſta omnia tanquam deliramenta exiſtimare oportet,& relicta patria domo,ſpecum,aut deſertam turriculam,aut dolium inhabitabis:perã præterea lupulo & libris opiſthographis refertã habebis.Hoc modo inſtructus, uel magno aliquo rege felicior eris. Quòd ſi uapulabis, aut ab aliquo torquebere,nihil horum moleſtum eſſe putabis.MERCA.Quid narras? num cæſus non dolebo? neque enim teſtudinis aut carabi cutem cir-

cumfero. DIOG. Illud Euripidis imitari te oportet, paucis tantùm immutatis F
uerbis. MERCAT. Quale hoc est? DIOG.

Dolente mente, lingua sit dolens nihil.

Hæc uerò ante omnia tibi adesse necesse est: Impudẽtem te esse oportet, & audacem, & omnibus sine delectu tã regibus quàm priuatis maledicere. ita enim fiet ut omnes in te oculos cõiiciant, teq; fortem esse existiment. Barbara quoq; uox, & absonus sonitus tibi sit, quiq; canino planè similis existat. Vultus sit intẽtus, tum ingressus sit qui talem uultum deceat. In summa, belluini & agrestes planè sint tibi mores, pudor autem & mansuetudo & modestia procul absint. Ruborẽ quoque omnem de facie abstergas: loca autem quæq; celeberrima, & G
in quibus maxima est hominum frequẽtia, accedito, & in his ipsis solus sine ullo commercio esse uelis, neque amicum neq; hospitem accedẽdo. his enim rebus hoc regnum soluetur. In conspectu uerò omnium ea facias, quæ ne priuatim quisquam alius facere auderet: & in re uenerea exercenda, ea quæ sunt maximè ridicula eligito. Postremò, si tibi uidetur, crudum aliquem Polypum uel Sepiã deuorãdo morere. Hæc est illa felicitas, quã tibi procuramus. MERCA. Apage, sceleſta enim & inhumana sunt ista quæ narras. DIOG. Sed heus tu, nemo non ista facillimè assequi potest. Neque enim ad gloriam consequẽdam opus erit eruditione, orationibus, atque his nugis: uerùm compẽdiaria ad illam H
uia est. Etiamsi ex uulgo aliquis fueris idiota, coriarius uidelicet, aut salsamentarius, aut faber, aut numularius, tamẽ nihil uetat quo minus te mirẽtur, si modò insigniter impudens & audax fueris, atque omnibus egregiè conuiciari didiceris. MERCA. Ad has artes tui minimè indigeo. Nauta uerò, aut hortulanus fortasse per occasionẽ fieri possis, præsertim si te ille ad maximum duobus obolis uendere uelit. MERCV. Recipe eum. etenim libẽter liberamur ab illo, qui clamoribus sic nos obtundit, prorsusq; omnes iniuria & contume-
*Cyrenaici.* liis afficit. IVP. Alium accerse, Cyrenæum illum purpura amictum, & coronatum. MERCV. Agite, animum aduortite omnes. Res sumptuosa est, quæq; I
diuitibus indiget. Vita est hæc iucunda, uita ter beata. Quis cupit delicias? quis emet molliſſimum? MERCAT. Accede tu, & dic quid noris. emam enim te si utilis fueris. MERCV. Ne obturba, ô bone, neque interroga ipsum. ebrius enim est, itaq; non poterit tibi respõdere, lingua, ut uides, titubans. MERCA. Quis mentis compos emat tam corruptum & immodestum mãcipium, quódque tot unguenta olet? quàm uerò gressu lubrico, & ratione carente incedit! Sed utique Mercuri dic quibus artibus præditus sit, aut quæ tractare soleat. MERCV. In summa, conuiuator est, & compotor egregius: quin ad exercendas impudicas & lasciuas saltationes unà cum tibicina admodum idoneus K
esset amatori cuidam & perdito hero. Quod ad alia attinet, parandorum bellariorum gnarus est, & in adornandis eduliis exercitatissimus. Breuiter, uoluptatis artifex est: institutus enim est Athenis, atque Syciliæ tyrannis seruiuit, apud quos in magno precio fuit. Summa uerò propositi sui seu doctrinæ est, omnia contemnere, & omnibus rebus uti, undique uoluptatẽ conquirere. MERCA. Tempus est ut alium emptorem, nempe diuitem, & multas habentẽ pecunias, quæras: ego enim minimè idoneus sum, qui tã hilarem uitam emã. MERCV. Ille ô Iupiter, quantum apparet, inemptus nobis manebit. IVP. Traducito, atque alium adduc, uel potius duos istos, quorum alter, Abderites scilicet, ridet:

alter

A alter uerò Ephesius,plorat:simul enim uendi uolunt. MERCV. Descendite in medium. Optimas uitas uendo,omniū sapientissimos proclamo. MERCA. O Iupiter, quanta dissimilitudo! alter enim non desinit ridere,alter autem aliquem lugere uidetur,omnino enim plorat. Heus tu,quid hoc sibi uult, cur rides? DEMOC. Interrogas? quia mihi omnia quæ uos facitis, ridicula uiden- *Democritici.*
tur,adeoq; uos ipsi etiam. MERCAT. Quid narras? nos omnes tu derides? atque omnia nostra opera nihili facis? DEMOC. Sic sanè est. Nam in illis nihil est præclarum,aut studio dignum,inania enim sunt omnia,& atomorū cumulus,& infinitum quippiam. MERCAT. Nequaquam, imò tu uanus es
B reuera,& experientia cares. O contumeliam, nondum desinis ridere? Tu uerò ô bone quid ploras? multò enim melius erit, ut existimo, tecū quàm cum Democrito loqui. HERA. O hospes, ego omnes humanas res calamitosas & *Heraclitici.*
deflendas esse existimo,atq; in illis nihil non esse fato obnoxium: ideoq; misereret me ipsarum,& deploro eas. Neque magnifacio præsentia, futura uerò puto planè ærumnosa fore,conflagrationes dico, & totius mundi calamitatem. Ista sunt quæ ego deploro,quodq; nihil solidū est,sed quodammodo omnia in* cy- *Potio est ex*
ceonem conuoluuntur, tum quòd eadem res delectat & offendit, estq; cogni- *multis compo*
tio ignorantia,magnum paruum: atque sursum deorsumq; feruntur omnia, & *sita.*
C per uices mutantur in ludo huius seculi. MERCAT. Quid est seculum? HER. Puer,ludens,ludens talis, contendens. MERCAT. Quid uerò homines sunt? *Seculum.*
HERACL. Dii mortales. MERCAT. Quid uerò dii? HERA. Homines immortales. MERCAT. Heus,tu ænigmata loqueris, an griphos componis? planè enim tanquā Apollo,nihil explicas. HERAC. Nihil uos curo. MERCAT. Igitur neq; quisquam mentis compos te empturus est. HERAC. Ego uerò à pueris iubeo plorare omnes, tam eos qui me emūt,quàm qui nō emūt. MERCA. Hoc certè malum parum differt ab insania. neutrum horum emam. MERCV. Et illi quoque apud nos manebunt,cum non sint uendibiles. IVP.
D Alium accerse. MERCV. Visne Athenienſem illum facundum? IVP. Maxi- *Academici.*
mè. MERCV. Heus tu,huc ueni. Vitam bonam & prudentem proclamamus. quis emet sanctissimum hominem? MERCAT. Dic mihi,quam potissimùm nosti artem? SOCR. Pæderastes sum,& in rebus quæ ad amorē spectant,prudens. MERCAT. Quanti igitur emam te? nam pædagogo indigeo. est enim mihi puer egregius. SOC. Quis magis idoneus me esse queat,qui cum formoso puero uersetur? Neque enim corporum amator sum. animam enim formosam esse existimo: & quāquam sub eodem palliolo mecū recumbant, audies illos,uel ipsis testibus, nihil graue à me perpeti. MERCAT. Incredibilia sunt
E quæ dicis,pæderastes cum sis,tamen nulla de re te esse solicitum,quàm de anima, præsertim cum copia fiat ut sub eadem ueste iaceatis. SOC. Atqui per canem & per platanum iuro rem sic habere. MERCAT. Hercle,quanta absurditas deorum. SOC. Quid ais? An non uidetur tibi canis esse deus? Nonne ui- *Canis deus.*
des quantus sit in Aegypto Anubis,atque ille in cœlo Sirius, necnon apud Inferos Cerberus? MERCAT. Rectè dicis. ego uerò peccaui. Verùm quale habes genus uitæ? SOC. Mihi ipsi ciuitatem quandam extruo, peregrina autem utor politia, measq; præscribo leges. MERCAT. Vnum aliquod ex tuis dogmatibus audire cupio. SOC. Audi ergo maximum quidem illud,in quo mea de uxoribus sententia comprehēsa est: Videtur mihi nullam debere cuiusquam

esse propriam, uerùm uniamquamque passim debere accedere ad eum qui eam F
appetat. MERCAT. Quid ais? Nũ abrogandas esse leges de adulterio? SO.
Per Iouem non illas solùm, uerùm omnes reliquas nugas ea de re constitutas.
MERCA. Quid uerò tibi de pueris iam maturis uidetur? SOC. Et illi qui-
dem optimatibus qui aliquid præclari gesserunt, præmium erunt, ut eos amẽt
scilicet. MERCA. Papæ! quanta libertas! quæ sapiẽtia! Verùm quæ est tuæ do
ctrinæ summa? SOC. Ideæ, & eorum quæ existunt, paradigmata. Quæcunque
enim uides, terrã ipsam, quæq; super terram sunt, cœlum, mare, horũ omnium
imagines obscuræ existunt extra totius uniuersitatem. MERCAT. Vbi au-
tem existunt? SOC. Nusquam. Nam si alicubi essent, non essent. MERCA. G
Non uideo ista quæ tu dicis paradigmata. SOC. Meritò. cæcus est enim tibi
animæ oculus, ego uerò omnium uideo imagines, & te latentem, & me alium.
in summa, duplicia uideo omnia. MERCA. Ergo emendus es, sapiens cum
sis, & acutè cernas. Age scire uolo quid tu à me exigas pro ipso. MERCV.
Da duo talẽta. MERCA. Emi ita ut dixisti, pecuniam uerò in posterũ nume-
rabo. MERCV. Quod igitur tibi nomẽ est? MERCA. Dion Syracusius.
*Epicuri.* MERCV. Age, quod felix faustumq; sit, recipe eum. Te iam uoco Epicure.
Quis emet hunc? Est enim illius risoris discipulus, necnon illius qui ebrius est,
quos haud multò antè proclamauimus: unius autem cuiusdam rei cognitione H
illos uincit. multo magis enim impius est quàm illi. Quod uerò ad cætera at-
tinet, suauis & gulæ amans est. MERCA. Quo precio uẽditur? MERCV.
Duabus minis. MERCAT. Accipe: uerùm ut hoc quoq; sciam, quibus de-
lectatur eduliis? MERCV. Dulcia edit & mellita, maximè uerò ficus. MER-
CAT. Bene se res habet. emam enim illi totas massas carycarum. IVP. Alium
*Stoici.* accerse, illum corpore hirsuto, uultu seuero, ex Stoa. MERCV. Rectè dicis.
uidetur enim magna ipsum multitudo quæ ad forũ accurrit, expectare. Ipsam
uirtutẽ uendo, uitam perfectissimã. Quis cupit omnia scire solus? MERCA.
Quid tu dicis? MERCV. Quia solus ille sapiens est, solus bonus, solus iustus, I
fortis, rex, rhetor, diues, legislator, & quæcunq; alia sunt his similia. MERCA.
Num, ô bone, & coquus solus est, & per Iouem coriarius, & faber, & his simi-
lia? MERCV. Sic uidetur. MERCA. Accede ô bone, & dic mihi tuo em-
ptori, qualisnã sis: ante omnia autem, num tibi doleat quòd uenderis & seruis.
CHRYS. Nequaquã, neq; enim in nobis hæc sunt. quæcunq; uerò in nobis
non sunt, ista indifferentia esse solent. MERCAT. Non intelligo quid di-
*προηγμένα & ἀποπροηγμένα Cicero producta & præcipua uertit. uide 3. de finibus bonorum.*
cas. CHRY. Quid ais? nõ intelligis quòd horum quædam sunt prælata, quæ-
dam uerò rursus non prælata? MERCAT. Ne nunc quidẽ intelligo. CHR.
Meritò quidem. neque enim assuetus es nostris nominibus, neque imaginatio- K
nem habes quæ facilè apprehendat: uerùm studiosus Dialecticæ contemplatio-
nis, non hæc tantùm nouit, uerùm etiam qualiter & quantũ accidens & præ-
ter accidens inter se differant. MERCAT. Per Philosophiam quæso, ne in-
uideas explicare quidnam accidens sit, & præter accidẽs. nescio enim quomo-
do perculsus sim præ numero uocum istarum. CHRYS. Citra inuidiam di-
xero. Siquis claudus existat; illiusq; pede quo claudicat, ad lapidẽ, ex inopina-
to uulnus acceperit; is certè accidens habet claudicationem, uulnus autẽ præ-
ter accidens accepit. MERCAT. O argutiam! præterea uerò quidnam scire
te potissimũ profiteris? CHRYS. Retia sermonum, quibus capio & obstrin-

go

A go,denique tacere cogo,eos qui contra me diſputant,planè frenum quoddam illis imponẽs. iſti uerò tãtæ orationis ui nomen eſt Syllogiſmus celeberrimus. *Syllogiſmus.*
MERCAT.Hercle fortem quendam & inexpugnabilem ſyllogiſmum refers.CHRY. Vide ergo, éſt ne tibi puer?MERCAT. Quid ni? CHRY. Quid ſi hunc ad flumen forte ambulantem Crocodilus rapiat, poſtea uerò ſe redditurũ polliceatur hac lege, ut illi uerum dicas quídnã de puero reddendo apud ſe decreuerit: quid tu dicis ipſum in animo conſtituiſſe? MERCAT. Quæſtionem rogas ad quam difficile admodum eſt reſpondere. dubito enim utrum dicere debeam quò puerum recipiam. Sed per Iouem quæſo te,reſpon-
B de tu,& puerum mihi ſerua incolumẽ,ne præuortat, ipſumq; deuoret. CHR. Bono es animo. etenim & alia quædam docebo te, quæ plus admirationis habent.MERCAT.Quæ'nam ſunt iſta?CHR.Iſtum inquam colligentẽ ſermones,tum quoque illum dominantem, præterea illam quæ ſupra omnes eſt, Electram,tãdem opertum illum ſermonem.MERCAT.Quis ille opertus ſermo,aut quæ illa tandem Electra eſt,de quibus dicis?CHR. Electram illam dico Agamemnonis ualde celebrem, quæ quidem eandem rem ſimul norat,& non norat. Aſtante enim illi Oreſte adhuc incognito, nouit quidem Oreſtem ſuum eſſe fratrẽ: quòd uerò ille Oreſtes eſt,ignorat. Rurſus uerò opertum il-
C lum adeoq; omnino mirabilem audies ſermonẽ.Reſponde mihi: noſtin' tuum patrẽ?MERCAT.Maximè. CHR. Quid igitur, ſi prope te ſtatuerem aliquem coopertum,atq; interrogarem, Noſtin' hunc?quid diceres? MERCA. Scilicet me non noſſe diceré. CHR.Sed ille ipſe pater erat tuus.Itaq; ſi iſtum non noſti,palàm eſt te patrem tuum nõ nouiſſe.MERCAT.Nequaquam, uerùm ego detracto uelo num uerum ſit explorabo. Sed quiſnam tuæ ſapientiæ finis eſt ? aut quid tandem facturus es, ſi ad uirtutis ſummum perueneris? CHR.In his quæ in natura prima ſunt,uerſabor.Dico autem diuitias, ſanitatem,& his ſimilia.Primùm autem oportet multos labores impendere.libris e-
D nim exiguis literis deſcriptis incũbere oportet, & interpretationes congerere, & Solœciſmis & abſurdis uocibus impleri.In ſumma, nequaquã decet ſapientem fieri prius quàm ter ex ordine helleborum bibas.MERCAT.Egregia ſunt iſtà tua, & forti uiro digna: Verùm auarum fœneratorem eſſe (iſta enim tibi ineſſe uideo) num illa dicemus eſſe uiri qui helleborum biberit, & iam ad uirtutem idoneus ſit?CHR.Certè.ſolùm enim ſapientem fœnus exercere decet. Quandoquidem enim illius proprium eſt ſyllogiſmis concludere: uſuras autem colligere,& fœnus computare, atque ſyllogiſmis colligere, parum differre uidentur : quemadmodum hoc ſoli ſtudioſo competit, ita quoque illud:
E nec decet illum fœnus ſimpliciter,quemadmodum alii ſolent,accipere,uerùm etiam alterius quoque fœnoris fœnus.Niſi fortè ignoras,fœnus aliud eſſe primum,aliud ſecundum, uelut quandam illius progeniem. Vides autem & ſyllogiſmum quendam uulgò iactari, Si primum fœnus acceperit, accipiat etiam ſecundum.Verùm accepit primùm,igitur & ſecundum accipiet. MERCA. Num ergo & de mercede quam tu à iuuenibus quos inſtituis, capere ſoles,ſimilia dicẽda ſunt, quippe cum manifeſtum ſit ſolos ſtudioſos mercedem à uirtute accepturos eſſe? CHR.Diſcis. certè non mea cauſa accipio, uerùm illius gratia qui dat.Nam cum alius ſit effuſor,alius uerò comprehenſor:me quidem ipſum cõprehenſor ut ſim præparo,diſcipulũ uerò ut fiat effuſor.MERCA.

Atqui contrarium dicis,iuuenem eſſe comprehenſorem, te uerò qui ſolus di- F
ues es,effuſorem. CHRYS. Heus tu,ſcommate me perſtringis?ſed uide tu ne
te petam ſyllogiſmo ineuitabili. MERCAT. Quid uerò mali ex hoc telo
accidet?CHRYS. Dubitatio & ſilẽtium, præterea mentis & intellectus ſub-
uerſio: & quod omnium eſt maximum, ſi uoluero,in lapidem te conuertam.
MERCAT. Quomodo lapidem feceris?neque enim Perſeus,ô bone, mihi
eſſe uideris. CHRY. Hoc modo. Lapis eſt corpus. MERCA. Certè. CHR.
Quid uerò?Nónne & animal corpus eſt?MERCA. Imò maximè. CHRY.
Tu uerò animal es. MERCA. Sic uidetur. CHR. Lapis igitur es,cum cor-
pus ſis. MERCAT. Nequaquam. ſed per Iouem ſolue me, & de nodo ho- G
minem me fac. CHRY. Non eſt difficile factu. igitur rurſus ſis homo. dic ue-
rò mihi,Nónne omne corpus animal eſt?MERCAT. Non. CHRY. An
uerò lapis animal eſt? MERCAT. Non. CHRY. Tu uerò corpús ne es?
MERCAT. Maximè. CHRYS. Corpus autem cũ ſis,animálne es?MERCA.
Euge effeciſti, ut iam mea crura non aliter atque Niobes refrigerata & ſaxea
facta ſint. uerùm coëmam te. Quantum pro ipſo numerabo?MERCV. Duo-
decim minas. MERCA. Accipe. MERCV. Solús ne ipſum emiſti?MERCA.
Non per Iouem, uerùm illi omnes quos uides. MERCV. Certè multi ſunt,
*Id eſt, digni q colligant manipulos, aut opus in agris faciant. alluſione facta ad ſignificationẽ propriam τῦ θερίζειν. Peripatetici.* & fortes habentes humeros,& *digni ſermone colligante. IVP. Quid mora- H
ris?alium aduoca. MERCV. Peripateticum accerſo, te inquã honeſtum & di-
uitem. Age, te quidem aptiſſimum qui uendaris, quippe qui omnia ſolus no-
ris. MERCA. Qualiſnam ille eſt?MERCV. Modeſtus,æquus,uita bene com-
poſita:&, quod maximum eſt, duplex exiſtit. MERCAT. Quomodo dicis?
MERCV. Alius quidem foris apparet,quàm intus eſſe uidetur. Itaq; ſi ipſum
emes,meméto ut hunc internũ,illum uerò externũ appelles. MERCA. Quid
uerò potiſſimũ nouit?MERCV. Nouit triplicia eſſe bona:animæ ſcilicet,cor-
poris,& rerum externarum. MERCAT. Humana ſapit. quãti uerò uenditur?
MERCV. Viginti minis. MERCAT. Pluris certè. MERCV. Nequaquam I
equidem:& ipſe pecuniam habere uidetur. Itaque non eſt quòd in illo emen-
do poſſis eſſe celerior quàm deceat: præterea non ita multò pòſt diſces ab eo
quandiu uiuat culex, & quàm profundè ſol radios immittat in mare: denique
qualem animã habeant oſtrea. MERCA. O Hercules quãta argutia! MER-
CVR. Quid ſi audias alia multa his acutiora,de ſemine uidelicet & generatio-
ne,deq; embryonis formatione in utero, & quomodo homo riſibilis ſit,aſinus
uerò animal quod neq; ridere neque ædificare neque nauigare poſſit? MER-
CAT. Planè admirãda ſunt ea quæ narras,& ualde utilia dogmata. Itaq; emam
*Sceptici.* ipſum uiginti minis. MERCV. Quis adhuc reliquus eſt? Scepticus ille. Heus K
tu Pyrrhia accede, illico proclamandus es. iam enim multi abeũt & diffluunt,
atque in paucis erit uenditio. Verũtamen quis emet illum? MERCAT. Ego.
Sed primũ dic mihi,quid noſti?PHILOSOPHVS. Nihil. MERCA. Quid
ita?PHIL. Quia omnino nihil mihi uidetur exiſtere. MERCAT. Igitur neq;
nos aliqui ſumus. PHIL. Nec hoc quidẽ ſcio. MERCA. Neq; tu aliquis exi-
ſtis. PHIL. Hoc ego multo magis ignoro. MERCA. O ignorantiã uerũ quid
ſibi uolunt hæ ſtateræ?PHIL. Sermones in illis trutinor,& ad æqualitatẽ redi-
go:poſtquam autem illos planè ſimiles,& æquale pondus habere cognouero,
tunc ignoro quis horum uerior ſit. MERCA. In aliis autẽ rebus quid potiſſi-
mùm

A mùm facere ſoles? PHILO. Omnia facio, præterquam quòd fugitiuos non perſequor. MERCAT. Quid? An'ne hoc tibi impoſſibile eſt? PHILO. Quia ô bone non comprehendo. MERCAT. Iure. tardus enim & piger eſſe uideris. Verùm quis tuæ ſapientiæ finis eſt? PHILO. Ignorantia, & nihil neque audire, neq; uidere. MERCAT. Num ergo & ſurdus ſimul & cæcus es? PHIL. Imò ſenſu etiam & iudicio careo. breuiter nihil à uerme differo. MERCAT. Propterea emendus es. Quantillũ æſtimas? MERCV. Attica mina. MERCA. Accipe. Heus tu quid ais? ego te emi. PHIL. Non eſt certum. MERCAT. Nequaquam. emi enim, & pecuniam numeraui. PHIL. De eo nunc cogito, atque
B iſtud conſidero. MERCAT. Atqui ſequere me, quemadmodum ſeruum decet. PHIL. Quis nouit num uera ſint quæ dicis? MERCAT. Præco, & Attica mina, & illi qui adfuerunt. PHIL. An aliqui etiam nobiſcum ſunt? MERCAT. At ego te iam coniiciens in piſtrinum, perſuadebo tibi ſecundum peiorẽ cauſam, me tuum eſſe herũ. PHIL. Ea de re nunc mecum delibero. MERCAT. Sed per Iouem iam pronunciaui, & ſententiam tuli. MERCV. Tu quidem deſine te huic opponere, atque ſequere eum, quandoquidem te emit. Vos autem cras aduocabimus, proclamaturi idiotas & fabriles atque uiles uitas.

*Alludit ad λόγους ἴσους & κρείττους, quos uocant.*

## PISCATOR. SEV REVIVISCENTES,

C

### Bilibaldo Birckheimero interprete.

#### ARGVMENTVM.

*Hic Dialogus quaſi quædam apologia ſuperioris eſt, quantum ad Luciani perſonam attinet. Exponit enim ille cauſam hic, cur toties in philoſophos inuehatur: nempe quòd plerique ſimulato nomine pro ueris falſos ſe gerant, quæſtumque magis quàm uirtutem ſectentur. Series argumenti ita ſe habet. Finguntur Philoſophi illi uetuſtiores, Pythagoras, Socrates, Plato, Ariſtoteles, Chryſippus, Diogenes, atque alij, ad ulciſcendum Lucianum, cum propter alia conuicia, tum quòd proximo Dialogo uenales eos propoſuerat, idq; etiã uiliſſimo precio, ab inferis redire, ac reuiuiſcere, commeatu in unum diem impetrato. Qui cum illum ſaxis perſecuti, in fugam conuerſum cepiſſent, occidere primùm ſtatuerunt. Ille uerò prouocando ad ipſam Philoſophiam, ebque*
D *obtento ut cauſſam ſibi dicere liceret, poſtquam à Diogene, utpote Cynico, & cæteris liberiore, communi omnium nomine accuſatus eſſet, tanquam qui contumelioſiſſimè omnes Philoſophiæ cultores, uiros de tota uirtute & rebus mortalium optimè meritos, proſcidiſſet, ita ſeſe defendit, ut diceret ſe minimè negare obiecta, ſed conſilio & ratione adductum, & hæc, & plura etiam his feciſſe: non quidem in ueros philoſophos, ſed in eos qui nomine tantùm illo ſeſe iactarent, cum interim non modò Philoſophiam ueram ignorarent, ſed planè diuerſa etiam à præceptis & regulis illius factitarent. Proinde ſe non modò ſupplicio nullo dignum eſſe, ſed contrà etiam præmijs tanquam ueræ Philoſophiæ amatorem atque aſſertorem donari debere. Hoc iudicio peracto, cum ille non ſolùm ab accuſatione liberatus, uerumetiam in ſocietatem eorum à quibus antè accuſabatur, aſcitus fuiſſet, à Philoſophia deinceps & falſi illi philoſophiæ ſimulatores citantur, ut ſuæ profeſſionis cauſſam redderent. Qui cum iudicium hoc omnes ferme declinaſſent, mittitur Lucianus una cum Elencho, ut illos inquirant, ac bonos quidem honoribus afficiant, malos autem adempto habitu ſtigmate inurant.*
E *ſed prius quàm id fieret, Lucianus ſeu Parrhiſiades (ita enim ſeſe apud Philoſophiam appellat) puta quò tam re ipſa comprobaret, quod uerbis antea dixerat, accepto hamo, eoque, auro, carycis & placentis abſcondito, quaſi piſcator aliquis, allectos & attractos ſimulatores iſtos capit, captos autem de communi reliquorum conſenſu de ſaxo præcipites mittit. Habet autem Dialogus hic duos titulos, quorum alter ab ijs quæ à principio geruntur, nomen accepit, alter ab exitu ſeu cataſtrophe ſumptus eſt: ſimillimusq;, quod ad argumentum & eius tractationem attinet, alicui ueteris Comœdiæ fabulæ eſt.*

### SOCRATES.

INiice iniice lapides crebros execrãdũ in hunc: proiice glebas, adiice teſtas, percute fuſtibus calũniatorẽ: uideſis effugiat: & tu Plato iacta, & tu Chryſippe, tu quoq; : agite omnes pariter in illũ obarmemur,

Pera ut reddat opem peræ,baculusq; bacillo. F
Siquidem communis est hostis,nec quispiam è nobis existit quem non iniuria affecerit. Tu uerò ô Diogenes,si unquã aliàs,præcipuè nũc baculo utere. non desinas. dignas cõuiciator pœnas luat. Quid hoc rei est? nũquid, Aristippe, defessi estis? atqui minimè oportebat.

Este cati,atque acris nemo nunc immemor iræ.

Aristoteles,accelera,quin propius accede. Bene habet,capta est fera. deprehensusne es scelerate? Porrò cõfestim intelliges quósnam uiros maledictis tuis lacessieris. Verùm qualénam fatum ipsum manebit? siquidem uarium quoddam mortis excogitabimus genus, crudelitate cuius omnes exatiari ualeamus. etenim æquum est septies eum singulis nobis morte pœnas expendere. PLATO. Mihi quidem per Iouem,erutis oculis,abscissaq; lingua,cruci suffigendus uidetur, prius tamẽ flagris cæsus. Tibi uerò Empedocles quid? EMPEDOCLES. In Aetnæ cratêras præcipitandus,ut meliores conuiciis incessendos haud esse addiscat. PLAT. Quinimo optimũ esset, si Pẽthei uel Orphei instar inter petras dilaniatus inueniretur, ita ut particulam unusquisque digrediens secũ auferre posset. LVCIANVS. Minimè,uerùm mihi parcatis obsecro. SOCRATES. Arctius adstringe. Amplius non dimittêris. num quid Homerus dicat,uides:

Non est tuta fides hominum generi atq; leonum? H

LVCIA. Atqui & ego quoq; per Homerum uos oro. forsitan enim illius reueremini carmina,meq; uersus connectentem haud spernetis.

Me uiuum capite,haud hominem prauum. hæc quoque dona
Suscipite,æs,aurum,quæ curant & sapientes.

PLATO. Verùm neq; nobis aduersum te Homerica deerit respõsio. audi igitur:

Nec mihi mente fugam tu persuadere ualebis,
Postquam te teneo,licet aurea uerba loquaris.

LVCIA. Hei malorum. siquidem spes maxima Homerus nos frustratur. ad Euripidem igitur mihi confugiendum erit. siquidem ille me forsitan saluabit, I

Ne supplicem interficite,haud fas occidere est.

PLATO. Atqui nunquid & hæc sunt Euripidis,

Scelesta qui patrarunt, mala decet pati?

LVCIA. Igitur iuxta uerba hæc me interficietis? PLATO. Rectè per Iouem. inquit enim ille idem:

Effrenioris & exlegis dementiæ extremum infœlicitas occupat.

LVCIA. Proinde quoniã omnino me interficere decreuistis, nullumq; mihi restat effugium, agite saltem hoc mihi indicate, quínam estis, quæue tã intoleranda à nobis perpessi sitis,ut tam intoleranter irascamini, ac me mortis K causa ceperitis. PLATO. Quibus nos affeceris contumeliis, à teipso scelératissime perquire, belluliſque illis tuis sermonibus, in quibus Philosophiam ipsam conuiciis lacessiuisti,ergaq; nos iniurius fuisti,cum tanquam ex conciliabulis uiros sapientes præconio diuulgares,& quod maximum est,liberos: quapropter indignatione moti,propter te emersimus,ac tãtisper inferos dereliquimus,Chrysippus iste,ac Epicurus, ego quoq; Plato, & Aristoteles ille, silénsque hic Pythagoras, nectnon Diogenes,omnes denique quos sermonibus tuis infamasti. LVCIA. Respiraui. siquidem non me interficietis,si intellexeritis qualisnam ego erga uos extiterim. quapropter lapides abiicite: quin potius

reseruate:

A reſeruate: nam contra meritos uſui erunt. PLATO. Nugaris. te etenim hodie perire neceſſe eſt: iamq; adeò, ob perpetrata ſcelera, lapideum induas amictum. LVCIA. Atqui uiri optimi, quem ſolum ex omnibus laudare oportebat, familiarem ueſtrum, beneuolum, & conuenientem, quin (ſi proloqui moleſtum non eſt) ſtudiorum ueſtrorum procuratorem, ut intelligatis, interficietis, ſi me occideritis, qui tot propter uos labores exãtlaui. Videte igitur ne inſtar philoſophorum qui nunc ſunt, agatis, ut ingrati, iracundi, ac perfidi erga uirum beneficum uideamini. PLATO. Proh impudentiam! nunquid tibi ob conuicia gratias debemus? Verè hic cũ mancipiis ſibi rem eſſe exiſtimat, quan-
B doquidem ob tantas iniurias, uerborúmque debacchationem, beneficia nobis enumerare conatur. LVCIA. Vbínam ego, uel quando uos iniuria affeci, qui ſemper Philoſophiam ſum admiratus, ac uoſipſos ſummis extuli laudibus, cum ſermonibus quoque à uobis derelictis aſſiduè conuerſatus? Quin & hæc ipſa quæ proloquor, unde quàm à uobis accepi, ac inſtar apiculæ decerpẽs, hominibus oſtendo? at illi laudant, ac uniuſcuiuſq; florem, unde, à quo, & quemadmodum collegerim, cognoſcunt, mêque oratione quidẽ ob florigeram hãc meſſem commendant: ſed uerius uoſipſos, ac prata ueſtra amœniſſima, qui tam uaria & uerſicoloria produxiſtis, extollunt: quæ ſi quis rectè ſecernere, con-
C nectere, ac concinnare nouerit, ita ut minimè alterum ab altero diſcrepet, nunquid cum tam egregiè quis à uobis affectus fuerit, obloqui conabitur uiris benefactoribus, quorum gratia exiſtimationis alicuius eſſe reputatur? ni eiuſdẽ ſit naturæ, cuius & Thamyris uel Eurytus, ita ut uel Muſas, à quibus canẽdi normam acceperit, canendo, uel Apollinem iaculationis præceptorem iaculando prouocare audeat. PLAT. Verùm generoſe, hæc omnia Rhetorum more, ac maximè rebus cõtraria protuliſti. ſiquidem proteruiorem tuam oſtendunt audaciam, manifeſtámque præ ſe ferunt iniuſtitiã ac ingratitudinem, ſi cum à nobis (ut ipſe fateris) iacula acceperis, ea contra nos iaculatus es, hunc unum ſco-
D pum obſeruans, ut nos omnes conuiciis laceſſas. talem ſiquidem à te conſequimur gratiam, quoniam prata illa florida tibi reſerauimus, nec ut ne decerperes, ſinuq; repleto diſcederes, inhibuimus. ideo maximè ob hanc noxã mori dignus es. LVC. Videte, iræ aures præbetis, & quæ iuſta ſunt, minimè conſideratis: ego uerò me nunquam in Platonis, uel Chryſippi, ſeu Ariſtotelis, aut reliquorũ ueſtri ordinis iram incidere poſſe exiſtimaſſem: ſed longè ab illis mihi diſtare uidemini. Verùm ô admirandi, ne indemnatũ, cauſaq; nõ cognita me interficiatis: quamuis & id uos deceat, ne uehementia ac manifeſta uiolentia graſſari uideamini, iure ſcilicet controuerſias diſſoluere, rationes dantes pariter & acci-
E pientes: iudicem eligere: mêque uel unà omnes accuſare, aut qui omnium uice id agat, eligere. Ego uerò obiectis reſpondere ſum paratus, & ſi aliqua in re iniurius eſſe conuictus fuero, ac ita de me ſtatuerit iudicium: merita expendã ſupplicia, uóſque uiolentum nil perpetrabitis. Si uerò crimina diluere uidebor, ac inſons & ab omni culpa alienus eſſe inueniar: me iudices dimittẽt, uos uerò in eos qui uos deceperunt, ac cõtra nos inſtigarunt, iram conuertetis. PLAT. Hoc illud eſt, æquũ in campum, ut iudices eludere queas, educere conaris. ſiquidem te Rhetorem & cauſidicum uehemẽtem, in orationibuſq; admodum callidum eſſe dicunt. Proinde quẽmnam iudicem fieri cupis? quem muneribus, ut pro te ſententiam ferat (qualia iniuſta multa perpetrare cõſueuiſtis) corrumpere haud

ualeas. LVCIA. Cõfidite. huius enim rei gratia nullum arbitrum ſuſpectũ, uel F
ancipitem, ſeu qui pro me iniuſtè calculũ ferat, mihi euenire deſidero. & ut certius id cognoſcere poſſitis, ego Philoſophiã ipſam unà uobiſcum iudicẽ eligo. PLAT. At quiſnam accuſabit, ſi nos iudicauerimus? LVCIA. Voſmetipſi accuſate, & iudicate. neq; enim illud timeo, quoniã tam iuſta antecello cauſa, tãq; luculenter & abunde me reſponſurum confido. PLAT. Quid faciemus ô Pythagora & Socrates? nam uir iſte quoniam iudicio experiri dignũ ducit, haud abſurdè prouocare uidetur. SOCRATES. Quid uerò aliud, quàm ut ad iudiciũ pergamus, aſſumptaq; Philoſophia, quidnã reſponſurus ſit audiamus? nam abſque cognitione quid conari, non ad nos, ſed potius ad uiros quoſdã iracun- G
dos, & qui iuſtitiam in manibus ſitam cõtinent, ſpectare uidetur. præbebimus enim occaſionem obloqui uolentibus, ſi uirũ lapidabimus, nec pro ſe reſpondere permittemus, & hæc noſmetipſi iuſtitiæ uale dicẽtes. Proinde quid Anyto & Melito accuſatoribus meis, uel qui me tum damnarũt iudicibus, reſpon-

*Oratores ad aquæ menſuram perorabant.*

debo, ſi hic inauditus occubuerit, & aquæ omnino compos non fuerit? PLAT. Rectè ô Socrates admones. ad Philoſophiam igitur pergamus: & illa quidem diiudicet: nos uerò quicquid ſtatuerit, amplectemur. LVCIA. Euge uiri ſapientiſſimi, meliora hæc & iuſtiora: lapides uerò, ut dicebam, ſeruate. ſiquidem paulò pòſt in iudicio indigebitis. Verùm ubínam Philoſophiam quis inueniet? ubi H
enim habitet, non noui, quamuis longo circumerrauerim tempore, domum, ut eam conuenire poſſem, quærens: inde in quoſdã uilibus amictos ueſtibus, barbaſq; promiſſas geſtantes incidi, qui cum ad eandem ſe pergere aſſererent, eos ſcire exiſtimans, interrogaui. at illi, quoniam me longè plus ignari eſſent, ne de ignorantia redargui poſſent, uel omnino nil reſpõdebant, uel ianuam aliã pro alia oſtendebãt: ego uerò in hunc uſque diem domũ reperire haud quiui. Sæpius uerò ipſe ſuſpicans, uel ductore quopiã, ad quaſdam ianuas perueni, certiſſimè tum inueniſſe ſperans, à multitudine ingredientiũ & egredientiũ conIecturam ſumens, qui omnes ſeueritatẽ quandam præ ſe ferebant, forma erant I
decora, uultu uerò meditabundi: hoſce inſecutus, & ipſe quoque ſum ingreſſus. ibi uiraginem conſpexi quandam, non incurioſe, ſordidè uel inconcinnè excultam: uerùm quamprimum deprehendi eam dependulos cincinnos minimè ornando negligere, ueſtitúſque cultum ſtudioſe affectare. & quamuis tam exquiſitis munditiis ornata eſſet, cultum tamen decoris gratia diſſimulare nitebatur. apparebat & fucus quidam, lenociniúmque, & uerba perquam meretricia. ab amatoribus uerò laudata, admodum gaudebat, & ſi quis aliquid dediſſet, auidè ſuſcipiebat: opulentiores quoque iuxta ſe locabat, amatores autem inopes nec aſpicere dignabatur. Sæpius quoque cum ſe caſu denudaſſet, K
torques aureas anguillis craſſiores conſpiciebam. Hæc cum uidiſſem, confeſtim ad pedes ſum conuerſus, oppidoquam miſeratione commotus ob infelices illos non naribus ſed barbis ad illam pertractos, ac Ixionis inſtar pro Iunone idolo congredientes. PLATO. Hæc quidem rectè dixiſti. nõ enim manifeſtum nec cunctis notum eſt oſtium. atque haud neceſſe erit ad illius accede-

*Ceramicus locus Athenis, ubi qui in bello ceciderant, ſepeliebantur.*

re domũ. hic enim in Ceramico ipſam opperiemur. illa uerò iam aderit, ex Academia reuertens, ut etiam in Pœcilo obambulet. id enim quotidie facere conſueuit. quin potius iam præſtò eſt. Vidésne ex effigie decorẽ, manſuetudinem ex aſpectu, ipſam uerò cogitabundam placidè incedere? LVC. Multas effigie,

inceſſu,

A inceſſu & ueſtitu ſimiles uideo: atqui inter has omnes ſolùm una uera eſt Philoſophia. PLAT. Rectè loqueris. uerùm quæ'nam ſit, cum ſolùm loqui cœperit, oſtendet. PHILOSOPHIA. Papæ! cur Plato, Chryſippus quoque, & Ariſtoteles, necnon reliqui omnes, ipſa mea diſciplinarum capita, apud ſuperos? Cur rurſus in uitã? Ecquis uos ex inferis læſit? Iracũdis ſimiles eſtis. Quisnam hic exiſtit, quem comprehenſum ducitis? nunquid fur eſt, ſeu homicida, uel ſacrilegus? PLATO. Ita per Iouem ô Philoſophia, & omnium ſacrilegorum inquinatiſſimus, qui te ſanctiſſimã maledictis inceſſere conatus eſt, pariterque nos omnes, quotquot abs te quippiam didicimus, ac poſteris utẽdum
B dereliquimus. PHILO. Itaq; maledicente quopiam indignamini, cum ſciatis quæ'nam ego à Comœdia in Dionyſiis audire ſoleo? attamẽ ipſam amicam eſſe duco, neque in ius uoco, ſeu accedens incuſo, uerùm conuenientia & feſto congruentia ludere permitto. Noui enim quòd nil ob ſcommata redditur deterius, ſed econtra quodcunque bonum exiſtit, tanquam aurum cum erutum inciditur, clarius relucet, fitq; ſplendidius. At uos neſcio quemadmodum iracundia ac indignatione accenſi eſtis. proinde cur eum ſtrangulatis? PLAT. Vnum hunc poſtulantes diem, contra illum emerſimus, ut ob commiſſa malefacta dignas perſoluat pœnas. Fama etenim cognouimus qualia contra nos in
C uulgus ſparſerit. PHIL. Igitur eum indemnatum ac inauditũ interficietis? Atqui dicere quid uelle uidetur. PLAT. Minimè: uerùm negociũ omne tibi committemus, ut cognita cauſſa, quicquid uiſum fuerit, ſtatuas. PHIL. Quid tu ais? LVCIA. Hoc idem ô hera Philoſophia, quandoquidem ſola ueritatem inuenire potis es. uix enim multis obtinui precibus, ut tibi cauſſa delegaretur. PLAT. Nunc ô execrãde ipſam dominam appellas, paulo antè uerò rem eſſe turpiſſimam philoſophiam aſſerebas, cum in tanto theatro etiam pro duobus obolis unumquemq; ſingulatim uenalem proponeres. meminiſtine ſermonũ? PHIL. Atqui uidete ne non philoſophiam iſte, uerùm præſtigiatores uiros ſub ueſtri
D nominis obtentu multa ac fœda committentes, maledictis inſectatus ſit. LVC. Quamprimum cognoſces, ſi ſaltem reſpondentem audire uelis. tantummodo ad Arium abeamus pagum, ſeu potius in arcem ipſam, ut tanquam ex ſpecula, cuncta pariter quæ in urbe ſunt, manifeſtè pateant. PHILO. At uos ô amicæ in Pœcilo tantiſper deambuletis porticu. adero etenim quum primùm diiudicatum fuerit. LVC. Quæ'nam ô Philoſophia hæ ſunt? nã & ipſæ admodum ornatæ eſſe uidẽtur. PHILO. Virilis hæc Virtus ipſa, illa uerò Modeſtia, penes quam Iuſtitia: at anteſignana Diſciplina: dubio uerò colore, & uix apparens illa, Veritas eſt. LVC. Nõ uideo. quámnam dicis? PHIL. Nonne inornatam il-
E lam cernis, nudam inquam, ſubterfugientem ſemper ac ſubterlabentẽ? LVC. Vix nunc tandem cerno. uerùm cur non & has ducis, ut penitus repleatur cõfeſſus? ſiquidem Veritatem & Patrocinium ad iudicium pariter aſcẽdere uolo. PHIL. Rectè per Iouẽ. ſequimini igitur & uos. non enim difficile erit unicum iudicare iudicium, præcipuè cum de noſtris agetur. VERITAS. Abite uos. nil enim mea refert ea audire, quæ quidem qualia ſint noui. LVC. Verùm ô Veritas, ut iudicio adſis, ac ſingula diligenter exquiras, maximè noſtra intereſt. PHIL. Nunquid famulitium hoc mihi admodum beneuolũ deducam? LVC. Valde quidem, & quemcunq; uolueris. PHIL. Sequimini ô Ingenuitas, Loquẽdiq; libertas, ut miſerũ hunc homuncionem amatorem noſtrum, ac nullo præ-

*à uarietate picturarum pœcilus dictus porticus. nam ibi bella uaria quæ Athenienſes aduerſus hoſtes geſſerant, depicta erant. meminit Pauſanias.*

*Locus Athenis ubi Oreſtes cauſam dixit, & ubi quæ ad remp. ſpectabant, ſeuerißimè adminiſtrabantur.*

textu iusto periclitantem,saluare possimus.at tu Elenche illic remane.LVCIA. F
Minime ô hera, quin ille quoq; ueniat,& si quis alius.haud enim cum fortuitis necesse est me depugnare feris,uerùm cum arrogãtibus difficillimæq; redargutionis hominibus,& qui semper effugia quædã inueniant, ita ut necessarius sit Elenchus. PHIL.Igitur admodum necessarius. melius uerô si & Demonstrationem tecum assumas. VER.Sequimini omnes,quandoquidem ad iudicium necessarii uidemini. ARIST. Cernísne ô Philosophia, quemadmodum propter nos Veritati subblanditur?PHILO.Nũquid ô Plato, Chrysippe,& Aristoteles, ueremini ne sui causſa,cum Veritas sit,mentiatur? PLATO. Non hoc:sed admodũ callidus est, & blandiculus,ita ut illi persuadere posset.PHIL. G
Confidite. nil iniqui, cum Iustitia hæc adsit,fieri poterit. Abeamus igitur. Ve-
*Audax locutor ueridici glorioſi redargutoris filius.* rùm dic mihi tu,quod tibi nomen est? LVCI. Mihi? Parrhisiades Alethionis Elenxiclei. PHIL. Patria uerò quænam? LVCI.Syria,ô Philosophia,iuxta Euphratem.Sed quid hoc est? noui enim quosdam ex his meis aduersariis,non minus quàm ego sum, barbaros genere, moribus uerò & disciplina non Solenses uel Cyprios,seu Babylonios,aut Stagiritas. Siquidem quantũ ad te pertinet,nil refert siquis uoce sit barbarus, dummodo iustè ac rectè sentire uideatur.PHILO. Benè dicis.Verùm & hoc quæro,quámnam artem nosti?quoniam & id scire decet. LVCIA. Arrogantiæ sum osor, & uersutiæ osor, & H
mendacii osor, & insolentiæ osor, omnésque eiusmodi coinquinatorum hominum odi species.sunt enim,ut nosti, perquam multæ. PHILO. Hercules, odii plenam exerces artem. LVCIA. Rectè dicis.cernis etenim quibúsnam odio sim,& quemadmodum propter eam periclitor. Verùm & cõtrariam admodũ probè noui artem,eam inquam,quæ ab amare exordiũ sumit.sum enim ueritatis amator, & honesti amator,& synceritatis amator,ac omnium quæ ad amare spectare uidẽtur.Verùm pauci admodum hac arte sunt digni: qui uerò ex aduerso sunt cõstituti,ac odio magis familiares, infiniti. Periclitor igitur illam quidem ob segnitiẽ iam dediscere, hanc uerò etiam nimium callere.PHIL. I
Atqui haud oportebat. eiusdem enim ferunt esse & illa & ista, ita ut indiuisibilis sit ars.unica etenim est,quanuis binæ esse uideãtur.LVCIA.Melius tu hæc ô Philosophia nosti:meum uerò ita se habet,ut prauos odio habere,bonos autem laudare & amare consueuerim. PHILO. Age, quò oportebat, iam deuenimus. hic in Mineruæ iudicabimus uestibulo. Heus sacerdos,dispone sedilia: nos interim deam adorabimus.LVCIA.Obsecro Pallas,contra arrogantes mihi auxilium ferto,ac recordare quanta ipsorum periuria quotidie audis. sola enim tanquam speculatrix quæ perpetrant uides. nunc tempus illos ulciscendi adest.si uerò me uictum cernes,nigrósque superare, tuum adiice calcu- K
lum,méque saluato. PHILOS. Agite iam consedimus, uestras parati audire querelas : uos uerò ex omnibus quempiã eligatis, qui egregiè accusare ac redarguere nouerit,quandoquidem impossibile est uos omnes pariter loqui.Tu autẽ Parrhisiades dehinc respondebis.REVIVISCENTES.Quis igitur è nobis,ut potissimùm hanc agat causam, idoneus erit?Tua ô Plato excellens prudentia est admiranda, eloquentia uerò redundãs,& Attico lepore referta, flexanima & uenusta: cognitio autẽ ac diligentia, necnon tempestiua demonstrationũ inductio,hæc omnia copiosè tibi adsunt:quapropter accusationẽ susscipe,& pro cunctis, quæ digna sunt,eloquere,ac omniũ illorum nunc reminiscaris,

A ſcaris,& in hoc unum confer ſiquid aduerſus Gorgiam,aut Polum,ſeu Prodicum,uel Hippiã à te dictũ eſt. Vehementior hic exiſtit. expedi igitur ironias & ſales, copioſasq; illas & iucundas comitates: quin,ſi uidebitur, nonnunquam exuperes, ut magnus Iupiter alatũ impellat currum, ac indignatione moueatur,ni ille debitas expendat pœnas. PLAT. Minimè,ſed uehementioré quendam eligamus, Diogenem hũc,uel Antiſthenem,aut Cratetẽ,ſeu te Chryſippe. non enim elegantiæ perpolitæ in præſenti,nec conſcribendi acrimoniæ eſt tempus, ſed redargutionis cuiuſdam, ac iudicialis exercitationis. Rhetor enim eſt Parrhiſiades. DIOG. Proinde ego ipſe accuſabo. non enim ſermonibus ni-
B mium longis opus eſt arbitror. Accedit quòd præ cũctis reliquis iniuria ſim affectus, paulò antè precio duorum obolorũ præconis uoce uenalis expoſitus. PLAT. Diogenes,ô Philoſophia, pro cunctis loquendi prouinciam ſubibit. Verùm ô generoſe memineris te accuſatione iſta non ſolùm rem tuã,ſed communé agere. ſi enim inuicem in quibuſdã diſcrepamus,tu id nunc minimè ſcruteris: nec quis rectius ſentiat,inquirere curabis,ſed ob hoc ſolũ,quoniã philoſophia ipſa iniuria ſit affecta,ac malè in Parrhiſiadis audierit ſermonibus, indigneris. Opiniones uerò in quibus diſſidere uidemur,omitte: pro ea re quæ omnibus communis eſt,digladiare uideſis. Te ſolum præpoſuimus,ac nũc in te
C cuncta noſtra periclitãtur,ut uel maximè ſyncera uideantur,uel talia,qualia ille deſignauit,eſſe credãtur. DIO. Confidite. nihil prætermittemus. pro omnibus uerba faciã. Proinde etſi Philoſophia ſermonibus cõmota, (natura enim manſueta ac mitis eſt) ipſum abſoluere ſtatuerit,non tamen mea deerunt. illi enim, quòd baculos haud fruſtra geramus,oſtendam. PHIL. Minimè hoc,uerũ potius ſermone. ſatius enim lingua quàm ligno rem agere. ne igitur cuncteris. iã enim effuſa eſt aqua,conciliumq; in te oculos coniecit. LVC. At reliqui quoq; ô Philoſophia,cõſideant,ac uobiſcũ diiudicent: Diogenes uerò ſolus accuſet. PHIL. Verùm nunquid uereris ne contra te calculum ferant? LVC. Minimè. plures
D enim ſuperare uolo. PHIL. Generoſa hæc tua. deſidete igitur. tu uerò Diogenes loquere. DIOG. Qualésnam circa uitam,ô Philoſophia,uiri extiterimus, tute optimè noſti,uerbisq; minimè indiget. nã ut de me ſileam, quísnam ignorat quanta bona Pythagoras iſte,& Plato, & Ariſtoteles,& Chryſippus, reliqui denique in uitæ humanæ uſum contulerint? Verùm quibúsnam contumeliis, quãuis tales extiterimus,ſceleſtiſſimus hic Parrhiſiades nos laceſſierit, iam dicere pergam. Cum enim Rhetor,ut aiunt,fuiſſet, derelicto foro,ac illius exiſtimatione,quicquid uehemẽtiæ ac oratorii uigoris cõſecutus eſt,uniuerſo illo contra nos ſe inſtruens, nõ deſinit maledictis inſectari, præſtigiatores ac dece-
E ptores ſubinde uocans, multitudiniq; ut nos derideat & contemnat, tanquam nullius ſimus momenti,perſuadet: quinimo multorum iam odium non in nos ſolùm,ſed cõtra te quoque ô Philoſophia ſuſcitauit,potiſſima etiam tua,mendacia ac nugas appellãs,& quæ nos edocuiſti, ſubſannatione inceſſens,ita ut â ſpectatoribus laudetur,ac non uulgariter illi applaudatur,nos uerò intolerandis afficiamur iniuriis. Vulgus ſiquidem eiuſce ut plurimum eſt naturæ,ut cum res cauillatione ac maledicentia agatur,gaudeat,præcipuè cum ea quæ abſolutiſſima eſſe uidentur,mordicus arripiuntur: quemadmodũ olim gaudebat cum Ariſtophanes & Eupolis irriſionis gratia Socratem hunc in ſcenã introducerent,Comediâsque abſurdas quaſdam de illo commentarentur. Et illi quidem

contra uirum unũ talia ſunt auſi,ac in Dionyſiis,cum id facere cõceſſum eſſet, F
ſcommataq; pars quædam feſtiuitatis uiderentur, forſitanq; deus, cum lepidus
quiſpiã eſſet, delectaretur.at iſte deliberatè ac multo ſtudio inſtructus,in opti-
mos quoſq; inuectus eſt. librum enim ingẽtem blaſphemiis quibuſdã refertum
conſcripſit,magnaq; uoce Platoni,Pythagoræ, Ariſtoteli huic,Chryſippo illi,
mihi,omnibus deniq; maledicit,cũ id nec feſtiuitas permittat, nec priuatim ali-
qua in re à nobis læſus fuerit. Parcendum enim illi foret,ſi talia iniuriã repel-
lendo non inferendo ageret:& quod omnium grauiſſimum exiſtit,ſub tui no-
minis prætextu talia ô philoſophia facere audet:necnon eodem conatu,dialo-
go familiari noſtro auxiliatore & mimo contra nos utitur : quinetiam Menip- G
po uiro nobis amico perſuaſit ut quamplurimum in comicis illis cauillis ſibi
aſſiſtat: qui ſolus non adeſt,neque nobiſcũ,prodita ſocietate,accuſat. pro qui-
bus omnibus pœnas luere eſt dignus. Quid enim cõtra hæc dicere poſſet,cum
exactiſſima quoque coram tot teſtibus carpere auſus fuit? In quorum utilita-
tem hoc quoq; redundabit, ſi ipſum pœna affectum ſpectauerint. nemo enim
dehinc philoſophiam tam facilè contemnere audebit. Proinde in hac re quie-
tem agere, & iniurianté tolerare,nõ modeſtiæ,ſed extremæ ignauiæ & amen-
tiæ indicium cenſendum eſſet. Cæterùm poſtrema cuínam ferenda ſunt? Siqui-
dem nos tanquam mancipia in uenalicium deducens, præconis, ut aiunt, uo- H
ce diuendidit, nonnullos precio ingenti,quoſdam mina Attica,me uerò ſcele-
ſtiſſimus ille obolis duobus,ita ut circunſtãtibus riſum moueret. Eã ob cauſam
indignatione perciti, in illum manus iniecimus, téque rogamus ut nos turpiſ-
ſimis affectos iniuriis ulciſcaris. R E V I V I S. Euge ô Diogenes,pro cunctis,
*Verte Horo-logium.* ut decebat,egregiè peroraſti. P H I L. Deſinite inuicẽ laudare. Infunde reſpon-
ſuro. tu uerò Parrhiſiades dicere pergas. nunc enim tibi aqua defluit. ne igitur
cunctéris. P A R R. Non omnia mea, ô Philoſophia, in accuſatione ſua Dio-
genes recenſuit,uerùm magna ex parte,quæ difficiliora erãt, neſcio qua ratio-
ne ductus prætermiſit. tantum uerò abérit ut me illa minus dixiſſe negem, uel I
præmeditatam excuſationem quandam prætendam,ut ſiqua ille idem reticuit,
uel ego antea haud protulerim, nunc uel præcipuè expedire uidear. ita enim
intelliges,quósnam arrogantes & præſtigiatores appellans diuulgauerim,aut
maledictis meis laceſſierim. Proinde hoc ſolum mihi conſiderate, nunquid in
cunctis ueritatem dixero. Quod ſi blaſphemi uel aſperi quid in ſe oratio habere
uidebitur,non me redarguẽdum, ſed rectius(ut arbitror)illos qui talia cõmit-
tunt,accuſandos eſſe puto. Ego ſiquidem confeſtim ac percepiſſem quãtis in-
commodis rhetores degrauari neceſſum eſſet, deceptionibus ſcilicet, menda-
ciis,temeritate,clamore,preſſionibus,infinitis deniq; aliis:hæc quidem ut dece- K
bat,cuncta declinaui,ad tuaq;,ô Philoſophia, bona aſpirãs,quantum mihi uitæ
adhuc reliqui eſſet, tanquã ex fluctuatione ac tempeſtate in trãquillum quen-
dam ſubiens portum, ſub tua protectione uiuere expetebam: ac poſteaquã ad
ueſtra tantummodo tranſgreſſus eſſem, te quidẽ, prout cõueniens erat,ac reli-
quos omnes qui uitæ optimæ inſtitutores fuiſſent, admirabar, tanquã qui ma-
nus ad eos feſtinantibus porrigerent,ad optimáque & utiliſſima adhortaren-
tur,ſi quis ſolùm ea tranſgreſſus non eſſet,ſeu neglexiſſet,uerùm firmiter re-
gulas quas tuliſſetis inſpexiſſet,ad illasq; uitam ſuam direxiſſet,ac inſtruxiſſet:
quod quidẽ per Iouem inter nos pauci facere conſueuerunt. Cum uerò quam-

plurimos

A plurimos cernerem philoſophiæ amore minimè teneri, uerũ ob huius rei gloriolam ſolam, prompta hæc ac uulgaria, & quæcũque omnino faciliter imitantur, admodum rectè bonorũ inſtar uirorum aſſimilare, barbam inquam, ac inceſſum, necnon induuium, cæterùm uitam ac eorum actus formæ contradicere, uobisq; penitus contraria exercere, ac profeſſionis dignitatem corrumpere: indignabar, uidebaturq; mihi res admodũ ſimilis eſſe Tragico mimo, qui mollis eſſet ac muliebris, Achillem uerò ſeu Theſeũ uel Herculem ageret ipſum: cum tamẽ neq; heroicè incederet, neque loqueretur, uerùm ita ſub tali laſciuiret perſona, ut nec Helena uel Polyxena, cum id earum modeſtiæ minus con-
B ueniret, tolerare poſſent, taceo Herculẽ Callinicũ, qui, ut mihi uidetur, quam primum conuerſus claua talem uerberaſſet, ipſum inquam, ac perſonam illam quæ tam effœminatè eum repræſentando contaminaſſet. Talia igitur cum uoſipſos quoque ab illis perpeti uiderem, non tuli hypocriſeos impudentiam, ſi cum ſimiæ eſſent, heroum perſonas aſſumere, uel Cumanum illum aſinum imitari auderent, qui leonina indutus pelle, leo quoq; ipſe uideri uolebat, cum aduerſus Cumenſes ignaros admodum horrendè & aſperè rugiret, donec hoſpes quidam ipſum non leonem ſed aſinum eſſe deprehendiſſet, uerbis redarguiſſet, fuſtibusq; inſecutus uerberaſſet. Proinde quod maximè intolerandum
C mihi uidebatur, id erat: nemo non hominum, ſi quempiam ex illis flagitioſum ſeu turpe aut impudicum aliquid committere uidiſſet, cõfeſtim Philoſophiam ipſam, ſiue Chryſippum, aut Platonem, ſeu Pythagoram, uel cuiuſcunque cognomen non doctrinam delinquens ille aſſumpſerat, accuſabat: & quoniam ille coinquinatè uiuebat, homines malè quoque de uobis, multis antea ſeculis defunctis, coniectabantur: (non enim de uiuentibus uobis inquiſitio fiebat, ſed iam ex pedibus ſublatis) omnes uerò cũ manifeſtè cernerẽt q̃ moleſta & impudica ille committeret, uos quoq; indicta cauſa cõdemnabant, ac pari calumnia dilacerabant. Ego uerò cum hæc cernerem, ferre non potui, uerùm eos redar-
D guebam, à uobisq; ſecernebam: uos uerò honore propter hæc me dignum, in iudicium rapitis. Nunquid igitur ſi initiatum quempiam uiderem occulta deorum prodentem, ac in publicũ efferentem myſteria, ideoq; indignarer & reprehenderem, me impium eſſe exiſtimaretis? Atqui minus iuſtè, quandoquidẽ certaminum quoque præfecti, mimos qui uel Palladis uel Neptuni ſeu Iouis aſſumpſere perſonam, nõ tamen commodè nec ex deorum egere dignitate, flagellare conſueuerũt: at ii minimè iraſcũtur illis, ſi flagelliferos quempiam perſona ornatum ſeu forma decoratum uerberare iuſſerunt, uerùm (ut arbitror) uapulantes potius laudare conſueuerunt. Seruum enim uel nuncium minus a-
E ptè repræſentare, paruus error: at Iouem ipſum ſeu Herculem haud pro dignitate ſpectatoribus oſtendere, turpe ac piaculo ſimile eſſe uidetur. Quinimo & hoc omnium eſt abſurdiſſimũ, quòd cum multi ex eis dogmata ueſtra exactè calleant, ita tamen uiuunt, ac ſi ideo tantùm illa legerint, ac meditãdo operam impenderint, ut contraria exercere poſſint. Cuncta enim quæ dicũt, ueluti pecuniæ ac gloriæ contemptum, ſolumq; honeſtum bonum eſſe arbitrari, ira uacuum eſſe, & ſplendida quoq; deſpici debere, bonis æqualiter perfruendũ eſſe, honeſta per deum admirãda: ſapientiæ & ueritatis ſunt plena: at ii qui hæc ipſa ſub mercede docent, & diuites admirantur, & argento inhiant, caniculis iracundiores, leporibus timidiores, ſimiis blandiores, aſinis petulantiores, felibus

*Herculem ſaltantẽ & Cerberum ab inferis extrahentem memi-nit Heſychius.*

rapaciores,gallis contentioſiores.ità igitur affecti,quid aliud quàm riſum mo- F
uent,inuicem circa diuitum ianuas ſe conculcantes,cœnasq; diuerſas appetentes,& in illis ipſis moleſtè laudantes,ac ultra honeſtatem ſe ingurgitãtes,cuncta reprehendentes,& inter calices illepida & abſona philoſophantes, merum denique minimè ferentes? Idiotæ uerò, quos conuiuio intereſſe contingit, rident ſcilicet,ac Philoſophiæ, quoniam piacula talia producat, inſultant. Eſt & illud omnium abſurdiſſimũ,quòd cũ unuſquiſq; nullius ſe rei indigere affirmat, ſed ſolum ſapiẽtem diuitẽ eſſe uociferatur, paulò tamen pòſt accedẽs poſtulat: & ſi non accipit,indignatur, pariter ac ſi quis regiè ornatus arduam geſtet tiaram,necnon diadema,& reliqua ſigna regia, friuolarum tamen rerum indigus G
mendicet. Proinde cum ipſi quid accipere debent, multus quòd omnia communia eſſe conueniat,ſermo, & quòd indifferentes diuitiæ, & aurũ uel argentum nil à littoralibus differat lapillis. At cum uetus quiſpiã amicus & familiaris auxilii indigens accedit,& paucula quædam ex multis poſtulat,taciturnitas,& indigentia, & ruditas,& dictorum in contrarium palinodia, uariiq; de amicitia ſermones illi, necnon uirtus ac honeſtum quónam abeant,ignoro. Sunt enim uerba hæc uerè pennata,& penitus euaneſcentia,quæ illi fruſtra in quotidiana conuerſatione,umbratili inter ſeſe iactitãt pugna. Eouſque enim unuſquiſque eorum amicus exiſtit, quouſque nec de argento neq; de auro ſeu de commo- H
do agitur.quòd ſi quis obolum tantummodo oſtenderit, confeſtim pax ſoluitur,ac omnia turbantur,implacataq; redduntur:libri excidũt, & uirtus aufugit: quemadmodum & canibus euenit, inter quos ſi quiſpiam os proiecerit, confeſtim exiliunt,ac inuicem mordent,& illi qui prior os rapuit,allatrant.Fertur Aegyptius rex quidam ſimias ut tripudiarẽt inſtituiſſe,animaliaq;(nam admodũ ad res humanas imitandas ſunt apta)celerrimè didiciſſe ut perſonata ac purpurata ſaltarent:erátque admodum uiſu res digna,donec ſpectator quiſpiã urbanus nuces è ſinu depromptas in medium abiiceret. id ſimiæ uidentes, tripudii oblitæ,id quod erant, ſimiæ pro ſaltatoribus euaſerunt, perſonas contere- I
bant,ueſtitum diſcerpebant,inuicemq; pro fructibus depugnabant, ita ut pyriches ordo diſſolueretur,â theatróque rideretur. Talia & hi perpetrant,quos ego cõuiciis inſectatus ſum, nec unquam redarguere & comicis morſibus impetere deſinam. Verùm non ita inſanio,ut in uos,ſeu uobis ſimiles (ſunt enim ſunt profectò nonnulli qui uerè philoſophiam amplectãtur)blaſphemiæ quid, uel ſiniſtrum euomam: quanuis ſi quid haberem quod dicerem, nunquid hoc uos ad uitam reducere deberet?At uerò ut glorioſi illi,ac deo inimici odio habeantur, admodum dignum exiſtimo. Proinde tu Pythagora, & Plato, & Chryſippe,& Ariſtoteles, nunquid tales uobis congruere, uel in humanæ ui- K
tæ uſum familiare ſeu conueniens quid oſtendiſſe dicitis? Ita per Iouem, inquiunt,Hercules,& ſimia. An quia barbas nutriunt,& ſeueritatem præ ſe ferre, philoſophiam quoque exercere uidentur,ideo uobis ſimiles erunt?Quinimo pertuliſſem ſi ad ſimulationem ipſam quoque apti fuiſſent: nunc uerò citius uultur luſciniam imitabitur, quàm illi Philoſophos. Proinde quæ pro me ipſo dicenda erant,expoſui: at tu ueritas, nunquid uera ſint, teſtificare. PHILOSOP.Nunc longius ô Parrhiſiade abſiſte.quid uobis agendum erit?quomodo uobis uir dixiſſe uidetur? VIRTVS. Ego quidem ô Philoſophia interim cum iſte peroraret, terram ſubire optabam. adeò uera omnia protulit.

Siquidem

A Siquidem audiens unumquemq; qui talia faceret, agnoſcebam, interimq; dicta aliqua in hunc, alia uerò in eum qui grauia perpetraret, referebam. etenim perquam manifeſtè uiros tanquam pictura quadam cuncta conferens, expreſſit, ac non ſolùm corpora, ſed & animas ipſas admodum exactè deſignauit. PHIL. Et ego quoque ô Virtus admodũ erubui: uos uerò quid dicitis? REVIVIS. Quid aliud, quàm à crimine eum abſolui, inter amicóſque & benefactores noſtros aſſcribi debere? Planè etenim nobis idem quod Ilienſibus euênit, qui hũc tanquam Tragœdum quempiam aduerſus nos excitauimus, qui Phrygum decantaret calamitates. Canat igitur, & dei inimicos tragicè exagitet. DIOG.
B Et ego quoque, ô Philoſophia, admodum uirum laudo, ac cuncta quæ illi obieci, execror: & quia generoſus eſt, amicum eũ facio. PHIL. Euge ô Parrhiſiades, quoniã in omnibus ſuperior euaſiſti, ab accuſatione te abſoluimus. dehinc uerò noſter eris. PARRH. Hanc primam adoraui: uerùm aliud magis Tragicũ opus mihi ſupereſſe puto: ſiquidem ô ualde uenerãda Victoria, quotidie uitam meã uenerabilem reddis, nec coronare deſinis. VIRTVS. Nunquid igitur & illos citemus, ac à ſecundo iam ordiamur cratere? ut pœnas ob ea propter quæ in nos iniurii fuere, expendant, Parrhiſiades autem unumquẽque accuſabit. PARRH. Rectè, ô Virtus, elocuta es: quapropter heus tu miniſter
C Syllogiſme, ocyus in urbẽ deflectere, Philoſophosq; ut præſtò ſint, citare pergas. SYLLOG. Audi, tace: philoſophos ut in arcem aſcendant, ac de uirtute, philoſophia, ac iuſtitia rationem reddant, cito. PARRH. Vidésne? pauci citationi obedientes conueniunt, partim uerò iudicium timent, ac plurimi ocioſi non ſunt, circa diuites enim uerſantur: ſi uerò cunctos aduenire cupis, de iis præconium ô Syllogiſme pronũcia. PHIL. Minimè: uerùm tu Parrhiſiade ex cubiculo tuo illos conuoca. PARRH. Atqui minimè hoc difficile erit. Audi, tace. quicunque ſe philoſophos eſſe dicũt, & quicunque nomẽ hoc ad ſe ſpectare arbitrantur, ad diſtributionem in arcem ueniant. ſingulis enim minæ da-
D buntur duæ, ſeſaminaq; placenta. Quicunq; uerò barbam profundam oſtenderit, ille & carycarũ maſſam accipiet. Nemo uerò ſeu modeſtiã uel iuſtitiam aut continentiam afferat. ſiquidẽ hæc ſi nõ aderint, neceſſaria ſunt minimè. Quinque præterea ſyllogiſmos unuſquiſq; apportet. non enim fas abſq; his ſapiẽtem eſſe. Duo denique auri talenta in medio exponẽtur, quibus illum donabimus,

Qui uerbis omnes poſſit contendere contra.

Papæ! quàm refertus eſt impellentium multitudine aſcenſus! quemadmodum ob duas tantùm accelerant minas, apud Pelaſgicum quidam, & iuxta Aeſculapii templum alii, circa Arion pagum quoque multi, nonnulli & penes Tali ſe- *Loca Athenis iuxta arcem.*
E pulchrum. quin reliqui admotis ſcalis per Geminorũ ædem turmatim, ut pœnas dent, irrumpunt, & per Iouem apum inſtar racematim, ut Homeri uerbis utar, ſed & hinc quamplures, illinc quoque innumeri,

Quot folia & flores naſcuntur tempore uerno.

Atqui breuiter conſidentium clãgore repleta eſt arx, ac undiq; pera, barba, aſſentatio, impudẽtia, baculi, guloſitas, ſyllogiſmus, auaritia: ac pauci illi quicunque ad primum illud conuenerant præconium, latentes & ignoti reliquorum multitudini intermixti, ſub aliarum formarum ſimilitudine deliteſcunt. Eſt & hoc ô Philoſophia moleſtiſſimũ, & in quo te maximè quis reprehẽdere queat, quòd minimè notas & ſigna illis inuſiſti. ſiquidem præſtigiatores iſti ſæpius

ad perſuadendũ,uerè philoſophãtibus ſunt aptiores. PHIL. Paulò pòſt hoc fiet: F
uerũ iã animũ aduertamus. PLATONICVS. Primos nos Platonicos ipſos accipere decet. PYTHAGORICVS. Minimè,ſed nos Pythagoricos. prior enim erat Pythagoras. STOICVS. Deſipitis. præſtãtiores nos,qui à porticu. PERIPATETICVS. Minimê quidẽ,uerùm nos de Peripato,in rebus ſumus priores. EPICVREVS. Nobis Epicureis placẽtas date, & carycarũ maſſas: de minis uerò expectabimus,donec ultimi accipere debeant. ACADEMICVS. Vbi duo ſunt talenta? ſiquidem nos Academici oſtendemus quantum aliis ſimus contentioſiores. STOICVS. Non, nobis Stoicis præſentibus. PHILO. A contentionibus deſiſtatis: uos uerò Cynici ne inuicem impellatis,néne baculis uerberetis. nã pro- G
pter alia uocati eſtis. Ego enim Philoſophia nunc unà cum Virtute & Veritate diiudicabimus quínam ſint qui uerè philoſophentur. inde qui noſtris inſtitutis uiuere inuenientur, felices erunt, & optimi eſſe iudicabuntur. At ſubdolos illos,nilq; ad nos ſpectantes,malos malè perdemus, ne dũ ſibiipſis cõtraria committunt,arrogantia tamen efferantur. Verùm quid hoc eſt? fugitísne? Ita per Iouem. multi per confragoſa deſiliunt, adeò ut penitus euacuata ſit arx, præter paucos illos qui iudicium haud formidantes remanſere. Vos uerò miniſtri peram quam Cyniculus fugiẽdo abiecit,tollatis. Sed quid in illa latet? num quid lupini,ſeu libri,uel panes toſti? PARRH. Minimè,ſed aurum hoc,& unguen- H
tum,ac culter ſacrificulus,ſpeculum quoque,& tali. PHIL. Euge ô generoſe, hæc tibi exercitii erant uiatica? cum illiſque omnibus conuiciari,ac alios docere audebas? PARRH. Nobis itaque illi tales. Cæterùm uos cõſiderare decet quo pacto error hic tollatur,ac homines cognoſci queant,quínam ex illis boni,& qui rurſus alterius uitæ exiſtãt. tu uerò ô Veritas inquire. tua enim intereſt,ne tibi mẽdacium prævaleat,néue propter errorem uiri mali bonis intermixti deliteãt. VERITAS. Hac in re ex Parrhiſiadis arbitrio, quoniam probus ac nobis beneuolus eſſe uidetur, teq; Philoſophia præcipuè admiratur, ita agemus. ſecum Elenchum aſſumat, & omnes qui ſe philoſophari profitentur, conue- I
niat,ac quemcunque inuenerit legitimum & ueræ Philoſophiæ alumnũ,illum corona coronet oleagina,& in Prytaneum conuocet. Si uerò alicui (quemadmodum multi ſunt) uiro execrando,ac Philoſophiæ hypocritæ, obuiam factus fuerit,attritam dilaceret ueſtem, barbamq; Tragica abradat nouacula, frontiq; ſtigmata imprimat,uel inter media inurat ſupercilia. ſit uerò deuſtionis figura, Vulpes uel Simia. PHILO. Euge Veritas, ſiquidem Elẽchus ô Parrhiſiade talis erit,quales & aquilarum pulli contra ſolem eſſe ferũtur,non per Iouem tamen ut ii quoque luminis ſplendore probentur, ac æſtimentur: uerùm coram illis aurum,gloriam,ac uoluptatem exponas: & quemcunque uideris ea negli- K
gere, ac minimè eorum aſpectu moueri, is erit qui oleagina coronetur. quem uerò fixè intuentem,manumq; ad aurum protendentẽ uidebis,hunc ut inuratur abducas,abraſa tamen prius barba. PARRH. Hæc ô Philoſophia ut cenſes erunt, ac confeſtim perquam multos eorum ſimia uel uulpecula notatos uidebis,paucos uerò coronatos. quinimo,ſi placuerit, nonnullos per Iouem uobis huc reduxero. PHIL. Quid ais? nunquid fugientes reduces? PARRH. Et maximè, ſi ſacerdos parumper funiculum hunc & hamũ, quos ex Piræo piſcator ſacrauit, mihi commodare uoluerit. SACERD. En accipe, pariter & calamum, ut cuncta habeas. PARRH. Nunquid ô ſacerdos & carycas aliquas

mihi

A mihi ſuppeditabis, ac auri pauxillum? SACER. Accipe. PHILO. Quidnam uir hic facere intendit? PARRH. Hamum placenta & auro ineſcare, in ſummitateq; muri conſidens in urbem demittere. PHILOS. Quid agis ô Parrhiſiade? nũquid ex Pelaſgico lapides piſcari decreuiſti? PARRH. Tace ô Philoſophia, ac prædam expecta. Tu uerò Neptune uenator, ac optima Amphitrite, uarios nobis mittito piſces. Verùm lupum quẽdam maximum cerno, quin potius auratam. LIBERTAS. Minimè, ſed felis eſt. hians enim ad hamũ natare uidetur. aurum ſubolet. propè iam adeſt. tetigit. captus eſt. attrahamus. PARRH. Et tu ô Elenche pariter nunc funiculum apprehẽde. attractus eſt. Age ô optime, in-

B ſpiciamus quiſnam piſcis exiſtat. hiat iſte. Hercules, qualésnam dẽtes! quid hoc rei eſt? Nunquid ô generoſe circa petras liguriendo diſcurrens, captus es? Vbi prædari ſperabas, ibi tu præda facta es. at nunc omnibus à branchiis appenſus, manifeſtus eris. Extrahamus illecebras huic, & hamum. uacuus en hamus, placenta iam cum auro in uentrem deſcendit. DIOG. At per Iouem euomuit. quapropter & alios ineſcemus. PARRH. Bene habet. quid ais ô Diogenes? tu hunc quiſnam ſiet noſtin'? nũ ad te attinet? DIOG. Minimè. PARRH. Proinde quo precio dignum hunc aſſerere oportet? ego etenim paulò antè duobus obolis eum appreciaueram. DIOG. Nimium dicis. mollis enim eſt, & tur-

C pis, & moroſus, & iners. uerſo capite hunc tu à petra præcipitato, & alium demiſſo hamo attrahe. Atqui uideſis ô Parrhiſiade, ne tibi calamus inflexus abrumpatur. PARRH. Confide ô Diogenes. tenues ſunt, & Aphyis leuiores. DIOG. Et per Iouem leuiſſimi quoque. ſubinde tamen extrahe. PARR. En, quiſnam alius hic latus tãquam ſemiſectus piſcis accedit? Pſetta quædam in hamũ impegit. deglutiuit. capta eſt. DIOG. Attrahatur. quiſnam eſt? PARRH. Platonicũ ſe aſſerit. PLATO. Et tu execrande ad aurum accedis? PARRHI. Quid ais ô Plato? quid cum illo agamus? PLATO. Ab hac eadem petra & ille. DIOG. Ad alium capiẽdum conſideas. PARRH. Proinde perquam bel-

D lulum quendam accedere uideo (ueluti in profundo apparet colore uario) ac uittas quaſdam aureas in humeris habentem. cernísne ô Elenche? Ariſtotelem hic refert. acceſſit. atqui rurſus abiit. diligẽter arbitratur. iterum redit. deguſtauit. captus eſt. extrahatur. num hic tibi Ariſtoteles cognitus eſt? ARISTOT. Ne me ô Parrhiſiade de ipſo interroga. nam quis ſit ignoro. PARRH. Nunquid igitur & hũc ô Ariſtoteles per petras? ARISTOT. Et maximè. DIOG. Sed ecce multos hic conſpicio piſces paricolores, ſpinoſos, in ſuperficie aſperiores, Echinis magis aculeatos. uerriculo aliquo opus eſſet, uerùm non adeſt. ſatis erit ſi unum ex grege tantùm extrahamus. atqui ad hamum acceſſit, qui i-

E ſporum eſt ferociſſimus. ELENCHVS. Conſide, ſi uidetur, ac prius funiculum longè ferro circunda, ne dentibus adrodant, & aurum deglutiãt. PARR. Deſedi. at tu Neptune capturam ſecunda. Papæ! pro illecebris depugnant. partim congregati carycas circũrodunt, alii uerò deuorantes, ab auro detinentur. Benè habet, adhæſit quidam admodum robuſtus. Age dic, cuius tu cognomen refers? Atqui ridiculus ſum, piſcem loqui cogens. muti ſiquidem ſunt. cæterùm tu Elenche dic, quémnã hic magiſtrũ habet? ELENCHVS. Chryſippũ hunc. PARRH. Intelligo, quoniam aurum, ut arbitror, nomini conuenire uidetur. At tu Chryſippe per Mineruã refer, noſtíne uiros? uel talia ipſos facere doces? CHRYSIPPVS. Contumelioſe per Iouem ô Parrhiſiade interrogas, qui no-

*Lupus marinus. meminit Ariſtoteles & Plinius.*

*Felis galeus, Gaza muſtelã interpretatur, eſt piſcis rapax.*

*Aphyæ, piſciculi quos parit limus, uermiculorũ inſtar ſcaturientes. meminit Aelianus. Plinius uerò Aquas à latinis appellari dicit, quòd ex aqua & pluuia procreentur.*

*Pſetta piſcis latus. meminit Ariſtoteles & Suidas.*

*Echinus latine Erinaceus, ſpinis aculeatis.*

bis quicquam cum iis qui tales exiſtant, conuenire ſuſpicaris. PARRHIS. F
Euge generoſus es ô Chryſippe. igitur & iſte cum aliis in caput præcipitetur, quoniam ſpinoſus eſt,ac timendum ne ſi à quopiam comeſtus fuerit,guttur offendat. PHILOS. Satis ô Parrhiſiade piſcatus, ne quis (ueluti multi ſolent) abrupto auro & hamo aufugiat, indéque ſacerdoti abs te repetere ſit neceſſe. Proinde nos ad deambulationem pergamus. Tempus quoque inſtat ut & uos eò unde ueniſtis, reuertatis, ne ultra præſcriptum tempus moram ducere uideamini. Tu uerò Parrhiſiade, & Elenche,per gyrum ad cunctos accedatis,& quemadmodum iuſſi, illos aut coronate, aut inurite. PARRH. Fient hæc ô Philoſophia. Valete uirorum optimi. nos uerò ô Elenche proficiſcamur,ac iuſ- G
ſa exequamur. Verùm quò primùm pergere neceſſum erit? nunquid in Academiam,uel Stoam? Ab Lyceo exordiũ faciamus. nil hoc refert. Attamen hoc noui,quocunque gentium perueniemus,paucis equidem coronis,multis uerò indigebimus cauteriis.

## CATAPLVS SIVE TYRANNVS,Petro Moſellano interprete.

### ARGVMENTVM.

*Vti ſuprà in* Menippo,*diuitum exitus ac pœnas deſcripſit, recitato etiam decreto, quo animæ illorũ in aſinos migrare iubentur, ita hic ſub* Megapenthis *perſona,* Tyrannorum *uitam,mores,exitus, & quæ tandem poſt hãc uitam,animorũ ſupplicia & cruciatus illos maneãt,exponit,amplificatis etiã his antitheſi quadam, dum ſutorem* Micyllum, *&* Philoſophum Cyniſcum,*utrunque pauperem, alterum etiam uirtuti ac ſapientiæ deditum,cum illo componit. Illud uidelicet innuens, quòd qui potentiam & diuitias ſectantur,& uitam plerunque peßimam atque nequißimam agant, mortem quamgrauißimo animo patiantur.* Contrà *autem qui à rebus iſtis mundanis, ijſdemque malorum omnium principijs & cauſis, animum remotum ac liberum habent,quiq; uirtutem præ ijs quæ uulgus appetit & miratur,colunt, illos & mortem contemnere ſolere, neque ullis conſcientiæ flagris facilè perterreri.* Tractat *autem hæc pro more ac inſtituto ſuo, fabuloſo rurſum dramate quodam̃ ficta umbrarum transfretatione apud* Acherontem: *in qua dum & tyrannus hic traijciendus foret, mora cæteris, renitente ac mortem deprecante illo,inijcitur.* Quam rem Charonte *atque alijs grauiter ferentibus,tandem* Mercurius *collo attractum illum in nauem compellit,adiuuantibus ad id pauperibus illis* Cyniſco & Micyllo. Porrò *ubi iam traiectum eſſet, rurſus apud* Rhadamanthum *eodem pacto iudicium ſubterfugere uelle idem fingit: ſed tamen & ibi in medium protractus, & à* Cyniſco *accuſatus, extremo tandem ſupplicio damnatur.* H I

### CHARON. CLOTHO.

AGE uero ô Clotho,nauis quidem hæc iamdudum nos expectat parata,& ad nauigationem commodè admodum inſtructa. ſiquidem & ſentinam exhauſimus,& malum ereximus,tum & uelum eſt paſſum,ac remi ſuo loco collocati omnes, ita ut(quod in me eſt) obſtet planè nihil quin anchora ſubtracta iam huic ſoluamus. Verùm Mercurius,qui iam diu adeſſe debuiſſet, ſolus eſt in mora. Itaque quum hodie iam ter traieciſſe licuiſſet,uectoribus, ut uides,adhuc uacuum eſt nauigium: & iam ad ue- K
ſperã uergit dies: nos autem nondum ne obolum quidem demeruimũs. Porrò Pluto,ſat ſcio,me huius moræ auctorẽ ſuſpicabitur, ídque quũ apud alium ſit negocii culpa. Ille autẽ bonus & egregius umbrarum dux, quemadmodum & alius quiſpiã ex umbris,hauſto apud ſuperos obliuionis fonte, ad nos redire oblitus eſt: & ut coniicio,cũ ephebis luctatur,aut citharam pulſat, aut fabulas aliquas denarrat, ſcilicet quàm ſit bellus nugator,oſtentans: uel etiam interim dum regreditur, inter uiam furandi ſtudio forſan occupatur. nam ex artibus quas profitetur,hæc uel præcipua eſt. Ad hunc ergo modum pro ſuo arbitrio liberè nobiſcum agit, nihil etiam ueritus quòd media ex parte eſt noſter.

CLOT.

A CLOTHO. At quid noſti ô Charon an negocio aliquo detineatur, Ioue uidelicet poſtulante ut in procurãdis Superûm rebus plus quàm iuſtum tempus inſumat? Herus autem eſt & ille. CHAR. At non ita, ut ultra iuſſum modum communi mancipio debeat imperitare: quandò nos, cum abeũdi tempus eſſet, ne unquam quidem eum detinuimus. Sed ego rei cauſam propemodum coniecturis aſſequor: nempe apud nos malua tantùm eſt cum libamẽtis, & placentulæ, ſilicerniáque: cætera uerò caligo, & nebula, tenebræq; in cœlo autẽ, præterquam quòd clara ac lucida ſunt omnia, ambroſia multa pariter & nectar affatim ſuppetit, adeò ut mihi quoque hoc nomine ſuauius lubentiúſque apud
B illos cunctari uideatur. quin & à nobis ſubuolare cõſueuit, perinde ac ſi è carcere aliquo aufugeret. ubi uerò deſcendendi fuerit tempus, lentè admodum & pedetẽtim uix tandem accedit. CLOTHO. Mitte iram iſtam ô Charon, ſiquidem hic propè adeſt, complureis ſecum adducens: imò, ut cernis, denſam turbam uelut gregem uirga præ ſe agit. Sed quid hoc? Vinctum hercle quẽdam in ipſis conſpicio, tum alium riſu diffluentem, porrò alium quendam pera ſuccinctum, ac baculum manu geſtantem, aſperumq; ac toruum quiddam obtuẽtem, denique aliis, ut gradum addant, à tergo imminentem. An non & Mercurium ipſum uides ſudore perfuſum, pedibus puluere conſperſis, tum & cre-
C brò anhelantem, adeò ut os ei ſuſpiriis ſit diſtentum? Quid hoc rei eſt ô Mercuri? Hem, quæ eſt hæc trepidatio? Nobis certè uehementer perturbatus uidere. MERCV. Quid aliud ô Clotho, quàm quòd dum ſceleſtum hunc aufugientem proſequor, penè acciderit ut ego ad hanc nauem hodie non fuiſſem rediturus? CLOTH. At quînam eſt? aut quid ſibi quærens, conatus eſt tranſfugere? MERC. Hoc quidem eſt uel cuiuis manifeſtum, quòd diutius uiuere cogitauit. Eſt autem uel rex quiſpiam, uel tyrannus, quantum ex eius eiulatu coniicere licuit. nam ingenti quadam ex felicitate ſe deiectũ querebatur. CLO. Et quum filum quod ei erat innexum, iam defeciſſet, ſtultus tamen ille, quaſi
D ſuperuiuere queat, aufugit? MERCV. Aufugit narras? Quòd ſi non generoſiſſimus hic, qui baculum manu geſtat, mihi fuiſſet auxilio, ſicq; ipſum cõprehenſum uinculis alligaſſemus, è noſtris profectò manibus egregiè effugiſſet. Etenim ex quo eum mihi tradidit Atropos, per omnem uiam retrahere atque obniti nunquam deſtitit. Quin pedibus ſolo oppoſitis ita ſe offirmauit, ut inter ducẽdum nobis non parum negocii exhibuerit. Aliquoties autem ſupplicabat ac deprecabatur, ingentia daturum ſe pollicens, ſi uel paululum dimitteretur. Ego uerò cum hominem ea quæ contingere non poſſent, ambire uiderem, ut & me decuit, minimè dimiſi. At ubi iam ad ipſum oſtium uſq; peruenimus,
E ipſeq; umbras, ut moris eſt, Aeaco adnumeraturẽ, & ille uniuerſas ad ſummam à ſorore tua tranſmiſſam recẽſeret, perditiſſimus hic neſcio quomodo clam nobis aufugerat. Itaque quum ſummæ unus deeſſet, Aeacus adductis ſuperciliis, Non in omnibus, inquit, paſſim tu furandi artificiũ intende. Satis tibi ſit quòd eiuſmodi ludos in cœlo reddere cõceditur: umbrarum autem res omnino ſunt planæ, neque quicquam nos aliqua uia fallere poteſt. Quatuor ſupra mille, ut uides, ſumma habet inſcriptos, tu uerò uno minus adducis: niſi forſan excuſas quòd te circumuenerit Atropos. Ad hũc ego ſermonem rubore perfuſus, quæ in uia acciderãt, in memoriam reuocare cœpi. Et cum oculis in orbem ductis, hunc nuſquam cernẽrem, facilè animo collegi eum transfugiſſe. quare uiam

quæ rectà ad Tænarum reducit,quàm potui celeriter remetior:hic autem optimus uir ſua ſponte me comitabatur. Itaque uelut è carceribus emiſſi,celeri curſu uolantes ipſum iam in Tænaro deprehendimus. uſqueadeo parũ abfuit quin effugiſſet. CLOT. Et nos ô Charon Mercurium adhuc ignauiæ damnamus? CHAR. Quid ergo diutius cunctamur,quaſi non ſatis ſit moratum? CLO. Probè dicis. inſcendant. Ego uerò,ſumpto in manus libello, ingredientes ſingulos,qui,& unde nati,quóque modo uita functi ſint,ex more dignoſcam. Tu autem ô Mercuri ipſos excipe, & omnes ſuo ordine collocato. Verùm tu infantulos iſtos primùm iniice. quid enim mihi interroganti quiuerint reſpondere? MERCV. En tibi ô portitor ſunt hi numero trecenti, præter eos qui à parentibus ſunt expoſiti. CHAR. Papæ! quæ eſt hæc ſoli fertilitas? egregius es umbrarum ductor. uuas immaturas nobis adducis. MERCVR. Vin' tu ô Clotho ab his indefletos introducamus? CLOT. Vetulos iſtos dicis? maximè. Quid enim attinet, ut quæ ante Euclidem hucuſque contigerũt, ſciſcitando,ipſa mihi negocia faceſſam? Vos qui plus ſexaginta annos nati eſtis, adeſte. Sed quid hoc? Itan' eorũ aures annis ſunt obturatæ, ut me nõ exaudiant inclamantem? Forſan & hos ſublatos importare oportebit. MERCV. En duodequadraginta flaccidi omnes, & apprimè maturi, ac in ipſo planè tẽpore decerpti. CLOTH. Per Iouem: quãdoquidem iam omnes ſunt uuæ paſſæ. Saucios ô Mercuri nunc adducito. Vos quo mortis genere uitam clauſeritis, mihi primùm dicite. Sed cur non ipſamet, quæ cuique ueſtrum ſint inſcripta, inſpicio? Octoginta in prælio cadere heri apud Medos decretũ erat,atque unà cum his & Oxyartæ filium Gobarem. MERCV. Adſunt. CLOT. Præ amoris impatientia ſibi ipſi mortem conſciuere ſeptem: in primis autẽ Theagenes philoſophus,propterea quòd ſcorto Megarenſi,cuius amore flagrabat,potiri non poſſet. MERCV. En tibi propè adſunt. CLOT. Porrò ubi illi qui de imperio certando,mutuis ſe cædibus cõfecere? MERCV. Hic adſtant. CLO. At quem adulter,in hoc iuuante uxore, neci dedit,is ubi eſt? MERCV. En tibi hic adeſt. CLOT. Quos iudicum ſententia capitis damnauit, tandem adſint,eos inquam qui carnificinam ſenſerunt,quiq; in crucem ſunt adacti. Tum ſexdecim illi qui à latronibus ſunt iugulati, ubi ſunt ô Mercuri? MERCV. Adſunt ſaucii illi,quos uides. Mulieres porrò nõ & eas unà uis adduci? CLO. Maximè, pariter & eos qui naufragio perierunt. Simul enim & eadem mortis ratione uitã exiuerunt. Sed & quos febris interemit,hos ſimul adducito. Tum Agathoclem medicum. Sed ubinam philoſophus Cyniſcus, quẽ Hecates cœna ac ouis luſtralibus,cumq; his ſepia cruda deuoratis uitam finire decretum erat? CYN. Iamdudum hic tibi aſſiſto ô tu præclariſſima Clotho. Verùm hoc interim mecum admiror, quonã iniuriæ genere maieſtatem tuã læſerim, quòd me tam longo tempore apud ſuperos errare permiſeris. Nam uniuerſam colum ferè uni mihi adglomeraſti. Ipſe certè quanquam filum ipſum dirumpere ſæpe ſum conatus,tamen quum neſcio quomodo infragile eſſet, quod moliebar,efficere non potui. CLOT. Equidem te humanorum peccatorum uelut inſpectorem ac medicum relinquebam. Iam autem quod felix fauſtumq; ſit, inſcende. CYN. Minimè gentium, priuſquam uinctum hunc inſcendere compulerimus. uereor enim ne te precibus ſuis à ſententia dimoueat. CLOTH. Age,uideã quis eſt. MERCV. Megapenthes Lacydæ filius,tyrannus. CLO.

*Theagenes ſcorti amore mortem ſibi conſciuit.*

A Inſcende tu. MEGAP. Nihil minus ô regina Clotho, potius autem ad ſuperos me remeare pauliſper ſinito. Quod ſi feceris denuo, ultro me huc recipiam, uel nullo uocante. CLO. At quidnã eſt cuius gratia tantopere in uitam redire geſtis? MEG. Equidem domũ ſemiperfectã reliqui, quam ut prius per te liceat ad faſtigiũ perducere, uehementer oro. CLO. Nugas agis. quin mox inſcendis? MEGAP. Non multum temporis flagito ô Parca. diem hunc ſaltem mihi apud ſuperos agendum cõcede, quo tempuſculo de pecuniis noſtris uxori nonnihil iniungam, atq; ubi defoſſum theſaurũ habuerim, demonſtrem. CLO. Fruſtra laboras. ſtat ſententia. MEG. Ergo tantum auri peribit? CLO.
B Quin tu hac gratia animo es ocioſo. Nam Megacles potietur tuus conſobrinus. MEG. O inſignem contumeliam! ille mihi inimicus, quem ego præ ſegnitia non occidi? CLOT. Ille ipſe, qui non modò non paulo plures quàm tu uiuet annos, uerùm & pellices tuas, & ueſtes, & quicquid eſt auri, nanciſcetur. MEGAP. Præter æquũ facis ô Clotho, quòd hominibus inimicis, & hoſtiliter infeſtis meas fortunas attribuis. CLOT. Quaſi uerò tu non eadem hac uia quæ Cidimachi erant, nactus eſſes, non ſolùm ipſo occiſo, ſed & liberis eius in conſpectu ſpirãtis adhuc & palpitantis mactatis. MEGAP. Sed iam tum mea erant. CLOT. Itaque tui dominii tempus iam effluxit. MEGAP. Auſculta
C ô Clotho, quæ tibi priuatim ſemotis arbitris dicere uolo. uos hinc pauliſper abſcedite. Si me effugere permiſeris, auri puri mille talenta me tibi hodie daturum repromitto. CLO. Ridiculum caput, adhuc aurum & talenta habes in memoria? MEGAP. Sedenim, quandò ita uis, duos cratêras addam, quos occiſo Cleocrito mihi uendicaui. Eorum uterque auri puri defecatiq; centum æquat talenta. CLOT. Corripite hominem: neque enim apparet eum ſua ſpõte ingreſſurũ. MEGAP. Teſtor uos, murus manet imperfectus, & nauium ſtatio inchoata: quæ omnia, ſi quinq; ſaltem dies amplius uiuere licuiſſet, ad faſtigiũ perduxiſſem. CLOT. Securus es, alius extruet. MEGAP. Atqui hoc
D ſaltem æquum poſtulare uideor. CLOT. Quid hoc? MEGAP. Vt tantiſper ſupereſſe liceat, dum Piſides ſub iugum miſero, & Lydis tributũ imperauero, dumq; mihi ipſi magnificentiſſimo monumento erecto, inſcripſero quæcunque in uita geſſi uel magna, uel egregii imperatoris uirtute digna. CLOT. Quid? tu non unam poſtulas diem, ſed fermè uiginti annorum moram. MEG. Atqui ſponſores uobis exhibere ſum paratus & tam breuis moræ, & mei reditus. Quinetiam, ſi cordi fuerit, obſidem pro me relinquã Agapetum. CLO. O ſceleſtum! eúm ne, quem relinquere in terris ſuperſtitem ſemper tibi in uotis erat? MEGAP. Olim is erat animus: nunc autem, quod melius eſt, uideo.
E CLO. Veniet & ille tibi haud ita multò pôſt, ab eo qui nunc regẽ agit, è medio ſublatus. MEGAPEN. Cæterùm illud ſaltem non negabis ô Clotho. CLO. Quid hoc tandem eſt? MEGA. Equidẽ ſcire geſtio ut ſeſe res mea habitura ſit poſt me. CLO. Auſculta, tametſi ubi audieris, ſat ſcio, animo magis angêris. Principiò uxore tua Midas ſeruus potietur, quam iam antè quoque non ſemel conſtuprauerat. MEGAPEN. Illé ne ſceleroſus, quem equidem dum uxori gratificari ſtudeo, manumiſi? CLOT. At filia tua in pellicum gregem, eius qui iam tyrannidem exercet, adnumerabitur. Porrò imagines & ſtatuæ quas olim ciuitas tibi erexit, iam euerſæ omnes, ſpectantibus riſum mouent. MEGA. Hoc mihi expedias uelim: nullus amicorum meorum illis qui

hoc faciunt,obſiſtit?CLOT. At quiſnã tibi amicus erat?aut ex qua cauſa iuſta F
quempiam tibi conciliaras?Neſcio,quòd qui uos uelut deos adorant, & quæ-
cunq; uel feceritis,uel dixeritis,laudant:aut timore,aut certè ſui compendii ſpe
ea omnia faciunt, nimirum imperii ipſius amici,ac interim tempori ſeruientes.
MEGAP. Atqui ſiquando in conuiuiis ex more uinum libarent,magna uo-
ce omnia mihi bona precabantur,adeò ut ſi fieri poſſet,unuſquiſque eorum e-
tiam pro me mortem ſubire paratus eſſet. In ſumma,per nihil aliud quàm no-
men meum iurabant. CLOT. Propterea ex cœna quam heri cum quodã eo-
rum cepiſti, ſtatim mortem oppetiiſti. Nam poculum tibi poſtremo tempera-
tum,huc te demiſit. MEGAP. Hoc illud eſt, quòd amarum quiddam guſta- G
ram. Sed quid ex eo ſcelere ſibi uoluit?CLO. Nimis multa percũctaris, quum
iamdudum inſcendendi tempus fuiſſet. MEGAP. Vnus adhuc reſtat ſcru-
pulus,qui me omnium maximè ſolicitat, cuiusq; gratia in uitam uel tantillum
reſpicere geſtiebam. CLOT. Quid hoc tandem eſt?ingens enim aliquod fore
apparet. MEGAP. Carion famulus meus ſtatim ut me mortuũ aduertit,cir-
ca ueſperam conclaue in quo iacebam,ingreſſus,cum deſerta omnia offendiſ-
ſet (neque enim quiſquam mei curam gerebat) attractis foribus,tãquam nemo
adeſſet, pellicem meam Glycerium ſubegit, cum qua,opinor, iam multô antè
rem habere conſueuerat. Poſtea uerò cũ iam animum uoluptate expleſſet,ocu- H
lis in me defixis,Tu quidem,inquit, homuncio ſceleſte,ſæpe mihi nihil cõme-
rito uerbera non pauca inflixiſti. Et cum dicto, comam mihi uellicabat, ac ca-
put tuberibus opplebat. Tandem autem quũ rictu ampliter diducto in me de-
ſpuiſſet,ac ut in impiorum regionem faceſſerem iuſſiſſet,abiuit. Ibi ego,quan-
quam ira ſuccendebar, tamen quia iam frigidus & exanguis eram, hominem
ulciſci non potui. Porrò ſceleſta famula, cum aduenientium quorundam ſtre-
pitum ſenſiſſet,ſcilicet ut me lugere uideretur,oculis ſputo inunctis,eiulando,
noménque meum lugubri uoce inclamando, abſcedebat: quos ſi prehendero.
CLOTHO. Quin tu minis omiſſis celeriter inſcẽdis?Iamdudum enim tem- I
pus,ut in iudicium concedas. MEGAP. At quis contra hominem regẽ pro-
nunciare audebit?CLOTHO. Contra regem quidem nemo:uerùm contra
umbram Rhadamãthus, quem in ſententiis pro cuiuſque merito ferẽdis mox
æquiſſimum experieris. quare in præſentia non amplius cunctare. MEGAP.
Priuatum ſaltem, & unum ex pauperibus iſtis facias licebit: imò pro rege ſer-
uum,modò reuiuiſcere ſinas. CLOTHO. Vbi is qui baculo armatus eſt? &
tu Mercuri?Quin hominem correpto pede intrò trahitis?Neque enim uolun-
tarius inſcenderit unquam. MERCV. Sequere nunc fugitiue. cape hũc por-
titor unà cum illo altero,atque ut malo fortiter adalligetur cura. MEGAP. K
Atqui conuenit honeſtiſſimo me ſedere loco. CLOT. Quid ita uerò? ME-
GAP. Quòd rex fuerim,per Iouem,& ſatellites habuerim cõplureis. CLO.
Et iniuria te uellicabat Carion, hominem ſæuum adeò, ac intractabilem? Iam
certè tyrannidem admodum acerbam experieris,nimirum huius guſtato bacu-
lo. MEGAP. Et Cyniſcus mihi baculum illidere audebit? Non ego te nu-
per,quòd liberius & aſperius quàm pro maieſtate,obiurgaſſes,tantùm nõ cru-
ci adfixi?CLOT. Propterea & tu nunc hic manebis malo adſtrictus. MIC.
Dic mihi ô Clotho,quandò uobis mei nulla eſt cura,an quia pauper ſum,pro-
pterea me poſtremum inſcendere oportet? CLOT. Tu uerò quis tandem es?

MIC.

A MIC. Equidem ſum Micyllus ſutor. CLOT. Quid quòd tam grauiter fers morã? Non uides quàm multa ſe daturum polliceatur hic Tyrãnus, ſi uel paulum in uitam remittatur? Vnde mirari ſuccurrit, cur non & tibi mora ſit iucunda. MIC. Auſcultа rem paucis Parcarum optima. Non admodum me delectat munus illud Cyclopis, uidelicet in hunc modum polliceri,

Poſt omneis alios tandem ipſe uorabitur Vtis.

Siue enim primum ſiue poſtremum, iidem me dentes manent. Sedenim neque aliàs meæ res ut diuitum ſe habent. Noſtra enim & illorum uita (quemadmodum aiunt) perpendiculo inter ſeſe diſtant: quandoquidem tyrãnus, qui in ui-
B ta horrendus omnibus & ſuſpiciendus uidebatur, nunc auro, argẽto, ueſtibuſque exutus, tum & equis, cœnis, pueris floridis, & mulieribus formoſis poſt ſe relictis, eorum deſiderio non iniuria cruciatur, ac à tot cõmodis ſe abſtrahi fert grauiter: quibus, neſcio quomodo, anima ipſa uelut glutino hæret affixa, neq; ſe facilè ſinit auelli, ut quæ eis iamdiu inhæſerit: quin magis tanquam uinculum aliquod eſt infragile, cui ipſos illigari irretiriq; contingit, adeò ut ubi quiſpiam eos abducere pararit, plorent. Ac cum in cæteris ſint feroces, in hac tamẽ uia quæ ad inferos ducit, meticuloſi deprehenduntur. Itaque ſubinde dant terga, & ad ea quæ procul in luce apud ſuperos geruntur, reſpicere geſtiunt: ſicut
C ſtultus hic faciebat, qui non ſolùm in itinere aufugere conabatur, uerùm etiam hic mortem fruſtra deprecatur. At ego, ut qui in uita pignus haberẽ nullum, non agrum, non domum magnificè extructam, nõ aurum, non ſupellectilem, non nominis gloriam, non imagines, ad mortẽ expeditus meritò eram. At ſtatim ut mihi ſolùm innuit Atropos, abiectis & ſubula, & loro geniculari, tantũ crepidam quãdam manu portans uoluntarius ſequebar, uſqueadeo haud grauatim, ut dum præ feſtinandi ſtudio ſubſulto, neque calceos ſubligarim, neque atramentum abſterſerim: imò uerò præcurrebam, quæ ante me eſſent, ſpectare geſtiens. Neque enim à tergo mihi erat relictum quicquã, quod me uel cõ-
D uertere, uel reuocare potuiſſet. Et per Iouem, quæcunque hic apud uos uideo, mirum quàm mihi placeant: nam pares honorum gradus hic dari, nec quenquam uicino præſtare, res mihi omnium longè ſuauiſſima uidetur. Deinde cõiecturam facio, ne æs quidem alienum hic à creditoribus repoſci, neque tributum cuiquã pendi, neque, quod omnium maximũ eſt, hyberno tẽpore quenquam rigere, neque ægrotare, neque potentiores in humiliores pugnos ingerere. Poſtremò pace conſiſtunt omnia, & in contrariũ tota uitæ ratio uerſa. Siquidẽ nos pauperculi ridemus, diſcruciantur autem & plorant diuites. CLO. Ergo quum iamdudum ridentem te conſpexerim, quid tandem ſit quod po-
E tiſſimum tibi riſum mouerit, audire percupio. MIC. Auſcultа dearũ mihi maximè ueréda. Cum apud ſuperos propter tyrannum habitarem, quæ apud eum fierent, nimis quàm accuratè inſpectabam. Ac tum quidem feliciter ex æquo cum diis uiuere mihi uidebatur. Nam cum purpuræ florem ſpectarem, & comitantium turbam numerarem, aurum ac pocula gemmis diſtincta mirarer, lectos argenteis pedibus ſuffultos ſtuperem: beatum planè hominem prædicabam. Ad hæc eorum quæ in cœnam apparabantur, nidor ſæpe me prurire faciebat. Iam uerò quum pro maieſtate in publicum prodiret, & ſe ipſe ſubinde erigens uelut reſupinaret, obuiiſque ſtuporem iniiceret, cæteris mortalibus pulchrior, & fortunæ beneficio toto penè regio cubito ſublimior uidebatur.

Sed ubi iam uita functus esset, ipse quidem istis deliciis exutus ridiculo fuit o- F
mnibus: ego uerò meam stultitiam multo magis ridebam, qui eiusmodi nõ ho-
minem, sed hominis probrum, ad stupore usq; miratus fuissem, cuius felicitate
ex epularum tantùm nidore æstimassem, quemq; ob sanguinem qui Laconici
maris testudinibus innascitur, beatum prædicassem. Neq; uerò hic solùm mihi
ludo fuit, uerùm etiam cum Gniphonem illum fœneratorem gementem uide-
rem, & quòd pecuniis, dum licuisset, usus non fuisset, propriam sortem deplo-
rante: imò quòd ne semel quidẽ illis à se gustatis, uerùm luxu perdito Rhodo-
chari relictis, è uiuis excessisset (hic enim quia genere proximus erat, in hære-
ditatem lege uocabatur) hæc inquam cum cernerem, risum sistere nullo modo G
potui, præsertim recordatus quàm in uita pallidus semper & squalidus obam-
bulasset, & uultu præ curarum magnitudine tristi. Deinde quòd solis digitis
opulentus fuisset, quibus talenta & milliones supputare consueuisset, ea pau-
latim & minutatim corradendo, quæ fortunatissimus Rhodochares haud ita
multò pòst fuerat egregiè distracturus. Sed quid iam? non hinc soluimus? Ete-
nim si quid reliquum est, hoc inter nauigandum ridebimus, quãdo & hos plo-
rantes uidere licebit. CLOT. Inscende tãdem, ut anchoram portitor subtra-
hat. CHAR. Quid hic? quò fertur? Inibi opperire. Cras te prima luce traiicie-
mus. MIC. Iniquus es ô Charon, qui me umbram iam penè exoletam relin- H
quis. Age age, ut lubet: equidem tibi diem dicam apud Rhadamanthum. Hei
misero mihi, iã nauigant, at ego hic solus relinquor. Atqui cur non ad eos na-
tando cõtendo? Neque enim cum iam antè sim mortuus, periculum est ne de-
nuo submersus præfocari queam. Deinde, ut maximè nauigare liceat, ne obo-
lus quidem est quo naulum reddam. CLOTH. Quid hoc rei ô Micylle? quin
isthic manes? haud fas est Micyllum ista ratione transfretare. MIC. Et quid si
citius quàm uos, ripam attigero? CLOTHO. Nequaquam: potius naue ada-
cta eum recipiamus. Tu Mercuri corripe hominem. CHAR. At ubi nunc
sedebit, cum, ut cernis, plena sint omnia? MERCV. Si uidebitur, Tyrãni hu- I
meris insidat. CLOTHO. Quàm hoc apposite Mercurio uenit in mẽtem!
Ascende ergo, atque scelesti huius dorsum fortiter proculca. Nos autem pro-
speriter nauigemus. CYNISCVS. Aequũ fuerit ô Charon, ut iam hic tibi,
quod uerum est, detegam. Equidem obolum quem pro traiectu debebo, sol-
uere non potero, quandò præter peram quam uides, & baculum, habeo planè
nihil. Cæterùm si uel sentina sit exhaurienda, uel agẽdus remus, en tibi adsum
paratus. Porrò Charontem Cynisci non pœnitebit, dummodo agilem & fir-
mum dederis remum. CARON. Remiga. Nam à te uel hoc lucri facere, fue-
rit satis. CYNIS. Non & cantu remiges accendere profuerit? CHARON. K
Per Iouem, si quidem nauticã aliquam cantilenam tenes. CYNIS. Teneo, &
quidem multas. Verùm, sicuti tute uides, obstrepunt hi plorando, sic ut cantus
ipse interturbetur. DIVES. Hei mihi, quæ reliqui prædia. ALIVS. Heu q̃
fertiles agros. Me miserum, qualem reliqui domum. ALIVS. Ve, ue infantu-
lis meis. AGRICOLA. Quis nunc uuas decerpet è uitibus quas hoc anno
plantaui? MERCV. Tu uerò Micylle, nihil ploras? Atqui fas non est quen-
quam citra lachrymas pernauigare. MIC. Bona uerba. Nam cũ secundo flatu
nauigem, quid plorem, non uideo. MERCV. Attamen pro more paulisper
ingemito. MIC. Quin hac gratia, quandò ita uis, plorabo: Hei mihi, quot lora

reliqui,

A reliqui, hei crepidas antiquatas. Eheu marcidos calceos. Non ego infelix posthac à mane ad uesperam usque sine cibo peragam, nec hyemis tempore sine calceis & seminudus oberrabo, dentes præ frigoris acerbitate complodendo. Quis tandem meam habebit subulam? quis aciculam? Satin' lamentatũ ô Mercuri? Iam enim iam ripam ferme attigimus. CHAR. Age uerò prius naulum reddite. Tu redde. ab aliis omnibus habeo. Obolum redde Micylle. MIC. Iocaris ô Charon, aut, quemadmodum aiunt, in aqua scribis, qui à Micyllo obolum expectes. Ipse certè antequam huc uenissem, quadrangulúsne esset obolus, an rotundus, ne nouerã quidem. CHARON. Egregiam uerò & quæ-
B stuosam nauigationem hodiernam. Abscedite tamen. Ego uerò ad equos, boues & canes, reliquaq; id genus animalia me recipiam. nã & ea traiicere oportet. CLOT. Mercuri, tu hos exceptos abducito. Equidem in aduersam ripam renauigabo, Indopaten & Heramithren aduectura, quandoquidem hi de agrorum finibus rixando, mutuò se confecerunt. MERCV. Heus uos, progrediamur. imò uerò omnes uno agmine me sequimini. MIC. O Hercules, quæ est hæc caligo? Vbi nunc formosus ille Megillus? Aut quónam indicio quis Phryne formosiorem Symmachen hic dignosceret? Hic enim paria & eiusdem coloris omnia, adeò ut nihil sit neq; formosum, neque formosius. Quin
C palliastrum meum, quod antehac fœdum uidebatur, æquè nunc est in precio, quàm ipsa regis purpura, nempe quòd ambo sint obscura, ac eisdem tenebris obducta. Tu autem Cynisce ubi tandem es? CYNIS. En tibi Micylle hic adsum: sed si commodum uidetur, pariter eamus. MICYLL. Probè dicis. dextram mihi iniice. Dic mihi, quando Eleusiniis sacris initiatus es, non tibi hæc similia uidentur illis quæ istic fiunt? CYNIS. Rectè confers. En adeò quædam facem gestans accedit, obtuens terrificum quiddam & minabundum. An nõ est Erinnys? MICYLL. Apparet certè ex habitu. MERCVRIVS. Excipe hos ô Tisiphone, supra mille quatuor. TISIPHONE. Atqui iam-
D dudũ Rhadamãthus hic uos expectat. RHADAMANTHVS. Adduc ipsos ô Erinny. Tu uerò Mercuri, ut est præconis munus, editis nominibus singulos accerse. CYN. O Rhadamanthe, per patrem te obsecro, meam causam primùm omnium cognoscas. RHADA. Qua gratia? CYNIS. Omnino gestit animus accusare quendam de malis quæ in uita me conscio commisit. Alioqui ni prius qui sim, & qua ratione uitæ cursum transegerim, fiat manifestum, non dignus ero cui fides adhibeatur. RHADAM. Quis ergo es? CYNIS. Cynicus sum, ô præclare, professione Philosophus. RHADA. Huc ades, & primum ad iudicium assiste. Tu uerò accusatores accerse. MER-
E CVR. Si quis Cynisci huius est accusator, huc prodeat. RHAD. Nullus accedit: quanquam hoc satis non est, ô Cynisce, sed uestimenta detrahe, ut de te, notis tuis inspectis, pronũciem. CYNIS. At ubi Cynicus notis esset inustus? RHADAM. Quot scelera quisque uestrum in uita patrarit, tot notas, sed quæ non facilè appareant, in anima circumfert. CYNIS. En tibi nudus assisto: quare notas quas dicis, inuestiges licebit. RHADAM. Hic per omnia est purus, præter treis quatuórue cicatrices admodum obliteratas, ac uix dum conspicuas. At at quid hoc? uestigia certè, & inustionum signa. Verùm haud scio quomodo sunt deleta, imò uerò in totum excisa. Quid hæc ô Cynisce? aut quî denuo purus es factus? CYNIS. Equidem rẽ tibi indicabo. Olim cum

per imperitiam uitioſus eſſem, atque hoc nomine complureis comnieruiſſem F
notas, ſapientiæ ſtudio me ipſe dedere cœpi: cuius beneficio haud ita multò
pòſt uniuerſas maculas ex animo abſterſi. RHADAM. Bono profectò &
præſentiſſimo es uſus remedio. Sed iam hinc in Beatorum inſulas abito (illic e-
nim inter optimos locum habebis) ſi prius Tyrannum de quo dicis, accuſaris.
Alios aduoca Mercuri. MIC. Quod ad meam cauſam attinet, parum ſanè eſt,
& breui cognitione indiget. Iamdudum enim hic tibi nudus adſum: quare me
introſpicias licebit. RHAD. At quis tandem es? MIC. Sum Micyllus ſutor.
RHAD. Euge ô Micylle, purus es omnino, & ne pũctulo quidem notatus.
Concede & tu ad hunc Cyniſcũ. Accerſe nunc tyrannum. MERCV. Mega- G
pẽthes Lacydæ filius prodeat. Quorſum te agis? Accede. te uoco tyrãne. Quin
ipſum ô Tiſiphone in medium proiicis, capite in terrã ſtatuto? Bene habet. Tu
nũc ô Cyniſce accuſa, & hominẽ de ſceleribus conuince. Iã enim hic tibi pro-
ptèr adeſt. CYN. Principiò quanuis in accuſando ne uerbis quidẽ opus fuiſ-
ſet, quandoquidem cuius monetæ ſit, uel ab ipſis notis agnoſcere potes, tamen
quò res fiat ſole clarior, & ipſe tibi uirum detegere, ſermonéque depingere
conabor. Ac flagitia quæ ter ſceleſtus nebulo tantiſper dum priuatam agebat
uitam, peregit, equidem cenſeo prætermittẽda. Sed ubi partim hominum per-
ditiſſimorum atque audaciſſimorum, quos in hoc ſibi conciliarat, fauore, par- H
tim ſatellitum collecta manu, tyrannidem arripuit, plus ſexcentos indicta cau-
ſa trucidauit. Deinde cum hac uia ſingulorum ciuium opes exhauriendo, diui-
tias ſummas corraſiſſet, nullam libidinis ſpeciem intentatam reliquit. Quin ge-
nus omne cum iniuriæ tum crudelitatis in miſeros ciues exercuit, uirgines ui-
tiando, adoleſcentes ſtuprando, breuiter, modis omnibus in ſubditos debac-
chando. Iam pro faſtu, pro ſuperbia, proq; eius in obuios omneis fremitu, ſup-
plicium factis dignũ ſumere non poſſis, quandò minori periculo in ſolẽ quàm
in hunc defixis oculis tueri licuiſſet. Porrò noua ſupplicia, & ad crudelitatem
eius explendam recèns inuenta, quis poterit recẽſere, qui ne ab intima quidem I
familiaritate coniunctis abſtinuerit? Quòd ſi ab eo interemptos huc aduocaris,
facilè cõperies hæc haudquaquam à me calumniandi ſtudio confingi. Imô ue-
ro non uocati, & uoluntarii, ut uides, hic adſunt, ipſumq; circunſiſtentes malè
urgent. Hi omnes, ô Rhadamanthe, huius crudelitate uitam amiſerunt: quo-
rum alii formoſarum uxorum gratia inſidiis ſunt circunuenti: alii quòd libe-
rorum ſuorum, quos ad iniuriam uiolenter abducebat, nomine ſtomacharen-
tur, ſunt trucidati: alii quòd opibus illorum inſidiaretur: porrò alii, quòd boni
eſſent & prudentes, quibus haudquaquam cum illius factis conuenire poterat.
RHAD. Quid ad hæc dicis ſacrilege? MEGAP. Cædes quas dicit, equi- K
dem perpetraui: cætera uerò omnia, nempe adulteria, læſam puberum pudici-
tiam, uirginum ſtupra, hæc omnia Cyniſcus falſò criminatur. CYN. Quin &
horum teſtes proferam ô Rhadamanthe. RHAD. Quos eos dicis? CYNI.
Mercuri, eius mihi Lucernam aduoca, & Lectum. Hæc enim in medium pro-
greſſa, quæ ſeſe conſciis hic ter ſceleſtus patrarit, teſtabuntur. MERCV. Et
Lectus & Lucerna Megapenthis huc aſſint. Bene ſanè quôd obſequuntur.
RHAD. Exponite ergo uos, quæ uobis teſtibus commiſerit hic Megapen-
thes. Tu Lecte dic prior. LECTVS. Vera planè ſunt omnia de quibus à Cy-
niſco accuſatur: me tamen ô here Rhadamanthe hæc dicere ſanè pudet: eiuſ-

modi

A modi ſunt,quæ ſupra me patrauit.R H A D.Itaque eum teſtimonio tuo apertiſſimè damnas,cum eius facinora ne dicere quidem ſuſtineas.Et tu iam Lucerna da teſtimonium.L V C E R N A.Equidem quæ interdiu ſint facta,neſcio: neq; enim aderam.Verùm quæ noctu uel in alios fecit, uel ipſe eſt paſſus,horreo dicere.Cæterùm nephanda multa, & quouis iniuriæ genere ſuperiora ſæpenumero ſpectaui, adeò ut & ipſa quidem aliquoties extingui geſtiẽs, oleum ultro non adbiberim.At ille quò mihi lucem modis omnibus conſpurcaret,etiam abominãdis facinoribus me inuitam adhibuit.R H A D.Satis eſt teſtimoniorum. Sed purpuram hanc exue, ut & notarum numerum cõſpiciamus.Pa-
B pæ! hic totus eſt liuidus & inſignis, imò præ cicatricum crebritate cœruleus. Nunc autem quo tormenti genere eſt puniendus? in Phlegethontẽm ne iniiciẽdus,an tradendus Cerbero?CYN. Minimè,ſed ſi tibi eſt cordi,nouũ quoddam ſupplicium, & hoc planè dignum, indicabo. R H A D. Dic modò.nam ego tibi uel hoc nomine magnam habebo gratiam. CYN.Mos eſt,ni fallor, ut qui moriuntur,ex obliuionis fonte bibant.R H A D.Eſt quidẽ.Sed quid tum? CYN.Hic ergo ſolus à potu arceatur.R H A D. At qua gratia? CYN. Hac uia graueis ſanè & moleſtas dabit pœnas:uidelicet cũ recordabitur & qui fuerit,quantaq; apud ſuperos potentia præualuerit:in primis autem ubi delicias il-
C las ſuas in animo recolere cœperit. R H A D. Probè dicis.Itaque ad eum modum damnatus eſto, & ad Tãtalum uinculis alligator,ſemperq; in animis uerſato,quæ,dum uixit,peregit iucundẽ.

## DE IIS QVI MERCEDE CONDVCTI in diuitum familiis uiuunt,

### Eraſmo Roterodámo interprete.

#### ARGVMENTVM.

D *Aulicæ uitæ moleſtias & incõmoda, oratione hac depingit Lucianus,quamq; indigna ea ſit homine, præſertim docto & liberaliter inſtituto,exponit, confutatis etiam cauſsis ijs,quibus ſeſe tuẽtur qui hoc uitæ genus ſectantur,& in ſeruitutem ultrò ſeſe præcipitant.Exordium ab attentione incipit, amplificando rei magnitudinem,fidemq; faciendo dictis,ab eorum perſona qui in eadem uita aliquãdiu uixerunt. Mox & beneuolentiam captat Timoclis,eius ad quem ſcribit,ab officio amicitiæ,indicans ſe hæc propterea illi ſcribere, ut quia illũ iam olim de hac uita ſuſcipiẽda cõſilia agitare intellexerit,ne quid olim,ſi res malè cadat,& illum conſilij ſui pœnitere incipiat,accuſare ſeſe poſſit,ut à quo admonitus aut reuocatus nõ fuerit,præſertim quãdò ſciat hanc uitam non modò per ſe difficilem atque periculoſam eſſe,uerùm etiam homini philoſopho, aut quocunque denique diſciplinarum genere docto, minime conuenire.Exordio in hunc modum peracto, confutationẽ ſtatim ſubiungit earum cauſarũ quibus ſeſe tueri ſolẽt qui hoc uitæ genus ultro amplectuntur. Diluit autẽ omnes eas per inuerſionẽ,oſtendens ea maximè uel ſequi,uel negari,quæ illi cũ primis euitare uel conſequi ſtudẽt:ac poſtremò etiã turpe eſſe homini docto & ingenuo,ob ſolam ſpem uoluptatis alicuius,in uolun-*
E *tariam ſeruitutẽ ſeſe dare.Atq; hinc iam ad ipſam rem accedit,propoſitis per diuiſionẽ ijs de quibus dicturus ſit.Principiò igitur recenſet quanta incõmoda,quantaq; moleſtiæ perferẽdæ ſint antequã in aulam recipiaris: deinde quæ & quãta tolerãda,atq; adeo deuorãda,ubi iã receptus fueris,circa prima cõuiuia,circa pactionem mercedis,circa ſeruitutem reliquam, quæ mox exceptũ atq; perdomitum, paulatim in contemptum adducit,& ad adulandũ impellit.Præterea & metu periculisq; inuoluit,ob quæ uariæ exinde querelæ, & uitæ mutatæ pœnitẽtia ſequuntur.Atq; hæc omnia non domi ſolum perferenda eſſe indicat,uerumetiã foris,ubi interim multo ſordidiora miniſteria imponuntur,etiam à mulieribus, quibus æquè ac uiris adulandũ eſt. Poſt hæc & circa munerũ compenſationes,quo pacto nuncij ac diſpenſatores cõciliandi: & circa mercedis ſolutionẽ,quanta cũ moleſtia exigenda illa,quantaq; aliorũ etiam inuidia accipiẽda ſit:& poſtremò quàm ignominioſi exitus pleroſq; maneãt ſenes iam & exhauſtos,cũ clàm aut turpiter ab aula profugiũt, aut reijciũtur.Quæ omnia ad finẽ,uelut in tabella quadam propoſita,breui ſed eleganti admodũ imagine depingit,& ob oculos ponit, amplificatis etiam in media paſsim oratione ijs quæ maximè urgere aut cõmendare uoluit.*

ECquid tibi primum,amice,aut quid poſtremum,quẽadmodum uulgo dici conſueuit,recenſeam, ex his quæ tum facere tũ pati coguntur, qui mercedis gratia ſeſe in alienas domos, conuictũmque tradunt alienum,quiq; in locupletum iſtorum amicitiam accenſentur,ſi modò eiuſmodi illorum ſeruitutem conuenit amicitiam appellare?Noui enim permulta,atq; adeò pleraq; omnia,quæ illis ibi ſoleant accidere, nõ per Iouem quòd ipſe ea experimento cognorim (neq; enim mihi unquam experiundi incidit neceſſitas,ac nequando incidat,Dii prohibeant)ſed quòd complures qui in hoc uitæ genus inciderant,apud me ſoliti ſint commemorare: partim qui in ipſis etiamdum malis conſtituti,quæ & quanta ferrẽt,deplorabant: partim qui tanquam è carcere quodam profugi,non abſque uoluptate recordabantũr cõmemorabantq; ea quæ fuerant perpeſſi: imò iuuabat reuocare ob oculos, quas ærumnas effugiſſent. Atq; hi quidẽ digniores mihi uiſi ſunt,quibus fides haberetur : ut qui eius ſacri ritus(ut ita dixerim)omneis, omniaq; myſteria perdidiciſſent, cunctaq; ab initio ad finem uſq; perſpexiſſent. Hos igitur haudquaquã indiligenter nec oſcitanter audire ſoleo,ueluti naufragium quoddam, ac præter ſpem obiectam ſalutem enarrantes : cuiuſmodi ſunt iſti, qui in templis deraſo capite,complures ſimul obambulantes, immanes undas, procellas, ſublatos in cœlum fluctus,iactus,malos fractos, gubernacula reuulſa narrãt: in primis autem geminos Caſtorem & Pollucem apparentes(nam hi peculiariter ad hanc tragœdiam pertinẽt) aut alium deum quempiam repentè (quemadmodum in fabulis fieri conuenit)exortũ,ſummisq; antennis inſidientem,aut iuxta clauum adſiſtentem, qui nauim ad littus aliquod molle dirigeret: ad quod appellens futurum eſſet ut & ipſa paulatim ac lentè ſolueretur, & ipſi tutò in ſolum deſcenderẽt,idq; ope fauoreque diuino. Atque iſti igitur permulta id genus ad præſentem commoditatem exaggerantes commemorant : quò uidelicet à pluribus ſtipem accipiant,ſi non calamitoſi modò,uerùm etiam diis chari eſſe uideantur. Porrò ii dum eas quas in tectis tulerũt tempeſtates referrẽt, atque immanes illas undas,quinetiã decumanos fluctus,ſi fas eſt dicere:& quemadmodum primũ à littore ſoluerint mari tranquillo, quantumq; moleſtiarum perpetua nauigatione ſint perpeſſi,dum ſitiunt, dum nauſeant, dum ſalo perfunduntur : deniq; quemadmodum infelici nauigio in cautem quampiam ſub undis latentem,aut in ſcopulum aliquẽ præruptum & aſperum illiſo fractoq; miſeri ægrè enatarint,nudi, cũctarumq; rerum inopes: hæc inquã quum referrent, mihi quidẽ uiſi ſunt permulta præ pudore ſubticere, uolentesq; ac ſcientes obliuiſci. At ego etiam illa, præterea autem & alia nõnulla ex illorum narrationibus coniectans,deprehendi quicquid ærumnarũ cum eiuſmodi cõuictibus coniunctum eſt. Quæ quidem omnia haud grauabor,optime Timocles,tibi percenſere . Iampridem enim mihi uideor animaduertiſſe, te de capeſſenda hac uitæ ratione cogitare. Nam olim quum his de rebus ſermo incidiſſet : mox ex his qui præſentes erant,quiſpiam mercenarium hoc uitæ genus laudare cœpit : fortunatiſſimos eos affirmans, quibus contigiſſet horum uti familiaritate, qui apud Romanos eſſent optimates: tũ conuiuiis adeſſe opiparis, idq; immunes : præterea ſplendidis in ædibus diuerſari : tum peregrinari omnigena cum commoditate, uoluptatéque, alba interim in rheda (ſi forte libeat) reſupinatos . Inſuper ob hanc amicitiam , óbque commoditates quibus afficiuntur,

etiam

A etiam mercedem capere: id uerò non mediocre uideri. Istis enim haud dubiè citra sementem ac culturam (quod aiunt) cuncta prouenire. Hæc igitur atque id genus alia quum audires, animaduerti quemadmodū ad ea inhiaueris, quamq; auidè ad escam os apertū porrexeris. Proinde ne quid mihi certè in posterum possis imputare, neque expostulare queas, quòd quum te conspiceremus tantum unà cum esca deglutientem hamum, non reuocaremus, neque priusquam in guttur demergeretur, reuulserimus, neque præmonuerimus, uerùm posteaquam cessassemus, donec eo iam adacto atque infixo, trahi iam ac ui duci conspiceremus, tum quū nihil opis afferri possit, frustra adesse nos atque illachry-
B mari: hæc inquam nequādo possis dicere: (quæ si dicantur, meritò profectò dicātur, neq; à nobis refelli possent quò minus peccasse uideremur, ut qui prius ista non indicassemus) audi nunc ordine omnia. Ac rete quidem ipsum cuiusmodi sit, quamq; nullum habeat exitum: non intus mediis in sinibus inuolutus, sed foris tutò atque per ocium antè contemplator, unci æris aculeum, reflexam hami acié, ac tridentis cuspides manu tentans, malæq; admotas experiēs. Quod nisi uehementer acuta, nisi sic illigantia, ut effugiendi nulla sit facultas, nisi dira uulnera factura uideantur, acriter trahentia, & inexplicabiliter retinentia: nos quidem inter formidolosos, atque ob id etiam pauperes famelicosq; adscribi-
C to: ipse uerò sumpta fiducia, uenatum istum, si uidetur, aggreditor, Lari in morem totam escam hiatu deglutiens. Atque in uniuersum quidem forsitan tua causa omnis hic sermo dicetur: quanquam non solū de uobis philosophis, aut his quicunque uitæ institutum sibi delegerunt cum uirtutis studio cōiunctius, uerumetiā de grammaticis, rhetoricis, musicis, breuiter de omnibus qui in doctrinæ professione uersari, quæstumq; facere proposuerunt. Cæterùm quum omnia sint inter istos communia, eademq; prorsus accidant omnibus, palàm est philosophorum conditionem non esse à reliquis eximiam, imò hoc illis turpius ista contingere, quum sint cum aliis communia, si ii qui conducunt, non
D aliis præmiis eos quàm reliquos dignos iudicent, nihiloq; magis quàm cæteros in honore habeant. Sed quicquid erit, quod narrationis series aperiet, eius culpam potissimùm in ipsos conferre par est, qui eiusmodi faciunt: deinde in eos qui talia sustinent. Ego uerò culpari non debeo, nisi fortè ueritas & libertas in commemorando reprehēsionem mereatur. Ac reliquū quidem hominum uulgus, puta palæstricos quospiam, aut adulatores imperitos, sordidoq; animo, ac suopte ingenio humiles & abiectos homines, ne operæpreciumquidē fuerit ab eiusmodi conuictu dehortari, quippe nequaquam obtemperaturos: neque rursum æquum sit illis uitio uertere quòd non relinquant suos conductores,
E etiam plurimis ab illis contumeliis affecti. sunt enim ad eā uitæ rationē accommodati factiq;, neq; ea uidelicet indigni. Præterea ne habeāt quidē aliud quippiam ad quod sese conuertant, & in quo sese exerceant, adeò ut si quis eam uitam illis adimat, ignaui illico, cōsiliiq; inopes, desidiosi atque inutiles reddātur. Quamobrem nec ipsi rem aliquam indignam patiātur, nec illi cōtumelioſe facere uideantur, si (quod aiunt) in matellam imminxerint. Etenim ad eas ipsas contumelias iam inde initiò præparati, conferunt sese in familiam, atq; hæc sola illis ars suppetit, ferre & perpeti quicquid acciderit. Cæterùm eruditorū nomine, de quibus institueram loqui, meritò indignādum, enitendumq; ut quàm maximè fieri potest, eos inde reuocatos, in libertatem uindicemus. Videor au-

tem rectè facturus, si quibus de caussis se quidam ad hoc uitæ genus conferũt, F
eas caussas excussero, parumq; idoneas atque efficaces esse demonstrauero. Siquidem eo pacto omnis illis præripietur excusatio, summusq; ille titulus, quo suam spontaneam seruitutem solẽt obtexere. Iam igitur plerique paupertatem & rerum necessariarum inopiam proponunt, atque eam umbrã satis idoneam existimant, qua suum factum prætexant, quòd ultrò ad eam uitam accesserint: ac sibi sufficere credunt, quum aiunt se quiddam ignoscendum facere, qui id quod est in uita molestissimum, nempe paupertatem, studeant effugere. Postea in promptu Theognis, atque illud plurimum in ore:

Nam quemcunque uirum paupertas enecat. G

& siqua alia terricula abiectissimi quique poetæ de paupertate prodiderunt. Equidem si uiderem ex huiusmodi conuictu paupertatis effugium aliquod uerè contingere, non admodum anxiè cum eis de uehementer amplectenda libertate disceptarem. At posteaquam eiusmodi quædam accipiunt, cuiusmodi sunt ægrotantium alimenta (quemadmodum egregius ille dixit orator) quî queant effugere quò minus in hoc ipsum parum rectè sibi consuluisse uideantur, nimirum semper illis manente eodem uitæ illius argumento? Semper enim manet paupertas, semper accipiendi necessitas: nihil quod seponatur, nihil supereſt quod reseruetur: uerùm quicquid datum fuerit, ut detur, ut uniuersum H
etiam capiatur, prorsus omne insumitur, ita tamen, ut ne id quidẽ in usus sufficiat. Rectius autem futurum fuerat, si nequaquam caussas eiusmodi comminiscerentur, quæ paupertatem seruant alũntque, atque eatenus duntaxat opitulantur, uerùm quæ illam tandem aliquando tollant. Ac forsitan tibi hoc uolebas Theogni, quum diceres eam in altum mare, ac præruptis de scopulis præcipitem dari oportere. Quod si quis semper pauper, semper egens, cum semper mercede conductus mereat, hoc ipso sese arbitretur aufugisse paupertatẽ: non uideo quî fieri possit quò minus hic ipse sese fallere uideatur. Rursum alii negãt sese paupertatem formidaturos, si modò reliquorum hominum in morem I
possint suo labore suáque industria sibi uictum suppeditare: at nunc sibi fractas esse corporis uires, seu senio, seu morbis: eóque ad eam uitã mercenariam facilem uidelicet atque commodam confugere. Age igitur, inspiciamus num uera prædicent, & num ea quæ dantur, ex facili illis suppetant, ac non multo, neque adeò maiore labore constent, quàm uulgo suus uictus. Nam id quidem etiam uotis expetendum, uti citra laborem, citra sudorem, nullo negocio paratum argentum accipias. Verùm q̃ hæc absint â uero, istud profectò ut dignum est, ne dici quidem satis potest: tantum laborum, tantum sudorum in eiusmodi conuictibus exhauriendũ, ut hic ne ualetudo quidẽ ad id par sit, quippe quum K
quotidie sexcenta non desint negocia quæ corpus conficiant, adq; extremam usque defectionem delassent. Verùm hæc suo loco dicemus, quum etiam reliquas illorum incommoditates commemorabimus. In præsentia sat erit ostendere, qui se aiunt hac de caussa in seruitutem addicere sese, ne istos quidem uera dicere. Supereſt iam ut eam caussam referamus: quæ quidẽ ut est uerissima, ita ab illis minimè profertur: nempe ipsos uoluptatis gratia, & amplis illis spebus incitatos, ultro inuadere familias diuitum, auri argentíque uim & copiam admiratos: præterea quòd felices sibi uideantur ob cõuiuia, & reliquas eius uitæ delicias: sperantes futurum uti mox nemine uetante affatim aurum bibant.

Hæc

A Hæc nimirum ſunt quæ illos adducunt, atq; ex liberis ſeruos conſtituunt, non rerum neceſſariarum uſus, quem prætexebant: ſed rerum non neceſſariarum cupiditas, atque ingentium illarum & amplarum opum admiratio. Enimuero quemadmodum miſeros iſtos atque infelices amantes, callidi quidam & ueteratores amaſii receptant, & faſtidienter ducunt, lactantq; uidelicet, quò iugiter amantes ambiant ipſos, atque inſeruiant. Cæterùm ex amoris fructu ne ſummo quidem oſculo impertiunt. Intelligunt enim copia facta diſſoluendū amorem. id igitur ne fiat, præcauent, diligentérque ſui copiam ſubtrahunt. Alioqui ſpe ſemper retinent amantem, metuentes ne deſperatio minuat cupiditatis ar-
B dorem, amantémque ab ſe alienet. Proinde ſemper arrident, pollicéturq;, ſemper facturi ſunt, ſemperq; gratificaturi: ſemperq; ingentium ſumptuum rationem habituri: donec imprudentes ambo ſenuerint, atque utrique iam præterierit ætas, huic ad amandū, illi ad dandum: atq; ita omni uita nihil illis peractum eſt ultra ſpem meram. Atqui uoluptatis cupiditate nihil non ferre, id quidem forſitan non uſqueadeo uicio uertendum: quin magis uenia danda, ſi quis uoluptate capiatur, & hanc undequaque conſectetur, quò poſſit ea potiri: quanquam turpe forſan ac ſeruile, ſi quis ea gratia ſemet in ius tradat alienum: propterea quòd uoluptas quæ ex libertate percipitur, multo ſuauior eſt, quàm ea
C quā ille libertatis iactura ſectatur. Attamē hoc quoq; aliquo pacto ignoſcēdum illis ſit, ſi modò cōſequantur. Verumenimuero ob ſolā uoluptatis ſpem multas perferre moleſtias, equidem & deridiculum arbitror, & ſtultum: maximè quum uideant labores certos eſſe, manifeſtos, & ineuitabiles: porrò illud quod ſperatur, quod quidem nihil aliud tandē eſt quàm uoluptas, ne tam longo quidem tempore contigiſſe, præterea autē nec ueriſimile uideri ut contingat aliquādo, ſi quis modò rem recta reputet uia. At Vlyſſis quidem ſocii, dulci quadam guſtata loto, reliqua negligebant, ac præſenti uoluptate deliniti, honeſta contemnebāt, ut non prorſus cum ratione pugnarit in illis honeſtatis obliuio:
D nimirum animo uoluptatis illius ſenſu occupato. Verùm ſi quis famelicus alii cuipiam loto ſeſe ingurgitanti, neque quicquam inde impertienti, aſſiſtat, idq; ſolam ob ſpem, quòd credat fore ut & ipſi aliquando deguſtandam lotū porrigat: aſſiſtat inquam ad hunc modum, recti atq; honeſti oblitus, dii boni quàm hoc ridiculum, planēque uerberibus quibuſdā Homericis dignum! Ergo quæ iſtos ad diuitum conuictum adducunt, & quibus impulſi ſeſe illis dedunt, ad quodcunque lubitum fuerit utendos, hæc ſunt, aut his ferme ſimillima. Niſi ſi quis & illos commemorandos eſſe iudicat, quos hæc una res ad id commouet, quòd glorioſum arbitrantur cum illuſtribus atque opulentis uiris habere con-
E ſuetudinem. Sunt enim qui hoc quoq; præclarum ac magnificum ſupraq; plebem eſſe exiſtiment. Nam ego quidem, quod ad me propriè attinet, recuſarim uel cum Perſarum rege conuiuere duntaxat, conuictorq; uideri, ſi nullus ex eo conuictu fructus ad me redeat. Quum itaque cauſſa eius uitæ ſuſcipiendæ ſic illis habeat, age iam conſideremus apud noſmetipſos, primùm cuiuſmodi ſint illis perferenda priuſquam admittantur, priuſquā obtineant: deinde cuiuſmodi in ipſa iam uita conſtituti patiantur: poſtremò quæ tādem cataſtrophe, quis fabulæ exitus illis contingat. Neq; enim illud dicere poſſunt, hæc tametſi moleſta ſint, tamen aſſueſci facilè, neq; ad id multo opus eſſe labore: ſat eſſe ſi uelis modò: poſtea reliqua omnia facto fore facilia. Imò neceſſe eſt ut primùm diu

ſurſum ac deorſum curſites, mane excitatus aſſiduè pro foribus obuerſeris, ut F
perdures quum protruderis, quum excluderis, quũ improbus interdum atque
importunus uideris,cũ ianitori malè Syriſſanti,ac nomenclatori Libyco ſubii-
ceris,quumq; nominis tui memoriã mercede redimere cogeris. Quin etiã ue-
ſtitus tibi eſt apparandus ſupra tuæ rei facultatem,pro dignitate eius cuius con-
uictum ambis: deligendus color quo ille potiſſimùm gaudeat,uti ne diſcrepes,
néue oculos illius offendas. Poſtremò uti gnauiter aſſectere neceſſe eſt,uel an-
tecedas potius,à famulis protruſus, ac ueluti pompam quandam expleas.at ille
interim cõplures iã dies ne aſpicit quidẽ te. Quòd ſiquando res tibi feliciſſimè
uerterit,ſi te reſpexerit,ſi accerſiuerit,dixeritq;, quicquid illud fuerit,quod illi G
fortè in buccam uenerit:tum denique,tum plurimus ſudor,tum multa oculo-
rum caligo,tum intempeſtiua trepidatio,tum ſannæ eorum qui adſunt,hæſitã-
tiam tuam ac perplexitatem ridentium. Qua quidẽ non rarò accidit, ut quum
oportuerit reſpõdere quis fuerit rex Achiuorũ,mille naues illis fuiſſe reſpon-
deas. Atque id,ſi qui ſunt modeſti,pudorem uocant:immodeſti timiditatẽ no-
minant: improbi inſcitiam. Ita fit,ut tu primam hanc diuitis comitatem,tibi pe-
riculoſiſſimam expertus,ita diſcedas,ut tantã animi tui imbecillitatem ipſe cõ-
dénes. Porrò ubi multas iã noctes inſomnes duxeris, ubi plurimos dies cruen-
tos egeris, haud quidem Helenæ gratia per Iouem, neque ob Priameia Perga- H
ma,uerùm ſpe quinque obolorũ, contigerit autem & deus quiſpiam tragicus
qui tibi ſit auxilio:iam illud reſtat,ut exploreris excutiarisq; num literas noris.
Atque ea quidẽ diſceptatio non iniucunda eſt ipſi diuiti, quippe qui laudatur
interim,ac felix eſſe prædicatur. Cæterùm tibi uidetur de uita ipſa,déque omni
fortuna tum certamen eſſe paratum:propterea quòd tibi uenit in mentem,idq;
meritò,futurum ut alius nemo ſit admiſſurus,ſi prius ab hoc reiectus ac repu-
diatus uideare. Interim in uarias curas diſtraharis oportet, dum inuides iis qui
pariter ex æquo tecum examinantur. Finge enim & alios eſſe qui eiuſdẽ for-
tunæ tibi ſint competitores: te uerò tibi uideri cuncta parum abſolutè reſpon- I
diſſe,metuentem interim ſimul & ſperantem,ac miſerè de illius uultu penden-
tem,qui ſi quid parum probet eorũ quæ dixeris, periſti. Sin arridens auſcultat,
hilareſcis,& ſpe bona fultus conſiſtis. Porrò conſentaneum eſt, eſſe non pau-
cos qui tibi aduerſentur, atque alios in tuum locum uelint inducere. Horum
unuſquiſque clanculum uelut ex inſidiis in te iaculatur. Iam uerò illud conſi-
dera,quale ſit, uirũ promiſſa barba,cana coma, examinari num quid bonæ rei
didicerit,& aliis quidem didiciſſe uideri,aliis ſecus. Superior interim uita,& o-
mnis anteacta ætas tua curioſius diſquiritur. Quòd ſi quis aut ciuis inuidia,aut
uicinus leui quapiam de cauſa prouocatus te deferat,& adulterũ dicat,uel pæ- K
deraſten: is protinus iuxta uetus illud prouerbium,ex Iouis tabulis teſtis. Por-
rò ſi pariter omnes bene de te prædicent:ſuſpecti,leues,ac largitione redempti
uidebuntur. Nam admodũ omnia tibi conſtẽt oportet. nihil prorſus ſit,quod
tibi queat obſiſtere. alioqui nunquam obtineueris. Age ſanè,hoc quoque con-
tigit,ac bona quapiam fortuna cuncta tibi feliciter ceſſerunt, & probauit ipſe
doctrinam tuam:& amicorum præcipui,quibusq; ille huiuſmodi in rebus plu-
rimam habet fidem,non dehortantur. Ad hæc uult etiã uxor. Non refragatur
domus præfectus,neq; item diſpenſator. Nemo tuam inſimulauit uitam,dextra
omnia & omni ex parte bene promittunt ſacra. Viciſti igitur ô fortunate, &

coronatus

A coronatus es Olympia. Quin Babylonẽ magis cepiſti, aut Sardiũm arcem occupaſti. Habebis Copiæ cornu,& gallinaceũ lac emulgebis. Iam ſanè par eſt,ut aliquãdo præmia capias,maxima uidelicet,& quæ laboribus tantis reſpondeãt, ne corona tua frondea duntaxat ſit, ſimul ut merces haudquaquam contemnenda præſtituatur,eaq; cõmodè ad uſum citraq; negocium perſoluatur,utq; reliquus item honos tibi præter miniſtrorum uulgus ſuppeditetur. Cæterùm à laboribus illis,à luto,à curſitationibus, à uigiliis,in ociũ te recipias, ut id quod uulgò ſolent optare mortales, porrectis pedibus dormias, nihilque iam facias præter ea ſola quorum gratia primùm receptus es,& in quæ conductus.ita e-
B nim cõſentaneum fuerat Timocles: neque ingens malum erat futurum,ſi quis ſubdita ceruice ferat iugũ, leue nimirum,& portatu facile, quodq; eſt omnium maximum,auro illitum. Atqui longè ſecus res habet,imò nihil horum reperietur. Siquidem in mediis ipſis id genus conuictibus ſexcentæ res accidunt uiro ingenuo neutiquam tolerandæ. Quæ quum audieris, ipſe tecum ordine reputato,num quiſquam ea perpeti queat,cui quidẽ cum eruditione uel minimum commercii fuerit. Exordiar autem,ſi uidetur,à primo conuiuio unde conſentaneum eſt te cõſuetudinem illam auſpicaturũ. Primùm igitur adeſt tibi quiſpiam qui te iubeat ad conuiuium accedere, famulus nõ incomis: qui tibi prius
C placandus, datis in manum,ne uidearis inciuilis, ut minimum quinque drachmis. At ille Acciſſans,ſeq; quũ maximè cupiat,cupere diſſimulans: Apage, inquit: Egóne quicquã abs te? Addit & illa, Abſit,dii prohibeãt. Tandem flectitur atq; obtemperat,ac diſcedit,te latè diducto rictu ſubſannans. Tu porrò nitida ſumpta ueſte,mũdiſſimeq; cultus, lotus accedis, ſolicitus interim ne prior aliis aduenias: nam id inurbanum: quemadmodum poſtremum uenire, graue. Proinde media inter utrunque obſeruata opportunitate ingrederis: teq; ſanè q̃ honorificè excipiunt. Tum arrepta manu te quiſpiam iubet accumbere,paulo ſupra diuitẽ, inter duos ferme ueteres amicos. At tu perinde atq; in Iouis ædes *Inſolentia conuiuiorum.*
D ueneris,nihil non admiraris,& ad omnia quæ geruntur,ſuſpenſus inhias, propterea quòd noua tibi atq; inuiſa ſint cũcta. Interim familia te ſpectat, omnesq; qui præſentes ſunt,quid agas obſeruant. Neq; uerò ea res curæ nõ eſt ipſi diuiti, quippe qui famulis aliquot præmonitis negociũ dederit ut oculis obſeruẽt quemadmodũ te geras in pueros,aut in uxorem, num ſubinde ex obliquo reſpectes. Ac reliqui quidem cõuiuæ, ſimul atq; te uident propter imperitiam ad ea quæ fiunt,attonitum ac ſtupefactũ,derident clanculum,cõiectantes te nunquam antea apud alium quempiam cœnaſſe, nouumq; tibi eſſe ut mantile apponatur. Proinde, ſicuti ueriſimile eſt,præ hæſitãtia ſudes oportet,ac neq; cum
E ſitias,audeas potum poſcere, ne uinoſus uideare: neque uariis appoſitis opſoniis,& in ordinem quendam extructis,ſcire poſſes cui prius aut poſterius manum admoueas. Quare ad eum qui proximus accumbit,reſpectes neceſſe eſt, atque eundem imitatus, conuiuii rationem & ordinem diſcas. Alioqui anceps ſedes,& uarians, animoq; penitus perturbato, & ad omnia quæ illic geruntur obſtupeſcens. Atque interim quidem diuitis admiraris felicitatem,propter auri uim & eboris,tantáſque delicias. Interim tuam ipſe deploras infelicitatem, qui quum nullius ſis rei,tamen uiuere te credas. Nonnunquam & illud in mẽtem uenit,fore ut admirandam & expetẽdam quandam uiuas uitam, quippe qui ſis omnibus deliciis illis fruiturus,cunctorumq; ex æquo futurus particeps. Arbi-

traris enim te ſemper bacchanalia feſta celebraturũ. Quin & adoleſcentuli for- F
moſi præminiſtrãtes, ac ſilentio arridentes, ſuauius in poſterum hoc uitæ genus pollicentur: ut Homericum illud nunquam deſinas in ore habere:

Haud uitio uerti debet ſi Troïa pubes,
Armatiq; ſimul Danai, ſub Marte laborum
Pondera tanta ferant:

ob tantam uidelicet felicitatem. Accedunt ad hæc inuitatiunculæ ad bibendum: ac poſtulato perquam ingenti ſcypho quiſpiam præbibit tibi, præceptorem aut aliud quiddam denique te appellans. At tu recepto ſcypho quid uiciſſim oporteat reſpondere, propter eiuſmodi morũ imperitiam ignoras, iamq; ruſticanus & inelegans eſſe uideris. Cæterùm ea propi- G
natio multorum ueterum amiçorum inuidiam in te concitauit, è quibus nonnullos iamdudum tuus accubitus clãculum urebat, quòd modò cum aduene-
ris, iis anteponare, qui multorũ annorum ſeruitutem exhauſerint. Protinus itaque talia quædam de te inter illos dicta feruntur: Illud ſcilicet malis noſtris deerat, ut etiam iis qui nuper in familiam commigrarunt, poſthabeamur. &, Solis Græculis patet urbs Romana. &, Quid habẽt quamobrem nobis debeant anteponi? Num mirificã quandam utilitatem adferre uidentur, quũ uerbula quædam miſera dicunt? Rurſus alius hæc: An non uidiſti quantum biberit? quemadmodum cibos appoſitos auidè corripiens deuorarit? Homo inelegans, ac fa- H
me enectus, qui ne per ſomniũ quidem unquã fuerit albo pane ſaturatus, multo minus alite Numidica, aut Phaſiano, è quibus nobis uix oſſa reliqua fecit. Porrò tertius, Fatui, inquit, priuſquã quinque abeãt dies, uidebitis hunc nihilo
*Calcei noui.* pluris fieri quàm nos. Nam nunc quidem non ſecus atque calcei noui ſolent, in præcio eſt, & habetur charus: uerũ ubi crebrò iam fuerit calcatus, lutoq; deformatus, tũ miſerè ſub lecticã abiicietur, cimicibus, quemadmodũ nos, oppletus. Atq; inter illos talia permulta de te iactantur, ex quibus aliquot iam tũ etiam ad calumniandum inſimulandumq; te incitantur. Omne igitur illud conuiuiũ tui plenum, ac plerique de te ſermones. Tu uerò propter inſolentiã atq; I
inſuetudinem plus quàm ſat eſt, hauris uini tenuis & acris, eoq; iamdudũ aluo tibi cita diſcruciaris: uerùm neq; decorum tibi ante alios è conuiuio diſcedere, neq; rurſum manere tutum. At producta interim in longum potatione, dũ ſermo alius ex alio naſcitur, dũ ſpectacula alia poſt alia proferuntur in conuiuium (nam uniuerſum fortunæ ſuæ ſtrepitum tibi cupit oſtentare) non mediocriter diſcruciaris, cui nõ liceat neque uidere quæ geruntur, neque auſcultare ſi quis uoce citharáue canat egregiè dilectus adoleſcẽtulus. At laudas tamen inuitus: cæterùm animo illud optas, ut aut terræmotus repèns ortus ea cũcta diſcutiat, aut incendium aliquod renuncietur, quo ſimul conuiuium tandem aliquando K
dirimatur. Habes amice primum illud ſcilicet & ſuauiſſimum cõuiuium, quod mihi quidem haudquaquam ſuauius ſit cepis, candidoq; ſale, liberè quũ uelim ex his, & quantum uelim edenti. Verùm ut ne tibi cõmemorem ructus acidos qui deinde ſequuntur, ut ne nocturnos uomitus, mane uobis erit de mercede
*Pactio mercedis.* pacto tranſigendum, quantũ, & qua anni parte te oporteat accipere. Ergo præſentibus duobus aut tribus amicis, accerſito te, & conſidere iuſſo, ſic loqui incipit: Facultates noſtræ cuiuſmodi ſint, iam perſpicere potuiſti, quàm nullus in his faſtus, ſed citra oſtentationem moderata ac popularia omnia, ſed mediocria omnia ac plebeia. Sic autem animum inducas uelim, ut exiſtimes omnia nobis

fore

A fore communia. Nam ridiculum profectò, ſi quum chariſſimam poſſeſſionum mearum partem, puta meam ipſius uitam, aut per Iouem liberorū etiam (ſi fors illi liberi fuerint erudiendi) tibi credam, non aliarum item rerum te mecum ex æquo dominum ac poſſeſſorem exiſtimem. Cæterùm quandò certi quippiam eſt præfiniendū, equidem uideo uitæ tuæ frugalitatem, & animum paucis contentum. Neque non intelligo haud mercedis adductum ſpe te in noſtram ueniſſe familiam, uerùm aliarum gratia rerū, puta noſtræ in te beneuolentiæ cauſa, tum honoris qui tibi præter omnes cōtinget. Attamen præfiniendū eſt aliquid. Quin ipſe magis quod uidebitur ſtatuito, habita ratione, uir amiciſſime,
B munerum etiam illorum quæ quotannis feſtis diebus à nobis accepturus uideris. Neque enim uel iſta nobis fuerint neglectui futura, etiam ſi nunc hæc pactione non complectamur. Scis autem complures per annum eiuſmodi munerum occaſiones incidere. Horū igitur habita ratione, moderatius nimirū præmium nobis præſcribas. Præterea decet etiam uos homines eruditos pecuniam negligere. Hæc ille dicens, totumq; te uaria ſpe labefactans, mitē ſibi ac tractabilem reddidit. Tu porrò qui dudum talēta, ac multa nummûm millia ſomniaras, ſolidos agros, & familias, ſentis quidem tacitus apud te hominis ſordes ac parſimoniam: nihilominus blāditur tibi pollicitatio tamen, atq; illud, Cōmunia
C futura ſunt omnia, ratum & uerum fore arbitraris, ignarus eiuſmodi dicta

Summis è labiis, non imo è corde profecta.

Tandem præ pudore ipſe ſtatuendi ius defers. Verùm ille facturum ſeſe negat: cæterùm ex amicis præſentibus quempiam in eo negocio ueluti medium intercedere iubet, qui ſalarii modum pronunciet, eum, qui neque ipſum grauet, ut cui plurimas tum alias in res magis his neceſſarias ſumptus ſit faciendus: neque rurſus ei qui laturus eſt, ſit omnino indignus. Atque is ſeniculus quiſpiam, diuitis æqualis, unà cum illo à pueris adulādo educatus, Eho tu, inquit, num inficias ire potes, quin unus ſis qui in hac urbe uiuūt omnium fortunatiſſimus,
D cui primū cōtigerit, quod pluribus miſerè cupientibus, uix à fortuna dari poſſit, nempe ut in huius hominis conſuetudinem admittaris? ut communes penates habeas? ut in familiam inter Romanos primariam recipiaris? Id nimirū tum Crœſi talenta, tum Midæ diuitias ſuperat, ſi modò modeſtus eſſe noris. Equidem non paucos noui magni nominis uiros, qui cupiiſſent, etiam ſi quid ultro dandum fuiſſet, gloriæ duntaxat cauſſa cū iſto uiuere, & familiares apud hunc atque amici uideri. Quapropter haud inuenio quibus modis tuam prædicē felicitatem, qui quidem ad hanc tam expetēdam fortunam etiam præmio addito admitteris. Proinde mihi ſatis eſſe uidetur, niſi planè es inſolens, ſi tantū ac-
E cipias. ſimulq; pronunciat ſanè minimum quiddā, præſertim ad ſpes illas tuas. attamen boni conſulas neceſſe eſt. Neque enim iam poſſis effugere, quum intra retia tenearis. Frenum igitur recipis, muſſitans, ac diſſimulās, ac initiò quidem non magnopere illi reluctans: facileq; ſequeris, ut quod non admodum te torqueat, neque ſtringat, donec illi tandem paulatim aſſueueris. Tum uerò ii qui foris ſunt mortales, hoc ipſo nomine tuam fortunam admirantur, quòd te conſpiciant intra cancellos uerſantem, ac nullo prohibēte introëuntem, prorſus præclaris illis opibus deliciisq; domeſticum quendam ac familiarem eſſe factum. At ipſe nondum uidere potes quam ob rem illi te felicem exiſtimēt, niſi quòd gaudes tamen, teq; ipſe fallis, ſemper futura meliora fore exiſtimans. Cæ-

Sulcin interpretatio
cultura potentiæ
animi:
a operatum motus
Operatum epiſt.
ig. Lib. i.

terum contrà atq; ſperaris euenit,& quemadmodũ adagio dicitur,iuxta Man- F
drabuli morem negocium procedit, in ſingulos (ut ita dixerim) dies deterius
ac retro relabens. Vnde paulatim uelut in luce dubia, tum demũ diſpiciens in-
telligere incipis, aureas illas ſpes nihil aliud fuiſſe, quàm ampullas quaſdam in-
auratas,labores autem eſſe graues,feros,ineuitabiles,ac perpetuos.Sed quinam
iſti ſint,forſitan me rogabis. Neque enim uideo,inquies,quid in hac conſuetu-
dine ſit adeò moleſtum, neque intelligo iſta quæ commemoras grauia atq; in-
toleranda. Audi igitur uir egregie, non moleſtiam modò negocii perpendens,
uerùm fœditatem,humilitatẽ,prorſusq; ſeruilitatem uel præcipuè interim cõ-
*Seruitus conſequẽs cõditionẽ acceptam.* ſiderans. Principiò memineris ex eo tempore te iam neque liberum neque in- G
genuum poſſe uideri. Noueris enim te hæc omnia,genus,libertatem,progeni-
tores ante limen relinquere,quum in huiuſmodi ſeruitutem temetipſum addi-
cẽs in ædes ingrederis. Siquidem libertas tibi comes ire recuſarit,ad uitam tam
indignam,tam humilem te cõferenti. Seruus itaque(tametſi nomine ipſo gra-
uiter offenderis)ſeruus inquam,uelis nolis,futurus es:neque unius ſeruus, ue-
rùm complurium,operamq; ſeruilem præſtare cogêris obſtipo capite,à diluculo
in ueſperam uſque, idque mercede uili atque indigna. Adde quòd ne place-
bis quidem admodum, neque domino ſatisfacies, neque ab illo magnifies, ut
qui nõ à puero fueris ad ſeruitium inſtitutus, ſed ſerò didiceris,atq; ætate mul- H
tum aliena cœperis ad id erudiri. Excruciat autem te priſtinæ libertatis memo-
ria animo recurſans, facitque ut interdum reſilire conere,reluctériſque, atque
ob id ipſum fit ut ſeruitus tibi moleſtior accidat. Niſi fortè illud tibi ad liberta-
tem ſufficere putas, quòd non fueris Pyrrhia aut Zopyrione patre prognatus:
aut quòd non ſic uti Bithynicum aliquod mancipium uociferãte præcone di-
uendaris. Atqui tum uir egregie,cum inſtante nouilunio Pyrrhiis & Zopyrio-
nibus immixtus, manum itidem ut alii ſeruuli protendis,capisq; quodcunq; il-
lud tandẽ eſt quod datur,hæc uidelicet eſt auctio. Nam præcone nihil opus erat
homini qui ipſus ſui fuerit præco,quiq; ipſe ultro ſibi multo tẽpore dominum I
ambierit. Age iam ô ſceleſte(cur enim nõ dicam,præſertim in eum qui ſe phi-
loſophũ eſſe dicat?)ſi quis te pirata inter nauigandum captum,aut ſi quis præ-
do in ſeruitutem tradidiſſet,teipſum deplorares,tanquam indignã fortunæ in-
iuriam patientem : aut ſi quis manu iniecta te duceret in ſeruitutem aſſerens,
leges inclamares,omnia faceres, acerbè ferres,&, ô terra,ô dii,magno clamore
uociferarereris : nunc uerò quum ipſe te ob paucos obolos id ætatis in qua etiam
ſi ſeruus natus eſſes, tamẽ tempeſtiuum fuiſſet iam ad libertatem aſpirare, cum
ipſa uirtute ac ſapientia ultro addictũ uendideris, nihil illa reueritus, quæ per-
multa ab egregio Platone, Chryſippo,Ariſtotele diſſerũtur,quum libertatem K
laudant,ſeruitutem damnant:an non te pudet,quum inter homines aſſentato-
res & emptitios ac ſcurras uerſans,ex æquo cum illis æſtimaris:quum in tanta
Romanorum turba ſolus peregrino in pallio uerſaris,quumq; Romanam lin-
guam perperam ac barbarè ſonas : præterea quum agitas conuiuia tumultuo-
ſa,magna hominum turba conferta,quorum pleriq; collectitii,quidam ſunt &
improbi? atque inter hos laudas odioſe, bibisq; præter modum : deinde mane
ad tintinnabulũ expergefactus, diſcuſſa ab oculis dulciſſima ſomni parte, unâ
ſurſum ac deorſum circuncurſas,heſterno luto etiamdum tibiis adhærente? Vſ-
queadeô ne te lupini aut holerũ agreſtium tenuit penuria? Vſqueadeo tibi de-

fuerunt

A fuerunt fontes frigida manantes aqua, ut per desperationem ad ista deueni-
res? Haud puto: quin potius palàm est, te non frigidæ aquæ, neque lupini,
sed bellariorum atque obsoniorum, uiníque odorati cupiditate captum eò
uenisse: quæ dum Lupi piscis in morem auidius appetis, tuo merito euênit
ut hamus tibi fauces transfixerit. Itaque præstò sunt huius intemperantiæ
gulæ'que auctoramenta. Ac perinde atque simia à trunco reuinctus collo, re-
liquis quidem omnibus risui es: at ipse tibi deliciis affluere uideris, cui conti-
gerit affatim expleri carycis. Cæterùm libertas, ingenuitas, unà cum ipsis
gentilibus ac tribulibus, hæc nimirum euanida cuncta: atque istarum rerum
B ne memoria quidem ulla: quanquam hoc quoque ferendum, si uita ista cum
hac turpitudine duntaxat esset coniuncta, quòd è libero seruum uideri facit:
non labores etiam accederent, cum illa seruorum colluuie communes. Sed ui-
de num quæ tibi imperantur, leuiora sint his quæ Dromoni aut Tibio man-
dantur. Nam doctrinæ quidem (cuius rei cupiditate simularat te in familiam
suam accersisse sese) perquam exigua illi cura est. Quid enim (ut dici solet)
commercii asino cum lyra? An non uides uidelicet quàm miserè macerен-
tur immodico desiderio uel Homericæ sapientiæ, uel Demosthenicæ grаui-
tatis ac uehementiæ, uel Platonicæ sublimitatis? Quorum mehercle ex ani-
C mis si quis aurum, argentum, atque harum rerum curas tollat, nihil fuerit re-
liquum præter fastum, mollitiem, lasciuiam, luxum, ferocitatem, imperi-
tiam. Atque ad ista nihil prorsum opus te. Verùm quoniam tibi barba ingens
propendet à mento, quoniámque uultu ipso graue quiddam & uenerandum
præ te fers, tum quia pallio Græcanico decenter amictus es, norúntque iam
omnes te grammaticum esse, seu rhetorem, seu philosophum: pulchrum ille
sibi putat, ut & eiusmodi quispiam, anteambulonum suorum pompæ per-
mixtus esse uideatur. Futurum enim hac re, ut Græcanicarum disciplinarum
studiosus, reliquæ'que omnis doctrinæ neque negligens neque rudis esse pu-
D tetur. Vnde fit ut in periculum uir egregie uenias, ne non tam ob admiran-
das illas artes, quin magis ob barbam palliumq; conductus esse uideare: proin-
de ut perpetuus apud illum conspiciaris oportet, neque absis unquam, ue-
rùm ut diluculo relictis stratis in famulitio temet exhibeas conspiciendum,
neque locum in acie deseras. Porrò ille iniecta nonnunquã tibi manu, quic-
quid fortè in mentem inciderit, de hoc tecum nugatur, obuiis ostentans
quàm ne per uiam quidem ingrediens, incurius sit literarum, quin ut illud i-
psum etiam ocium quod inter inambulandum datur, in re quapiam honesta
collocet. At tu miser interim, nunc cursim, nunc gradatim, nunc scansim
E plerunque, nunc descensim (nam scis huiusmodi esse urbem) obambulans,
tum sudas, tum spiritum anhelus trahis. Deinde illo intus cum amico quo-
piam, ad quem accessit, confabulante, quum tibi interim locus desit ubi uel
assidere queas, librum uidelicet stans in manum sumis, quoq; fallas tædium, le-
gis. Pòst ubi ieiunum te sitientemq; nox occupauit, incommodè lotus, intem-
pestiuè, puta nocte ferme concubia, ad cœnam accedis, haud perinde deinceps
in precio habitus, neque conspiciendus his qui adsunt. Verùm si quis aduene-
rit recentior, tu post tergum reiiceris. Itaq; in angulum aliquem abiectissimum
retrusus, accumbis, testis duntaxat ac spectator eorũ quæ apponuntur, canum

ritu oſſa circumrodens, ſi fors ad te perueniat, uel aridum maluæ folium, quo F
reliqua inuoluunt, ſi faſtidiatur ab iis qui ſupra te accumbunt, præ fame liben-
*Quotidianus uictus.* ter arrepturus. Audi iam & aliud contumeliæ genus. Quid quòd ne ouum
quidem ſoli tibi apponitur? Neque enim conuenit, ut tu ſemper eadem re-
quiras, quæ hoſpitibus atque ignotis miniſtrantur, quandoquidem hæc tua ſit
inſcitia atque inurbanitas. Neque auis eiuſmodi tibi apponitur, qualis aliis,
uerùm diuiti illi pinguis & ſucculéta, tibi pullus dimidiatus, aut palumbus ali-
quis aridus atque inſipidus, non auis uidelicet, ſed manifeſta contumelia, lu-
dibriúmque. Neque uerò rarò fit, ut ſiquando deſit alibi, miniſter repentè te
inſpectante ſubmouens ea quæ tibi erant appoſita, aliis apponat, illud tibi ad G
aurem immurmurans, Tu profectò noſter es. Quod ſiquando interim diſſece-
tur uel porca fœta, uel ceruus: aut ſtructorem tibi modis omnibus propitium
habeas oportet, aut certè Promethei partem feres: nempe oſſa adipe circun-
tecta. Nam quòd ei qui ſupra te accumbit, patina ſinitur adſtare quoad ſatia-
tus repudiet, te contrà tam celeriter prætercurrat, quis tandem iſthuc ferat, qui
modò ſit ingenuus, cuíque tantum inſit bilis, quantum uel ceruis adeſt? At-
que illud equidem nondum dixi, quòd reliquis ſuauiſſimum ac uetuſtiſſimum
uinum bibentibus, tu ſolus malum quoddam & pingue bibis. Proinde illud
ſemper curas, ut auro argentóue bibas, ne colore prodente palàm fiat te uſ- H
queadeo contemptum neglectúmque eſſe conuiuam: quanquam bene tecum
ageretur, ſi uel illud ipſum ad ſatietatem uſque bibere liceret. At nunc ubi cre-
briùs popoſceris, miniſter audiſſe diſſimulat. Adde iam multas interim & alias
eſſe res quæ te diſcrucient: imò nihil eſſe ferme, quod non ſit acerbum, maxi-
*Cõtemptus & reiectio poſt Cinædos & ſaltatores.* mè quum tibi cinædus aliquis antefertur: quin pluris te fit is, qui ſaltandi do-
cet artem, qui iocos Ionicos contexit Alexandrinus quiſpiam homunculus.
Nam quî tibi ſperes tu ut in accubitu æqueris iis qui uoluptates & amatoria
ſubminiſtrant? qui literulas in pectore geſtant? Proinde in obſcuro quopiam
conuiuii latibulo tectus, præq; pudore abſtruſus, ſuſpiras, uti coniectandum eſt, I
téque ipſum deploras, ac fortunam incuſas tuam, quæ tibi ne pauxillulum qui-
dem lepôris ac uenuſtatis aſperſerit. Ac prorſus ita uideris affectus, ut optes
poëta fieri, ut amatorias conſcribas cantiones: aut ſi id non contingit, uel eam
aſſequi facultatem, ut poſſis ab aliis conditas dignè canere. Vides enim quibus
in rebus ſitum eſt ut quis efferatur, plurimíque fiat. Quin & illud ferre queas,
ut magi quoque aut arioli perſonam (ſi neceſſe ſit) induas, ex horum gene-
re, qui amplas hæreditates, qui imperia, qui cumulatas opes pollicentur: quan-
doquidem hos quoque uides non mediocriter à diuitibus amari, plurimiq; fie-
ri: eoq; uel unum quodlibet horum fieri percupias, uti ne prorſus reiiculus at- K
que inutilis appareas. Atqui ne ad iſta quidem docilis es, infelix: proinde ſub-
mittas te oportet, muſſitesq; ac tacitus feras, clàm apud te plorans, ac neglectui
*Adulatio ridiculorum.* habitus. Etenim ſi te famulus aliquis ſuſurro deferat, qui ſolus omniũ non lau-
daris puerum heræ ſaltantem, aut cithara canentem, iſta ſcilicet ex re non leue
diſcrimen impendet. Quapropter terreſtris in morem ranæ ſitiens uocifereris
neceſſe eſt, id operam dans, ut in laudantiũ numero inſignis ac præcipuus ap-
pareas. Quin ſæpicule ſilentibus reliquis tibi ficta quædam laus proferenda,
quæq; multam ſapiat aſſentationem. Iam uerò magnopere ridiculum eſt, cum

eſurias

A esurias interim sitiásque, unguentis collini, ac uertice gestare coronam. Siquidem id temporis non dissimilis uidere sepulchrali columnæ uetusti cuiuspiam cadaueris, quæ gestare solet ea quæ Manibus inferuntur. Nam huic infuso unguento, impositaq; corona, ipsi & bibunt & edunt apparatas epulas. Porrò si etiam zelotypus quispiam fuerit, sintq; illi uel pueri formosi, uel uxor puella, neque tu prorsus à Venere Gratiisque fueris alienus: profectò non satis tuta res, neque periculum negligendum, propterea quòd regis plures sunt oculi, qui quidem non uera solùm uident, sed semper ueris aliquid addunt ad cumulum, ne conniuere uideantur. Quas ob res uultu demisso tibi est accum- *Pericula & metus.*

B bendum, quemadmodum in Persicis conuiuiis fieri mos est, uerito, ne quis eunuchus sentiat te in concubinam aliquam coniicientem oculos: móxque alter eunuchus, cui iamdudum arcus in manu tensus est, quia uideris quæ uidere nephas, inter bibendum malam iaculo transfigat. Iam peracto conuiuio, ubi paululum dormieris, ad galli cantum expergefactus, O me miserũ, in- *Pœnitentia.*

quis, ô infortunatum! Cuiusmodi quondam conuictus, quos amicos reliqui! tum uitam tranquillam, & ocii plenam, somnum quem meapte cupiditate metiri soleo: deambulationes liberas: atque ex his in quale barathrum memet præcipitem dedi? &, deum immortalem, cuius tandem rei gratia? Aut quód-

C nam istud magnificum præmium? At ne fieri quidem potuit, ut mihi unquam aliàs plures commoditates suppeterent, quàm tum suppetebant. Tũ autem accedebat libertas, atque omnia pro meopte arbitrio faciendi facultas. Nunc porrò iuxta id quod prouerbio iactatum est, Leo chordula uinctus sursum ac deorsum circumferor. Quódque omnium est miserrimum, maximêque deplorandum, neque efficere possum ut placeam, neque gratiam emereri queo: propterea quòd harum rerum sum imperitus ac rudis, maximè compositus collatúsque cum his qui hæc uelut artem profitentur. Proinde iniucundus sum, ac neutiquam aptus conuiuiis, quippe qui ne risum quidem con-

D citare norim. Quinetiam sentio me non ratò molestum esse & importunum quum adsum, maximè quum ipse seipso festiuior esse conatur. nam illi tetricus uideor. In summa, nullam inuenio uiam, qua me illi accommodem. Etenim si meam ipsius auctoritatem ac seueritatem tueri pergo, iniucundus uideor, ac propemodum horrendus ac refugiendus. Contrà si risero, uultúmque quàm possum maximè ad hilaritatem cõposuero, fastidit illico ille, & auersatur. Ac prorsus tale quiddam mihi uidetur, quale sit si quis in persona tragica Comœdiam agere tentet. Postremò quam tãdem aliam uitam mihi uiuam demens, posteaquam hanc præsentem alteri uixerim? Dum hæc tecum loqueris,

E iam sonuit tintinnabulum, iámque ad eadem tibi redeundum est, obambulãdum, standum, sed ceromate inunctis antè femoribus poplitibúsque, si modò uelis par esse certamini, præmióque tollendo idoneus. Deinde cõuiuium idem & eadem apparatum hora. Iámque adeò diuersa uiuendi ratio, superiorique contraria, tum insomnia, sudor, defatigatio, paulatim quasi suffossis cuniculis inducunt uel tabem, uel pulmonis exulcerationem, uel intestini tormina, uel egregiam illam podagram. Reluctaris tamen sedulò: ac frequenter quum ualetudo poscat uti lecto decumbas, ne hoc quidem licet, eò quòd assimulari morbus, quò munia officiaq; iusta defugias, existimatur. Hinc præter omneis

perpetuò palles,ſempérque iamiam morituro uidere ſimilis. Et hactenus qui- F
dem de his quæ domi ferenda ſunt. Quòd ſiquando fuerit peregrinandum: ut
ne interim referam alia incommoda, ſæpe fit ut pluuio cœlo, ubi poſtremus
ueneris (nam is locus tibi ſorte contigit) uehiculum opperiaris, donec nullo
iam reliquo loco ubi diuerſeris,proxime coquum, aut heræ comptorem te re-
clinant, ne ſtipulis quidem affatim ſubſtratis. Neque uerò tibi referre grauа-
bor, quod mihi Theſmopolis iſte Stoicus narrauit ſibi accidiſſe, rem profectò
nimiſquam ridiculam, quæ tamen eadem poſſit & alii cuiuis accidere. Con-
uiuebat enim cum opulenta quadam ac delicata muliere ex illuſtribus iſtis & G
urbanis. Eam, quum aliquando peregre proficiſceretur (nam id primum aie-
bat ſibi maximopere deridiculum accidiſſe) in curru ſibi uiro nimirum philo-
ſopho adiunxiſſe cinædum quempiam picatis cruribus, deraſa barba: quem
illa honoris (ut coniicio) gratia ſecum ducebat. Quin nomen quoque cinæ-
di commemorabat. aiebat enim Chelidonium uocari. Iam primùm illud cu-
iuſmodi fuerit, uide, iuxta uirum ſeuerum tetricúmque, tum ſenem, canóque
mento (ſcis autem quàm profundam ac uenerabilem barbam habuerit Theſ-
mopolis) aſſidere nihili hominem & effœminatùm, picturatis oculis, lubrico
uultu, fracta ceruice, non Chelidonem per Iouem, id eſt hirundinem, ſed uul-
turem magis, reuulſis barbæ plumis. Quod ni magnopere illum fuiſſet de- H
precatus ne faceret, futurum fuiſſe ut flammeum etiam in capite geſtans aſſi-
deret. Præterea autem perpetuo hoc itinere moleſtias innumerabiles pertu-
liſſe ſeſe, illo cantillante garrientéque, demum (niſi idem hominem coërcuiſ-
ſet) in rheda etiam ſaltante. Addebat ſecundo loco tale quiddã ſibi fuiſſe man-
datum. Accerſito illi mulier, Theſmopoli,inquit,ita tibi dii bene faciant, ma-
gnum quoddam officium abs te requiram,quod caue recuſes, neque expectes
ut quicquam te ſim rogatura ſtudioſius. Atque hoc (ut eſt credibile) omnia ſe
facturum pollicito, hoc, inquit,te rogo,quandoquidem uideo te uirum pro-
bum, diligentem & amantem, caniculam quam noſti Myrrhinam in uehicu- I
lum recipe, eámque mihi ſerua, curans ne quid illi deſit. Nam miſera grauida
eſt, atque adeò propemodum iam propinqua partui. At iſti ſceleſti & immo-
rigeri miniſtri, non dicam huius, ſed ne mei quidem ipſius magnopere ratio-
nem habent in peregrinationibus. Quare ne te putes mihi mediocre benefi-
cium facturum, ſi chariſſimam mihi iucundiſſimamq; caniculam ſeruaris. Re-
cepit Theſmopolis quum illa tantopere rogaret, ac propemodum etiam fle-
ret. Porrò ſpectaculum erat ſupra modum ridiculum, Canicula è pallio pro-
minens proſpectánſque paulò infra barbam,ac ſubinde immeiens(tametſi hæc
quidem Theſmopolis reticuit) ac gracili uoce latrans (huiuſmodi enim catel- K
læ iam in deliciis ſunt) neque non philoſophi mentum oblingens, maximè ſi
quid pridiani iuris inhæreret. Porrò Cinædus aſſeſſor ille, quum non inſul-
ſe ſuper conuiuium dicteria quædam ieciſſet in eos qui aderant,ac denique &
ad Theſmopolim uſq; dicacitas perueniſſet: de Theſmopolide, inquit, unum
hoc poſſum dicere, eum è Stoico Cynicum iam nobis eſſe factũ. equidem au-
diui caniculam etiã peperiſſe in Theſmopolidis pallio. Huiuſmodi deliciis il-
ludunt, uel (ut uerius dicam) huiuſmodi contumeliis ac ludibriis tractant eos
qui cum ipſis uiuunt, paulatim eos cicures ac manſuetos ad ferendas contu-

melias

A melias reddentes. Præterea autem & Carcharorum oratorem noui, qui iussus ſuper cœnam declamabat, neutiquam ineruditè per Iouem, imò grauiter & abſolutiſſimè, ac laudabatur interim ab illis bibentibus, quum non ad aquæ modum, ſed ad uini amphoram oraret. Atq; eam moleſtiam ob ducẽtas drachmas perpeti ferebatur. Verùm hæc quidem fortaſſis utcunq; toleranda. Porrò ſi dues ipſe aut poëticus fuerit, aut hiſtoricus, qui ſua ipſius ſcripta in conuiuio recitare gaudeat: tũ uerò maximè futurũ eſt ut diſcrucieris ac dirumparis, nempe quum admirari, quum aſſentari, quum nouos quoſdam laudãdi modos cõminiſci neceſſe habes. Sunt autem qui & formæ nomine ſtudeant admirãdi ui-

*Adulatio dominorum doctos ſe uideri uolentium.*

B deri. Eos nunc Adonidas, nunc Hyacinthos appelles neceſſe eſt, etiã ſi illis naris nonnunquam cubitali hiet ſpecu. Quòd ni laudaris, protinus in lapidicinas Dionyſiacas aſportaberis, tanquam qui illi tum inuideas, tùm inſidieris, maleq; uelis. Ad hæc & ſapiẽtes & rhetores ſint neceſſe eſt. Quòd ſi etiã ruſticè quippiam dixerint, tum uerò iuxta illud quod dici ſolitum eſt, Atticæ atq; Hymetti plenam orationem uideri uolunt, atque in legẽ abire, ut deinceps ita loquantur homines. Quanquam quæ uiri faciunt, ferri forſitan queant: at uerò mulieres (nam mulieribus etiam illud ſtudio eſt, ut doctos aliquot in ſuo conuictu conductitios habeant, quiq; ſeſe mercede aſſectentur) quandoquidẽ hoc quo-

C que ad reliquum cultum elegantiámque pertinere putant, ſi dicantur eruditæ, ſi philoſophæ, ſi carmina componere Sapphicis haud multo inferiora: ob hæc ſanè hæ quoque conductitios Rhetores, Grammaticos, Philoſophos circumferunt. Hos autẽ audire ſolent (id quod ipſum eſt ridiculũ) tum temporis, quum uel comuntur, aut capillos in orbẽ religant, uel in conuiuio. Nam aliàs nõ ſuppetit illis ociũ. Porrò ſæpenumero fit, ut interim dum philoſophus quippiam differit, interueniens ancilla literulas ab adultero porrigat: ac præclari illi de pudicitia ſermones intermittũtur, opperientes donec illa reſcripſerit adultero, atque ita redeat ad auditionem. Porrò ſiquando poſt multum temporis inſtã-

D tibus Saturnalibus, aut Panathenæis, miſera quæpiã umbella tibi mittatur, aut tunicula ſemiputris ac detrita, tum deniq; plurima miſſitẽtur oportet. Atq; aliquis qui ſtatim ſubauſcultarit herum id facere deſtinãtem, præcurrit, ac primus rei index, abienſq;, non exiguum precium aufert, qui renũciarit. At mane plus tredecim te adeunt idem apportantes nuncii: quorum quiſque commemorat q̃ multa dixerit, quemadmodum ſubmonuerit, quemadmodũ adhortans commodiora ſubiecerit. Omnes itaq; donati præmio diſcedunt, at nõ ſine murmure tamen, qui non plura dederis. Porrò ſalarium ipſum, ſex ferme obolorum: idq; ſi tu poſtules, grauis atq; importunus haberis. Proinde quò illud aliquan-

*Compenſatio munerum.*

E do auferas, primùm ipſi hero aduleris ſupplexq; fias neceſſe eſt: deinde captandus & diſpenſatoris fauor. nam hoc quoq; quoddam eſt ſeruitutis genus. Neque uerò negligendus is quem in cõſilium adhibet, neq; item amicus. Deinde quod acceperis, iamdudũ debebatur uel ueſtiario, uel medico, uel cerdoni cuipiam. Vnde fit ut ſera atq; intempeſtiua, eoq; inutilia præmia tibi accedant: cæterùm inuidia ingens. Iamq; etiam calumniæ quædam paulatim ſtruũtur in te, apud hominem qui iam non inuitis auribus accipiat ſi quid aduerſum te dicatur: quippe qui perſpiciat te laboribus aſſiduis iam detritũ, & ad obeunda munia famulatus claudicantem, atque obaudientem, ac podagra ſubinde grauari. Proinde poſteaquã id quod erat in te florentiſſimum decerpſit, æuiq; partem

*Difficultas exigendæ mercedis.*

*Exitus ac miſſio ignominioſa.*

maximè frugiferam,ac præcipuum corporis uigorem detriuit,iamq; te lacerum F
panniculum reddiderit, tum modis omnibus circunſpicit in quod ſterquilinium te portatum abiiciat,atque alium perferẽdis laboribus idoneum, in tuum ſubſtituat locum.Ibi inſimulatus uel quòd puſionem illius tentaris, uel quòd homo ſenex uxoris ancillam uirginẽ uitiaris,uel alio quouis impoſito crimine, noctu obuolutus ac præceps datus extruderis, diſcediſque deſertus ab omnibus,atque omnium inops rerum,optimam podagram unà cum ſenecta comitem ducens : cum interim quæ quondam ſciueris,tanto temporis ſpacio dediceris, tum uentrem culeo reddideris ampliorem, tibiq; paraueris inexplebile quoddã & implacabile malum. Etenim gula, ea quibus aſſueuit, flagitat: quæ G
cum negantur, indignatur. Adde quòd præterea nemo te poſthac recepturus eſt in familiam,utpote cuius iam præterierit ætas,quiq; ſimilis euaſeris equis ſenio affectis, quorum ne pellis quidem perinde ut aliorum animãtium eſt uſui. Quin ex hoc ipſo quòd eiectus es,calumnia quàm poteſt proximè ad ueriſimilitudinem conficta,facit ut aut adulter,aut ueneficus,aut aliud quippiã tale uidearis. Nam accuſatori uel tacenti fides habetur : tu uerò Græculus, moribus leuibus, & ad omne facinus facilis. Siquidem huiuſmodi nos omnes eſſe ducunt, idq; iure optimo. Videor enim mihi cauſam aduertiſſe quamobrem eiuſmodi de nobis obtineant opinionem. Nam plerique qui in familias accedunt, H
propterea quòd alioqui nihil bonæ rei didicerunt, diuinationem ac maleficia profitentur, conciliationem amorum, abductiones in hoſtes:atq; id quum faciunt,doctos ſeſe affirmant,palliis amicti, barbiſque neutiquam contemnendis onuſti. His rebus fit, ut non iniuria eandem de reliquis omnibus habeant opinionem, quandò eos quos præcipuos eſſe iudicant,uideant tales: maximè uerò poſteaquam animaduerterint quàm ſint in cõuiuiis reliquoq; cõuictu adulantes,quàm ad lucrũ humiles ac ſeruiles. Deinde eiectos eoſdem iam oderũt: neq; id iniuria: ac modis omnibus adnituntur, ut eos funditus perdant, ſi quo modo poſſint. Verentur enim, nẽ cuncta illa uitæ ſuæ myſteria in uulgus effe- I
rant,quippe qui nihil non exactè norint, quiq; illos nudos cõſpexerint. Ea res igitur illos malè angit. Omnes enim ſimiles ſunt pulcherrimis iſtis libris, quorum aurei quidem umbilici,purpurea foris pellis: cæterùm intus aut Thyeſtes eſt liberos in conuiuio comedens,aut Oedipus matris maritus,aut Tereus cum duabus pariter ſororibus rem habens. Eiuſmodi ſunt & illi,ſplendidi, conſpicuique: porrò intus ſub purpura uarias occulunt tragœdias. Quorum unumquemque ſi euolueris,explicueriſq;, fabulam nõ mediocriter longam reperies Euripidis cuiuſpiam, aut Sophoclis. Contrà foris nihil niſi purpura ſplendida, aureiq; umbilici. Harum itaq; rerum ſibi conſcii oderunt illos, atq; inſidias pa- K
rant ſiquis penitus ab illis defecerit,qui eos probè cognitos depingat, qualesq; ſint,euulget. Iam uerò libet mihi Cebetis illius exemplo & imaginẽ quandam huius uitæ tibi depingere,ut eam contemplatus,ſcire queas num ex uſu tuo ſit eam adire. Equidẽ magnopere cupiam uel Apellẽ quempiam,uel Parrhaſium, uel Aëtionem,uel Euphranorem ad hanc depingendã tabulam adhibere. Verùm quoniam fieri potis non eſt,ut aliquem artificem tam egregiũ atq; abſolutum nanciſcamur,in præſentia tenuem quandã pro mea uirili imaginẽ adumbrabo. Ergo pingatur ueſtibulum ſublime atq; inauratum,neq; id humi ſitũ in ſolo, uerùm procul à terra in edito collis faſtigio: præterea inacceſſum ferme

& abru-

A & abruptum,lubricóque aditu,ita ut plerunque qui ſe iam ad ſummum uſque uerticem penetraſſe ſperant, lapſo pede præcipitati ceruicem frangant. Intus autem Opulẽtia ſedeat, tota(ſicuti uidetur)aurea,maiorem in modum formoſa,atque amabilis. Porrò Amator ubi uix tandem cõſcendit,iamq; ad fores acceſſit, obſtupeſcat, oculis in aurum defixis: deinde Spes, quæ & ipſa ſpecioſo uultu eſt,ac uerſicoloribus amicta,manu prehenſa introducat,mirè iã ipſo ingreſſu attonitum. Atque ab eo quidem tempore Spes uſque illum antecedat, ducatq;:tum aliæ mulieres illum excipientes, puta Fallacia,Seruitusq;, tradant Labori. At is miſerum penitus defatigatum tandem Senectæ tradat iam mor-
B bidum,coloreq; commutato. Poſtremò Cõtumelia arreptum illum ad Deſperationem pertrahat: & hoc quidem tempore Spes auolans euaneſcat. Tum ille non per aureum illud atriũ,per quod ingreſſus fuerat,ſed per poſticum quoddam & occultum exitum extrudatur nudus,uentricoſus,pallidus,ſenex, læua quidem pudorem occultans,dextra uerò ſeipſum ſtrãgulans. Occurrat autem exeunti Pœnitudo fruſtra lachrymans,& miſerum bis etiam conficiens. Atque hic quidẽ eſto picturæ finis. Cæterùm tu Timocles optime,ipſe diligenter cõſideratis ſingulis expende, num è re tua ſit ut in hanc imaginem per aureas illas fores ingreſſus, per illas longè diſſimiles tam turpiter excutiaris. Quicquid
C autem feceris,memineris ſapientis illius qui dixit,Deum in culpa non eſſe,ue- *Deus,malorũ cauſa non eſt.*
rùm qui ſua ſponte delegerit.

## APOLOGIA PRO IIS QVI MERCEDE conducti ſeruiunt,

### Petro Moſellano interprete.

ARGVMENTVM.

*Hæc apologia eſt non in genere omnium eorum qui mercede conducti ſeruiunt, ſed libri ſeu orationis ſu-*
D *perioris propriè,& auctoris ipſius* Luciani. *Nam poſt ſcriptum illud editum,ſenior iam in aulam atque familiam Cæſaris ſeſe contulerat, & conditionem procuratoris(ut uidetur)principis in Aegypto acceperat, ut infra ex ipſa quoque oratione patet. Hoc igitur factum ſuum,quia cum ſuperiore ſcripto prorſus pugnare uidetur,defendit,primùm à diuiſione ſeu diuerſitate conditionum, quòd longè alia res ſit principi operam ſuã locare,quàm apud diuitem aliquem priuatum ſeruire.* Deinde *quòd nõ omnes mercenarios miſeros dixerit,ſed ſolùm eos qui prætextu doctrinæ & literarum ſeruiant: ſe uerò alio pacto mercedem accipere, quàm illos, nempe cum præter ſalarium ingens,etiam in magna exiſtimatione uiuat, publicis q; rebus procurãdis præſtitutus,tam certã quoque ſpem totius alicuius prouinciæ,aut regni aliquando adminiſtrandi, propoſitã habet.* Denique *quòd cum nemo quicquam ferè gratis faciat,& tamen bonum uirum cõueniat certo alicui operi intentum eſſe,neque ignauiter feriari, neque ipſe adhucdum eò perfectionis uenerit, ut omnem mercedem aut*
E *honorem prorſus contemnere queat.* Atque *huic defenſioni præmittit* Sabini *(eius ad quem ſcribit) accuſationem per proſopopœiam, qua ſeipſum fingit ab illo grauiter accuſari,ut qui ſuprà quidẽ de ſeruitute apud diuites,optimè atque utiliſſimè ſcripſerit:nunc autem contrà,quaſi mutata ſententia, idem uitæ genus ingreſſus ſit,perinde quaſi aliud lingua ſonare uoluerit,aliud animo ſenſerit,exaggerata hac uitæ ſcriptorumq; diuerſitate ac repugnantia,multis uarijsq; tum ſimilibus,tum exemplis.* Exorditur *autem per præoccupationem à ſimulatione admirationis,quam & ipſam à circunſtantijs ætatis & cauſſæ amplificat.*

IAmdudum apud me ipſe cogito, præclare Sabine,quæ tibi noſtrum de iis qui mercede conducti ſeruiunt, libellum legenti ueriſimile eſt in mentem ueniſſe,quæq; credibile eſt te dixiſſe. Nã quòd in eo legendo riſum non tenueris,mihi uel in primis conſtat. Sed quæ inter legendum ad ſingula à te ſubinde ſint obiecta,ea nũc noſtris à te iã lectis conor accõmo-

dare. Quare si non frustra diuinandi artem didici,audire mihi uideor te sic te- F
cum submurmurantem: Ecquis hic tandem est, qui cum hæc ipse scripserit, &
graui adeò accusatione aulicam uitam incessat, postea tamen omnium oblitus,
uelut testula, quod aiunt, transmutata,sua sponte in seruitutem manifestariam
adeò & illustrem se ipse coniecit? Quot Midæ, quot Crœsi, quot Pactoli uel
toti hunc hominem à sentẽtia diducere adeò potuerunt, ut dulcissimam illam
libertatem,in qua iam inde à pueris est enutritus,repudiet?& tametsi iam non
procul ab ipso abest Aeaco,imò tantùm non alterũ pedem in Charontis cym-
ba habet,tamen præbeat sese alieno arbitrio huc atque illuc distrahendũ, per-
inde ac si collario quopiam aureo foret innexus, nõ aliter quàm à diuitum il- G
lorum ac delicatorum collo amuleta illa & corallia dependẽt? Longè ergo la-
teq; hoc uitæ genus in quo nunc es,à scriptis dissidet tuis:iamq; hoc sanè uide-
ri posset,quod prouerbio dicunt, flumina sursum incedere, omniumq; rerum
ordinem inuerti,atque cuncta in deterius recantari, idq; non Helenæ placan-
dæ gratia per Iouem,neque eorũ quæ apud Ilium gesta sunt,nomine,sed quòd
uerba quæ antè probè dici sunt uisa, nunc ipso auctoris opere subuertantur.
Hæc sanè te uerisimile est tecum dixisse. Nec pigebit forsan te & ad meipsum
eius generis consilium adferre, idq; non intempestiuum, neque importunum,
sed amicum,& quale tibi uiro cum bono tum erudito cõgruat. Itaque si tuam H
personam,quam induere iam paro,feliciter gessero,optimè quidem nobiscum
actum putabo,atque in hoc eloquentiæ præsidi Mercurio sacrificabo. Si uerò
quod sequor,parum assequor,tuæ partes erunt,quæ mihi desunt,explere. Iam
ergo fuerit tempus, ut quasi scena transformata, & actoribus permutatis, ipse
quidem uocem teneam, méque tibi salutis gratia secãdum,&,si & hoc necesse
fuerit,urẽdum præbeam:tu uerò medicinas adornes, simúlque acum unà cum
ustorio habeas in promptu. Nunc igitur tu ô præclare Sabine, dicendi uice à
me accepta,sic mecum agis:Olim quidem,ô amice,hic tuus libellus nõ imme-
ritò erat in precio,& quemadmodũ qui tum audiuerunt,nobis narrarunt,cum I
uulgo ceu magnum quiddam ostentabatur,tum præcipuè eruditorum manus
occupabat, quotquot eiusmodi rerum studiosi literas tractare operæprecium
ducunt. Neque id admodum est mirum,quandoquidem præterquã quòd ipse
dictionis tuæ color culpa caret,& narratio planè est uaria,miraq; est rerum ex-
perientia:maximam quoque habet gratiam,quòd omnia à te non scitè solum,
sed & dilucidè recẽsentur. Super omnia uerò est,quòd quæ scripsisti,utilia sunt
cum omnibus,tum maximè eruditis, uidelicet ne per rerum insciti am in serui-
tutem posthac sese coniiciant. At cum iam sententia planè in diuersum muta-
ta,aulicam hanc uiuendi rationem præstare statueris, & libertati longũ ua- K
lere dixeris,tum iambicum illud seruile nimis, & generoso animo indignum,
sumpseris imitatione exprimendum,

Vbi est lucrum,natura adacta seruies:

uidendum tibi erit, ne quispiam te id libelli legentẽ forte auscultet: imò sum-
ma ope curandum, ne cuiquam ex iis qui præsentem uitæ tuæ statum norunt,
tua scripta legenda exhibeas. Ad hæc feceris operæprecium, si à Mercurio illo
inferorum legato,uotis impetres,quò is omnium aures qui antè de hoc libello
quippiam audiuerunt, obliuionis fonte aspergat. Alioqui simile quiddam ti-
bi accidet,quod iuxta fabulam illam Corinthiã Bellerophonti. Vt enim ille li-

teras

A teras in ſuam perniciem tulit,ita tu librū aduerſum te ipſe ſcripſiſti. Quod ad me attinet,qua defenſionis facie ſaltem æqua aduerſum accuſatores uti poſſis, non uideo, præſertim ſi actionem ſuam nonnihil iocis & ridiculis condiant: nimirum ut ſcripta tua, atq; item libertatem,quam præ ſe ferunt,laudēt:te uerò ſcriptorem ſeruientem uideant,& ſponte tua collum iugo ſubdentem. Itaq; non iniuria agerent,ſi libellum ipſum uel alteri,genetoſiori ſcilicet,aſſererēt, te uerò interim uelut graculum alienis exultare plumis:uel ſi tuus eſſet, ſimilem quidem tuam eſſe cauſam dicerent Salæthi illius iudicio, qui cum contra adulteros legem duriſſimam Crotoniatis tuliſſet,& per hoc multis admiratio-
B ni eſſet,paulò pòſt cum fratris ſui uxore in adulterio fuit deprehenſus. Quare non ineptè quiſpiam te Salæthum illum diceret, niſi quòd illius factum non paulo eſt tolerabilius,qui quod fecit (ut & ipſe dum cauſam diceret,fatebatur) amore captus fecit:& uoluntarius,nihil reluctans,in ignem animo magno inſiliit: tametſi Crotoniatæ hominis miſerebantur:&,ſi luberet,exulandi facultatem permittebant. At tuum negocium multis partibus eſt abſurdius, qui uitæ quidem eiuſmodi ſeruilem conditionem accuratè etiam libris editis es perſecutus,& grauiter incuſas ſi quis in diuitis alicuius famulitium incidat, ſeque ipſe uelut uinculis aſtringi ſuſtineat,interim nihil non moleſtum cum faciens,
C tum patiens: attamen ipſe in extremo ſenectutis gradu, & certè longè ultra limen illud Homericum progreſſus, ingeneroſum adeò & abiectum ſeruitutis genus elegiſti,atq; ob id tantùm non ſeriò triumphas. Ergo qui tibi malè uolunt,quanto magis inſignis ac cōſpicuus appares,tanto te aiūt magis omnium riſui obnoxium: uita nimirum tua tantum ſcriptis ipſis reclamante. Et quid attinet nouam accuſandi rationem aduerſum te quærere, poſt celebrem illam & admirandam Tragœdiam,quæ dicit:

Sapientem eum odi,qui ſibi ipſe non ſapit?

Tametſi & alia multa quibus te adoriantur,accuſatoribus tuis ſuppetūt. Nem-
D pe alii ſimilem te facient Tragicis actoribus, quorum quiſq; in ſcena quidē eſt uel Agamemnon,uel Creon,uel etiam Hercules ipſe: foris autē depoſitis perſonis fiunt Polus aut Ariſtodemus, ſcilicet ad agendas fabulas mercede cōducti: qui,ut uiſum fuerit ſpectatori, iam eiiciuntur,iam exībilātur, interim aliqui & flagris cæduntur. Porrò alii idem tibi contigiſſe dicent quod ſimiæ quam magna illa & celebris Aegypti Regina Cleopatra habuiſſe dicitur. Ea enim ſaltationum genera probè edocta,cum aliquandiu compoſitè modulateq; non ſine magna ſpectantium admiratione ſaltantis habitum exhibuiſſet, ac decorum ſeruaſſet,iamq; Hymenæū uoce ac cithara canentibus reſpōdiſſet: poſtea
E quām carycas ne an nucem neſcio,procul iacentem conſpexiſſet, perſona abiecta, imò præ feſtinatione diſcerpta, modulis & ſaltationibus longum ualere iuſſit,nucem uerò correptā arrodere cœpit. Non aliter & tu non hiſtrio quiſpiam, ſed ipſe pulcherrimarum rerum auctor,& uelut legumlator, oſtenſo alterius uitæ ſplendore quaſi nuce quadam, te ipſe ſimiam eſſe prodidiſti, ut qui ſummis tantùm labiis ſis philoſophus,quiq; nihil quidem ueritus inferorū portas,alia quidem mente occultes,alia uerò lingua depromas: ut non immeritò quis de te diceret,quæ ſcribas,quibusq; te uēdites, ea labra quidem tua rigaſſe, palatum autem interius aridum reliquiſſe. Quāmobrē ſtatim ante pedes quoq; ultricem pœnam ſenſiſti,qui cum antè audacia procaci humanarum rerum ne-

ceſſitatibus inſultaris,ipſe tamen haud ita multò pòſt libertatem uelut ſub præ- E
conibus abiuraris. Atqui apparet Adraſteam iam tum tibi à tergo aſſiſtentem,
ea quibus tu partim te ipſe uenditabas, partim alios incuſabas, egregiè riſiſſe:
quippe quæ,dea cum ſit, non ignorarit futurum ut & ipſe mutata ſententia in
ſimile uitæ genus tranſires. Tum quòd non prius in tuum ipſius ſinum inſpue-
ris, q̃ eos accuſares, qui ob uarias fortunæ uiciſſitudines eiuſmodi facere ſuſti-
nent. Iam ſi quis uerbi gratia Aeſchinem poſt graue illam orationem qua Ti-
marchum accuſauit, fingat ipſum in idem incidiſſe ſcelus, ac per hoc in ſimile
crimen uocatum: quantus quæſo hinc ſpectantium riſus fuerat futurus, quòd
Timarchum quidem eius peccati gratia,ad quod hominem ætas tulit,grauiter G
inceſſuit, ipſe uerò iam ſenex eadem in ſeſe commiſit? Denique ſimilis uideris
illi Pharmacopolæ, qui cũ remedium contra tuſſim uenditaret, & qui eo ute-
rentur,eos ſtatim eo malo liberari polliceretur:miſer tamẽ ipſe eius morbi ue-
hementia interim concuti cernebatur. Hæc atque id genus alia quiſpiam accu-
ſando tibi obiiceret, præſertim in hac materia adeò copioſa, quæq; mille anſas
aduerſario præbeat. Cæterùm nũc apud me ipſe cogito,quam uiam expurgan-
di mei apud te inuenire queam. Num ergo optimum fuerit, ut me ad malum
hoc mea uoluntate coactum confitear,dorſum uerberaturo aduertã,improbi-
tatem non negem,ſed ad communem illam excuſandi rationem confugiã,ni- H
*Fortunæ ac fa ti uis.* mirum fortunæ fatiq; ineuitabilem neceſſitatem meo facto prætexens? Atq; in-
terim ab obiurgantibus ueniam deprecer,ob id, ſpero, noſtræ cauſæ æquiori-
bus,quòd non ignorent quàm nihil ſit in noſtra ipſorũ manu,quodq; potẽ-
tioris alicuius numinis,Fortunæ ſcilicet aut Fati,arbitrio,uel contra noſtrã uo-
luntatem impellimur, adeò ut crimen nullum in nos hæreat, quantumuis ali-
quid uel dicamus uel faciamus. Aut hæc uia nimis eſt uulgaris, ut ne tu quidẽ
(quanquã amiciſſimus)huiuſmodi excuſationis obtentu me ſinas elabi,etiamſi
patronum habeam Homerum,eiusq; carmina hæc decantem:

Fatorum nexus fugiſſe,haud dixero quenquam. Tum illud: I
Filum Parca dedit naſcenti matris ab aluo.

Itaque ſi hac ratione tanquam parum proba neque fide digna poſthabita,illud
dicerem,neque pecuniæ cauſa,neque ſpe aliqua alia ineſcatum me, præſentem
ſeruitutem ferre,ſed ipſius principis prudentiam fortitudinem & magnanimi-
tatem admiratum, rebus eius intereſſe uoluiſſe: hîc uereor ne ad prioris crimi-
nis inuidiam,adulationis quoq; nota accedat,uidearq;, quod aiunt,clauum cla-
uo pellere, & crimẽ minus maiori uelle obſcurare,quatinus adulatio malorum
omnium maximè eſt ſeruile, & ob hoc peſſimum cenſetur. Quid ergo ſi neq;
hæc neq; illa uidentur dicenda,nobis reſtat,niſi ut ingenuè fateamur,nihil no- K
bis eſſe ſyncerum ac ſanum,quo deinceps uitium noſtrum palliemus? Vna for-
ſan anchora ad hoc nobis ſupereſt, quã in aquam nondum demiſimus, uidelí-
cet ſenectutem noſtram ac morbum in miſerationem uocare,pariterq; pauper-
tatem cauſari, quæ ut euitari queat, hominem nihil non tum facere tum pati
perſuadet. Quo loco non intempeſtiuum fuerit Medeam illam quæ eſt apud
Euripidem,in auxilium aduocare,quæ huc progreſſa,Iambica illa nõnihil huc
detorta,pro me tibi occinat:

Haud neſcio quàm ſint mala hæc quæ nunc paro,
Sed mentis imperio reclamat pauperies.

Nam

A Nam illud Theognidis quis ignorat,tametsi nullus cité, non uitio dari, si quis se ipse uel in profundum mare demergat,uel è rupe præcipitet, modò paupertatis onus hoc pacto excutiat? Hæc ferè sunt quæ quis in eiusmodi causa pro se dicere posset,etiamsi nihil eorum admodum decoram gerat personam. Tu uerò ô amice,quantum ad me attinet,bono animo es,quãdoquidem in mea defensione id genus auxiliis nullis sum usurus. Neq; enim,spero,tanta fames unquam urgere poterit Argiuos,ut de caua Arabia ferenda cogitent: neq; ipsi nos iusta adeò excusatione destituemur unquam, ut siquando accusemur, eiusmodi latebras quærere cogamur. Quin illud mihi considera, q̃ magno hæc inter
B sese discrimine distent, uidelicet in prædiuitis alicuius familiam adscriptũ, seruire seruitutem,eaq; omnia perferre,quæ libellus ille meus recenset,& publicè rem populi tractantem, ac pro uirili rempub. administrantem,hoc nomine ab Imperatore salarium accipere. Age contemplare hæc,& utrunq; per se ac seorsim perpende: reperies certè res ipsas,iuxta illud Musicorum prouerbium, δὶς πολλοῦ μεσῶν,hoc est longissimo interuallo inter sese dissidere: tum duas has uitæ rationes tantum inter se conuenire,quantum est affinitatis plumbo cum argẽto,æri cum auro,anemonæ cum rosa, homini cũ simia. Siquidem ut illic, ita & hic merces accipitur, & accidit utrobique ut alteri sit parendum. Cæterùm in
C ipsa negocii ratione ingens est dissonantia: quãdoquidem illic seruitus est manifesta, & qui illorum conditionem accipiunt, emptitiis illis & manuariis seruis non admodum præstant. At qui remp. tractant, & in usum ciuitatis nationumq; totarum strenuam operam collocant, nullo iure, ob solam mercedẽ in calumniam uocari poterũt,inq; crimen cum illis commune trahi. Alioqui fieri non poterit,quin hac ratione & præfecturæ omnes exauctorentur,ut neq; tot ac tantarum gentium præsides,neque ciuitatum rectores,neq; ordinum militarium ductores,imò nec ipsi totius exercitus imperatores rectè facere uideãtur, quandò horum omniũ laboribus proposita sunt præmia. Cæterùm unius mer-
D cedis nomine nõ oportet opinor uel bona omnia euertere, uel mercedem accipientibus,æqualem conditionis gradum tribuere. Denique mercenarios miseræ uitæ obnoxios illic dicebã, non omnes, sed qui doctrinæ prætextu in diuitum famulitio seruiunt,eos tanquam ærumnosos miserabar. At nostrum negocium,ô amice,modis omnibus est diuersum. Quãquam enim quæ ad domesticam uitam pertinent, nobis cum illis sunt communia, publicè tamen summi imperii participes sumus,eiusq; administrandi prouinciam cum rege partimur. Ipse ego,si diligenter expendas,Aegyptiaci regni portionem non minimã sub manibus habeo,dũ nunc pœnas statuo,nunc iusta tributa impero, nunc dicto-
E rum factorumq; omnium rationaria conscribo,nunc litigantium acta certa lege perpendo. Ad hæc principis ipsius decreta ad certissima simul & rectissima quæq; summa fide perduco,eademq; diligẽter adseruata,subditis trado,reipub. cura in omne æuũ conseruanda. Deinde proponitur merces non uulgaris,sed à principe: nec ea exigua,sed talentis numerata. Post hæc, modò recta uia res procedat,supersit spes,neque hæc contemnenda uidelicet, ut prouinciæ alicui quasi iam emeritus præficiaris, aut Regium aliquod negocium tibi demandetur. Iam uerò gestit animus in hac loquendi libertate paulò magis progredi,& crimen ab accusatoribus supra modum exaggeratum,itidem copiosius refellere. Equidem apertè pronuncio,neminem quicquam facere gratis,ne si uel ma-

ximarum rerum administratores obieceris:quandò nec ipse princeps mercedis P
est expers. Non hic dico tributa, nec uectigalia,quæ per singulos annos à sub-
*Principis maxima merces.* ditis penduntur:uerùm principi maxima fuerit merces,si à laudatis laudetur, si
nomẽ eius ab omnibus celebretur,si beneficiorũ nomine numinis uice adoretur. Porrò imagines, templa & aræ, & quæcunque eius generis à subditis suis habent, mercedis loco sunt & ipsa, nimirum pro curis, proq; solicitudine qua commune ciuium bonum procurant,cunctaq; in melius prouehunt. Et,ut magnis parua componam,si initio iam inde ab ipsius uelut acerui cacumine sumpto,per singula quibus cõpositus assurgit,descendas,uidebis sanè nos non nisi magnitudine & paruitate à summis differre: cætera mercenarii simul omnes G
sumus. Itaque si hanc tulissem legem, neminem quicquam facere debere, non iniurià iniquitatis reus essem. Sin hoc in nullo libelli nostri angulo à me est di-
*Bonus uir ubi maximè operam suam collocet.* ctum, & bonũ uirum operi alicui intentum esse decet, quî posset operã suam collocare quis rectius,quàm ut ad optima quæq; promoueat amicos,ac in medio omnium luceq; de se det periculum,quanta fide, quáue diligentia,qua postremò animi beneuolẽtia,negocia commissa queat expedire? ne uidelicet locum habeat illud Homericum: Telluris inutile pondus.
Atqui meos obiurgatores meminisse oportet, quòd cum me reprehendunt, haudquaquam sibi res est cum sapiẽte quopiam(si modò est aliquis hoc dignus H
nomine) sed eo qui sit unus è media plebe, ex literarum exercitatione mediocrem nominis celebritatem nactus: attamen qui ad supremam illam uirtutem, quò non nisi summatibus datur aditus,non admodũ sit institutus. Quanquam ne hoc quidem nomine grauius dolere debeo per Iouem, cum in nullum unquam inciderim,qui omnes sapientiæ quam profitebatur, numeros expleret. Te uerò,quòd hanc uiuendi rationem nobis uitio uertis,non possum non mirari,qui iam olim eidem crimini obnoxium non obiurgaris,cum non sine in-
*Lucianus causas aliquãdiu egit.* genti mercede dicendi facultatem publicè agendis causis locarem. Quo tempore tu peragrata simul Gallia, ad occidentalis oceani spectaculum profectus, I
forte fortuna in nos incidisti cum inter quæstuosos Rhetores & nobis erat locus. Hæc sunt,mi amice,quæ obiiciẽti tibi, quãquam mille negociis districtus, utcunque respondi: nimirum ut uideas quàm non in postremis habeam,si tuo suffragio candido plenoq; nostra causa probetur. Nam quod ad alios pertinet, etiãsi simul ónes accusent,mihi tamẽ suffecerit illud: Haud curat Hippoclides.

## PRO EO QVOD INTER SALVTANDVM uerbo lapsus fuerat, Iacobo Micyllo interprete. K

### ARGVMENTVM.

*Respondet hac apologia pro errato quod inter salutandum ipsi exciderat,cum mane & in prima salutatione, quando χαῖρε,hoc est aue seu salue dicendum fuerat, ipse ὑγίαινε,hoc est uale dixisset. Orationis status est iuridicialis assumptitius. Fatetur enim & ipse peccasse se,quia ordinem inuerterit,& quod postremũ dici conueniebat, à principio usurparit: sed tamen culpam hanc mitigat atque eleuat, primùm usu ac potestate ipsorum uerborũ ostendens & χαίρειν non in principijs tantùm à ueteribus,sed etiam fine atque discessu usurpatum fuisse,ὑγιαίνειν autem utroque loco frequenter à multis, à quibusdam etiam in principio semper positum fuisse: deinde & efficaciorem atque auspicatiorem uim ac significationẽ habere: idq; probat multis & poëtarum & aliorum testimonijs, adductis item historiarũ exemplis,ubi uel eodẽ errore ὑγιαίνειν pro χαίρειν positum fuisset,uel aliàs usurpatum,cõmodum aliquod utẽtibus attulisset. Post hæc ordinis inuersioni opponit*

*euentum*

A *euentum erroris, quòd tale uerbum pro alio dixerit, cuius uis seu potestas, hoc est ualere seu sanum esse, cuiuis tempori, nisi matutino tantùm cõueniat, & quòd hæc salutatio cæteris potior atque efficacior sit. Deniq; & principes hoc idem primum atque præcipuum suis mandant, ut salutis seu ualetudinis curam gerant: & priuati quoque in re salutando saluos esse iubeant. Hinc & causam erroris siue euentus huius in deum aliquem transfert. Animi autem consternationem, quæ causam errori dederit, à consueto & obiecto seu casu defendit. Deinde & uoluntatem principis pro se interpretatur ficta conformatione, idq; argumento à consequentibus & exemplo ducto. Ad finem, ficta alia ac noua obiectione, orationem in uotum seu precationem desinit. Exordium à loco communi sumitur.*

*Verbum χαίρειν ubique saluere exposuimus, propter commodum uersionis: quanquã non ignorem à Martiale atque alijs frequentius per Auere reddi, quando salutantis est. Nam alioqui & gaudere significat, interdum & ualere, ut infra, cum discedentium mutuo est: ut & εὖ πράττειν, quod nos ubique ualere uertimus,*
B *& saluum siue sanum esse interim significat, ad quas significationes infra in græcis testimonijs quæ citãtur, crebræ alluſiones fiunt, præsertim cum à principio ponitur.*

DIFFICILE sanè est, homo cum sis, alicuius Dei impulsionem ac uim euitare. Multo autem difficilius, defensionem inuenire erati eius, quo quis præter rationem, & ceu numine quodam impellente lapsus est. quod utrunque mihi nunc accidit, qui cum ad te ueniſſem, quò te ex more primo mane salutarem, deberemq; cõsueta ista uoce uti, ac te saluere iubere: ego aureus ille, nescio quo pacto oblitus, ualere te iussi, uerbo & ipso non malo aut ominoso, sed intempestiuo ta-
C men, ut quod uesperi, non auroræ conueniat. Ipse igitur confestim sudaui atq; erubui, uarieq; meipsum gessi, cũ quid agerem, non haberẽ. At cæteri qui tum aderãt, alii quidem lapsum me esse lingua, ita ut consentaneum erat, alii præ ætate delirare, alii uerò ex hesterna crapula repletum atque ebrium adhuc esse existimabant: tametsi tu ipse animo maximè æquo accipiebas id quod tum acciderat, ne risu quidem modico notando linguæ erratum. Visus igitur mihi sum, operæ quoddã precium facturus esse, si consolationem aliquam mihi ipsi componerem, ne nimis ægrè ob lapsum hũc animo afficerer, néue intolerabile putarem, si senex aliquis præsentibus tot testibus nonnihil ab eo quod de-
D corum fuerat, aberrando deflexissem. Nam quantum quidem ad ipsam linguam attinet, defensione aliqua opus puto non erat, præsertim quãdo in tam bonam & auspicatam precationem errando prolapsa fuerit. Incipienti itaque mihi, ab initio statim uidebar in difficilem quæstionem incursurus esse: at uerò ubi iam progressus aliquantulum fuissem, offerebant se multa quæ commodè dici posse uidebantur. Quæ tamen nõ antea dicam, quàm de ipso uerbo Saluere, de uerbo Bene agere, & de uerbo Valere, quæ consentaneum atq; æquum erit, exposuero. Verbum igitur χαίρειν (quod saluere nos dicimus) antiqua uox est, & in salutationibus iam olim usurpata, ueruntamen non mane tantùm, ne- χαίρειν, & eius usus.
E que in primo solùm congressu, sed etiam cum qui antea se mutuò nunquã uiderant, alius in alium incideret, salutatione hac uti solebant, quale illud est:

Salue ô soli rex istius Tirynthii.

Deinde & à cœna, cum iam ad mutuas confabulationes uentum esset, ut apud Homerum: Salue Pelide, nil cœnæ æqualis eges nunc.

quo tum Vlysses usus est, quando in legatione missus, oratorio modo mãdata illi exponebat. Præterea & cum à se mutuò iam discedere uellẽt, eadem. utebantur, quale est illud: Saluete, atque deum me agnoscite, morte carentem. Certum autẽ tempus nullum præfinitum fuit salutationi huic, neque ut nunc, matutino solùm tempore usurpatur, quandoquidem & in infaustis & abomi-

*Sic & apud Virgil. Salue æternum mihi maximè Pala.*

nabilibus rebus eadem aliquando usi quidam reperiuntur: ut apud Euripidem F
Polynices iã moriturus, Saluete (inquit) nam totus tenebris iam tegor.
Neque etiam amicorum inter se nota tantùm siue indicium erat, sed & ad eos
quibus infensi erant, adhibebatur, cum significare uellent nihil rei sibi mutuò
*Virgil. Et longum formose uale, uale inquit Iola.* cum illis posthac fore. nam hoc, cum μακρὰν χαίρειν, hoc est longum saluere di-
cunt, intelligunt, nempe nullam amplius curã alterius alteri futuram esse. Pri-
mus autem hoc uerbo usus fertur Philippides, is qui uno eodemq; die narratur
ex Marathone cursu itinere peracto Athenas uictoriam annũciasse, & ad ma-
gistratus quo loco confederant, atque anxii de euentu pugnæ cogitabant, di-
*Quãquam hic* ὃ χαίρειν nõ- xisse: Saluete, uincimus. eóque dicto statim concidisse mortuus, peracto iam G
*nihil & ad gaudendi significationem alludit, ut & in sequẽti exemplo.* nuncio, unà cum ipso illo uerbo expirans. In epistolæ autem initio Cleon ille
Athenien sium tribunus, cum ex Sphacteria scriberet, primus omniũ hoc uer-
bum præposuit, gratulari uidelicet illis uolens ob uictoriam eo loco partam,
& quòd Spartanos captos in potestatẽ redegisset. Ac prorsus certè post illum
Nicias dux cum ex Sicilia scriberet, antiquam epistolarum formam retinuit,
statim ab ipsis rebus exordiẽdo. Quin & admirabilis ille Plato, uir fide dignus,
ac legislator huiuscemodi rerum, uerbum hoc saluere, planè ualere iubet, at-
que omnino improbat ueluti malum ac prauum, & quod nihil serium aut di-
*Εὖ πράττειν.* gnum præ se ferat: contrà autem τὸ εὖ πράττειν, hoc est bene agendi uerbum, pro H
eo introducit, tanquam commune tam corporis quàm animi bene rectéque af-
fecti symbolum siue indicium: ac missis ad Dionysium literis, reprehendit i-
*Et hic ad gaudendi significationem Plato alludit. uide epistol. 3.* psum, quòd cum ad Apollinem uersus quosdam cõposuisset, deum ipsum sal-
uere iussisset, quippe quod hoc ipso Pythio indignũ foret, & non modò diis,
uerumetiã ne hominibus quidem paulo dexterioribus decorum. Diuinus cer-
tè quidem Pythagoras ille, tametsi ipse nihil proprium suorum scriptorũ no-
bis relinquere post se uoluerit, quantũ tamen ex Oecello, Lucano & Archyta
& cæteris ipsius discipulis coniecturã facere licet, nec uerbũ bene agere, ab ini-
*ὑγιαίνειν.* tio literis suis præmisit, sed ab ὑγιαίνειν, quod est ualere seu sanum esse, exordi- I
ri iubebat. Cuncti itaque illi qui professionem atque doctrinam ipsius secuti
fuere, quoties missis inter se mutuò literis graue aut serium aliquid scriberent,
ualere siue sanos esse sese, statim ab exordio iubebant, tanquam & hoc ipsum
uerbum tam animæ quàm corpori accommodatum maximè foret, summatim-
que comprehenderet uniuersa hominis bona. Præterea & triplex ipsorũ trian-
gulus ille, qui alternatim inter se iunctus, quinquelinearem figuram cõstituit,
quo symbolo ac ueluti nota quadam iidem ad eos qui eiusdem professionis e-
rant, eandémque doctrinam sectabantur, uti solebant, ualetudo siue salus ab i-
psis appellatur. Et in summa, ipsum quidem ualere, putabant esse: uerùm ne- K
que bene agere, neque saluere, omnino idem quod ualere. Sunt autem & qui
*Et huc fortassis pertinet quod in carmine illo Pythagoræ aureo legitur,* quaternionem, maximum ipsorum iusiurandum, aut perfectissimum ipsis nu-
merum perficere * dicãt: alii uerò etiam salutis seu ualetudinis principium uo-
carunt, inter quos & Philolaus est. Et quid attinet uetustiores commemora-
re, quandò & Epicurus, qui alioqui οὐ χαίρειν, hoc est gaudendi uerbo, admo-
dum gaudebat, uoluptatémque cæteris rebus omnibus anteponebat, in episto-
lis quas de rebus paulo grauioribus scribebat (sunt autem earũ perquam pau-
cæ, & non nisi ad præcipuos amicorum datæ) statim à principio ualere iube-
bat? Frequens autem & in Tragœdia & Comœdia, ueteri illa quidem, reperias

*ναὶ μὰ τὸν ἀ-μετέρᾳ τετρακτύν- ᾳ παγὰν ἀενάου φύσεως &c.*

idem

A idem hoc uerbum à principio ferme positum. nam illud,

Vale, & multum mihi salue: doctè prudenterq; ualendi uerbum, auere, siue saluere, illi præpositum habet. Alexis autem,

O here, uale (inquit) ut tardè admodum aduenis! Et Achæus:

Venio peracta re graui: at tu mihi uale. Philemon quoque,

Primùm (inquit) ualere cupio, dein agere bene:
Saluere tertiò, ultimò debere nil.

Quo loco ὑγίαινε ponitur, ut apud latinos, Saluus sis. Hoc est χαίρε, quod & gaudere significat.

Nam qui conuiuiale illud carmen composuit, cuius & Plato meminit, an non & ille ait, Equidem hoc iudico primum,

B Valere, dein pulchrum uideri, Pòst esse ditem?

Verbi autē saluere siue auere, omnino ne meminit quidem. Et ut notissimum quoque illud, & quod omnibus in ore est, tibi dicam,

Superûm antiquissima diua Salus,
Tecum mihi liceat Viuere quod supereſt.

Quare si antiquissima salus seu ualetudo est, meritò etiam ipsius opus, hoc est ualere, saluumq; ac sanum esse, reliquis omnibus anteponendū est. Infinita autem & alia exempla tum ex poētis tum ex historicis & philosophis cōmemorare tibi possim, ubi idem hoc uerbum ualere, antepositum reliquis atque præ-

C latum reperitur. Quæ tamen omnia in præsentia omittam, ne mihi scriptū hoc in loquacitatem quandam ineptā ac puerilem adeò prolabatur, uideárque ipse clauo alio alium trudere uelle. Pauca uerò ueteris historiæ, quātum adhuc memoria teneo, quātumq; ad hanc præsentem causam pertinere propriè uidetur, non incommodum huc adscribi posse existimaui. Nam cū Alexander Magnus pugnam illam ad Issum initurus esset, quemadmodum Eumenes Sardianus in epistola ad Antipatrū refert, mane in tabernaculū eius ingressus Hephæstio, siue tum ita oblitus sui fuerat, siue consternatus, quemadmodum & ego, siue etiam numine aliquo impellente, idem tum quod ego dixit, ὑγίαινε βασιλεῦ, hoc

D est, Vale rex: tempus iam est in aciem educi exercitum. Conturbatis autem cæteris qui tum aderāt, ob inopinatam ac nouam salutandi formam, ac ipso Hephæstione propemodum præ metu emoriente, Alexāder respōdens, Recipio, inquit, omen. nā nos saluos atque integros è pugna reuersuros esse, hoc uerbum mihi nunc pollicetur. Antiochus autem cognomento Soter, quādo cum Gallis conserturus prælium esset, per quietē uidit adstare sibi Alexandrum, & iubere ut tesseram hanc ante pugnam militibus daret, ὑγιαίνειν uidelicet. ac sub hac tessera seu nota militari præclarā illam uictoriam mox cōsecutus est. Præ-

E terea & Ptolemeus Lagi missis ad Seleucum literis planè ordinem inuertit, à principio quidem epistolæ ualere illū iubēs, pro eo autem ubi alii uale scribūt, in fine χαίρειν, hoc est auere subscribens, quemadmodum Dionysodorus tradit, is qui epistolas illius collegit. Non iniquum autem fuerit & Pyrrhi Epirotæ illius mentionem facere, qui post Magnum Alexādrum secundas in re militari tenuit, uariásque fortunæ mutationes ac uices pertulit. Hic igitur cum deos precando, sacrificando, donariaq; cōsecrando quotidie ueneraretur, nunquam tamen uel uictoriam ab illis, uel regni alicuius ampliorem maiestatē, uel gloriam, uel diuitiarum abūdantiam postulauit, sed unum hoc ὑγιαίνειν, hoc est ualere ac sanum esse, precari solebat: ut qui putaret, quamdiu hoc uno frueretur, & cætera facillimè euentura sibi esse. Ac rectissimè, opinor, sentiebat, illud

nimirum ſecum reputans, quòd cæterorum bonorum omnium nullus fructus F
foret, quãdiu unum ὑγιαίνειν, hoc eſt ſanitas iſta corporis atq; animi ſola abeſ-
ſet. Sed iam ſatis de eo, quo quicque horum uerborum tempore propriè dici
ſolitum fuerit, à nobis expoſitum eſt. Fortaſſis autem dixerit quiſpiam, Tu ue-
rò immutato ordine illo, etiam ſi nihil aliud dixiſſes, tamen iure optimo accu-
ſandus ac reprehendendus fores, perinde ac ſiquis galeam tibiæ, aut rurſum o-
creas capiti alligatas imponat. Verùm, ô optime (reſponderem & ego illi) me-
ritò ſanè hæc diceres, ſiquod in uniuerſum tempus foret, quod ſanitate ſiue ſa-
lute opus non haberet. Nunc autem & mane, & meridie, & noctu quoque ſa-
lute ac ſanitate ſemper opus eſt, & maximè principibus uobis, qui multis oc- G
cupati negociis eſtis, eóque ad plura corpore integro ac ſano neceſſe habetis.
Præterea autem ille qui χαῖρε, hoc eſt aue ſeu gaude dicit, auſpicato tantùm
principio utitur, ipſaq; res non aliud quàm precatio ſiue optatio quædam eſt:
at qui ualere iubet, ille & utile quiddam facit, & omnium eorum admonet ſi-
mul, quæ ad ſanitatem ſiue ſalutem aliquid conferunt: neque ſolùm compreca-
tur, uerùm etiam denunciat atque imperat. Quid autem? an non & in libello
mandatorũ ſeu negociorum, quod ſemper & à rege quoque accipitis, hoc pri-
mum eſſe ſolet quod uobis præcipitur, quô ſanitatis atque ſalutis ueſtræ cu-
ram habeatis? Ac meritò ſanè. Neque enim ulla ueſtri utilitas ad res cæteras ob- H
eundas foret, niſi integri ac ſalui eſſetis. Sed & ipſi uos (ſi modò Romanum
ſermonem ego quoque nonnihil intelligo) cum ſalutãtes uiciſſim uerbis acci-
pitis, ſalutis nomine plerunque reſpondere illis ſoletis. Atque hæc omnia dixi,
nõ quòd de induſtria omiſſo uerbo χαίρειν, pro eo ὑγιαίνειν dicere ſtudio quo-
dam affectarim, ſed quia hoc ipſum inuito mihi accidit. Aut quomodo enim nõ
ridiculus forem, ſi & aliena lingua loquerer, & tempora ſalutationũ immuta-
rem? Gratiam autem & Diis ago, quòd mihi erratum hoc in aliud longè auſpi-
catius uerbum conuerſum fuit, atque ipſe in melius, errando prolapſus ſum. Et
quid ſi hoc Salutis aut etiam Aeſculapii ipſius prouidẽtia quadam factum eſt, I
qui tibi per me ſalutem ac ſanitatem promittere ita uoluerit? Nam quo pacto
ipſe equidem, niſi à Deo aliquo impulſus, quicquã eiuſmodi cõmitterem, qui
antea per omnem ætatem nullo ſimili pacto turbatus atque animo perculſus
fuerim? Quòd ſi uerò & humanam quandam defenſionem pro eo quod acci-
dit, afferre conuenit: nihil nouum aut peregrinum hoc eſt, ſi cum admodum in
eo elaborauerim, ut ex optimo atque potiſſimo tibi notus fierẽ, deinde ex ni-
mia cupiditate ac feſtinantia in diuerſum animi conſternatione quadam inci-
do? Iam & à recta cogitatione atque animi conceptu facilè etiam deturbaue-
rit aliquem, militum multitudo atque frequentia, quorum alii quidem aduer- K
ſos protrudunt & impellunt, alii autem ordinem ſalutantium impediũt & diſ-
turbant. Tu uerô, ſat ſcio, quantumuis alii dementiam, aut inſcitiam, aut etiam
delirationem quandam, factum hoc interpretantur, pro uerecundiæ & ſimpli-
citatis quodam ſymbolo atque indicio ipſe accepiſti, animiq; nihil forenſe aut
uafrum, nihil artis aut calliditatis habentis ſignum eſſe exiſtimaſti, quãdò cer-
tè nimia in his rebus audacitas, non multum à temeritate atque impudẽtia di-
ſtat. At ipſe quidem optarim, ut ne unquam contingat mihi in hunc modum
errare: quòd ſi uerò aliquando contingat, ut id in fauſtam & auſpicatam com-
precationem aliquam ſemper euadat. Temporibus igitur primi Auguſti etiam

tale

*Lucianus ſermonis Latini nõ imperitus.*

*Intelligit, ꝙ cum ſaluere aliquem latini iubent, illi cõtrà ſaluum eſſe, quod & ipſum ὑγιαίνειν ſignificat, iubent.*

A tale quiddam accidiſſe dicitur. Nam cũ ipſe forte quadam iudicio cuidam præſedisſet, ac cauſa rectè atque legitimè iudicata, hominem quendam iniuſtè calumnioſeq; delatum, à maximo quodam crimine abſoluiſſet, ille gratiam agere uolens, alta uoce proclamauit, Gratiam tibi, inquiens, Imperator habeo, quòd malè atque iniuſtè iudicaſti. Ibi cum cæteri qui circa Auguſtum erant, grauiter indignarentur, hominemq; diſcerpere ac lacerare uellent: Deſiſtite, inquit ille, ab indignatione. Neq; enim linguam ipſius, ſed animum examinare atq; inſpicere æquum eſt. Ita tum ille. At tu, ſiue animum inſpicere & cõtemplari uoles, beneuolum reperies: ſiue linguam, neq; ipſa inauſpicatum aut ominoſum ali-
B quid dixit. Cæterùm uideor hoc loci iam conſtitutus non immeritò & aliud quiddam uereri debere, uidelicet ne qui me putent ex compoſito erraſſe hoc pacto, quò hanc apologiæ ſcribendæ cauſam haberem. Atque utinam quidem, ô optime Aeſculapi, eiuſmodi hæc appareat oratio, ut non apologiæ ſpeciem, ſed oſtentationis alicuius captatam occaſionem præ ſe ferat.

# HERMOTIMVS, SIVE DE SECTIS,

## Vincentio Obſopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

C *Hic dialogus didacticus eſt. Diſputat autem de ſectis philoſophorum, quænam optima ſit, & ad felicitatem, quam omnes promittunt, certiſſimè ducat. Et quia impoſſibile apparet, ex tam multis, tamq; diuerſa ſentientibus, quid optimum atque ueriſſimum ſit, eligere: tandem cõcluditur, ſatius eſſe non philoſophari, quàm fruſtra ætatem ac operam in eo quod aſſequi nequeas, conſumere. Series dialogi ita ſe habet. Occaſio & exordium ab inceſſu & habitu Hermotimi Stoicæ philoſophiæ ſectatoris ſumitur, qui quoniam uiginti iam annos perpetuos philoſophos audierat, neque tamen adhuc mediam ad uirtutem uiam ſuperauerat, diſputationi occaſionem & materiam ſubminiſtrat. Prima igitur quæſtio tractatur, quanto omnino tempore opus ſit ad uirtutem & felicitatem conſequendam, Luciano longitudinem illius ut nimiam accuſante, Hermotimo autem contrà præmia & mercedem tanti laboris opponente. Atque hoc diſputationis proœmio, & quaſi quadam ſylua præmiſſa, mox ad principalem quæſtionem uenitur, puta quænam philoſophorum ſecta certiſſima atque optima ſit, & quomodo eadem deprehendi debeat. Ibi Hermotimus Stoicam præferens, eiusque rei*
D *rationes quaſdam non ſatis idoneas adhibens, à Luciano deridetur magis quàm confutatur. Idem autem mox totam hanc diſputationem quaſi deintegro orditur. Ac primò quidem Virtutis icone quadam propoſita, oſtendit, cum multi adeo ſint qui uiam ad illam polliceantur, in tam diuerſa turba, tamque graui cauſa optimum & certiſsimum ducem quærendum atque eligendum eſſe. Quem cum alter ex Stoicis ſumendum eſſe rurſum diceret, eiusq; rei argumẽtum etiam hic non ſatis idoneum afferret, Lucianus per proſopopœiam reliquorum philoſophorum, ſe ipſos immeritò cauſa indicta damnari, ac Stoicis iſtis recẽtioribus præponi querentium, apologiam ſubiungit, Hermotimumque reprehendit, qui quos nunquam cognorit ac legerit, temere adeò damnet. Et hunc locum ita concludit, ut dicat, quoniam in incerto ſit quænam philoſophandi uia aliis præferri debeat, omnes æquẽ relinquendas eſſe. Hinc uariis ſimilitudinibus utrinque res agitur, Hermotimo*
E *defendente Stoicam uiam, & contendente apud unum aliquem deprehenſa ueritate, non eſſe opus alios ultrà conſulere: contrà autem opponente Luciano, ſed apud unum aliquem nondum inuentam ac deprehenſam illam eſſe, & ob id pariter omnes perſcrutandos & cognoſcendos eſſe. Quo obtento, iam & de tempore agitur, quo ad cognoſcendos omnes opus ſit: quod tam longum præfinitur, ut impoſsibile uideatur uel partem illorum etiam per omnem ætatem ab uno aliquo euolui atque cognoſci poſſe. Rurſum igitur quod ſuprà concluditur, quoniam impoſsibile ſit omnes euoluere, & tamen idem neceſſarium, ſi ueram uiam ad uirtutem deprehendere uelis, ſatius eſſe in totum ab illis abſtinere. Et hinc quoque ad ſimilitudines deueniunt, Hermotimo contra hanc longitudinem temporis contendente, non eſſe neceſſe ut omnium omnia ſcripta euoluantur, ſed ex parte cognoſci ac iudicari totum poſſe: Luciano autem contrà negante, niſi ſi totum idem uniforme ſit, & antea aliquando, quale ſit, uiſum ac cognitum fuerit. Nam philoſophiam ipſam non unius generis eſſe, ſed de multis ac diuerſis rebus tractare. Poſt hæc idem aliis quoque argumentis oſtendit difficultatem eligendi & iudicandi tum de ipſis uiis, tum de ducibus & præceptoribus. Deinde ut maximè de uia & duce conſtet, inanẽ tamen ac uanam ſpem propoſitam eſſe. & hæc multis ſimilitudinibus paſsim*

*amplificantur. Postremò per fictionem concessо eo,ut Stoicorum optima uia sit, testimonio ipsius Hermotimi* β
*comprobat,neminem adhuc illorum inuentum fuisse,qui,quod promitteret alijs,ipse præstitisset. Denique & mores & uitam illorum cum officio & effectu uirtutis pugnare:quod & exemplo cuiusdam Stoici præceptoris confirmat. Concludit igitur philosophandũ hoc pacto non esse:id quod mox Hermotimus facit,ex pœnitentia,priore uita atque habitu reiectis.*

## LVCIANVS.

QVantum cum ex codice, tum properandi studio coniecturam facere licet, Hermotime, ad præceptorem gradum maturãti similis esse uideris. Volutas uerò sedula agitatione inter progrediendum aliquid in animo,cum ipsa labia commouere soleas sensim & tacitè submurmurando. Quinetiam ipsam manũ iam in hanc iam in alterã partem transfers, quasi orationẽ aliquam apud te digeras. Quæstionẽ autem,aut alioqui ex obliquis illis captiunculis quiddã componis,aut etiam disceptationẽ sophisticam comminisceris,ita ut neque per uiam incedẽs,ociũ agere sustineas,uerùm semper in negocio feruens & sedulus, nunquam non quidpiam seriæ rei conficis, adeò ut itineris quoq; laborem ad disciplinarũ exercitium referre soleas. HER. Sanè per Iouem Luciane, tale quiddam est quod dicis. Commodùm enim hesternæ disputationis conuersationem, quæq; ille ad nos disseruerat singula recogitando inter eundum in memoriam reuocabam. Aequũ uerò esse opinor, H
ne quod tempus uacuum laboris temere & negligẽter prætereamus,præsertim cum nobis obscurum non sit,uerissimum esse quod medicus dixit Hippocrates,nimirum hanc uitam angustis circunscriptam esse terminis, ipsam uerò artem infinitæ prolixitatis. Sedenim hoc ipsum ille de arte Medica protulit,quæ quidem res multo minore labore perdiscitur: cæterùm philosophia multo tẽpore haud ita comprehensu facilis est, nisi quis summa uigilantia inconniuenter & perpetuò oculos habuerit in eam coniectos. Atqui neq; de paruis rebus aut ludicris in periculum uenimus. Aut enim oportet miseram & ærumnosam in promiscua priuatorũ multitudine ætatem agere, aut philosophiæ studiis ex- I
cultum,uitã felicem degere. LVC. Enimuero ipsa præmia quæ dixisti,ô Hermotime,admirationis plena sunt,& quantiuis precii existimãda. Porrò opinor illa ipsa ferme te contigisse,neque ita procul à te esse sepositа, siquo modo fas est coniecturam facere ex temporis longitudine, quod in philosophiæ studiis perdiscẽdis contriuisti. Insuper etiã ex labore,quẽ mihi nõ mediocrem iã olim impẽdisse uisus es. Quippe,si rectè commemini,hic ferme annus est uigesimus ex quo te nihil aliud rei facere conspexi,quàm præceptores frequentantem,& quamplurimum libris prono & obstipo capite intentum, ad hæc dissertationum philosophicarum commẽtarios describentẽ, semper diutinis curis & co- K
gitationibus pallidũ,& exucco corpore prorsus aridum, adeò ut somni quoq; parcissimus mihi uisus sis. ea tua est in studiis urgendis frequentia & sedulitas. Hæc itaque cum mecum memoria repeterem,breui fore spero,ut exoptatã felicitatem apprehendas:atque adeò,nisi nobis ignaris imposueris,iamdudũ cum illa conuersatus es. HER. Vndénam hãc animo spem cõcipis ô Luciane,qui ad uiam prolato iam primũ capite prospicere incipio? Ipsa porrò uirtus,si quid Hesiodo credimus,ualde procul sita est,ad quam pertingendam ut uia est longa,ita non minus ardua & aspera, nõ parum sudoris & laboris uiatoribus exhibens. LVC. Ergo nondum satis tibi sudatum est,neque satis cõfectum itineris?

A ris? HER. Mihi quidem non uidetur. nihil enim præpediméto mihi esse uiderem, quò minus per omnia felix essem, si unquam mihi conceſſum fuisset in ſummo faſtigio conſiſtere. nunc uerò Luciane tantùm adhuc incipio. LVC. Atqui principiũ ille ipſe Heſiodus dimidiũ totius esse dixit. Itaq; ſi iuxta mediũ te ingreſſum esse dixerimus, fortaſſe non multum à uero aberrabimus. HER. Nullo modo ne hoc quidẽ dixeris, quantumuis multum nobis confectum ſit. LVC. Proinde ubi tandẽ in itinere te conſtitutũ esse rectè dixerimus? HER. In ipſo montis radice conſiſtentem, ô Luciane, modò porrò ire conantem. Eſt uerò omnino uia lubrica & aſpera, ac planè eo opus eſt, qui manu protenſa a-
B ſcendentem ſubleuet. LVC. Nunquid igitur præceptor tuus ad hoc tibi ſatis idoneus eſt, quẽadmodum Iupiter Homericus catenã quandam aureã, ex ſummo demittẽs ſuas ipſius orationes opinor, quibus te uidelicet ſubductum, cum ad ſe, tum ad Virtutẽ ſubleuare queat, præſertim cũ ipſe multò antè aſcẽderit? HER. Hoc ipſum profectò Luciane quod dixiſti, à præceptore ſedulò factum eſt. Etenim quantum ad illius operã attinet, iam olim ſubductus ſum, & cũ illis conuerſationẽ habui: quantum uerò ad me attinet, nondũ aſcendi. LVC. Atqui bonum animũ habere oportet, optima ſpe mente concepta, ad itineris finem & felicitatem in ſummo propoſitam conſpiciẽtem, maximè uerò illo ani-
C moſis inclamationibus cohortante & inclamante. Veruntamẽ ualde ſcire uelim, quæ'nam ſpes ab illo tibi oſtenſa ſit ſuperato iam cacumine: an mox futurum coniectandum ſit, te in ſummo fore poſt myſteria, aut omnino poſt Panathenæa? HER. Perexiguũ eſt quod dicis Luciane. LVC. An poſt quinquẽniũ iam ſubſequens? HER. Et hoc quidem modicũ eſt cum ad uirtutem exercendã, tum ad felicitatis poſſeſſionem conſequendã. LVC. Proinde ad ſummũ poſt decennium: niſi extremè pigri & lenti haberi uelitis, cum neq; tãto tempore ad uirtutis faſtigium aſcendere queatis, quãto unus aliquis ter à columnis Herculeis ad Indos uſq; haud difficulter ire atq; redire poſſit, ſi nõ rectà aut ci-
D tra intermiſſionẽ perpetua profectione iter faceret, uerùm apud populos iacẽtes in medio pauliſper cõmoratus oberraret. Et quónam modo tandem credibile eſt, petrã ſupra quam uobis Virtus habitare creditur, altiorẽ decliuioremq; eſſe illa Aorna Indica, quæ paucis in diebus ab Alexandro ſumma ui euerſa eſt funditus? HER. Diſſimile prorſus eſt quod adfers ô Luciane. neq; enim eadem res eſt quam tu confingis, quæ tam in exiguo temporis ſpacio confici aut capi queat, non ſi infiniti Alexãdri ad unũ omnes ſuas uires cõiunxerint: quoniam multi qui conſcendere moliebantur, fuerũt: iam uerò nõ parũ multi ualde forti aſcendunt animo, & proficiunt partim quidem non nimium, partim uerò al-
E tius. Cæterùm ubi mediũ itineris iã attigerint, multis perplexi difficultatibus, protinus omnia faſtidiunt, & reuertuntur grauiter anhelantes, multoq; ſudore perfluẽtes, itineris laboribus abſterriti. Quicunq; autẽ omnibus gnauiter ſuperatis incõmodis & diſcriminibus, in finẽ uſq; animoſè perdurauerint, illi tãdem ad faſtigiũ uſq; conſcendunt, & ex illo felices facti, uitã quandam admirandam per reliquam ætatem exigũt, alios quidem mortalium non ſecus atque formicas è ſublimi contẽplantes. LVC. Papæ ô Hermotime! quantulos homunciones nos eſſe oſtendis, qui neque Pygmæis quidem ipſis nos conferre dignaris, ſed in totum humi repentes, in cauernis terræ degere confingis? Non iniurià alta & quæ ſurſum ſunt, ſapis. Nos uerò infimæ plebeculæ extrema fex, &

quotquot per humū repētes ſumus, poſt deos etiam uos ſupplicibus uotis de- F
ueneramur in alto cōſtitutos,animumq; properandi addentes conſcēdentibus.
HER. Vtinam ſaltem aſcendendi facultas unq̄ nobis daretur! uerùm multum
adhuc uiæ conficiendæ ſupereſt. LVC. At tu nondum expoſuiſti quanto tem-
poris ſpatio opus ſit ut in complexu uirtutis interquieſcas. HER. Neque ipſe
admodū hoc ipſum exactè calleo ô Luciane: opinor tamen non minus uiginti
annis peropus eſſe,quibus exactis omnino me in ſummo faſtigio futurum eſſe
confido. LVC. O Hercules, perlongum eſt quod dicis. HER. Siquidē de ma-
ximis rebus nobis labor eſt propoſitus. LVC. Fortaſſe illud uerū eſſe non ual-
de negauerim. Quòd autem uiginti annos adhuc uicturus ſis, quónam modo G
præceptor tuus certum te reddidit, nedum ſapiens exiſtēs, uerùm etiam fatidi-
co ſpiritu præditus, aut unus ex illis qui Chaldaica diſciplina ſunt imbuti? Aiūt
itaq; & hæc ſciri poſſe. neq; enim ueriſimile eſt, adeoq; iniquū eſſet, ut tu uitæ
tuæ incertus, num unq̄ in humanis agens uirtutē amplexurus ſis, tātos labores
temere ſuſciperes, tot perpeſſis diu noctuq; difficultatibus, præcipuè uerò cum
prorſus ignores nū in propinquo ſummitatis te cōſiſtentem imminens Parca
pede correptum, atq; ab omni ſpe potiundæ uirtutis deiectum, deorſum detra-
ctura ſit. HER. Apage iſta, quippe nefas & irreligioſum eſt talia loqui ô Lu-
ciane. Atqui abunde ſat eſt ſi unicam tantū dieculam ſapiēs factus, felicitate illa H
perfruar. LVC. Ergo pro tantis exantlatis laboribus unius dieculæ ſpaciū tibi
ſatis eſſe uidetur? HER. Mihi equidem breuiſſimum etiam tempuſculum ſatis
eſt. LVC. Cæterùm illam ſupernè contingēdam felicitatē, cuiuſmodinam ſit,
cuius gratia dignum exiſtimas nihil non perferendū eſſe, undénam habes per-
ſpectam & cognitam? neq; enim ipſe unquam in uirtutis uſque cacumē aſcen-
diſti. HER. At ego præceptori differenti fidē habere ſoleo, cui hæc ad unguem
explorata eſſe dubium nō eſt, cum præ omnibus ſit in ſummo uirtutis faſtigio
excelſiſſimus. LVC. Dic uerò per Deos, qualiánam illic eſſe, aut cuiuſmodi
tandem felicitatem gnauiter aſcendentes manere affirmabat? Nunquid confer- I
tas diuitias? an dignitatem & gloriam? aut uoluptates quaſpiam non æſtiman-
das? HER. Bona uerba ô amice. neque enim hæc quicquam faciunt ad uitam
uirtuti uacantem. LVC. Quæ igitur ſunt illa bona, ſi ne hæc quidem hi qui ad
exercitii finem deuenerunt, habituri ſunt? HER. Sapientiam, animi magnitu-
dinem, ipſiusq; honeſti & iuſti precium, præterea autem omnium rerum exa-
ctam & abſolutam cognitionē, certò & conſtāter perſuaſum nihil ſapientē de-
ſideraturū. Porrò diuitias, dignitates, uoluptates, & cætera quæcunq; ſunt cor-
poris, hæc inquam in uniuerſum infrà relinquit: quibus exutis & abiectis, omni
euicta difficultate in ſummitatem emergit, non ſecus atque Herculem in Oeta K
monte combuſtum, ad Deos migraſſe tradūt, & ipſum deum factum. Etenim
ille cum à ſe abieciſſet quicquid à matre humani atque mortalis contractū ac-
ceperat, ſeruata pura & incorrupta diuinitate, probè prius extructæ pyræ incē-
dio purgatus, in cœlum ſubuolaſſe creditur. Ad hūc modum illi quoq; philo-
ſophiæ opera & adminiculo tanquā igni quodam perpurgati, omnibus illis re-
ciſis, & à ſe amputatis, quæ uulgi animis digna precio & admiratione uidētur,
parum recto & ſano utentis iudicio, conſcenſo cacumine felicem & beatā de-
gunt uitam, diuitiarum, dignitatū & uoluptatum ne memores quidē amplius,
è ſublimi deridentes eos potius à quibus hæc alicuius momenti eſſe ducuntur.

LVC.

A LVC. Ita ſanè per Herculem Oeteum Hermotime, eſt quædã animi excellẽtia, magnitudoq; & felicitas, quæ penes ipſos eſt. Cæterũ hoc mihi quæſo ediſſere, an nunq; è faſtigio illo Virtutis, ubi uelint, regrediantur poſtliminio, rebus quas à tergo reliquerunt, uſuri? An omnino neceſſarium eſt ſemel delatos in uerticem, ibidem perpetuam uitam agere, cũ ipſa Virtute ſuauiter conuerſantes, medio ungue oſtenſis diuitiis, honoribus & uoluptatibus? HER. Non ſolum hoc illis liberum eſſe ſcias ô Luciane, ſed quencunq; uirtute conſummatum conſpexeris, eundem neq; iracundiæ, neq; timori, neque ullis cõcupiſcentiis turpiter deditũ eſſe aut ſeruire putato. Non, ſi rebus inſigniter dubiis iacte-
B tur, aut triſtitia affectus fuerit, ullum animo dolorem concipit. LVC. Sedenim ſi fas foret me nihil reueritum ueritatem proloqui: uerùm ſatius eſſe opinor, optabiliora & iucundiora afferre in medium, neq; religioſum eſſe accuratiore indagine ea perquirere quæ fiunt à ſapientibus. HER. Nequaquã: imò quicquid habes, audacter dicito. LVC. Vide mi amice, quàm omnibus modis ad dicendũ pigrè & cunctanter affectus ſim. HER. Atqui nihil eſt ô generoſe, quod apud me ſolũ dicere reformides. LVC. Enimuero alia omnia quæ dixiſti Hermotime, haud difficulter perſuaſus, ita ſe habere credidi, nimirum ſapiẽtes eſſe philoſophos, & magno animo præditos, neq; non æqui ſeruãtes. Et mehercu-
C le non mediocrem tua oratione perſenſi dulcedinem. At ubi eoſdẽ affirmabas & diuitiarum contemptores, atq; etiam dignitatis & uoluptatum negligentes eſſe, neq; moueri iracũdia, neq; triſtitia conturbari: nõ potui (ſoli enim ſumus) non uehementer addubitare, cum in mentem ea mihi uenirent, quæ nõ multò antè uidebam fieri. Atque enim ſi placet, producam quendã, & ſi hoc non parum tibi eſſe uidetur, etiã nullo edito nomine. HER. Nunquã facias, uerũ nominatim perſtringe eundem, quicunq; tandẽ fuerit. LVC. Ille ipſe præceptor tuus, uir cum aliàs quidem uenerãdus, tum ætate penè confecta. HER. Quid igitur ſe indignũ admiſit ſceleris? LVC. Hoſpitem illum Heracleotẽ, qui multo
D iam tempore in iiſdem philoſophiæ ſtudiis diſcipulus eius fuit, flauicomum & contentioſum illum nouiſti? HER. Noui quẽ dicis: Dioni, ni fallor, illi nomen eſt. LVC. Illum ipſum dico. proinde cũ fortaſſe non reddidiſſet illi mercedem in tempore, ad prætorem paulò antè rapuit miſerum, pallio eius collo iniecto uociferãs & excandeſcens admodum. & niſi è familiaribus quidam è manibus furioſi adoleſcentem eripuiſſent, qui forte fortuna ei rei interfuerant, periculũ erat ne nares miſero mordicus auulſiſſet ſenex. adeò impotenter debacchabatur incenſus iracundia. HER. Semper quidẽ & aliàs durus & implacabilis eſſe conſueuit ſiquis non in tempore pactam mercedem Luciane numeret: nun-
E quam tamen aduerſus illos non paucos, quibus uſuræ pendẽdæ gratia mutuò dedit utendam pecuniam, quicquam tale deſignauit. ſiquidem ad præſcriptum tẽpus præſentaria pecunia ſemper reddunt fœnora. LVC. Quid? ſũtne ô beate, qui illi pendant fœnora? An dum etiam illi à philoſophia diligẽtiſſimè perpurgato, earum rerum faciendarum cura eſt, quibus in Oeta relictis nihil opus habet? HERM. Equidem hæc ſui gratia, ut tu fortaſſe falſo ſuſpicaris, non facit, ſed ſunt illi infantes pueri, quorum, ne olim preſſi inopia grauiter egeant, curam habere cogitur. LVC. Atqui conueniebat ô Hermotime, ut & illos ad Virtutem ſubduceret, quò communi cũ illo felicitate poſthabitis diuitiis unà fruerentur. HERMOT. Non eſt mihi ſanè hiſce de rebus tecum diſputandi

ocium Luciane.accelero enim ut ipſum iam audiam,ne per omnem ætatem in F
obſcuro mihi deliteſcẽdum ſit.LVC.Bono animo eſto ô bone: quippe hodie
à philoſophicis commentationibus uacatio promulgata eſt.Itaq; quod reliquũ
eſt itineris,tecum unà conficiam.HER.Quomodo dicis?LVC. In præſen-
tia quidem ipſius tibi nõ dabitur uidẽdi aut audiendi copia, ſiqua fides inſcri-
ptioni habenda eſt.Siquidem tabella quæpiam præ foribus ſuſpenſa literis ma-
iuſculis in hũc loquebatur modum:Hodie philoſophicis diſſertationibus non
uacabimus.Porrò tuum præceptorem apud Eucratem filiæ ſuæ natalitia cele-
brantem heſterna nocte cœnitaſſe dicebãt : multa præterea in ſympoſio ſuper
rebus philoſophicis commentatum eſſe:ad hæc aduerſus Euthydemum Peri- G
pateticum nonnihil exaſperatum eſſe, ſuſcepta cum eo ipſo his de rebus con-
tentione,pro quibus nunquam non cum Stoicis digladiari ſolent Peripatetici.
Præ nimia uerò uociferatione,etiam capitis dolorem,& uehementem quidem
contraxiſſe,& in multam uſq; noctem ſudaſſe,producta in lõgum diſputatio-
ne.Quin etiam iuſto largius,ut arbitror,poculis ſemet inuitauerat,cum hi qui
aderant,frequẽtius, ut par eſt,præbibentes, eundem philoteſiis prouocaſſent.
Inſuper in ipſa cœna immodeſtiori crapula quàm ſeni cõuenerat, ſemetipſum
onerauit,adeò ut domum reuerſus multa euomere cogeretur. Solas uerò car-
niũ portiunculas, quas puero à tergo aſſiſtenti in conuiuio adſeruandas dede- H
rat,numeratas recepit,ne quẽ intromitteret,magnopere interminãs.Hæc itaq;
è Mida famulo eius audiui,diſcipulis quibuſdam commemorante,qui & ipſi,
cum illorũ eſſent non pauci,domum regreſſi ſunt.HER. Vter uerò illorum
Luciane,obtinuit uictoriam,præceptor meus, an Euthydemus?Nũquid etiam
tale quippiam Midam commemorantem inaudiſti?LVC. Initiò quidẽ, Her-
motime,aiebat illos penè per omnia fuiſſe pares,ipſum uerò finẽ uictoriæ tan-
dem penes uos fuiſſe, ita ut ſenex longè fuerit in pugna ſuperior:Euthydemũ
porrò incruentum haudquaquam abiſſe, nempe qui permagnum in capite in-
flictum uulnus haberet. Cum enim immodicè eſſet arrogans & contentioſus, I
nec perſuaderi uellet, neq; ſeni ſe præberet facilè redarguendum atq; conuin-
cẽdum, præceptor tuus ille uir optimus eidem iuxtà accumbenti inuſitata ma-
*Iliad. xi. uide Neſtorei poculi deſcriptionem.* gnitudine & pondere ſcyphum Neſtoreũ,quẽ fortè tenebat in manibus,forti-
ter incutiendo in caput illiſit: atque hac quidem ratione uictoriæ palmã ſupe-
rato aduerſario obtinuit.HER.Macte animo præceptor.atqui haud ſanè alio
modo æquum erat agere cum his qui recuſant cedere melioribus.LVC.Pro-
babilia quidẽ admodũ ſunt quæ dicis, Hermotime. Quorſum enim attinebat
ut Euthydemus hominẽ ſenem exaſperaret, alienũ ab iracundia,animoq; lon-
gè præſtantiorem,ſcyphum inſuper tam grandem & grauem tenentẽ in mani- K
bus?Sedenim ocium iam agimus:quid obſtat quò minus mihi tuo familiari ex-
ponis,quónam modo ſub initium philoſophari inceperis,ut & ipſe,ſi fieri poſ-
ſit,communem uobiſcum profectionem ſuſcipiam, nũc primùm facto ad ean-
dem exordio ? Neque enim temere me excludetis à cõmuni itinere,hominem
familiarẽ.HER.Si modò hæc res tibi cordi eſſet Luciane,breui uidebis quan-
tum excellas omnes cæteros. Pueros, ſat ſcio, opinaberis omnes alios præ te.
tantum ipſe ingenio & intelligentia præpollebis.LVC. Mihi uerò abunde ſa-
tis eſſet,ſi poſt uiginti annos iam exactos talis euaderem , qualis tu nunc es.
HER.Profectò & ego ipſe cum in tua eſſem ætate, tunc primùm ad philoſo-

phiam

A phiam animum appuli, iam ferme annos quadraginta natus, à quibus te non multum abeſſe arbitror. LVC. Rē ipſam putaſti Hermotime. tot enim annos iam habeo. Quare ſi eam iam comprehenſam tenes, age & me adducito. haud enim iniuſta poſtulo. Et primum quidem hoc mihi reſpōde, éſt ne philoſophiæ candidatis relicta & conceſſa contradicendi libertas, ſi quid parum rectè dictum illis uidebitur, aut nō hæc libera eſt natu iunioribus? HER. Haud admodum. tibi tamen ſi quid uolueris, interea & quærendi & contradicendi facultatem liberam facio. ita enim facilius perdiſces ſingula. LVC. Euge ſanè per Mercuriū, ô Hermotime, dic mihi: éſt ne unica uia ad philoſophiam adducens,

B uidelicet Stoicorū ueſtrorum? Niſi enim falſa audierim, etiam alios complures eſſe certum eſt. HER. Et ualde quidem multi ſunt, uidelicet Peripatetici, & Epicurei, & qui Platonis titulo philoſophiam profitentur. Sunt item cōplures quoq; Diogenis & Antiſthenis aſſeclæ, tū etiam ipſius Pythagoræ imitatores, & alii his quoq; longè numeroſiores. LVC. Vera ſunt hæc. omnino enim illorum magnus eſt numerus. Vtrum autē Hermotime eadem omnes uno ore dicant, an diuerſa? HER. Diuerſiſſima. LVC. Prorſum tamen unum alicubi eſſe uerum, in quo conſentiant omnes, credibile eſt: ita ut non omnia pugnēt quæ ab illis pro uero affirmantur. HER. Admodum. LVC. Proinde age ô amice

*Quænā philoſophādi uia potiſſima ſit, & quæ certiſſimè ad uirtutem & felicitatem ducat.*

C hoc mihi expedi, cuinā fidem habuiſti tu ſub initium quādo ibas philoſophiæ operā daturus, cū multas uideres ianuas tibi apertas & patentes, omnibus aliis progrediendo deuitatis, in Stoicorum potiſſimùm diuertens, tanquā hæc ſola uera fuerit, ac illa quæ compendioſam ad uirtutē uiam ingredientibus exhiberet, aliis omnibus in obliqua & deuia ducentibus? Quibúsnam argumentis aut coniecturis hæc tum potuiſti deprehēdere? Ac mihi non eū qui nunc es, in animo concipe, ſiue ſemiſapientem, ſiue abſolutæ ſapientiæ Hermotimū, qui nunc præ multis millibus optima diſcernere & iudicare poſſit: ſed ita reſponde ac quiſpiā homo idiota, qualē tunc agebas, aut ego nūc poſſim. HER. Quid ſibi

D hæc tua uerba uelint Luciane, haud intelligo. LVC. Atqui non admodū obliquū eſt quod percontabar, cū multi ſint philoſophiæ principes, uidelicet Plato, Ariſtoteles, Antiſthenes, præterea maiores noſtri Chryſippus & Zenō, aliíque cōplures quotquot tandē ſunt, cuinā inquā credidiſti poſthabitis & omiſſis aliis, ut ea ex omnibus deſumēs, quæ quidem à te ſelecta ſunt, ſuſtineas iuxta illa philoſophiæ ſtudiis incumbere? Nūquid etiā te, ut Chærephōtem, Apollo Delphicus ad Stoicorum placita delegauit, ubi prædixiſſet oraculo illos ex omnibus longè eſſe optimos? Siquidē illi mos erat, alium ad aliā philoſophiæ rationem & formam cohortandi, quippe cui probè perſpectum erat, ut opinor,

E quæ cuique potiſſimùm congrueret. HER. Nihil tale eſt ô Luciane, neque de his unquā deum conſului. LVC. Quid? an indignam æſtimabas hanc rem diuina conſultatione? aut ipſe ſufficiēs tibi uidebare, qui quod optimū erat & præſtantiſſimum, per teipſum poſſes eligere, non conſulto Deo monitore? HER. Ita mihi quidē uidebar. LVC. Quin igitur & nos iſthuc ipſum doces, quónam modo ſtatim ab initio queamus noſcere quæ optima ſit & ueriſſima philoſophandi ratio, & quam quiſpiā prætermiſſis aliis rectiſſimè eligeret? HER. Ego haudquaquam iſthuc dicere grauabor. Cum multos uiderem ad eādem certatim uiam affectantes, facilè æſtimabam Stoicam philoſophandi rationem cæteris eſſe præſtantiorem. LVCIAN. Quorum igitur numeroſior erat turba,

Epicureorum, an Platonicorum, an Peripateticorum? Proinde illos numeraſti F
ueluti in ferēdis colligendisq; ſuffragiis uſu uenire ſolet. HER. Atqui nō nu-
meraui, ſed coniecturis deprehēdi. LVC. Vt quid igitur me tātopere cupien-
tem non doces, ſed uana ſpe lactas ac decipis, affirmās de tantis rebus cōiectu-
ra & multitudine fretū iudicaſſe? HER. Nō ſolùm hoc quidē ô Luciane, ſed
omnes quoq; cæteros mortales ſæpenumero affirmātes audiui, Epicureos qui-
dem eſſe corruptos deliciis, uoluptatumq; extremè amantes. Peripateticos au-
tem ad rē attentiores, parandis cumulandisq; diuitiis inſeruire, & quoſdam ex
illis immodicè cōtentioſos. Porrò Platonicos arrogātes, & nimio faſtu turgi-
dos, gloriæq; cupiētiſſimos. Cæterùm de Stoicis multorū ſemper idem fuit te- G
ſtimoniū, uidelicet quòd uiriles eſſent, maſculo animo præditi, & nihil illos fu-
geret, & quòd eam uiam ingreſſus, ſolus rex, ſolus diues, ſolus ſapiēs, breuiter
in uniuerſum nihil non eſſet. LVC. Videlicet iſta tibi de illis dixerūt alii. Ne-
que enim ueriſimile eſt hæc illis de ſe ipſis prædicantibus, ſuaq; ſuperbè collau-
dātibus te credidiſſe. HER. Non, uerùm hæc ab aliis prædicata audiui. LVC.
Facilè tamē coniicio hæc diuerſæ ſectæ & opinionis affirmaſſe neminē. Quare
an illi quos tu te audiuiſſe prædicas, è numero philoſophātium fuerint, neſcio.
HER. Ne ii quidē. LVC. Proinde homines idiotas hæc dixiſſe credibile eſt.
HER. Et ualde quidem. LVC. Vide obſecro ut iterum me deceptum ab o- H
mni ſpe deiicere ſoleas: neq; uerum ſermonē exponis, ſed exiſtimas te cū Mar-
gita quopiam inſulſo & ſtupido uerba facere, ut planè perſuaſum haberē, Her-
motimum uirum ſingulari præditum cum ingenio tum induſtria, annos nunc
natum quadraginta, hominibus tamē idiotis de ſapientiæ ſtudio, deq; uiris phi-
loſophiæ candidatis credidiſſe, illorumq; inductum teſtimonio & prædicatio-
ne, rectiore uia philoſophantium electionem feciſſe. neq; enim iſta tibi præ-
dicanti facilè crediderim. HER. At ne hoc quidem te fugiat Luciane, me nō ſo-
lùm credidiſſe aliis, uerùm mihi quoque ipſi. Etenim conſpiciebam illos hone-
ſte & ornatè incedentes, ſplendidè & decenter amictos, nunquam non certis I
commentationibus cogitabundo animo intētos, aſpectu tetricos & terribiles,
demiſſa barba, & longa coma uenerandos, nihil molle aut parū uirile, aut citra
delectum aliquid admittentes, quod quidem aliis ſtuporē induceret, aut planè
uideretur impudens & Cynicū, ſed in media & regia uia conſtitutos, quæ qui-
dem ab omnibus affirmabatur eſſe optima. LVC. Nunquid igitur & hæc illa
quæ paulò antè præceptorem facientem me uidiſſe teſtabar, ipſos deſignantes
uidiſti? uidelicet fœnori & uſuræ ſeruientes, amarulenter & contentioſe mer-
cedem à diſcipulis exigētes, in conuiuiis aut colloquiis immodeſtè & pertina-
citer digladiantes, aliaq; quæcunq; indecorè plerunque peccare conſueuerant? K
Aut fortaſſe harum rerum nullam curam habendam eſſe exiſtimas, modò ue-
ſtitus ſit probè mundus, & nitidè compoſitus, & barba profunda, prolixáque
in capite cæſaries? Quare in poſterū, ut uideo, hic nobis certus erit canon & re-
gula rectè philoſophantes exactè cognoſcendi, quem uidelicet proponit Her-
motimus: oportetq; omnino ex habitu mundiore, grauioreq; inceſſu, & capil-
lo prolixiore, optimorū cognitionem ſumere. Itaq; cui hæc deeſſe uiderimus,
neq; ille tetricus fuerit, aut perpetuis intentus cogitationibus obambulauerit,
reprobandus, & nihili æſtimandus eſt. Sed uide Hermotime, ne & hæc illu-
dendi gratia ad me dixeris, periculum faciendo num deceptū me eſſe ſentiam.

HER.

A HER. Quorsum istud dicis? LVC. Quòd hæc, ô bone, rectius statuarũ sit cognitio atque indagatio, quam tu ab habitu sumendam esse dixisti. Omnino enim illæ habitu ferè sunt elegantiore, & amictu ornatiore, quas aut Phidias quispiam, aut Alcamenes, aut Myron ad pulcherrimum absolutæ formæ archetypum expresserit. Quòd si etiam maximè inde coniectura capienda est in illis dignoscẽdis, quid ille aget, qui uisu captus, philosophiæ perdiscendæ desiderio tenetur? Quî enim fieri posset, ut in habendo delectu non tota uia aberret, cum neque habitus neque incessus perspiciẽdi facultatem habeat? HER. Ego uerò ô Luciane, nõ ad cæcos uerba facio, neque illorum mihi quicquam
B curæ est. LVC. Atqui conueniebat, ô bone, ut tantarũ rerum, adeoq; omnibus necessariarum cognitu, communis quædam esset cognitio. Sed enim quandò ita tibi uidetur, à Philosophiæ commercio cæci excluſi maneant, posteaquã orbati sunt oculis: tametsi cum primis operæpretium mihi uidebatur, illos præ omnibus aliis Philosophiæ studio incumbere, ne acceptã amissi uisus calamitatem ferrent immoderatius. Cæterùm illi qui probè uident, etiamsi fuerint perspicacissima oculorum acie præditi, quónam pacto ea quæ in animo tecta sunt, peruidere possunt ab illa externa uestitus munditie? Nisi enim me fallat animus, tale quiddam est quod dicturus sum, nimirum te parandæ & colligendæ
C sapientiæ cupidine cum istiusmodi uiris cõuersari, utq; ea in dies aucta, cumulatius euadas melior. HERMO. Et maximè quidem. LVC. Quî igitur tibi promptum fuit, atque adeò factu possibile, ut ab iis ipsis quas dixisti cognitionibus, philosophantem aut secus perspiceres? Neque enim ista perinde solent propalam esse conspicua, sed sunt abstrusa ualde, atque adeò in obscuro reposita, quæ multis uix orationibus & cõgressibus, postremùm uerò operibus cõsimilibus licet animaduertere. Qualia enim Momus in Vulcano reprehenderit, opinor aliquando inaudiuisse te: quòd si me fallit opinio, audi iam nunc: sic enim habet fabula: nimirum Mineruã, Neptunum, & Vulcanum contentio-
D nem inter se suscepisse de artificii principatu & præstãtia: atque ipsum quidem Neptunum taurum effinxisse, Mineruam uerò domũ excogitasse: porrò Vulcanus hominem composuit, fabricauitq;. Cæterùm ubi iam ad Momum uẽtum esset, quem certaminis arbitrum & expensorem elegerant, & ille singulorum opera diligentissimè inspexisset: in aliis quidem quæ reprehenderit, superuacaneum fortasse foret referre: illud tamen in hominis opificio potissimum calumniatus est, atque ipsum quidẽ architectũ Vulcanũ non mediocriter perculsit, quòd artifex nõ in pectore ostiola quædam addidisset, quibus apertis & reclusis perspicuum fieret omnibus quid ille uelit, aut in animo strueret & cogita-
E ret: num mentiretur, an uerum diceret. Atque ille quidem uelut cæcutiens sic de hominibus statuit: tu uerò nobis ipso etiã Lynceo es perspicacior, qui, sicuti uidetur, per pectus ipsum quæ intus sunt cernis, suntq; tibi aperta omnia, adeò ut non solùm certò teneas quid quisque uelit aut cogitet, uerùm etiam uter sit melior aut deterior. HER. Tu quidem Luciane ludos ex me facis, ego uerò Apollinis ductu & auspicio delectum habui, neque prorsus electionẽ moror. atque hæc quidem satis Hermotimo. LVC. Attamen ne sic quidẽ mihi dignaris exponere, ô amice, sed me in ima uulgi fece uersantem superbè contemnis. HER. Nihil fortasse illorum tibi placebit, quæ dixero. LVC. Nequaquam, ô bone, uerùm nihil eorum uis dicere, quod me delectaturũ esset. Et quia tu me

celas de induſtria, nobis inuidens,ne fortè tibi pares euadamus,ſi Philoſophiæ F
indagandæ ſtudio operam nauaremus:periculū faciam , ſiquo modo fieri poſ-
ſit,ut per me exactam iudicandi rationem, miniméque fallibilem delectus ha-
bendi uiam inueniam. Quocirca tu, ſi uolueris, arrectis auribus attento fac ſis
animo. HERMO. Prorſus iſthuc uolo, ô Luciane. fortaſſis quiddam ſcitu di-
gnum dicturus es. LVC. At uide ne naſo me ſuſpendas,ſi illud omnino ruſti-
cè & ineptè propoſuero. Ita enim facto opus eſſe uideo,poſteaquā tu, qui ha-
rū rerū es multo peritior, illud manifeſtius & diſertius explicare grauaris. Itaq;
*Virtus,urbis inſtar optimè inſtitutæ.* Virtutem urbis inſtar eſſe fingas uolo, quæ ciues habeat honeſtiſſimè & inte-
gerrimè Rempub. adminiſtrantes, quemadmodum tuus quoque præceptor, G
qui iſthuc aliquando peruênit,idem hoc affirmare non dubitat: præterea ſum-
ma ſapientia uiros exornatos,magno infractóque animo præditos,iuſtitiæ ſer-
uantiſſimos, modeſtia admirandos,parum infra Deorum conditionem conſi-
ſtentes. Cuiuſmodi multa apud nos deſignantur,rapina,uiolentia,iniuria, ha-
bendi cupidine:eorum flagitiorum ne tantillum quidem quenquam audere in
ea urbe conſpiceres : ſed pacati & concordes Reipublicæ munia ſimul obeunt
& adminiſtrāt. Nec iniuria. Ea enim quæ aliis in urbibus ſeditionum & facti-
oſarum contentionum concitandarū occaſionem ſuppeditant, quorumq; gra-
tia alter alterum clādeſtinis petit inſidiis,ea inquam omnia è medio illorū ſub- H
lata & remota ſunt. Neque enim aut aurum, aut uoluptates, aut honores ha-
bent in precio,tanquam alicuius momenti iſta apud illos habenda ſint, uerùm
iam olim hæc in uniuerſum, tanquam parum neceſſaria exiſtimantes ad bene
gerendam Rempublicam,urbe eiecerunt. Itaque tranquillam quandam & o-
mnibus modis felicem degunt uitam,bonis legibus,æqualitate,libertate,& o-
mnibus denique bonis inſtitutam. HERMOT. Quid igitur ô Luciane? an
non tibi uidetur æquiſſimum eſſe,ut omnes certatim eius urbis ciues fieri de-
ſiderent, ita ut itineris tam laborioſi moleſtiam pro nihilo reputent, neq; tem-
poris longinquitate uicti animum deſpondeant, certò & cōſtanter perſuaſum I
habentes,ſe omni euicta difficultate in ciuium numerum relatum iri,eiuſq; po-
litiæ ſe participes futuros? LVCIA. Sanè per Iouem,ô Hermotime,omnibus o-
mnes neruos in hoc intendēdos eſſe arbitror,cætera uerò negligenda. Nec pa-
triæ tenaciter nobis inhærentis magna cura habenda eſt : neque ualde moueri
decet aut frangi animo,parentum aut liberorum nos detinentium cōploratio-
nibus : ſed & illi pari opera ad eandem profectionem nobiſcum ſuſcipiendam
cohortandi ſunt. Quòd ſi aut ſequi nos recuſauerint,aut per ætatē non potue-
rint:illis relictis & poſthabitis,rectà ad urbem omniū feliciſſimam animoſe ten-
dendum erit, reiectis etiam ueſtimentis,ſi eiſdem amicti detineremur,illic haud K
dubiè conueſtiendi. Neq; enim periculum eſt ne quis te eò nudo corpore de-
latum excluſurus ſit. Iam enim & aliàs uirū multa canicie reuerendū diffe-
rentem audiui quinam illic ſe res haberent: meq; magnopere cohortabatur ille,ut
me ſibi ad urbem eunti comitem adiungerem. ſiquidē pollicebatur itineris du-
cē ſe fore, & quòd me ciuitate donare uellet, unumq; ex tribulibus facere,ſuo
adſcriptum ſodalitio, adeò ut nulla non ex parte bene & feliciter agerē. Cæte-
rùm ego id ætatis rectè monenti nō obtemperabam, ſtultitia & rudibus annis
dehortātibus. nondum enim egreſſus eram annum quintū & decimū. Fortaſ-
ſis ſi ſecutus fuiſſem, iam in ſuburbio aut præ portis cōſiſterē. Porrò de ciuita-

te,ſi

A te, ſi rectè commemini, cum alia multa, tũ hæc quoq; prædicare ſolebat, quemadmodum omnes eius urbis incolæ eſſent aduenæ & peregrini, nec ullus eſſet indigena. Quin etiam illud addebat, non parum multos in eadem Repub. uerſari barbaros, & ſeruilis cõditionis homines, informes, modicos, pauperes: breuiter neminem non eius Reipub. fore participem, quem penes modò uoluntas eſſet eò tendendi: quandoquidem illis morem ciuitate donandi aduenas, affirmabat nõ ſumi aut ab externa cultus & ueſtitus elegãtia, aut à corporis proceritate & formoſitate, neq; à generis ſplendore, aut claris maioribus, ſed ea pro nihilo æſtimari apud illos. Oportere tamẽ eos qui ciuitatis ius indipiſci uelint, *Vrbis uirtutis incolæ, aduenæ omnes & peregrini.*

B intelligentia inſtructos eſſe, rerúmque honeſtarum tangi cupidine, labore non frangi, nullis uoluptatum illecebris capi, neque effœminari aut emolleſcere rebus dubiis & difficilibus inter eundum ingruẽtibus. Quiſquis itaque hæc præſtiterit, expoſuitq;: ubi primùm urbem attigerit, actutum in ciuium cõmunionem aſſumitur, quicunque tandem fuerit, parem experturus honorem. Porrò peior, an melior, an nobilis, an ingeneroſus, an ſeruus, an liber, aut an prorſus infimæ ſortis & conditionis homo ſit, in ea ciuitate ne nominantur quidem.

HERMO. Hinc perſpicere potes Luciane, quòd nõ temere aut pro rebus ficulneis tantos ſudores perferã, cum adeò felicis & exoptatæ Reipub. ciuis fie-

C ri concupiſcam. LVCIA. Et ego quidem harum rerum communi tecum cupiditate teneor: atque haud ſcio, an quicquam ſit quod perinde præ his mihi uotis expetendum putem. Iam ſi in propinquo urbs ſita foret, & omniũ proſpectui expoſita: iam olim, ut ſcis, nulla animi ambiguitate præpeditus, eã fuiſſem ingreſſus, inq; ea multum iam temporis uerſando contriuiſſem. Poſteaquã uerò (quemadmodũ uos perhibetis, nimirum tu, & Heſiodus ille rhapſodus) ualde procul hinc remota eſt, operæprecium mihi eſſe uidetur, ut & uiam ipſam quæ rectà nos ad urbem ducat, inueſtigemus, nec minus operæ & ſtudii in duce quamoptimo deligendo ponamus. An non ita quoque tibi faciendum ui-

D detur Hermotime? HERMOT. Et quínam alia ratione eò quis perueniret? LVC. Nonne uides igitur immenſam multitudinem promittentium & affirmantium ſe uiæ peritos eſſe? Multi enim ad hoc parati circunſtant, quorum nemo non ſe indigenam eſſe perſanctè deierat. Cæterùm non eſſe unam tantùm uiam, illud apparet liquidò, ſed innumeras & ualde diuerſas, nec quicquã habentes in quo inter ſe conueniant. Nam hæc quidem ad occidentalem plagam uergit, illa ad ſolem exorientem: mox altera ad Septentrionẽ uiatorem ducit, altera uerò rectà ad meridiem. Rurſus hæc quidem per florida prata, & molles plantas ſub umbra amœna & delectabili, nihil habens aſperitatis aut difficulta- *Via ad uirtutem.*

E tis: altera autem petricoſa, & omnibus modis aſpera, multum exhibens uiatoribus cum ſitis tum ardoris, tũ etiam laboris & moleſtiæ. Et tamen omnes illæ cum multæ ſint, ad eandem urbem, quæ una eſt, tendere perhibẽtur, tametſi ſint inter ſe diuerſiſſimæ. Inde incredibilis animum meum habet perplexitas & hæſitantia. Etenim in quancunque forte fortuna incidero, uirũ quempiam circa ingreſſum diuerticuli conſiſtentẽ offendo, antiqua uirtute & fide admirandum, ſtatim in introitu accedenti manus porrigentem, uehementerq; cohortãtem, ut ipſius uiam ingrediar. uſqueadeo certatim unuſquiſque illorũ ſe compendioſæ uiæ gnarum eſſe iactat identidem, alios uerò tota uia aberraſſe, neq; unquam eò perueniſſe, neque aliorum inſequentium duces eſſe poſſe. Tãdem

ubi proximũ acceſſero,audio & illum de uia ſua magnificè pollicétem, alioſq; P
malitioſe uituperantem. Ad eum quoque modum facit is qui huic uicinus eſt,
& ſic deinceps omnes reliqui. Hinc itaque uiarũ multitudo & diuerſitas non
mediocriter me conturbant,animumq; meum incertũ diuerſe diſtrahunt, ma-
ximè uerò duces ipſi præter modum uociferantes,dum quiſque ſua immodicis
laudibus deprædicat. Neque enim calleo in quam declinans,aut quem potiſſi-
mum ex ducibus ſecutus, urbem accedere queam. HER. At ego te Luciane
ab omni hæſitatione liberabo. Etenim haud facilè,ſi iis qui ante nos idem itine-
ris confecerunt,fidem habueris,aberrabis. LVC. Quibus tu habendam fidem
dicis? aut quem ex ducibus ſequuti ſunt? aut per quam uiam ingreſſi ſunt? Ite- G
rum enim nobis ſub alia forma eadé apparet animi perplexitas, à rebus ad ho-
mines translatis. HERMOT. Quónam modo iſthuc dicis? LVCIA. Quoniam-
quidé qui in Platonis uiam digreſſus eſt,& illo duce ſe in uiam dedit, illã haud
dubiè laudaturus eſt. rurſus qui Epicurum ducem ſibi ſequendum elegit, Epi-
curi.ita omnino alius aliam cõmendabit : tu uerò ueſtram omnibus aliis præ-
feres. Aut non ita futurum eſſe Hermotime credendum eſt? HERMOT. Et cur
non? LVCIA. Proinde ab ancipiti animi perplexitate me non liberas,cũ etiam-
num ignorem ex uiatoribus cuínam potiſſimùm fides adhibenda ſit. Video e-
nim unumquenque illorum,& ipſum,& ducem eius,unius tantùm uiæ feciſſe H
periculum,ac illam laudare, affirmantem hanc ſolam eſſe quæ perducat ad ur-
bem. Ego autem num uerum dicat,ſcire non poſſum. Quòd enim ad finẽ ali-
quem delatus ſit,& ciuitatem quandam conſpexerit,fortaſſe illi haud difficul-
ter conceſſerim: cæterùm num illam uiderit quam oportebat, in cuius Repub.
ego & tu uerſari concupiſcimus, in Corinthum delati,ille autem Babylonem
profectus, Corinthum ſe uidiſſe putarit: hoc quidem etiamnũ mihi incertum
eſt. Neque enim ille qui aliquam ciuitatem uidit,ſtatim & Corinthum uidit.ſi-
quidem non ſola Corinthus eſt ciuitas. Quod autem omnium maximè me fa-
cit animi incertum & ambiguum, illud eſt, quòd ſciam neceſſariò unam atque I
adeò uerã eſſe uiã.ſiquidé nec plures q̃ una Corinthus eſt,aliæ autem quoquo
gentiũ magis uiatorem q̃ in Corinthũ perducunt. Niſi quis uſqueadeo delirus
eſſet,& mente captus,ut putaret & eã quæ ad Hyperboreos, & eã quæ ad In-
dos tendit,in Corinthum recto tramite perducere. HER. Quónam pacto hoc
fieri poſſet ô Luciane,cũ alia aliò tendat? LVC. Proinde,ô bone Hermotime,
non mediocri opus eſt conſilio in eligẽdis cum uiis,tum ducibus. Neque illud
uulgo iactati prouerbii committẽdum eſt, ut quocunque nos pedes duxerint,
eò inconſultô abeamus, quo modo ita haud dubiè decepti pro Corintho ad
Babylonios aut Bactra abiremus. Atqui ne hoc quidem ualde mihi conſultum K
factu uidetur,ut fortunæ tantam rem cõmittamus, tanquam optimam fortaſſe
apprehendentes, ſi citra omnem uiarum exactam peruestigationem, in unam
aliquam quamcunque tandem temere irrueremus. Nihil enim obſtat quò mi-
nus & fieri poſſit,& fortaſſe iam olim in tanta temporis longinquitate factum
eſt. Haudquaquam uerò æquum eſſe opinor, ut tam inconſideranter de rebus
adeò magnis ſpem abiiciamus,aut ita in auguſtum coactam cõſtringamus,uir-
gultea ſcapha(quod aiunt) Aegæum aut Ionium tranſmittere uolentes. Neque
enim rectè aut probabiliter fortunam incuſaremus,ſi ſagittando & iaculando
non prorſus aſſecuta ſit ueram illam uiam, unã nimirũ inter tot infinitas falſas

& erro-

A & erroneas exiſtentem: quod nec Homerico quidem ſagittario cõceſſum fuit, qui cum debuiſſet columbã arcu fixam deiicere, linea uincula rupit. opinor autem fuiſſe Teucrum. Sed enim hoc multo magis rationi cõſentaneum eſt, ſpem habere multa uulnerandi, & iaculo petendi, quàm omnino illud unum ex omnibus: quoniam periculũ non mediocre eſt, ſi pro recta & compendioſa uia in unam ex erraticis & deuiis imprudentes incideremus, ſperantes fortunam meliorem pro nobis electuram eſſe. Opinor autem in tali re cõparatione utendum, & demonſtrandum eſſe. Neq; enim promptum & facile eſt reuocare curſum, ſaluumq; & incolumẽ retro euadere, ſi quis ſoluta naui mari ſe ſemel com-
B miſerit: uerùm neceſſarium eſt, in pelago fluctuum arbitrio iactari & circumferri, nauſeantem ut plurimum, & metu perculſum, capiteq; marinis fluctibus grauatum. Aequum uerò fuerat, ſub initium priuſquam uela uẽtis permiſiſſet, conſcenſa ſpecula explorare ſi mare eſſet nauigabile, & ſecundus flaret uentus Corinthum nauigare uolentibus. Et per Iouem quidem gubernator quiſpiam optimus ſummo cum iudicio illi deligendus fuerat, præterea nauis ſatis firma conquirenda, quæ tantis fluctibus & curſui par eſſe potuiſſet. HERMOT. Eſt quidẽ Luciane, quod dicis, non improbandum. Verùm enimuero hoc ſatis certò ſcio, quòd ſi etiam per circulum omnes ad unum acceſſeris, non tamẽ alios
C inuenies neque duces meliores, neque gubernatores maiori peritia præditos, quàm Stoicos. Atque ſi animus tibi eſt aliquando Corinthum perueniendi, illos ſequendos eſſe putabis, per Chryſippi & Zenonis ueſtigia incedẽdo. alioqui fruſtra hanc uiam tentabis. LVCIA. An non ſentis, ô Hermotime, commune quiddam te dixiſſe? haud dubiè enim hoc ipſum dixerit & quiſque qui communem cum Platone uiã ingreditur, & qui Epicurũ ducem ſequitur, inſuper & alii, me uidelicet Corinthum nunquam uenturum, niſi cum illorũ aliquo itineri memet accingam: ita ut neceſſarium mihi eſſe uideam, aut omnibus ſine diſcrimine credere, quod abſurdiſſimum eſt: aut omnibus iuxtâ diffidere,
D quod quidem multò tutiſſimum eſſe opinor, donec uera pollicentem inuenerimus. Age uerò, ſi quemadmodum nunc ignarus ſum, etiamnum certum non habens quínam ex omnium philoſophantium ordine & numero uerum diceret, ueſtræ ſectæ me addicerem, habita tibi fide uiro amico & familiari, attamen Stoicæ ſaltẽ philoſophiæ perito, tantúmque unicam illam uiam ingreſſo: poſtea uerò Deorum aliquis ab inferis in uitam reuocaret Platonem & Ariſtotelem, præterea etiam alios omnis generis philoſophos: illi autem circunſiſtentes interrogarent, & per Iouem quoque in ius pertractum contumeliæ accuſarent, dicẽtes: Quid uerò paſſus es optime Luciane, aut à quo perſuaſus Chry-
E ſippum & Zenonẽ nobis, qui multò antè fuerimus, propoſueris, homines heri & paulò antè natos, cum nos neque ſermonis participes feceris, neque prorſus quæ loquamur tentaris? Quòd ſi hæc ab illis diceretur, quídnã illis reſponderem? An ſatis mihi fore exiſtimas, ſi dixero me ab Hermotimo uiro familiari ita perſuaſum eſſe? Atqui dicerent, ſat ſcio, Nos uerò Luciane, quis ille ſit Hermotimus, iuxtà cũ imperitis ignoramus, ſed neq; ille nos nouit. quare æquum non fuit, omnibus in totum repudiatis, nos indicta cauſſa condemnare, fidem dantem uiro unicam tantùm in philoſophia uiam, ſed neque illam fortaſſe exactè ſatis perſpectã habenti. Sed enim legum conditores ô Luciane, ad hunc modum non imperant faciendum iudicibus, nimirum ut altero tantùm audito, al-

teri facultas pro ſe loquendi ea quæ ex uſu ſuo eſſe intellexerit,non concedatur : uerùm utrunque iuxtà audiendum eſſe præſcribunt, quò facilius diuerſis ſermonibus inter ſe examinatis & perpenſis,quæ uera,quæ falſa ſint, inuenire queant. Quod niſi ſic factitatum fuerit,permittit lex appellandi libertatem,ut in aliud iudicium ea transferantur,quæ illos loqui par eſt. Aut ſi quiſpiam fortaſſe illorum me interrogaret, dic mihi, inquiens, ô Luciane, ſiquis Aethiops qui nunquam alios homines conſpexiſſet, quales nos ſumus, propterea quòd nunquam peregre extra patriam profectus ſit,in quadam corona & conuentu Aethiopum pertinaciter affirmaret dicerétque nuſquam gentium homines albos aut flauos reperiri, neque ullius alterius coloris quàm nigros: nũquid aliis fidem ſuis dictis faceret? Diceret autem ad illum quiſpiã ex ſenioribus Aethiopibus, Tu uerò unde hæc cognita & explorata affirmas audaciſſime?neq; enim unquã à nobis ſuſcepta ad exteros populos profectione peregrinatus es, neq; per Iouem qualia apud exteras nationes ſint,unquam perueſtigaſti,aut præſens oculorum teſtimonio didiciſti. An uerò hunc ſenem nõ rectè & grauiter ſentire prædicarem? Aut quid tu conſilii in mediũ adfers Hermotime?HER.Imò uerò tuæ ſententiæ aſſentior. iuſtiſſimè enim mihi uidetur eius temeritas ita poſſe compeſci.LVC.Et quidé mihi,ô Hermotime. Cæterùm quod poſthac dicturus ſum, quomodo tibi mecũ conueniat, ſcire non poſſum : mihi quidem & illud iam ualde perſuaſum eſt.HERMOT.Qualénam illud eſt?LVC.Nẽpe uir ille probabili inductione inferet dicturus, Ergo abſurdè propoſitus eſt nobis quiſpiam Luciane, qui ſaltem Stoicorum placita calluerit, quemadmodũ amicus ille tuus Hermotimus, cum nunquam peregre profectus, neque ad Platonis Academiam ſe contulerit,neq; apud Epicurum diuerterit,neq; omnino cum alio quoquam familiaritatem contraxerit. Itaq; ſi dixerit nihil ita pulchrum aut ita uerum inueniri apud omnes reliquos,qualia Stoicorum ſunt,& quæ ab illis aſſeruntur: an nõ iure optimo temerarius & audax tibi uideri debeat,de omnibus definiendi & pronunciandi auctoritatẽ ſibi ſumens,maximè uerò cum tantùm unius ſectæ peritus ſit,neq; unquã ex Aethiopia uel alterum pedem protulerit? Quid uerò exiſtimas illi reſpondendum eſſe? Num ueriſſimum illud,nos uidelicet Stoicis addictos,illorũ philoſophiam perdiſcere,iuxta quam dignum putemus philoſophari?neque tamen nobis obſcura ſunt ea quæ dicuntur ab aliis. ſiquidem præceptor noſter & illa inter diſſerendũ proponit, refellens ſubuertensq; illa ſatis argutè. Nũ uerò exiſtimas hoc reſponſo audito tacituros eſſe Platonicos & Epicureos,tum etiam alios? An nõ in riſum ſoluti iure optimo ad me dicerent, qualiánam facit familiaris tuus Hermotimus, ô Luciane,qui dignatur aduerſariis de rebus noſtris fidem habere,prorſus exiſtimans eiuſmodi eſſe omnia noſtratia,qualia ipſi falſo cõfingũt & dictitãt,quorum aut ipſi imperiti ſunt, aut ipſam ueritatem de induſtria celantes obfuſcant improbi? Aut igitur ſi uiderit aliquem ex athletis exercentem ſe priuſquam in arenam deſcenderit,calcitrantem in aëra, aut pugnis inanem quampiã plagam inferentem, quaſi cæderet aduerſarium, illum ideo ſtatim proclamabit præfectus certaminis eſſe inuincibilem? Aut non potius exiſtimabit perfacile & tutum eſſe,ita pueriliter & iuueniliter Thraſonem gloriarum plenũ agere,nullo aduerſario illi repugnante:ipſam autem uictoriam tunc primùm decernendam eſſe, quando aduerſarium fortiter deuictum proſtrauerit,& ſuperior certando

cuaſerit,

A euaſerit, altero laſſitudine confecto, alioqui uerò nequaquam? Proinde neque Hermotimus ab his quibus præceptores ſui aduerſum nos abſentes in umbra dimicant atque digladiantur, illos uictores eſſe putet: aut ea quæ à nobis aſſerũtur, tam ſine negocio poſſe refelli aut ſubuerti: quoniã illud perſimile eſſet puerorum ædiculis, quas illi ut infirmas parare ſolent, ita protinus ſubuertunt ac diruunt. Aut per Iouem etiam his qui exercitio ſagittandi ſunt occupati, qui ſtipulis quibuſpiã colligatis, & ſuper contum fixis, nec ita procul poſitis, emiſſo telo iaculantur: ac ſiquando forte fortuna collimantes ſcopum tetigerint, ſtipulasq; præfixas iaculo penetrauerint, ilico exclamant quaſi re magna peracta,
B ſi telum per ſarmenta euolarit. Cæterùm nequaquam ad hunc modum Perſæ facere conſueuerunt, ſed neque Scythæ, quotquot illorum arcu & arte iaculãdi præcellũt: uerùm initiò ipſi equis inſidentes, obequitãdo emittunt iaculum: deinde etiam ea ipſa faciunt mobilia, ad quæ arcu collimant, nõ ſtabilia, aut ſagittam expectantia donec inciderit, ſed cumplurimum fugientia, nempe feras, & maximè uolucres feriunt. Quòd ſi nonnunquam ſcopus quoque feriendus eſt, emiſſi teli firmitate & impetu lignum tranſuerſim obiectum, aut ſcutũ bouinis coriis confectum præponentes, tranſfigunt: ac tunc quidem bonam ſpem habent fore ut eorum tela etiam per arma, ubi uſus erit, penetrẽt. Quapropter
C ô Luciane, dic noſtris uerbis Hermotimo, præceptores eius ſarmentorum ſeu ſtipularum faſciculos propoſitos telis petere: deinde ambitioſe gloriari homines armatos ſe deuiciſſe: inſuper aduerſus imagines noſtras depictas pugilum more depugnare: quibus etiã, ut par eſt, ſuperatis, nos proſtratos eſſe exiſtimẽt. Atqui unuſquiſque noſtrum ad illos dicere poſſemus, quod ab Achille dictum eſt de Hectore: Ille meam haudquaquam galeam, criſtasq; comantes
Aſpicere audebit. Hæc quidem uno ore dicturi ſunt omnes, ſingulatim autem alius alia. Plato haud dubiè mihi uidetur aliquid narraturus eorum quæ facta comperit in Sicilia, quorum non pauca habet comperta. Siqui-
D dem perhibent Geloni Syracuſiorum tyranno os fuiſſe putridum, infectumq; graueolẽtia: id quod permultum temporis illum latuit, cum nemo auderet ob hoc ipſum reprehendere, uirum præpotentem tyrannide, donec illi mulier peregrina adducta, rem ut ſe haberet, ſumpta audacia expoſuiſſet. Qua re ille inflammatus iracũdia, uxorem ſuã acceſſit, grauiter cum ea expoſtulãs quòd illi non palàm feciſſet fœtidi oris graueolẽtiam, cũ eius uitioſæ animæ probè fuiſſet conſcia. Illa uerò orauit ſibi habendã eſſe ueniã, propterea quòd nunquam antea ullum alium uirum ſit experta, neq; cum quoquam tam propè cõgreſſa, ita ut pro certo putarit in uniuerſum omnes uiros non aliam animam ore ex-
E halare. Itaque Hermotimus, quia cum ſolis Stoicis commercium habuit, procul dubio diceret Plato, non iniuria neſcius eſt qualiãnam aliorum ſint ora. Non diſſimilia fortaſſe & Chryſippus diceret, & his etiam multo plura, ſi illo indemnato & indicta cauſſa relicto ad Platonis Academiam à quodam eius aſſecla perſuaſus me reciperem. Iam, ut tandem pauciſſimis uerbis totius rei ſummam complectar, ita ſtatuo, dum quidẽ in incerto fuerit quænam uera ſit ſecta philoſophandi, nullam eſſe eligendam, propterea quòd non careat contumelia, ſi hac electa, aliam neglexerit. HER. Per ſocietatẽ domeſticam Luciane, age Platonem quidem & Ariſtotelem, quin etiam Epicurũ & alios miſſos faciamus. Neq; enim ex dignitate mea eſt, ut aduerſus illos ego conflicter. Cæterùm nos

duo,ego inquam & tu,accuratè diſcutiamus, num res philoſophica tale quid- F
dam ſit,cuiuſmodi ego eſſe affirmo. Aethiopas autē, aut Gelonis uxorculam,
quorſumnam opus erat ex Syracuſis uſque ad noſtrum colloquium accerſere?
LVC. Sanè illos quidem miſſos faciamus,quādoquidem tibi ad noſtram diſce-
ptationem parum utiles & ſuperuacanei uiſi ſunt. Tu uerò dic modò. appares
enim ſimilis quiddam admirandi dicturo. HERMOT. Mihi equidem prorſus
uidetur Luciane, omnibus modis fieri poſſe, eum qui tantūmodo Stoicorum
dogmata perdidicerit,ex illis ad unguē cognitis uerum noſſe, tametſi aliorum
decretis poſthabitis nequaquam ſingula perdiſcendo excuſſerit. Conſidera ue-
rò tecum,ad hunc modum ratione inita,ſi quis hoc tantum ad te dixerit, dua- G
bus dyadibus numerum quaternarium abſolui. Ergo tibi iam circumeundum
eſt,& uiritim exquirendum ab aliis omnibus, quotquot arithmeticæ non ſunt
rudes,ne fortè quiſpiā inter illos ſit qui dicat,bis duobus quinque aut ſeptem
conſtitui. An non illico tibi planum ſit eum uirum uera dicere? LVCIA. Illico
quidem,ô Hermotime. HER. Quî igitur tibi fieri poſſe non uidetur,eum qui
ſolùm in Stoicorum ſcholam inciderit ueritatem dicentium, illorumq; ſermo-
nibus planè perſuaſum,aliorum non amplius egere ductu & auſpiciis,cum cer-
tus iam factus ſit, nunquam fore ut quatuor quinque fiant,non ſi infiniti Pla-
tones aut Pythagoræ diuerſum affirmauerint? LVCIA. Nihil aduerſum,quod H
aiunt,dicis ô Hermotime,cum ea quæ omnibus iamdudum ſunt certa & per-
ſuaſa,rebus dubiis & incertis aſſimulare nō dubites,longè lateq; inter ſeſe diſſi-
dentia. Quid autem reſpondes? eſsēne aliquem quócum tu ſermonem ſociaris,
contendentem duas dyadas coniunctas, aut ſeptenarium aut undenarium nu-
merum conſtituere? HER. Haudquaquam ego,niſi fortaſſe per inſaniam deli-
raret,negans ex his nō niſi quatuor excreſcere. LVC. Quid autem? incidiſtine
aliquādo (& per Gratias uerum dici uolo) in Stoicum aliquem & Epicureum
de rerum principiis,& bonorū fine inter ſe non diſſidentes? HER. Nunquam.
LVC. Proinde etiam atque etiam uide ne tuis falſis & euanidis rationibus me I
fraudulenter decipias,maximè uerò amicum tuum exiſtentem. Cum enim nos
ſubinde quæramus quínam in Philoſophiæ ſtudiis uera loquātur,tu nihil cun-
ctatus hoc præoccupatum Stoicis attribuiſti, dicēns illos eſſe qui bis duo qua-
tuor eſſe ſtatuerint: quod quidem obſcurum eſt num ita ſe res habeat. fortaſſe
enim dicerent Epicurei aut Platonici ueſtram hanc eſſe compoſitionem: nos
autem quinque aut ſeptem illa eſſe dicimus. An non uidentur hoc ipſum tibi
egregiè præſtare,cum uobis hoc ſolum quod honeſtum eſt,bonum eſſe putan-
tibus,Epicurei uoluptatem ſummum bonum eſſe ſtatuāt? Et cum uos pertina-
ciſſimè contendatis omnia eſſe corporea,Plato tamē eius opinionis eſt,ut cen- K
ſeat in rerum natura nonnihil quoque eſſe incorporeum. Et quod primo loco
dixi, nimium auidè illud quod in dubio uerſatur, tanquam minimè dubitāter
proprium illud Stoicis habendum tradidiſti. Iam cum alii hoc ſibi uendicēt,di-
cantq; illud eſſe,ſanè ibi tum ſummo iudicio opus eſſe opinor. Porrò autem ſi
apud omnes in confeſſo eſſet, ſolos Stoicos uerè autumare bis duo eſſe qua-
tuor,aliis mea quidem ſententia conticeſcendū eſt. Quamdiu uerò ea de re in-
ter ipſos contentioſè digladiantes anceps eſt controuerſia, omnes ex æquo au-
diēdi ſunt,aut compertum habere,uideri nos ad gratiam ferre iudicium. HER.
Non uidere mihi Luciane intellexiſſe quid dicere uoluerim. LVCIA. Ergo

craſſius

A crassius & manifestius explicandum tibi erit aliud quippiam dicturo, tãtùm uide ne tale aliquid dehinc adducas. HERMOT. Scies actutũ cuiusmodi sit quod dico. Ponamus enim duos aliquos in Aesculapii aut Dionysii fanum ingressos, deinde phialam quãdam è rebus sacris esse sublatam atque deperditã. haud dubiè iam summopere necessariũ est, ut ambos inuestigatione habita perscrutemur, utérnam illorum phialam in sinu abditam habeat. LVC. Maximè. HER. Omnino autem alterum habere necesse est. LVC. Et cur non, si quidem deperdita est? HER. Proinde si apud priorem amissam phialam inueneris, alterum nequaquam exuendum esse putas. iam enim palàm est illam nõ habere. LVC.
B Sanè palàm est. HER. Et si in prioris sinu reperta nõ fuerit, alterum habere sanè consentaneum est: neq; hic longa perscrutatione opus est. LVC. Certè enim habet. HER. Ergo nos quoq; si apud Stoicos phialam iam inuentam habemus, alios perscrutãdos esse superuacuum & indignũ existimamus, habentes quod dudum tãtopere quærebamus: aut quã ob rem inani labore nos ipsos amplius defatigaremus? LVC. Nullius profectò gratia, si reperta phiala penes uos fuerit, illaq; inuẽta pro certo compertũ habetis illud ipsum esse quod erat deperditum: aut planè uobis cognitum est donarium. Iã uerò ô amice, non saltẽ duo
C sunt qui templũ ingrediuntur, ut necessarium sit alterũ habere rem furto subtractam, uerùm profectò illorum magna est copia. Deinde non minus obscurum est quid illud tandem sit quod deperditum est, num phiala quæpiam, num scyphus, num corona. Quotquot enim sacerdotes sunt, subinde alius aliud esse affirmat: quippe qui neq; de ipsa materia unanimiter consentiunt, uerùm hi ex ære, alii ex argento factum, partim autem aureum, partim uerò argẽteum illud esse dictitant. Itaq; planè operæprecium esse uides, detractis uestimentis omnes in templum ingressos exui, si animus est rem amissam inuenire. Quanquam enim apud primum aurea phiala tibi reperta fuerit, nihilo secus tamen & cæteri pari opera sunt exuendi. HERMOT. Quamobrem, ô Luciane? LVC. Propter-
D ea quòd incertum sit num phiala illud ipsum sit quod erat amissum. Tametsi uerò & hoc uno ore omnes confessi fuerant, haud tamen omnes auream fuisse phialam cõfirmabunt. Porrò autem ut maximè inter omnes constet auream phialam esse amissam, tamen ne sic quidem alios perscrutandi finẽ facies. neque enim tibi constabit num Dei sit illa ipsa: aut non reputas infinitas esse phialas aureas? HERMOT. Sanè censeo. LVCIA. Igitur omnibus modis necessarium est perscrutantem omnes accedere, & illis quæ apud quenquam inuenerit, in medium depositis, cõiicere quídnam ex eisdem diuinum donarium potissimum sit existimandum. Etenim quod omnium maximè dubio inuoluit
E animũ, illud est, quòd unusquisque exutorum aliquid apud se habeat, hic scyphum, ille phialam, alius coronam, & hic quidem ex ferro fabricatam, alter autem auream, tertius argenteam. Nondum uerò clarum est & perspicuum, num hæc sit res sacra, quod habetur. Quare magnam tibi impositam esse uides necessitatem dubitandi, quémnam ex tanto numero sacrilegii insimules. Vbi uerò omnibus essent paria & similia, iuxtà foret incertũ cognitu quínam diuina donaria sustulisset. sunt enim harum rerum possessiones etiam priuatæ. Cæterùm ignorantiæ causſam unam esse arbitror, quòd nullo titulo inscripta sit deperdita phiala. Ponamus enim amissam esse phialam, quæ si Dei nomine, aut eius qui illam templo dicatam consecrauit, foret insignita titulo, minori in

perſcrutando labore defatigaremur, & ea quæ inſcriptiuncula notata foret re- F
perta,finem faceremus exeundi,& alios perturbandi. Opinor autem Hermoti-
me,iam te ſæpenumero gymnicis certaminibus interfuiſſe. HER. Et rectè qui-
dem opinaris.iam enim perſæpe interfui. LVC. Nunquid igitur etiã aliquan-
do iuxta Athlothetas conſediſti? HER. Per Iouem nuper in Olympiis læuum
latus iudicum ſedendo claudebam,Euandrida Elei filio inter ciues ſuos ſpecta-
culum mihi præoccupante. Cupiebã enim ſingula propius inſpecta cognoſce-
re,quæ fierent circa iudices. LVC. Proinde etiam illud exploratum habes, qua
ſortiendi ratione uti ſoleant,cuínam cum quoq; luctandum, aut Pancratio de-
certandum ſit. HER. Planè perſpectum habeo. LVC. Longè itaq; promptius G
& melius tu expedies,qui iſta propius & curioſius ſis contẽplatus. HERMOT.
Apud priſcos quidem præſidente in certaminibus Hercule,laurea folia. LVC.
Ne mihi quæſo priſcorũ inſtituta percenſeas Hermotime, ſed quæ ipſe coràm
conſpexiſti,cedo. HER. Initiò quidẽ urna argentea Deo ſacra in medium pro-
ponitur,in eam paruæ quædam ſortes cõiiciuntur,fabacea ferme magnitudine,
literis inſcriptæ. Inſcribũtur autem duæ,utraque uidelicet litera α,deinde in al-
teras duas ſcribitur β, mox in alias γ,ac deinceps iuxta eãdem rationem inſcri-
buntur & reliquæ pro numero athletarum,ſi plures fuerint,ita ut ſemper binæ
ſortes iiſdem ſint inſignitæ literis. Accedit deinde quiſque ex athletis ſuſceptis H
uotis Ioui ſupplicans: immiſſaq; in urnam manu, unam ex ſortibus extrahit, &
poſt illum alius. Quibus ſingulis aſſiſtens flagellifer protenſa manu obſtat ne
legantur literæ quæ à ſingulis extractæ ſunt. Cæterùm ubi iam ſinguli ſingu-
las ſortes habuerint, tum demum Alytarches, ut ego opinor, aut unus ex iu-
dicibus (neque enim amplius memoria teneo)circumeundo contemplatur &
explorat ſortes in circulo conſiſtentium. Atque ita eum quidẽ qui α habuerit,
cum altero ſortem α inſcriptam habente, aut lucta aut Pancratio decertaturum
committit. Deinde pari ratione etiam eum qui β habet extractum,cum altero
eiuſdem literæ. qui tenor committendi ſeruatur etiam in aliis conſimilium lite- I
rarum ſortes habentibus. Et hæc eſt ratio componẽdorum athletarum nume-
ro illorum æquali ſeu pari exiſtẽte, nimirum ſi octo aut quatuor aut duodecim
illorum fuerint. Quòd ſi diſpares acceſſerint,quinque uidelicet,aut ſeptem ſeu
nouem,tum litera quæpiam ſuperuacua ſorti inſcripta, unà cum aliis in urnam
mittitur,non habens literam ſibi reſpondentem. Quicunque ergo illam extra-
hendo conſecutus fuerit,aliis ad ultimum uſque præſidet,expectans donec alii
finitis certaminibus decertauerint. neque enim habet literam ſuæ oppoſitam.
Eſtq; illa non mediocris athletæ felicitas, quippe qui adhuc uiribus integer,
cum defeſſis congreſſurus ſit. LVC. Iam quidem pauliſper interquieſce. ete- K
nim illud eſt,cuius egebã maximè. ergo illorum iam nouem ſunt, omnesq; im-
miſſa in urnam manu ſortem extraxerunt. tu uerò age iam circumeundo(pro
ſpectatore enim certaminis,iudicis officium tibi deferam) contemplare literas.
Haudquaquã enim credo prius te cogniturũ quis ex illis præſes dicendus ſit,q̃
ad omnes ueneris,& illos inter ſe compoſueris. HER. Quorſum uerò iſta dicis
Luciane? LVC. Horſum uidelicet,quòd nullo modo fieri poſſe uideatur,ut il-
lico reperiatur litera illa declarans præſidem. fortaſſe enim inuenire potes lite-
ram, incertus tamen eris num illa ſit. neq; enim ulla exceptione prædictũ eſt κ
aut μ aut ι fore eam literam,quæ præſidem ſit cõſtitutura. Atqui ubi in α incide-

ris,aliuſ

A ris, alius α habens tibi quærendus est: quo inuento, illos inter se ad cõgrediendum componis. Deinceps in β prolapsus, alterum β ubi sit studes inuestigare, quod inuento aduersum est. Ac ita quidẽ agis cum cæteris omnibus, donec ille tibi relictus fuerit, qui solitariam habuerit literam, nullum aduersarium indicãtem. HER. Quid autẽ si ad illum forte fortuna prima aut secunda uice delatus fueris? quid tum faciendũ tibi uidetur? LVC. Nihil equidem, uerùm tu Græcorum iudex scire possis quid facturus sis, an actutũ eundem pro præside sis proclamaturus, aut potius putes omnes in circulo necessariò accedendos & inspiciendos esse, num uspiam consimilis penes aliquem relicta esset litera, ita ut nisi
B omniũ sortes uiritim tibi inspectæ fuerint, nunquã cognoscas præsidem. HER. Atqui perfacilè scire possum Luciane, nouem illorum existẽtibus. Etenim si primo aut secũdo loco inuenero, planè certus sum eum fore præsidem, qui eo sortem inscriptam habuerit. LVC. Quonam pacto ô Hermotime? HERMOT. Ad hunc quidem modũ. illorum enim duos α habere certum est. consimiliter etiam alii duo β sibi uendicant. Iam cum adhuc quatuor sint reliqui, duos illorum γ, alteros δ extraxisse, dubium nõ est. Et iam quatuor literæ in octo athletas distributæ & absumptæ sunt. Pro certo igitur constat tantummodo superesse ε, quod qui extraxerit, præses haud dubiè constituitur. LVC. Vtrum igitur
C Hermotime, collaudémne ego te ob singularẽ ingenii tui industriam, an placet ut ea refellam quibuscunq; tandem probabiliter cõtradici posse reor? HER. Ita per Iouem. uehemẽter enim animi pendeo, etiam atq; etiam cogitans quídnam his ratione probabili possis contradicere. LVCIA. Equidem tu, quemadmodum literæ pingũtur ex ordine, dixisti, ueluti primo loco α ponitur, secundo ε, ac deinceps aliæ secundum illarum seriem, usq; ad unam illam in qua terminatur athletarum numerus. Et sanè facilè assentior tibi ita fieri in Olympicis certaminibus: quid autem si non seruato literarum ordine, quinque ex omnibus indiscriminatim eligeremus, uidelicet ipsum χ, deinde σ, mox ζ, postremo κ,
D & ϱ? Quatuor itaq; literæ, octo sortibus inscribentur, ipsum autem ζ super nonam solùm, quo præses nobis indicabitur. Quid ergo iam facies statim sub initium literula ζ inuenta? Quomodo uerò cognosces præsidem existentem eum qui illam habuerit, nisi omnes accedẽs, nihil huius simile inueneris? Neq; enim tibi integrum erit, quemadmodum nunc, ex illarum ordine cognoscendi præsidis coniecturã facere. HER. Rem arduam ex me interrogas, ad quam ut tibi respondeam, mihi promptum nõ est. LVC. Age si placet hoc ipsum alia ratione considerandum tibi proponam. Quid si nullis literarum figuris, sed signis quibusdam & characteribus sortes connotarentur, cuiusmodi permulta litera-
E rum loco depingunt Aegyptii, puta homines caninis aut leoninis capitibus? Aut illa quidem, si uidetur, missa faciamus, cum sint peregrina & exotica, & à nostro instituto prorsus aliena. Age uerò simplicia illa & uniformia sortibus inscribamus, quemadmodum fieri potest assimulantes, nimirum binis sortibus homines, deinde binos equos alteris binis, mox duos gallos, postremò duos canes. Porrò nonæ, tanquam præstantissimæ, leonis imago insculpta sit. Proinde si mox initiò in sortem leoninam ferentem imaginem incideris, quibúsnam cõiecturis persuasus dices eam esse qua præses designatur, nisi omnes accuratè circunspiciendo perlustraueris, nũ quis etiã alius præter hunc adsit habens sortem leoniferam? HER. Nihil habeo Luciane quod tibi ad hæc respondeam. LVC.

Non iniuria. neque enim uideo quid poſſit aptè reſpõderi, adeò ut ſi animum F
induxerimus aut eum inuenire penes quem ſacra ſit phiala,aut qui inter athletas præſidis loco habendus ſit, aut cuius ductu & auſpicio feliciſſimè in Corinthũ urbem illam florentiſſimã peruenire queamus,omnes neceſſariò accedendos eſſe putem,ſummaq; diligentia detractis ueſtimentis, omnibus tentatis ſolertiſſimè exquirendos.etenim uix etiam ſic ueritatem indagantes perueſtigabimus. Quòd ſi quis mihi unquam futurus eſſet conſiliarius fide dignus ſuper rebus philoſophicis, contendens omnino operam eſſe nauandam philoſophiæ ſtudiis:ille demum ſolus erit,quem eorũ quæ dicũtur ab omnibus,ad unguem peritum eſſe cognouero.Reliquos autem omnes ut inutiles,& nulla re dignos G
contemnã,nihil fidei illis habiturus,donec etiam unius fuerint neſcii,quæ fortaſſe ex illis eſſe poſſit omnium optima. Neque enim ſi quis adducto homine formoſo dicat hunc ex omnibus hominem eſſe formoſiſſimum,ſtatim ille ſuis uerbis mihi fidem facturus eſt,ut credam eum uera loqui, niſi certum habuero omnes homines illi uiſos eſſe. fieri enim fortaſſe poteſt,ut hic homo nõ ſit cõtemnendæ elegantiæ : quòd autem ſummæ ſit inter omnes formæ & uenuſtatis,ſcire haudquaquam poſſum nondum uiſis omnibus. Nos porrò non formoſo tantùm egemus,ſed formoſiſſimo: quem niſi inuenerimus, parum ſudatum,& nihil actum eſſe putabo. Non enim contenti erimus,in qualemcunque H
tãdem amabilis & honeſtæ formæ hominem inciderimus, uerùm ſummã illam qua maior eſſe non poteſt,formæ elegantiam perueſtigamus,quam neceſſariò unam eſſe negare non potes.HER.Vera ſunt hæc.LVCIA.Quando ergo aliquem mihi produces totius in philoſophia itineris peritum,quemq; ea non fugiant,quæ cũ à Pythagora,tum à Platone,præterea quæ ab Ariſtotele, Chryſippo & Epicuro, aliisq; omnibus dicuntur & affirmantur? Denique qui una uia ex omnibus electa, experimẽto edoctus pro certo compertum habeat eam ſolam eſſe uiam, quæ rectà ducat uiatores ad felicitatẽ tantopere quæſitã. Etenim ſi talem quempiam quærendo conſecuti eſſemus, deſineremus nos mole- I
ſtis onerare negociis.HER.Haudquaquam,Luciane,eiuſmodi uir inuentu facilis eſt.LVC.Quid igitur faciemus Hermotime?neque enim animus abiiciendus eſt propterea quòd eiuſmodi ducis inopia in præſentia laboramus. Ergo illud aggrediamur,quod facto mihi uidetur multò conſultiſſimũ & tutiſſimũ, ut quiſq; ab initio exorſus, omnes ſectas percurrat,eaq; accurata & diligẽti indagine conſultando examinet quæ dicta ſunt ab omnibus. HER. Quantum quidẽ tua uerba intelligo, ita facto opus eſſe uidetur,niſi quòd illud quod non multò antè à te dictum eſt, cum his mihi pugnare uidetur, uidelicet arduum & graue eſſe,eum qui uni uiæ iam ſeſe tradiderit, expanſis denuo uelis recurrere. K
Quomodo enim fieri poteſt,ut is qui in priori iã occupatus detinetur,reliquas omnes percurrat?LVC.Illud equidem paucis tibi expediam.nimirum Theſei inſtitutum imitabimur, filoq; à tragica illa Ariadne accepto, nullũ non Labyrinthum ingrediemur,nec dubito quin ſine negocio tantùm ductu fili ita nobis licebit regredi.HERMOT.At unde tandem nobis illa Ariadne comparebit, aut unde filum parabimus? LVCIA.Bonum habe animum ô amice.iam enim uideor mihi reperiſſe cuius ductũ ſequuti haud dubiè egrediemur.HERMOT. Quódnam igitur illud eſt? LVC. Certè meum non eſt quod dicturus ſum,ſed cuiuſdam ex ſapientibus uiri ſummi,nempe illud:Sobrius eſto,& memẽto diffidendum

A fidendum esse. Etenim si minimè leuiter & facilè persuasi, quibusuis auditis fidem habuerimus, sed more iudicum, aliis quoque fandi copiam cõcesserimus, fortasse haud difficulter horum Labyrinthorum inextricabiles errores effugiemus. HERMOT. Bene sanè dicis. illud quoq; nobis faciendum intelligo. LVC. Videlicet. cæterùm ad quem illorum omnium primum nos conferemus? aut non permagni illud interesse putas? Ab eo tandem quicunque sit, incipiamus, nempe à Pythagora, quandoquidem ita cessit. Quantum uerò temporis statuemus omnibus Pythagoricæ philosophiæ placitis perdiscendis suffecturum? Volo autem annos in quibus sub initium Pythagoricæ sectæ candidatis consi-
B lescendum est, excipi. Opinor omnino cum illis quinque satis fore triginta, aut ad minimũ omnibus modis uiginti peropus est. HERMOT. Ponamus ita esse, deinceps uerò totidem alii Platoni concedendi sunt, ac mox nihilo pauciores Aristoteli. LVC. Non pauciores profectò. HERMOT. Chrysippo autem quot impendendi sint, non est quod multis te interrogem. Iam enim certus antea ex te audiui quadraginta uix suffecturos esse. LVC. Ita sanè. Deinde Epicuro & aliis. Quòd autem non nimium illis tribuere uidear, hinc perdisces facillimè, apud animum tuum considerando quótnam sint octogenarii cum Stoici tum Epicurei, atq; etiam Platonici ingenuè fatentes nondum cuncta suæ sectæ sibi
C esse explorata & cognita, ita ut in disciplinarũ cognitione nihil in ipsis desiderari queat. Quòd si alii in hoc tergiuersari uidentur, non tamen, ut pinor, hoc negabit Chrysippus & Aristoteles, & Plato, potissimùm autẽ præ cunctis Socrates, illis certò non postponẽdus, qui omniũ testimonio professus est se non tantùm omnia, sed in uniuersum nihil nosse, aut hoc tantũ se scire, quod nesciret. Cõputemus igitur subducta ratione ab initio, uiginti Pythagoræ attributi sunt, deinde totidẽ alii Platoni, mox nihilo pauciores aliis concessimus. Quot ergo in summa isti sunt anni simul comprehẽsi, si decem saltem in philosophia disciplinarum sectas constituerimus? HER. Plures quàm ducenti ô Luciane.
D LVCIA. Ergo si tibi consultum factu uidetur, quartã partẽ annorum auferamus, saltẽ quindecim studiis nostris satisfacere putãtes, aut omnino partem dimidiam. HERMOT. Tu quidem multo melius hac de re quid faciẽdum sit, statues. Ego hoc probè perspicio, perquam paucos ad hũc modum omnes sectas percursuros, tametsi statim ab ineunte pueritia philosophiæ studiũ exorsi fuerint. LVC. Quid autem faciendum suades Hermotime, cum ita se res habeat? An subuertenda & refellenda ea existimas, quæ iam antè haud dubitãter confessi sumus, neminem uidelicet unquam electurum id quod ex multis omnium est præstantissimum, nisi omnium facto periculo singula degustauerit? adeò
E ut qui magistra experientia delectum non habuerit, ei oraculo magis aut responso ueritatem inuestigandam esse. An non istiusmodi inter nos dicta sunt? HERMOT. Sanè. LVC. Proinde summopere necessarium esse uideo, tantum temporis nos ætatem agere, si unquam omnibus pertentatis rectè eligere consilium est, iamq; acto delectu philosophiæ incumbere, qua percepta & cognita felicem uitã uiuere queamus. Prius uerò quàm ita fecerimus, in tenebris, quod aiunt, saltaremus, in quæcunq; inciderimus, illiso pede impingẽtes. Et quodcunq; primum in manus nobis uenerit, illud quod quærimus esse existimabimus, propter ueritatis ignorãtiam. Quòd si etiã maximè bona fortuna ad illud delati fuerimus, cõstanter tamen nunquã scienus num id sit quod tantopere à

*Quõ pacto philosophi legendi sint.*

*Quantũ temporis singulis illorũ sit impendendum.*

nobis quæſitum eſt. Sũt enim non parum multa his ipſis ſimilia, ſingulis affir- F
mantibus hoc ipſum eſſe multo omnium ueriſſimum. HERMOT. Haud ſcio
ô Luciane,quàm mihi uideare argumẽta perſuaſionis bonarúmque rationum
plena inter diſputádum producere: uerũ enimuero nõ mediocriter me pertur-
bas iſta diſſerendo, nimiúmque argutè & anxiè diſquirendo,quod ad rem pa-
rum attinet. Fortaſſe autem uideor etiam inauſpicatò hodie pedem domo ex-
tuliſſe,cum egreſſus tibi obuiam uenerim,qui me prope ſpei portum cõſiſten-
tem, in ineuitabilem animi deſperationem inieciſti, Veritatis inuẽtionem im-
poſſibilem eſſe oſtendens,tantum uidelicet temporis requirentem. LVC. Cur
ergo hoc ipſum,ô amice,non multo iuſtius cum patre tuo Menecrate, & ma- G
tre tua,quodcunque tandem illi nomen fuerit(neque enim teneo)expoſtulas?
aut potius cum natura omnium noſtrum parente,quòd te quoque non ut Ti-
thonum,annoſum & longæuum conſtituerit, ſed præfinito deſtinarit homini
uitam etiam longiſſimam centum annorum numerum non excedentem? Cæ-
terùm ego tecum conſiderando reperi quod è diſputatione noſtra potiſſimum
potuit elici. HERMOT. Nequaquam,uerùm tu ſemper quidem cõuictator es:
atque haud ſcio quínam factum ſit, ut tu extremè odio habeas philoſophiam,
eoſq; qui ſapientiæ ſtudiis ſunt addicti, ſalibus & dicteriis deluſos,naſo ſuſpen-
das. LVCIA. Cuiuſmodínam res ſit ueritas ô Hermotime,uos longè melius H
& promptius, qui ſapientia ornati eſtis, expedietis, nimirum tu,& præceptor
tuus. Ego ſaltem hoc me planè ſcire arbitror,hanc non nimium auditu iucun-
dam & dulcem eſſe mortalibus,quoniam longè lateq; mendacio eſt inferior &
uilior. Eſt enim hoc apud homines multo in ſpeciem formoſius & præcellen-
tius,atque hoc nomine quoque auditu iucundius & dulcius. Illa uerò quia ni-
hil in ſe habet inſyncerítatis aut adulterini,cuius ſibi eſſet conſcia,magna cum
libertate diſſerit inter homines, eamq; ob rem pleríſque intolerabilem adfert
moleſtiam: quemadmodum & tu nunc indignaris,nec mea dicta fers humani-
ter,quibus tecum ſuper hiſce rebus ueritatem erui, tibíque planè indicium feci I
cuiuſmodi ea ſint, quorum utrique iuxtà immodico & amore & deſiderio te-
neamur,quàm prorſus illa nactu non ſint facilia: ueluti ſi ſtatuam aliquam non
informem infando amore deperires,eaq; te poſſe potiri in animum induceres,
ſuſpicãs eſſe hominem : ego uerò intuitus aut lapideum aut æreum eſſe ſimu-
lachrum pro mea in te beneuolentia tibi ſignificarem, rerum quarum potiun-
darum nulla eſſet relicta copia,te amore capi, ac tu iniquũ tunc & maleuolen-
tem me tibi cenſeres,quia nolim te decipi, abſurda & monſtroſa nec ſpei con-
ſentanea ſperantem. HERMOT. Eò igitur hæc tibi dicta ſunt Luciane, quaſi
putes nullam operam philoſophiæ ſtudiis nobis nauandã eſſe,ſed oportere nos K
ſocordiæ & inertiæ addictos priuatam uitam in terris agere? LVC. Et quando
aut ubi iſta me dicentem audiuiſti? Ego quidem non eò, quaſi non ſit philoſo-
phandum,iſta dico, uerùm quandoquidem omnino philoſophiæ ſtudendũ eſt,
uiæ autem ad illam ſint nõ paucæ, quarum nullum non perhibetur cõpendio-
ſiſſimum eſſe ad Virtutem diuerticulum, tametſi etiamnum in incerto ſit quæ
ex illis uera ſit: diligentem & exquiſitam diuiſionem faciendam eſſe exiſtimo.
Quî enim fieri poſſe ſperé, multis nobis propoſitis, ex illis eligere quod opti-
mum eſt,niſi quis omnia faciendi periculi gratia acceſſerit? Deinde,num longa
adhuc ſuperſit peregrinatio,aut an finis iam inſtare uiſus ſit. Cæterùm quid tibi
uidetur?

A uidetur? Iam enim de integro te interrogabo, nũ eum qui ſub initium tibi occurrerit, ſequêris? cumq; illo communibus philoſophiæ diſciplinis inuigilabis, atque ille te certum faciet? HER. Quid uerò tibi amplius reſpondeam, qui neges quẽquam rectè diſcernere poſſe, niſi Phœnicis annos uixerit, omnesq; per orbem periculum faciendo acceſſerit? Neque dignum ducis fidem habere illis qui iam olim harum rerum ſunt expertiſſimi, neque multis illis iſta collaudantibus, ſuoq; teſtimonio comprobantibus? LVCIA. Quos tu mihi multos illos narras? num qui harum rerum ſunt probè gnari, & iidem iam omniũ facta indagine periti? Quòd ſi quiſpiam talis eſſet, mihi quidem uel unus ſufficeret, ne-
B que multis opus haberem. Porrò ſi imperitos dixeris, nunquam illorum multitudine adduci potero ad credendum, donec de omnibus nullius iguari definiendi facultatem ſibi parauerint. HERMOT. Proinde tu ſolus ueritatem perſpexiſti, cæteri uerò quotquot philoſophantur, in uniuerſum omnes uecordes ſunt, & ſine iudicio? LVCIA. Tu quidem Hermotime falſò me mendacii coarguis, cũ dicere non uerearis quòd me ipſe cæteris omnibus anteponam, aut omnino in numero eruditorum haberi contendam: parumq; memor eſſe uidere eorum quæ per me antè dicta ſunt. Neque quidem me præ aliis ueritatem dinoſcere cõtentioſe uociferor, uerùm ingenuè fateor me cum aliis omni-
C bus iuxtà ignarum eſſe. HERMOT. Atqui Luciane, quòd ais omnes accedẽdos eſſe, eorumq; experimentum ſumendum quæ dicuntur ab aliis, neq; aliam rationem meliorũ eligẽdorum ſupereſſe, fortaſſe non ualde improbarim. Cæterùm cuiq; experientiæ tot annos impendi oportere, perquam ridiculũ mihi uidetur, quaſi uerò non & è paucis cuncta perdiſci queant. Mihi equidem iſta perpendenti, haudquaquam graue aut operoſum hoc uidetur, quódque multo exercitio eget minimè. Siquidem aiunt quendam ex ſtatuariis, opinor autem fuiſſe Phidiam, tantùm ab ungue leonis conſpecto æſtimaſſe in quantam magnitudinem totus leo exurgeret, ſi iuxta unguis rationẽ fuiſſet ſculptus at-
D que formatus. Neque mihi dubium eſt, quin & tu, ſi quis tantùm hominis manum tibi commõſtraret reliquo corpore obuelato, nihil cunctatus actutũ ſcies hominem eſſe quod abſconditum eſt, etſi totum corpus non uideris. Ita quoque rerum capita, de quibus multus eſt multorum ſermo, ſine negocio in exiguo etiam puncto diei perdiſces. Accurata autem & exacta harum rerũ cognitio, cui conſequendæ longa perquiſitione opus eſt, nullo modo ad electionem melioris requiritur, uerùm etiam ab illis quæ dixi, iudiciũ facere licebit. LVC. Papæ! quàm firma ſunt & fortia quæ dixiſti Hermotime, contendens ex partibus totum cognoſci poſſe! Quanquam ego me tuæ ſententiæ diuerſum audire
E memini, ut qui totum cognouerit, etiam partem perſpectam habeat: porrò qui partem ſaltem, is nõ ſtatim etiam totũ habet cognitum. Iã tu hoc mihi quoque reſponde, quomodo Phidias quondã leonis ungue conſpecto cognoſcere potuit leoninum eſſe unguem, niſi antè aliàs totum leonem uidiſſet? An uerò tu hominis manu ſaltem uiſa dicere poſſes hominis eſſe, cum antea hominem neque uidiſſes neq; cognouiſſes unquam? Cur autem taces? Nunquid uis ut ego pro te reſpondeam ad quæſtionem tibi propoſitam, uidelicet quòd nullo modo poſſes? adeò ut periculum ſit, ne Phidias infecta re abeat, leone nequicquam incepto & exculpto. Nihil enim iſta ad Bacchũ, quæ à te proponuntur, faciũt. aut quomodo hæc inter ſe ſunt ſimilia? Neque enim tibi & Phidiæ alia cogno-

ſcendarum partiũ cauſſa fuit,quàm prior totius cognitio, hominis dico & lec- F
nis. Cæterùm in philoſophia, nempe quam tradunt Stoici, quónam pacto ex
aliqua parte cognita,etiam reliqua cognoſces? Aut quomodo illa ut honeſta &
pulchra demonſtrabis? Neq; enim totum nouiſti cuius illa ſunt partes. Quod
autem dicis, totius philoſophiæ capita auditu facilè poſſe comprehendi etiam
in modica diei portiuncula,nimirum quæ rerum ſint principia,qui fines,quam
opinionem de Diis habeant philoſophi, præterea quid animam eſſe ſentiant,
& quòd nonnulli omnia corporea eſſe affirment, rurſum alii etiam pleraque
incorporea eſſe contendant: tum quòd pars illorum uoluptatem,pars autem
neſcio quod honeſtum,ſummum bonum felicitatémque eſſe ſtatuant,atque id G
genus ſexcenta alia :hæc inquam auditu facilè diſcerni & definiri poſſe,nihil-
que in his excutiendis & ſtatuendis eſſe operæ, noſſe autem eum qui uera di-
cat,uide ne non unius ſaltem dieculæ particulam requirat, ſed multorum po-
tius dierum opus & labor ſit. Aut quid animi illis fuiſſe putas, qui de his ipſis
rebus aliquot librorum centurias & chiliades conſcribere non grauati ſunt?
nimirũ nõ ob aliam cauſſam, quàm ut perſuaſum facerent omnibus, uera eſſe,
ut mea fert opinio,pauca illa & modica,quæ tibi uidentur facilia,nullóque la-
bore comprehenſibilia. Iam uerò omnino uate tibi opus eſſe opinor ad melio-
rum electionem faciendam,niſi,ut dixi,exercitii impigro ſtudio illud conſecu- H
tus fueris, ut in deligendo accuratè uniuerſa diſcutias, & unumquemque to-
tum ad unguem exploratũ cognoueris. Haud enim ualde negauerim hoc pa-
cto philoſophiam in compendium contrahi poſſe, neq; habituram multas ua-
riarum rerum comprehenſiones, neque ullam moram aut cunctationẽ,ſi con-
ſtitutum uatem omnium rerum capita percenſentem audieris,& inter audien-
dum ad ſingula mactatis hoſtiis ſacra feceris. Hoc enim pacto infinitis labori-
bus Deus te ſubleuabit,poſteaquam ex oblatis extis tibi cõmonſtrauerit quæ-
nam potiſſimum tibi eligẽda ſint. Quòd ſi autem uolueris,& aliud multo mi-
noris negocii compendium eligendi tibi ſubiiciam, quod ſecuto, neque uicti- I
mæ tibi offerendæ ſunt, neque ullus ex ſacerdotibus magna mercede condu-
cendis tibi adſciſcẽdus eſt: uerùm coniectis in urnam literulis, cuiuſque philo-
ſophorum nomina habentibus, iube puerum aliquem impuberem floreſcente
ætatula, ad urnam accedentem extrahere eam literam quæcunque primùm illi
ſub manum uenerit,ac tandem inſpecta literula ducem cognoſces,quem tibi in
philoſophia ſequendum exiſtimo. HERMOT. Iſta quidem Luciane,ſcur-
rili dicacitate à te,& nõ ex animo dicta ſunt. Tu uerò reſpõde mihi,nunquám-
ne ipſe uinum commercatus es? LVC. Et perſæpe quidem. HERMOT. Nun-
quid ergo per orbem circuire ſoles quotquot in urbe ſunt caupones,deguſtãs, K
licitans,atq; expendens uina? LVC. Nequaquam. HERMOT. Opinor enim
illud,cui ſub initium bono & digno incideris,auferendum tibi eſſe. LVC. Ita
per Iouem. HERMOT. Proinde à modica illa & tenui deguſtatiuncula pro-
nunciare iam potes de toto uino cuiuſmodi ſit. LVCIA. Haud dubiè poſſum.
HER. Porrò ſi diceres,aſſiſtens cauponibus,Poſteaquã uini ſextarium coëme-
re ſtatuerim: agite ô amici,date quæſo unuſquiſque ueſtrum totũ doliũ mihi
ebibendum, ut omnibus exhauſtis certum habeam quínam ueſtrum genero-
ſiora uina uenalia habeat,& unde mihi uinum ſit commercãdum: quod ſi hæc
inquam diceres,an non iure optimo pro inſano ab illis deridendus eſſes:atq; ſi

illos

illos acriter inſtando perturbandi finem nõ faceres, fortaſſe etiam aqua ab illis perfunderere? LVC. Sanè opinor, & profectò meritis meis digniſſima paterer. HER. Non ſecus ſe quoq; habẽt res philoſophicæ. quid enim neceſſarium eſt totum uas exhaurire potando, cum etiam à modica illa deguſtatiũcula nobis promptum ſit noſſe quale ſit futurum? LVC. Quàm lubricus es ô Hermotime, quamq; tergiuerſando laberis è manibus? uerùm profectò tua tergiuerſatione parum promouiſti. cum enim ſperaris te effugiſſe, in eaſdem plagas incidiſti. HER. Quorſum iſta dicis? LVC. Quoniam rei per ſe planæ & indubitatæ, omnibus certæ & cognitæ, nẽpe uino, longè diſſimillima aſſimilando cõ-
paras, & ea quidem de quibus nemo non incertus animi ambigit, in obſcuro conſiſtentibus, ita ut ego mehercle dicere nequeã quatenus tibi uinũ & philoſophia ſimilia uideantur, niſi fortaſſe in hoc ſolo, quòd & philoſophi in quæſtu habeant diſciplinas uenum expoſitas, quemadmodum caupones uinũ, quas quidem commiſcentes doloſe & fraudulenter adulterant, & maligna menſura diuenditant. Ad hunc uerò modum quod dicis conſiderabimus. Ais autem uinum in uaſe exceptũ, totum eſſe ſui ſimile. & profectò nihil abſurdi in hoc â te dictũ eſt. Atqui ſi quis etiam deguſtauerit illud hauſto ſaltem modico, ſtatim compertum habet quale totum ſit dolium: & hoc in confeſſo eſt apud omnes, nec eſt quòd quicquam tibi in his contradicam. Vide uerò etiam poſthac, philoſophia, eiusq; alumni, nempe præceptor tuus, num eadem quotidianis prælectionibus ad uos diſſerit, iiſdemq; de rebus nunquam non uerba facere conſueuit, an non ſubinde alio tempore alia uobis ſolet proponere? Eſſe enim non parum multa philoſophiæ abſtruſa myſteria, iam olim amice nemini obſcurum eſt. An non uerò tu etiamnum, ut par eſt, inſtar Vlyſſis apud illum perduras circumeundo & oberrando, ſi ſemper ſonat eadem per eadem, at fortaſſe ſatis eſt ſi ſemel quippiam inaudieris? HER. Et cur non? LVC. Quínam igitur fieri potuit, ut tu primo guſtu ſtatim noſceres uniuerſa? Neq; enim ſemper eandem cantilenam nobis ſolet occinere, ſed ſubinde noua nouis diſſerendo agglomerat. Non ô amice, ut uinum quod ſemper idem eſt, adeô ut niſi totum uas ſtrenuè exhauſeris, nequicquam inebriatus obambulabis. Planè enim in fundo mihi uiſus eſt Deus philoſophiæ adyta abſtruſiſſe, ſub ipſam fecẽ uſq;. Itaque totum dolium poſtremò exhaurias neceſſe eſt, ſi unquam cõſilium tibi fuit nectaream illam potionem inueniendi, quam aridis faucibus iam olim auidiſſimè ſitire mihi uiſus es. Porrò autem eam perſuaſionem tibi perſuaſiſti, ut putes tale quippiam eſſe philoſophiam, ut ſi ſaltẽ leuiter illã primoribus, quod aiunt, labiis deguſtaueris, ſtatim fore ut omnibus ſapientiæ numeris euadas abſolutiſſimus: quemadmodum perhibent de diuinatrice illa in Delphis, quæ ſimul atque ſacra fluenta deguſtauerit, actutum afflata numine, accedentibus reſpondet oracula. Atqui non ita ſe habet philoſophiæ ſtudium. Itaque te, quem ultra medium iam dolii ebibiſſe conſtat, adhuc incipere perhibeas. Quare uide ne rectius huic philoſophia comparari queat. Dolium enim & cauponem adhuc tibi ſinemus, nihil autem inſit uini, ſed potius omnium frugum confuſum quoddam ſeminariũ, in ſummo quidem triticum, cui ſubſint fabæ, quibus deinde ſubiectum ſit hordeũ, mox lentes, quinto cicera, poſtremo aliæ quæpiam diuerſorum ſeminũ ſpecies & genera. Iam ſi inſtitorem accederes ſeminũ mercandorũ gratia, illeq; à ſummo tritici aliquot grana inſpicienda in manum tibi

traderet,poſſesne igitur conſpectis granis dicere cicer eſſe mundum,& lentes F
probè purgatas,fabas autem inanes?HER.Nullo modo.LVC.Proinde neq; philoſophiam ab uno aliquo eorū quæ quis dixerit, uniuerſam pernoſces cuiuſmodi tota ſit.Neque enim una aliqua res eſt,quale eſt uinum,cui quidem tu illam tametſi ualde inæquali comparatione contuliſti,contendens ſimilem eſſe totam primo guſtui.Quòd autem diuerſum quiddam uiſum eſt,curioſa perſcrutatione nō eget. Etenim ſiquis uinum acetoſum aut alioqui malum emerit,duorum obolorum iacturam facit.Porrò autem in media plebe uerſari,ſicut & tu dixiſti ſtatim initiò,nō mediocre malum eſt. Alioqui qui totum uas epotare uoluerit,ut uini ſextarium coēmat,damno cauponem afficiet,tam inciuili- G
ter & inſoléter deguſtando.Nihil autē tale philoſophia patitur:uerùm tametſi nimis multa biberis, uas tamen non imminuitur, neque ullam iacturam facit cauponam exercens.In idem enim loci fluit exhauſtum negocium,laborq;,iuxta prouerbium,& contrà fit atq; in Danaidum dolio.illud enim quicquid infuſum fuerit,nō cōtinet,ſed protinus hac atq; illac perfluit. Hinc uerò etiam ſi multa abſtuleris,multo tamen plura relinquuntur.Cæterùm aliud quiddā non diſſimile de philoſophiæ guſtu tibi proponam: tu uerò caue putes in philoſophiæ contumeliā iſta me dicere,ſi dixero illam ſimilē eſſe exitiali & pernicioſo pharmaco,cuiuſmodi eſt cicuta,aut aconitum,aut aliud tale quippiam.Neq; e- H
nim illa tametſi ſint lethalia & mortifera,ſtatim mortē inferunt,ſiquis modico quopiā de illis ablato,ſummo ungue deguſtauerit:uerùm ſi nō tantum, quantum ad conſciſcendam mortem neceſſarium eſt, & qua ratione fieri oporteat, & cum quibus ſumendū ſit,certè non morieris.Tu autem contendis ad totius cognitionem parandam minimū quodq; ſufficere.HER.Sint ſanè iſta Luciane quemadmodum ipſe uolueris: quorſum igitur centum annos nobis uiuendum autumas, & tantorū negociorum molem ſuſtinēdam, quaſi uerò alioqui nobis philoſophari non foret integrū?LVC.Non profectò Hermotime: neq; hoc tibi graue & arduum auditu uideatur. Etenim ſi ſub initiū uera dixiſti, ui- I
tam uidelicet breuem eſſe,artem uerò longā:nūc neſcio quî fiat ut tu grauiter ſuccenſere ſoleas, niſi priuſquam ſol diurni curſus penſum abſoluerit, nobis Chryſippus,aut Plato,aut Pythagoras euadas.HER. Inſidioſè imponis mihi ô Luciane,meq; in anguſtum cōſtringis,nihil unquam mali à me paſſus,nimirum præ inuidia, quòd ego quidem in diſciplinis nonnullum operæpreciū fecerim,te ipſum uerò nihili pendens dare ſoles neglectui,nullis diſciplinis liberalibus animum excolens,tantus ætate exiſtens. LVC.Scis igitur quid faciendum tibi putem?Mihi quidem tanquam atra bili percito,& inſanienti, ne dicto audiens eſto,nēue mētem adhibeas, ſed ſine nugari me liberè: tu uerò, ut qui- K
dem iam facis in præſentia, porrò perge uiam tuam, atq; ad illa quæ initiò decreuiſti perſequi,alacriter cōtende.HER. Atqui tu nullam mihi permittis deligendi copiam: tam uehementer & uiolenter me urges, niſi omnium experimentū ſumpſero.LVC. Siquidem planè peritū eſſe oportet, ut ne quid interim dicam aliud.Quòd autem me uiolētum dicis,uidere mihi inſontē & inculpabilem iuxta Poëtam incuſare. niſi dum altera tibi inuēta fuerit oratio pro te faciens,nunquā quod iam illatū eſt,aufertur â uiolentia. Ecce his multo etiam uehemētiora tibi proponeret oratio, tu uerò illa omiſſa me fortaſſe incuſares. HER.Qualiānam?demiror enim ſi quid etiamdum abſtruſum illi relictum ſit.

LVC.

A LVC. Parum esse ait, neque sufficere omnia perspexisse, illaq; obiter perlustrasse, ut possis iam optimum eligere, uerùm adhuc opus esse re quapiam maxima. HER. Qua tandem? LVC. Critico quopiam ô admirande, excussoq; iudicio, menteq; acuta & solerti, intelligentia insuper summa & acri, qualem esse summopere necessarium est de rebus tantis iudicãtem. Aut semel nequicquam uniuersa uisa sunt, quinetiam permultum temporis huic rei tribuendum esse confirmat, quod omnibus exactè & diligenter excutiendis & indagandis sufficiat, omnibusq; in medium propositis eligere oportere cunctãtem & tardantem: nullo modo autem differentis annos spectandos esse, neque habitum
B suspiciẽdum, neque opinionem sapientiæ reuereri oportere, sed in morem Areopagitarum cuncta esse faciẽda, quibus mos est noctu & in tenebris cognoscendis causis dare operam, ut non in dicentes, sed in ea quæ dicuntur, defigant oculos. Ad hunc quidem modum tibi eligenti promptum erit philosophari. HER. Iuxta uitæ rationem tu dicis. ex his enim quæ dixisti, nullius hominis uita satis longa esse potest ut omnia percurrat, & unumquodq; non oscitãter perspiciat, perspectáque iudicet, iamq; iudicata eligat, delectuq; habito philosophetur. Hac enim sola ratione uerum inueniri posse cõtendis, alioqui nequaquam. LVC. Vereor ad te dicere ô Hermotime, ne hoc quidem satis esse, ue-
C rùm adhuc mihi uidemur nosmetipsos fallere, existimantes aliquid certi & firmi nobis inuentum esse, cum tamẽ nihil inuenerimus: quemadmodum hoc ipsum non rarò usu uenire solet piscatoribus, qui cum in capturam retia eiecerint, & aliquid graue ac ponderosum senserint, attrahunt rete, sperãtes piscium copiosam multitudinem concluſam esse. deinde postquã attrahendo nimium delassati fuerint, aut ingens lapis, aut uas aliquod arena refertum, præter spem illis apparet. Proinde etiam atque etiam tibi considerandum est, ne & nos tale quippiam subtraxerimus. HER. Non intelligo quid sibi ista uelint retia, planè tamen iisdem me irretitum inuoluis. LVC. Proinde ego te rursum extricare
D conabor. Neque enim mihi dubium est peritia natandi te præcellere, siquis etiam alius. Etenim ego, etsi ad uniuersos uenerimus experimenti sumendi gratia, & illud aliquando fecerimus, nondum tamen planum & certum esse existimo, penes quem illorũ, illud quod quærimus, deliteſcat. Possibile enim est, ut eius omnes in totũ ignari sint. HER. Quid ais? an opinaris penes nullum illorum esse? LVC. Incertum est. Nũquid non uidetur tibi fieri posse, ut mentiantur omnes, ipsaq; ueritas alia quæpiam res sit, quæ penes nullum horũ inueniri queat? HER. Quínam fieri posse credam? LVC. Ad hunc modum. sit enim nobis certus aliquis numerus ex composito constitutus, nempe uiginti.
E Iam siquis uiginti fabas in manũ sumeret, & ea clausa decem quospiam interrogaret, quótnam fabas in manu sua concluſas haberet: illi autem ducti coniectura, hic quidem septem, ille triginta, alter uerò decem aut quindecim, prorsusq; alius alium numerum diuinaret: possibile enim est aliquem forte fortuna uerum dicere: an non uerisimile tibi uidetur? HER. Sanè. LVC. Ergo ne hoc quidem factu impossibile credendum est, ut omnes ex æquo alius aliũ numerum dicat, falsum tamen, & à quo longè lateq; absit certus ille numerus, adeò ut nullus ex illis dicat uirum in manu sua habere uiginti fabas. Quid autem tu ad ista respondes? HER. Fieri posse. LVC. Non alia ratione quotquot philosophantur, felicitatem quærere insistunt, cuiusmodinam tandem res sit, planeq;

alius aliud quiddam esse somniando confirmat, hic quidem uoluptatē, ille ho- F
nestum: alius alia quæpiam de illa comminiscitur. Consentaneum autem est, u-
num quiddam ex illis esse felicitatem. Contrà uerisimile est præter hæc omnia
aliud quiddam esse. Ac nos planè uidemur conuerso rerū ordine, secus quàm
oportet, ante inuentum principium ad finem festinare. Oportebat autē prius,
ut mea fert opinio, manifestum esse, ueritatem esse cognitam, essēq; ex philo-
sophātium numero aliquem, qui eandem certò cognorit. Deinde primū quæ-
rere, cui potissimū fides adhibenda sit. HER. Ergo ea ista dicis Luciane, quòd
etsi omnem philosophiam excusserimus, nunquam tamen facultatē nobis pa-
rabimus ueritatem inueniendi. LVC. Quid me interrogas, ô bone? quin po- G
tius istum sermonem exquiris? & fortasse respondebit tibi, nunquam hoc fore,
quoad incertum fuerit nū unum quiddam illorum sit de quibus illi uerba fa-
ciunt. HER. Proinde nunquam, ut tu cōtendis, philosophiæ dabimus operam:
sed necessarium omnino esse uideo, ea abdicata priuatam quandam uitam cum
uulgo nos agere. LVC. Illud quidem accidit quod dicis, philosophari promp-
tum nō esse, estq; ei qui quidē homo sit, ineuitabile. Iubes enim, ut is qui phi-
losophiæ operam daturus sit, statim initiò optimā quanq; deligat. Ipsius autem
delectus habendi ratio in hoc solo accuratè tibi uidetur consistere, si tota phi-
losophia perlustrata elegerimus quamuerissimam. Deinde numerum quoque H
annorum computando, quantus unicuique perscrutandæ satis est, longè lateq;
excidisti omni spe frustratus, ipsum negociū producens atque reiiciens in aliud
seculum, ita ut ipsa ueritas uniuscuiusque uitæ ultra præstitutum tēpus uix de-
prehendi queat. Postremò ne hoc quidem ut ambiguum unquam perpendisti,
cum incertū esse dicas, num à philosophis iam olim inuenta sit ueritas, nécne.
Cæterùm tu Hermotime, possēsne iureiurando interposito confirmare ab illis
inuentam esse? Ego quidem nequaquam iurare uelim. Non illibenter uerò &
alia multa tacens prætergredior, quæ & ipsa indagatione non indiligenti dis-
cutienda forent. HER. Qualiánam sunt illa? LVC. Nónne audis Stoicos aut I
Epicureos aut Platonicos dicentes esse partim quidem qui teneant omnium
rerum rationes: partim uerò illarum prorsus esse rudes & imperitos, ex quibus
permulti sunt fide longè spectatissima? HER. Vera sunt hæc. LVC. Proinde
discernere peritos ab imperitis, semet tamen peritos perhibentibus, nonne res
tibi uidetur plena laboris & negocii? HER. Ita profectò. LVC. Oportebit ita-
que te, si uolueris Stoicorum optimum cognoscere, tametsi non ad omnes, ad
plurimos tamen illorum accedere, eorundemq; periculum facere, melioremq;
præceptorem præstituere, qui prius multis sit exercitatus, quiq; censoria qua-
dam eligendorum præceptorum facultate animum tuum imbuat, ne uidelicet K
tibi imponat, deterior per electionem cæteris præpositus. Atqui hoc tibi quoq;
considerandum uenit, quantum hoc requirat temporis, quod ego de industria
prætermisi, ueritus ne tu meis uerbis commotus stomacharere. Et sanè quòd
maximū iuxtà ac summopere necessarium est, in talibus puta rebus hisce dubiis
& ambiguis unum illud esse opinor. Insuper sola fides & spes non fallax & in-
constans tibi relicta est ueritatis eiusq; inuentionis consequendæ: alioqui nihil
aliud, quàm ut discernere queas & seiungere à ueris quæ falsa sunt, utq; possis
in morem argentariorum discernere ea quæ proba sunt, & non adulterina, â
fucatis & factitiis. Hanc inquam facultatem & artem consequutus, conferre te

potes

A potes ad ſupradictorum perpẽſionem: ſin minus, planè tibi perſuaſum eſto, nihil obſtaculo eſſe quò minus ab unoquoque nare (quod aiunt) traharis, aut prælatum & floreſcentem oliuæ ramum te ſequi, perinde ut oues. Magis autem aquæ cuius in menſa uſus eſt, aſſimilabere. in quamcũque enim partem te quiſpiam traxerit ſummo digito, ducêris. Aut per Iouem arundini cuipiam fluuiali iuxta littus enatæ, ad quemcunque flatum ſemet flectenti: & ſi tenuis & permodica quæpiam aura flauerit, illam illico commouere ſolet. Non ſecus tecum quoq; agetur præceptore quopiã inuento, qui ſi de demonſtrationibus & rebus dubiis diſcernendis alicuius artis gnarus te docuerit, ceſſabis haud dubiè
B temetipſum onerare negociis. Siquidem actutum quod optimum eſt tibi comparebit, ipſaq; ueritas arte illa compendiaria & demonſtratiua eruetur, neque non mendaciuin deprehenſum redarguetur: tuq; iam certo & conſtanti iudicio delectu habito philoſophiæ perdiſcendæ nauabis operam, atq; ter exoptatam felicitatem conſequutus, conuerſationẽ cum illa ſociabis iucundiſſimam, uniuerſis bonis in totum ſemel fruens & abundans. HER. Euge ô Luciane, quanto iam præſtantiora, & ſpem non mediocrem oſtendentia, quàm dudum dixiſti! Eſtq; nobis omnino, ut par eſſe uidetur, eiuſmodi uir quiſpiam ſtudioſe
C conquirendus, cuius opera earum rerum cognitionem & iudicium nobis paremus, & quod maximum eſt, infallibilem demonſtrationem. Hoc pacto confido fore cætera deinceps comprehenſu facilia, nec nimium operoſa aut laborioſa futura, quæq; non multum ſint requiſitura exercitii. Atque ego quidem magnas tibi iam habeo gratias, propterea quòd nobis tandem compendiariam quandam & optimam uiam inueneris. LVC. Atqui iure optimo nullæ mihi abs te habendæ ſunt gratiæ. neq; enim quicquam meo labore inuẽtum tibi demonſtraui, quo ſpem tibi firmioré, aut ei te uiciniorem feciſſem: ſed multo magis ab omni ſpe remoti excidimus, quàm antè fueramus. Ac prorſus iuxta uulgò iactatum prouerbium nobiſcum agitur: Cum multũ laborauerimus, in eo-
D dem loco ſumus. HER. Quorſum iſthuc Luciane? Videre quiddam ſupra modum triſte & admirandum dicere. LVC. Quoniam ô amice, tametſi inuentus nobis fuerit is qui polliceatur ſe quandam ſcire demonſtrationẽ certam & infallibilem, ſeq; doctum alium: non ſtatim propterea, ut opinor, illi fidem habebimus, ſed alium aliquem quærere conabimur, qui iudicio exactè habito diſcernere ualeat num uir ille uera polliceatur. Iam ubi etiam illum ex ſententia nacti erimus, nihilo ſecus tamen etiamdũ incerti erimus, num ille quem ad cognoſcẽdum adſciuimus, probè cognoſcere poſſit rectè iudicãtem, nécne, & ſic iterum deinceps ad priorem alio ad cognoſcendum appoſito nobis opus erit.
E nos enim undénam tanta præditi intelligentia, ſciremus diſcernere eum qui optimorum iudicium habere poſſit? Vidésne quouſque protendatur, & quàm immenſum fiat, anxio & ſuſpẽſo animo eſſe eum qui cõprehendere nequeat? Quandoquidem ipſas quoque demonſtrationes, qualeſcunque tandem inueneris, dubias & incertas eſſe comperies, nihil habentes in ſe firmitudinis. Plurimæ igitur ex ipſis per alias non minus dubias ad perſuadendum nos certæ eſſe per uim adigentur. Aliæ autem rebus omnium confeſſu manifeſtis obſcuriſſima coniungentes, & ne tantillum quidem cum illis participantia, illorũ tamen demonſtrationes eſſe perhibentur: ueluti ſiquis contenderet ita demonſtrari poſſe Deos eſſe, quòd in illorũ cultum & honorem aræ paſſim cõſtructæ cer-

nerentur. Proinde ô Hermotime neſcio quónam modo, quẽadmodum ii qui F
in circulo currunt, ad ipſius initii carceres, & omnium rerũ deſperationem de-
uenimus. HER. Quàm inſigni me afficis iniuria Luciane, cum pro theſauro
nõ niſi carbones mihi exhibeas! Et quemadmodum ueriſimile eſſe uidetur, tot
anni quos ſtudiis philoſophiæ impendi, mihi planè ſine fructu periere: inſuper
etiam labor ille & ſudor immodicus nequicquã exhauſtus eſt. LVC. Sedenim
ô Hermotime, multo minus animo perturbato diſcruciaberis, ſi cogitaueris te
non ſolùm rerum ſperatarum deſiderio falli & fruſtrari, uerùm omnes, ut ha-
bet prouerbium, de aſini umbra digladiantur philoſophi. Aut, potéſtne quiſ-
piam per hæc omnia quæ dixi, uagari & diſcurrere, quod quidem nullo modo G
fieri poſſe iam antè ipſe confeſſus es? Nũc autẽ non abſimile quiddam mihi ui-
dere facere, quàm ſi quis profundendo lachrymas fortunam culparet, quòd illi
in cœlum non liceret conſcendere, aut quòd non perinde ut monſtra natantia
mare ingreſſus à Sicilia natando apud Cyprum emergeret, aut quòd non in
ſublime ſublatus remigio alarũ, uno die è Græcia ad Indos uſq; extremos per-
uolaret. Cauſa autem eius triſtitiæ ea eſt, quòd ſperauerit, ut opinor, aut uiſum
aliquando ſomnium eiuſmodi, aut rem à ſeipſo ita ſibi confictam, cum parum
ſub initium expenderit num ea in optatis habuerit, quæ conſequi poterat, neq;
eſſent præter hominis naturam. Præcipuè uerò te ô amice, multa & admiranda H
uerſantem in ſomniis, cum pupugiſſet ratio, è ſomno te exilire fecit: deinde in
illam commotus excanduiſti, uixdum aperiens oculos, ſomnumq; non facilè
diſcutiens præ uoluptate eorum quæ uidiſti. Patiũtur idem tecum perſæpe, qui
inanem quandam uoluptatem & euanidam ſibi confingunt, cum interea ſibi
uidentur ampliter eſſe nummati, effodientes theſauros, regnantes & dominan-
tes, breuiter, quantum ad omnia alia attinet, felicem uitam agentes: qualia per-
quam multa Dea illa ſine negocio operatur, nempe uotum exiſtẽs liberale &
magnificũ, nulli rei quamlibet abſurdæ contradicens, adeô ut ſi quis alatus fie-
ri concupiſcat, aut Coloſſea mole eſſe conſpicuus, aut optet montes prorſus I
aureos inuenire. Quôd ſi igitur hæc ab illis in animo uerſantibus puer accedẽs
poſtularet aliquid rerum neceſſariarũ, uidelicet unde panis eſſet coëmendus,
aut quídnam reſponſi dandum ſit pro locatis ædibus pẽſionem flagitanti, qui
multo iam tempore expectaſſet: adeò inflammantur iracundia, ac ſi ab interro-
gãte & odioſe interturbante omnibus illis bonis uel cum puluiſculo ſint exuti
atque diſpoliati, ac propemodum pueri interpellantis naſum ſolent mordicus
abripere. Veruntamen, ô amice, ne ad hunc modũ uelis quoq; erga me anima-
tus eſſe, ſi te theſauros effodientem, & uolantẽ, cogitationesq; quaſpiam natu-
ræ noſtræ non conſentaneas animo concipientẽ, eaq; ſperantẽ quæ nullo mo- K
do te conſequi poſſe uideo, amicus tibi exiſtens, non patiar aut permittam per
omnem uitam nequicquam ſomnio iucundo fortaſſe illo & dulci, ſomnio ta-
men, congredientem oblectari, cum uehementer cupiam te regreſſum ad ſani-
tatẽ agere quiddam quod magis ex uſu tuo eſſet, cumq; te emittere cogitem,
ut reliquũ ætatis quod ſupereſt, ad communes cum aliis uitæ actiones ſapien-
tius inſtitutum componeres. Nam quod hactenus feciſti, & nunc facis, atque
etiam tecum uerſas in animo, nullo diſcrimine à fabuloſa Hippocentaurorum
& Chimærarũ Gorgonúmque narratione diſcerni poteſt. Præterea quæcun-
que alia cũ à ſomniis offeruntur, tum à poëtis & pictoribus cõfinguntur, quæ

neq;

A neq; fuerint unquam, neq; pòſt unquã fieri poſſunt, quibus tamen promiſcua uulgi multitudo credit, & non mediocri uoluptate iſta uidendo aut audiendo afficitur, quia peregrina ſunt, & auditu admiranda, nec paſſim obuia. Et tu fabulatore quopiã audito confirmante mulierem quandã eſſe ſupra modum formoſam, quippe quæ ipſas Gratias pulchritudine ſuperet, quæq; planè cœleſti quadam forma prædita ſit, non prius apud animum tuum expendens num uera diceret, & num uſpiam gentium eſſe putanda ſit eiuſmodi tam amabilis formæ mulier, ſtatim eãdem miſerè deperires, quẽadmodum perhibent Medeam ex ſolo ſomnio exarſiſſe in amorem Iaſonis. Hoc autẽ quod maximè ad amo-
B rem te illexit, alióſque quotquot eius ſimulachri deſiderio inflammati ſunt, illud erat, ueluti mihi coniecturam facienti res apparet, quòd is qui de muliere memorabat, poſteaquã ſtatim initio narrationis creditus eſt uera dixiſſe, priori orationi non aliena aut diſſimilia induxiſſe uideretur. In hoc enim ſolũ attenti eſtis, & per hoc nare uos trahit, poſteaquã ſemel illi ſub initium anſam ſuppeditaſtis, uoſq; ad dilectam perduxit, per eam quam prædicebat rectam uiam. Nulla enim difficultate conficiuntur & reliqua, ut ego quidem opinor, neque quiſquam ex uobis iuxta ingreſſum cõuerſus exquirebat num uerus ſit, & an obliuione ſeu errore ductus eam uiam ingreſſus eſſet, quam deuitare oporte-
C bat. Verùm ille eorum qui præceſſerunt ſequendo inſiſtit ueſtigiis, ueluti oues præcedentem paſtorem aut arietem conſequuntur, cum æquum fuerat ſtatim in ingreſſu perpendere nunquid in eam uiam diuertẽdum fuerat. Illud autem quod dicturus ſum, manifeſtius fortaſſe & facilius intelliges, ſi tale quiddam non abſimile priori perſpexeris. Quòd ſi enim quiſpiam ex poëtis Herculea audacia nihil non affirmare audentibus, diceret olim fuiſſe tricipitem quendam & ſenis manibus inſtructũ hominem: iam ſi ſtatim initiò iſta nõ grauatim credenda ſuſceperis, neque habita ratione diſcuſſeris, num fidei cõſentanea dixerit, ſed nihil cunctatus conſtãter credis ita ſe habere: pari ratione & reliqua in-
D ferret, uidelicet quòd etiam ſenos habuerit oculos, neque non ſenas auriculas, præterea quòd tres uoces ſemel pariter emiſerit, quodq; per tria ora cibũ ſumpſerit, quòd triginta digitos habuerit, nõ quemadmodum quiſq; noſtrum, decem in utriſque manibus. Tum quoties illi belligerandum erat, tres manus tenebat: unaquæque aut peltam, aut parmã Perſicam, aut clypeum. Tres autem aliæ, illa quidem ſecurim ancipitem ferebat, altera haſtã uibrabat, tertia gladio utens depugnabat. Et quiſnam hæc illi affirmãti fidem habere dedignabitur? ualde enim hæc omnia principio ſunt ſimilia & cõſentanea, de quo ſtatim ſub initium conſiderandũ fuerat, num iſta omnia citra contradictionem ſuſcipien-
E da & concedenda erant ita ſe conſtanter & pro certo habere. Porrò autẽ ſi ſemel illa conceſſeris, etiam cætera conſequuntur. Nec iam facile eſt illis fidẽ denegare, poſteaquã iſta à principio prius conceſſo nõ diſcrepant, ſed planè cum illo conueniunt, cuiuſmodi & uos patimini. Siquidem præ magnitudine amoris & alacritatis, non expendentes ea quæ circa quenque ingreſſum uobis obiiciuntur quo pacto cuncta ſe habent, ſubinde porrò progredimini, rerum cõſequentiæ ductu protracti, parum aut nunquã in deliberationẽ ſumentes, num quod priori uidetur conſentaneum, etiam falſum eſſe poſſit: uelut ſiquis diceret bis quinque ſeptem eſſe, & tu illi fide habita perſuaſus, apud te non numerares, haud dubiè cõſimili quoq; ratione inferet ter quinq; eſſe quatuordecim,

quod quidem faciet quouſque libuerit, aut ſibi uiſum fuerit: qualia permulta F
admiranda illa geometria factitare conſueuit. Etenim illa ab his qui primū eam
artem exordiuntur, cum poſtulata quæpiam exotica & abſurda efflagitet, eaq;
ipſa ſibi concedi contendat, nullo modo ſubſiſtere queuntia ſigna nonnulla in-
diuiſibilia, literulasq; quaſpiam informes, aliaq; eius generis conſimilia eiuſmo-
di fundamentis putridis ſubſtruit, uolens ad demonſtrationem faciendam uera
adducere, tametſi à falſis facto initio artem exordiatur. Non ſecus uos quoque
unamquanq; ſectam exorſi, cæteris quibuſq; deinceps ſequentibus fidem habe-
tis, ueritatis certam cognitionem illorum conſequentiam, licet falſam, eſſe exi-
ſtimantes. Interea partim quidem ueſtrum ſpebus nequicquam amplis & ma- G
gnificis animo conceptis immoriuntur antè aliquanto quàm ueritatē conſpe-
xerint, eosq; à quibus illis turpiter impoſitū eſt, nouerint. Partim uerò tametſi
ſagaciter ſubodorati fuerint ſe miſeris modis deceptos eſſe, ſerò tamen cū iam
penè ſenio ſint confecti, piget illos ab incepto regredi, uerentes ne tanti natu
cum ſint, confiteri cogantur ſe puerilibus negociis hactenus fuiſſe occupatos.
Proinde pudore obſtante in ſtudiis ſemel cœptis perſeuerāt, ea immodicè col-
laudantes & commendantes. Et quoſcunque perſuadere poſſunt, ad ea pertra-
hunt, ut non ipſi ſoli decepti uiuant, ſed conſolationem habeant ex his qui ea-
dem fraude illecti, communibus cum illis malis conflictantur. Etenim & illud H
acutè perſpexerunt, quòd ſi ueritatem ſemel ingenuè faterentur, fore ut non
amplius uenerandi haberentur, quemadmodum in præſentia, neque ſupra ple-
beiam ſortem in ullo precio æſtimarētur: ſed ne tantillum quidem, ut prius, ul-
lo honore habito honeſtè conſalutarentur. Quare haudquaquam libenter iſta
fatendo commemorant, cum non ſint neſcii à quibus rebus ſibi excidēdum fo-
ret, & æquali cum aliis omnibus honore & ſorte fruēdum. Vix enim fieri po-
teſt, ut in perquam paucos illorum incidas, qui magnitudine animi præditi, ſe
deceptos eſſe confirmare audeant, aliosq; ab inauſpicato inſtituto auertere, at-
que dehortari ſimilia tentare quæ ſtatuiſſent. Quòd ſi in eiuſmodi uirum un- I
quam incideris, illum ſanè ueritatis amantem, & uirum bonum, & iuſtum, at-
que etiam, ſi uis, philoſophum compellato. Hunc enim ſolum huius nominis
compellatione dignum exiſtimauerim: cæteri uerò aut nihil de uero compertum
habent, utcunque ſibi eius gnari & periti eſſe uideantur: aut ſi aliquid ex-
plorati habuerint, illud tamē præ paruitate animi, & pudore, & deſiderio, quo
præ aliis in præclara hominū opinione & preciis haberi concupiſcunt, occul-
tant ſedulò. Et ſanè per Mineruā quæcunq; hactenus à me diſputata ſunt, miſ-
ſa faciamus hoc ipſo loco abiecta, & ſit ſempiterna quædam omnium illorum
obliuio, qualem fuiſſe perhibent earum rerum quæ ſub Euclide duce Athenis K
peractæ ſunt. Cæterùm ponamus philoſophiam Stoicam præ omnibus aliis ue-
ram & rectam eſſe, diſpiciamusq; num illam ullo modo queant conſequi, aut
num hi fruſtra laſſitudine afficiantur malè locata opera, quicunque eius conſe-
quendæ deſiderio capti ſunt. Etenim promiſſiones magnificas, & illas quidem
admirandas audio, uidelicet per omnia felices & beatos fore, quicunq; ad ſum-
mum philoſophiæ faſtigium unquam conſcēderint. Solos enim illos omnibus
bonis haud dubiè ſemel potituros perhibent. Sedenim quod deinceps dicturus
ſum, tu me longè exactius ſcire potes, num unquam cum eiuſmodi Stoico tibi
commercium fuerit, atque inter Stoicos ſummo illo, nimirum quem nullus af-

fectus

A fectus animi ulla triſtitiæ nebula perturbaret, quẽ nullæ uoluptatum illecebræ commouerent, qui nõ inflammatus iracundia aliquando in furorem erũperet, qui inuidiæ contagio non eſſet infectus, qui diuitiarum amore & deſiderio nõ tangeretur, ſed illas pro nihilo duceret: breuiter, qui per omnia felix eſſet, quã regulã & amuſſim certiſſimã eſſe oportet uitæ planè uirtuoſæ. Etenim in quo uel minimũ quiddam deſideratur, ille etiamdum imperfectus habẽdus eſt, tametſi cæteris omnibus abundet: hoc tamen cũ conſecutus non ſit, nondum exoptatæ & tantopere quæſitæ felicitatis particeps dicendus eſt. HER. Nullũ quidem talẽ unquã me uidiſſe, mihi ſum conſcius. LVC. Euge Hermotime, quã-
B doquidẽ lubens mendaciũ non dixeris: ad quẽ ergo finẽ intentus, philoſophiæ perdiſcendæ impendis operã, cum neq; præceptorem tuum, neq; illius, neq; ullum aliũ ex prioribus, neq; ſi ad decem retro ſecula deſcẽderis, quenquã Stoicorũ perfectè ſapientem uideas, & per hoc quoq; fuiſſe felicem? Neq; enim, ut opinor, hoc à te rectè dicetur, ſufficere ſi quis ſaltem felicitati proximus fuerit, poſteaquã nihil inde fructus & utilitatis capi poſſit. Nihilo ſecus enim extra uiã ſub dio uerſatur is qui iuxta oſtiũ foris ſtat excluſus, q̃ qui eminus adhuc labore itineris conficitur: niſi quòd ueriſimile eſt illum nõ mediocri perturbatione diſcruciari, uidentem in propinquo ea quibus priuatus eſt. Deinde ut quãpro-
C xime etiam felicitatẽ accedas (illud enim tibi concedã) tanta laborando perfers, temetipſum miſeris modis abſumens & conficiẽs, atq; ita tantum ætatis per ſocordiam & ſupremã negligentiam tibi elapſum eſt, immenſo labore & uigiliis multis attenuato, & obſtipo capite in terrã defixo. Quinetiã de integro, ut ais, alios uiginti annos ad minimum laboribus temetipſum exercebis, ut euadas octogenarius. Quis autem obſtricta fide ſpõſor tibi factus eſt, te certò tot annos uicturũ? Nihilominus tũ eorũ in numero habeberis, qui felicitatis nõdum ſunt cõpotes. niſi tu ſolus putes illud te cõſtanter conſecuturũ, & inſectãdo capturũ, quod ante te non parũ multi & boni, multoq; uelocitate præſtantiores o-
D mnibus uiribus conſectãtes cõprehendere nõ potuerunt. Sed eſto, ſi uidetur, te cõprehendiſſe, iamq; uotis tuis optata omnino cõtigiſſe: tamẽ omniũ primùm bonũ illud cuiuſmodinã ſit, nõ poſſum perſpicere, nũ tantis laboribus pro illo conſequendo impenſis & exhauſtis dignũ & conueniens æſtimari debeat. Deinde non uideo quàm illo per reliquam ætatem iucũdè & dulciter frui poſſis, tantus natu cũ ſis, quippe iam incuruatus ſenio, & ad omnẽ uoluptatẽ capiendam parum aptus & accommodus, iam capulo uicinus, & alterum pedẽ (quod aiunt) loculo inſertum habens. Niſi fortaſſe, ô generoſe Hermotime, ad aliam uitam uariis laboribus temetipſum exerceas, ut in illam iam delatus uiuas mol-
E lius & ſuauius, certior iam factus quemadmodum uita in poſterum inſtituẽda ſit. Quod mihi perinde uidetur factum, atq; ſiquis deambulatiuncula & exercitiis quibuſpiã ſe præpararet atq; inſtrueret, quò maiore cũ uoluptate cœnaret, donec neſcius præ fame necaretur. Cæterùm nec hoc unquã mihi animaduertiſſe uidere, ut opinor, ſolidam uirtutem in actione cõſiſtere, uidelicet in rectè & ſapiẽter factis, & iis quæ fiunt magno animo. Vos autem, ſummi nempe philoſophi, quos per uos quoties dixero innuere ſoleo, poſteaquã in his inueſtigandis & faciendis parum eſtis occupati, uoculas quaſpiã miſeras conſectantes meditamini, connectentes ſyllogiſmos & perplexitates, atque in his maiorem uitæ partem ſine fructu conteritis. At quicunq; in cõnectendis promptior

fuerit & dexterior,huic uictoriæ palmam unanimi conſenſu defertis. Quo no- F
mine,ut ego quidem opinor,etiam præceptor tuus tãtopere uobis eſt in admi-
ratione & exiſtimatione multa,uir quidem ætatis decrepitæ, quia ſuos aſſeclas
unà ſecum ſermonem ſociãtes,perplexis & captioſis quæſtiunculis probè cal-
leat inuoluere,tenẽs quid quærendum, & quo quiſque pacto ſophiſticis nugis
ſit circunducendus,optimus nimirum doloſe & callidè agendi,inq; non euita-
biles laqueos coniiciendi magiſter exercitatiſſimus. Hoc planè nihil aliud eſſe
cõfirmare auſim,quàm neglecto fructu circa corticem occupatos eſſe, adeò ut
tãtùm folia in diſputationibus ueſtris uiciſſim decutere uideamini. Aut fortaſſe
alia quæpiam ſunt Hermotime, quæ uos à ſummo mane ad ueſperam uſq; fa- G
cere credendum eſt? HER. Non profectò,ſed ea ipſa ſunt quæ factitare ſole-
mus. LVC. An non igitur rectè quis dixerit,uos relicto corpore ſolã umbram
uenari?aut neglecto uiui ſerpentis tractu,ſaltem exuuiũ conſectari? Aut potius
huic perſimiles in agendo,qui infuſam in mortariũ aquam ferreo piſtillo ma-
gno conatu tunderet,rem quampiam ſummopere conducibilem ſe facere exi-
ſtimans,ignarus tamen,etiam ſi humeros,ut aiunt,uerberando decutiat,tamen
aquam quamlibet contuſam,manere aquam? Permitte uerò ut ego te deinceps
liberè interrogem. dic mihi,num in uotis habeas excepta eruditione in cæteris
omnibus per omnia præceptori tuo eſſe ſimilis,nempe ut ita ſis ad iracundiam H
propenſus, ita moroſus, ita ſordidus, ita contentioſus, deniq; in tantum uolu-
ptatibus deditus,tametſi per Ioué ita paucis eſſe uideatur? HER. Quibus tan-
dem? LVC. Si placuerit,Hermotime,ea tibi commemorabo, quæ uirũ quem-
piam multa canicie infectum,ſuper philoſophia diſſerẽtem audiui, ad quẽ per-
multi iuuenes ſapientiæ comparandæ gratia certatim commigrant. Cum enim
à quodã ex diſcipulis mercedẽ exigeret,uehementer incanduit,affirmans ultra
præſcriptum tempus ſolutionẽ debiti ſibi prorogari, quod ante decimumſex-
tum diem diſſoluendum fuerat. Ita enim pactum eſſe. & ob hoc quidem indi-
gnabatur. Cum autem forte fortuna adſtaret ibidem eius iuuenis auũculus,ho- I
mo ruſticus,& noſtrarum rerũ minimè peritus, Deſine,inquit,uir admiráde,te
magna iniuria affectum eſſe cõteſtari,ſi uoculas à te commercãtes neſcio quas,
mercedem tibi nondum reddiderimus. Ea enim quæ nobis feciſti,etiamdum i-
pſe integra habes & poſſides,neque quicquam tibi imminutum eſt ex diſcipli-
nis tuis: in cæteris autem quibus ſub initium adoleſcẽtem tibi offerẽs,eundem
deſiderabã imbui, nihilo melior tua opera factus eſt, quippe qui mei uicini E-
checratidis filiæ raptæ per uim uitium intulit: & ſanè pœnã dediſſet damnatus
iudicio, niſi ego à uicino paupere talẽto mulctam redemiſſem. Porrò autẽ ipſi
matri nuper incuſſit alapas,quòd ipſum in manifeſto furto deprehendiſſet,ſub K
ſinu cadum efferentem, ut haberet, niſi fallor, unde cum ſodalibus bibens de-
poneret ſymbolum. Etenim quantum ad iracundiam & furorem,& impuden-
tiam, & audaciam, & proloquenda mendacia, aliaq; uitia attinet, ſuperioribus
quidem annis longè melius ſeſe habebat,quàm nunc,cum his ipſis ſit omnium
contaminatiſſimus. Atqui planè mihi perſuaſerã in hiſce uitandis & dediſcẽdis
illum præcipuè à te adiutum & formatum iri, magis quidem, quàm quòd illa
perdiſceret, quæ quotidie ille ad nos, quibus illa audire ſuperuacaneum eſt, in
menſa conſueuit diſſerere, quemadmodum Crocodilus rapuiſſet puerum,pa-
triq; pollicitus eſſet ſe redditurum, ſi reſpondiſſet neſcio quid. Aut quòd cum

dies

A dies ſit, neceſſe eſſet noctem non eſſe. Nonnunquam & cornua nobis affingere ſolet generoſus ille, neſcio quo pacto ſermonem cõnectens. Nos autem his auditis ridere ſolemus, maximè uerò quando obſtructis auribus ſedula agitatione ſecum meditatur, habitus & diſpoſitiones quaſpiam, præterea catalepſes & imaginationes, multa denique id genus nomina percurrendo. Quinetiam non ratò ipſum dicentem audiuimus, Deum in cœlo non eſſe, ſed per omnia certatim penetrare, nimirum per ligna, per lapides, per animantia, uſque ad ea quæ ſunt omnium deſpectiſſima. Cæterùm matrem illum interrogantem, cur ad hunc modum delirans iſta ſecum nugaretur, ſubſannare ſolet. Sed ſi eas nu-
B gas, inquit, exactè perdidicero, nihil uideo obſtare mihi quò minus ſolus diues, ſolus rex ſim, cæteri uerò mihi collati, mancipia & hominum purgamenta exiſtimandi ſint. Hæc cum dixiſſet uir ille, uide mi Hermotime cuiuſmodi reſponſum ille dederit philoſophus, quàm uerò maturum & ſenile. Atqui niſi me ille, inquit, acceſſiſſet, nónne putas quòd longè peiora flagitia admiſiſſet, aut per Iouem etiam traditus fuiſſet torquendus carnifici? Nũc autem frenum quoddam illi iniecit philoſophia iuxtà ac uerecundia, & ob hoc ipſum modeſtior uobis noſtra opera factus eſt, & moribus adhuc tolerabilis. Illud enim pudorem illi incutit, quòd indignus habitu & nomine philoſophiæ appareat.
C Cæterùm quæ à nobis abſtulit, ea illum in diſciplina continent: ita ut iuſtus eſſe uidear, ſi mercedem à uobis accepero, etſi illum haud multo meliorem reddiderim. nam in his quæ nondum admiſit, philoſophiam reueritus eſt, poſteaquam nutrices quoque talia de pueris dictitare ſoleant, nẽpe præceptoris ædes illis adeundas eſſe. Siquidem nuſquam alibi locorũ pueris relicta eſt copia bonum quiddam perdiſcendi: ſed neque mali quippiam unquam in ſe admittunt quamdiu ſub præceptorũ cuſtodia militauerint. Ego quidẽ omnes officii mei partes in excolendo iuuene mihi impleſſe uideor. Iam quicunque tibi placuerit noſtrarum rerum non imperitus, illo tecum aſſumpto cras me accedas, & ui-
D debis quàm promptè & expeditè interroget alios, quamq; ingenioſe & argutè ad quæſita reſpõdeat, tũ quantam eruditionem ſibi mea opera pararit, & quos iam libros euoluerit de proloquiis ac ſyllogiſmis, de complexionibus & officiis, deq; aliis multis & uariis. Cæterùm quòd matrem pugnis ceciderit, atque etiam raptas uirgines uitiarit, quid ad me attinet? neq; enim me illi pro pædagogo cõſtituiſtis. Hæc quidem homo ſenex de philoſophia diſſerebat. Tu fortaſſe & ipſe Hermotime diceres abunde ſatis eſſe ſi ob hoc ipſum philoſopharemur, ne quid eorum quæ mala & uitioſa ſunt, faceremus. An uerò non initiò longè ampliori ſpe inducti philoſophãdum nobis eſſe exiſtimabamus, non
E ob hoc ſaltem, quòd paulò quàm priuatus quiſpiam ex uulgo honeſtiores eſſemus? Cur igitur nõ & ad hoc dignaris dare reſponſum? HERM. Quid uerò aliud tibi reſpondeam, quàm quòd propemodum etiam mihi lachrymandum eſſe intelligo? uſque adeò me cõmouit oratio tua nimiũ uera. Et iam quidem grauiter lugeo, me miſerum tantum temporis fruſtra inſumpſiſſe & contriuiſſe, ad hæc mercedẽ tam grãdem pro laboribus impendiſſe. Iam enim tanquã ex ebrietate profunda ad ſobrietatem reuerſus, uideo cuiuſmodi illa ſint quorũ amore capiebar, tum quantas ærumnas pro illis conſequendis ego miſer exhauſerim. LVC. Fletu quidẽ & lachrymis haud opus eſt ô bone, longè autẽ præſtabilius & prudentius eſſe opinor, quod in fabulis Aeſopus cõmemorat.

Ait enim quendam in maris littore cõſediſſe conantem ſingulas undas pernu- F
merare:cumq; undarum mutuò ſe trudentiũ multitudine obrueretur, animoq;
grauiter angeretur quòd eas numero complecti non poſſet, adueniens callida
uulpes,non inidoneo cõſilio hominis perturbationẽ ſubleuauit. Quid diſcru-
ciaris,inquit,propter undas quæ prætergreſſæ ſunt? hinc numerare incipias o-
portet,illas miſſas facito. Et tu, quandoquidem ita tibi uidetur, poſthac magis
ex uſu tuo feceris,ſi communem cũ aliis uitam uiuere decreueris,ac ita quidem
cum multis in Repub. uerſaberis, nihil abſurdum aut faſtuoſum animo conci-
piens aut ſperans. Nec eſt quòd pudore afficiaris, quòd iam primũ decurſo ui-
tæ ſpacio rectè ſapere incipias,aut mutato conſilio ad meliora te recipias. Pro- G
inde hæc omnia,ô amice,quæcunque à me dicta ſunt,nolim putes me de indu-
ſtria præmeditatum & inſtructum aduerſus Stoicos,quaſi mihi cum illis eſſent
ſuſceptæ inimicitiæ,dixiſſe,ſed communem aduerſus omnes orationẽ eſſe pu-
tato. Neq; alia contra te protuliſſem ſi aut Platonis aut Ariſtotelis te ſectatorẽ
eſſe teſtatus eſſes,cæteris indicta cauſa contemptis & poſthabitis. Nunc autem
poſteaquam Stoicos cæteris omnibus anteferebas,aduerſus Stoicam omnẽ diſ-
putationem quoq; noſtram inſtituimus, nihil alioqui ſimultatis aut diſſidii ad-
uerſus illam ſuſceptũ habentes. H E R. Bene ſanè dicis. Iam itaq; abeo, ut ego
me totum unà cum ueſtitu & habitu commutem. Videbis igitur in breui,non H
ueluti nunc,me neq; barba tam denſa & profunda horridum,neq; ita affligtam
& aſperã uictus rationem,uerũ molliora omnia, magisq; libero homine digna
ſequentem. fortaſſe neq; purpuram induere grauabor,ut omnibus fiat perſpi-
cuũ,mihi priores nugas nõ amplius curæ eſſe. Atque utinam etiam ex intimis
cordis penetralibus euomere ea omnia poſſem, quæcunq; ab illis unquam au-
dita deuoraui. Et ut pro certo ſcias,neq; helleborũ ebibere formidabo propter
hoc ipſum, contrà quàm Chryſippus cõſueuit, ne quid eorum unquã poſthac
quæ dixerunt,mihi in mentẽ ueniat. Cæterùm tibi Luciane non mediocrẽ ha-
beo gratiam,quòd me hactenus iactatum & circumlatum à turbido torrẽte & I
aſpero, iuxtáque fluxum unà cum undis fluitantem extraxeris, aſſiſtens iuxta
Tragœdorum prouerbium, Deus ex improuiſo oſtenſus. Videor autẽ mihi nõ
abſurdè facturus, ſi & caput raſero, quemadmodũ facere ſoliti ſunt qui è nau-
fragiis enatant incolumes,ita ut ſalutis meæ feſtiuitatem hodie cõcelebrẽ,poſt-
eaquam tantarum nebularum caligo ab oculis meis diſcuſſa eſt. Porrò autem
conſpectum philoſophi poſthac,& ſi inuitus inter eundũ alicui obuiam uene-
ro,non ſecus deuitabo extra uiã declinando,q̃ rabioſos canes fugere ſoleo.

## HERODOTVS, VEL AETIO, K

### Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

*Oſtendit hac præfatione* Lucianus, *ſe exẽplo* Herodoti, *& poſt hunc* Aëtionis pictoris, *adductũ ut in conuentu totius* Macedoniæ *exhibere ſe, ac ſpecimẽ aliquod ſui præbere uoluerit.* Eſſe *enim compendioſiorem hanc uiã ad laudem & gloriam cõparandam, quàm ſingulas ciuitates circumeũdo, magno negocio, multoq; tandẽ tempore inclareſcere.* Exordium *à uoto incipit, pòſt narratione utriuſq; &* Herodoti *&* Aëtionis *exẽplum exponit: quæ quia maiorem ſcripti huius partẽ abſoluit, utriuſq; nominis titulum quoq; dedit.* Hinc *adaptatio ſequitur, qua ſuum inſtitutũ cum ſuperioribus exẽplis comparat, amplificata per collationem, præſenti conuentu cũ* Olympico, *à loci & hominum qualitate.* Poſtremò *petit, ut illorum exemplo, ſe quoq; pro aliquo mediocri oratore habeant, non cum optimis ac uetuſtiſſimis illis, ſed cum præſentibus conferendo.*

Vtinam

A VTINAM uerò & alias Herodoti uirtutes mihi imitari conceſſum fuiſſet, non omnes dico quibus ille præditus præcelluit (maior enim uoto hæc res fuerit) uerùm unam ex omnibus, uidelicet aut orationum elegantiſſimarum mũditiem, aut illarũ numeroſam concinnitatẽ, aut propriam & naturalem linguæ Ionicæ dictionẽ, aut ſententiarum grauitatẽ & præſtantiam, aut quæcunq; alia (quæ & infinita ſunt & elegantia) ille uno quaſi faſciculo comprehenſa poſſidet, omnem imitationis ſpem excedentia. Cæterùm quæ cum libris à ſe elucubratis fecerit, tum quemadmodum paſſim in breui temporis ſpacio apud Græcos in notitiam uenerit, mihi & tibi & B alteri cuicunque tandem imitari haudquaquam fuerit difficile. Cum enim relicta patria ſoluiſſet ex Caria, recto curſu in Græciam delatus eſt, ubi de ſeipſo eam cogitationem ſuſcepit, quo pacto quamcelerrimè & minimo cũ negocio inclareſceret, ac famigerabilis fieret cum ipſe, tum eius quoq; elucubratæ uigiliæ. Atenim obambulantem, nunc quidem Athenienſibus, nunc autem Corinthiis recitare hiſtoriarum monumenta à ſe condita, mox Argiuis aut Lacedæmoniis, partim laborioſum eſſe exiſtimabat & longum: partim cũctationem & moram nõ mediocrem in illo fore proſpiciebat. Voluit ergo negocium omne in compendium contrahere, neque ita particulatim innoteſcere, notitiam mo- C dicè & pedetentim congregans & colligẽs. Callidè uerò obſeruabat ſi uſpiam locorum Græcos unà congregatos omnes deprehenderet. Commodùm itaq; inſtabant magna Olympia. Herodotus autem hanc ſolam ſibi ueniſſe occaſione arbitratus, cuius maximè erat cupidus, frequẽtiſſimis ludis obſeruatis, iamq; ex omnibus locis collectis Græcorũ optimatibus, progreſſus in opiſthodomũ, non ſpectatorem ſed certatorem ſe ipſe exhibebat, cantillans hiſtorias memoriæ à ſe proditas, ac præſentium aures orationis ſuauitate demulcens, donec & Muſarum nominibus eius libri nobilitari & uocari cœpti ſint, & illis nouem exiſtentibus. Proinde iam omnes illum nouerant multo profectò magis quàm D Olympicorum certaminum uictores: nec quiſquam erat cui Herodoti nomen inauditum fuerat, quem nonnulli ipſi audiuerant in Olympia, alii uerò ex iis qui ex ludis regreſſi fuerant, audita & ipſi perceperant. Tum uerò ubicunque in publico ſaltẽ apparuiſſet, certatim commõſtrabatur digitis: Hic ille eſt Herodotus, qui pugnas Perſicas lingua Ionica condidit atque conſcripſit, qui uictorias noſtras uenuſtiſſimè cõcelebrauit. Talem ipſe laudem hiſtoriarum nomine conſecutus eſt, in uno conuentu ab omni populo totius Græciæ cõmune nactus ſuffragiũ, non ab uno per Iouem præcone ebuccinatus, ſed in omnibus quaquauerſum ciuitatibus, unde quiſq; erat eorũ qui ad ludos publicos cõflu- E xerant. Hoc cum animaduertiſſent poſtea ad parandam cognitionẽ uiam eſſe compendioſiſſimam & Hippias illius gentis Sophiſta, & Prodicus Cius, & Anaximenes Chius, tum Polus Acragantinus, aliiq; cõplures, orationes ſemper habuerunt & illi in ludis publicis, unde breui notitiã ſibi parauerũt. Quorſum uerò tibi priſcos illos percenſeo ſophiſtas, & hiſtoricos, & oratores, cũ & hæc inter uetera cõmodè locũ habere poſſint? Etenim perhibẽt Aëtionẽ quoq; pi- *Aëtion pictor*
ctorẽ, Rhoxanes & Alexãdri depictas in tabula nuptias, in Olympiã pertuliſſe, ac imaginẽ ſpectandam oſtẽtaſſe, adeò ut Proxenides, quẽ tunc certaminũ iudicẽ Græci conſtituerãt, artis præſtantia delectatus, Aëtionem generũ ſibi aſciuerit. Sed quæret aliquis, quódnam tantũ affuerit picturæ miraculũ, per quod

adductus Proxenides Aëtioni peregrino filiam ſuam nuptum tradiderit. Eſt e- F
quidem imago in Italia, quam egomet uidi, adeò ut tibi quoque de ea compertam ueritatem dicere poſſim. Thalamus eſt ſupra modū elegans, & lectus nuptialis ueſtimentis inſtratus. Hunc iuxta locata eſt Rhoxane uirgo corpore & facie uenuſtiſſima, terram modeſtè intuens, Alexandri aſſiſtentis præſentiā honorificè reuerens. Cæterùm Cupidines quidam ridentes, alter quidem à tergo ſtans digitis redimiculū aufert à capite, ac Rhoxanen ſponſo cōmonſtrat: alter nimium ſeruiliter à plantis aufert ſandalium, ut iam decūberet. Alius Alexandri chlamyde inuolutus, illum ad Rhoxanen pertrahit, ualde uiolenter annixus. Sedenim ipſe rex coronam quandam puellæ porrigit. Adeſt præterea & G
Parochus ſponſæ ductor Hephæſtion, ardentem facem tenēs in manibus, formoſo admodum adoleſcenti innixus. hunc ego Hymenæum eſſe opinor. neq; enim nomen adſcriptum fuerat. Ex alia autem parte tabulæ alii Cupidines in armis Alexandri colludebant. duo quidem haſtam illius ferentes, eos imitabātur, qui ferentis oneribus grauari uidentur. Alii duo unum aliquem iacentem ſuper clypeum penè ipſum ut regem trahunt, ſcuti loris inuoluti. Porrò unus in thoracē ſupinè iacētem ingreſſus, inſidias tendenti ſimilis eſſe uidetur, ut illos ex improuiſo perterrefaciat, ubi trahendo ad ſe peruenīſſent. Neque uerò hæc ludicra ſunt aut puerilia, & in quibus exprimēdis temere elaboraſſet Aē- H
tion, ſed quibus Alexandri ad res bellicas amorem adumbrare uoluit, & quòd eadem opera & Rhoxanes amore flagrarit, & armorum curā per obliuionem non abiecerit. Quanquam uerò & aliàs ipſa imagine nuptiale quiddam reuera oſtenſum eſt, nempe Proxenidæ natam antè Aëtioni fuiſſe deſponſam, illáque in matrimonium ducta abiit, luſis ſucciſiua opera Alexandri nuptiis, ſub rege ſponſæ ductore, pro nuptiis colore & penicillo expreſſis ueras nuptias præmium reportans. Proinde Herodotus (regredior enim ad illum) ſatis ſupérque ſufficere Olympiorum ludos exiſtimauit ad faciēdam fidem Græcis eum ſcriptorem eſſe admiratione non indignum, qui Græcorum geſta illis recitaret, I
quemadmodum ipſe factitare ſolitus eſt. Ego uerò, ac per Iouem Philium uos precor, ne inſanire me ſuſpicemini, neque mea me cū illius conferre uelle. Propitius ſit mihi uir ille. Verùm hoc mihi cū illo non diſſimile accidiſſe arbitror. Etenim quo tempore primùm in Macedoniā ſuſcepta peregrè profectione ueni, apud me ipſe cogitabam, ſtrenuè mihi aduigilandum eſſe, eaq; iam tenebar cupiditate omnibus innoteſcēdi, ac quamplurimis Macedonum uigilias meas oſtendendi. Porrò autem ſingulas adeuntem ciuitates, interea ingraueſcente ætate conſeneſcere, haudquaquam facile factu apparebat. Sedenim ſi cōuentu ueſtro obſeruato, deinde progreſſus in medium orationem propalam habuiſ- K
ſem, ſperabā omnibus ex ſententia ſuccedentibus uoti me compotem futurum. Vos itaque conueniſtis, ex ſingulis equidem ciuitatibus quique præſtantiſſimi, neque non ipſa ſumma uniuerſorum Macedonū delectiſſima. Excepit uerò ueſtrum conuentum ciuitas omnium optima, quácum nulla ex parte Piſa conferenda eſt, neque ea quæ illic eſt loci anguſtia, neque tabernacula aut tuguria & ſuffocatio. Iam neque conuentū celebrātes, uulgaris fex aut turba eſt, magis cupida ſpectandi athletas, nempe uulgus Herodoti negligens, ſed profectò cum rhetorum tum ſcriptorum atque Sophiſtarū omnium celeberrimi, adeò ut parū mihi deeſſe uideatur quò minus & mea actio perinde ut Olympiorum

A piorum celebris habẽda ſit. Cæterùm ſi me cum Polydamante, aut Glauco, aut Milone compoſitum contemplamini, ualde audax homo uobis eſſe uidebor. Sin uerò ab illis memoria longè latéque auocata, in hoc ſolum intenti fueritis, fortaſſe non admodum uobis flagellandus eſſe uidebor, ita ut in tanto ſtadio & hoc mihi ſufficiat.

## ZEVXIS, VEL ANTIOCHVS,

### Vincentio Opſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

B *Apologia quædam ſcriptorum Luciani eſt, qua ille oſtendit nõ tantùm nouitati ſeu peregrinitati ſtudere ſe, ſed & rerum ſententiarumq; elegantiæ, deinde & aptæ compoſitionis harmoniæ. Cæterùm quòd ſola nouitas illorum in admiratione ſit, fieri communi quadã hominũ natura, qui ſola nouitate plerunque detineantur, interim aliorum nulla habita ratione. Idem enim & Zeuxidi olim in pictura Cẽtauri, in quam præter nouitatem argumenti, multam artem impenderat: & Antiocho in pugna contra Galatas accidiſſe, hoſtibus nouitatem & inſolentiam elephantorum, non ipſius apparatum pertimeſcentibus. Tractatur autem eadem ferme ratione, qua & ſuperior oratio: niſi quòd hic ipſa cauſa à principio ponitur, exempla autem, eaq; amplificata ſequuntur. Etiam tituli eadem ratione, ut ſuprà, impoſiti ſunt.*

C HAbita nuper in cõſeſſu ueſtro oratione, domum me cõferebam. Permulti autem ex iis qui orationi interfuerant, me acceſſerunt. Nihil enim prohibere opinor, quin & iſta uobis meis iam familiaribus exponam. Itaque accedentes porrecta dextra me conſalutabant, & admiratione proſequentibus ſimiles eſſe apparebãt. Multo autẽ itinere comitatu ſuo me deducentes, alius aliunde exclamabat, laudabatq;, donec pudore quoq; me ſuffunderent, uerentem ne longè lateq; à dignitate laudum quas in me congerebant, relinquerer. Caput autem & ſumma laudationum hæc illis fuit, & omnes uno ore unam eandemq; ſententiam præ ſe ferebant, confirmantes orationum mearum compoſitionem & ſententiam peregrinam eſſe, ac multum in ſeſe complecti nouitatis. Multo uerò ſatius eſt,
D eadem illa uerba cõmemorare, quibus illi tum uſi fuere. O nouitatem, inquiũt. O Hercules dictionem inauditam. Homo promptus & agilis. Certè nemo dixerit quicquam orationum tuarum cogitatione perinde eſſe nouũ. Equidem illi id genus uerba permulta faciebãt, prout quiſque inter audiendum orationem mea affectus aut commotus fuerat. Aut quam alioqui talia mentiendi & aſſentandi aduerſus me cauſam habuiſſent, hominẽ peregrinum, quem aliàs cõtemptui habentes, non magnifaciebant? Veruntamen ego (neq; enim tacitum diſſimulabo) non mediocriter illorum laude diſcruciabar. Tandẽ uerò illis abeuntibus, cum ad me rediſſem, mente atq; animo ſic mecum agitaui: Ergo tan-
E tùm hac gratia & uenuſtate ſcripta mea condita ſunt, quòd ad conſuetã dicendi rationẽ formata non ſint, nec iuxta communem loquendi uiam fluant, uerborum uerò elegãtium nihil in illis admixtum eſt, ad ueterem ſermonis regulam & canonẽ poſitorum, nulla præterea ſententia argutè dicta exornata ſunt, nulla induſtria, nulla Atticæ linguæ uenere perpolita, aut compoſitionis harmonia, aut arte ad amuſſim elaborata, ſed ab his omnibus longè latêque diſcrepant. Neq; enim hæc ipſa à præſentibus laudata ſunt, ſed uerborũ nouitas illorum iudicio peregrina & aliena uiſa eſt. Ego uerò ſtolidus hoc ipſo eos, ſi unquam ad me collaudandum ſubſilirẽt, potiſſimùm adductum iri putabã. Veriſſimum enim illud Homeri eſſe perſuaſum habebã, nouam quamq; cantilenam *Odyſſ. lib. 1.*

*Nouitatis gratia.*

audientibus eſſe gratiſſimam. Non tamẽ tantum laudis, neq; adeò ſummã, nouitati concedi uolebam, uerùm hanc non aliter atq; cumuli loco adiici, & nõnihil ſanè ornatus ad gloriam afferre, ſed ita, ut quæ uera laude & auditorũ applauſu digna haberentur, illa eſſent. Itaq; non modicè cõmouebar, penè eò adductus, ut illis fidem haberem, unum atq; adeò ſolum inter Græcos eſſe cõfirmantibus. Atq; id genus alia. Theſaurus autem, iuxta prouerbium, nobis carbones erant. Ac propemodum ut præſtigiator quiſpiã ab illis laudor. Volo itaque uobis pictoris inſtitutum denarrare. Zeuxis ille omnium pictorũ præſtantiſſimus, popularia & cõmunia illa nequaquam pingere ſolitus eſt, aut admodum pauca, nempe heroas, aut Deos, aut bella: ſemper autẽ noui aliquid comminiſcendi illi cõſuetudo fuit. Cæterùm inter alia audaciæ ſuæ egregia facinora, & Hippocentaurum fœminam ipſe Zeuxis adumbrauit, alẽtem adhuc uberibus pueros Hippocentauros geminos nimium infantes. Illius picturæ exemplum nunc Athenis repoſitum conſeruatur, ad ueram imaginem accuratiſſimè expreſſum: ipſum porrò archetypum Sylla Romanorum Imperator unà cum aliis rebus aliquot precioſis in Italiam miſiſſe ferebatur, deinde iuxta Maleam Laconiæ promontorium, ut opinor, fracta naui oneraria atq; ſubmerſa, periiſſe omnia, atque ipſam etiam picturam. Atenim ueræ imaginis imago mihi uiſa eſt. Ac ipſe, quoad eius fieri poterit, eandem oratione uobis adumbrabo, nõ per Iouem quòd pingẽdi ualde peritus ſim, ſed quòd adhuc in recenti mihi hæreat memoria, quippe quam nuper admodũ Athenis in pictoris cuiuſdã ædibus uiderim. Ipſa quoque admiratio, qua tunc artem diligenter contẽplando proſequebar, non parũ nunc mihi afferet adminiculi ad cũcta manifeſtius declaranda. In ceſpite nimium floreſcente & uiridi Centaurus ipſa facta eſt. ea parte qua equã refert, tota humi poſita, pedes poſteriores retro extendit. Qua uerò parte mulieris gerit imaginem, ea ſenſim ſubſurgit uſq; ad cubiti longitudinem. Pedes anteriores ne illi quidem porrectim extenſi ſunt, ueluti iacentis in latere, uerùm alter quidem geniculatim inflexo ſimilis eſt, ungula retrotracta incuruus exiſtens. Alter autem contrà exurgit, & ſolum attingit, quemadmodũ ferè ſunt equi ſubſilire molientes. Cæterùm infantes, alterum quidem ante ſe habet in ulnis complexum, quem humano more nutrit, muliebrem mammam in os illi inſerens. Alterum uerò ex equino lactat ubere, quemadmodum pulli à matribus lactari ſolent. In ſuperiore parte tabulæ, ueluti è ſcopulo Hippocentaurus quiſpiam, uidelicet mulieris illius infantes utrinq; nutricantis maritus, prominenti capite ridens proſpicit, haudquaquam toto apparens corpore, uerùm media parte equi, leonis catulum in dextra retinens, quem ſuſtollit in hoc, ut pueros re ludicra cum riſu perterrefaceret. At reliquæ picturæ partes, propter quas non ubique accurata artis præſtantia nobis idiotis comparere ſolebat, nihilo ſecus tamen ſumma induſtria erant elaboratæ, uidelicet linearum ductibus atque extenſionibus rectiſſimis, colorum commixtionibus ſcientiſſimis, neque non tempeſtiuarum adiectionum circunductionibus. Inſuper decentibus inumbrationibus, neque neglecta magnitudinis ratione, & menſurarum totius operis æqualitate atque harmonia: quæ omnia admirari ſolent pictores quibus ſtudium eſt ea omnia cognoſcendi. Ego uerò eam in Zeuxide uirtutem & induſtriam præcipua laude extollebam, quòd in uno eodémque argumento habita diuerſitatis ratione, artis diſcrimen egregiê indicarit. Virum quidem

*Hippocẽtaurus fœmina geminos infantes alens.*

A quidem per omnia adornauit horridum atque terribilẽ,ac uehementer agreſtem, horrentem capillitio, cute hirtum & hiſpidum, non per equinam tantùm partem illius, ſed per alteram quoque qua humanam refert ſpeciem. Plurimum autem ſublimibus illum fecit humeris,uultum ridentis præ ſe ferentem, prorſus tamen ferinum & montanum,ac immanſuetum. Tali quidem imagine uirum expreſſum extulit.Porrò fœminam ad equæ pulcherrimæ imaginem adumbrauit,quales cumprimis ſunt illæ Theſſalæ indomitæ, necdum ieſſoris patientes. Dimidiã uerò mulieris partem ſumma formauit elegantia,extra ambas auriculas. eas ſolas informes reliquit, & horridas. Porrò autem corporum
B iunctura atque commixtio,quatenus muliebris pars cum equina coit atq; coniungitur,ſenſim & non denſe ſubſurgens,atque ex lento acceſſu deriuata,ſpectantium fallit oculos,ex altero in alterum perducta. Alter autem ex infantibus,non ſecus atque pater agreſtis eſt, & iam in ætate tenera aſpectu ſæuus atque terribilis.Neque hoc,ut mihi perpendenti uiſum eſt,admiratione ſingulari carebat,tum quòd admodum pueriliter ad leoninum catulum reſpiceret,interea uterq; dependens ab ubere,colore matrem referentes. Hæc ergo cũ ſingulari artificio Zeuxis expreſſiſſet, ipſe quidem in eã ueniebat cogitationem,
C ut putaret ob artis eximiam præſtantiam atque excellentiam omnes in ſtuporem & admirationem ſpectantes ſe ducturum.Illi autem actutum exclamabãt. Aut quid aliud facerent, pulcherrimo incidentes ſpectaculo? Enimuero laudibus certatim extollebant omnes, quemadmodum & nuper me illi,nempe inuentum peregrinum, neque non nouum picturæ conſilium ignotum prioribus.Vt uerò Zeuxis animaduertit quòd argumenti nouitate tantùm illorũ detinerentur animi,eosq; ea ipſa ab arte perpendenda abduceret,ita ut neglectui darent exactam rerum expreſſarum diligentiam: affatus diſcipulum, Age, inquit, ô Miccion, inuolutam picturam atque ſublatam domum aufer. etenim
D illi nos tantùm ob inſuetam artis materiam collaudant:eorum uerò quorũ elegantia exornata eſt, quæq; arte magiſtra abſoluta ſunt, nullũ illi dignãtur habere reſpectum: ſed uincit operis diligentiam,argumenti nouitas.Ad hũc quidem modum Zeuxis,& fortaſſe quàm par erat, commotius. Cæterùm Antiocho,cui cognomen erat Soteri,& illi non diſſimile quiddam accidiſſe fama eſt in ea pugna quam ipſe aduerſus Galatas habuiſſe dicitur.Si uultis,& hanc uobis hiſtoriam ordine,ut geſta eſt, percenſebo. Cum non ignoraret & corporis uiribus & audacia Galatas eſſe præditos, inuſitatamq; illorum multitudinẽ uideret, tum phalangem fortiter coniunctam, à tergo uerò æneis thoracibus indutos bellantes,præterea in profundum ſemper armatos uigintiquatuor ordi-
E natos,in utrunque autem cornu equitatum qui uiginti millibus equitum conſtabat,diſpertitum eſſe,porrò è medio octoginta currus falcatos erupturos, ac cum illis bigas bis totidem:Hæc inquam cum uideret,ſpem ualde malignã animo concipiebat potiundæ uictoriæ, tanquam illis inuictis exiſtentibus. Siquidem ipſe modicè inſtructo exercitu,neque ampliter,neque pro belli dignitate, & apparatu aut magnitudine,ſanè perquam paucos ducens aduenerat,ac illos quidem ut plurimum ſcutatos & nudos. Sedenim ex iis qui nudi erant, plures quàm dimidia pars exercitus numerabantur.Itaque iam de petendo fœdere,ferendisq; pacis conditionibus, & bello conuenientiſſimè componendo ſecum agitabat.Atqui Theodotas Rhodius,uir excelſi & generoſi animi,inſtruendæ

*Antiochi Soteris pugna cũ Galatis.*

acieí non imperitus,cum præſtò eſſet,regẽ perturbato animo eſſe non ſinebat. F
Et erant Antiocho undecim in exercitu elephãti. Hos Theodotas iuſſit interea,quoad eius fieri poſſet, habere quãoccultiſſimè, ne ex acie apparentes conſpicui fierent hoſtibus. Vbi uerò tuba ſignũ datũ eſſet, ac iã infeſtis ſignis concurrendum,& manus conſerendæ forent,ac hoſtiũ equitatus impreſſionem faceret,& Galatæ aperta phalãge currus immitterẽt, tũc unà cũ quatuor elephãtis utrinque equitibus eſſe occurrendũ docebat: octo autem reliquos aurigis & curribus eſſe immittendos. Hoc enim facto, inquit, illorum equi perterrebũtur, ac retro fugi̇̃tes,in ipſos Galatas illapſi impetũ facient. Nec opinionem eius rei prædictæ euentus fruſtratus eſt. Cum enim antea nullum elephantũ uiG diſſent cum ipſi Galatæ,tum equi illorum, adeò nouo & inopinato elephãtorũ ſpectaculo animis conſternati ſunt, ut longè adhuc â beluis cõſtituti, poſtea quàm ſolùm rugientes audiſſent, dentesq; candore relucentes uidiſſent ueluti ex toto nigro corpore, tum etiam proboſcides ad prædam & direptionem faciẽdam ſublatas: prius quàm ab arcubus tela extorſiſſent, uerſis retro habenis, nulloq; ſeruato ordine aufugerũt. Sedenim pedites aliquantiſper alterna cæde ſemet haſtis confodientes, conculcabãtur ab equitibus in illorum ordinẽ illapſis: currus autem ſubuerſi,& illi deinceps denuo in ſuos nõ citra ſanguinem H
ferebantur,ac planè iuxta illud Homeri,

Subuerſi currus paſſim iacuere ſupini.

At uerò equi poſteaquam ſemel à recta uia auerſi declinaſſent, elephantorum impetum non ſuſtinentes, ſeſſores dorſo excutiebant. Currus ſtrepebant proſcindentes per Iouem atque diſſecantes acutis falcibus quoſcunque ex amicis cõprehẽdiſſent. Non pauci uerò,ut in tali tumultu,eiecti proſternebãtur. Hos elephanti inſequebantur,pedibus proterentes atque conculcantes,ſimul atque in altum proiicientes proboſcidibus, unáque rapientes, ac dentibus correptos tranſuerberãtes. Ad extremum illi ſumma ope annitẽtes Antiocho uictoriam pepererunt. Cæterùm Galatæ alii quidem dimicando occiderunt ingenti cla- I
de edita,alii autem uiui capti in uictoris poteſtatem peruenerunt,exceptis perquam paucis,quotquot præuenientes fuga in montes ſemet abdiderant. Porrò autem Macedones quicunq; cum Antiocho in prælium deſcenderant, Pæana canebant, ac alius aliunde accurrẽtes regem coronabant uictorem, & clamantes. At ille profuſis,ut fertur,lachrymis,Pudore afficimur,inquit,ô milites,quibus ſalus in hiſce undecim ſtetit beluis, adeò ut niſi ſpectaculi nouitas hoſtium animos perculiſſet, quid nos erga illos fuiſſemus? In trophæũ nihil aliud quàm elephantum iuſſit ſculpere. Itaque iam hora eſt conſiderãdi ne & mea perinde cẽſeãtur,ut Antiochi apparatus bellicus. Etenim omnia alia pugna digna æſti- K
manda non ſunt. Quidam autem elephantes,& peregrina terriculamenta ſpectantibus metum & trepidationẽ incutientia,ac plena præſtigii,ea ab omnibus laude extolluntur. Porrò quibus ego confidebam,ea nõ admodum in illorum ſunt ſermone. Sed quia mulier Cẽtaurus depicta eſt, hoc ſolum eſt quod mentis ſtuporem & admirationem inducit ſpectantibus,&,quemadmodum eſt,nouum & monſtroſum illis eſſe uidetur. Cætera uerò nequicquam à Zeuxide facta ſunt. At non fruſtra. etenim uos cum fingẽdi & pingẽdi artificii rudes non eſtis, ſingula arte magiſtra ſpectantes, expendite num ſolùm iſta digna ſint ut theatro ſpectanda commonſtrentur.

HARMO-

A

# HARMONIDES, Vincentio Obſopœo interprete.

## ARGVMENTVM.

*Commendat ſe amico ex principibus cuidam ſuo, adductus, ut ipſe fingit, exemplo Harmonidæ, qui cum magiſtrum ſuum de paranda gloria & immortalitate conſuluiſſet, monitus ab eodem fuerit, ut artem quam à ſe didiciſſet, non omnibus Græcis, (nã id impoßibile fore) ſed optimatibus ac præſtãtiſſimis quibusq; oſtentaret. ſic enim fore, ut cum illi ipſi laudati fuerint, ubicũque ipſum laudarent, ueram ex eo gloriã ac laudem conſequeretur. Statuiſſe igitur ſe, eodem pacto & huic commendari ſe ſuaq; debere, ut qui primùm ea præſtantia, eoq; iudicio ſit, ut quod ipſe ſuo calculo approbaſſet, deinde et cæterorum omnium probaretur, amplificando hanc perſonæ illius excellentiam per collationem. Deinde & ex eadem patria ſecum natus ſit, ut uel eo nomine fauere ac patrocinari ſibi debeat. Poſtremò & à ſcriptorum ratione facilitatem ac meritum cauſæ oſtendit. Orditur ſtatim ab expoſitione exempli, cuius occaſione adductum ac motum ſeſe fingit. Concludit autem orationem per comprecationem & uotum, à Dijs precando ut cœptam laudem ſuam creſcere ac perpetuam eſſe uelint. Titulus eadem ratione qua in ſuperioribus inditus eſt.*

B



Armonides tibicen quodam tempore Timotheum magiſtrum ſuum interrogauit, Dic mihi, inquit, ô Timothee, quomodo mea arte poſſum euadere clarus & nobilis? Aut quid faciendum mihi exiſtimas, ex quo in uniuerſæ Græciæ cognitionem uẽturus ſim? Nam alia quidem omni me ſtudio & beneuolentia iam edocuiſti, nempe exquiſitum tibiæ & accommodum uſum, mox lingulam tenui & mo-

C

dulanti ſpiritu inſufflare, infrà autem digitos aptè adhibitos crebrò ſuſtollere ac deprimere, deinde ad numeros ingredi, & modos facere concinnos, chorõque congruos, poſtremò conſeruare ſingulorum concentuum proprietates, quiddam in Phrygio attonitum, in Lydio turbulentum, grauitatem in Dorico, in Ionico ſuauitatem. Hæc inquam omnia te magiſtro didici. Atenim quæ maxima ſunt, & quorum gratia tibiæ cognoſcendæ deſiderio laboraui, nondum uideo quomodo ab illo mihi parãda ſit gloria, & apud multos celebris opinio, utq; in multitudine cum exiſtimatione aliqua clarus & cõſpicuus obambulem, ac prætereuntium digito commonſtrer. Tum ſicubi propalam apparuero, ſta-

D

tim omnium oculi in me conuertantur, ac me nominatim collaudantes dicãt, Hic ille eſt Harmonides tibicen omnium præſtantiſſimus. quemadmodũ quo tempore & tu, ô Timothee, primùm ab ædibus patriis è Bœotia profectus, tibicinem agens Pandionidi, uictoriam in Aiace furẽte reportabas, ac melodiam tuo cognomine nobilitaras, nemo fuit qui nomẽ tuum ignoraſſet, ac Thebanum illum Timotheum. Sed & nunc ubicunque ſaltem in publico apparueris, certatim ab omnibus ad te curritur, ueluti ad Noctuã reliquæ auiculæ ſturnatim & graculatim cõuolitãt. Et hæc ſunt quorũ nomine aulœdus fieri optauerim, tum quorum gratia tantum laborem ſtrenuè exhauſerim: quandoqui-

E

dem tibia canere per ſe citra famæ & exiſtimationis acceſſionẽ haud ualde cõcupiſcerem, ſi in obſcuro mihi deliteſcendum foret, tametſi hac arte ad amuſſim exornato, nõ ſi Marſyæ aut Olympo ſimilis euaſurus eſſem deliteſcens. Siquidem incelebris & occultæ, quod aiũt, muſices nullus eſt reſpectus aut utilitas. Atqui tu, inquit, & iſta me doce, quo modo mihi me ipſo rectè utẽdum ſit, tum etiam arte. Ac tibi duplici nomine habebo gratiam, cũ propter tibiæ peritiam qua me excoluiſti, tum (quod maximum eſt) propter gloriam quam ex illa cõſecuturus ſum. Ad hæc autem illi ita reſpondit Timotheus: Atqui, ô Harmonidę, rei, inquit, non uulgaris aut mediocris amore & cupiditate ardes, id quod ſcire potes, nempe laudis & gloriæ, utq; fama celebris ſis, ac uulgo notus. Hãc

autem quanquam tibi ad hunc modum in medium multitudinis progreſſo ar- F
tem oſtentando,conſequi in animo eſt,multi ac longi laboris opus aggrederis,
tamen ne ſic quidem uniuerſi te cognoſcẽt. Etenim ubi gentium aut theatrum
aut ſtadium ita magnum inueniri poteſt,in quo omnes Græci tibia canẽtem te
audiant? Vt autem aliquo pacto illis innoteſcas,ac tui uoti deſiderio tãdem po-
tiaris,& hoc ego tibi ſubiiciam. Vtere tu quidẽ arte tua & in theatris nonnun-
quã,parum tamen tibi curæ ſit promiſcua uulgi multitudo. Porrò cõpendiaria
& facillima ad parandam gloriã uia hæc eſt,ſi collectis Græciæ optimatibus, &
paucis illorũ quicunq; dignitate & auctoritate præcellunt cæteros, atque in-
dubitanter uiri magni ſunt,& admirandi,& aliorũ omnium anteſignani,quo- G
rum fides in utraque fortuna ſpectata ſit:iis,inquam,ſi artis tuæ egregium ſpe-
cimẽ exhibueris,illiq; laudis ſuæ teſtimonio te cohoneſtauerint,omnibus Græ-
cis in puncto temporis te longè lateq; innotuiſſe putato,& paſſim inclaruiſſe.
Et uide in quod compendiũ tantam rem tibi contraxerim. Nam ſi ii qui omni-
bus noti ſunt,& quos nemo non admiratur,tibicinem præclarũ & celebrem te
eſſe cognoſcent,quorſum tibi uulgi iudicio aut opinione opus eſt,tantùm eos
ſequentis,qui meliores ſunt rerum expenſores & iudices? Siquidem popularis
iſta multitudo ferè ſemper quæ optima ſunt ignorat, cũ maior illius pars ma-
nuarii ſint opifices. Cæterùm quemcunque illi laudibus illuſtrauerint,qui reli- H
quos uitæ ſplẽdore & dignitate anteeunt,eundem nequaquam temere laudari
planè perſuaſum habent. Itaque magnorum uirorum inducti præconio,laudãt
& illi. Quippe in ipſis quoq; certaminibus multi ſpectatores athletis nonnun-
quam clarè ſolent applaudere, non rarò etiam ſibilis illudere: penes tamen ſe-
ptem,aut quinque,aut quotcunque tandem fuerint,iudicãdi poteſtas repoſita
eſt. His magiſtri ſui cõſiliis parum obſecutus eſt Harmonides. Etenim inter ti-
bias,ut fertur,cum primùm in muſices certamen deſcendiſſet, magna conten-
tione inſufflans,in ipſam tibiam inſpirando exhalauit animam,& incoronatus
atque exanimis eadem ratione prima & ultima uice tibia canẽdi uſus in ſcena I
corruit, celebrante populo Dionyſia. At ſanè Timothei tam prudens oratio,
nõ tibicinibus,neque ſolùm Harmonidæ mihi dicta eſſe uidetur,uerùm omni-
bus quicunque appetentes ſunt gloriæ, ingenii aut artis ſuæ ſpecimen publicè
exhibentes,ac multitudinis laudem ſuppliciter ambientes. Quare,quo tempo-
re & ipſe non diſſimilia de rebus meis agitabam animo,quæreremq; quo pacto
quamocyſſimè apud omnes inclareſcerem, prudentiſſimum Timothei conſi-
lium ſecutus,conſiderabam quínam in Repub. omnium foret præſtantiſſimus,
cuiq; plurimũ fidei apud alios foret repoſitũ, tum qui præ omnibus aliis eſſet
acceptiſſimus. Proinde talis tu nobis apparere debebas iuſto omnium ſermo- K
ne,ueluti uniuerſæ uirtutis caput & ſumma,ac talium rerum gnomon & recta
regula. Porrò ſi mea tibi ſpectanda & excutienda offerrem,tuq; ea proſecutus
eſſes laudibus, eſſent haud dubiè ita apparitura: egoq; iam uotis tãtopere ſpe-
ratis potitus eſſem,in uno calculo omnes aſſecutus. Aut quem tibi in eligendo
præferens,non iure optimo deliquiſſe in habendo delectu exiſtimarer? Itaque
iuxta prouerbium, in uno uiro iecimus aleam: ſed mehercle non aliter factum
eſt, atque ſi omnibus ubique hominibus meam in dicendo facultatem oſten-
diſſem. Quippe in confeſſo eſt, quòd & ſeparatim ſingulos,& collectim uni-
uerſos ipſe ſolus morum bonitate atque ingenii gloria exuperaris. Lacedæ-
moniorum

A moniorum reges aliis omnibus unicum tantùm calculum ferentibus, ipſi ſoli præ cæteris duos ferre ſoliti ſunt. Tu uerò & Ephoros præterea, & ſenes, in ſumma uniuerſos calculorũ multitudine in diſcipiinis excedis. Quin etiam in primis tu candidum & ſaluti ferè ſemper ſuffragantem calculum addere cõſueuiſti: quod non mediocrẽ in præſentia mihi addit animum, alioqui propter audacis facti magnitudinẽ iure optimo metuenti. Sed & illud per Iouem non uulgariter me conſolatur, quòd mea non prorſus à te ſint aliena, qui & ex ea urbe ſum oriundus, quam tu perſæpe primùm quidem priuatis officiis, tandem etiam publicis iuuiſti perbenignè & liberaliter. Itaque ſicubi & nunc in peio-
B rem mihi partem calculi uergerint in oratione, ac paucior erit meliorũ & candidorum numerus: tu adiecto Mineruæ ſuffragio, ex te ipſe defectum ſuppleto, tuiq; familiaris cenſorem & correctorẽ te egiſſe putato. Atqui ne hoc quidem contentus ero, ſi antehac multi me admirati ſint, ſi iã per ora uirũm clarus ego & celebris uolitem, ſi orationes meæ audientiũ laudibus reſpondeant. Omnia illa uentoſa & euanida, ut eſt in prouerbio, ſunt ſomnia, & uerborum umbræ. Cæterùm ipſa ueritas in præſens certiſſimis argumentis declarabitur. Ille exactus erit mearum lucubrationũ finis & terminus, nec amplius ambiguitati locus relinquetur, ne tantum quidem, quod uel ullius mẽtem aliquo dubio diſ-
C trahat, ſed aut optimum iuxta diſciplinas æſtimandum eſt, quod tibi apportet gloriam, aut omnium. Sed meliora proferenda, & magis ominatiora, ad tãtum certamẽ eunti. Videamur uerò, ô ſuperi, hominum opinione & exiſtimatione nõ indigni: ac eam quæ nobis ab aliis euẽtura eſt, laudẽ confirmate, ut in poſterum fidenti animo ad ampliorem perueniamus. Quippe omne ſtadium minus reformidandum eſt ei qui magna Olympia deuicerit.

## SCYTHA, SEV HOSPES, Vincentio Obſopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

D *Laudat Macedonicos quoſdam ciues, patronos, ut uidetur, ſuos, ut à quibus maximè adiutus atque apud cæteros promotus fuerit. Facit autem hoc collatione quadam Anacharſidis Scythæ, & Solonis Athenienſis, ad quem cum alter Athenas profectus, à Toxare populari ſuo adductus fuiſſet, & humaniter acceptus ab illo, breui toti ciuitati notus atque acceptus factus eſt. Eodem igitur pacto & ſe, cum in Macedoniam ueniſſet, ab omnibus ut ad illos de quibus encomium hoc inſtituit, diuerteret, ijſdemq; ſeſe commendaret, admonitum fuiſſe ait. Vt enim apud Athenienſes aliquando Periclem, Ariſtotelem, & Solonem, quaſi cæterorum omnium inſtar fuiſſe, ita hos inter Macedonas reliquos excellere. Titulum ex eadem ratione, qua ſuperiores, hæc quoque oratio habet. Cætera plana ſunt.*



E On fuit primus Anacharſis qui ex Scythia Athenas uſque peregre profectus eſt græcanicæ diſciplinæ perdiſcẽdæ deſiderio, ſed ante illum & Toxaris, uir & multæ ſapientiæ, & elegantiæ ac rerum optimarum ſtudioſus admodum, ſed qui domi non erat de ſanguine regio, neq; ex iis qui tiaras geſtare ſolent, uerùm unus è uulgo Scytharum & populariũ, cuiuſmodi ſunt qui apud illos uocantur Octipedes, quo ſignificant aliquem duorum boum & unius plauſtri eſſe dominum. Hic ergo Toxaris haud iterum poſtliminio ad Scythas regreſſus eſt, ſed Athenis manens diem ſuum obiit, ac non multò pòſt etiam heros eſſe uiſus eſt: atque hunc peregrinum medicum Athenienſes nõ ſecus atque unum colunt ex heroum numero. Hoc enim nomen cum heros eſſe declaretur, poſſidere cœpit. Sedenim cauſſam cognominis, & quam ob rem in heroum catalogum relatus

sit,unusq; ex Aesculapianis uisus sit,non alienum fortasse est percensere,ut co- F
gnoscatis. Non Scythis tantùm moris est immortalitate donare homines,& ad
Zamolxim ablegare mortuos, sed Athenienſibus quoque licitum est in Grae-
cia Scythas Deos facere. Quo tẽpore sæua pestilẽtia populus Atheniẽsis infe-
*Pestilentiæ se-* stabatur, uidere uisa est Architelis uiri Areopagitici uxor sibi Scythã adstitisse,
*dandæ ratio.* dixisseq; fore ut Athenienses à pestifero contagio liberarentur, si angiportus
uino conspergerent. Hoc cum sæpius fieret (neque enim Athenienses mulier-
culæ uerba audita dederũt neglectui) factũ est ut non amplius pestis in eos gras-
saretur,siue uaporibus quibusdam noxiis uini odore extinctis,siue aliud quid-
dã maioris efficaciæ norit heros Toxaris,quippe qui medicus existẽs ista Athe- G
nienſibus facienda suaserit. Itaq; curationis merces etiam nunc illi persoluitur.
nam niuei coloris equus ad eius monimentum quotannis immolatur, quo lo-
ci monstrauit Dimænete illum accedentẽ ea quæ de uino spargendo diximus,
imperasse. Et inuentus est eo loco Toxaris esse sepultus,ipsa inscriptione co-
gnitus, tametsi nõ integra appareat: in primis uerò quòd super columnam uir
ornatu scythico sculptus fuerat,læua arcum intensum,dextra uerò,ut uisus est,
librũ tenẽs. Etenim adhuc plus quàm dimidio corpore cõspicitur,& arcus to-
tus unà cum codice: reliquas uerò partes statuæ unà cum fronte temporis lon-
ginquitas iam deuastauit. Est autẽ non procul ab ædibus Dipyli,à læua in Aca- H
demiam ingredientibus tumulus non magnus, & statua humi sita, uerùm sub-
inde recentibus sertis redimita. Aiuntq; nonnullos febre laborantes iam ab illo
subleuatos esse: & per Iouem à uero nõ abhorret,quippe qui totam ciuitatem
quõdã peste grauatã liberauerit. Sed regrediamur ad id cuius gratia illius men-
tionem fecimus. Adhuc quidẽ in uiuis erat Toxaris, Anacharsis autẽ cũ nuper
soluisset è patria,ex Pyræo in urbẽ uenit,ueluti hospes & barbarus,nõ media-
criter animo perturbato,omnia ignorãs,ad multa meticulosus & trepidus, pẽ-
dens animi quid ageret. Siquidẽ nõ obscurè intelligebat à uidentibus se habe-
ri ludibrio propter habitus peregrini insolentiã, & eandẽ linguam sonare cal- I
lentẽ inueniebat neminẽ. In summa,iam illũ susceptæ profectionis pœnitebat,
constitutũ habens in animo,uisis tantũ Athenis actutũ retro abire in patriam,
conscensoq; nauigio iterum soluere in Bosporum, unde non multum itineris
illi conficiendum restabat in Scythiam. Ad hunc modum hæc secum reputan-
ti Anacharsidi dæmon quispiam bonus illi fit obuiam, ut reuera credendũ est,
nempe Toxaris in Ceramico. Ad quod primùm illum pertraxit habitus,quem
uidebat sibi esse patriũ. Deinde haud difficulter cogniturus erat & ipsum Ana-
charsis,nempe ex illustri ortum genere,quique inter Scytharum primates non
infimum locum obtineret. Porrò autem Anacharsis unde cognoscere potuis- K
set popularem sibi esse Toxarim, more Græcorum exornatum, mentum ha-
bentem detonsum, incinctum, nullo ferro munitum,iam multa facundia face-
tum & lepidum, atque ex ipsis Atticis unum indigenam? Adeò iam transfor-
matus erat longinquitate temporis. Verùm Toxaris Scythica lingua affatus
illum, Nonne tu,inquit,Anacharsis ille es Dauceto patre prognatus? Lachry-
matus est præ gaudio Anacharsis, propterea quòd eiusdem linguæ hominem
inuenisset,planéque callentem quis esset,aut quem apud Scythas dignitatis lo-
cum obtineret: & interrogauit: Tu uerò unde me nosti, ô hospes? Cui ille,
Inde ego sum, inquit, è uobis oriundus ex Scythia: nomen mihi est Toxari,

non

A non ex claris illis ducenti generis originem, ut per hoc tibi notus esse queam. Num, inquit ille, tu es Toxaris, de quo ego inaudiui, Toxarim quendam amore uisendæ Græciæ, relictis domi uxore & infantibus filiis, Athenas esse profectum, & nunc ibi uersari, inq; magno esse precio apud optimates? Ego, inquit, ille ipse sum, si qua etiam nunc apud uos de me fama superstes est. Proinde, inquit Anacharsis, scias me tuum factum esse discipulum, ac amoris tui æmulum, quò huc perductus es, scilicet ut uiderem Græciam. Itaque huius negociationis gratia peregre profectus, uenio infinitis malis perfunctus apud gẽtes in medio sitas. Et nisi tu mihi factus fuisses obuiam, iam decretum erat, priusquã sol oc-
B cidisset, me retro ad nauem uoluisse referre gressum. usqueadeo consternatus eram animo, peregrina & incognita omnia conspiciens. Sed age per Acinacem & Zamolxim deos nobis penates, tu me assumptum ô Toxari, ut hospitem circunducito, ac mihi pulcherrima quæque quæ Athenis sunt, commonstrato: deinde, si qua etiam passim in reliqua sunt Græcia admiranda & uisenda, cum leges optimè constitutas, tum uiros quosque integerrimos, ad hæc mores & ludos publicos, & uitam illorum, & Rempub. quorum indagandorum gratia prior tu, exin ego post te tantum itineris exhausimus. Et ne permittas ut his omnibus nondum uisis mihi retro pes mouendus sit. Hoc equidem, inquit To-
C xaris, minimè amanter dixisti, uix tactis pede liminibus, mox te rediturũ postliminio. Atqui bonum habe animum. neq; enim, ut tu tecum cogitas, abibis, neque te facilè dimissura est ciuitas. Neq; uerò adeò modica habet erga retinendos hospites demulcimenta aut illectamẽta, uerùm multo magis te susceptum ita tractabit, ut neque uxoris amplius, neq; liberorum, si quos interea nobis absente susceperis, admodũ memor futurus sis. Cæterùm ut quamcelerrimè uniuersam Atheniẽsium urbem uisam cognoscas, aut potius omnem Græciam, & ea quæ apud Græcos maximè uisenda sunt, ego tibi effectum reddam. Agit hîc uir multæ & admirandæ sapientiæ, & quidem indigena, sed qui diu multumq;
D susceptis peregrinationibus & in Asiam & in Aegyptum profectus sit, ac cum optimis quibusque mortalibus uitæ consuetudinem habuit: cætera homo non admodum diues, uerùm infimæ penè fortunæ mendicus. Videbis senem adeò populariter exornatum: ueruntamen cum propter sapientiæ excellentiã, tum aliarum uirtutũ quibus præditus est, præstãtiam, ab omnibus certatim colitur, adeò ut etiam pro legum auctore eo utantur in constituẽda Repub. neq; iuxta eius præcepta uiuere dedignantur. Hunc si amicitia tibi iunctum possederis, ac planè cuiusmodi uir sit, perdidiceris, uniuersam Græciam in te habiturum haud dubitãter existima. Et quod caput est nosse, sic habe, ex omnibus bonis hîc re-
E positis, non maiori me tibi gratificari posse aut officio aut obsequio, q̃ si huic te quamcommendatissimũ reddidero. Ne igitur cunctemur, ô Toxari, inquit Anacharsis, sed me assumẽs quantocyus ad illum ducito. Sed enim illud uereor, ne difficilis accessu sit, tuumq; erga me studium tanquam superuacaneum respuat. Bona uerba, inquit ille. uideor enim illi rem omnium gratissimam facturus, beneuolentiæ erga hospitem ostentandæ occasionem illi offerens. Tantùm uerò me sequere, statimq; qua sit erga hospites reuerentia, tum quàm à comitate non auersus, tum quæ alia eius bonitas, & ingenii amœnissimi suauitas, cognosces. Quin potius bona fortuna duce ille ipse nos accedit: nẽpe ille, qui cogitabũdus secum loquitur. Et cum dicto Solonem allocutus, Venio, inquit,

maximum tibi munus adducens,uirum peregrinum egentem amicitiæ. Eſt au- F
tẽ genere & natione Scytha, unus apud noſtrates ex nobilibus & ſummo lo-
co natis. Omnibus uerò in patria relictis, huc uenit nobiſcum conuerſaturus,
eaq; quæ per Græciam ſunt præſtãtiſſima,uiſurus. Porrò ego eius rei compen-
dium illi inuentum curaui,quo pacto facillimè ſimul & expeditiſſimè uniuer-
ſa perdiſceret,& optimis quibuſq; innoteſceret. Aliam uerò ad hæc cõſequen-
da uiam compendioſiorem non tenebam,quàm ſi hunc tibi adductum familia-
rem feciſſem. Itaq; ſi Solonem ego planè pernoui, ſic facies,ac illum in bono-
rum notitiam & ſtudium perduces, & germanum ciuem Græciæ eſſe oſtẽdes.
Et quod tibi paulò antè dixi, Anacharſi, omnia iam uiſo Solone conſpexiſti. G
Hoc ſunt Athenæ,hoc eſt ipſa Græcia. Neque amplius hoſpitem te eſſe puta.
Omnes te nouerunt,omnes certatim amore te proſequũtur. Tantũ tibi in hoc
ſene bonorum repoſitum eſſe ne dubites. Omnium in Scythia relictorũ te ca-
piet obliuio, iuncta cum illo cõuerſatione. Habes peregrinationis tuæ præmia,
ac amoris finẽ tantopere deſideratum. Hic tibi græca eſt regula, neq; non At-
ticæ philoſophiæ index certiſſimus. Quare hoc tibi perſuade, eum eſſe multo
feliciſſimum, quicunq; cũ Solone uerſatus fuerit,eoq; amico utitur. Perlon-
gum eſſet referre,quantum cum Solon ſit delectatus munere,tum quibus uer-
bis reſponderit,ita ut in reliquũ tempus dulciſſimè ſimul & cõiunctiſſimè cõ- H
uixerint, alter quidẽ illorũ, nempe Solon,docens & inſtituens rebus pulcher-
rimis,& amicum Anacharſin in omniũ familiaritatem aggregãs, Græcorumq;
optimatibus adducens, tum per omnia diligentiſſimè curam agens quo pacto
quamiucundiſſimè in Græcia in precio habitus præcelleret. Alter autem ad-
mirandam illius ſapientiam attonito animo admiratus,ne altero quidem pede
uolens à ſenis latere diſcedebat. Itaque quẽadmodum illi pollicitus fuerat To-
xaris,ex unico Solone in puncto temporis uniuerſa cognouit,ac omnibus in-
notuit,& illius gratia à cunctis familiariter colebatur. Neq; enim mediocri lau-
de Anacharſis uirtutes ſolebat extollere Solon: uerùm hominibus & hoc mo- I
ris erat, ut quemadmodum Soloni legislatori libenter dicto audientes erant,
amore quoque & beneuolentia proſequebantur quoſcunque ille aliquo pre-
cio dignos eſſe exiſtimabat,ac prorſus eoſdem in reliquum uiros optimos eſſe
credebant. Solus uerò ex Barbaris Anacharſis initiatus eſt,ac ciuitate donatus,
ſi Theoxeno fides habẽda eſt,qui præter cætera & hoc de illo literis ac memo-
riæ prodidit. Sed neque,ut opinor,retro ad Scythas Anacharſis abiit, niſi So-
lone mortuo. Vultis igitur fabulæ finem iam imponam, ne ſine capite obam-
bulet? proinde iam tẽpus eſt cognoſcendi, ciues,cuius rei gratia mihi Anachar-
ſis ex Scythia, & Toxaris in præſentia uenerunt in Macedoniam,ad quos So- K
lonem quoque adultæ ætatis hominẽ ab Athenis adduxi. Siquidem aio & me
non diſſimile quiddam cum Anacharſide paſſum eſſe. Ac per Gratias uos ob-
ſecro, ne indignabundo animo mihi uitio uertatis ſimilitudinem, ſi uiro regio
memet ipſe cõparauero. Barbarus enim ille fuit: cæterùm nos Syros ulla in re
Scythis deteriores non facilè dixeris. Atqui neque res meas cum regia magni-
ficentia componere annitor ſimilitudine,niſi quantũ ad ea quæ diximus. Nam
cum primùm in ueſtram urbem hoſpes immigraſſem,ſtatim animo obſtupefa-
ctus ſum uiſa eius & amplitudine & pulchritudine, ac incolarum multitudine,
aliaq; potentia & ſplendore omni cognito. Itaque multo tempore animo hæ-

rebam

A rebam attonitus ad hæc, nec poteram cuncta abunde satis admiratione prose-
qui: cuiusmodi quiddam & insularis ille iuuenis conspectis Menelai ædibus
passus est. Neque uerò alium ego obtinebam animum intuitus urbem tanto
uigore uigentem, ac iuxta poëtam illum omnibus bonis florentem, quibus ci-
uitas felix & beata solet affluere. Hoc iam affectus animo, deinceps de iis quæ
agenda forent, mecum deliberabam. Iam enim olim cõstitutum habebam, ora-
tione uos & laudibus illustrare. Quibus enim aliis ostendi, silentio tam præ-
claram ciuitatem præteriens? Quippe quærebam (neque enim ueritatem pru-
dens celabo) si qui essent qui reliquos dignitate anteirét, & quos aggressus ali-
B quis, ac historia de illis memoriæ prodita, adiutoribus uteretur ad omnia. Ibi
uerò mihi non unus, quemadmodum Anacharsidi, & ille quidé barbarus To-
xaris, sed plures, aut potius omnes eadem tantùm non iisdem syllabis respon-
debant. Multi quidem & alii præclari & industrii uiri, ô hospes, in hac urbe ha-
bitant, nec temere alibi eiusmodi uiros inuenies perinde bonos. Duo tamen
cum primis sunt longè optimi & præstãtissimi, generis splendore & dignitate
omnibus longè superiores: cæterùm disciplinarum cognitione ac dicendi fa-
cultate Atticæ Musæ eos non absurdè comparaueris. Populi mirus erga illos
fauor, & studium singulare existit. Et hoc quoque quod in ciuitate optimum
C & præstantissimum esse constat, illorum bonitaté & obuiam erga hospites hu-
manitatem, nullámque in tanta magnitudine inuidentiam, ac reuerentiã con-
iunctam cum beneuolentia, tum animi mansuetudinem & morum facilitatem
quibusuis accedẽtibus expositam, ipse haud dubiè aliis uerbis celebrabis, pau-
lò pòst harum rerum facto periculo. Atq; ut mireris impẽsius, ex una eademq;
familia sunt pater & filius. Alter quidé non alius, quàm si Solonẽ, aut Periclẽ,
aut Aristidé animo conceperis. Alter uerò filius, te saltem conspectũ actutum
domum abducturus est. Adeò præstanti corpore uisendus est, & mascula qua-
dam forma decorus & amabilis. Quòd si modò ore in uocem soluto loqui in-
D ceperit, ducet te reuinctum ab auribus. tantam dicendi uenerem, & uerborum
suauitatem iuuenis in lingua sitam possidet. Quinetiam uniuersa ciuitas ad au-
diendum inhiat, quoties ad populum uerba facturus progreditur: cuiusmodi
aiunt Athenienſibus quõdam accidisse in Cliniæ filio adamando, præterquàm
quòd non multò pòst eos amoris summè pœnituerit, quo Alcibiadem com-
plexi fuerant. Porrò hunc non ciuitas solùm arctissimè diligit, uerumetiam re-
uerenter habere non dedignatur. In summa, unicum hoc nobis populare bo-
num est hic uir, & ingens commoditas omnibus. Hic si te & eius pater susce-
perint, & tecum amicitiam & societatem fecerint, totam ciuitatem deuinctam
E habebis. Tantùm autem ad illum manus extendenda est, nec amplius res tuæ
erunt in ambiguo. Hæc per Iouem ab omnibus dicebãtur, etsi iureiurãdo ora-
tio mea mihi confirmanda sit. Ac mihi iam earum rerum facienti periculum, ne
minimam quidem partem dicẽdo assecutus esse uideor. Itaque neque desidiæ,
neque moræ indulgendæ locus est, ut ait Poëta Ceius, uerùm omnes rudentes
pariter mouendi sunt, præterea nihil non dicendum & faciendum quo in ami-
citiam illorum insinuemur. Quod quidem si ex sententia consecuti fuerimus,
tranquilla sunt omnia, & nauigatio non improspera, ac mare placidum, & por-
tus in propinquo constitutus.

# LVCIANI
# QVOMODO HISTORIA SCRIBENDA SIT,
## Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

*Didaſcalicus liber eſt, continens præcepta ac regulas de hiſtoria ſcribenda. Diuiditur autem in duas partes. In priore expoſito fine ſeu officio Hiſtorici, & confutatis ijs qui duplicem Hiſtoriæ finem faciunt, utile uidelicet & delectabile, mox uitia recenſet, quæ tum in uerbis & compoſitione, tum in ipſis rebus uitanda ſit, & hoc ſub exemplis aliorum, quo quique modo aut genere peccarint, oſtendendo. In poſteriore autẽ parte primùm quæ afferre ad hanc rem, quæque antea quaſi domi ſuæ comparata habere debeat is qui ad ſcribendam hiſtoriam accedit, exponit. Deinde regulas primùm de rebus, deinde de expoſitione & phraſi uerborum, poſtremò & de partibus operis tradit, etiam hic exemplis aliorũ præcepta ſua confirmando. Orditur autem ab occaſione, quam collatione Abderitici morbi amplificat.*

ABderitis aiunt Lyſimacho iam regnante morbum incidiſſe, optime Philo, huiuſcemodi quendam: Febricitari principiò quidem cœpiſſe per urbem uniuerſos, primo ſtatim die febri cõtinua ac ualida grauiter correptos. Circa ſeptimum autem diem aliis quidẽ multus è naribus profluens ſanguis, aliis uerò exortus ſudor, etiam ipſe immodicus, febrim diſſoluit ac finiit. Cæterùm ridicula quadã perturbatione mẽtes illorum idem hic morbus inuoluit. Omnes enim quaſi ad Tragœdias agendas impellebãtur, & Iambica perſonabant, multúmque uociferabantur. Maximè autem Euripidis Andromedam canticis referebant, & Perſei ſermonẽ per uices recitabant. Plenaq; adeò ciuitas erat pallidis & macilentis illis ſeptimanis Tragœdis, notum illud,

At ô tyranne hominúmque diuorúmque, Amor,

& cætera quæ ſequuntur, magna uoce exclamãtibus, & hoc in longum uſque, donec ſuperueniente iam hyeme, frigus nimium obortum ab inſania ac nugis iſtis cohiberet ipſos. Cauſſam uerò eius rei uidetur mihi præbuiſſe Archelaus Tragicus poeta, qui illis temporibus celebris erat, qui media æſtate, multóque æſtu, Andromedæ fabulam ipſis egerat, ita ut multi ex theatro redirent febricitantes, & mentibus euerſi poſtea in eandem Tragœdiam delaberentur, obuerſante illorum memoriæ Andromeda, ac Perſeo unà cum Meduſa ſingulorum animis & cogitationibus obuolante. Vt igitur alterum cum altero comparetur, quemadmodum uulgo dicunt, Abderiticum illud malum etiam hoc tempore pleroſque doctorum inuaſit: non ut ipſi quoque Tragœdias agant, nam in hoc minus delirarent, alienis Iambicis, iiſque haud malis occupati: ſed ex quo obuia illa, & uelut ante pedes expoſita, ſemel moueri cœpere, puta bellũ iſtud aduerſus Barbaros, & uulnus in Armenia acceptum, continuæque uictoriæ illæ, nemo unus iam eſt qui non hiſtoriam ſcribere uelit: imò uero Thucydides, & Herodoti, & Xenophontes, cuncti nobis facti ſunt: &, ut apparet, uerum illud tandem fuit, quod dicit: Bellum, omnium pater eſt: quandoquidem & hiſtoriarum ſcriptores tam multos procreauit, ídque una hac plaga. Hæc igitur, ô amice, poſteaquam uiderem atque audirem, Sinopenſis illius in mentem uenit. Quando enim Philippus rex ferebatur cum exercitu iam aduentare, Corinthii omnes trepidi turbari cœperũt, & pro ſe quiſque ſedulò facere, alius quidem arma apparando, alius autem ſaxa comportando, alius muros ciuitatis reficiendo, alius propugnacula & turres ſuffulciẽdo, denique alius aliud aliquid quod ad rem pertineret, ſubminiſtrando. Diogenes autem cum hæc aſpiceret, quoniam ipſe nihil haberet quod ageret: (nemo enim ipſum ad ullum aliquod miniſterium adhibebat) cincto circum ſe pallio, ſeriò

admo-

admodū & ipſe dolium ſuum, in quo tum fortè habitabat, ſurſum ac deorſum per Cranium uolutare cœpit: ac rogante quopiā ex familiaribus, et, quid hoc, inquiente, Diogenes agis? Voluto, reſpondit ille, etiam ego dolium meum, ut ne ſolus ocioſe feriari uidear inter tot laborantes. Et ego igitur, ô Philo, ut ne ſolus mutus forem in hoc loquaci ac ſtrepero ſeculo, neque perinde ac comicum aliquod ſatellitium cum ſilentio hians præterueherer, nō abs re facturum me eſſe arbitratus ſum, ſi, quoad poſſibile mihi eſſet, etiam ipſe dolium uolutarē: non hiſtoriam ſcribendo, neque etiam ipſas res geſtas cōmemorando, non ita temerarius equidem ſum, neque etiam hoc de me timeas licet. Noui enim quantū periculū hoc ſit, ſi quis per ſaxa ac rupes uolutet, & maximè tale, quale meum eſt doliolum, ne ualidè quidem ſatis etiam fictum ac coctum, adeò ut ſi quis exiguum aliquem lapillum ipſi illidat, ſtatim admodum teſtæ colligendæ illi ſint. Quid igitur decretum mihi eſt? & quo pacto bellum tutò capeſſam, ipſe extra teli iactum conſtitutus? Dicam equidem tibi. A fumo quidem, & fluctibus, & curis, quæcunque hiſtoriam ſcribentem circunſtant, abſtinebo meipſum: admonitionem autem quandam paruam, & præceptiones haſce modicas ſcribentibus ſubminiſtrabo, ut exædificationi ſaltem unà cum illis adſim, etiamſi ab inſcriptione abfuero, ſummo tantùm digito uidelicet lutū attingendo. Quanquam neq; admonitione plerique opus eſſe ſibi ad hanc rem putant, non magis quàm arte aliqua ad uadendum, aut uidendum, aut edendū, ſed planè facillimum ac promptum, & cuiuſuis hominis eſſe exiſtimant hiſtoriā ſcribere, ſi quis modò exponere uerbis poſſit quod utcunq; in mentem uenit. Cæterùm noſti & ipſe, ô amice, quòd hoc neq; facillimorum quippiam ſit, neque eorum quæ negligēter ac temere componi poſſunt, ſed ſi quid aliud uſquam inter ea quæ oratione tradūtur, multa cura opus habet, hoc certè habet, ſi quis, ut Thucydides ait, hiſtoriam quaſi perpetuam poſſeſſionem adornet. Scio igitur paucos fore, quos mea hæc oratio conuertet, imò quibuſdam etiam moleſtus uidebor, illis maximè, quibus iam opus ſuum abſolutum eſt, & hiſtoria in publicum emiſſa. Quòd ſi uerò etiam laudata eſt ab iis qui tum audierunt eam, inſania profectò fuerit ſperare illos immutaturos aliquid aut tranſcripturos eſſe eorum quæ iam ſemel edita atque auctorata, & quaſi in regiam aulam relata ſunt. Sed tamen non abs re fuerit etiam eos ipſos admonere hic, ut ſiquando bellum aliud exortum fuerit, uel Galatarum contra Getas, uel Indorū contra Bactrianos (neq; enim aduerſum nos puto quiſquam aliquid mouere ſuſtinebit, cūctis iam perdomitis & ſub iugum miſſis) melius ac rectius componere tamen poſſint adhibita hac quaſi quadam regula, ſi modò recta eadem ipſis uidebitur: ſin minus, ipſi quidem tamen eodem cubito, quemadmodum & nunc, metiantur negocium: medicus autem non admodum ægrè feret, ſi omnes Abderitæ iſti uolentes ac ultro Andromedæ fabulā agant. Porrò quandò duplex huius conſilii opus eſt, (alia enim eligere ac ſequi docet, alia uerò uitare) principiò age dicamus quænam fugiēda ſint ei qui hiſtoriam ſcribet, & à quibus integrum ac purum maximè præbere ſe debeat. Deinde quibus rebus utēdo non aberrauerit à recta uia, & eò quò tendit, ducēte: nempe quo exordio incipiendum ſit, quo ordine res quæque iungendæ inter ſe & componendæ ſint, quis modus ſingulis adhibendus, quæ ſilentio prætereunda, quibus immorandū, & quæ curſu præteruehi ſatius ſit, quomodo exponenda eadem & coaptāda ſint,

Atque hæc quidem & his ſimilia poſteriore loco tractabimus, nunc autẽ uitia F
*Vitia hiſtoricо fugienda.* ea commemorabimus, quæ malè ſcribentes aut componẽtes ſequi ſolent. Quæ igitur communia ſcriptorum uitia ſunt, in uerbis, in ſonoritate, in ſententia, & cæteris malè & inſcitè cõpoſitis, longum fuerit perſequi, & à præſenti inſtituto etiam alienum. Nam communia, ut dixi, omnium ſermonum uitia ſunt, quæ in uerbis & cõcinnitate uocum peccantur. Quæ uerò in hiſtoria peculiariter quidam peccant, ea facilè deprehendas obſeruando, id quod & mihi ſæpenumero uſu uenit, inter auſcultãdũ, & maximè ſi omnibus illis aures apertas præbueris. Sed nõ intempeſtiuum fuerit interea etiam exempli cauſſa quædam eiuſmodi repetere & commemorare, quæ iam ita cõpoſita atque edita habentur. Ac pri- G
mũ quidem illud, quantum peccent, conſideremus. Nam plerique ipſorum ne-
*Hiſtoriæ proprium.* glecto eo ut rem ipſam perinde ut geſta eſt exponant, in laudibus Imperatorum & ducum immorantur, ſuos quidem in cœlum extollentes, contrà autem hoſtes ultra modum deprimentes, ignari uidelicet quòd non anguſto aliquo Iſthmo diuiſa & interſepta ſint hiſtoria & encomiũ, ſed magno quodam muro per medium eunte diſtincta, & muſicorum illud, δι' ὀξειῶν πασῶν, hoc eſt bis per omnes chordas, quod dici ſolet, inter ſe diſtant. Siquidem ille qui encomium ſcribit, hoc unum ſpectat, ut quibuſcunq; modis poſſit, eum quem laudandum ſuſcepit, extollat atque oblectet: etiam ſi per mendacium fortè id conſequatur H
quò tendit, parũ id curat. At contrà hiſtoria nihil falſum inſeri ſibi, ne pauxillum quidem permittit, non magis quàm arteriam dicunt medicorũ pueri, eam quæ trachéa ſiue aſpera uocatur, quicquam potus aut cibi in ſe recipere. Rurſum neſcire iidem uidentur quòd & poëtice quidem & poëmata aliud promittunt, aliud hiſtoriæ, regulaſque diuerſas habẽt. Nã illic quidem libertas nullius alterius arbitrio ſubiecta eſt, unáque hæc lex eſt, quicquid poëtæ ipſi uiſum fuerit. Diuino enim ſpiritu agitur, & à Muſis dependet, illarum numine afflatus: & ſiue equos alatos currui iungere uoluerit, ſiue alios ſuper aquam, aut in ſummas ariſtas curſuros per illas attollet, nemo uetat: neque etiam quando Iu- I
piter ipſorum ex una catena alligata in ſublime attraxerit pariter terrã & mare, quicquã ex eo ſibi metuunt, ne uidelicet dirupta illa conterantur ac pereãt omnia illa deorſum præcipitata. Sed & ſi Agamemnonem laudare uolunt, nemo prohibet quo minus illum Ioui ſimilem faciant, & quod ad caput, & quod ad oculos pertinet: quod autẽ ad pectus attinet, fratri ipſius Neptuno: & quod ad balteum, Marti: & omnino compoſitum quẽdam ex omnibus diis oportet eſſe filium illum Atrei & Aëropes. Neque enim ſufficit Iupiter, neq; Neptunus, neq; Mars, ut ſinguli illius pulchritudinem ac formam compleant. At uerò hiſtoria ſi quam huiuſcemodi adulationem recipiat, quid aliud quàm pedeſtris K
quædam poëtice redditur, grandiloquentia iſta uerborum carens, cæterùm reliquas illas præſtigias ac uanitates nudas abſque uerſibus, & ob hoc etiã magis conſpicuas oſtentãs? Magnum igitur hoc, imò magis plus quàm magnum uitiũ fuerit, ſi quis neſciat ea quæ hiſtoriæ propria ſunt, ab iis quæ ſunt poëtices, ſeparare, ſed introducit in hiſtoriam alterius ornamenta & fucum, fabulas uidelicet & laudes, & eos qui in his rebus ueritatis exceſſus fiunt: nõ ſecus ac ſi quis athletæ alicui iſtorum ualidorũ & uehemẽter robuſtorũ purpurã induat, ac cæteris ornamentis meretriciis eum exornet, præterea & fuco & ceruſſa faciem eius oblinat. Vt enim, Dii boni, omnino ridiculum redderet, deformando

ipſum

A ipſum ornatu illo? Atqui non hoc dico, quaſi non & laudandum in hiſtoria interdum ſit, ſed ſuo loco & tempore laudandum, modumq; rebus adhibendum eſſe cenſeo, nequa moleſtia afficiantur ii qui in poſterum hæc eadem aliquando legent. Et in ſumma, ita hæc omnia moderanda ſunt, quaſi poſteris, nõ præſentibus ſcribantur, ut & paulò pòſt oſtendemus. Porrò qui putant rectè diuidi in duo hiſtoriam, puta in iucundum, & utile: & ob hoc & encomium in eam introducunt, tanquam quod & iucundum ſit, & delectet legentes: uides nimirum quantum à uero aberrent, Primùm quidem diuiſione mala atque adulterina utentes. Vnum enim opus eſt hiſtoriæ, & unus finis, utilitas, quæ ex ſo-
B la ueritate conciliatur. Iucundum uerò ſi & ipſum ſequatur, melius quidẽ hoc, perinde ut ſi forma ſeu pulchritudo athletã: ſin minus, nihil uetat ab Hercule prognatum eſſe Nicoſtratum illum Iſidoti filium, generoſus cum ſit, & utroq; colluctatore ſuo fortior, etiam ſi ipſe quidem quod ad faciem attinet, turpiſſimus uideatur, Alcæus autem formoſus ille Mileſius colluctetur cũ eo, amaſius quoq;, ut aiunt, ipſius Nicoſtrati exiſtens. Quare hiſtoria ſiquidẽ obiter, & uelut auctarii modo, iucunditatem additam habeat, complures amatores ad ſe alliciet: ſed quatenus perfectũ atque integrum, idq; ſolum habet, quod peculiare ac proprium ipſius eſt, ueritatis expoſitionem dico, non magnã pulchritudinis
C rationem aut curam habet. Præterea etiã illud dicere non indignũ fuerit, quòd neque iucũdum adeò in hiſtoria, quod ualde fabuloſum eſt, & ad laudem maximè inclinat, utrobique auditoribus eſſe ſolet, dum non de fece hominum, ac multa promiſcuaq; plebe hoc intelligamus, ſed de iis qui iudicantium more, atque adeò, per Iouem, ſycophantarum modo auſcultant, quos nihil ſubterfugere facilè poteſt, utpote ipſo etiã Argo acutius, ac toto corpore undiq; omnia intuentes, menſariorum autem more, ſingula eorum quæ dicuntur, accuratè ac diligenter explorantes, ita ut alia quidẽ uelut adulterina reiiciant, ea uerò quæ proba ſunt & legitima, & quæ typum ſeu formã accuratè & expreſſe referũt,
D recipiant atq; approbent. Ad quæ etiam reſpicere decet eos qui hiſtoriã componũt, alioru autem nullam aut paruã habere rationẽ, etiam ſi rumpantur laudatores. Si uerò neglectis hiſce ſtudebis hiſtoriã ſupra modũ delectabilẽ facere, admixtis fabulis, laudibus, & cæteris huiuſcemodi adulationibus, celerrimè ſimilem illam reddes Herculi in Lydia. Vidiſſe enim alicubi te cõſentaneum eſt pictum illum Omphalæ ſeruientem, atque admodum alieno ornatu ac habitu indutum, illa uidelicet pelle ipſius Leonina ueſtita, & clauam manu tenẽte, eõque Herculem ſcilicet præ ſe ferente, ipſo autem in crocoto & purpura lanam trahente, & uapulante ab Omphale ſandalio, &, quod turpiſſimũ ſpectaculum
E eſt, ueſtitu cum corpore non conueniente, neque ad proportionem illius quadrante, atque ipſo deo uirilem illum corporis habitum turpiter adeò effœminante. Ac multi quidẽ fortaſſis etiam hæc tua laudabunt, pauci uerò illi quos tu contemnis, ſuauiter admodum & ad ſatietatem uſque ridebunt, aſpicien-
» tes indoctam ac diſſonam maléque cohærentẽ rei compoſitionem. Nam quod
» uniuſcuiuſque rei proprium eſt, id pulchrum eſt. Hoc ſi mutaueris, deforme id
» ipſum uſu reddetur. Omitto hic dicere quòd ipſæ quoque laudes uni fortaſſis alicui iucundæ ac delectabiles ſunt, ei puta qui laudatur: cæteris uerò moleſtæ, & maximè ſi immodicos ueri exceſſus ſiue hyperbolas habuerint, quales ipſas pleriq; faciunt, dum beneuolentiam eorum quos laudant, uenantur, & eo

uſque immorantur illis,donec omnibus adulationē hanc manifeſtam reddant. F
Neq; enim ſecundum artem hoc facere norūt, neque adulationem tegunt,ſed
irruentes,conferta omnia & incredibilia & nuda expuūt : quare neq; illud cō-
ſequuntur,quod maximè intendunt. Nā qui laudantur ab ipſis,oderunt mul-
to magis ipſos & auerſantur,ut adulatores: rectè ſanè faciētes,& maximè ſi ui-
rili ac generoſo animo prædíti ſunt : quemadmodum Ariſtobulo accidit, qui
ſingulare certamen Alexandri & Pori conſcripſit. Eo enim ipſo legente hunc
potiſſimum locum quo pugnā hanc deſcripſerat, (putabat enim ſe maximam
apud regem gratiam hoc pacto initurum eſſe,aſſignatis illi falſò rebus quibuſ-
dam præclariſſimè geſtis,& effictis operibus ueritatem excedentibus) Alexan- G
der accepto libro(nam tum fortè in flumine Hydaſpe nauigabāt) proiecit præ-
cipitem in aquam,& te,inquiēs, eodem modo decebat Ariſtobule præcipitari,
qui talia pro me ſingulari certamine pugnaueris,& elephātos ſagitta interfece-
ris. Et certè indignaturus ita fuerat Alexander,ut qui nec architecti illius auda-
ciam ferre potuerit, pollicētis ſe montem Atho ad illius imaginem effecturum
eſſe,montemq; ipſum illius ſimilitudine exornaturum: ſed ſtatim pro adulato-
re homine illo agnito, non amplius neq; ad cæteras res eodē ut antea uſus eſt.
Vbi igitur delectabile illud in hiſce manet?niſi ſi quis uehementer amens adeò
foret,ut oblectaretur huiuſcemodi laudibus,quarum uanitas & cōfutatio ante H
pedes & in promptu eſſet, perinde ut homines deformes interdum ſolent, &
præcipuè mulierculæ, quæ pictoribus mandant ut ſe quampulcherrimas pin-
gant. Arbitrantur enim melius habituram ſibi eſſe faciem,ſi pictor ipſis & plu-
rimum ruborem illinat, & multum candoris intermiſceat pigmēto. Tales ple-
rique ſcriptorum hodie ſunt,qui & proprium & utile quod ex hiſtoria ſperā-
dum fuerat,palpando tractant, quos odio habere conueniebat, ut qui in præ-
ſenti adulatores manifeſti & inertes ſint,& in poſterum ſuſpectum reddant to-
tum negocium propter nimios ueritatis exceſſus,& incredibilitatem. Quòd ſi
uerò quiſpiam exiſtimat omnino iucunditatem per totā hiſtoriam admixtam I
eſſe debere,præſtet cætera illa quæ re uera delectabilia ſunt,inter reliqua orna-
menta orationis,quibus pleriq; neglectis,ea quæ nihil ad rem pertinent, inge-
runt atq; inuoluunt : ego uerò etiam narrabo quæ non ita multò antè memini
me audire, cum in Ionia hiſtoriarū ſcriptores, atque adeò per Iouem in Achaia
quoq; nuper quoſdam auſcultarē idem hoc bellum exponentes. Ac per Gra-
tias,ne quis pro dubiis aut incertis ea habeat quæ dicentur. Nam uel iureiuran-
do affirmare auſim,ſi modò urbanum foret iuſiurandum inſerere commenta-
rio,uera illa eſſe. Ac unus quidem ipſorum ſtatim à Muſis exordiebatur,inuo-
cando deas,ut ipſæ ad opus hoc deſcribendū adeſſe uellent. Vidēs ne quàm ſci- K
tum principium, & in promptu hiſtoria,& tali orationis figuræ conueniens?
Deinde paulum progreſſus, Achilli quidem noſtrum Imperatorem compara-
bat, Therſitæ autem regem Perſarum : ignorans uidelicet quòd Achilles mul-
to melior futurus ipſi fuerat, ſi Hectorē potius quàm Therſitem interfeciſſet,
& ſi prior quidem bonus quiſpiam fugeret,perſequeretur autem ipſum multo
clarior alter. Poſt hæc adducebat & pro ſe ipſo encomium quoddam, quo di-
gnus eſſe qui conſcriberet res geſtas adeò præclaras ac ſplendidas, uideri uo-
lebat. Hinc autem deſcendens, etiam patriam ſuam Miletū laudabat, illud ad-
dens,quòd rectius faceret ipſe quàm Homerus, quoniam ille nuſquam patriæ

ſuæ

A ſuæ mentionem feciſſet. Poſtremò ad finem prooemii pollicebatur nominatim ac planis uerbis, ſeſe noſtras res in maius ſublaturum, Barbaros autem contrà etiam ipſum per ſe debellaturum atque oppreſſurum eſſe. Ac hiſtoriam quidem in hunc modum incipiebat, ſimul & cauſſas unde id bellū cœpiſſet, commemorando: Nam ſceleſtiſſimus ac peſſimè perditus iſte Vologeſus bellū mouere cœpit ob talem cauſſam. Atque hic quidem in hunc modum. Alter uerò quidam Thucydidis imitator ſummus quiſpiam, & ad archetypum ſeu primum exemplar admodum bene comparatus, etiam principium perinde ut ille, ſuo proprio nomine appoſito fecit, feſtiuiſſimum illud quidem omniū principio-
B rum, & atticum animum planè ſpirans. Vide enim: Creperius, inquit, Calpurnianus Pompeiopolita conſcripſit bellum Parthorum ac Romanorum, quo pacto illud inter ſe geſſerunt, ſtatim ab eo exorſus, quando illud primùm moueri cœptum eſt. Quare poſt tale utiq; principium, quid tibi cætera amplius dicam? quomodo uidelicet in Armenia perorauerit, Corcyrenſem illū oratorem ſe ipſum exhibendo, aut qualem Niſibenis peſtē immiſerit, quia partes Romanorū ſequi noluerant: à Thucydide mutuatus omnia prorſus, excepto ſolo Pelaſgico, & longis muris, in quibus tum habitarūt illi qui temporibus illis peſte laborabant. Cætera uerò etiam ab Aethiopibus exorſus eſt: quare & in Aegy-
C ptum deſcendit, & in terram regis multam, in illaq; ibi manſit. rectè ſanè faciēs. Ego itaque relicto illo ſepeliente adhuc miſeros Athenienſes Niſibe, abii, ſatis ſciens etiam ea quæ me digreſſo dicturus poſtea eſſet. Nam rurſus etiam illud abunde multū nunc eſt, putare hoc eſſe Thucydidi conſentanea atque ſimilia dicere, ſi parū reueritus, ea quæ ſunt ipſius illius, dixerit quiſpiā, ut μικρὰ κἀκεῖνα, hoc eſt, parua & illa. &, ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, id eſt, ut etiā ipſe dixeris. &, ὑ δι' αὐτὸν γε οὐ δι' ἐκεῖνο, id eſt, non ob eam cauſſam, per Iouem. &, κἀκεῖνα ὀλίγα δεῖν παρέλιπον. hoc eſt, etiam illa parum abfuit quin præterirem. Nam idem hic ſcriptor multa quo-
D que armorum & tormentorum genera iiſdem nominibus quibus ea Romani uocant, perſcripſit, & foſſam itidem ut illi, & pontem, & ſimilia dixit. Ac mihi cogita, quanta hæc hiſtoriæ dignitas, & quàm Thucydidi hoc conueniens ſit, inter Attica nomina, Italica iſta perinde ut purpuram interponi, exornantia, & decentia, & omnino conſonantia. Alius uerò quiſpiam ipſorum, quaſi quoddam commentarium actorum nudum in ſcripta relatum, ualde pedeſtre ac humi ſerpens, perinde ac ſi miles aliquis, aut faber, aut caupo, qui unà cum exercitu circūuagaretur, ea quæ in ſingulos dies acta fuiſſent, annotaſſet, cōpoſuit: niſi quòd priuatus hic modeſtior certè fuit, quippe qui ipſe quidē ſtatim qualis eſſet, manifeſtè apparuerit: alteri autem alicui, maiori gratia prædito, quiq; hi-
E ſtoriam aliquādo aggredi poſſet, materiam ſubminiſtrarit. Hoc unum in eo reprehendere ſoleo, quòd ita tragice inſcripſit libros ſuos, magis quàm pro ipſorum ſcriptorum fortuna, in hunc uidelicet modum: Callimorphi, medici haſtatorum legionis ſextæ, hiſtoriarum Parthicarum &c. & ſubſcriptus infrà erat unicuique libro numerus. Ac per Iouem etiam prooemiū plus quàm frigidum fecerat, ita colligens, familiare ac proprium Medici eſſe, hiſtoriā ſcribere: ſiquidem Aeſculapius Apollinis filius foret, Apollo autem Muſarum dux, & omnis eruditionis princeps. Deinde quòd & Ionica lingua exorſus ſcribere, mox neſcio qua ſententia, quóue animo ſtatim admodum ad communem tranſiit, ἰατρικὴν, hoc eſt, medicam artem, & experientiam, & quæcunque, & morbum, pro

ἱκετικὴν, & πᾶρεγν, & ὀπάζε, & νόσον, ἰκρέμην & πείρω, & ὀχόζε, & νῆσον dicens, cætera autẽ F
cum multitudine cõsueta atq; eadem, ac plurima etiam uelut ex triuio desumpta. Si ucrò & sapientis uiri meminisse me decet, ipsum quidem nomen in obscuro positum sit, sentẽtiam autem dicã, & scripta paulò antè Corinthi edita, omni spe potiora. A principio enim statim, in prima exordii periodo, disputabat cum lectoribus, sermonẽ omnino eruditum ac sapientem exhibere studens, quòd soli uidelicet sapiẽti conueniret historiam scribere. Deinde post paulum sequebatur alius syllogismus, deinde itẽ alius: & prorsus per omnes figuras disputãdo ratiocinabatur illi exordiũ istud adulatorium, uidelicet usque ad satietatem, & encomia ista molesta ac ualde scurrilia, syllogistica tamẽ & disputato- G
ria, & contracta seu condensata etiã illa. Et sanè etiam illud perquam ineptum uidebatur mihi, & uiro philosopho, & barba cana promissaq; minimè dignum, quod in proœmio dicebat, principem nostrũ hoc præter cæteros præcipuũ & quasi seorsim habiturum esse, quòd eius res gestas etiã philosophi iam memoriæ prodere dignarentur. Nam tale, si modò fieret, conueniebat cogitandũ nobis relinqui potius, quàm ipsum dicere. At uerò neq; illius fas est obliuisci, qui tali principio exorsus est: Venio dicturus de Romanis ac Persis. & paulò pòst: Necesse enim erat Persis malè euenire. Et rursum: Fuit Osroes, quem Græci Oxyroën nominãt. & alia id genus multa. Vides igitur ut similis hic illi fuerit H
in eo, quòd ille Thucydidẽ, hic autem Hesiodũ bene admodũ assimulabat. Iam alius quidam celebris & decantatus ob dicendi uirtutem, Thucydidi & ipse similis, aut etiã melior paulo illo, omnes ciuitates, & omnes montes, cãpos præterea & fluuios interpretatus est q̃planissimè ac ualidissimè, ut ipsi uidebatur. Illud autẽ in inimicorũ capita uertat malorũ auerruncator Hercules. Tanta enim frigiditas inerat, quæ & Caspias niues, & glaciem Galliçã superaret. Clypeus igitur Imperatoris uix toto libro ab illo describebatur, & Gorgon in umbone, & oculi eius ex nigro & albo & cæruleo cõpositi: præterea & balteus arcum cœlestẽ imitans, & dracones inter se implicati, & capillorũ more depen- I
dentes. Nam Vologesi bracca, aut frenũ equi, ô Hercules, quot millia uersuum unumquodq; horum absoluebat! deinde qualis fuerit coma Osroæ natantis per Tigrim, & in quale antrum effugerit, tectum uidelicet ex hedera & myrto & lauro, quæ eodem loco creuerant, & quasi in unum coaluerant, atque idem illud opacum & umbrosum fecerant. Considera igitur quàm hæc ad historiam necessaria sint, & quàm non absq; his, ea quæ illic gesta sunt, scire potueramus. Nam præ imbecillitate (qua inter ea quæ utilia sunt cognitu, discernenda laborant) aut præ ignorantia (dum quid potissimum dicendum sit, nesciunt) ad huiusce modi locorum & antrorum descriptiones diuertuntur. Ac quoties in K
multas ac præclarè gestas res incidunt, similes esse uidentur seruo recèns locupleti facto, qui domino suo nuper in bonis successit, qui neq; uestẽ nouit quo pacto induere debeat, neq; cœnã ex more ac legitimè capere nouit, sed sæpenumero irruẽs gallinis & suillis & leporinis appositis, pro iis pulmẽto aliquo aut salsamento oppletur adeò, dum ingurgitando rumpatur. Hic igitur, de quo antea dixi, etiam uulnera descripsit admodũ incredibilia, & mortis genera aliena, puta quo pacto in digitũ pedis maiorem uulneratus quidã, cõfestim decesserit: & quòd inclamante solũ duce exercitus Prisco, septem & octo hostium mortui fuerint. Præterea & in numero occisorũ ab hac parte etiã contrà quàm

in

A in Imperatorum epistolis scriptum continetur, mentitus est. Nam circa Europum hostium quidem cecidisse millia trecenta septuaginta, & sex supra ducẽtos ait, Romanorum autem non amplius duobus, saucios autẽ factos fuisse nouem: quæ haud scio an ullus sanæ mentis ferre queat. Iam & illud dicendum, quod neq; ipsum paruum est. Nam præ nimio studio Atticæ elegãtiæ, & quòd uideri cupiebat uocem omnino ad eius linguæ proprietatem quamaccuratissimè emundasse, uolebat eodẽ pacto & Romanorum nomina efferre, eademq; inter Græca transcribere: ut Cronon quidem Saturninum uocabat, Phrontin autem Frõtonem: Titanium, Titianum, & id genus alia multo magis ridicu-
B la. Præterea idem hic de morte Seueriani scripsit, quòd cæteri quidem omnes decepti ac falsi sint, qui putarunt ipsum gladio interfectum esse, quandò inedia & cibi abstinentia perierit: nam hanc mortem illi facillimam, & minimè grauem uisam fuisse: nescius uidelicet quòd totum illud quod ille passus est, triũ opinor dierum fuit: qui autem inedia moriũtur, etiam in septimum usq; diem plerique sufficiunt. Nisi si quis hoc credere uolet, quòd Osroës adstiterit expectans donec Seuerianus fame interiret, & ob hoc ante septimum diẽ in aciem non eduxerit. Porrò eos qui & poëticis nominibus, optime Philo, in historia utuntur, quónam loco ponamus? eos puta, qui dicunt, ἐλέλιξε, hoc est, stridorem
C dedit machina impulsa, & murus cadens uehementer ἐδούπησε, id est fragorẽ dedit. Et in altera parte præclaræ huius historiæ, Edessa igitur ita armis θόρυβος ἐσχάτου, hoc est, circumcirca personabat, & ὄτοβος erat, hoc est fremitus, qualis maris tempestuosi esse solet. Et, omnia illa κόναβος, id est, tumultus ac strepitus erant. Et, ipse dux ἐμφρίζων, hoc est, animo huc atque illuc uersabat, quo pacto potissimùm muros inuaderet. Deinde autem inter hæc, adeò humilia & abiecta nomina, adeò plebeia & mendicis conuenientia multa infarta erant, in quibus uelut rimæ aut lacunæ cæteræ obturarẽtur, quale est illud: ἐπέστειλεν ὁ γραμματοφύλαξ τῷ κυρίῳ, hoc est, scripsit castrorum præfectus domino. Et, οἱ στρατιῶται ἠγόρα-
D ζον τὰ ἐγχώριοντα, id est, milites emebãt necessaria. Et, ἤδη λελύμενοι πρὸς αὐτὸς ἐγίγνοντο. hoc est, iam loti ad ipsos uenerunt. & id genus alia. Vt mihi hæc res persimilis uideatur esse Tragœdo, qui altero quidem pede calciamento alto & grãdi incedat, alterum autem sandalio subligatum habet. At uerò & alios quosdam reperias, qui procœmia splendida ac tragica, & excellenter longa composita habent, ut speres ex eo, quæ sequentur, omnino mirabilia quædam auditurum te esse: at mox corpus ipsum historiæ exiguum quoddam & ingenerosum subtexunt: ut & hoc non dissimile uideatur puero aut infanti alicui, sicubi fortè uidisti Cupidinem ludẽtem, personam Herculis amplam & magnã, aut etiam
E Titani alicuius induentem. Statim igitur, qui auscultant, acclamare ipsis solent notum illud, Parturiunt mõtes &c. Decet autem non ita, sed similia inter se omnia, & eiusdem coloris esse, & capiti reliquum corpus respõdere, ut non aurea quidem sit galea, thorax autem omnino ridiculus, ex pannis alicunde uetustis aut pellibus putribus consutus: deinde & clypeus salignus, & tibialia cõchis incrustata, aut ex corio porcino facta. Videas enim perquã multos huiusmodi historiarum scriptores, qui Rhodii illius Colossi caput, nani alicuius seu pumilionis corpori imponant. Vt rursum alios, qui corpora sine capitibus introducunt, absque procœmiis, & statim ab ipsis rebus incipientes, qui & Xenophontis sectatores in hoc uideri uolunt, quoniam & ipse sic exorsus est, Darii

*In Anabaſi Xenophontis*

& Paryſatidis filii naſcũtur duo,&c. & aliorum ueterũ, ignorãtes quòd quæ- F
dam procœmia ui ſeu poteſtate ſunt,quæ pleroſque latent,ut alibi oſtendemus.
Quanquam hæc omnia adhuc tolerabilia ſunt,quæcunq; uel circa compoſitio-
*Vitia rerum.* nem uerborũ,uel reliquam diſpoſitionem peccãtur: at uerò circa ipſorũ quo-
*Mendacium.* que locorũ deſcriptiones mentiri,idq; nõ ſolùm paraſangas aliquot,ſed & to-
tas manſiones,quantũ unius diei itinere caſtra promoueri ſolẽt,illud quæſo cui
honeſto aut pulchro comparabimus? Vnus igitur quidam adeò oſcitanter ac
deſidioſe res ipſas collegit, utpote neq; Syro aliquo cõſulto, neq; notum illud
quod uulgo dici ſolet,Epicureorum fabulis de his ipſis rebus auditis,ut cum de
Europo mẽtionem faceret,in hunc modũ dixerit: Europus, inquiens,ſita qui- G
*Id eſt, duorum dierũ itinere.* dem eſt in Meſopotamia, manſionibus duabus ab Euphrate diſtans. deduxe-
rũt autem eam coloniã Edeſſæi. Neq; hoc illi ſatis fuit, ſed & patriam meã Sa-
moſata, idem generoſus ille in eodem libro ſublatam unà cũ ipſa arce & mu-
ris in Meſopotamiam tranſtulit,ita ut tota ambiretur ac terminaretur utroque
flumine,utrinq; altero quaſi cutem illius præterlabendo radente, & tantũ non
ipſos muros alluente. Ridiculum autẽ etiam foret,ſi tibi nũc Philo apologiam
aliquã contexam,quòd neq; Parthus neq; Meſopotamita ſim: inter quos rela-
tum me egregius iſte ſcriptor collocauit. Quin & illud ualde ſcilicet credibile
idem hic de Seueriano dixit, appoſito etiam iureiurando, quòd quæ dicat,ex H
quodã audierit eorum qui ex ipſo eo opere effugerunt. Neque enim gladio il-
lum mori uoluiſſe,neq; uenenũ bibere, neq; laqueo collũ innectere, ſed mor-
tem quandã excogitaſſe tragicã, &,quod ad audaciam attineret, omnino ex-
ternam ac peregrinã. Fortè enim habuiſſe ipſum admodũ magna uitrea pocu-
la,ex uitro pulcherrimo facta. Poſtquam igitur omnino decretũ illi fuiſſet mo-
ri,fracto ex ſcyphis maximo,uno quodam cruſtorum uſum eſſe ad cædem, in-
ciſo uidelicet gutture,uitro. Atq; ita neque gladium,neq; lanceam reperit,quo
moreretur, dũmodo uirilis ipſi & heroica mors obtingeret. Poſtea autẽ, quo-
niam Thucydides funebrem orationẽ quãdam habuit pro iis qui primi tum eo I
bello occubuerũt,ipſe quoq; Seueriano talem habendam eſſe cẽſuit. Omnibus
enim ipſis cum Thucydide,eo qui nihil in culpa fuit eorũ malorum quæ in Ar-
menia acciderãt,æmulatio atq; contentio eſt. Sepulto igitur Seueriano magni-
ficè, adducit ad tumulũ Afranium quendam Centurionem, æmulum Periclis,
qui talia ac tãta rhetorico more de illo perorauit,ut ego,per Charites,multum
admodum lachrymarum præ riſu effunderem, & maximè quando rhetor iſte
Afranius ad finẽ orationis lachrymans pariter cũ miſerabili ploratu,ſumptuo-
ſarum cœnarũ & propinationũ illarum mentionem faciebat,deinde & Aiacis
quẽdam colophonẽ imponebat. Nam gladio euaginato, generoſe admodum, K
& ut Afranium decebat,aſpicientibus omnibus ſeipſum ad tumulũ iugulauit,
non indignus per Bellonam,qui multò antè mortuus fuiſſet,ſi talia rhetoricatus
eſſet. Atque hoc dixit idem aſpicientes omnes tum qui aderant, admiratos
fuiſſe, laudaſſeq; Afranium ſupra modũ. Ego uerò etiam cætera illius damna-
bam, ut qui tantùm non offarum & ollarum meminiſſet, & placentarum me-
moria illachrymaretur. Hoc tamẽ præter cætera reprehẽdi,quòd non ſcripto-
re ipſo & actore fabulæ huius ante ſe iugulato mortuus fuerat. Multos autem
& alios conſimiles his cõmemorare tibi amice Philo poſſem: uerũtamen pau-
cis quibuſdam adhuc additis,ad alteram promiſſionis partẽ tranſibo,puta ad id
conſilium,

A consilium,quo pacto rectius ac melius hiſtoriam ſcribere quiſpiam debeat. Sũt enim quidam,qui, quæ rerum geſtarũ maximæ, & memoria digniſſimæ ſunt, prætermittant,aut quaſi in tranſcurſu tantùm attingant: præ imperitia autẽ & ineptitudine,& ignorantia eorum quæ dicenda uel tacenda ſint,ea quæ minima ſunt,admodum prolixè & laborioſe immorando uerbis exponunt,nõ aliter ac ſiquis Iouis Olympici uniuerſam pulchritudinem ac formam, quæ tanta ac talis eſt,non uideat,nec laudet,neque etiam iis qui de ea neſciũt, quicquam narret,ſed ſubſellii rectitudinem & expolitionem, & crepidinis cõcinnitatem admiretur,& hæc admodum cum multa diligentia & cura exponat. Equidem
B audiui quendam,qui pugnam eam quæ ad Europum cõmiſſa fuit,ne totis quidem ſeptẽ uerſibus prætercurrebat: uiginti autem menſuras aut etiam amplius aquæ conſumpſerat in frigidam & nihil ad nos pertinẽtem narrationem, quo uidelicet pacto Mauritanus quidam eques,Mauſacas nomine,præ ſiti errãs per montes,deprehenderit Syros quoſdam agreſtes prandium apponẽtes,& quòd principiò illi metuerint ipſum:deinde uerò intellecto quòd ex amicis unus eſſet,receperint ad ſe hominem,& cibum præbuerint. Nã & illorum fortè quendam aliquando in Mauritaniam profectum fuiſſe, cum ipſius frater in ea terra militaret. Poſt hæc fabulæ longæ & narrationes quo pacto ipſe in Mauruſia
C uenatus eſſet,& ut uidiſſet elephantos multos in eodẽ loco paſcentes,& quòd parum abfuerit quin à leone deuoratus fuiſſet: deinde & quantos piſces emerit Cæſareæ. Atque ita egregius iſte hiſtoricus relictis tot cædibus circa Europum factis, tot præliorum motibus, & fœderibus neceſſariis, & cuſtodiis aliis aliis oppoſitis, uſque in profundam ueſperam ſubſtitit aſpiciens Malchionem Syrum iſtum Cæſareæ Scaros ingentes uidelicet emẽtem. Et niſi nox occupaſſet ipſum,fortaſſis & ad cœnam cum illo ueniſſet, ſcaris iſtis iã apparatis. Quæ niſi ille tam diligenter hiſtoriæ tradidiſſet,magnas nimirum res ignoraturi nos fuiſſemus: & damnum hoc Romanis intolerabile fuiſſet,ſi Mauſacas iſte ſitiẽs
D potum nõ inueniſſet,ſed incœnatus ad caſtra reuerſus eſſet. Atqui quàm multa alia longè magis neceſſaria uolens ego nunc prætereo! quemadmodũ & tibicina quædam uenit ex propinquo uico ad eos,& ut dona mutuò inter ſe dederunt, Mauritanus uidelicet ille Malchioni lanceam, hic autem contrà Mauſacæ fibulàm: atque alia multa talia, quæ pugnæ illius ad Europum ipſa adeò capita & ſummaria ſunt. Proinde meritò dixerit quiſpiam tales ſcriptores roſam quidem ipſam non uidere,ſpinas autem quæ iuxta radicem enaſcuntur,diligenter contemplari. Iam alius quidam,ô Philo, admodum & hic ridiculus, qui alterum pedem ne extra Corinthum quidem unquam protulerat, neq; ad
E Cenchreas uſque peregre profectus fuerat, nedum Syriam aut Armeniã conſpicatus,in hunc modum exorſus eſt: memini enim: Aures quàm oculi minus fide digni ſunt. Proinde ſcribo quæ uidi,non quæ audiui. atque ita diligẽter omnia uiderat,ut diceret dracones Parthorum(ſignum autem hoc multitudinis ipſorum eſt,mille enim dracones uiuos draco producit)ingentes eſſe, generariq; in Perſidẽ paulò ſupra Iberiam. Hos autẽ antea quidem ex haſtis ſiue longuriis ſuſpenſos,illos in altum attollere,eoq; terrorem iis qui à longe aduentarent,facere ſolere: in ipſo uerò prælio,quãdo iam congreſſi ſunt,ſolutos illos in medios hoſtes immittere: nimirum multos noſtrorum hoc pacto deuoratos eſſe,alios autem,implicantibus & compungentibus ipſos illis, ſtrangulatos &

*Præteritio neceſſariorum, & tractatio nõ neceſſariorum.*

cõfractos: adſtitiſſe autem ipſum, atque hæc uidiſſe, in tuto tamen, nẽpe ab ar- F
bore quadam excelſa ſpectando. Et rectè ſanè fecit, quòd propius ad feras iſtas
non acceſſit. neque enim nos tam egregiũ ſcriptorem, & qui eminus ipſe præ-
clara ac magna adeò in hoc bello effecerit, nunc haberemus: nam & pericula
multa ſubiit, & uulneratus eſt circa ſurã, à Cranio uidelicet iter faciens ad Ler-
nam. Atque hæc Corinthiis audientibus recitabat, ſatis ſcientibus illis quidem
quòd ne in pariete pictum quidem bellum unquam uidiſſet. Sed nec arma ille
quidem norat, neq; machinas quales eſſent, neq; ordinum aut acierum nomi-
na. prorſus enim ſtudio habuit φαλαγίαν, hoc eſt obliquam uocare phalangem,
ὑπὸ κέρως autem, hoc eſt protentis cornibus, id quod exporrecta fronte educere G
dicitur. Alius autem ſuauiſſimus quidam cuncta à principio ad finem uſque
geſta, quæcunque in Armenia, quæcunque in Syria, quæcunque in Meſopota-
mia, præterea quæ ad Tigrim, quæq; in Medis acciderant, ne totis quidẽ quin-
gentis uerſibus complexus ſcripto edidit, eoq; facto hiſtoriam compoſuiſſe ui-
deri uolebat: inſcriptionem uerò parum abfuit quin longioré ipſo libro inſcri-
pſerit, uidelicet hoc modo: Antiochiani certaminis Apollinis ſacri uictor (nam
curſus certamine, quod Dolichum uocant, puer olim uicerat) eorũ quæ in Ar-
menia, in Meſopotamia, & in Medis à Romanis nunc geſta ſunt, hiſtorica nar-
ratio. Iam & quendam ego audiui, qui quæ futura eſſent, hiſtoriæ cõmenda- H
rat, & Vologeſi captiuitatem uidelicet, & Oſroæ cædem, quemadmodum leo-
ni obiiciendus eſſet, & poſtremò omnium etiam multoties illum deſideratum
â nobis triumphũ. Adeò omnino uatis in modũ ſeſe gerẽs, properabat iam tum
ad finem ſcribẽdi. Quin & ciuitatẽ idem iam in Meſopotamia cõdidit, magni-
tudine maximã, & pulchritudine pulcherrimam: adhuc tamẽ ſpeculatur & de-
liberat an eam Nicæã à uictoria conueniat nominari, an uerò Homonœam, an
etiam Ireniam. Et ob hoc quidem adhuc in dubio pendet, & ſine nomine præ-
clara illa ciuitas nobis eſt, nugis multis & faſtu hiſtorico referta. Quæ uerò in
India poſthac agentur, etiam ea promiſit ſe iam nunc ſcripturum eſſe: præterea I
& deſcriptionem maris exterioris nauigãtibus traditam. Neque promiſſiones
modò hæ ſunt, ſed & procœmium Indicæ hiſtoriæ iam compoſitum eſt, & ter-
tium tagma, ſeu tertius liber. Ac Galli quidem, & Maurorum pars quædã mo-
dica cum Caſſio, omnes iſti iam Indum fluuiũ traiecerunt. Cæterũ quid facturi
ſint, aut quomodo excipient elephãtorum incurſus, non multò pòſt egregius
iſte ſcriptor à Muſuride aut ex Oxydracis ad nos ſcribet. Huiuſcemodi mul-
ta, præ inſcitia & imperitia nugantur, ea quæ uiſu digniſſima ſunt, neq; uiden-
tes, neque etiam ſi uideant, pro dignitate exponere ſcientes, excogitantes au-
tem & effingentes quicquid temere in linguam, ut aiũt, uenerit. Etiam nume- K
ro librorũ præterea ſuperbientes, & maximè inſcriptionibus. Nã rurſum & hæ
omnino ridiculæ ſunt, ut iſtius neſcio cuius Parthicarũ uictoriarũ libri tot, uel
tot: & rurſum Parthidos primus, ſecũdus, &c. ut Atthidos ſcilicet. Alius etiam
urbanius paulò. Nã legi Demetrii cuiuſdã Sagalaſenſis Parthonicica. Nõ quòd
pro riſu habeam, & illudam hiſtoriis adeò præclaris, ſed utilitatis cauſa hæc cõ-
memoro, quòd quiſquis hæc atque huiuſmodi alia euitarit, is bonam partẽ hi-
ſtoriæ rectè ſcribendæ conſecutus iam ſit, imò pauca adeò illi etiam deſunt, ſi
modò uerum illud eſt quod Dialectica tradit, quòd eorum inter quæ medium
nullum eſt, altero eleuato, alterum contrà deprimitur. At uerò area ipſa, dixerit
quiſpiam,

A quiſpiam,purgata probè iam eſt,ac ſpinarum quicquid fuit,& rubi exciſi, reliquorum autē ruinæ ac rudera iam exportata ſunt: & ſi quid aſperū antea fuit, id totum ſublatum & complanatum eſt:quare tempus iam eſt ut ædificium aliquod ſuperſtruas etiam ipſe,quo oſtendas non modò aliorum euertēdis generoſum eſſe te,uerùm etiam per te ipſum excogitando atque inueniēdo tale aliquid præſtare poſſe, quod & dexteritatem quandam præ ſe ferat, & à nemine ne Momo quidem reprehendi ac carpi queat. Aio igitur eum qui optimē conſcribere hiſtoriam uolet, duo hæc præcipua domo ſecum & de ſuo afferre debere: Prudentiam quandam ſiue intellectum ciuilem, & poteſtatem dicendi. *Hiſtorico potiſſimùm ſpectanda.*

B Quorum alterum quidem nulla doctrina traditum,naturæ donum quoddam eſt:dicendi autem poteſtas,multa exercitatione,aſſiduoq; labore,& imitatione ueterum comparanda erit. Atque hæc quidem extra artem ſunt, neq; me conſultore opus habent. Neque enim prudentem ſiue intelligentem & acutum reddere eum qui non natura talis fuerit, libellus hic meus promittit: quoniam magni ſanè æſtimandus, imō omnibus anteferendus foret, ſi transformare, & quaſi nouo quodam ornatu induere huiuſmodi ille poſſet,puta uel ex plumbo aurum reddere, uel ex ſtanno argentum, uel ex Conone Titormum, uel ex Leotrophide Milonem efficere. Verùm artis & conſilii utilitas ea eſt,nō ut C ea ſuppeditent quæ antē adſunt, ſed ut illis rectè ac conuenienter uti doceant. Quo pacto nimirum & Iccus,& Herodizes, & Theon,& ſiquis alius artis palæſtricæ magiſter atque exercitor fuerit,pollicerentur tibi Perdiccam hunc acceptum (ſi modò hic eſt ille qui nouercam amauit, & ex eo contabuit, & non potius Antiochus Seleuci filius,Stratonices illius amore captus) Olympionicē reddere,qui cum Theagene Thaſio illo,aut Polydamāte Scotuſſæo, certamine congrederetur,nō ut naturam & ingenium ad eam rem ſuppeditarent, ſed ut materiam iam antè à natura datam,& ad hanc paleſtræ exercitationem ſuſcipiendam idoneam atque habilē,per artem multo meliorem redderent. Quam- D obrem abſit & nobis hæc inuidia promiſſionis,ut artem aliquam rei adeò magnæ ac difficili nos inueniſſe dicamus. Neque enim quemuis acceptum reddere hiſtoricum nos uelle dicimus,ſed ei qui natura intellectu bono præditus, & ad dicendum quamoptimè exercitatus fuerit,uiam quandam oſtendere rectam (ſi modò talis ulla apparet)qua utendo,citius atque aptius ad finem & ſcopum uſque quò tendit,peruenire poſſit. Non enim neque illud dixeris, eum qui intelligentia præditus fuerit,arte ac doctrina earum rerū quas ignorat, opus non habere. Nam ſi abſque doctrina & inſtitutione cithara ludere poſſet, etiam tibia canere,ac cætera omnia ſciret. Nūc autem,niſi doctus ab aliquo,nihil quic- E quam eorum manu facilè attingit: at demōſtrante aliquo uiam ac rationem,& diſcit facillimè,& rectè idē adminiſtrat per ſe ipſum. Proinde nobis quoq; nunc talis diſcipulus tradatur,qui & ad intelligendas res,& ad dicendum non ſit degener,ſed acutum tueatur,poſſitq; rebus uti,ſi committantur illi:ac animū habeat militarem, ſed tamen cum ciuilitate coniunctum: & experientiam, quam ducis militaris eſſe conuenit. Denique,per Iouem,& in caſtris aliquādo uerſatus ſit,& milites ipſos, ſeu cum ad prælia exercentur, ſeu cum re ipſa in aciem educuntur, conſpicatus ſit: præterea & arma norit, & machinas quaſdam, & quid ſit diductis cornibus,& quid exporrecta frōte inſtruere aciem:quomodo cohortes,& quomodo turmæ conſtituantur:unde, & quid erumpere, & quid

*Titormus Atolus quidam fuit corpore procero, & robore incredibili, qui & Milonē uiribus ſuperauit. uide Cæliū libr. 23. ca. 36. Leotrophides ucrò corpore tenui ac macilēto fuit, unde & prouerbiū Macilentior Leotrophide. huius & Suidas meminit.*

item circunducere equitem ſit,ſciat. Et in ſumma,neque eorũ quiſpiam ſit,qui F
domi deſidentes nuſquam foras ipſi progrediũtur: neque facilè credat iis quæ
*Libertas hiſtorici.* ſolùm ab aliis narrari audiet. Maximè autem & ante omnia libero animo ſit,
ut neque metuat quenquam, neque ab ullo ſperet quicquam: quoniam ſimi-
lis hoc pacto foret malis iudicibus, qui uel ad gratiam, uel ad odium accepta
mercede ſententiam ferunt. Quin neque curet magnopere neque Philippum
oculo ab Aſtere Amphipolitano iſto ſagittario priuatum circa Olynthum, ſed
talem qualis re ipſa eſt ſpectandum proponat: neque illi Alexander grauiter ſe
excruciet ob Cliti cædem crudeliter in ipſo conuiuio perpetratam, ſi planè ac
manifeſtè coloribus ſuis depingendus ſit: neque item Cleon illum perterrefa- G
ciat, eò quòd multum in concione potens ſit, & ſuggeſtum ſiue tribunal qua-
ſi poſſeſſionem ſuam detineat, quò minus hominem exitioſum & inſanũ hunc
eſſe dicat: denique neque tota Athenienſium ciuitas abſterreat illum, ne non
ubi de cladibus in Sicilia acceptis hiſtoriam compoſuerit, omnia iſta cõmemo-
ret, quo pacto & Demoſthenes captus fuerit, & Nicias mortem obierit, quo-
modo exercitus ſiti laborarit, & qualem aquam biberint, & ut inter bibẽdum
plerique trucidati fuerint. Exiſtimabitur enim (id quod iuſtiſſimum eſt) ab iis
qui ſana mente præditi ſunt, non ipſe in culpa eſſe, ſi ea quæ infeliciter aut ſtul-
tè geſta ſunt, ita ut geſta ſunt, narrabit. Non enim ipſe talia fingit, ſed uerbis tã- H
tùm indicat atque exponit. Quare etiam ſiue prælio nauali ſuperati fuerint, nõ
ille tamen is eſt qui eos ſubmergit: ſiue in fugam conuerſi fuerint, neque idem
ille eſt qui eos perſequitur: niſi ſi cum optandum fuerat ne quid tale eueniret,
ille hoc intermiſit: quandoquidem ſi tacendo hæc, aut in diuerſum narrando,
corrigi aut emendari poſſent, facillimum fuerat Thucydidi, uno ac tenui cala-
*De Epipolis, Hermocrate, & cæteris, Thucydides lib. 6. & 7.* mo inuertere quidem Epipolarum munitiones, ſubmergere autem Hermocra-
tis triremem, & execrabilem iſtum Gylipum confodere interea dum uias ob-
ſtruit, & foſſis intercludit. Denique & Syracuſanos in lapicidinas coniicere, A-
thenienſibus uerò copiam facere tum Siciliam tum Italiam cum prima illa Al- I
cibiadis ſpe circumnauigãdi. Verùm enim, opinor, ea quæ ſemel facta ſunt, ne-
que Clotho reuoluet denuo, neq; Atropos in diuerſum mutabit. Proinde hi-
ſtorici opus unum eſt, ut quæq; perinde ac facta ſunt, exponat. Hoc autem face-
re non poterit, donec uel Artaxerxẽ metuerit, medicus ipſius exiſtens, uel ſpe-
*Niſæi equi ue locitate cõmendantur, à loco Perſidis Niſæo uocati. Suidas.* rat Candyn purpureum, & torquem aureum, & equũ ex Niſæis illis aliquem
ſe accepturũ eſſe, mercedem uidelicet laudum earum quas ſcriptis inſeruiſſet.
At neque Xenophon illud faciet, iuſtus ſcriptor, neque Thucydides, ſed ſiue
priuatim oderit quoſdam, multo magis neceſſariũ putabit eſſe id quod publi-
cum eſt: ueritatemq; pluris faciet, quàm inimicitiam: ſiue etiam amauerit, tamen K
non parcet illi, quiſquis peccauerit. Vnum enim hoc, ut dixi, proprium hiſto-
riæ eſt, ac ſoli immolãdum ueritati, ei qui ad hiſtoriam ſcribendam accedet, cæ-
tera uerò omnia poſtponẽda. Et in ſumma, ulna una & menſura certa eſt, aſpi-
cere non ad præſentes auditores, ſed ad eos qui in poſterum in his ſcriptis le-
gendis uerſabuntur. At ſiquis continuò beneuolentiam & fauorẽ captat, meri-
tò in parte adulatorum recẽſebitur, quos olim hiſtoria ſtatim ab initio auerſata
*Alludit ad locum Platonis in Gorgia, qui comẽdi artem* eſt, non minus quàm comendi artem Gymnaſtice. Alexandri igitur hoc quo-
que dictum refertur: Libenter, inquit, in uitam pauliſper rediré ô Thneſicrates
poſt mortem, ut cognoſcerẽ quo pacto hæc legerent homines, qui tum erunt.

Nam

A Nam ſi nũc ea laudant & amplectuntur, mirum non eſt. putãt enim non paruo illectamento uidelicet iſto quiſque ſibi beneuolentiam apud me conciliaturos eſſe. Homero itaque, quãquam fabuloſa plurima de Achille ſcripſerit, nonnulli tamen eò adducuntur ut illi iam & fidem adhibeant, unum hoc argumẽtum ad demonſtrationẽ ueritatis magnum exiſtimantes, quòd nõ de uiuo illo ſcripſit. Non enim cauſam aliquam uident cuius gratia mẽtiretur. Talis igitur mihi ſit hiſtoricus ille, ut & metu careat, & nullis muneribus corrumpatur, & liber ſit, & dicendi libertatem, ac ueritatem amet, & quemadmodum Comicus ille ait, ficus ficus, ligonem ligonem nominet: non odio neque amicitiæ quic-
B quam tribuens, non parcens aut miſereſcens, aut erubeſcens, aut exorari ſe facilè patiens: æqualis iudex, ac beneuolus omnibus, eò tamen uſque, dum ne alteri plus æquo aliquid tribuat: hoſpes in libris ac peregrinus: ſuis legibus uiũs: nullius imperio ſubiectus: nõ quid huic aut illi placiturũ ſit, ſecum cogitãs, ſed id quod actũ eſt, exponens. Thucydides igitur bene admodum lege hoc conſtituit, & uirtutes ac uitia hiſtoricorum inter ſe diſcreuit, qui cum uideret Herodotum in ſumma admiratione eſſe, adeò ut & Muſæ uocarentur ipſius libri,
C poſſeſſionem tamen ait ſe ſcribendo compoſiturum eſſe quæ in perpetuũ duret, potius quàm quæ ad præſens certamen comparetur: neque ſe id quod fabuloſum ſit, amplexurum, ſed ueritatem rerũ geſtarum relicturum poſteris eſſe: deinde & utilitatem addit, & quem finem is qui rectè ſapit, hiſtoriæ ſtatuere debeat, ut ſiquando etiam rurſus ſimilia quædam incidant, inquiẽs, ad hæc deſcripta reſpicientes, rebus ciuitatis rectè uti poſſint. Ac animo quidem & ſententia tali præditus hiſtoricus ille mihi accedat: uoce autem, & expoſitionis ui,
uehementi illa quidem & aſpera, & circuitionibus continua, deinde & aggreſſionibus flexa & rotunda. Præterea & reliqua oratoriæ facultatis grauitate nõ ita ualde inſtructus & acuminatus ſcripturã exordiatur, ſed ſedatior paulò & tranquillior ſit. Ac ſententiæ quidem inter ſe iunctæ ac ſociatæ & denſæ ſint:
D dictio autem plana & ciuilis, quamſignificãtiſſimè manifeſtãs id cui adhibetur. Nam ut mentis ſcriptoris ſcopum hunc proponimus, libertatem dicendi uidelicet, & ueritatem, ita & uoci eius unus hic ſcopus & primus propoſitus ſit, ut planè indicet, & quamlucidiſſimè rẽ ipſam declaret, uerbis neque obſcuris, & extra communem uitam poſitis, neq; etiam uulgaribus iſtis & tabernariis, ſed ita ut & à pleriſque intelligantur, & ab eruditis laudentur. Iam uerò & figuris & exornationibus utatur minimè moleſtis, minimeq; affectatis: quoniam perinde ut ius aliquod, orationem quoque rectè cõditam exhibere debet. Ac ſentẽtia quidem etiam cum poëtice cõmunicet, eiusq; partem aliquã contingat, in
E quantum grandiloqua & in ſublime elata etiã illa eſt, & maximè quoties aciebus & pugnis & naualibus præliis cõcurret. Opus enim tũc erit poëtico quopiam uento, qui ſecũdo flatu uela impleat, & ſublimem ac per ſummos fluctus nauem ſublatam prouehat. At dictio tamen humi incedat, cum pulchritudine quidem ac magnitudine eorum quæ dicuntur, ſimul elata, & iiſdem quammaximè licet, aſſimilata, cæterùm neque peregrinitatem præ ſe ferens, neque intẽpeſtiuè exultans quaſi quodam furore concitata. Periculum enim eſt ipſi, ne, quod uel maximum eſt, prorſus de ſtatu mentis emoueatur, & in Corybãtem iſtum poëtices impiñgat. Quare maximè tum fidendum freno eſt, & ratione utendum: illud ſcientes, quòd & in uerbis non mediocre malum hippotyphia

*gymnaſticæ opponit, inter adulatorias artes uidelicet*

*Hiſtoricũ quales eſſe debet.*

*Herodoti libri Muſæ inſcripti.*

*Quæ in uerbis & cõpoſitione ſpectari debent.*

*Hippotyphiã*

*Græci pro ingenti fastu & nimia gloriæ affectatione accipiũt. Nam ὄγκος in cõpositione auget, τύφος autem superbiã & fastum significat.*

est. Proinde satius fuerit, sententia tũc super equo incedente, expositionem seu dictionem humi iuxtà currere, ephippio adhærentem, ut ne à tergo relinquatur cursu præteruecta. At uerò & cõpositione uocũ temperata, ac media quadam utendum est, ita ut neque nimium distrahantur ac dissocientur (nam hoc asperum foret) neque rursum numerosè omnia, id quod plerique studét, continuentur. Alterum enim uitiosum, alterum autem auditoribus molestum est. Ipsæ uerò res non ut fortè sese offerunt, ita construendæ statim sunt, sed diligenter ac laborioſe de iisdem sæpius etiam interrogare decet, ac maximè præsentem, & corâm intuentem. Quòd si autem hoc fieri nequeat, tum iis aduertere animum, qui syncerè & incorruptè magis narrare uidebuntur, & quos putaueris minimum uel ad gratiam, uel odio detracturos aliquid, aut etiam addituros esse rebus gestis. Iamq; etiam hic quispiam sit, qui & coniecturis colligere facilè, & quod probabilius fuerit, constituere possit. Ac posteaquã iam omnia, aut etiam plurima collecta habuerit, principiò capita rerũ, & quasi summarium aliquod cõtexat, delineetq; corpus quoddam rude & informe, & nullis adhuc articulis expressum. Postea autem superaddito ordine, & formam inducat, & colorem dictione adhibeat, & singulis explicãdis immoretur, & eadem numerositate quadam concinnet: & in summa, similem se tum gerat Homerico Ioui illi, qui nunc quidem equestrium Thracum terram aspicit, nunc autem rursum ad Mysorum terram oculos deflectit. Eodem enim pacto & ipse nunc quidem ad res Romanorum seorsim aspiciat, indicetq; nobis quales eæ apparuerint ex alto intuenti sibi: nunc autem rursum ad res Persarum se conuertat: postea etiam utrosq; pariter contempletur, puta cum inter se pugna congressi fuerint. Etiam in ipsa acie non ad unam tantùm partem respiciat, neque ad unum aliquem equitem aut peditem, nisi Brasidas quispiam fuerit, qui de naui prosiliat, aut Demosthenes, qui scalas rescindat, & ascẽsum in terram prohibeat. Ac duces quidem primùm omnium intueatur, & siquid hortati fuerint, illud quoque audiat, & quomodo, & qua sententia atq; consilio aciem instruxerint, uideat. Postquam autem iam manus consertæ fuerint, communis utriusq; partis contemplatio sit, ac tum uelut in trutina appendat & examinet ea quæ geruntur, simulq; & persequatur fugientes, & fugiat cum cedentibus. At omnibus hisce modus quispiam adhibeatur, ne ad satietatem usque, néue ineptè, néue etiã iueniliter progrediatur, sed cum facilitate quadam absoluat sese. Atque his hic alicubi subsistere iussis, ad illa transgrediatur, si festinat. Deinde rursum huc redeat, absolutus atque paratus futurus quandocunque illa reuocauerint. Ac ad omnia festinet, & quatenus fieri potest, eadem tempora omnibus tribuat, trãsuoletq; ex Armenia quidem in Medos, hinc autem curriculo uno in Iberiam, inde in Italiam, ita ut nullam occasionem prætermittat. Præcipuè autem speculo similem animum gerat, liquido uidelicet ac splendido, & qui cẽtrum accuratè impressum habeat, & qualescunq; operũ formas receperit, tales easdem etiam spectandas exhibeat: peruersum autem & obtortũ, aut colore diuersum, aut specie mutatum nihil reddat. Non enim perinde ac oratoribus scribũt, sed ea quidem quæ dici debent, sunt, & mox dicentur: facta enim iam sunt: cæterùm ordinare oportet & exponere ipsa. Quare non quid dicant, quærendum ipsis est, sed quomodo dicant. Prorsus autem putandum est, eum qui historiam scribit, Phidiæ, aut Praxiteli, aut Alcameni, aut alteri cuipiam illorum similem

*Intelligit ea q̃ in oppugnatione Pyli acciderunt, de quibus Thucydides lib. 4.*

esse

A esse oportere. Non enim neque illi aurum, aut argentum, aut ebur, aut aliam materiam faciebant, sed illa antea præexistebat, & quasi ad eam rem præparata erat, suppeditantibus illam Eleis, aut Athenien sibus, aut Argiuis: illi uerò fingebant tantùm & secabant ebur, & poliebant, & conglutinabant, & concinnabant, atque auro incrustabant. Et hoc artis illorum erat, materiam uidelicet commodè exædificare. Idem ferme igitur & historici opus est, ut uidelicet ea quæ facta sunt, bene ac rectè componat, & quàm fieri potest clarissimè spectãda exhibeat. Ac quãdo is qui ea sic scripta recitari audiuit, putat se postea etiam uidere quæ dicta sunt, atque inde ea laudat: tum demum opus hoc exactum &
B absolutum erit, propriamq; ac ueram laudẽ historico illi Phidiæ siue artifici suo retulit. Porrò omnibus iam ita adornatis atque paratis, etiam absque proœmio interim exordiri licebit, quando uidelicet nõ admodum urget ac postulat ipsa res præoccupari quædam, & quasi ad futurum opus præfatione aliqua præparari. Potentia uerò seu tacitè etiam tunc proœmio utetur, indicãte uidelicet ac manifestum faciente de quibus rebus dicendum sit. Quando autem etiã apertè proœmio utetur, à duabus rebus tantùm exordium sumat, non ut Rhetores à tribus, sed beneuolẽtiæ loco prætermisso, attentionem & docilitatẽ pariat auditoribus. Aduertent enim ipsi animum, si ostenderit quàm de magnis, aut ne-
C cessariis, aut ad ipsos pertinentibus, aut utilibus denique rebus dicturus sit. Docilia autem & plana posteriora faciet, si causas præmittet, ac rerum quæ gestæ sunt, capita ac summas quasdam præscribet. Atq; huiusmodi proœmiis optimi historiarũ scriptores usi sunt: ut Herodotus quidem, ne res gestæ longinquitate temporis interirent, magnæ adeò, & admiratione dignæ, & præterea Græcorum uictorias & barbarorum clades declarantes &c. Thucydides autẽ, quòd magnum etiam ipse bellum illud futurũ existimaret, & memorabile maximè, & maius quàm omnia ea quæ antea gesta fuissent. Magnũ autẽ proœmiũ erit, quando rebus æquale & consonum erit, siue productum fuerit, siue abbreuia-
D tum. Transitio uerò ad narrationem mollis ac placida sit. Nam omnino omne reliquum corpus historiæ, longa quædam narratio est: quare & narrationis uirtutibus exornari debet, leniter atque æqualiter procedens, atque ipsa sui similis, ita ut neque extet alibi, neq; hiatus aut cõcauitates aliquas habeat. Deinde & perspicuitas eluceat, dictione (quemadmodum dixi) & complexione rerũ adornata. Absoluta enim & perfecta omnia faciet: & primo ad finem perducto, mox secundum inferet continuatum illi, & in morem catenæ coaptatum, ut neque pertusum aut interruptum sit, neq; narrationes plures mutuò sibi adiacere uideantur, sed semper quod primum est, secundo non modò uicinum ac
E proximum sit, uerùm etiam cum eo communicet, & per extrema cõmiscetur. Breuitas in omnibus utilis est, & maximè si non inopia quædam fuerit rerum dicendarum. Et hãc suppeditari oportet nõ tam à nominibus ac uerbis, quàm ex ipsis rebus. Dico autem, si præterueharis cursu ea quidem quæ parua sunt & minus necessaria, exponas autem & explices copiosè ea quæ sunt magna. Imò uerò & prætermittenda multa. Neque enim si conuiuio accipias amicos, atq; omnia apparata fuerint, ob hoc inter media bellaria, & auiculas, & patinas tam multas, & sues feros, & leporina, & sumina uel uuluas, saperdam quoque appones, & pulmentum, etiam si & illud apparatũ & coctum habeas: sed quæ uiliora sunt, missa facies. Maximè autem temperantia quædam adhibenda est

*Proœmiũ historicũ, & cætera partes.*

*Modus in de-*

*ſcriptionibus adhibendus.*

in deſcriptionibus montium, aut murorum, aut fluuiorum, ut ne uim ac pote- F
ſtatem uerborū ineptè ac præter rem oſtentare uelle uidearis, tuumq; ipſius ne-
gocium agere hiſtoria omiſſa, ſed modicè adhibitis illis, utilitatis & perſpicui-
tatis tantùm gratia, mox inde digrediaris, uiſco ſeu glutino quod in hac re eſt,
atque uniuerſa tali guloſitate euitata: quemadmodū & Homerus, utpote ma-
gnanimus, fermè, ut uides, facit. Quanquā enim poëta eſt, prætercurrit tamen
Tātalum, & Ixionē, & Tityum, & reliquos. At ſi Parthenius, aut Euphorion,
aut Callimachus eadem tractaret, quàm multis putas uerſibus aquam ad uſque
labia Tantali adduxiſſet? deinde quàm multis idem Ixionem uolutaſſet? Quin
& Thucydides ipſe modicè hac orationis figura uſus, uide quàm mox ab ea- G
dem iterum recedat, quoties uidelicet aut machinamentum aliquod exponit,
aut obſidionis ſpeciem, quæ neceſſaria atque utilis ſit, declarat, aut etiam ciui-
tatum formas, aut Syracuſanum portum deſcribit. Nam cum peſtem illam nar-
ratione proſequitur, atque etiam longior eſſe uidetur: tum ipſas res conſidera.
cognoſces enim hoc pacto breuitatem, & ut fugiētem illum res geſtæ tum
apprehendant ac retineant, ut quæ multæ ſint. Quòd ſiquando autē & dicen-
tem aliquem introducere opus erit, curandum eſt ut maximè perſonæ decora,
& rei conueniētia ac propria dicat, deinde ut quamplaniſſimè etiam hæc. Niſi
quòd tibi permittitur tunc rhetoricari quoque, & oſtentare uerborum & ora- H
tionis grauitatem. Nam laudes quidem aut reprehenſiones, omnino parcæ, &
circunſpectæ, & calumniis minimè obnoxiæ, præterea & cum demonſtratio-
ne quadam, & breues & nō intempeſtiuæ texendæ ſunt. Nam extra iudicium
ac forum illi ſunt de quibus hæc dicuntur. Alioqui in eādem cum Theopom-
po culpam incurres, qui inuidioſe nimis accuſat plurimos, & eam rem in ſtu-
dium & exercitationem quandam uertit, ut accuſare magis, quàm hiſtoriæ tra-
dere res geſtas uideatur. Iam uerò & fabula ſiqua fortè incidat, dicenda qui-
dem erit, non tamen credenda omnino, ſed in mediò relinquenda iis qui quo-
quo modo uolēt, coniecturam de ea facturi ſint. Tibi uerò extra periculum ſit, I
neque in hanc uel in illam partem magis inclinet. In uniuerſum autē illud me-
mineris (ſæpius autem idem dico) & non ad præſens ſolum tempus reſpiciens
ſcribas, ut ii qui nunc ſunt, te laudent, & honoribus afficiāt, ſed in omne æuum
intētus, illis potius qui in poſterum uicturi ſunt, hiſtoriam componas, atque ab
illis mercēdem ſcriptionis depoſcas, ut dicatur & de te aliquando: Ille uerò uir
liber fuit, & ad dicendum fiducia plenus, nihil neque adulatorium, neq; ſeruile,
ſed ueritatē in omnibus ſecutus. Atque hoc, ſiquis modeſtè ſapiat, ante omnes
præſentiū ſpes meritò ponat, breues adeò ac momentaneas exiſtentes. An non
uides Gnidium illum architectum, cuiuſmodi fecerit? Cum enim extruxiſſet il- K
lam in Pharo turrim, maximum atque pulcherrimum operum omnium, ut ex
ea faces incenſæ nauigantibus uiam dirigerent in multum uſque maris, & ne
deferrentur illi in Parætonium, locum omnino (ut aiunt) periculoſum, & unde
non facilè redire atque effugere licet, ſiquis intra anguſtias ac ſepta illius dela-
tus fuerit: Hoc igitur opus poſtquam exædificaſſet, intus quidem in ſaxis ſuum
ipſius nomen inſcripſit, ſupernè autem calce illita, atque ita priore inſcriptione
occultata, nomen eius qui tum regnauit, ſuperinſcripſit, ratus (id quod & euē-
nit poſtea) paruo admodum tempore futurū eſſe ut literæ iſtæ foris inſcriptæ,
unà cum calce illita reciderent & euaneſcerent, appareret autem interior titu-

*De hac turri uide Strabonē lib. 17. Fuit autem Parætoniū locus paulò ſupra Alexandriam uerſus Libyam, ut Plinius ait.*

lus,

A lus, hic uidelicet: Soſtratus Dexiphanis filius, Gnidius, Diis ſeruatoribus, pro ſalute nauigantium, &c. Hoc pacto neque hic ad illud tempus quod tum erat, neque ad uitam ſuam, quæ modica ac breuis erat, reſpiciebat, ſed ad hoc præſens, & in perpetuum, donec turris ea ſuperſtes futura eſt, ars quoq; illius manebit. Oportet igitur & hiſtoriam eodem modo componi, cum ueritate magis in futuram ſpem, quàm cum adulatione ad gratiam & dulcedinem iis qui eam in præſentia nunc laudant. Atq; hæc tibi regula & amuſſis hiſtoriæ iuſtæ. Qua quidem ſi qui examinando ac perpendendo utentur, bene res habet, & commodùm hæc à nobis ſcripta ſunt: ſin minus, uolutatū eſt in Cranio dolium.

B

## HISTORIAE VERAE LIBER PRIMVS.

### ARGVMENTVM.

*Vt ſuprà Hiſtoriæ præcepta & regulas tradidit, ita in his duobus libris exemplum eiuſdem proponit, non quidem rerum uerè geſtarum, ſed fictarum, ſimul ut formam aliquam operis, ceu uidetur, proponeret, ſimul ut animos à rebus ſeriis auocatos, pauliſper reficeret & delectaret. Quid autē in his narrationibus potiſſimum ſpectandū ſit, nempe qua occaſione, quóue conſilio argumentū hoc tractarit, ipſe in proœmio exponit.*

C MOS eſt athletarum, ac eorum qui ſumma diligentia corpus exercēt, non modò bonæ habitudinis ac exercitationis habere rationem, uerumetiam (quod magnā exercitationis uim habere arbitrātur) nonnunquam remiſſioni corporis acquieſcere. Idem literarum ſtudioſis fieri oportere cenſeo, ut cum grauibus ac ſeriis legendis defatigati fuerint, ad animi laxamentum aliquantiſper declinent, donec ad futurum laborem robuſtiores ac uegetiores efficiātur. Maximum uerò ex hoc ocio atque quiete fructum caperent, ſi talium rerum lectioni uacarēt, quæ non modò tenuem ac ieiunam, uerùm neque rudem neque inconcinnam ſpeculationem præ ſe ferent, quale quiddam & de his ſcriptis ſenſuros ſuſpicor. Neque enim ſolùm materiæ nouitas atque feſtiuitas, neque id quòd multa ac uaria mendacia ueriſimiliter ac probabiliter confinguntur, eos ad legendum alliciet, uerùm id præcipuè,

D quòd omnis ferme narratio neminem ex antiquis aut poëtis aut hiſtoricis aut philoſophis, qui monſtroſa quædā, & fabulis ſimiliora quàm ueris, literis mādarunt, ſine morſu reprehenſionis prætermiſit. Quorum quidem omnium nomina ſubieciſſem, niſi ea tibi ex ipſa lectione perſpicua & manifeſta fore intelligerem. Cteſias enim Cteſiochi filius Cnidius mira quædam de Indorum regione cōſcripſit, atq; ea quidē quæ neque ipſe audiuerat, neque ab alio qui uera narraret, acceperat. Iambulus quoque de his quæ in mari magno ſunt, multa præter fidem ac opinionem hominum ſuis libris inſeruit, omnibus quidē apertum commentus mendacium, non tamen inſuauis materiæ compoſitor. Multi

E præterea hos imitati in eadem ratione ſcribendi uerſati ſunt, qui errores ſuos ac peregrinationes, ac immenſa beluarum corpora, & feritates hominum, & inuſitatos mores enarrarunt. Huius uerò ſcurrilitatis artifex & inuentor extitit Homericus ille Vlyſſes, qui apud Alcinoum uentorum ſeruitutem, & unoculos crudáque uorantes homines, & multorum capitum animalia, ſocióſque meretricum ueneficiis permutatos, multâque monſtris ſimilia rudi Phæacum populo eſt ementitus. In quæ quidem cum incidiſſem, non multum ſanè his ob mendacium ſuccenſebam, quum hoc genus ſermonum ab his qui ſe philoſophos eſſe profitentur, uſurpari uiderem: illud uerò non parum in eis admiratus ſum, ſi quum falſa dicerent, id alios latere exiſtimarent. Quapropter & ipſe

*Cteſias hiſtoricus.*

*Iambulus.*

*Vlyſſes Homericus.*

præ rerũ nouarũ ſtudio,uolens poſteris aliquid relinquere,ne ſolus expers ſim F
libertatis in fabulis dicendis(nihil enim memoratu dignum,quod uerè narra-
re poſſem,mihi contigerat) ad mendacium me tranſtuli,atque,ut mea quidem
fert opinio,multo tolerabilius quàm cæteri. Nam quũ hoc ipſum quòd men-
tior,uerè dicam,idcirco me aliorum reprehẽſiones iure ac meritò effugere exi-
ſtimaui,quoniam nihil me ueri narraturũ polliceor. Ea igitur ſcribo, quæ ne-
que ipſe uidi, neque paſſus ſum, neque ab aliis audiui, quæ præterea omnino
non ſunt, neque ab initio eſſe potuerunt. Quare qui hæc legerit, nullam his
fidem adhibeat oportet.

*Narrationis initium.*

Egreſſus olim ab Herculeis columnis,& in occidentalem Oceanum dela- G
tus,ſecundis quidem uentis nauigabam. Cauſa autem peregrinationis & argu-
mentum, animi curioſitas,& nouarum rerum deſiderium,quodq; ſcire cupie-
bam qui ſit Oceani finis,quiq; homines ultra Oceanum inhabitent. Huius igi-
tur gratia commeatum & ſupellectilem multam impoſui,aquæq; quantum ſa-
tis erat, ac coætaneos quinquaginta eiuſdem animi mecum adiunxi, & armo-
rum copiam paraui, gubernatoremq; optimum magno precio conducens ac-
cepi in nauem. Erat autem nauis mediocris,ad magnam ac uiolentam nauiga-
tionem robuſta. Die igitur & nocte ſecundè nauigantes,terra adhuc apparen-
te,non adeò multa ui agebamur. Sequenti die ſimul ſole oriente uentus incre- H
uit,& fluctus intumuere,caligoq; ſuborta eſt, neque iam demitti uelum pote-
rat. Cum uento igitur conuerſi,& committentes nos ipſos tempeſtati,hyema-
uimus diebus nouem & ſeptuaginta. Octogeſima uerò die,oriẽte iam ſole re-
pentè conſpicimus non longè inſulam ſublimem,& arboribus conſitam. Circa
eam fluctus nõ aſperi frangebãtur. etenim procellæ iam maxima pars quie-
uerat. Adeuntes igitur,& deſcendentes, ut ex multa maris moleſtia,ſuper ter-
ram ſtrati diu iacuimus. Tandẽ exurgentes,ex nobis ipſis quidem ſtatuimus tri-
ginta cuſtodes qui naui adſtarent:uiginti autem mecũ qui aſcenderent quæ in
inſula erant exploratum. Progredientes igitur circiter ſtadiis tribus à mari per I
ſyluam, uidemus columnam quandã æream græcis literis inſcriptã,caducis ta-
men,& conſumptis,quæ indicaret eò uſq; Herculẽ & Bacchũ deueniſſe. Erãt
autẽ & propè ueſtigia duo in ſaxo,unum quidẽ inſtar iugeris magnũ, alterum
autem minus:ut mihi quidẽ uideretur Bacchi fuiſſe quod minus erat,Herculis
autẽ quod maius. Venerantes igitur locum proceſſimus. Non iam longè abe-
ramus,quũ ecce flumini adſtitimus uino fluẽti, ſimillimo profectò illi quod in
Chio Inſula naſcitur. Erat & fluxus inundans & multus,ita ut alicubi nauibus
eſſet trãſitus. Nobis ergo maior addita eſt fides ut literis crederemus quas an-
tea ſculptas in columna uideramus, animaduerſis ſignis de Bacchi peregrina- K
tione. Cupiens tamen & fluminis initium inueſtigare,aſcendebam contra flu-
ctum:& fontem quidem nullũ,multas tamen ac magnas uites uuis onuſtas in-
uenimus. Earum autẽ cuiuſq; ẽ radicibus uinũ ſcatebat lucens, quod in unum
confluens,flumen efficiebat. Videbamus & in eo piſces & colore & guſtu ui-
no ſimiles. Nos igitur cum cepiſſemus ex illis aliquot ac uoraſſemus,continuò
temulenti euaſimus: quos etiam præcidẽtes,fece plenos inueniebamus. Deni-
que re animaduerſa cõmiſcentes eos qui ex aqua naſcuntur piſces,ac comedẽ-
tes,uinalem uehementiã temperauimus. Tunc & flumen traiicientes, quà ua-
dabile fuit,uitiũ portentoſam rem inuenimus. Nã truncus inferior,qui à terra

ſurgebat

A ſurgebat, ferax erat & craſſus, ſuperior autē mulieres erant, ab utero ferè ſurſum perfecta omnia habētes. Talem apud nos Daphnē ſcribunt Apolline iam comprehendente in arborem uerſam. A ſummis autem earum digitis exoriebantur palmites uuis pleni. Quin & capitibus pro comis inerāt clauiculi, & folia, & uuæ. Eæ ergo ad nos accedentes ſalutabāt, & dextras protendebāt, quædam quidem Lyda, quædam Indica, plurimæ Græca lingua loquētes: oreq; nos deoſculabantur: uerūm qui oſculū ſuſceperat, illico ebrius ac nutabundus reddebatur. Fructum autem decerpi non ſinebant, ſed eo euulſo dolebant, & quidem cum clamore. Gliſcebant autem uehementer nobis commiſceri: duoq; ex
B nobis cū illis coiuiſſent, ab eis non amplius ſoluti, ſed ex pudēdis cōnexi ſunt. Traxerunt enim repentè ex eadem ſpecie naturam, & conradicati manſere. Iá & ipſis palmites digiti emittebant, & clauiculis circumplexātibus uuæ plenæ erumpebant. Derelinquentes igitur eas, in nauim confugimus, & cū conueniſſemus, iis qui ibi remanſerant, cū alia, tum & derelictorum comitū commixtionem cum uitibus enarrauimus. Acceptis ergo amphoris aquas hauſimus, item & è flumine uinum: inque uicino littore noctē duximus. Mane autem ferebamur, & non uiolentis flatibus. Circa meridiem uerò, non iam apparente inſula, repentè turbo factus eſt, qui nauem circumuoluens, & in ſublime
C eleuans ad ter mille ferè ſtadia, non iam in pelagus depoſuit, ſed ſublatam ſuſpendit, ingruensq; uelis uentus, & ſinu facto deferebat carbaſum. Septē igitur dies ac totidem noctes per aëra decurrentes, octaua die inſpicimus terrā quandam magnam in medio aëris, uelut inſulam lucidam, & circularem, multa luce micantē. Ad hanc ergo delati, portumq; ingreſſi deſcendimus. Explorātes autem regionē, inuenimus eam habitatam, & cultam: & die quidem nihil uidebamus, nocte autem apparebant & aliæ non procul inſulæ, quædam, ut uidebantur, maiores, minores quædam, igni colore ſimiles. Erat & alia ſubtus terra, urbes in ſe habens & flumina, & maria, & ſyluas, & montes, quam hāc quæ
D à nobis incolitur, imaginabamur. Volentes ergo ulterius procedere, comprehenſi fuimus, in Equiuultures (ſic enim illos dicūt) incidentes. Hi autem Hippogypi homines ſunt, equorū loco uulturibus inſidentes. Magni etenim ſunt uultures, & ut plurimum tribus capitibus innixi. Hinc autē diſcat quis illorum magnitudinem. Malo etenim onerariæ nauis unaquæque ala maior & robuſtior eſt. His igitur Equiuulturibus imperatum eſt circumuolantibus terram, ſi quis aduena inueniretur, ad regem agere. qui & nos comprehendentes ad regem duxere. Is uerò ut inſpexit, ex ipſis, ut opinor, ueſtibus coniecturā capiēs, Græci certè, inquit, uos aduenæ. Aſſentientibus autem nobis, quomodo, in-
E quit, adueniſtis, tantum aëris ſuperantes? Et nos illi omnē rem retulimus. Tum ille incipiens, nobis, quæ ſibi contigerant, narrabat, quòd uidelicet homo eſſet nomine Endymion, in noſtra ortus terra, raptúſque olim dormiens eò delatus *Endymion.* fuerit, ubi & regioni imperaret. Eſſe autē terram illam dixit, quæ infrà à nobis luna uidetur. Sed bono animo nos eſſe iuſſit, neq; periculū ullum ſuſpicari. etenim, ait, cuncta uobis aderunt neceſſaria. Si autem uicero bellum, inquit, quod nunc ſolem incolētibus infero, omnium feliciſſimè apud me uiuetis. Hinc nos interrogauimus qui eſſent hoſtes, & quæ odiorū cauſſæ. Tum ille, Phaëthon, *Phaëthon.* inquit, eorū qui in ſole ſunt, Rex (etenim ille etiam habitatur, quemadmodū & luna) multo iam aduerſum nos bellum gerit tempore. Cœpit autem ea quā au-

dietis ratione. Ego olim pauperrimis quibuſque qui in meo erant regno,col- F
lectis,uolui coloniam in Luciferum deducere,deſertum tunc,& nullis habita-
tum:Phaëthon autem inuidia ſtimulatus, trāſitum prohibuit,medio in itinere
occurrens,Equiformicis aduectus. Tunc quidē uicti(non enim apparatu æqua-
les eramus)ſeceſſimus. Nunc autem iterum uolo bellum inferre, & coloniam
emandare. Quòd ſi uultis mecum communicare cū exercitu, ex regiis uultu-
ribus dabo unum unicuique,& cæteram armaturam. Cras autem faciemus exi-
tum. Ita,inquā,quandò tua hæc eſt ſententia,fiat. Tunc apud eos conuiuio ex-
cepti manſimus. Mane autē exurgentes ſtatuebamur in aciem. nunciabāt enim
exploratores,hoſtes appropinquare. Magnitudo quidē exercitus centū mil- G
lia erant,abſq; peditibus & externis auxiliis, item abſq; impedimentis, & ma-
chinarum fabris. Horum autem octoginta millia Equiuultures erant: qui au-
tem ab Lachanopteris ferebantur, uiginti millia. Eſt autem ales hæc maxima,
oleribus pennarum loco obſita. Qui uerò ex his uelociores erāt,pennas habe-
bant lactucæ foliis maximè ſimiles. Ibi uerò & cum his Cenchroboli ordinati
ſunt,& Scorodomachi. Aduenerūt & à ſeptētrione auxilia Pſyllotoxotæ qui-
dem numero triginta millia,Anemodromi autē quinquaginta millia. Horum
ſanè Pſyllotoxotæ magnarum pulicum ſeſſores ſunt, unde & appellationem
trahunt. Pulicum uerò magnitudo, ut duodecim elephantes. Porrò Anemo- H
dromi pedeſtres quidem ſunt, feruntur autem uento abſque alis per medium
aēra. Modus autem quo feruntur,talis eſt:Subcingunt ſe talares tunicas,eāſque
uento ſinuantes,uelorum in morem,ac uelut naues agūtur. Hi in pugna ſcu-
tis armati plurimū ualent. Dicebātur autem aduentare ab his quæ ſupra Cap-
padociam ſunt ſtellis,Struthobalani quidē numero ſeptuaginta millia,Equo-
grues quinquaginta millia. Hos ego non uidi, non enim uenerant,quare ne-
que eorum naturas ſcribere auſim. Portētoſa quædam ac incredibilia de his di-
cebantur. Et is quidem erat Endymionis exercitus. Omnium autem armatura
eadem erat. Galea quidem è fabarum ſpoliis. Magnæ autem apud illos fabæ & I
duriſſimæ. Thoraces autem ſquamei omnes, & ſquamis quidem lupinis. ete-
nim lupinorum ſiliquas conſuentes,thoracas faciunt. Sunt autem ſiliquæ ipſæ
ut cornu duræ: ſcuta & enſes,quales Græcorum. Vbi uerò occaſio data eſt,ſic
in aciem deducti ſunt. In dextro quidem cornu Equiuultures, & rex optimos
quoſque circa ſe habens, cum quibus & nos eramus:in læuo uerò Lachano-
pteri. Porrò inter utrumque auxilia,ut cuique magis placuit. Erat & peditatus
myriadum ſex milliū. Hunc ſtatuêre in aciem in hūc modū, Araneæ apud illos
multæ ac magnæ ſunt: nā Cycladibus inſulis unaquæq; multo maior. Has iuſ-
ſit intexere mediū aēris quod à Luna in Luciferū diffunditur. Idq; ut primùm K
perfecerunt,campus ſubſtratus apparuit, in quo peditatum ſtatuunt. Ducebat
autē hūc Nycterion Eudianactis filius. Hoſtiū autem læuū quidē Equiformi-
ci,& in his medius Phaëthon. Beſtiæ autem magnæ ſunt alatæ, hiſq; quæ apud
nos ſunt formicis,præter magnitudinem non diſſimiles. Harum maxima duo-
rum iugerum menſuram implet. Pugnabant autem non ſolùm qui deſuper
inſidebant,ſed & ipſæ,cornibus maximè. Dicebant eſſe horum numerum pe-
nè quinquaginta millium. In eorum autem dextro Aëroculices ferè quinqua-
ginta millia,ſagittarii omnes,magnis in culicibus inſidentes. Poſt hos autē Aë-
rocoraces, expediti quidem illi ac pedeſtres, uerùm bellicoſi. Etenim procul

raphanos

A raphanos iaculabantur maximos, percuſſusq; neque parum ſubſiſtere poterat. moriebatur enim cõfeſtim uulnere quodam fœtore infecto. Namque ſagittas maluæ ueneno delibutas ferebant. Hos iuxta Caulomycetes poſuerunt armis accinctos, & comminus pugnantes, numero decem millia. Dicuntur autẽ Caulomycetes, quoniam ſcutis quidem fungeis utuntur, haſtilibus uerò aſparagorum uirgultis. Steterũt autem poſt hos & Cynobalani, quos ii miſerũt qui Canem ſtellam inhabitant, quinquaginta millia numero: & hi uiri non humanis ſed caninis uultibus ſuper alatas glandes pugnabant. Dicebant autem ab ipſis hoſtibus & alia auxilia defeciſſe à lacteo orbe emittenda, iaculatores ſcilicet ac B Nubecenaturi: ſed hi commiſſo iam prælio aduenerunt. quod utinam non feciſſent. Qui uerò funda utebantur, omnino non aduenerunt: quare iratum Phaëthonta tradunt omnem illorum regionem igne uaſtaſſe. Et is quidem Phaëthontis exercitus erat. Poſtquã uerò ſigna erecta ſunt, & aſelli ruditu undique conſtrepuere (nam his tubarum loco utuntur) committentes prælium pugnabant: & Solariũm quidem læuum confeſtim fugit (neque enim ſufferre ualuit inſtantes Equiuultures, nóſque inſequebamur cædẽtes) dextrum autem illorum cornu ſuperius euadebat, noſtro, quod in læuo erat, propulſato. Exeuntes autem Aëroculices inſequebantur uſque ad peditatum. Hinc auxi- C liantibus illis, defecerunt è regione declinantes, ídque maximè ubi ſenſerunt ſuos, qui in læuo fuerant, manifeſtè deuictos. Fuga uerò inſigni facta, multi quidem capti, plurimi uerò confecti occubuere, in ipſaſq; nubes ſanguis multus defluebat, ut inficerentur, ac rubræ apparerent, quales apud nos uidentur occidẽte ſole. Multus & in terram decidit: ut cogitarem num tale aliquid olim contigiſſet quum Homerus ſuſpicatus fuerit Iouem in Sarpedonis morte ſanguineas guttas pluiſſe. Conuerſi autem à cæde, duo trophæa ſtatuimus, unum quidem in aranearum telis, & pedeſtris pugnæ: alterum autem pugnæ in aëre ſupra nubes. His iamdudum exactis, nunciatum eſt ab exploratoribus, Nube- D centauros aduẽtare, & irrumpere, quos Phaëthonti antea aduenisſe oportuerat. Iiq; ubi aduenere, ſpectaculum præbuere inſolitum & inexpectatum. homines erant alatis equis commixti. Magnitudo quidem hominum quãta Rhodiorum coloſſi à medietate ſurſum, equorum autẽ ſimilis ualidæ onerariæ nauis. Equidem eorum numerũ non ſcripſi, ne cui incredibile id fiat. tantus erat. Ducebantur autem à Sagittario qui eſt in Zodiaco. Vbi autem amicos deuictos ſenſere, ad Phaëthontem quidem miſerũt ut iterum rediret, ipſi autem in aciem ſtructi in Lunares turbatos irruunt, inordinatos quidẽ, ob eam quã hoſtibus fecerant fugam, & iam ſpolia diuidentes: omnemq; noſtrorum multitu- E dinem in fugam uertunt. Ipſum autem regem inſequuntur uſque ad ciuitatem, atque ex illius auibus conficiũt plurimas. Deiecerunt autem & trophæa, ac omnem aranearum contextum. Campum decurrerunt, meq; ceperunt, & è comitibus duos. Iam autem & Phaëthon aderat, & ſub illis alia trophæa ſtatuerũt. Nos autem ad Solem ipſo die ducebamur, araneæ telæ fragmẽto manibus poſt tergum ligatis. Hi ciuitatem obſidere omnino noluerunt, conuerſi uerò medium aëris uallauerunt, ut de cætero ſplendor à ſole ad lunam minus peruenire ret. Vallum autem erat duplex nubeum, ut Lunæ defectio manifeſta fieret, & iam continua nox cuncta teneret. qua in re preſſus Endymion, mittens orauit, ædificium demolirentur, neque ſe paterentur in tenebris uerſari. Promiſit au-

*Maluæ uenenum.*

*Iliad. π.*

tem & tributa perſoluere, ſeq; auxiliarem & amicum fore, neque in poſterum F
bellaturum. inſuper & obſides offerebat. Phaëthon uerò congregato bis cõcilio, primo quidem in ira perſtitit, poſtremo mutauit ſententiam, ac pacis conditiones acceptæ ſunt huiuſmodi: Fœdus inierunt Solarii & horum ſocii cũ Lunariis, eorumq; ſociis, his legibus, ut intermurale deiiciãt Solarii, neque poſthac Lunam inuadant: ſtatutoq; precio captiuos reddant: Lunarii autem dimittant ſtellas liberas, armaq; poſthac Solaribus non inferãt: uiciſſim autẽ auxilientur, ſi quis inuaſerit: uectigaliũ uerò cõditionem pẽdat annuatim rex Lunariorum regi Solariorũ amphoras roris decẽ millia, obſidesq; è ſuis det decies mille. Colonia in Luciferum cõmunis fiat, & ex utriſq; qui uolet, participet. Sculpantur G
autẽ fœdera in columna electrina, erigãturq; in medio aëris in cõfiniis. Qui uerò pepigere, ex Solariũ quidẽ parte fuere Pyronides, & Therites, & Phlogius: Lunariũm autem Nyctor, & Menius, & Polylampes. & talis quidem pax ſequuta eſt. confeſtim autẽ murus euerſus eſt, & captiuos reſtituêre. Vbi autẽ ad Lunã ipſi regreſſi ſumus, obuiauerũt nobis ſocii, & cũ lachrymis ſalutauerunt nos, & Endymion ipſe. Atqui ſuadebat is quidem, nos ibi ſecum maneremus, & in colonia communicaremus. ſe enim daturum filium in uxorem mihi pollicebatur ſuũ quẽ habebat. Nam apud eos mulieres nullæ ſunt. Ego autẽ haud-
quaquam parũi, ſed petebam dimitti in marc. Qui ut perſuaderi non poſſe ani- H
maduertit, ſeptẽ diebus conuiuio acceptos, tandẽ dimiſit. Quæ interea in Luna uerſatus uiderim, quæue noua & inaudita cognouerim, dicã. Primùm quidem eos non generari ex mulieribus, ſed maribus. nam maſculis nuptiis utuntur: ſed nec quid ſit fœmina, omnino ſciunt. Nam ad quintum & uigeſimum uſq; annum omnes mulierum habentur loco, eo autẽ ſupra non habentur, ſed habent. Cõcipiũt autẽ non in uẽtre, ſed in cruriũ poſteriori parte. Vbi enim fœtus cõceptus eſt, tumet crus, & tãdem ſuo tẽpore præcidentes educunt mortua: tum eadem ad uentũ hiantia exponentes mulcent, & ad uitam excitãt. Inde & mihi uidetur ad Græcos illud gaſtrocnemiæ uocabulum deueniſſe, quòd apud illos I
uentris loco ſura concipit. Maius quiddã & his enarraho: Genus hominũ apud illos eſt, qui dicuntur arborei: idq; hoc modo naſcitur: Teſticulũ hominis præcidentes, in terram plantantium more defodiunt. Inde autem exoritur arbor carnea maxima, ut phallus. Ramos quidem habet & frondes, fructus uerò cubitales glãdes. Vbi autem eæ maturæ fuerint, decerptas cudũt, atq; in homines effingunt. Pudẽda autem habẽt appoſititia, quidam eburnea, pauperes autẽ lignea, quibus coëant, & uxoribus miſceantur. Poſtquã autem ſenuerit aliquis, nõ moritur, ſed ut fumus ſolutus euaneſcit in aërem. Cibus eſt omnibus unus:
ſtructo etenim igne ranas aſſant ſuper prunas. Multæ apud illos ſunt ranæ per K
aëra circumuolantes. His autem aſſatis circumfuſi uelut ad menſam lambunt euaporatum ex illis fumum, ac ueſcuntur. Et cibo quidem tali aluntur. Potus autem illis eſt aër expreſſus in calicem, liquorem ex ſe ut rorem reddens. Non égerunt autem, neque mingunt, neque perfoſſi ſunt ea parte qua nos: ſed ne pueri quidem natibus rem obſcœnam præſtant, uerùm poplitibus ſupra ſuram. nam illic perfoſſi ſunt. Pulcher apud illos habetur caluus, & ſine coma. comatos autem abominantur. Apud eos uerò qui cometas inhabitant ſtellas, comati contrà formoſi habentur. Aduenerunt enim quidam qui nobis illorum mores narrauerunt. Barbam autem ad genua demittunt, & in pedibus ungues

non

A non habent, ſed unodigiti ſunt omnes. In ſpeciem caudæ braſſica natibus cuiuſque illorum innaſcitur prolixa, ſemper germinans, quæ & reſupino cadente non frangitur. Emungunt & mel amariſſimum: qui ſiquando uel labori inſudant, uel luctantur, corpus lacte oblinũt, ut & caſeus ex eo coaguletur, melle paululum diſtillante. Oleum autem è cepis educũt maximè pingue, ac redolens ut unguentum. Vineas habent plurimas, & aquæ feraces: uuarum autem acini ſunt uelut grando quæpiam: & mihi quidem uidetur ubi uentus inciderit, uites illas quati, fractisque uuis grandinem huc ad nos mitti. Ventre ut ſacculo utuntur, in eum quantum cupiunt mittentes. Apertilis etenim uenter eſt
B illis, & iterum clauſilis, neq; in illo inteſtinum ullum aut hepar appareat, ſolùm autem denſus eſt intus, & pilis obſitus, ita ut & paruuli ubi frigent, in eum ſubeant. Amictus autẽ diuitibus quidem uitreus & mollis, cæteris æreus cõtextus. Nam ea loca metallorũ ſunt fœcũda, iidemq; aquą macerata metalla ut lanam exercẽt. Quales autẽ habeant oculos, omnino non auſim ſcribere, ne forte me quis mẽtiri putet ob ſermonis abſurditatem. tamen & id quidem dicam. Oculos exemptiles habent, ut qui uelit ſuos exemptos, ſeruet eos apud ſe donec illis ad uiſum egeat: quos cum repoſuit, cernit. Et multi cum fortè proprios perdiderint, ab aliis mutuantur, & uident. Sunt & locupletes qui plures habeant,
C occultos quidem & reconditos. Aures illis ſunt platani folia, præter eos qui ex glandibus formantur. illi enim ſolùm ligneas habent aures. Cæterùm & miraculum aliud in regia conſpicatus ſum: Speculum maximum ſupra puteum poſitum eſt, non adeo altum. In puteũ ſi quis deſcenderit, omnia audiet quæ apud nos in terra dicuntur. Si uerò ſpeculum intueris, omnes quidẽ urbes, omnesq; gentes uides, nõ ſecus ac ſi omnibus intereſſes. Tunc & ipſe meos uidi, & patriam omnem: an uerò & illi me uiderint, ſatis exploratum non habeo. Quod ſi fortè quis non credet hæc ita ſe habere: cũ eò perueniet, ſciet me uera dixiſſe. Tunc ſalutato rege, & iis qui circa illum erant, nauem aſcendentes ferebamur.
D Abeunti autem mihi dona dedit Endymion, ueſtes quidem uitreas duas, æreas autem quinque, lupineamq; panopliam: quæ omnia poſtea in ceto amiſi. Miſit & nobiſcum Equiuultures mille, qui nos deducerent ſtadiis quingentis. Nauigantes autem circa terram illam, prouincias quidẽ plurimas & alias præterlapſi ſumus, appulimus uerò ad Luciferũ nuper inhabitatum: ubi deſcendẽtes, aquas hauſimus. Hinc Zodiacum introëuntes, ad læuam quidem ſolem prętergrediebamur, circa illius terræ marginem nauigantes. Neq; enim deſcẽdimus, & quidem ſociis id ſummè cupiẽtibus. Erat enim uentus qui nos à terra propelleret, quãquam uideremus regionem fœcundam, ac pinguem, & irriguam, ac bono-
E rum multorum plenam. Atqui Nubecẽtauri, hi uidelicet qui Phaëthonti militabant, ſpeculati nos longè, ac delapſi uolauerunt ad nauem: quumq; ſocios eſſe didiciſſent, abiere. iam enim & Equiuultures diſceſſerant. Nauigãtes autem ſequenti nocte ac die, circa ueſperam peruenimus ad Lucernarũ urbem (ſic enim illam uocant) iam iter noſtrũ ad inferiora ſecãtes. Hæc autem ciuitas medio inter Pleiadas ac Hyadas ſtellas aëre ſita eſt, zodiacoq; multò inferior. Deſcendentes autẽ neminẽ quidem inuenimus, lucernas uerò multas decurrẽtes, & in foro & ſecus portũ deambulantes, nõnullas quidẽ paruas, & ut ita dicã, egenas, ex magnis autem ac potentibus paucas, & has ualde illuſtres ac nobiles. Domus illis & lychneones ſeorſum unicuique erant, & hominum more

appellabantur,& uocem emittentes audiebamus:neque nocebant, ſed potius F
ad diuertẽdum inuitabant. Nos tamen formidare,nec noſtrum uel unus apud
illas cœnare, aut capere ſomnum eſt auſus.Palatiũ autem illis in media ciuita-
te extructum eſt,ubi per totam noctem earum ſedet princeps,nomine unam-
quanque compellans.Quæcunque uerò non paret,condemnatur ad mortem
ut transfuga. mors autem eſt extingui. Aſtantes autẽ nos conſiderabamus quæ
fiebant, ſimulq; lucernas reſpondentes audiebamus , cauſasq; quare abfuiſſent
dicentes.Hic & lucernam noſtram agnoui, & allocutus rogabam quomodo
ſe haberent domeſtici noſtri.ea autem mihi omnia enarrauit. & noctem qui-
dem illam ibi manſimus.Sequẽti uerò die ſoluẽtes,ſecus nubes nauigabamus. G
Hic & Nephelococcygiam uidimus urbem, uidentesq; admirati ſumus:neque
in eam deſcendimus.non enim permittebat aura.Imperat autem illis Coronus
*Ariſtophanes in auibus.* Cottyphionis filius. Tum ego Ariſtophanis poëtæ recordatus ſum , hominis
quidem ſapientis & ueri,ac in his quæ ſcripſit,fruſtra non crediti.Tertia autem
ab illa die,& oceanum iam manifeſtè uidebamus, terrã autem nuſquam, præ-
ter aërias illas,quæ iam ipſæ quidem igneæ & micãtes mihi uidebantur. Quar-
ta autem die circa meridiem molliter aſpirante aura & ſubſidente,in mare de-
ponimur.Vt uerò aquam attigimus, mirè ac ſupra modum læti fuimus , & o-
mnibus prandiũ ex iis quæ ſuppetebant exhibuimus , & deſcendentes nataba- H
» mus.erat enim tranquillum mare.Sed,ut uidetur,ſæpenumero mutatio in me-
» lius,maiorum malorum conſueuit eſſe principium. Etenim nobis duos tãtùm
dies feliciter nauigantibus, illucente tertia ad orientem ſolem repentè beluas
uidemus,& cete cum multa alia,tum omnium maximũ, & quingentorum &
mille ſtadiorũ magnitudine.adueniebat autem hians,& mare procul turbans,
ſpumaq; undique circunfuſum.Dentes exerebat phallis noſtris multo longio-
res,acutos omnes ut pali,ac ebore cãdidiores.Nos igitur cum poſtremum no-
bis mutuo uale dixiſſemus,& amplexi eſſemus,præſtolabamur: & cum reſor-
beret,unà cum naui ipſa nos deglutiuit. Non autem contigit in dentes offen- I
dere,ſed per eorum raritatem nauis delapſa intrò decidit.Vbi autem intus fui-
mus, primò quidem obſcurũ erat,& uidebamus prorſus nihil.Tandẽ eo hian-
te uidemus cetum magnũ undequaq; altum latumq;,& ciuitatis capacem, quæ
uel decem hominum millia capere poſſit.Erãt præterea paſſim & parui piſces,
& alia quædam animalia conciſa multa,nauiúmque uela,& ancoræ, & homi-
num oſſa & onera. Circa medium uerò & terra & colles erant,ut coniicio,ex
eo quem abſorpſerat limo,accumulati. Igitur & ſylua in his innata erat, & ar-
bores omnigenæ,oleráque accreuerant,ac cuncta cultis agris ſimilia. circuitus
autem terræ ſtadia ducenta & quadraginta. Erat autem uidere & marinas aues K
laros & alcyonas in arboribus nidificantes. Tunc uerò plurimum lachrymati
fuimus.Denique cum erexiſſem comites,nauem fulcimus,ipſiq; è ſilicibus ex-
citantes ignem & accendentes, cœnam ex his quæ aderant fecimus. Aderant
enim omnigenûm piſcium carnes , aquamq; adhuc ex Lucifero etiam habeba-
mus.Sequenti uerò exurgentes die, ſiquãdo hiaſſet cetus,nõnunquam mon-
tes uidebamus,quandoque ſolum cœlum,quãdoque inſulas.nam ſentiebamus
eum cõcitè ferri ad omnem pelagi partem. Poſtquam autem manſioni iam aſ-
ſueti eramus,accipiens è comitibus ſeptem,deambulabã per ſyluam,cuncta lu-
ſtrare ac explorare uolens. Necdum quinque ſtadiis totis digreſſus, inueni ſa-

cellum

A cellum quoddam Neptuni, quemadmodum teſtabatur inſcriptio: ac paulò pòſt & ſepulchra multa, & columnas deſuper, iuxtaq; fontem perſpicuæ aquæ: & canis etiam latratum audiuimus: longeq; apparebat fumus: & domum quampiam coniiciebamus. Feſtinanter igitur accedentes, offendimus ſenem & adoleſcentem ſedulè ac diligenter ſulcum quendam facientes, ac per eum aquam de fonte deriuantes. Læti ergo ſimul ac territi conſtitimus: illi uerò idem & nobiſcum meritò paſſi, ſine uoce ſtetere. Tandem uerò aliquãdo, Qui uos eſtis aduenæ, inquit ſenex, num ex marinis eſtis diis, an infelices homines nobis ſimiles? Etenim nos homines, & in terra nutriti, marini nũc ſumus, fluctuamusq;
B hac belua circuncluſi, neque quid de nobis ſit, ſatis nouimus. Mori quidem uidemur, uiuere tamen arbitramur. Ad hæc ego, Et nos, inquã, ô pater, adſumus hic homines aliunde profecti, ipſa cum naui nuper abſorpti. Acceſſimus autem nũc uolentes ſcire, quæ in ſylua ſint, quomodo ſe habeãt. multa enim nobis & déſa uiſa eſt. Deus autem, ut uidetur, nos duxit te ut uideremus, ſciremusq; nos in hac belua incluſos eſſe non ſolos. Sed narra nobis tuã ipſius fortunam, quiſquis es, & unde huc introieris. Is autem inquit: Non dicam, neq; quæ apud me ſunt, ſcietis, ni prius hoſpitio recepti, ex preſentibus bonis fruamini. ſimulq; acceptos nos duxit in domum. Cum autem nobis olera & glandes appoſuiſſet,
C ac piſces, uinumq; infudiſſet: poſtquam ſaturi fuimus, rogabat quid nobis acciditſet. Cui ego omnia ut ſeſe habebant enarraui, nimirum tempeſtatem illam, & quid in inſula contigiſſet, tum nauigationem in aëre, atque bellum, cum reliquis aliis, uſque ad id quòd à ceto abſorpti fuerimus. Ille uerò ſupra modum admiratus, & ipſe ex parte quid ſibi contigiſſet enarrabat, aiebatq;: Genere quidem, hoſpites, ſum Cyprius. Egreſſus autem ad mercatum cum filio quem uidetis, aliiſque meis familiaribus multis, nauigabam in Italiam, naui quidem magna, ac uariis mercibus onuſta, quam fortè in ore ceti diſſolutam uidiſtis. Igitur in Siciliam uſque feliciter nauigauimus: inde uiolento flatu ablati, poſt tertiam
D diem in oceanum delati fuimus, hic in cetũ incidentes, & ipſa cum naui ac comitibus abſorpti, cæteris morientibus, duo nos euaſimus. Sepultis autem ſociis templum Neptuno ereximus, & eam quam uidetis agimus uitã. Olera quidem ex horto legimus, ueſcimur uerò piſcibus ac glandibus. Multa autem, ut uidetis, eſt ſylua, & ſanè uineas habet plures, è quibus nobis uinum exoritur dulciſſimum, fontemq; non minus optima quàm frigidiſſima aqua. Lectulum autem ſubſternimus è frondibus, ignemq; ſuccẽdimus copioſum, aduolantesq; uolucres aucupamur, piſcamur & uiuos piſces, ad beluæ branchias ſolicitatos, ubi abluimur ſiquando cupimus. etenim ſtagnum ſalſum eſt non procul, uiginti
E ſtadiorum circuitu, quoduis piſcium genus continens, in quo & namus, & nauigamus parua in cymba, quam ipſe compegi. Annos autem à ceti abſorptu ſeptem & uiginti numeramus: & alia quidem utcunque ferre poſſemus: ſed incolæ & uicini moleſti uehementer ſunt & oneroſi, feriq; & agreſtes. Papæ, inquam ego, & alii etiam ſunt in ceto? Multi quidem, inquit, & inhumani, ac uiſu deformes. Nam occidẽtalem & extremam ſyluæ partem Tariehanes inhabitant, gens oculis anguillinis, & facie Carabea, bellatrix, temeraria ac mordax. Aliam quæ ad dextrum eſt latus, Tritonomendites tenent, ſuperioribus quidẽ partibus hominibus ſimiles, inferioribus uerò felibus: atqui aliis minus immites ſunt. Ad læuã uerò Carcinochires, & Thynocephali, mutua inter ſe ami-

citia & fœdere iuncti. Mediterraneam denique Paguradæ ac Pſittopodes, genus bellicum, ac celerrimum. Quæ ad orientem, ad beluæ uidelicet os uergũt, deſerta ut plurimum ſunt, & à mari ſtagnantia: tamen & hæc ego teneo, uectigal pendens Pſittopodibus, oſtrea quingenta. Hæc autẽ ſic ſe habet regio. Nos autem proſpicere oportet quomodo poſſimus tot cum gentibus congredi, & quo iure uiuere. Quot, inquam ego, omnes hi? Plures, inquit, mille. Armis autẽ quibus utuntur? nullis, inquit, niſi piſcium oſſibus. Igitur, inquam ego, feliciter dimicabimus, ſi nos his bello cõgrediamur, utpote nos armati cum inermibus. Si enim eos ſuperabimus, poſthac ſine timore uiuemus. Quæ ut probauimus, abeuntes ad nauem accingebamur. Belli autem cauſa futura erat, quòd penſio F G non perſolueretur, iam pacti tempore imminente. Et illi quidem miſẽre tributa poſtulantes: is uerò ſuperbè reſpondens, nuncios perſequutus eſt. Primi igitur Pſittopodes & Paguradæ Scintharo (ſic enim uocabatur) indignati, cũ tumultu ingruebãt. Nos uerò aggreſſum præuidentes, ſtetimus armati, inſidias ſtatuentes hominum quinque & uiginti. Præceptum autem erat his qui ex inſidiis erãt, ubi prætergreſſos hoſtes uidiſſent, inſurgerẽt. quod & fecere. Nam inſurgentes à tergo cædebãt illos, nos uerò & ipſi uigintiquinque (ſiquidem Scintharus eiuſq; filius commilitabant) obuiauimus, committẽtéſque manum ira & uiribus decernebamus. Denique conuerſos in fugam, ad ſuas uſque late- H bras inſequuti ſumus. Cæſi autem ex hoſtibus ſunt nonaginta, è noſtris uerò unus, & gubernator, tergũ triglæ coſta perfoſſus. Die igitur illa & nocte manſimus in prælio, trophæumq; ſtatuimus, arida Delphini ſpina in ſublime erecta. Sequenti uerò die aderant & alii, quæ facta fuerant ſentientes. Dextrum quidem cornu Tarichanes, quos & Pelamus ductitabat, læuũ Thynocephali, medium Carcinochires tenebant. nam Tritonomendetes quieſcebãt, neutri parti addicti. Nos uerò congreſſi apud Neptuni templum obuiauimus, manúmque conſeruimus, multo clamore uſi. Reſonabat autem cetus, ut antra ſolent. His item in fugam uerſis (erant enim expediti undique) & in ſyluam fugatis, ex illo I terra potiti ſumus, neque poſt multum præcone miſſo ſuſtulerunt ſuos in bello mortuos, fœdera & amicitias poſtulantes. Nobis uerò de amicitia uel fœdere non eſt uiſum, ſed poſtera die conuerſi in eos, funditus omnes cecidimus, præter Tritonomẽdetes. Siquidem hi ut uidere quæ contigerãt, dilapſi per ceti branchias, deſiliere in mare. Igitur prouinciam ingreſſi iam hoſtibus uacuam de cætero abſque timore habitabamus, palæſtris, aliisq; gymnaſiis plurimũ ac uenationibus dediti. Quandoque uineas exercebamus, aut ex arboribus poma legebamus, omnino his ſimiles, qui in maximo & ineuitabili carcere concluſi deliciis & uoluptatibus indulgent. Annũ autem & menſes octo ibi exegimus. K Nono autem menſe, quinta die menſis, circa ſecũdum oris hiatum (tunc enim id ſemel unoquoque anni tempore faciebat, ita ut nos coniectura aſſequeremur quatuor ea eſſe anni tempora) Ad ſecundũ igitur, ut prædiximus, oris hiatum, confeſtim uocem ac tumultum audiebamus ut nautarũ præcipientium ac remigantium. Turbati igitur ad ipſum beſtiæ os prorepſimus, ſtantesq; intra dẽtes, aſpiciebamus omnia, ſpectaculum, quod quidem uiderim, inuſitatiſſimũ: homines magnos dimidii ſtadii ſtatura, magnis inſulis non ſecus quàm triremibus nauigantes. Et quanquã ſciam me nõ ueriſimilia narrare, dicam tamen. Inſulæ erant in longum quidem porrectæ, arduæ tamen, ſingulæ centũ ſtadiorum

A rum ambitu,in quibus nauigabant ex uiris illis circiter uigintioćto. Horum aliqui utrinq; inſulæ lateribus inſidentes ordine remigabant cupreſſis magnis ipſis cum ramis ac frondibus tanquam remis. Ponè autem ad ipſam puppim, ut uidebatur,gubernator ut in colle quodam ſublimi ſtabat,æreum regens gubernaculum, longitudine ſtadii unius. Ad proram uerò ex his armati circiter quadraginta pugnabant,hominibus,præter comam,omnino ſimiles.Ipſa enim coma ignis erat,& ardebat, ut galearū uſu non ſanè opus eſſet.Pro uelis uerò uentus in ſyluam incidens,quæ plurima cuique inerat,ſinuabat inſulam,& deferebat quò gubernator ipſe cupiebat. Erāt & in his præfecti ad remigium in-
B citantes: ac ocyus mouebantur, quemadmodum longæ naues conſueuerunt. Primùm igitur duos uidebamus aut tres,poſtremò autem ſexcenti apparuere, ſtantesq; ſeorſum committebant prælium,ac pugnabant. Multæ quidem inter ſe commiſſæ obtritæ ſunt,multæq; diſſolutæ ſubmerſæ ſunt. Aliæ cōnexæ certabant fortiter,neque facilè abinuicem ſoluebantur. Qui autem ad prorā conſtituti pugnabant,omnem oſtendebant induſtriam,cōſcendentes & cædentes. neminem autem uiuū ceperunt. pro ferreis autem roſtris polypos magnos inuicem connexos iaciebant,qui & ſyluis complicati tenebant inſulas. Iaciebant etiam ac cædebanr oſtreis, quorum unum currum impleat: & ſpongiis iuge-
C reis.Hos autem ducebat Aeolocentaurus,illos Thalaſſopota. Pugnare autem ipſis,ut uidebatur,cōtigit prædæ gratia. etenim dicebatur Thalaſſopotes multos Aeolocentauri delphinorum greges ſurripuiſſe,ut erat audire ex eo quòd ſibi inuicem exprobrarent,& regum nomina conclamarent. Tandem uicerūt qui ab Aeolocentauro ſtabant, & inſulas ſubmerſerunt centū circiter & quadraginta, tresq; ipſis unà cum hominibus ceperunt. cæteræ uerò puppi colliſa fugerunt.Sanè hi paululum illos inſecuti,ueſpere facto ad naufragia conuerſi, plurima obtinuere, ſuaq; recepere. etenim inſulæ non minus octoginta perierant. Statuerunt autem trophæum inſularis pugnæ in capite ceti,unā ex ho-
D ſtium inſulis ſuſpendentes. Nocte quidem illa circa beſtiam commorati ſunt, retinacula ad illam alligantes,& ancoris non procul iactis. Nam utebantur ancoris magnis uitreis fortiſſimis. Poſtera autem die ſupra ceti tergum litantes, ſuosq; ibi tumulantes, abiere læti, & ut pæana canentes. Hæc igitur in inſulari pugna geſta ſunt.

## HISTORIAE VERAE
## LIBER SECVNDVS.

E INTEREA non iam amplius illum ferens in ceto uictū,manſionisq; illius tædio affectus, quærebā quánam arte nobis pateret exitus. Et primùm quidem non inutile uiſum, ad dextrum latus fodere,perq; defoſſum foramen tentare fugam. Incipientes igitur pertūdebamus. Vbi uerò progreſſi ad quinque ſtadia effodimus,nihil proficientes, ab opere deſtitimus. Tum ſyluam exurere uiſum eſt,ut ſic cetus moreretur. quod ſi fieret, facilè liceret egredi. Igitur ab extremitate incipiētes comburebamus: & dies quidem ſeptē, ac totidem noctes calorem non ſenſit. Porrò octaua ac nona intelleximus illum ægrotare, quum hiabat non ſolita cum uehementia,cum neque hiatum ſuſpendebat ac protrahebat,ſed confeſtim comprimebat. Decima autem & undecima moriebatur,ac

malè olebat. At duodecima uix ſenſimus periclitari nos,& in cadauere cõclu- F
di,ni hiante ceto cuneos ſubmitteremus, quò fauces in poſterum non præcluderentur. Itaque maximis trabibus illius diuulſo ore,nauem parabamus, aquæ plurimum inferentes,& ad neceſſitatem cætera. gubernator futurus erat Scintharus. Poſtera autem die iam ille mortuus erat. Nos uerò attrahentes nauem, & per raritatem dentium educentes ac explicãtes, leniter in mare demiſimus. Aſcendentes autem in dorſum apud trophæum Neptuno immolauimus, ibiq; tribus diebus manſimus(erat enim trãquillitas) quarta uerò nauigantes abſceſſimus. Hinc nos multis ex nauali pugna cadaueribus obuiauimus, & impegimus,ubi & corpora dimenſi mirabamur. Diebus autem quibuſdam nauigauimus multa aëris temperie uſi: tandem uiolento ſpirante Borea frigus magnum ſecutum eſt,ab eoq; totum glacie aſtrictum eſt pelagus,nõ modò in ſuperficie, ſed & in profundum & altè ad paſſus trecentos, ut deſcendentes ſuper glaciẽ curreremus. Quum autem uentus perſtaret, neque amplius ferre poſſemus,tale quiddam commenti ſumus. Qui uerò in ea re conſilium dederat, erat Scintharus. Igitur in aquam antrum maximum fodientes,in eo latitauimus diebus triginta,ignemq; accendebamus,ac ueſcebamur piſcibus: ſiquidẽ fodiẽdo plurimos inueniebamus. Vbi uerò commeatus defecit,egreſſi infixã nauem euulſimus, ac uelum expandimus, trahebamurq; ut nauigantes molliter ac leniter H
per glaciem delapſi. Quinta autem die tepore glacies ſoluebatur,iterúmque omnia in aquã ſoluta. Iam uerò & circiter ſtadia trecenta nauigaueramus,quum ad inſulam delati,non adeò magnam,& eam deſertam,aquas hauſimus (iam enim defecerãt) tauróſque ſylueſtres ibi duos arcu confecimus. Ipſi autem tauri cornua non in fronte, ſed in ipſis habebant oculis, ut Momo placuit. Poſt paulum in pelagus deuenimus, non aqueum, ſed lacteum: & in eo inſula apparebat alba referta uitibus. Erat autem inſula caſeus maximus, uehementer coagulatus,quemadmodum poſtea comedentes didicimus. Eius autem circuitus ſtadiorum uigintiquinque: & uites uuis ſcatebant,ex quibus lac,non uinũ I
expreſſimus. Tẽplum autem erat in media inſula Galateæ Nereidi ſacrũ, ſicut oſtendebat epigramma. Quandiu igitur in inſula conſedimus, eſcam quidem nobis ac cibum terra ſuppeditauit:lac autem ex uuis expreſſum,potũ. Regnare autem in regionibus illis dicebatur Tyro Salmonei filia, cum è uita diſceſſiſſet,eo à Neptuno honore accepto. Exactis autem in inſula diebus quinque, ſexta egreſſi ſumus portum,tranquillo quidem mari ab undis,ac aura quadam impellente. Porrò octaua die nauigãtes non amplius per lac,ſed in ſalſa ac cœrulea aqua, uidemus homines multos ſupra mare decurrentes, omnino nobis ſimiles & corporibus & magnitudine, præter ſolos pedes, ſiquidẽ hos ſuberi- K
nos habebãt. Quare,ut exiſtimo,& Phellopodes appellati ſunt. Mirabamur au tẽ cũ uideremus eos nõ demergi,ſed ſupra fluctus extare,intrepideq; incedere. Qui & accedentes,ſalutarunt nos Græca uoce. dicebãt autem ſe in Phello patriam ſuã properare. Comitabantur autem aliquouſq; nos præcurrẽtes, poſtea cõuerſi ab itinere ibant,felicem nobis nauigationem comprecati. Poſt paululum uerò & inſulæ multæ apparuere. Propè quidem à læua Phello, ad quã illi properabant,quæ ciuitas ſuper magno ac rotundo ſubere habitabatur. Longè autem,& ad dextrã magis,quinque maximæ inſulæ & altiſſimæ,ubi ignis accendebatur multus. Ad proram autem una lata & humilis, diſtans ſtadiis non

*Momus.*

minus

A minus quingentis. Iam uerò non procul aberamus, cum mira quædam nos afflauit aura, dulcis & odorifera, qualem hiſtoricus Herodotus à felice Arabia ſpirare dicit. nam qualis à roſis, narciſſis, hyacinthis, liliis, uiolis, myrto, uel lauro redolere conſueuit, talis nobis odor aſpirauit, à quo deliniti, boníque aliquid longis ex laboribus ſperantes, iam in inſulam propè adueneramus. Hic & portus uidemus plurimos tranquillos, & magnos, nitentiaq; flumina leniter in mare prorumpere, prataq; & ſyluas, & canoras aues, partim quidem per littora canentes, multas autem ſuper ramis. Aër autem lenis ac placidè ſpirans regioni circumfundebatur. Hinc ſuaues quædam auræ ſpirantes leniter ſyluam
B mouebant, ut ex motis ramis dulces & perpetui cantus ederentur, ſimiles iis qui in locis deſertis obliquis fiſtulis reddi ſolent. Atqui audiebatur uox quædã promiſcua non tumultuoſa, ſed qualis in conuiuio reddi poſſet, cum quidam fiſtula canunt, alii probant, alii ad fiſtulam aut citharam ſaltant. His illecti deferebamur in portum: egreſſiq; nauem, Scintharum in ea & ex ſociis duos dimiſimus. Procedentes autem per florens quoddam pratum, in cuſtodes incidimus ac miniſtros, qui nos roſeis uinculis uinciẽtes (id enim apud eos maximum eſt uinculum) ad principem adduxere: à quibus & per uiam intelleximus eam eſſe beatorum inſulam, regnareq; in ea Creticum Rhadamãthum: ad quem ubi
C adducti fuimus, ſtetimus in ordine iudicãdorum quarto loco. Erat autem prima cauſa de Aiace Telamonio, an illi in heroum numero eſſe liceat, an nõ. Accuſabatur autem quòd furiis actus ſeipſum necaſſet. Denique multo prius habito ſermone uiſum eſt Rhadamantho, hauſto elleboro, ac demum reſipiſcentem, tradere eum Hippocrati Coo medico, indeq; iam in heroum conuiuium recipi. Secunda autem cauſa amoris erat, Theſei ſcilicet ac Menelai pro Helena certantium, utri illa cohabitare debeat. Et Rhadamãthus quidem eam Menelao adiudicauit, qui coniugii huius gratia tantis olim laboribus ſeſe obiecerit, periculisq;. Etenim Theſeo ipſi alias eſſe mulieres, Amazonem, ac Minois
D filias. Tertia uerò de præeminentia inter Alexandrum Philippi filium, & Hãnibalem Carthaginienſem. uiſum eſt Alexandrum præcellere, eiq; ſedes poſita eſt apud Cyrum Perſem primũ. In quartam autem cauſam nos adducti ſumus. & is quidem interrogauit, quídnam in cauſa eſſet quòd adhuc uiui ad ſacrum illum locum deueniſſemus. Nos autem ex ordine cũcta illi enarrauimus. Tum nobis paululum è loco ſummotis, ſecum diu penſitabat, & de nobis communicabat cum aſſeſſoribus. Conſederant autem ei cum alii multi, tum & Athenienſis Ariſtides, cognomẽto iuſtus, cui ut placuit decreuit, ut daremus pœnas curioſitatis & peregrinationis, poſtquam moreremur. Nunc uerò præſcripto
E tempore licere nobis in inſula apud heroas uerſari, indeq; abire. Præſcripſit autem receſſus terminum, non amplius quàm menſium ſeptem. Hinc ſua ſponte defluentibus ſertis à nobis, ſoluebamur, ac in urbem adducebamur, ad beatorum cõuiuium. Ipſa autem ciuitas tota aurea, murus uerò ſmaragdo lapide cingitur. Porrò portæ ſeptẽ ſunt, omnes ex integro ligno & amomo. Pauimentum uerò ciuitatis, & quæ intra mœnia eſt, terra eburnea: omnium autem deorum templa, beryllo lapide conſtructa ſunt, & altaria in eis maxima, uno è ſimplici lapide Amethyſto conſtant, in quibus & diis immolant. Circa ciuitatem uerò fluuius defluit unguento optimo: huiusq; latitudo regalium cubitorum centum: altitudo, ut commodè nare poſſes. Porrò ipſius balnea, domus ma-

gnæ ſunt uitreæ,cynnamomo ſuccẽſæ. Atqui pro aquã ros tepidus in peluibus F
ſeruatur. Vtũtur autem ueſtibus purpureis,tenuiſſimis aranearum telis. Hi corpora non habent,ſed & impalpabiles ſunt,& abſque carne. Formam autem & effigiem ſolam habent ac oſtendunt. Incorporei tamen cum ſint,ſtant,mouentur,intelligunt,uocemq; emittunt: omninoq; uidetur eorũ anima nuda quædã circũuagari,corporis ſimilitudine circundata. Si quis autem non tetigerit,non credet quòd uidetur non eſſe corpus. Sunt enim ut umbræ rectæ,non nigræ. Seneſcit nemo,ſed ea ætate qua ſe eò cõtulit,permanet. Denique hic haudquaquam eſt nox,neq; dies admodum clara, ſed quale crepuſculum eſſe ſolet, iam aurora apparente ante orientem ſolem. talis lux terram habet. quare & unum G
ſolum anni tempus nouere. Semper enim apud eos uer eſt,unusq; uentus ſpirat Zephyrus. At locus cunctis quidem floribus,omnibus manſuetis plantis & umbroſis uiret. Quæ illic ſunt uineæ, duodecies quotannis ferunt,& ſingulis menſibus uuas reddunt: mala uerò granata ac malos, cæteraq; poma terdecies
*Minous mẽſis.* ferre dicebant. Nam mẽſe qui apud eos Minous appellatur, bis ferre fructum. pro frumento uerò ſpicæ in ſummitate paratos panes emittunt,ut fungos. Fontes ſunt per ciuitatem, aquæ quidem quinque & ſexaginta ac trecenti: mellis uerò alii totidem: unguenti quingenti: uerùm & hi minores ſunt: flumina lactis ſeptem,& uini octo. Cõuiuium autem celebratur extra ciuitatem in cam- H
*Elyſius cãpus.* po qui Elyſius uocatur. Etenim pratum eſt pulcherrimum, & circa illud nemus omni arborum ſpecie conſitum,umbram diſcumbentibus faciens. ſtratum autem ſubſternunt è floribus. Miniſtrant quidem ac cuncta afferũt uenti,præterquam quòd uinum non miſcent. ſiquidem eo non indigent. nam circũ conuiuium arbores ſunt uitreæ magnæ, è micante uitro. harũ fructus pocula ſunt omni ſpecie operis ac magnitudinis. Vbi autem quis ad conuiuium acceſſerit, unũ ex illis uel duo decerpta menſis apponit: ea confeſtim uino replentur. Pro ſertis uerò,luſciniæ canoræq; uolucres cæteræ, flores è proximis pratis ore legentes,cum cantu eos ſuperuolant,aſperguntq;. Porrò unguntur ad hũc mo- I
dum: Denſæ nubes unguẽtum cõbibentes è fontibus ac flumine,ſupraq; conuiuium ſparſæ,ſenſim exprimentibus uentis, tenuiſſimum quiddam uelut rorem diſtillant. In cœna autem muſicæ & cantilenis uacant. Canuntur autem in primis Homeri uerſus,qui & ipſe adeſt,& cum illis conuiuatur,ſupra Vlyſſem diſcumbens. Choreæ autem ſunt è pueris & uirginibus. præſunt uerò illis & concinunt Eunomus Locrus,& Arion Lesbius,& Anacreon,& Steſichorus. nam & hunc apud eos uidi,iam ipſi Helena reconciliata. Vbi autem ii quieuerunt,ſecundæ choreæ ſuccedunt è cygnis,philomenis, ac hirundinibus. Poſtquam & illæ canere cœperint,iam tota ſylua reſonat,præſidentibus uẽtis. Hoc K
autem maximum ad lætitiam habent, fontes duo ſunt circa conuiuium, unus quidem riſus,alter uerò uoluptatis. Ex horũ ambobus in initio cõuiuii omnes bibunt, deinde reliquum læti ac ridentes exigunt. Volo & ex inſignibus uiris quos apud eos uidi,dicere. Omnes quidẽ ſemideos, & qui ſub Ilio militauere, præter Locrenſem Aiacem. nam hunc ſolum dicebant in impiorum loco ſupplicio affici. Barbarorum autem utrunque Cyrum, Scythamq; Anacharſim,& Thracem Zamolxim,Numámque Italicum,nécnon & Lacedæmoniũ Lycurgum,& Phocionem & Tellum Athenienſes, & præter Periandrum ſapientes omnes. Vidi & Socratem Sophroniſci filiũ cum Neſtore & Palamede nugantem:

A tem: circa quem Hyacinthus Lacedæmonius, & Theſpieus Narciſſus, Hylas, aliiq; formoſi. Videbatur autem Hyacinthũ amare, idq; multis argumentis. Ferebatur autem illi ſuccenſere Rhadamanthum, & ſæpenumero comminatum, ſi pergeret ineptire, ſe illum ex inſula eiecturum, aut niſi omiſſa ſimulatione conuiuaretur. Solus Plato non aderat, ſed conditam à ſe ciuitatem habitare dicebatur, ubi repub. & legibus quas tulerat, uteretur. Porrò Ariſtippus & Epicurus primi apud illos habebantur, cum hilares eſſent, & læti, compotoréſque ſuauiſſimi. Aderat & Phryx Aeſopus, quo homine pro morione utuntur. Atqui Diogenes Sinopẽſis tantum à priſtinis moribus degenerauerat, ut Laidem
B meretricem duceret uxorem, & ſubinde ſurgeret, ac temulentus ſaltaret, debaccharetur q;. Stoicorum autem aderat nemo: nam adhuc illos rectum uirtutis uerticem aſcendere aiebant. Quin & id de Chryſippo audiuimus, illi nõ prius fas eſſe ut inſulam ingrederetur, quàm iam quartò ſe elleboro purgaret. Academicos dicebant uelle quidem uenire, continere ſe tamen, & adhuc conſiderare: neq; enim ſatis adhuc capere num uſquam talis inſula ſit, nécne. Verùm, ut coniicio, Rhadamanthi iudicium haud dubiè metuerunt, utpote qui forum iudiciarium ſuſtulerint. Quanquam non paucos ex illis excitatos fama erat, ut eos qui illuc præceſſerãt, ſubſequerentur, uerùm præ pigritia defeciſſe, neque
C potuiſſe aſſequi, ſed è medio itinere rediiſſe. Hi igitur inter eos qui aderãt, erãt maximè memorabiles. Enimuero Achillem, & poſt illum Theſeum in primis colunt. Quòd uerò ad coitum & Venerem pertinet, commiſcẽtur fœminis ſimul & maribus palàm, & ſpectantibus omnibus, idq; haudquaquam turpe arbitrantur. Solus uerò Socrates deierabat ſe innocenter cum iuuenibus uerſari, & quidem cum omnes illum peierare ſcirẽt. Siquidem Hyacinthus & Narciſſus fatebantur, ille autem negabat. Fœminæ ſunt omnibus communes, neque quiſquã uicino inuidet, ſed ſunt certè in hac re maximè Platonici. Pueri quoq; uolentibus ſe exhibent, nihil reluctantes. Vix autẽ duos aut tres totos dies ue-
D neram, cum accederem Homerum poëtam: nam utrique ocium erat: & cum alia multa, tum illud rogabam, cuias eſſet, dicens illud maximè apud nos ad hunc uſq; diem eſſe in controuerſia. At ille ſe neſcire reſpondit. Nam quidam Chium, alii Smyrnæum, alii Colophonium eum arbitrãtur, ipſe uerò ſe Babylonium eſſe aiebat: ſiquidem à ciuibus ſuis non Homerum, ſed Tigranem uocatum fuiſſe: poſtea uerò cum apud Græcos obſidis officio functus eſſet, priſtinam appellationẽ mutaſſe. Rogabam præterea, nũ & ii uerſus qui uulgo reiiciuntur, ab ſe conſcripti eſſent, nécne. Ille autẽ omnes ſuos eſſe aſſeuerabat. Ibi ego Zenodoti & Ariſtarchi grãmatici frigidas ratiocinationes non potui non
E damnare. Vbi autem hæc abunde diſſeruit, iterum rogabam quamobrem ab ira, poëmatis ſui initium ſumpſerit. Sic enim, inquit, mihi in mentem uenit, nihil ſtudio agenti. Tum & illud ſcire cupiebã, an, quod multi uolunt, Odyſſeam Iliade priorem ſcripſiſſet. Ille uerò negabat. Nam quòd cæcus non eſſet, quod & de eo affirmant, mox cognoui. uidebam enim: quare non erat opus illũ percontari. Quin idem aliàs ſæpe agebam, ubi illi uacare uiderem. Cum autem illum adirem, rogaremq;, ipſe contrà promptè ad omnia reſpondebat, maximè uerò poſt cauſam quam uicit. Nã illum calumniæ Therſites accuſauerat, quòd ſe in poëſi conuiciis agitaſſet. Vicit autem Homerus cauſam, agente Vlyſſe. Aduênit & circa illa tempora Pythagoras Samius ſepties mutatus, qui in tot

animalibus uixit, & animæ errores consummauit. Erat autem eius dextra pars F
aurea: & uisum est ut communi cum illis republica uteretur. Dubitabatur autem adhuc, utrum Pythagoræ, an Euphorbi nomine appellãdus esset. Empedocles uerò (nam & ipse uenit semielixus, & toto corpore excoctus) nõ receptus est, quanquam id multis precibus postularet. Procedente autem tempore
*Thanatusia.* instabat certamen quod apud illos Thanatusia appellantur. Præfuit Achilles iam quintùm, Theseus uerò septimùm. Porrò quid in totum actum sit, lõgum esset commemorare: uerùm summam ac capita rerum perstringam. Lucta quidem uicit Carus, qui ab Hercule stabat, & pro corona cum Vlysse decertabat. Pugilum æqualis fuit pugna, Arii Aegyptii, qui Corinthi sepultus est, & Epii, G
qui sibi mutuò congressi erant. Nã apud eos Pãcratii nullum præmiũ proponitur. Porrò quis cursu uicerit, non satis memini. Ex poëtis, ut uerè dicã, quanquam longè excelleret Homerus, uicit tamẽ Hesiodus. Præmia autẽ omnibus erat corona ex pauonum pennis contexta. At iam absoluto certamine nũciatum est, eos qui in impiorum loco plecterentur, ruptis uinculis, & superata custodia, in insulam irrũpere. eorum duces esse Phalaridem Agrigentinum, & Busyridem Aegyptium, Diomedem Thracem, & Scironẽ, & Pityocampten. Vt uerò hæc animaduertit Rhadamanthus, statuit heroës in aciem super littus. Ducebat autem exercitum Theseus & Achilles, & Aiax Telamonius iam iam H
ad se reuersus. Commixti ergo inter se pugnabant, uiceruntq; heroës, Achille uel in primis rem strenuè gerente. Fortiter se gessit & Socrates in dextro cornu constitutus, multóque fortius, quàm quum adhuc apud Delium pugnaret. Nam ingruentibus hostibus haudquaquam fugit, sed uultu intrepido cõstitit. quamobrem præmio donatus est, nimirum luculẽto & amplo horto, in quem conuocatis aliis differebat: quem locum Necracademiam appellauit. Comprehensos igitur & colligatos eos qui uicti fuerant, remiserunt multo grauius puniẽdos. Eam autem pugnam scripsit & Homerus, & mihi abeunti libellos dedit ad nostros homines deferendos. Verùm hos unà cum reliquis postea amiI
si. Erat poëmatis initium ferè in hunc modum: Nũc mihi Musa refer pugnam heroum extinctorũ. Cum igitur fabas coxissent, quemadmodum illis mos est ubi bello rem præclarè gesserint, Epinicia celebrarunt, & festum solenne egerunt. Solus Pythagoras à conuiuio illo abstinuit, & ieiunus procul desidebat, abominatus fabarum esum. Iã uerò mensibus sex exactis, septimoq; ad medium deducto, res nouæ ac insperatæ exortæ sunt. Nam Cinyrus Scinthari filius, iam grandis & formosus, Helenam multo iam tẽpore deperibat: ipsa autem contrà manifestè adolescentẽ ad insaniam usq; redamabat. Siquidẽ in cõuiuio subinde alter alteri annuebat, & præbibebat: soliq; ex cæteris surgentes in sylua deerraK
bant. Tandẽ præ amore & impatiẽtia consiliũ cepit Cinyrus rapiẽdi Helenam. Illa uerò hoc probabat, ut cederent, ac in uicinam quampiã ex insulis proficiscerentur, nimirũ in Phello, aut Tyroẽssam. Addiderunt & huic consilio cõiuratos è meis comitibus tres audacissimos. Nam hæc patri non indicauerat. sciebat enim quòd ab illo acriter increparetur. Itaq; cum ipsis opportunũ uisum esset, facinus perpetrarũt. Vbi enim nox aduênit, (nam tum fortè non intereram, sed in conuiuio distertebam) illi clàm aliis correpta Helena, maturè se proripuerunt. Menelaus autem cum circa medium noctis excitatus totum uacuum sensisset, protinus clamore sublato, & fratre secum accepto, ad regiam

Rhadamanthi

A Rhadamanthi profectus est. Porrò illucescente die aiebāt exploratores nauem procul distantem apparere. Itaq; Rhadamanthus, cum quinquaginta heroēs in nauem Asphodelinā, & ex integro & solido ligno constructā, collocasset, iussit eos persequerentur. At illi cum magna alacritate remis incumberēt, tandem circa meridiem eos deprehendunt, cum iam in lacteum Oceanū subirent, haud procul à Tyroessa insula. tantum enim aberant ut elaberentur. Cum igitur nauem rosea catena reuinxissent, reuersi sunt. Helena itaq; flebat & erubescebat, operiebaturq;. Verùm Rhadamanthus habita prius cum Cinyro diligēti quæstione, num & alii quipiam cōscii fuissent: postquā ullum fuisse negauit, uin-
B ctum hominem ex pudendis, & malua prius bene cæsum, in impiorum locum amandauit. Decreuerunt & nos ante præscriptum tempus ex insula ablegare, data unius proximæ diei mora. Ibi ego grauiter ferre, & lachrymari, utpote qui eiusmodi felicitate relicta rursus erraturus essem. At illi contrà consolabantur me, quòd futurum dicerent ut propediem ad se essem rediturus. Iamq; mihi in futurum sedem & locum optimis quibusque uicinum ostendebant. Ego uerò accedens Rhadamāthum, obnixè orabam, ut quæ mihi futura essent, prædiceret, & de nauigatione certiorem redderet. Is autem me quidem in patriam rediturum respondit, uerùm multis prius erroribus & periculis exantlatis. Tem-
C pus autē quo essem rediturus, addere noluit, sed ostensis uicinis insulis, (apparebant autem numero quinq;, & alia sexta longius) hæ, inquit, adiacentes sunt impiorum, in quibus uides ignis plurimum accēsum. Sexta autem illa somniorum est ciuitas. Post hāc & Calypsus est insula, uerùm nondum tibi adhuc apparet. Vbi uerò has præternauigaueris, tum deuenies in magnam illam continentem, quæ è regione est ei quæ à nobis incolitur. Illic multa passus, multásq; gentes prætergressus, & inter Barbaros incultosq; homines peregrinatus, tandem in alteram terram deuenies. Hæc ubi dixisset, euulsam è terra maluæ radicem mihi porrexit, iubens ut hanc adorarem cum in maximis periculis uer-
D sarer. Admonuit autē, si unquam in hanc terrā incolumis redirem, ignē gladio ne foderem, néue lupinis uescerer, néue puero supra decē & octo annos nato congrederer. quorum si memor essem, bene sperarem de reditu ad insulam. Ibi demum quæ ad nauigationē pertinent, paraui: cumq; opportunū esset, cum illis cibum cepi. die deinde proxima accedens Homerum orabam ut mihi duorum uersuū epigramma conderet. Quod ubi fecit, columna berylli lapidis erecta iuxta portum inscripsi. Erat autem epigramma huiusmodi:

Lucianus charus diuis hæc cuncta beatis
Vidit, & hinc iterum patrias remeauit ad oras.

E Manens autē & diem illam, sequenti proficiscebar, deducentibus heroibus. Hic & Vlysses accedens nesciente Penelope, mihi literas dat in insulam Ogygiam ad Calypso ferendas. Misit & mecum Rhadamanthus portitorem Nauplium, ut si ad insulas appelleremus, nemo nobis manū iniiceret, uelut iis qui ad mercatum quempiam alium nauigarēt. Vbi uerò progressi odoratum aërem præteriissemus, continuò nos teterrimus nescio quis odor excepit, uelut bituminis & sulphuris picisue, cum simul ardent. Nidor autem erat grauis, intolerabilisque, uelut ab exustis hominibus. Erat & aēr obscurus & caliginosus, à quo distillabat ros quidā piceus. Quin & uerberū strepitus exaudiebatur, & multorū hominum eiulatus. Ad alias igitur non applicuimus: illa uerò quā ascendimus,

talis erat. Tota in gyrum præceps eſt, & exuſta, cautibus & ſaxis aſpera. Arbor F
autem aut aqua ne inerat quidem. Irrepſimus tamen per præcipitia, & per ſpi-
noſam & aculeis plenã ſemitam euaſimus, tranſiuimusq; regionis tetram fœ-
ditatem. Procedentes autem ad carceres, & ſupplicii locum, primùm quidẽ lo-
ci naturam admirati ſumus. Siquidem uniuerſum ſolum gladiis & mucronibus
efflorebat, circum quod fluuii duo decurrebant, unus cœno, alter uerò ſangui-
ne, & item alius intus igne, & quidem ingẽs & immenſus. fluebat autem uelut
aqua, & inſtar maris agitabatur. Habebat etiamnum & piſces permultos, quo-
rum aliquot torribus erant ſimiles, nõnulli uerò minuſculi carbonibus ignitis,
quos Lychniſcos uocabant. Aditus autem unus erat, & perquã anguſtus. Ianitor G
adſtabat Timon Athenienſis. Ingreſſi tamen duce Nauplio, uidebamus eos
qui ſupplicio afficiebantur, inter quos reges & priuati erant plurimi, quorum
etiam nonnullos agnouimus. Vidimus & Cinyrum fumo enecari, & à puden-
dis pendẽre. Addebant & ductores ſingulorum uitas, & cauſas ob quas ſuppli-
cio afficerẽtur. Maxima uerò omnium pœna eis imminebat, qui in uita quip-
piam ementiti eſſent, neq; ueritatem literis mandaſſent: inter quos erat Cteſias
ille Cnidius, & Herodotus, & alii non pauci. Hos ergo cũ uiderem, bono ani-
mo eſſe cœpi. nam nullius mendacii mihi conſcius eram. Itaque ad nauẽ matu-
rè reuerſus, (neque enim tale ſpectaculum ferre amplius poterã) ſalutato Nau- H
plio diſceſſi. Neq; ita multum poſt apparebat nõ procul ſomniorũ inſula, obſ-
cura illa, & uix uiſu perſpicua. Habebat autem & ipſa ſomniis aliquid ſimile.
cedebat enim accedentibus nobis, & ſubterfugiebat, ac longius ſe ſubducebat.
Cum ergo tandem eam comprehendiſſemus, & in portũ qui ſomnus dicitur,
delati eſſemus, prope eburneas portas, ubi ædes eſt Gallinaceo ſacra, ſub obſcu-
ram ueſperã deſcendimus: cumq; in portã progreſſi fuiſſemus, ſomnia multa
uariaq; uidebamus. Verùm de ipſa ciuitate libet ante omnia cõmemorare, quo-
niam de ea nemo adhuc conſcripſit: ſolus autem Homerus eius meminit, non
ita accuratè exacteq; deſcripſit. Circa hanc undique circumiacet ſylua. Arbores I
autem ſunt papauera procera, & mãdragoræ, in quibus magna uis ueſpertilio-
num ſedet. Sola enim hæc auis in ea inſula naſcitur. Flumen autem iuxta præ-
terlabitur, quod ab illis Nyctiporus appellatur. Sũt & fontes duo iuxta portas,
quibus & nomen eſt uni quidem Negretus, alteri uerò Pannychia. Ipſa autem
ciuitatis mœnia alta ſunt, uariaq;, iridis colore ſimillima. Enimuero portæ ſunt,
non duæ, ut uoluit Homerus, ſed quatuor. Nã duæ Mollitiei campũ reſpiciũt,
hæc quidem ferrea, illa uerò teſta conſtructa, per quas horrenda & ſæua immi-
tiaq; ſomnia emitti aiebãt. Duæ uerò alteræ ad portũ & mare, ex quibus quæ-
dam corneæ erant, quædam, per quas tranſiuimus, eburneæ. Ingreſſis autem ci- K
uitatem ad dextram eſt templum Noctis. Nam illam ex deis in primis colunt,
& Gallinaceũ, cui iuxta portũ ſacellum dedicatũ eſt. Ad ſiniſtram uerò Somni
regia. Is enim apud eos regnat, duobus â ſe ſatrapis & præfectis conſtitutis, Ta-
raxione Mataeogenis, & Plutocle Phantaſionis filio. In medio autẽ foro fons
eſt quem Careotin appellant: delubra duo adiacent, Impoſturæ uidelicet, &
Veritatis: ubi & illorum eſt adytum & oraculum, cui præfectus erat Antipho
ille ſomniorum hiſtrio, hunc apud Somnum honorem ſortitus. Somniorum
autem neque natura neque forma eadem eſt. Nam quædam procera erant &
formoſa, ſuauiaq; : quædam uerò breuia & deformia. Nonnulla etiam aurea, ut
uidebantur,

A uidebantur: ſordida item & abiecta nonnulla. Erant & inter illa alata aliquot, & monſtroſa, alia uelut in pompam inſtructa, nimirum in Reges, aut Deos, aut aliquid eiuſmodi. Quin & ex illis non pauca agnouimus, utpote ea quæ olim apud nos uideramus. Quædam etiam nos accedebant, ſalutabantq;, uelut familiaria iã & domeſtica. Quæ cũ nos excepiſſent, ac ſopiuiſſent, ſplẽdidè planè ac elegãter tractauerũt, apparato magnifico alio diuerſorio, pollicita reges aut ſatrapas ex nobis ſe factura. Nonnulla & in ſuam quemq; patriam abduxere, & domeſticos oſtẽdêre, rurſusq; eadem die reduxere. Diebus ergo triginta, & totidẽ noctibus dormiẽtes comeſſantesq; apud ea manſimus. Hinc tonitru cum
B ingenti fragore repentè edito excitati ac conſternati, ſaturi diſceſſimus. Inde poſt tertiam diem in Ogygiam delati deſcendimus. Hic ego primùm reſignatis literis, quæ ſcripta erant legebam. Erant autẽ ferè huiuſmodi: VLYSSES CALPYSO S. Nolim te ignorare, quòd ubi primum abs te diſceſſiſſem rate inſtaurata, poſtquã naufragium feciſſem, & uix à Leucothea in Phæacum regionẽ ſeruatus fuiſſem, à quibus domũ remiſſus fui, me multos uxoris procos deprehendiſſe, qui rebus noſtris abuterentur ad uoluptates ſuas: quos cum omnes confeciſſem, tandem ipſe à Telegono, quẽ ex Circe ſuſceperam, è medio ſublatus ſum. Nunc autem in beatorum ſum inſula, uehementer dolens ob
C relictam, qua apud te uſus ſum, cõſuetudinem, & oblatam abs te mihi immortalitatẽ. Quòd ſi per occaſionem licebit, hinc arrepta fuga ad te ueniam. Et hæc quidem quæ per literas ſignificabantur: de nobis præterea, ut hoſpitio exciperemur. Ego autem procedens parumper à mari, inueni antrum tale quale Homerus deſcripſit, ipſamq; lanificio dantem operam. Poſtq̃ uerò literas accepit, admiſitq;, primùm quidẽ abũde fleuit, tum nos ad hoſpitiũ inuitauit, ſplendideq; excepit, interim de Vlyſſe multa ſciſcitata, & Penelope cuiuſmodi forma eſſet, num ita caſta eſſet, quemadmodum de ea Vlyſſes iactauerat. Nos autem ea quibus potiſſimùm eam delectari cõiiciebamus, reſpondimus. Digreſſi
D igitur ad nauem prope littus obdormiuimus. Mane autem ſoluimus uehemẽtius uento inſurgente. Tandem poſt bidui tempeſtatem die tertia incidimus in Colocynthopiratas. Homines autem immanes ſunt hi, feriq;, qui ex uicinis inſulis nauigantes infeſtant. At uerò naues magnas habent cucurbitinas, ſex cubitorum longitudine. Nam ubi exaruerint, excauata una, & medulla illius egeſta nauigant. ſiquidem malis arundineis utuntur, & pro uelo, cucurbitæ folio. Impetu ergo in nos facto, duabus inſtructis claſſibus oppugnabãt, & è noſtris complures ſauciabant, uice lapidum cucurbitarum grana iaculati. ut plurimum enim cõminus depugnabãt. Circa meridiem uerò à tergo Colocynthopirata-
E rum uidemus adnauigare Caryonautas. erant autẽ inter ſe hoſtes, ut poſtea declarauerunt. Nã ut eos adeſſe ſenſerunt, nobis neglectis in eos conuerſi, nauibus conflictabantur. At nos interea ſublato uelo, illisq; pugnãtibus inter ſe relictis, cepimus fugam. Manifeſtò autẽ uidebantur ſuperiores futuri Caryonautæ, utpote qui numeroſiores eſſent. Nã illis claſſes erãt quinque, pugnabantq; nauibus aliquanto fortioribus. Siquidem naues habebãt corticeas, è putamine nucum per medium ſecto excauatóque. Magnitudo autem putaminis cuiuſq; in longum decem & octo cubitos protẽdebatur. Vbi uerò ab his ſubducti fuimus, eos qui ſaucii fuerant, curauimus, & poſtea in armis ferè ſtetimus, ſemper inſidias quaſpiam ſubueriti. neq; id quidem immeritò. Nõdum enim occiderat

ſol,cum ab inſula quadam deſerta circiter uiginti uiri delphinibus prægrandi- F
bus inſidentes nobis adequitabant. Erant autem hi prædones, quos firmos ac
ſtabiles ferebant Delphines,perinde ac equi ſubſultantes,& hinnientes. Cum
autem iam propè adſtarent hinc atq; hinc diuiſi,nos aridis ſepiis, & cãcrorum
oculis feriebant. Verùm cum nos ſagittaremus & iacularemur,non potuerunt
ſubſiſtere,ſed magna parte eorum ſaucia,ad inſulam confugerunt. Circa me-
diam uerò noctem cum tranquillum eſſet mare,non aduertentes in Alcyonis
nidum miræ magnitudinis incidimus. Erat enim eius circuitus ſtadiorum ſexa-
ginta. Inſidebat autem illi Alcyon,fouebatq; oua,nido haud multo maior:quæ
cum auolaret,parum abfuit quin alarũ uento nauem ſubmergeret. fuga enim G
ſe proripuit,edita triſti quadam & lamentabili uoce. Nos igitur iam die appa-
rente uidemus nidũ ingenti naui ſimilem ex arboribus congeſtũ. Inerant autẽ
& oua,quorũ ũnumquodq; Chio dolio erat capacius. Atqui & pulli iam intus
conſpiciebantur,& crocitabant. Cum igitur unũ ex ouis ſecuribus præcidiſ-
ſemus,pullum implumẽ uiginti uulturibus amplioré eduximus. Vbi uerò pro-
pè ducentis ſtadiis à nido digreſſi fuimus,mira & inuſitata prodigia nobis ob-
uenere. Nã qui in prora erat cheniſcus,ſubitò alas emiſit,& exclamauit. Porrò
gubernator Scintharus cum iam caluus eſſet,capillos produxit,& quod eſt o-
mnium inuſitatiſſimũ, ipſe malus nauis germinauit, & ramos propagauit,atq; H
in uertice fructum edidit. Erant autẽ eius fructus fici,& uuæ permagnæ,necdũ
ſatis maturæ. Hæc poſteaquã uidimus, non iniuria turbati ſumus,deos precati
ut portentoſam uiſionẽ auerterent. Nondum autẽ quingentis ſtadiis proceſſe-
ramus,cum uideremus ſyluã magnã & frondoſam pinis & cupreſſis. Nos au-
tem arbitrabamur continẽtem eſſe, uerùm erat gurges,cui fundus nõ erat,ar-
boribus quæ radices non haberent,totus cõſitus. Ipſæ tamen arbores immobi-
les ſtabant ac erectæ,ac ſi ſupernatarent. Cũ ergo acceſſiſſemus propius,& to-
tam rem animaduertiſſemus,dubitabamus quídnam fieri cõueniret. Nam per
arbores nauigare haud facile erat,quòd denſæ ac contiguæ eſſent: neq; reuer- I
ti facile uidebatur. Itaq; aſcẽdens in altiſſimam arboré, contemplabar quomo-
do ſe haberent quæ ſequerẽtur, atque ſyluam uideo ſupra quinquaginta ſtadia
aut paulo pauciora porrectam, aliumq; uidi Oceanum ſuccedere. Tum ibi ui-
ſum eſt nobis nauem in arborũ frondes,(erant enim denſæ)&,ſi fieri poſſet,in
aliud mare trãsferre. quod & fecimus. Nam nauem magno fune colligauimus,
ac in arbores conſcendimus, eamq; ægrè in altum eduximus. quam cum ſuper
ramis demiſiſſemus, explicatis uelis uelut in mari uento impellente nauigaba-
mus. Hic & mihi Antimachi poëtæ uerſus in mentem uenit. Nam & quodam
*Antimachus.* loco ille ait: Iis qui ſyluoſum tentant per cœrula curſum. K
Superata tamen aliquãdo ſylua ad aquam deuenimus,ubi demiſſa naui per pu-
ram & lympidam aquam nauigabamus, donec ad hiatum quendam magnum
qui aqua hinc atq; hinc diuiſa contigerat,peruenimus, quemadmodum in terra
â terræmotu nonnunquam uoragines fieri uidemus. Nauis autem mox detra-
ctis uelis facilè conſtitit,quanquam parum abfuit quin in præceps delaberetur.
At nos proſpicientes uidemus uoraginem perquam horrendam & incredibi-
lem,ad mille ferè ſtadia patere. Nam aqua uelut utrinque diuiſa ſtabat. Circun-
ſpicientes autem ad dextram uidemus procul pontẽ extructum,aqua duo ma-
ria iungente,quantum ad ſuperficiem attinet,& ex alio mare in aliud defluen-

te.

A te. Incumbẽtes igitur remis ad illud delati ſumus, ac multo labore præter ſpem traiecimus. Hinc nos ſuſcepit mare placidum ac mite, inſulaq; non magna, ad quam facilis erat acceſſus. Hanc autem incolebant Bucephali homines feri ac agreſtes, cornutiq;, cuiuſmodi apud nos Minotaurum fabulantur fuiſſe. Deſcẽdentes igitur ibamus aquatum, & ſi uſquam fieri poſſet, commeatum comparaturi. iam enim nobis defecerat. Et aquas quidem illic non procul inuenimus, & præterea nihil apparebat, niſi fortaſſe quòd mugitus creber non longè exaudiebatur. Arbitrati igitur boũ eſſe gregem, paululum procedentes in homines incidimus. At illi ubi nos uiderũt, mox inſectati ſunt, & tres è comitum
B numero ceperunt, reliqui uerò ad mare confugimus. Hinc nos unà omnes armis inſtructi (neque enim ſocios inultos negligere conſilium erat) irruimus in Bucephalos, qui iam interfectorũ carnes inter ſe diuidebãt. Terrefactos igitur ad unũ perſequuti ſumus, & circiter quinquaginta interfecimus, captis ex illis duobus uiuis: ac iterum reuerſi ſumus, captiuos nobiſcum trahẽtes. Porrò cõmeatus nihil offendimus: quare nonnulli ſuadebant ut captiui iugularentur. at mihi non probabatur, uerùm uinctos ſeruaui, donec legati à Bucephalis repeterent redimerentq; captiuos. Intelligebamus autem eos ex nutibus, & triſti quodam mugitu quem edebant uelut ſupplicantes. Erat autem redemptionis
C precium, multi caſei, & ſicci piſces, & cepe cum ceruis quatuor, quorũ unicuiq; tres duntaxat eſſent pedes: duo quidem in parte poſteriore: nam qui in anteriore erãt, in unum concreuerant. His conditionibus redditis captiuis, umũ tantùm diem cõmorati, receſſimus. Iam inde nobis piſces apparebant, & aues præteruolabant: & eiuſmodi alia quæ terræ uicinæ ſigna ſolent eſſe, occurrebant. Neq; uerò multò poſt homines uidimus, qui nouo & inſolito more arte nautica uterentur. Ipſi enim ſimul & nautæ & naues erãt. Libet autem nauigationis modum indicare. Reſupinati ſuper aquam iacebãt, erectis in altum pudendis. nam illa grandia ferunt. ex illis linteum extendebãt, & manibus pedem te-
D nebant, ac incidente uento nauigabãt. Poſt hos & alii ſuberibus inſidẽtes, iunctis duobus delphinis remigabant equitabantq;, alii præcedentes ſubera trahebãt. Hi nulla nos iniuria affecere, neq; fugerũt, ſed intrepidè & pacatè uehebãtur, nauis noſtræ figurã admirati, & undiq; circunſpectãtes. Sub ueſperã autem appulimus ad inſulam nõ admodum magnam, quæ, ut arbitrabamur, à mulieribus græca lingua loquentibus habitabatur. Nam nos acceſſerunt, & exceperunt, ſalutaruntq;, meretriciè admodum comptæ ornatæq;, ac formoſæ omnes & iuuenculæ, talares tunicas ſecum trahẽtes. Inſulæ quidem nomen erat Cabaluſa, ciuitatis uerò Hydamardia. Suſceperũt itaq; nos mulieres, & ſecũ quemq;
E ſingulæ abduxerunt, ac hoſpitem fecerunt. Ego uerò cunctabũdus ſubſtiti. nihil enim fauſti ominabar: circunſpiciẽsq; diligentius, uideo multorũ hominum oſſa & caluas paſſim iacere. Vt autem clamorem ſuſcitarem, & ſocios conuocarem, ac ad arma proſilirem, non placuit: uerùm accepta in manus malua, enixè orabam eam, ut ex præſentibus malis euaderem. ac paulò pòſt cum miniſtraret hoſpita, uidi non mulieris crura, ſed ungulas aſini. Ibi mox & eam educto gladio corripio, & uinctam de omnibus interrogo. Illa autem, etſi inuita, faſſa eſt tamẽ ſe mulieres eſſe marinas, quæ Onoſceleæ appellantur, ueſciq; peregrinis hoſpitibus. Vbi enim, inquit, eos iam temulẽtos reddidimus, illis concumbentes, dormiẽtes inuadimus. Hæc poſtquam audiſſem ego, illam quidem

uinctam reliqui,uerùm ſupra tectũ aſcendi ipſe,& uociferabar,comitesq; con- F
uocabam. Qui ubi conueniſſent,illis totam rem indicabam,& oſſa oſtendebã,
atque intrò ad uinctam ducebam. At illa protinus in aquam uerſa eſt, & eua-
nuit. ego uerò experiri uolens,gladium in aquam condidi, illaq; mox ſanguis
effecta eſt. Ocyus igitur nauem repetentes abnauigauimus. Hinc poſtquam il-
luxit dies,conſpecta terra, coniecimus eſſe eam quæ noſtro orbi oppoſita eſt.
Procidentes itaque,atque precati,quid eſſet futurum diſpiciebamus. Quibuſ-
dam autem placebat aſcendere duntaxat,& rurſum redire:aliis uerò illic reli-
cta naui,ad terræ meditullium proficiſci exploratum incolas. Interea cum hæc
cogitaremus,oborta uehemens tempeſtas, nauem littori impactam cõminuit. G
Nos uerò ægrè enatauimus, armis, & quod quiſque poterat, ſecum correptis.
Hæc autem & huiuſmodi fuere,quæ mihi, donec ad alteram terram uenirem,
contigere : nimirum quæ in mari, & inter nauigandum, in inſulis, & in aëre,
& quæ poſtea in ceto,& cum ab illo exiſſemus, quæ apud Heroës & Somnia,
poſtremò quæ apud Bucephalos,& Onoſceleas: cætera autem quæ in terra ac-
ciderunt,ſequentibus libris enarrabo.

## TYRANNICIDA, Eraſmo Roterodamo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Quod ad argumentum declamationis attinet, infrà ab ipſo auctore ponitur.* Cæterùm genus orationis iudiciale eſt,ſtatus qualitatis. De eo enim potiſſimùm quæritur, dignúſne ſit præmio Tyrannicidæ, qui filiũ tyranni occidit, an non. Incidit tamen legalis quoque. Nam & de eo qui tyrannicida uocandus ſit, & de legis ſententia diſputatur. Exordium attentione & docilitate comparanda ferme conſumitur,dum & ſummã petitionis & rei magnitudinem pariter ac nouitatem exponit. Niſi quòd interim & beneuolentiam ſibi ex merito facti,& aduerſario ex ſuſpicione inuidiam parat. Narratione grauitatem atque ſæuitiam tyrannidis primùm perſequitur,eiusq; omnem cauſſam in filium tyranni transfert,ut uideatur uidelicet certo cõſilio filium ante patrem aggreſſus eſſe:deinde & modum peractæ cædis & conſilium ſuum exponit. Hinc propoſitio ſiue petitio ſequitur:poſt quã cõfirmatio,in qua principiò petitionem ſuã cõmendat amplificatione euentus,& bonorum quæ ex hoc facto ſecuta ſint,cum aduerſarij obiectione comparata. Deinde uerbis legis opponit definitionem tyrannicidæ,à genere comprobatam,puta quòd non ſolùm is qui ſua manu & gladio tyrannum occidit,hoc nomine dicẽdus ſit,ſed etiam qui per alium,& quocunq; modo illum tollit. Poſtea etiam à fine legis argumentatur contra ſcriptum. Vltimo locum quem Rhetores à ſummo ad imum uocant,ſiue etiã communem,tractat:in quo conſilium ſiue uoluntas,conatus,actio,eaque per comparationem aut efficionem amplificata. Poſtremò & euẽtus conſiderantur. Peroratio autem locis patheticis cõſtat. nam ipſe quidem pro ſe affectus mouet à modo & inſtrumento actionis: à tyranni autem perſona,hypotypoſi quadam ſeu deſcriptione dictorum ac factorum illius. Ad finem propoſitionem repetit, & ſui beneficij ueluti memoriã quandam in auribus auditorum relinquit.

H

I

*Exordiũ, quo dociles & attentos facit.*

QVVM duos eodem die tyrãnos occiderim Iudices, alterum quidem
ætate iam affecta,alterum æuo florentem, & ad ſcelerum ſucceſſio- K
nem capeſſendam paratum:unicum tamen pro ambobus præmium
petitum uenio,qui quidem unus omnium quotquot unquam tyrãnicidæ fue-
runt,unico uulnere duos maleficos fuerim amolitus,neciq; dederim,filium ui-
delicet enſe,patrem indulgenti charitate,qua filium adamabat. Itaque tyrãnus
pro his quæ commiſit, abunde magnas pœnas nobis dependit: quippe qui &
uiuus aſpexerit filium prius morte ſublatum,& quod eſt omnium maximè no-
uum,compulſus ſit deniq; ipſe ſui tyrannicida fieri. At filius illius mea quidem
manu peremptus eſt,cæterùm occiſus alteram ad cædem operam mihi ſuã cõ-
modauit,dum qui uiuo patri ſcelerum ſocius fuerat,eiuſdẽ poſt mortem(qua-
*Ecne ſolẽtiam* tenus licuit)extitit parricida. Ego itaque ſum is qui tyrannidẽ ſuſtuli,pariterq;
mecum

A mecum gladius,quo cuncta confecta ſunt,meus:tametſi cædis ordinem cõmutarim,ac morẽ modumq; nouarim conficiendi ſceleratos: nempe hunc qui ualentior erat, ac ſeſe defendere poterat,ipſe perimens, porrò ſenem ſoli gladio reſeruans. His igitur de cauſis & amplius quiddam à uobis me conſequuturum arbitrabar,præmiaq; laturum, quæ numero æquarẽt eos qui eſſent interempti: utpote qui non præſentibus modò malis uos leuarim,uerùm etiam futurorum formidine: quiq; ſtabilem pepererim libertatem,nullo relicto qui ſcelerum capeſſat ſucceſſionem. Verùm interim tantis rebus ſtrenuè peractis,in diſcrimen adducor,ne præmio fraudatus à uobis diſcedam,ac ne ſolus non feram merce-

*captat à ſua perſona.*

B dem,quam leges à me ſeruatæ præſtituunt. At qui contra dicit,is mihi uidetur non Reipub.ſtudio(quemadmodum ait)hoc facere,ſed quòd extinctos eſſe illos grauiter ferat,atque eum qui illis mortis auctor extitit,ulciſci conetur. Vos igitur Iudices mihi pauliſper attendíte, dum tyrannidis mala,tametſi ipſi optimè noſtis, cõmemoro. Siquidem hoc pacto futurũ eſt ut & beneficii mei magnitudinem intelligatis, & ipſi plus capiatis uoluptatis,reputantes nimirũ quibus ſitis leuati malis. Neque enim quemadmodũ aliis quibuſdam ſæpenumero accidit, itidem & nos ſimplicem tyrãnidem atque unicam ſeruitutem ſuſtinebamus,nec unius domini uiolentiã tolerabamus: uerùm ſoli omnium quos ſi-

*Aduerſario inuidiam concitat.*

C milis habuit calamitas,duos pro uno tyrannos habebamus,& in geminas contumelias diſtrahebamur infelices. Porrò ſenex multo erat moderatior, quippe ad iras lentior,ad ſupplicia ſegnior,& ad cupiditates tardior: utpote cui iã ætas uehementiam impetus cohiberet, uoluptatumq; cupiditates refrenaret. Quin ad ſuſcipienda maleficia filii inſtinctu nolẽs impelli ferebatur, ipſe alioqui non admodum tyrannicus,niſi quòd illi morem gerebat. Siquidem indulgens in filium ſupra quàm credi queat,erat: id quod re declarauit,ita ut filius illi eſſet omnia. Illi parebat: per uim faciebat quicquid ille iuſſerat: ſupplicio afficiebat quoſcunque præceperat,ac prorſus in omnibus illi obſequundabat. In ſumma,

*Narratio, qua magnitudinẽ tyrannidis exaggerat, & omnem eius cauſſam in filiũ transfert.*

D filius in patrem tyrannum quendã agebat, pater filii cupiditatum ſatelles erat. Tametſi huic propter ætatem honorem cedebat adoleſcens,ſoloq; imperii nomine temperabat,tamen res & caput tyrannidis erat ipſe. Et quanquam tutamentum præſidiumq; principatui ab illo mutuaretur, ſcelerum tamen emolumẽtis ſolus fruebatur. Ille erat qui ſatellites cõtinebat,qui cuſtodias obtinebat, qui tyrannidem affectantes è medio tollebat, qui inſidias formidabat. ille qui caſtrabat ephebos, qui coniugia uiolabat. illi uirgines producebantur. Tum ſi quæ cædes,ſi qua exilia,ſi quæ pecuniarum expilationes,delationes,contumeliæ,ea omnia iuuenis temeritate gerebãtur: porrò ſenex illi obſequebatur,co-

E mitemq; ſcelerum ſeſe præbebat,ac comprobabat duntaxat filii ſui flagitia. Itaque quum ea res nobis erat intoleranda,propterea quòd quum animi cupiditatibus ex imperio poteſtas accedit,nullum flagitiis modum imponunt:tum illud in primis diſcruciabat, quòd proſpiceremus diuturnã, uel æternam potius ſeruitutem eam futuram, & per ſucceſſionem alii poſt alium domino tradendam Rempub. populumq; homini ſceleſto hæreditatis inſtar obuenturũ. Nam id aliis ſpem non exiguam facit,quod apud ſeſe reputant,quod inter ſeſe dicũt: At mox coercebitur,at mox demorietur, paulò pòſt liberi ſumus futuri. Verùm de his nihil eiuſmodi ſperabatur,quin potius iã intuebamur paratũ tyrannidis hæredem. Vnde factum eſt, ut ne aggredi quidem quiſquam fortium ci-

uiũ,& qui eadem quæ ego,animo ſtatuiſſet,auderèt : ſed deſperabatur ab uniF
uerſis libertas, atque inexpugnabilis tyrannis uidebatur: quippe quum eſſet
cum tam multis confligendum ac dimicandum. At me nihil iſta deterruerunt,
neque perpenſa negocii difficultate refugi, neque ad ſuſcipiendum diſcrimen
trepidaui: uerùm ſolus, ſolus inquam,aduerſus adeò ualidam uariamq; tyran-
nidem: uel non ſolus potius, ſed gladio comite conſcendi: quippe qui mihi ſit
auxiliatus,mecumq; ex parte tyrannum interemerit, quum mors mihi interim
ob oculos obuerſabatur, at è diuerſo perpendenti, quòd publicam libertatem
*Conſilium & modus cædis.* mea cæde redempturus eſſem. Ergo ubi in primam irruiſſem cuſtodiam,neque
mediocri negocio ſatellites ſubmouiſſem:occidens interim in quẽ incurriſſem, G
& quicquid obſiſteret amoliens, ad ipſum negocii caput ferebar, ad unicum
tyrannidis robur, ad noſtrarum calamitatum fontem.atq; irrupto arcis propu-
gnaculo, quum uiderem illum fortiter tuentem ſeſe, multisq; uulneribus reſi-
ſtentem, tamen occidi. Et iam tum erat ſublata tyrannis, iam tum mihi confe-
ctum facinus. Ex eo tempore liberi omnes,niſi quòd reliquus adhuc erat ſenex
ſolus,inermis,nudatus cuſtodiis,iamq; amiſſo magno illo ſuo ſatellite deſertus,
neque deinde dignus forti dextra. Ibi nimirum mecum ipſe Iudices hæc animo
reputabam: Cuncta mihi pulchrè habent, cuncta confecta ſunt,cuncta eò quò
deſtinaram, perducta : at eum qui reliquus eſt, quo tandem modo pœnas dare H
conuenit? Me quidem meaq; dextera nequaquam eſt dignus, præſertim ſi poſt
ſplẽdidum facinus iuuenile atque magnificum interimatur, priorem illam cæ-
dem dedecoraturus. Carnifex aliquis quærẽdus eſt illo dignus,uerùm poſt ca-
lamitatem,ne uel hãc ipſam lucrifaciat. Videat,diſcrucietur,appoſitum habeat
enſem. huic reliqua mando. Hæc ubi mecum ſtatuiſſem,ipſe quidem illinc diſ-
cedo: at ille peregit id quod ego prædiuinauerã: tyrannum occidit,ſummamq;
meæ impoſuit fabulæ. Adſum igitur,popularem adminiſtrationẽ uobis appor-
tans, cunctisq; bono iam ut animo ſint edicens, ac libertatem annuncians. Iam
meis fruimini factis. Vacua, ſicut uidetis,ſceleratis hominibus arx. imperat ne- I
mo. quin & magiſtratus creare liberum eſt,& cauſſas agere,& ex legibus con-
tradicere. Atq; hæc omnia uobis mea contigerũt opera,meaq; fortitudine, ui-
*Petitio.* delicet ex una illa cæde,poſt quam pater iam uiuere non quibat. Aequũ itaque
cenſeo,ut his pro meritis debitum mihi à uobis præmium donetur, non quòd
lucri auidus,aut ſordidus quiſpiã ſim, nec is qui mercedis gratia de patria be-
ne mereri ſtatuerim: uerùm quòd præmio cupiam officia mea comprobari,ne-
que repudiari aut inglorios fieri conatus meos,ſi uelut irriti præmioq; indigni
*Confutatio.* iudicẽtur. At hic contradicit,negatq; æquum facere me, qui decorari munere,
præmiumq; ferre cupiam. Neque enim tyrannicidam eſſe me,neq; quicquam à K
me pro legis ſententia confectum eſſe,uerùm facinori meo deeſſe quiddam ad
hoc ut præmium poſtulem. Percõtor igitur illum,quid præterea requiris à me?
*Frequentatio.* nonne uolui?nonne aſcendi?nonne occidi?nonne libertatem peperi?num quis
imperat? num quis iubet? num quis minitatur dominus? num quis nocentium
manus effugit meas? Haudquaquã dixeris,ſed omnia plena pacis,omnes reſtitu
tæ leges,libertas manifeſta, democratia ſtabilis,inuiolata connubia,pueri tuti,
uirgines abſque periculo: publicamq; felicitatem ſolennibus feriis celebrat ci-
uitas. Quis igitur horum omnium auctor? quis eſt qui illa ſuſtulit,hæc peperit?
Etenim ſi quiſquã præ me dignus honore ſit,cedam præmium, deſiſtam à pe-

tendo

A tendo munere. Quòd ſi ſolus omnia peregi, audens, periclitans, aſcendens, interimés, excruciás, alterũ ultus in altero, quid mea calumniaris officia? quur facis ut populus parum erga me gratus exiſtat? Atenim num occidiſti tyránum? Porrò lex tyrannicidæ præmium decernit. Verùm dic mihi, nunquid intereſt utrum ipſe interimas, an mortis cauſam miniſtres? Mea profectò ſententia, nihil: uerùm hoc ſolum ſpectauit legis conditor, libertatem, democratiam, ſceleratorum ſublationem. Huic honorem decreuit, hoc præmio dignũ iudicauit, quod quidem inficiari non potes quin mea contigerit opera. Etenim ſi occidi eum, quo occiſo ille non poterat uiuere: nimirum ipſe cædem peregi, ego occ-

B cidi, ſed illius manu. Itaq; ne diſcepta de cædis modo, neq; illud expẽde, quemadmodũ interierit, uerùm an iam perierit, & an quod periit, id à me ſit profectum: quandoquidem & illud excuſſurus mihi uideris, atque his aduerſus bene de Repub. meritos calumniis uſurus, Si quis non gladio, uerùm lapide, lignôue, aut alio quouis pacto peremerit. Quid porrò ſi fame tyrãnum obſediſſem, ad mortis neceſſitatem compellens, num ibi quoque requiſiturus eras à me cædem mea ipſius manu peractam? aut deſiderari adhuc quiddam diceres ad id ut legi factum à me ſatis uideatur: atque id, quum ſceleſtum acerbius etiam atq; atrociore mortis genere trucidaſſem? Vnum hoc duntaxat ſpecta, hoc

C require, hoc exute: Quis nocentium reliquus? aut quæ metus expectatio? aut quod calamitatum ueſtigium? Quòd ſi purgata omnia, ſi pacata, profectò ſycophanticum eſt, modum rei geſtæ calumniãtem, præmio fruſtrari uelle, quod iis quæ uirtute confecta ſunt, debeatur. Equidem & illud memini diſſertum in legibus, (niſi fortè propter diutinã ſeruitutem oblitus ſum eorum quæ ab illis dicuntur) cauſſam mortis eſſe duplicem: puta ſi quis ipſe occidat: aut ſi nõ ipſe quidem occidit, neque manu facinus peregit, uerùm compulit, præbuitq; mortis occaſionem: ex æquo & hunc quoque lex cenſet ſupplicio affici oportere,

D ídque iure optimo. Neq; enim ſtatuit minus ualere oportere audaciam, quàm facinus: ac poſtea ſuperuacaneum eſt cædis rationem uiamq; ſpectare. Deinde hunc qui ſic occiderit, tanquam homicidam pœnas oportere dare cenſebis, ac nequaquam abſoluendum eſſe. At me qui per omnia cõſimili modo Rempub. iuui, non cenſes ea capere oportere, quæ iis debentur qui beneficio iuuerunt. Neque enim illud dicere poſſis, me quidem imprudentem feciſſe, ſed exitum quendam commodum fortuitò fuiſſe conſequutum præter animi ſententiam. Nam quid præterea iam formidaſſem, eo qui ualidior erat, interempto? Cur autem gladiũ in uulnere reliquiſſem, niſi planè quod erat euẽturũ, idipſum prædiuinaſſem? Niſi forſan illud dices, hunc qui extinctus eſt, tyrannum non eſſe,

E neque hanc appellationem in illum competere: neque uos multũ præmii hoc nomine, ſi ille fuiſſet occiſus, decreturos fuiſſe. Atqui iſtud dicere nõ queas. An tyranno interempto, ei qui cedis cauſſam miniſtrauit, præmium negabis? O curioſitatem! de illo laboras quo pacto interierit, quũ interim libertate fruaris? Aut ab eo qui democratiam reſtituit, neſcio quid ſuperuacaneum præterea requiris? Atqui lex (uti fateris) caput rei geſtæ ſpectat: quæ uerò ad id conducũt, ea omnia miſſa facit, neque iam ultrà curioſius excutit. Quid enim? an ſi tyrannum exegerit quiſpiam, non is iam tyrãnicidæ præmium cepiſſet? cepiſſet opinor, idq; iure optimo: ſiquidem & hic pro ſeruitute libertatem peperiſſet. At id quod à me patratum eſt, non exilium habet, non in poſterum inſtaurandæ ty-

*I. Argumentũ à finitione tyrannicidæ.*

*Amplificatio à collatione effectus.*

*Finitionẽ probat à genere & cauſſa efficiente.*

*A uoluntate.*

*II. Argumentum à fine legis. à minore.*

rãnidis metum: uerùm abſolutam ſublationem, totiuſq; generis internicionem, p
III. omneq; malum radicitus exciſum. Et mihi per deos iam ab initio ad finem uſq;
*Locus à ſummo ad imum.* (ſi uidetur) rem totam perpendite, num quid eorum quæ ad leges pertinent, ſit
prætermiſſum, & num quid in me deſideretur ex his quæ tyrannicidæ oportebat adeſſe. Principiò mentẽ prius oportet ſuppetere fortem, & amantẽ Reip.
I. *Voluntas & conſilium.* quæq; pro communibus commodis periculum adire non recuſet, quæq; priuato ſuo interitu, multitudinis incolumitatẽ auſit redimere. Num hac parte quicquam mihi defuit? Num frangebar animo? Num quum præſcirem per quæ pericula mihi perrumpendum eſſet, per ignauiam refugi? Profectò non potes dicere. In hac interim parte tantùm commorare, atque æſtima, an nõ uel uoluiſſe G
tantùm iſta, ac ſtatuiſſe, præclarum facinus futurum fuiſſe uideatur. Ac putato me ſolius animi uoluntatiſq; argumento præmium poſtulare, tanquam qui beneficio iuuerit. Tum ſi uoluntati meæ facultas defuiſſet, uerùm alius poſt me tyrannum occidiſſet, dic mihi, num abſurdum aut præter æquum fuerat dare præmium? Minimè. Si dicerem, ciues, uolui, ſtatui, aggreſſus ſum, uolũtatis experimentum dedi, ſolus dignus ſum qui præmium feram: quid tum reſpõſurus
II. fueras? Nunc porrò non hoc dico, ſed inſuper, aſcendi, periclitatus ſum, atq; in-
*Conatus.* numerabilia priuſquam iuuenem occiderem, patraui. Neque enim uſque adeò facilem, factuq; procliuem eſſe rem exiſtimetis, cuſtodias perrumpere, ſatellites H
opprimere, unumq; hominẽ tam multos amoliri. Quin iſthuc penè maximum eſt omnium quæ ſunt in tyrannicidio, totiuſq; negocii caput. Nam ipſe iam tyrannus non magna res eſt, neque expugnatu neque confectu difficilis: uerùm ea quæ tuentur continentq; tyrannidem: quæ quidem ſi quis ſuperarit, is nimirum cuncta quæ deſtinauit, peregerit, & perpuſillum eſt id quod ſupereſt. ſed ad tyrannos peruenire nunquam mihi contigiſſet, ni prius qui illum cingunt cuſtodes oppreſſiſſem, omneſq; ſatellites antè debellaſſem. Nihil adhuc addo: uerùm in his rurſum immoror. Cuſtodiã oppreſſi, ſatellites ſuperaui, tyrannum incuſtoditum, inermem, nudum reddidi. Vtrum his rebus confectis nõ tibi ui- I
deor honore dignus? an adhuc cædẽ ipſam à me requires? Quin etiam ſi cædem quæris, ne ea quidem deſiderabitur. Non ſum incruentus, uerùm cædem peregi, magnam ac ſtrenuam, nempe iuuenis ætate ac uiribus florentis, atq; omnibus formidãdi, per quem ille ab inſidiis erat tutus, cui uni fidebat, qui complurium ſatellitum inſtar erat. An non igitur, quæſo te, præmio dignus uideor, ſed tantis rebus geſtis honore fraudabor? Quid enim ſi ſatellitem unum, atq; adeò
III. quid ſi tyranni miniſtrum quempiam interemiſſem? quid ſi ſeruum aliquem
*Amplificatio rei per comparationem.* charum? an non hoc quoque magnum uiſum fuiſſet, conſcendiſſe, mediaq; in
arce, mediis in armis, aliquem è tyranni familiaribus iugulare? Nunc & hunc i- K
pſum qui occiſus eſt, cuiuſmodi ſit, conſidera. Filius erat tyranni, uel tyrannus potius crudelior, dominus intolerabilior, ad ſupplicia dirior, ad cõtumelias uiolentior, quodq; eſt maximum, hæres ac ſucceſſor omnium, quiq; in lõgum noſtras calamitates poſſet prorogare. Vin' hoc ſolum mihi confectum eſſe, ipſum uerò tyrannum uiuere adhuc, fuga ereptum? Iam horum nomine præmiũ poſtulo. Quid dicitis? Non dabitis? An non & illum uerebamini? An non dominus, an non grauis, an non intolerandus erat? Porrò nunc negocii caput deniq;
IIII. ipſum perpendite. Etenim quod hic à me requirit, hoc quàm fieri potuit, pul-
*Euentus.* cherrimè confeci, tyrannumq; aliena cæde occidi, non ſimpliciter, nec uulnere

uno

A uno,id quod fuerat optatiſſimum illi, uidelicet tantorũ facinorum ſibi cõſcio, ſed poſteaquam illum prius multo dolore excarnificaſſem, tum,quo nihil habebat charius, miſerabiliter proſtratum coram oculis oſtendens, puta filium in ipſo æui flore,tametſi ſceleſtum quidem illum,attamen & ætate uigentem, & patri ſimilem, ſanguine taboq; oppletum. Hæc nimirũ ſunt parentum uulnera,ii gladii uerorum tyrannicidarum,hæc mors digna crudelibus tyrannis,hæc ultio tantis ſceleribus congruit. Cæterùm protinus interire,protinus excidere ſibi,neque huiuſmodi ullum ſpectare ſpectaculum,profectò nihil habet tyrannico ſupplicio dignum. Neque enim ignorabam uir egregie, non ignorabam B inquam,neq; quẽquam alium latuit, quanta ille charitate filiũ ſit proſequutus, adeò ut illo extincto ne paululum quidem temporis ſibi in uita morandũ eſſe fuerit ducturus. Atqui haud ſcio,an omnes patres hunc ad modum affecti ſint erga liberos: uerùm hic etiã ultra reliquos habebat quiddam,idq; meritò,quippe qui cõſpiceret illum unicũ eſſe qui curaret ſeruaretq; tyrannidem, quiq; ſolus pro patre pericula ſuſciperet, & tutamen imperio adderet. Itaque ſi non ob charitatem, certè ob rerum deſperationem ſciebam illum protinus exiturum è uita. perpenſurũ enim, iam nihil eſſe quur uelit uiuere, adẽpto tutamine quod illi filius miniſtrauerat. Nimirũ effeci, ut hæc omnia illum agminatim circum- C ſiſterent,forma,dolor,deſperatio,formido,quiq; in poſterum imminebant metus. his aduerſus illum auxiliis ſum uſus, atque ad id extremum illum cõſilium adegi. Interiit itaque uobis orbus,excruciatus, plorans,lachrymans. Luxit luctum,non illum quidem diuturnum, uerùm qui ſatis magnus eſſet patri. Poſtremò, quod eſt omnium acerbiſſimũ, ipſe ſibi necem cõſciuit: quod quidem mortis genus,præ cæteris miſerrimum,multoq; atrocius,quàm ſi per alium inferatur. Vbi mihi gladius? Num quis alius eum agnoſcit? Nũ cuius alterius hoc geſtamen erat? Quis eum in arcem adduxit? Ante tyrannum quis eo eſt uſus? Quis eum ad illum miſit? O enſis particeps ſucceſſorq; meorum egregiè facto- D rum: poſt tanta pericula,poſt tantas cædes cõtemnimur,& indigni præmio iudicamur. Nam ſi huius tantùm nomine præmium à uobis poſtularem: ſi ſic dicerem Iudices: Tyrannum,quũ mori uellet,quum id temporis inermem ſe deprehendiſſet,meus hic illi gladius inſeruiuit,& ad conſequendam libertatẽ auxilio fuit uniuerſis: hunc quoque laude præmióque dignum iudicaſſetis. Porrò domino tam popularis rei non gratiam retuliſſetis? Nónne inter eos qui de Republica benemeriti ſunt,ſcripſiſſetis? Nónne gladium inter ſacra monumẽta conſecraſſetis? Non illum ſecundum Deos uenerareminí? Nunc mihi conſiderate, quæ ueriſimile eſt feciſſe tyrãnum, quæ dixiſſe priuſquam ſibi mortem E cõſciſceret. Quum iuuenis à me trucidaretur, ac multis etiam uulneribus confoderetur, idq; in iis corporis partibus, quæ cõſpicuæ magis, magisq; ſint oculis obuiæ, uidelicet ut quammaximè diſcruciaret eum qui genuerat, quóque primo ſtatim cõſpectu perturbaret, miſerabiliter inclamabat,parentem implorans non adiutorem,nec opitulatorem: quippe qui ſenex iam eſſet,atque inualidus: uerùm domeſticarum cladium ſpectatorem. Nã ego interim diſceſſeram, auctor qui fueram totius tragœdiæ,relinquẽs actori cadauer,ſcenam,gladium, reliqua quæ ad actum fabulæ pertinebant. At ille adſtans ubi filium conſpexit, quem habebat unicum,ſemiuiuum,ſanguinolẽtum, cæde conſperſum,tũ uulnera perpetua,plurima ac lethalia, hũc ad modum exclamauit: O nate,extincti

*Amplificatio à modo.*

*Peroratio amplificata affectibus.*

*Conformatio.*

*Hypotypoſis & pathopœia patris.*

ſumus,interempti ſumus, tanquam tyranni iugulati ſumus. Vbi mactator? Cui E
me ſeruat? Cui me relinquit? qui quidē iamdudum propter occiſum te fili ſum
extinctus,niſi fortè me tanquam ſenem contemnit,ac lento ſupplicio me con-
ficit: producítque mihi mortem, redditque mihi cædem longiorem. Atq; hæc
locutus,enſem quærebat. Nam ipſe inermis erat, propterea quòd per omnia fi-
lio fideret. Verùm ne is quidem deerat, ut qui iamdudum fuerit à me paratus,
atque ad facinus futurum relictus. Euulſo igitur è cæde gladio,atque è uulne-
re exempto,ait: Dudum me occidiſti: nunc finē malis impone gladie. Ades pa-
tri lugenti ſolamen,ſenilemq; manum & infelicem adiua, iugula, Tyrannum
occide,luctu libera. Vtinam prior in te incidiſſem,utinam in cæde priorem oc- G
cupaſſem locum. Occidiſſem quidem,ſed tanquam tyrannus duntaxat,ſed qui
crederem mihi ſupereſſe ultorem: nunc autem tanquam orbus occumbo,nunc
tanquam cui deſit etiam mactator. Atq; hæc ubi diceret,gladium adegit,tre-
mens,neque ſat potens. Cupiebat quidem,uerùm nō ſuppetebant uires ad fa-
cinus exigendum. Quot hic ſupplicia? Quot uulnera? Quot mortes? Quot ty-
rannicidia? Quot præmia? Poſtremò ſpectaſtis omnes iuuenem dudum proſtra-
tum,nec exiguum profectò, neque mediocriū uirium opus,ac ſenem huic cir-
cumfuſum,atque amborum ſanguinem commixtum,libertatis illam & uicto-
rialem uictimam,meiq; gladii facinora. At gladius ipſe in medio amborum,de- H
clarans quàm non indignum ſe domino præſtitit, teſtánſque quòd mihi fidam
nauaſſet operam. Id ſi à me ipſo fuiſſet patratum, minus fuerat futurum: nunc
*Concludit re-* autem illuſtrius eſt ipſa nouitate. Atque ego quidē ſum is,qui tyrannidē ſuſtu-
*petitione pe-* li: cæterùm actio in multos eſt diſtributa, quemadmodum in fabulis fieri con-
*titionis, & cō* ſueuit. Ac primas quidem partes egi ipſe, ſecundas autem filius, porrò tertias
*memoratione* Tyrannus ipſe. Nam gladius omnibus inſeruiuit.
*meriti ſui.*

## DECLAMATIO D. ERASMI ROTERODAMI, non illa quidem uerſa, ſed quæ ſuperiori Declamationi è Luciano uerſæ reſpondeat. I

### ARGVMENTVM.

*Eiuſdem generis hæc cū ſuperiore,eiuſdemq; ſtatus eſt,ſed aduerſaria.* Vt *enim illic contenditur præmium eſſe dandum tanquam tyrannicidæ, ei qui filium tyranni interfecerat: ita hic negatur eum ſatis fēciſſe legi, aut tyrannicidam eſſe, qui non ipſum tyrannum, ſed filium tyranni occidiſſet.* Exordio *beneuolentiam captat à perſona* Iudicum: *deinde calumniæ aduerſarij,qua in ſuſpicionem adductus fuerat, quaſi ipſe quoq; tyran-nidi faueret,quia illi præmium dandum negabat, reſpōdet per abſolutionem primùm,deinde & per inficiationem ex locis coniecturalibus,eleuata interim illius perſona,atq; ipſo uiciſsim in ſuſpicionē ex modo actionis uocato.* Poſt *exordium propoſitio ſequitur cum attentione & admonitione* Iudicis, *quorſum in hac cauſſa maximè ſpectare debeat. atq; inde ad cōfutationem uenitur.* In *qua primùm refelluntur ordine capita illa* K *quæ alter in argumēto ab imo ad ſummum tractarat,puta* Voluntas, Conatus & Effectus. Ac *uoluntati quidem opponit uoluntatem legis,ut quæ non quid quiſq; uoluerit,ſed quid effecerit,ſpectet: neque cogitationes, ſed facta præmijs compenſet.* Conatum *uerō eleuat uarijs ac multis ſimilibus & exemplis,oſtendēs in nullo pacto,aut cōtractu,aut certamine,aut alijs deniq; id genus rebus ſatis eſſe conari aliquid et cœpiſſe,ſed præſtari oportere.* Effectum *conditiones ſequi,non conatum.* Et *quòd alter etiam conatū in legibus ſpectari dixerat,id diſtinguit,oſtendens diuerſam eſſe rationē præmiorū & pœnarū.* In *maleficijs interim & uoluntatem puniri,in beneficijs autē nunquā præmiū dari,niſi ei qui quod lex proponit,re ipſa effecerit.* Poſtremò & *patriæ gratis inſeruire ac officiū præſtare ciues debere: et illū ſatis mercedis pro conatu ſuo retuliſſe,laudē & gloriā.* Effectū *autem refellit,quia non ſimpliciter id effecerit quod lex iubet, ſed fortuna ſeu numine ita ferente,cædem filij,mortē patris conſecutā eſſe.* Non *enim quia ipſius gladio tyrānus poſtea ſe ipſum cōfecerit, ob id ipſius hoc factū eſſe.* Deinde *etiā incertū fuiſſe exitum, & quidnam pater occiſo filio facturus fuerit:*

*& hic*

A *& hic consilium quoque petituris subuertit, primò ut incertum & periculosum, neque certis rationibus firmatum, deinde etiam ut fictum, & post euentum rei demum simulatum.* Denique *non idem esse occidere, id quod lex iubet, & mortis caussam qualemcunque præbere. idq; iterum multis similibus probat. Atque hoc loco disputationem suprà cœptam renouat, de eo quatenus uoluntas in legibus spectatur, & in quibus per se sufficiat, nempe in maleficijs, & non in beneficijs, et ob id neque hic præmium illi deberi, ut qui cœperit, non absoluerit beneficium.* Confutatis igitur *hoc pacto uoluntate, conatu & effectu, quarto loco id aggreditur, quod petitor in narratione potissimum amplificat, puta filiũ fuisse caput & caussam tyrannidis, eoq; sublato etiam tyrãnidem sublatam fuisse.* Ac *primo quidem filium ostendit non fuisse tyrannum, neque tyrannidis caput, confutatis signis & cæteris rationibus quæ alter ad eam rem probandam adduxerat.* Deinde, *ut maximè fuerit, legem iubere ipsum tyrannum, non ut quisque tyranno similis, aut nocentior etiam est, occidere.* Et *hic multis uerbis de auctoritate legum disputat, & quòd non temere uerba legum huc aut illuc deflectẽda*
B *sint: alioqui multa pericula & incommoda ex eo secutura esse.* Postremò *etiã ipse locum ab imo ad summum tractat: & ut alter uoluisse, egisse, effecisse se dixerat, ita hic contrà neque animum ad rem gerendam habuisse illum, neque recta uia aggressum esse, neque denique id quod lex iubet, perfecisse ostendit.* Et *sub hæc oratione concludit breui* ἀναπεφαλαίωσει, *& conformatione seu prosopopœia legum, reipub. & deorum quoq; expostulantium cum petitore, ut iniquè & præter meritum, præmium petente.*

*Captat beneuolentiã à persona Iudicum.*

SI mihi caussa hæc, Iudices, apud concionem popularem, quæ studiis potius quàm exacto rerum iudicio duci consueuit, esset agenda, ac non magis apud Iudices ex honestissimis ordinibus delectos, nimirum grauissimos, sapientissimosq;: nonnihil profectò uererer, ne o-
C mnium animis noua hac & insperata lætitia gestientibus, atque (ut ita dixerim) exultantibus, nec satis attentos, nec dociles essem auditores habiturus: porrò fauentes, beneuolósque multò minus: quippe qui frontem modò, quasiq; personam huius negocii intuentibus, non faciem ipsam propius cõtemplantibus, uideri fortasse possim in communi totius ciuitatis gaudio, tum autem in caussa tã populari, uelut importunius obstrepere atq; obturbare. Enimuero quum omnis affectus inutilis est ad rectè iudicandum, tum ingens, intemperans, atque *Locus communis.* exũdans lætitia, non solùm iudicium omne funditus tollere solet, uerumetiam nostri sensus non rarò nobis eripere: præsertim si (quemadmodũ hæc nostra)
D post graues diuturnasq; calamitates, ac ueluti tempestatem sæuissimam, repentè prætérque spem quasi portus quidam fuerit obiecta. Quid autẽ tam acerbum liberæ multitudini, quàm seruitus? Quid tã dulce, quid tam exoptatum, quàm libertas? Itaque nõ rebus modò ipsis, sed uel inanibus harum rerum uocabulis, plebis animus queat ad quidlibet impelli: maximè primis his aliquot diebus, dum gaudiorum adhuc uelut æstus quidam impotens, omnia sursum ac deorsum miscet, dum lætitiæ temulentia, dũ gratulandi dulcis quædam ebrietas pectus occupans, animũ ad cogitandum instituere non sinit. Verùm uestra Iudices singularis sapientia perspicacitásque, nõ hoc tantùm scrupulo me leuat, ue-
E rùm & hanc mihi fiduciam suppeditat, uti sperem futurum, ut hoc contradicendi munus, quod equidem nec inuidentia nec fauore in Tyrannidem (sicut iste calumniabatur) sed solita mea, & (ut opinor) nota Reipub. charitate susce- *Respondet ad uersarij calumniæ, per absolutionem.* pi, uobis nõ modò nõ inuidiosum, sed fauorabile plausibilèque uideatur. Etenim postquam uiderem manifesta quadam Deorum beneuolétia, post diuturnam ac miserrimam illam seruitutem, toties Reipub. uotis expetitam libertatem aliquando contigisse: nihil prius curandum nobis esse iudicaui, quàm ut gratos nos exhiberemus in eos, à quibus nobis tam egregia felicitas esset profecta, quò uidelicet munus suum huic urbi proprium perpetuumq; facere uellent, & constabilire tueriq; quòd largiri non essent grauati, meminissemúsque

iisdem in manu esse ut eriperent ingratis, quod optantibus dedissent. Sunt au- F
tē uel primæ gratitudinis partes, intelligere uidelicet cui beneficiū acceptum
*Amplificatio à loco communi.* ferre debeas. Et hac una ratione mortales diuinæ beneficentiæ gratiam referre
possumus, si beneficium acceptū agnoscamus: si celebremus: si ad illos auctores referamus. Neque mihi committendum putaui, ut dum nimium candidi in ciuem esse uolumus, in deos ingrati impiiq; reperiamur. Neq; enim isthoc nomine nunc perinde laboratur, ne hoc præmii pereat ærario, & huius lucris accrescat (quanquam id quoque longa iam tyrannide exhaustius est, quàm ut inde temere dari præmia conueniat immerentibus) Illud agitur, ne dii immortales, qui huius malè consulta, nobis uerterunt bene, hoc tantum munus à no- G
bis tanquam ingratis reposcant, si, quod ipsis solis debetur honoris, laudis, gra-
*Eleuat personam aduersarij, & factum ipsum.* tiæ, id illis fraudatis, in hominem contulerimus. At quem hominem, obsecro? Nempe qui quum priuatus contra leges iuuenem occiderit, atque hac temeritate sua, restitutæ libertatis periculosam occasionem modò præbuerit, idq; adeò imprudens (uti mox docebimus) non ueretur pulcherrimum tyrannicidæ titulum diis eripere, sibi arrogare: Reipub. diem dicere, ac leges ipsas in ius uocare: ciuitatem ingratitudinis ream agere, nisi sibi totam hanc felicitatem ferat acceptam. Nullum quidem Iudices facinus speciosius tyrannicidio, nullum diis dignius: uerùm hoc impudentior, qui sibi laudem tam eximiam usurpat imme- H
ritus. Nullum præmium honestius illustriusq;, quàm quod tyrānicidæ debetur: sed hoc impensius accuratiúsque spectandum, ne temere decernatur indigno. Permulta siquidem, permulta ad id requiruntur, ut hoc tam egregio titulo, ut hoc tam diuino præmio dignus quis esse uideatur: quorum nihil in hunc competere, paulò pòst euincemus. Proinde quum nō tolerandæ improbitatis mihi uideatur, qui legibus tum homicidii, tum temeritatis pœnas debeat, eum à legibus præmium omniū maximum petere: petere dixi: imò flagitare: & ita flagitare, ut etiam si unum ex huius arbitrio dependerint, tamē multa insuper isti
*Suspicionē mouet eidē à modo actionis.* creditori sint debituræ. Quæ cuncta quum postulare iure potuisset, maluit ta- I
men homo uerecundus, unico persoluto, reliqua sibi deberi: ut haberet nimirum quod obnoxiæ Reipub. quoties libido sit, possit improperare. Tum illud utrum risu potius, an odio dignū existimem, quòd in tribunalibus, quòd apud ornatissimum seueriſſimorum Iudicum consessum, Thrasonem quendam nobis è comœdia retulit? Sensistis Iudices, ut è corona plerique risum tenere nequierint, dum personatus iste Hercules tragœdiam illam suam nobis recitabat de sese terq; quaterq; tyrannicida, de sapiente illo gladio commilitone suo, qui per se prudens senem interemit: digno uidelicet, qui inter sydera collocetur, domino in deorū numerū relato. Dii boni, quibus phaleris, quibus fucis, qui- K
bus ampullis facinus illud nobis suum ornauit, iactauit, exaggerauit? quàm militari iactantia, quàm Stentorea uoce, quàm fastuoso uultu, quàm arrogantibus superciliis, q̃ stupidis oculis, suum ipse uobis encomium detonabat? Quæ-
*Effictio.* so Iudices, ut etiam nunc hominis uultū diligenter attendatis: nónne uobis minitari uidetur? nónne dicere, ni mihi præmium decreueritis, haud feretis impune, incolumi diuino illo meo, ac fortissimo gladio, qui uel sine me meas uices ubi lubebit, acturus est? Quis tandem istam ferat iactantiam uel in eo qui uerè tyrannum occidisset? Hæc quoque me caussa Iudices (neque enim inficiandum est) commouit, ut huius obsisterem petitioni, uel magis ut immoderatam arro-

gantiam,

A gantiam, ut odioſam huius imputationem retunderem. Videbam iam inde ab initio, quũ certatim uniuerſa ciuitas diis libertatis auctoribus grataretur, ut hic ſeſe ira tumens in medium ingeſſerit, quàm indignè tulerit uictimas diis ſeruatoribus immolatas. Sibi hunc honorem eripi, ſeſe unicum eſſe reſtitutæ libertatis auctorẽ proclamabat: leges, aras, focos, omnia publica priuataq; ſuæ dextræ, ſuo magnifico gladio deberi. Agite quid futurum denique Iudices augurami-
ni, ſi ad huius intolerabilem iactãtiam, ueſtra auctoritas, ueſtra comprobatio, ſi præmium quaſi pignus acceſſerit? Quid, niſi ut tyranno ſubmoto alter quidam huic ciuitati paretur, qui uentoſæ linguæ, gloriæq; quaſi tyrannidem quandam
B exerceat? Qui quotidie nobis odioſam iſtam ſuam tragœdiam ingerat, quotidie dextram iſtam Herculanam, & gladiũ prodigioſum minitetur? Vtrum eſt hoc Iudices tyrannide liberari, an mutare tyrannũ? Videtis ipſi quàm minaci fronte me iam obtueatur. Quid mihi ſuccenſes? Quid minitaris oculis? Quid terres ſupercilio? An mihi non licebit libertate in cõtradicendo (tuo ſcilicet munere) uti, quum tu ſic abutare? qui liberum tibi putaris (id quod etiam in proſcenio leges fieri uetant) crimen tam atrox, tam capitale in ciuem impingere, tantùm quia libuit, idq; apud Iudices iratos, in tam frequenti ciuium corona, quod nequeas uel leuiſſimo confirmare argumento. Siquidem quàm reliqua glorioſe,
C tam illud impudenter dicebas, mihi nullam fuiſſe cauſſam quare tibi contradicendi partes ſuſciperem, niſi quò tyranni necem, quæ me diſcruciaret ſcilicet, ulciſcerer. Quo quidẽ tuo exemplo ſi uiciſſim in te libêret uti, mox intelligeres quàm atrocia, quanto probabilius in te poſſint retorqueri. Nam tuum iſtud tam inuidioſum (quemadmodum tu quidem exiſtimabas) conuicium, me longè minus etiam territabat, quàm (quod uulgo dicunt) ex pelui redditum fulgur. Etenim præterquam quòd neque affinitas, neque cognatio, neque neceſſitudo, neque emolumentum, neque prorſus alia res ulla mihi cum tyrãno interceſſit, quur mea referret illum uiuere, ſine quibus rebus nullam in quẽquam
D criminis hærere ſuſpicionem tu quoque ſcires, niſi nunquam tribunalia uidiſſes, ac niſi hodie deuium te lucelli ſpes feciſſet iureconſultũ: equidem arbitror meam fidem, integritatem, pietatem, totamq; meã uitam ſic huic Reipub. ſpectatam eſſe, ut iſto crimine tibi potius improbitatis odiũ, quàm mihi ſuſpicionem ullam conciliaris. Vides quàm multis adductus ſim cauſſis ut tibi obſiſterem? Deniq; (ſi ſcire uis) bona ciuium pars id à me enixiſſimè flagitauit, ut ſui patrociniũ aduerſum te capeſſerem, negantes ſibi uideri tyrannide liberos ſeſe, niſi te à tyrannicidæ præmio deiicerem. Non quòd pudeat homini debere hãc felicitatem: tametſi id quoq; durum, ei debere qui ſic imputet. Sed debere arro-
E ganti, ſanè quàm moleſtũ eſt: at debere cui non debeas, iſthuc uerò nõ grauiſſimũ modò, uerùm etiã ſtultiſſimum. Equidẽ ne lenoni quidem uel uerbo refrager, ſi modò is promereatur: ſed obnoxium eſſe tam importuno imputatori, tum qui nihil iuuerit, id uerò bis miſerum eſt, bis ſtultũ eſt. Nullus enim inſolentius exprobrat beneficium, quàm qui quod non dedit, id uult dediſſe uideri. Sed finge mihi nullam eſſe cauſam quur tibi me opponerẽ, niſi quia ſic animo lubitum ſit meo: profectò nihil habes quod mihi iure ſuccenſeas. Etenim quum apud Iudices tam ſanctos agatur: ſi uerè præmiũ meruiſti, nõ tibi honorem eripio, uerùm etiam uehementer illuſtro, quandò non paulo magnificentius eſt tyrannicidæ præmium euiciſſe, quàm tuliſſe. Sin minus, æquus ueniam

*Apoſtrophe, qua calumniæ aduerſarij reſpõdet, iterum ex locis cõicaſturalibus.*

*Translatio, qua actionem ſuam defendit.*

*Frequentatio cauſarum.*

dabis, ſi boni ciuis fungor officio, ſi nullo meo emolumẽto Remp. debiti præ- F
mii ream defendo, ſi ſtultitiæ crimen, ſi imprudẽtiæ infamiam à ciuitate depel-
lo, ſi nõ ſino ut noſtro omnium periculo hæc urbs in deos exiſtat ingrata. Po-
ſtremò ſi deorum immortalium cauſſam ago, quibus honorem debitum tu co-
naris interuertere, ut uel hinc ſat liqueat quãta religione reliquã cauſſam ege-
ris, qui ſtatim ingrediens tam impudenter ſis calumniatus. Contradicit, igitur
contra Rempub. fauet tyranno. Quanquam ego illud quoque liberæ ciuitatis
eſſe iudico, hoc loco uel tyrannorum cauſſas citra fraudem agere licere. Neq;
tamen à uobis poſtulo Iudices, ut uel mihi proſit in cauſſa hoc meũ erga Rẽp.
ſtudium, uel huic obſit tam inſolens arrogantia: imò non deprecor inuidentiæ G
ſuſpicionem, non refugio uel atrociſſimam illam, quã iſte mihi conabatur im-
pingere, inuidiã, ut tyrãno fauiſſe uidear, niſi certioribus, quàm ut à quoquam
refelli poſſint, argumentis euinco, niſi demum & aduerſario perſuadeo, modò
ne tergiuerſetur, ut quammaximè ciuiliter quis agat, nullũ ei deberi præmium:
*Propoſitio cũ admonitione, quorſum animus in hac cauſa intendendus ſit.*
Sin exactius, ſeueriusq;, pœnam etiam ab ipſo deberi. Quæ quidem dum quàm
poteſt breuiſſimè facio, quæſo Iudices, ut me atténtis animis atque aũribus au-
diatis. Meminiſtis Iudices, ut iſte inter dicendum ſubinde nobis conatus ſit ob
oculos ponere, id unum ſpectare iuſſerit, quantis malis tyrannide ſimus leuati.
Hoc paſſim inculcabat, hac re bonã orationis partẽ occupabat, nihil nos aliud H
perpendere uoluit, niſi quòd grauem ſeruitutem toleraſſemus, nunc optata li-
bertate frueremur. Nimirum id tantum uos ſpectare uoluit, quod ad hoc iudi-
cium nihil attinebat. Neque enim hoc in quæſtionẽ uenit, quàm miſera ſit ty-
rannis, quàm optãda libertas: ſed de illo cognoſcitis Iudices, quũ libertas huic
urbi ſit reſtituta, quãta hinc laudis portio huius uirtuti debeatur: & an id quod
euentu cum huius facto coniunctum eſt, idem cum eius merito cõiunctum ui-
deri oporteat. Relegã autem eadem ueſtigia, quibus ipſe in cauſſam ingreſſus
eſt: quod equidem refellendi genus ſimpliciſſimũ eſſe puto: ſequarq; partes il-
las, quibus iſte rem ſecuit, id nimirum agens, ut quemadmodũ ingenioſi con- I
uiuatores iiſdem carnibus alio atque alio modo coquendis condiendisq; effi-
ciunt ut multa opſoniorum genera uideãtur, itidem iſte nobis ex unico homi-
cidio multa faciat tyrannicidia. Repetam igitur ordine gradus illos, quibus iſte
facinus ſuum ſibi uiſus eſt mirificè attollere, & in quibus identidem reſtitabat.
Quòd ſi me deturbante uel in uno quolibet conſiſtere poterit: tum ipſe ſeſe ui-
*Diuiſio capitum.*
ctorem pronunciet licebit. Quot tyrannicidia, inquit, quot præmia? Primùm
quòd uolui, deinde quòd conatus ſum. Tum autem quòd filium occidi plus
quàm tyrannum. Poſtremò, quòd pater ob mortẽ huius ſibi necem conſciuit.
*Confutatio.*
I.
*Voluntatis, cui opponit uolũtatem legis, quæ facta non cogitationes ſpectet.*
Principiò quòd uoluit Iudices, quis nõ leuius eſſe uideat, quàm ut ſit refellen- K
dum? niſi quòd iſte tanta uoce intonabat, toties inculcabat quòd tyrannũ uo-
luiſſet occidere, atque id (ut nihil iam accideret) tamẽ præmio dignum aſſeue-
rabat. Quid autem tam ridiculum, quàm nudæ uoluntatis præmium à lege fla-
gitare? quæ adeò nihil ad ſe pertinere putat quid uelint aut in animo ſtatuant
homines, ut neque pœnam irrogent ſi quid uelis, modò perperam: neque præ-
mium oſtendant, ſi quid officioſe uelis: uerùm id unumquenque uoluiſſe inter-
pretantur, quod nulla ui coactus effecerit. Ergóne, inquies, nõ magna facti pars
eſt uoluiſſe, quod quidem arduis in rebus uel ſolum ſufficere ſolet? Rectè ſanè:
ſed apud deos modò: quippe quibus ſolis perſpicuum eſt quid nolis aut uelis.

ab

A ab his præmium expectandum,ſi quid præclarum animo conceperis. Lex,hominũ uices agit, & quid in obſcuris illis ſinuoſi cordis ſpecubus mortales agitent, adeò ſua referre nihil putat, ut non dicam abdita aut ſuſpicioſa, ſed ne ea quidem admittat quæ populari ſunt opinione famaq; iactata. Poſtremò ut non niſi comperta recipiat, non audiat niſi quæ ſunt certiſſimis argumentis deprehenſa,probata,euicta. Cedo,quod eſt facinus tam nefarium,cuius ſimplex uoluntas in crimen unquam eſt uocata? Iſta iudicia, Aeaci Rhadamanthíque tribunalibus ſeruãtur. Hic mihi non quid uolueris,ſed quid feceris adferto. Quòd ſi nulla lex ulli flagitio ſupplicium minatur, quod in animo ſtatueris:quæ tan-
B dẽ eſt impudentia, pro merito quod præſtare uolueris duntaxat,perinde quaſi præſtiteris, à lege quaſi præmium poſtulare? Quæ quidem quum ad id unum ſit comparata, ut maleficia uel deterreat,uel coërceat,multóque magis ad eius partes pertineat, nocentibus irrogare pœnam, quàm bene merentibus largiri præmia (id quod mox copioſius demonſtrabimus) poſteaquam in criminibus non accipit inſimulationẽ meræ uoluntatis,quæſo te,in petẽdis præmiis oſtentationem uoluntatis admittet? Quis autem eſt ciuium uel quantumlibet ignauus,qui non uelit tyrannum occidere, ſi tutò liceat? Quis non uel leno ſaltem emolumenti cauſa uelit?Denique quis non facilè ſimulare poſſit uoluiſſe ſe,ui-
C delicet quò præmium gratis auferat? Vis itaque dicam quãtum hoc totum habeat momenti,uoluiſſe occidere? Nempe perinde eſt, quaſi te ſomniaris occidiſſe.Par pari penſari conuenit. Qui præſtitit beneficium,ei lex beneficium repẽdit:at qui bene uoluit tantùm,ei quid debetur,niſi ut uiciſſim bene uelit reſpublica?I nunc, & hoc in gradu nos iube cõſiſtere. Rem tam eximiam,inquis, animo uerſaui,ſtatui,decreui:an præmium negabitis?Non fraudaberis præmio, ſi iſthoc nomine poſtules:uerũ illud interim præmii feres:uelut homo nimium perfrictæ frõtis,irriſus, exploſus,exibilatus diſcedes,quẽ nõ puduerit id à lege poſtulare, quod ne leno quidem auſit à quoquam petere,ut rem pro uolũtate
D auferat. Nemo tam uecors,qui cõcedat,ut uoluntatẽ neſcio quam,hoc eſt,minus quàm uerba precio redimat. At non uolui tantũ, inquis: uerùm & periclitatus ſum:aſcendi,ſubmoui ſatellites. Primùm iſthuc tu quidem conſultè facis, quòd de gradu illo deſiliſti,in quo nimis profectò incõmodè ſtabas. quãquam ne in hoc quidem multo commodius cõſtiteris. Nam etiam ſi paulo minus abſurdum uideatur, haud ita multo minus impudens tamen eſt, quum lex palàm præmium decernat ei qui factũ præſtiterit:te, quòd conatus modò ſis, præmiũ poſcere. Ergo ne hoc quidẽ iuris erit apud te legibus,quod per illas eſt ciui priuato cum ciue priuato?Age quid ſiquis ciuium tecum iniiſſet contractum,ita ut
E ille pecuniam ſtipulatus,tu conditionem pactus eſſes:mirum ni ſuo uterq; periculo,atq; is nondum præſtita conditione nummos his uerbis abs te petat:Cedo mercedem,conatus ſum, tentaui, adniſus ſum: an non protinus impudenti homini reſpondebis: Cedo conditionem? Nam de tuo conatu quid mea refert? quandoquidem effectum abs te pactus ſum, non conatum. Puta totidem uerbis tibi nunc reſpondere legem:Agnoſco contractum,non muto pacta:debeo præmiũ,ſed ſi tu conditionem præſtitiſti,ſi tyrannum occidiſti. Verbis aut obligantur aut abſoluuntur homines. Si conato pollicita ſum præmium, non grauabor dare: ſin ei qui facinus peregiſſet,quod tandem ius eſt te ferre quod es ſtipulatus,me non ferre quod ſum pacta? In priuatis ac minutis contractibus

II. *Conatus,cui opponit iura pactorum.*

*A ſimili.*

*A minori.*

nemo tam improbus inuenitur,ut lucrum cõditione promiſſum poſtulet non præſtita conditione:nemo tam ſtultus ut det,ſi quis poſtulet:& tu à Rep.maximum omniũ præmium poſtulas,quòd conatus modò ſis? Nihil mihi niſi nugas adfers,donec illud unum audiã,quod te præſtare oportebat. Volui,inquis, aſcendi,perrupi cuſtodias,ſubmoui ſatellites:quantulum iam eſt illud quod ſupereſt? Quid adhuc deſideras? Nempe nihil in te deſidero præter illud,cui ſoli debebatur præmium. An non intellexiſti in iſtiuſmodi contractibus duplex eſſe periculum:quorum alterum ad hunc tantùm,alterum ad illum propriè pertineat:uidelicet perſoluendæ mercedis,& præſtãdæ conditionis? Ego meo periculo præmii dependendi onus recipio,neque tua referre putes,neque refert, G quàm anguſta mihi res unde corradendum quod debeam precium. Tu itidem conditionem tuo ſuſcipis periculo, neque mea quicquam intereſt quo ſudore quo periculo ſit ea tibi præſtanda. Totam iſtam curam,totum hoc negociũ tibi relinquo. Quòd ſi ego iam præſtita abs te conditione cõmemorem tibi in agris meis malè proueniſſe ſegetes,merces naufragio periiſſe,nihil auelli à malis debitoribus,nõ ſine graui diſpendio conflari poſſe pecuniam quam tibi debeam: dic obſecro,nonne nugas agere me dices,negans horum quicquam ad te pertinere? Hoc uno modo poſſe ſatisfieri tibi,ſi pecunia numeretur. Neque quiſquam eſt iudex tam iniquus, quin te tuo uti iure fateatur. Et mihi pulchrè ſa- H tisfactum exiſtimas,ſi tu mihi tragœdiam adferas,quantũ adieris periculi,quantum ſudorum,quantum uigiliarum exhauſeris,dum ſtudes præſtare conditionem? Res eſt(mihi crede)calumnioſior, ſcrupuloſiorq;,quàm ut legibus tã occupatis conueniat alienam expendere uoluntatẽ, alienos penſiculari conatus: quorum ſuos quiſq; nimio ſolet æſtimare,non ſuos difficile eſt adamuſſim perpendere. At facti,facilis eſt æſtimatio. Proinde ea in legis cognitionẽ cadit:hinc reliqua omnia cõſueuit metiri. Tametſi non piget interdum æqui boniq; rationẽ habere. Verùm in his litibus quæ de uetere illa formula pendẽt,inter bonos bene agier oportet:at in contractibus, quæ neq; ui,neq; dolo coierunt, quid eſt I quod à præſcripto recedatur,niſi quis uelit omnino à pactis diſcedere? Quiduis circunſpice : & ſi potes uſquã inuenire exemplũ,non nego præmiũ. Sæpenumero in pugilũ Olympicis, ſæpe in certamine ſpectator (opinor) ſediſti:cedo, numquãdo uidiſti quẽquam tam impudentẽ, qui palmam ſibi hoc nomine uendicaret,quòd ſtrenuè certaſſet? Nõ arbitror,atq; id in re penè ludicra,certe ad uoluptãtẽ cõparata. Et tu in tam ſerio omniumq; ſplẽdidiſſimo negocio id tibi poſtulas,quod in ſcenicis illis pudeat uel impudentiſſimũ tẽtare? Age quoties & illud uidiſti euenire,ut qui ſeſe fortiſſimè doctiſſimeq; geſſiſſet in curſu, K is à præmio longiſſimè abeſſet,& ignauiſſimo faueret euentus? Habeat ille ſanè quod cauſetur,excidiſſe habenas,cõſternatum equum,fractam rotam,iactet ſe uel arte uel uiribus tanto præcellentiorem,quanto Therſitæ præſtitit Achilles:niſi metã prior attigerit,profectò poſtulandi præmii ius nullũ habebit:fortunã ſuam incuſare licebit. Cæterùm Agonothetæ non indignabitur,propterea quòd hoc animo in certamen deſcenderit, ut eius uteretur cõditione, id eſt, ita demũ præmium ferret,ſi uirtuti fortuna fauẽte uiciſſet. Alioqui ſi conatui, nõ tantùm effectui præmium deberetur,tot palmis eſſet opus,quot in Olympicum certamen ueniſſent. Quanquam in huiuſmodi ludis qui ſolennitatis uoluptatiſque gratia proponũtur,fit interdum,ut uictis quoq; præmia ſtatuantur,

*Aliud ſimile.*

*Ab exemplo certantium in ludis ſolennibus.*

non

A non honotis,ſed ſolatii gratia:uerùm ſeriis in rebus,atq; adeò periculoſis,quænam obſecro lex unquã mercedem ſtatuit, niſi ſi quis facinus peregiſſet, & ita peregiſſet,ut omnes numeros implerit?A quo tu quantũ abſis,mox audies: nã nunc de conatu tantũ agimus.Lex igitur ciuicã promittit coronã ei qui ciuem in bello ſeruarit.Quis unquã ad hunc honorẽ uel aſpirauit,quòd ſe telis obiecerit,quòd nõ ſine multis uulneribus diſceſſerit?Profectò niſi ciue ſeruato nemo ciuicã petit. Quis unquã his uerbis muralem petiit, Acriter cõtendi Iudices ut mœnia ſuperarẽ, omnia feci,ſed depulſus ſum?Quantumlibet eniſus ſit,niſi conſcenſo muro,nemo tã inuerecundus eſt ut muralẽ coronã ſibi deberi dicat. *Ab exemplis militariũ donorum.*

B Obſidionalẽ nemo flagitat,niſi depulſa obſidione.Poſtremò nullus honos petitur,niſi ab eo qui id effecerit,ad quod honor inuitat.Qui nauim in tempeſtate deſertam ad littus perduxerit,huic ex lege uendicatio eſt earũ rerũ quæ naui uehebantur.Quorſum attinet hîc tuã iactare peritiã,ſudores,pericula,conatus? Nihil non feceris quo nauem in tutum reduceres,ſed uictus tempeſtate deſeruiſti:audebis quicquã ex his quæ ſunt in naui,tibi uendicare?Aut ſi auſis,futurum ſperas ut quiſquam te uel pilum ſinat attingere? Non opinor.Si quis unquam ouationẽ,ſupplicationem,triumphum obtinuit,quòd ad uictoriã omnibus neruis eſſet eniſus,quòd gnauiter ſe geſſerit in bello:niſi ſuperior diſceſſe- *A ſimili aliud*

C rit,niſi præſcriptũ à lege numerum hoſtiũ fuderit: aude & tu tibi præmiũ promittere,quòd tyrannicidium ſis aggreſſus.Quod ſi nemini hominũ memoria contigit,deſine tibi noua ſpe blãdiri,deſine inaudito exemplo poſtulare,quod ſperare ſit improbiſſimum,dare poſtulanti ſtultiſſimum.Noli nobis cõmemorare quanto capitis periculo murum arcis conſcenderis,qua uirtute ſatellitium tyrannicum perruperis,alios depuleris,alios occideris:quorum maximam partem tibi liberum eſt fingere.Ad obtinendũ tyrãnicidæ præmium,duobus duntaxat uerbis eſt opus, tyrannum occidi. Quantumuis conatum exaggeres,alleues,attollas,non niſi tyrãnicidæ debetur præmium.Alioqui quid dices ſi eo-

D dem illo die quo tu arcem cõſcendiſti,permulti pariter aggreſſi,ſua quiſq; uirtute freti,quorum nemo tamẽ tyrannũ interemiſſet: utrum omnes tyrãnicidæ præmio potientur ex æquo, nẽpe quia conati? Age quid ſi multis ſtrenuè rem aggreſſis,uni cuipiam,qui ſit omnium ignauiſſimus(ut non ſemper uirtuti reſpondet fortuna)eum contingat interficere,an nõ præteritis reliquis hic unus honorem auferet?Quamobrẽ tandem?Non quia plus adierit periculi,ſed quoniã id confecit,cui lex honorẽ decreuit. Hic tu fortaſſe rurſus incipies deplo- *Obiectio.*
rare fruſtra ſumptã operam:negabis æquũ eſſe uirtutis egregios conatus merito fraudari præmio, niſi fortunæ ſuffragio adiuuentur. Sed quæ tandem poteſt

E eſſe iniqua cõditio,quam nemo compellitur accipere,niſi cui cordi ſit? Quantumlibet iniqua conditio proponitur,eam nimirum facit æquiſſimam,quiſquis ſuapte ſponte recipit. In aleæ ludo(ſi fas eſt hoc exemplum conferre)quid iniquius,quàm uel ſummũ artificem ab imperitiſſimo ſuperari,ſi modò iactus cõmodè cadat?Atque id adeò nemo tanquam iniquum cauſatur:propterea quòd cui luſus huius lex nõ probatur,ei liberũ erat non ſuſcipere.Itaq; lex quid præſtari uelit,id palàm atque in medio proponit: quid abs te præſtari poſſit,id tibi relinquit expendendũ.Illa nihil mauult,quàm ut res quamoptimè cadat:quòd ſi poſteaquã nihil iam intentatũ reliqueris,quò minus effeceris, per fortunam ſtetit,intelligis(opinor)nihil habere te quod legi ſuccẽſeas.Fortunam,ſi ita lu- *Aequitati opponit deliberandi poteſtatem.*

bet,in ius uoca:cũ lege nihil tibi rei:quæ ut nihil promittit,ita nihil debet, niſi F
*A conſilio legislatoris.* præſtãti. Neq; uerò exiſtimemus Iudices,iſtud à maioribus qui hanc legem tulerunt,ſine ſumma ratione fuiſſe factum,ut conato præmium non eſſe ſtatuendum putarint:uidelicet illud cauerunt,nõ tantùm ne ancipites iſtas & inexplicabiles huiuſmodi de conatu lites inuitarent,uerumetiã quòd intelligerent tyrannicidii conatum non poſſe niſi ſummo ciuitatis periculo ſuſcipi. Vnde futurum proſpiciebant, ut ſi conatui præmiũ ſtatuiſſent,temeritate conantiũ Reſp.
*Finitio tyrãnidis.* ſubuerteretur potius quàm reſtitueretur. Etenim tyrannis quid aliud eſt quàm graue capitaleq; ciuitatis hulcus:huic ſi quis medeatur,ei merces digna propoſita eſt,quam ita demum ferat,ſi remediũ præſentaneum attulerit. Verùm huic G
malo neminẽ oportet admoliri manum,niſi certum artificem,qui ſua diligẽtia peritiaq; fretus, non ſinat hoc licere fortunæ,ut dũ ipſe ſalutem dare conatur,
*Cõfutatio obiectionis à diſſimili & periculo.* illa uitã penitus eripiat. Quid?utrum tu igitur in eiuſmodi diſcrimine conatum præmio iudicas inuitandum eſſe:an potius pœna deterrendũ, niſi quod conatus eſt quiſpiam,idem præſtiterit?Nec illud te ſubleuat,quòd mihi uidebare ratiocinãdo colligere, quũ lex in maleficiis pœnam irroget ſimplici ſceleris molitioni,par eſſe ut multo magis in benefactis conatus habeat rationẽ.nã oportere legem multo propenſiorẽ uideri ad compẽſandã uirtutem, quàm ad retaliandã culpã. Atq; uide quã hic tota erras uia. Principiò non animaduertis hoc H
tyrannicidii facinus toto genere à reliquis diſcedere, propterea quòd aliorum molitio cũ priuato molientis periculo modò coniuncta eſt,huius cum publico reip.diſcrimine copulata:ut temere moliri tyrannicidiũ nihil aliud ſit,quàm temeritate priuata rẽ omniũ prodere. Deinde lex nec in quouis crimine,nec qualemcunque conatum in quæſtionẽ uenire ſinit, uerùm in paucis duntaxat,quæ uel propter inſignem atrocitatẽ hoc odii merentur,uel eiuſmodi ſunt,ut priuſ
exitium adferãt,quàm conatus dent ſignificationem:quod genus parricidium, ueneficium,proditio. Poſtremò non uides nihil eſſe ſimile,totaq; natura rationeq; diſcrepare,pœnæ legitimam irrogationem,& honoris largitionem. Nam I
alterum quidem propriè legum munus,alterum quaſi quædam de iure cõceſſio,legisq; candor(ut ita dixerim)quidam eſt. Hoc ita habere ſic demum intelliges,ſi reputes quàm multa ſint quæ lex iubeat, addita pœna ni pareas: quàm multa item uetet,niſi obtemperaris,ſupplicium minitans:contrà uix unum atq;
*Locus de cõparatione præmiorũ & pœnarum.* alterum eſſe,ad quæ præmio ſolicitet. Quædam enim eiuſmodi ſunt,ut durum ac ſeruile uideatur ad ea metu mali adigi:quo de genere ſunt,uxorem ducere, operam dare liberis. Hic lex nimirum urbanius ac uerecundius tecum agit:patris,nõ magiſtratus ſumit habitum: precio ad id inuitat,quod alioqui gratuitò te præſtare decebat. Rurſus alia tametſi id genus ſunt,ut à quouis non impro- K
bo ciue præſtari uelle oporteat, tamen & fortiora uidentur, q̃ ut â multis præſtari queant:& periculoſiora,quàm ut multi uelint ſuſcipere.nam inhumanum uidetur cuiquam uitæ ſuæ cõtemptũ imperare. Ad hæc igitur præmio animat, quaſiq; calcar addit uirtuti. Proinde nõ oportet hanc legum indulgentiã longius trahere,quàm ad quæ ſemel ipſa adſtringit. Nec mirãdum eſt ſi attẽtior,ſi uigilantior,ſi exactior eſt in proprio naturaliq; munere ſuo,quàm in eo in quo pro temporis ratione in alienas partes deſcendit. Huic adſtipulatur illud,quòd nouis etiam criminibus exemplum aut nouum noua lege ſolet inſtitui,aut à ſimili lege mutuò ſumi. Neq; tamen idem fieri conſueuit,ſi quis quid noui faci-

noris

A noris cum laude patrauit,ut præmiũ à ſimili conſtitutione decernatur. Niſi lex extet,quæ nominatim honorẽ ſtatuat eius facto: quod roget,uix habebit:quod poſtulet,haudquaquam. Cur enim legi neceſſe ſit paſſim ciuium ſuorum officium mercede redimere? quandoquidem ne ſit impunita improbitas,id publicitus omniũ refert:at probus eſſe nemo gratis poteſt. Quid autẽ eſt quod non uel gratus patriæ debeat ciuis?cui ſi uel animam impenderis,quid mirandum,ſi quod acceperas,id reſtituis? Vt ſupplicio dignus ſis,niſi parẽti pietatis officium perſoluas:nõ præmium illico tibi debeatur,ſi perſoluas: itidem ſi quid in leges committas,non potes effugere ſupplicium : at non ſtatim illæ tibi præmiũ de-
B bituræ ſint,ſi quid cum officio feceris. Nam ſi ciues omnes ſeſe in officio continerẽt, ne opus quidem eſſet ullis legibus: quippe quæ nõ ad bonos mores cõparatæ,ſed malis è moribus natæ ſunt, id quod uerè uulgò dictitãt,ac pharmaci uice fungantur. Finge itaque nullas eſſe leges,quemadmodum de aureo Saturni ſeculo fabulantur poëtæ:ſuo quenque ſpontè fungi officio:an tu hîc clamabis perire benefacta,quòd nulla lex præmiũ decernat? Vti lex non minatur niſi improbis,ita non pollicetur optimis ciuibus. Quorſum enim opus promiſſo,quum uirtus abſoluta abunde ſeipſa contenta ſit? Proinde petere quod illa non ſit pollicita, profectò plus quàm impudentiſſimum eſt. improbè flagitare
C quod ea candidè ciuiliterq; promiſerit,ciuis eſt probitatis nõ ſatis ſpectatæ. Tu quid merueris,paulò pòſt excutietur: interim finge ſanè præcipuam quandam utilitatem attuliſſe,cui tamen ex lege præmium non debeatur:utrum protinus clamitabis infrugiferũ fuiſſe officium,ciuitatẽ in ius uocabis, plebem ingratam uociferabere,minitabere iudicibus niſi tibi mercedẽ ex animi tui ſententia decernãt:an potius ipſam uirtutem abunde magnum ſui præmiũ iudicabis: oblectabis te conſcientia recti: hũc eſſe maximũ fructum officii duces,quòd de aliis citra tuum emolumentum benemerendo, ad deorum benignitatẽ uidearis accedere?Nimirũ hæc tibi futura ſunt ſatis,ſi modò ciuis ſis optimus. Quòd ſi nõ
D cõtentus iſtis,aliud adhuc neſcio quod præmiũ deſideres,certè maximo proximum eſt gloria: hoc tu iam propemodũ tuliſti. Quanto metiris precio,uolitare per ora mortaliũ,celebrari,laudari,digitis notari mille, oculos omniũ in te cõiectos circumferre?Iſta inquã uel maxima præmii pars:nam pecunia ſanè quàm exiguum momentũ adfert. Tu conatus duntaxat es: permagna portio,uel caput potius ipſum tuo deeſt facinori. At cũ interim his rebus frueris,dũ nõ occiſo tyrãno tamẽ uelut tyrãnicida celebraris, quæſo te,quãtula pars abeſt à tuo præmio quod laturus eras etiã ſi tyrãnũ occidiſſes?Poſtremò iſthuc ipſum præmium,penè dixerim,inuidendũ mihi uidetur, quòd iam tibi licuit toties Reip.
E tyrannicidiũ imputare,quòd in celebri iudicio tibi contigit honeſtiſſimũ præmium flagitare,& in tam frequẽti theatro ſpectante rep. magnificã iſtam tuam tragœdiã peragere. Mihi uidetur,Iudices,beneficii tuliſſe gratiam,quiſquis exprobrare beneficiũ potuit. Tu fortunæ,tu deorum munus imputas ciuitati, & ſunt fortaſſis qui tibi libertatẽ acceptam ferant.an hæc tanta præmia cõtemnis, quæ uel uero tyrãnicidæ ſufficere debuerant, niſi lex maluiſſet præmio conatum ab effectu diſtinguere? Quanquam nullũ mehercle præmiũ magis cõgruit ei qui tyrannũ conatus ſit occidere, nec occiderit,q; ut illi cõtingat tyrãnicidæ præmiũ ſperare,nec ferre tamẽ. Hiccine erat ille gradus,in quo nos tecũ cõmorari iubebas?Quãquã hoc nomine tuus conatus minus promeretur præmium,

*De officio patriæ gratis præſtando.*

*Collatio mercedis & gloriæ.*

quòd aliorũ propoſito fortuna modò defuit,tibi uolũtas,ut ais. Effeciſti quod F
uoluiſti:id quod erat neceſſe,nec feciſti, nec uoluiſti. Sed iamdudũ alium gradum(ut uideo)circunſpectas, in quem te recipias.nã in hoc q̃ citra omnẽ præ-
III. mii ſpem conſiſtas,intelligis. Age ſequemur te per omnia,& aliunde aliò fugi-
*Effectus et cædes filij.* tantẽ perſequemur, nec uſquam ſinemus cõſiſtere. Atqui non tantùm aggreſſus ſum,inquis,uerumetiam occidi,nempe filium:atque id facinus in duo ſecas tyrannicidia,& quòd filium ſuſtuleris pluſquam tyrannum,tum tyrãnidis ſucceſſorem:& quòd parenti,necato filio,mortis cauſam miniſtraris.De illo mox: nunc hoc,cuiuſmodi ſit,inſpiciamus.Parentem ais abs te,iugulato filio,eadem occiſum opera. negas enim referre qua uia peremeris, modò ſuſtuleris: imò G
ſplendidius iſthuc uideri uis,quòd tuo quidẽ enſe, uerùm ipſius dextera ſit interemptus.Hæc tam honeſta,Iudices,oratio poſſit parũ attentũ fallere, præſertim hoc rem fucis illis ſuis & phaleris uenditãte,dũ nobis ob oculos ponit ualidum illũ florentemq; iuuenem,ſic patri adamatũ,crebris uulneribus confoſſum: parẽtem ſenem miſerum illi circumfuſum,eodem exanimatum enſe,ſanguinẽ utriuſq; inter ſe confuſum. Iſta quidem dictu ſplẽdida,ſed quid ad tuam cauſſam attinent?Nemo tam cæcus qui non uideat,nemo tã effrons qui neget, ſpectaculum illud multo omnium iucundiſſimum extitiſſe ciuitati, quũ ſenem tyrannum iuueni uideret incumbentem exanimem exanimi:& in altero gau- H
deret ſeſe leuatum malis præteritis,in altero futurorum metu. Hæc quum per ſe maxima,quum Reipub.ſint gratiſſima,quid attinet uerbis exaggerare?Illud unum in hoc iudicio uertitur, utrum tibi acceptũ ferri oporteat quòd pater ſine controuerſia tyrannus occiſus eſt,an fortunæ,ſuperũmq; dexteritati.Quòd
*Eleuatio inſtrumenti.* enim tuo gladio peremptus eſt,id uerò quã eſt futile,nihiliq;! Quid ſi tuo gladio ab eo qui eum utendum abs te rogaſſet,tyrannus eſſet necatus,nũ tu protinus tyrãnicidæ præmium petitum uenires?Lex occiſori pollicetur honorem:
*A ſcripto ſeu uerbis legis.* tu eum iugulaſti,de quo certè controuerſum eſſe poterat,tyranni nomine cenſendus eſſet, nécne: eum de quo nihil erat dubitationis,reliquiſti. Si prudens, I
prudens excidiſti à præmio.ſin metu,multo minus etiam cauſſæ eſt poſtulandi muneris.Verùm illud tute uehementer urgebas,uti prudens uolensq; reliquiſſe uiderere. Sed quod tandem erat iſtud tuum conſilium, quum tibi ſic in manu eſſet,non toto metu liberare Rempub. ſed ultorem tui facinoris, & uerum certumq; tyrannum relinquere?Intelligebas(ut ais)omne negocium cõfectum extincto iuuene, propterea quòd modis omnibus futurum præſcires ut ſenex illico ſibimet eodem gladio necem conſciſceret. Videte Iudices,in manifeſtiſ-
*Contra conſilium aduerſarij ut periculoſum & incertum.* ſimo mẽdacio qua rima conatur elabi:niſi diuinandi ſcientiam cõmentus fuiſſet,nõ poterat hinc explicare ſeſe.Si quidẽ hæc uel augur,uel haruſpex,uel ua- K
tes diceres, fortaſſe nonnullos inuenires qui iſta prædicanti fidem eſſent habituri.Nunc quid impudentius,quid uanius, quid ueri diſſimilius, quàm aſſeuerare id certũ præſciſſe te,quod tale ſit,ut quiuis alius exitus potius fuerit expectãdus?An cõiecturis es aſſequutus id euẽturũ quod euênit?At quid aliud effici coniecturis poterat,niſi ut uel ſperares, uel ſuſpicarere?Porrò in re tam anci-
piti,quæ dementia erat ſpem incertam ſequi,diſcrimen certum negligere? Sed
*Eleuat coniecturas & rationes aduerſarij.* audiamus obſecro certas illas cõiecturas,quibus hic noſter uates præſenſit inopinatũ omnibus exitum.Iam ætate feſſus erat,inquis,iam uiribus defectus,nec obtineri iam autumabat poſſe tyrannidem adempto filio.Tum indulgentius

amabat,

A amabat,quàm ut filio uellet esse superstes. Nónne sentis hæc adeò non esse naturæ rerum consentanea, ut iam omnibus uideantur esse confutata uel prius quàm refellantur? Vtrum seni mentem ullam fuisse putas,an nõ putas? Si non putas,fieri potuit ut illi tutum uideretur, quod neutiquam erat tutũ: atque ita protinus toto falleris augurio. Sin putas sapuisse, quur erat quòd usqueadeo diffideret? Quasi uerò tyrannis uiribus duntaxat unius hominis,ac non multo magis ingenio,uersutia,calliditate, largitione, crudelitateq; contineatur: quæ omnia si magis in senem quàm in adolescentem competunt,quur tu in diuersum torques augurium? An nõ illa ætas usu rerum callentior est?an non altius
B dissimulat?an nõ cauet diligentius?an non prospicit oculatius? irascitur implacabilius?tenacius iniuriæ meminit?meliusq; in longinquum consulit? His solis rebus imperium tyrannicum administratur. In militiæ duce quãtulum est illud momentum,quod corporis uires afferunt?at in tyrannide profectò multo minus. Cur magis illum terreret adẽptus filius, quàm extinctus satelles quispiam audacior,quum arx supereesset approbè munita,supereessent opes,arma, satellitum ingens agmen, tot in ciuitate factiosi potentesq;, qui non solùm tyranni partes adiuuabant,uerùm etiam tyrannos agebant? quos equidem spero nunc nobis non esse metuendos (nolim enim infausta ominari) at ita tamen, ne ni-
C miũ securè negligantur. Vsqueadeóne senem cruda uiridiq;(quod omnes norunt)senecta,callidum,animosum,ambitiosum,non stultum,una filii mors cõsternauit,ut rebus desperatis protinus è uita sibi migrãdum duxerit, præsertim quum ille patris dominatum nihilo reddiderit tutiorem,sed multo inuidiosiorem,idq; ob libidinem, atque ætatis insolentiam,temeritatemq;, adeò ut expedierit propemodum illi ad stabiliẽdam tyrannidem filiũ è medio tolli? Etenim quo propius ad iusti regni speciem accesserit tyrannis, hoc minus est inuidiæ obnoxia,magisq; tuta. Iuuenis ille solum hoc augebat,quod maximè tyrannos solet euertere: uera illa tyrannidis munimenta in callidi senis pectore erãt col-
D locata. Sed tenerius adamabat filium,quàm ut defuncto posset supereesse. De matercula quapiam priuata loqueris,an de uiro sene, callido,crudeli, denique tyranno? Quid ego Iudices,in eo sermone argumentis coarguendo sumã operam,quem ipsa natura,quem mos,quem communis omnium sensus repudiat? Quis unquam isthuc audiuit,tyrannum usqueadeo pio in liberos fuisse animo, ut non dicam commori uoluerit,sed conuiuere cõmodè quiuerit? Credite mihi,priuatorum isti sunt affectus: Tyrãnus neque quid natura,neq; quid pietas, neq; omnino quid sit officium,nouit. Exuit hæc omnia simul atque tyrannum induit. Omnia commodis, omnia metu, omnia necessitate metitur. Solos hos
E amat(si quos tamen ille amat,qui uel deos ipsos odit) quos aut metuit, & tollere nondum expedit,aut quorum opera ministerioq; ad fulciẽdum imperium indiget. Quòd si ullos ille posset amare, similes certè sui diligeret,impios, uio-
» lentos, rapaces, scelestos: quandò nihil ad conciliandam charitatem efficacius
» morum similitudine. Atqui ne improbi quidẽ illi chari sunt, nisi quatenus adiuuant: adeò ut præposterum uel peruersum potius quendam Stoicum tyrannus exprimat. Neque enim quisquam tam Stoicus fuit, ut æquè uacarit omnibus affectibus,atque tyrãnus: hoc modò illos discernit,quòd philosophus honesto metitur sua consilia, hic commodo. An ille ullum pietatis igniculum in quenquam mortalium sentire potuit,qui in patriam,uitæ parentem altricemq;,

I. *Ab accidentibus,et ijs quibus conseruatur tyrannis.*

*A personæ cõditione.*

II. *A remotione causæ.*

*Locus cõmunis, & descriptio tyranni.*

*Collatio causæ & effectus.*

*Collatio cauſæ et effectus.*

qui in cœlites omnium bonorum auctores tam ſit impius, ut illam crudeliſſi- F
ma opprimat ſeruitute, horum phana deſpoliet, iura contemnat? Verùm ut lar-
giamur tibi nonnihil, ſinamusq; te priuatos affectus in tyrannicum pectus, hoc
eſt, ignem in flumẽ transferre: an tandem perſuadebis illud, uſqueadeo indul-
genter illum adamaſſe filium, uſqueadeo in eũ omnes uitæ ſuæ ſpes, uolupta-
tes, opesq; ſemel contuliſſe, ut illo ſublato ne minimã quidem uitæ cauſam ſibi
reliquam eſſe putaret? Repete, non dicam ex hac ciuitate, uerùm ex uniuerſo
mortalium genere: nõ ex hoc ſeculo, ſed ab orbe cõdito, & ab ipſo (ſi uis) Pro-
methei ſimulachro: quotus quiſque fuit pater, quota quæq; matercula, quæ ob
liberorum necem ſibi fatum accerſiuerit? Naturalis hic dolor, & quem nemo G
ferè non modeſtè ferat. Priuatis parentibus uel indulgentiſſimis, mulierculà-
rum intemperantiſſimis affectibus mediocris luctus ſufficit: tyrãni in filiũ cha-
ritati non niſi ſolam mortem ſatisfacturam eſſe tu Lynceus præuidebas? Age,
hoc quoque tibi donamus, uicerit homo tyrannus priuatorum in liberos pie-
tatem, uicerit indulgentia materculas omneis: quî tibi compertum eſſe potuit
utrò ſe dolor paternus inclinaret, in rabiem, an in deſperationem? Quo dilige-
bat impotẽtius, hoc erat probabilius, ut ſenex natura ferus, ciuibus infenſus, uel
maximè uellet eſſe ſuperſtes, uel ob id deniq;, quò ueterem illam iram, nunc fi-
lii nece acerrimè exaſperatam irritatamq;, Reip. ſuppliciis ſaturaret. Quòd ſi H
aliàs uitæ pertæſum fuiſſet, hæc nimirum una cauſa poterat illum in uita reti-
nere. Quid autem ſenili animo uindictæ cupidius? An neſcis quàm impotentes
ætas illa concipiat impetus, quo rapiatur æſtu, quo flagrare ſoleat incendio, ſi
*Amplificatio à periculo rei.*
quando atroci inſigníque contumelia laceſſatur? Quæ uerò potuit eſſe atro-
cior, quàm filii cædes ſic amati, ut tu quidem ais? Hæc nimirum quicquid in il-
lo fuerit unquam crudelitatis, quicquid ſæuitiæ, quicquid immanitatis: ſiqua
ſanguinis ſitis, ſiqua ſuppliciorum fames, denique ſi quid tyrannicum: id omne
ſemel de integro poterat excitare, quaſiq; renouare. Mitiora etiam animalia,
datæ orbitatis iniuria in rabiem ſolet agere: & tu in tyranno (quo nullum ani- I
mal immitius) nihil tale metuendum eſſe certiſſimus augur exiſtimaſti, quod
in Tigribus uidemus euenire? Quòd ſi tibi uni compertum erat, tyranno ſic in
deliciis eſſe filium: quid igitur aliud tua fiebat opera, niſi ut ſæuiſſima illa Ti-
gris rapto catulo in rabiem uerſa, in miſeram hanc ciuitatem dilaniandam diſ-
cerpendámque inſiliret? Id ſi non euênit, magna diis gratia, tibi magnum de-
betur malum: qui quantum ad te pertinet, tam diram beluam in noſtra capita
fortunáſque immiſeris. Elige nũc utrum malis, an uerum fateri, nihil fuiſſe ty-
ranno cum noſtris affectibus commune, an confingere ſic adamaſſe, ut mater-
cularum quoque uicerit delicias. Certè neutro modo tua conſtabit diuinatio: K
quæ niſi conſtiterit, non eſt quod ad eius rei laudem aſpires, quæ fortunæ com-
moditate te imprudente euenerit. Poſtremò donemus & hoc tibi, ut præſciue-
ris, & certum præſciueris, deo uidelicet quopiam te certiorem faciente (nam
alioqui fieri nequaquam potuit) perinde eſt ac ſi non præſcieris, quum præ-
ſcientiæ tuæ fidem legi facere non poſſis. Profer quibus prædixeris id euentu-
rum quod euênit: doce quis deorum quãdo iſthuc tibi prænunciarit. Nihil ha-
bes quod dicas. Verùm poſteaquam rem feliciter eueniſſe uideres, tũ demum
poſt factum uates eſſe cœpiſti, quemadmodum uulgò tum fieri tum dici con-
ſueuit, poſt euẽtum ſtultos etiam ſapere. & quò fortunæ beneficiũ uerbis in te

tranſinoueres,

A tranſmoueres,tragœdiam iſtam nobis comminiſci cœpiſti,cauſas reperiſti,quibus præſciſſe uideare:Sed dii boni,quàm non bonum poëtam te præſtitiſti,qui tam inconſiſtentia,tam cum natura pugnantia finxeris,ſæuiſſimum tyrannum ob pietatem erga filium,ultro uitam fugiſſe:ob unius capitis necem tutum ſibi non putaſſe in uita commorari,quum omnia ſupereſſent quibus tyrãnis & paratur & obtinetur, ſublato eo in quo omne tyrãnidis præſidium collocarat, repentè rebus ſuis diffiſum ad inferos abiiſſe!Age,mitto nunc argumenta.hæc omnia uera, non ficta credemus eſſe, tametſi ne fucum quidem ullum habent ueri, ſi mihi ex omni hominum memoria uel unum tyrãnum potes nominare, B qui liberos ſuos ſic adamarit,ut non ſpadones ac pallacas longè prætulerit:qui ſic illis indulſerit,ut non ſuſpectos haberet obſeruaretq;: qui ſic illis ſit fiſus,ut nõ in barbaris quibuſdam latronibus, ac ſeruis ſtigmaticis plus quàm in illis fiduciæ poſuerit. Ego tibi permultos referre poſſim, qui filios ſic oderint,ut uiuos eſſe pati nõ poſſent: adeò metuerint,ut ne cibum quidẽ unà capere uellẽt: adeò diffiderent, ut tum demum ſe tutos eſſe putarẽt,ſi quis illos è medio ſubmouiſſet. Nullus inutilior tyrãni ſatelles,quàm filius. Ex extrema barbarie cõductitios mauult ille ſicarios, fugitiuos, homicidas, ſacrilegos : his uitam ſuam mauult committere,qui ſua patria frui non poſſint,& alienã euertere gaudeãt, C qui barbaricis ferinisq; uiribus antecellant,& Gigantes illos impios referãt,qui propter animi cupiditatem non difficilè ad quiduis periculi ſuſcipiendum perducuntur,& propter ingenii feritatem à nullo facinore abhorrẽt. Hi ſunt idonei tyrãnorum miniſtri,hi fiducia,munimentum,præſidiumq; tyrannidis multo tutiſſimum.hos ſiquis ademerit,cauſam uideatur dediſſe cur rebus tyrannus diffidat. Nam filius qua tandem ratione dominatum ſuſtinebat? Aetate? at utilior ætas grandior. Robore?unus erat. Prudentia?magis ſapit ſenecta. Cuſtodiis quas obtinebat?at ſi aduerſus patrem obtinebat, mors illius ſeni etiam optanda. Si patris nomine, quid niſi unus ſatelles ademptus erat? Nam cuſtodiæ quò D deficerent,niſi ad eum cui alebantur? Tutior igitur erat futurus tyrannus amoto filio. Res enim tyrãno ſuſpecta,filius uiolentus & inſolens,propterea quòd reliqui illi Barbari ſolo lucro contenti ſunt : filius illud præmium ſpectat, tyrãnidis ſucceſſionem. Nec ullus pietati locus,ubi mentẽ poſſidet dira regnandi libido. Ibi contemptis naturæ legibus & filium horret pater, & patris interitum optat filius. Sed dicturis iamdudum neſcio quid:mane, præſenſi. nihil inexpugnatum omittam. urges,Niſi præter modum adamauit filium,niſi diffiſus eſt,cur ſibi mortem conſciuit ? Iſthuc uerò meritò demirandum, quippe quod præter omnium,ac tuam etiam ſpem euẽnit. Verùm ego nihil ad me pertinere E puto,ut tibi rationem reddam,quid illi dii in mẽtem immiſerint ut ſibi uim afferret:hoc tantùm euincere ſat eſt, te nullis coniecturis hunc exitũ certò præſcire potuiſſe,quantumlibet amarit filium:tametſi cauſa non admodum obſcura. Iam deorum ſi qui fuerunt huic infenſi Reipub. iras diuturna noſtra calamitas ſatiauerat. Iam propitios noſtra uota,noſtra ſacra commouerant: aderat illud fatale tempus,quum impius ille ſenex diis atque hominibus dignas admiſſorum pœnas daturus erat. Iam aderant ultrices Erinnes, aderant Furiæ facibus & hydris omnibus armatæ : hæ illi mentem ademerunt, hæ uanam formidinem incuſſerunt,hæ attonitum ad ſpontaneam ſui cædem impulerunt. Nihil minus arbitrabatur quàm fugiſſe qui filium peremerat, quàm una cæde con-

*Aliud argumentum à deſcriptione tyrannorum, & eorum ſatellitũ cõtra cauſam.*

*Aliud à perſona filij.*

*Obiectio, quã diluit alia cauſa cuentus allata.*

tentum fore. qua quidem una in re iure potes gloriari, quòd tyrannum uehe- F
menter fefelleris. Virum esse putabat, qui hoc facinus peregisset. Credebat es-
se talem, quales audierat esse solere tyrannus, qui magno suæ uitæ contemptu
tyranni caput impeterent: qui non adorirentur facinus, nisi ratione probè per-
specta, qua possent perficere. Hãc suspicionẽ Pan ille, aut siquis alius est deus,
nouis terriculis exagitabat. Arbitrabatur instare sibi carnificẽ, sensit adesse ne-
cessitatem illam fatalem, quam nemini nocentium uitare licuit. Itaq; quod hu-
ius urbis pietati, quod deorum bonitati debetur, cur tu id phaleratis dictis in te
transferre conaris? Vbi discrimen erat subeundum, ibi fugitabas: nunc ubi res
*Contra consi-* præter spem pulchrè cecidit, tutumq; putas, fortunæ laudem in te deriuas. Sed G
*lium petẽtis ut* finge diuersum exitum fuisse consequutum, pone tyrannum ira percitum, pas-
*fictum, κατ' ἀπόδοσιν.* sim ciues ad exquisita supplicia rapere, proscribere, iugulare, in exilium agere,
possessionibus exuere: quid hic dices? Non sines, opinor, eorum malorũ cau-
sam in te tanquam in auctorem referri, & fortunæ argumento culpam depre-
caberis. Negabis tibi imputãdum esse, si quid fortuitò præter propositum eue-
nerit. At nunc nónne iniurium est, quòd boni, fortunæ commoditate præter
spem euênit, id totum in te uelut auctorẽ uelle traducere? Etenim te nihil ex-
pectasse minus, quàm id quod euênit, uel ipsa res clamitat. Si hoc animo con-
scendisses arcem, ut filium non patrem occidisses, credi poterat te talem quan- H
dam spem animo concepisse: nunc casu nescio an metu potius in iuuenem in-
cidisti, & tum denique diuina ista mens & futurorum præsaga, sed quæ non ni-
si post euentum sua prodat oracula, te corripuit. Quũ esset fugiendum, ibi de-
mũ Iudices, in re tam tumultuosa, secum uelut otiosus consultare cœpit, utrum
senem sua dextra dignum existimaret: ibi demum prætuidere cœpit, fore ut pa-
ter ipse sibi manus afferret. Et quò commentum tam impudens Iudices efficiat
paulo probabilius: quæ nec uidit, nec uidere potuit, ea perinde descripsit, nimi-
rum ut iactat poëta, quasi spectator adstiterit, quid in mentem uenerit tyrãno,
quid dixerit, quid fecerit, quomodo ferrum strinxerit. Eiusdem profectò im- I
pudentiæ, fingere præscisse se, quod esset euẽtu consequuturum: & quod non
*Aliud argu-* uideris, id ita narrare quasi uideris. Quanto melius tuo commento, id est fabu-
*mẽtum à qua-* læ, sua fides constitisset, si ita finxisses: te quum perempto iuuene, stricto gladio
*litate fictionis* ad senem ire destinasses, repentè à tergo affuisse Palladem illam Homericam,
& iam euntem capillis reuocasse te: uetuisse ne tam luculentum facinus senili
cæde obscurares: sese citra tuam operam curaturã, ut ille suapte manu, sed tuo
gladio peremptus, gloriæ tuæ nihil tenebrarum offunderet, sed multum etiam
adderet lucis: dehinc abditum te per rimam contemplatum, uel (quod est te di-
gnius) repentè deam sepsisse te nebula, ut tyrãnicæ necis tutus & otiosus spe- K
ctator assisteres: nec prius illinc discessisse, quàm negocium omne confectum
uidisses. Hæc si confinxisses, paulo minus malum poëtam te præstitisses. Sed o-
cium, opinor, non suppetebat ad omnes fabulæ parteis commodè tractandas,
uidelicet lucri cupiditate te protinus ad præmium postulandum rapiente. Nũc
uel ipsa te prodit inconstantia, figmentiq; coarguit. In arcem ascendisti, quò ty-
rannum occideres: neque tum præuidebas, quod sole ipso clarius uideri uis. In
medio negocio subitò nescio quis deus oculos tibi restituit, ut uideres futurũ
id quod accidit. Porrò si ueris fidẽ facere uoluisses, narrare debueras quemad-
modum nocturnus explorator furtim arcem conscenderis, in ædes clanculum
irrepseris,

A irrepſeris, forte fortuna obuio nemine, nō dicam ut tolleres aliquid, ſed ut experireris ſiquod tutò facinus poſſes deſignare: hæc molienti, commodùm fauiſſe fortunam: itaque quum adoleſcentem ſolum atque incuſtoditum offendiſſes (ut eſt ea nimirum ætas ſecurior, periculiq; minus cogitans: præterea diuturna tyrannis iam magnam metus partem exuerat) tum haud ſcio (ut mores illius erant) multo uino ſepultū, atque immodica libidine defeſſum, fortiter iugulaſſe ſcilicet, & ſomnum illi cum morte, id eſt germanum (ut ait Homerus) cum germano coniunxiſſe: deinde ubi iam cardines procul ſtridere cœpiſſent, exaudito uidelicet morientis gemitu, ibi te metu exanimatum ita fugiſſe, ut nō
B uacarit gladium è uulnere tollere, quem nec parricidæ, nec ſicarii ſolent relinquere, ne deprehendantur. Interea domi latitaſſe te, iamdudum de fuga cogitantem, & longinquas aliquas ſemotasq; mūdi latebras animo circunſpectantem, in quibus abditus poſſes irritati patris ſæuitiam fallere. Iámque te ad ſpontaneum exilium accincto, repentè in uulgus exiiſſe famam, liberam eſſe ciuitatem, tyrānum unà cum filio iugulatum, reliquos metu fugiſſe, auctorē ignorari facinoris. ibi repentè ad nouam tuæ fabulæ cataſtrophē immutaſſe te animum, & qui prius de ſalute fueras ſolicitus, protinus ad præmii ſpem arrectum fuiſſe, lucriq; auiditate, priuſquam tibi ſatis eſſet excogitata ratio qua totā hu-
C ius inopinati euētus laudem in te traduceres, proſiliſſe in medium, id quod uidimus, clamitaſſe tuum illum eſſe enſem, tuum facinus, non unum præmium tuæ uirtuti fore ſatis. Hæc nemo non credidiſſet, ſunt enim rerum naturæ cōſentanea, uſu comprobata, omnium opinione recepta. At tu dum ſedulò quidem, ſed tamē parum ex arte, tuam nobis præſcientiā niteris perſuadere, quàm multa comminiſceris, non dicam tota facie à uero diſtantia, uerumetiam cum ſenſu communi, cum more, cum natura penitus pugnantia? primùm tyrānum tam maternè filium adamaſſe, ut ſine eo uiuere noluerit: ſic ob unius mortem metu fuiſſe conſternatum, ut in uita manere non ſit auſus: ſic illi toto pectore
D fiſum, ut ipſe nullas circum ſe cuſtodias haberet: adeò fracti animi fuiſſe, ut tam chari pignoris truculenta cæde non potuerit ad ultionem inflammari: tam inualidum, ut tua dextra fuerit indignus: tam inermem, ut ni tu illi gladium reliquiſſes tuum, defuturum fuiſſet quo ſe iugularet. Non uides quàm non cōpetat tam inſignis in tyrannum pietas, tam ſecura in eam ætatem fiducia, tantus metus in hominem excepto filio reliquis omnibus præſidiis munitum, tanta conſternatio in hominem tot periculis exercitatiſſimum, tanta imbecillitas in iratum? Quid igitur erat cur tu ſenem illum tantopere contempſeris, ut indignū habueris qui tua iſta magnifica dextera iugularetur? Tûne indignum iu- *Aliud ab incredibili ex circunſtantijs.*
E dicabas quem occideres, quum eum Reſpublica non putarit indignum quem formidaret, quem maximo ſuo cum dolore ferret? Non talē illum Iudices, non talem ſenſimus, ut cuiquam contemnēdus uideri debuerit. Neque tu eum unquam contempſiſti, niſi fortè contemnere eſt, miſerè formidare. Sciebas arcem armis refertam, ſciebas ſupereſſe ſatellites, quorum uel unus (ſi ſeni uires deerant) ſufficiebat iugulando tibi. Nō ignorabas (id quod nemo noſtrum neſcit) quātum uirium illi partim exercitatio, partim ingenii feritas etiam in illa ſenecta reliquerat. Tum non te fugiebat, frigidum illud ſenium ſic interdū acri do- *Perſonæ.*
lore inflammari, ut iuuenibus etiam ualidiſſimis ſæpenumero fuerit intolerandum, ſiquādo ſolitum illud robur quod ætatis gelu uelut obtorpuerat, magno

aliquo animi motu recanduit. Quis autem tam inualidus eſt, ut non illi pudor, F
ira, dolor ingẽs uires ſuppeditet? Hoc erat uidelicet cur tu filium quàm patrem
malueris occidere, quòd illum inopinantem, inermem, dormientẽ fortuna ob-
iecit. Cum hoc pugnandum erat, armato, uallato, irato denique. Hoc erat cur
gladium relinqueres, ratus ne tantiſper quidẽ morari tutũ, dum reciperes, me-
tuens uidelicet ne tantillum ſarcinæ te redderet in fuga tardiorem. Reliquiſti
inuitus, quo tyranno prodi poſſes: ſed prodi maluiſti quàm deprehẽdi. Neque
ego nunc formidinem tuam accuſo, imò miror magis quòd pedibus cõſiſtere,
*Rei.* quòd fugere potueris, quum audires moueri tyrannicam familiam, ſtridere ar-
ma: intelligeres tibi non cum puero, ſed cum uigilantibus uiris, accinctis, arma- G
tis, ſobriis, irritatis, deniq; cum rabioſo patre dimicandum eſſe: non quòd illum
uſq; adeò filii mors commoueret, ſed quòd arbitraretur, & haud ſcio an uerè, ſe
petitum fuiſſe, dexteram tuam erraſſe tantùm in filio. I nunc & ſpera, non di-
cam hos Iudices uiros omnium perſpiciẽtiſſimos, ſed uel è media plebe quen-
quam eſſe tam muccoſis naribus, cui non ſuboleat, imò qui non planè odore-
tur præſentiatq; totam hanc fabulam abs te confictam. Et quod poẽtæ ſolent,
quum hærent in explicãdo tragœdiæ argumento, hãc ueluti deam diuinatio-
nem arte quadã induxiſti, quò præſenſionem tuã Iudicibus probares, ſine qua
uidebas præmium obtineri non poſſe. Sed occaſionem, inquit, miniſtraui pa- H
ternæ mortis, qui gladium quo ſe feriret, reliquerim: atq; id ſolũ non modò ſa-
tis eſſe putat ad petẽdum præmium, uerùm etiam meritum eſſe ut ipſe enſis in-
ter arma deorum conſecretur, dominus pro deo præſenti colatur. O hominem
ſuauem, ſi has ſpes uerè concepit: impudentem, ſi quum non ſperet, poſtulat.
Itáne tyranno gladius erat defuturus, niſi tuum illum reliquiſſes? Tu in arcẽ ar-
ma, hoc eſt, in ſyluam ligna portanda putaſti? Niſi fortè tuum illud ferrum ma-
*Inſtrumenti.* gicis precaminibus erat imbutum, ut ultro ad mortis adegerit neceſſitatẽ. An
uerò nihil referre putas quam præbeas occaſionẽ, quomodo, quo animo? Pri-
mùm, gladium reliquiſti, quo nihil minus deeſt Tyranno. nũquam ferrum ab- I
eſt, nõ in cubili, nõ in triclinio, nõ in ſacris. Reliquiſti metu trepidus. Tua qui-
dem in re illud interim demiror, qua fronte eum gladium tuum auſis appella-
re, quem habueris pro derelicto. Metu, inquam, exanimatus reliquiſti, quem
poſtea receptũ optabas. Reliquiſti rem ancipitem. Quid ſi tyrannus illum eun-
dem enſem in ciuium iugulos diſtrinxiſſet? quid ſi eodem lectos aliquot ex hu-
ius urbis iuuentute adoleſcentes filio ſuo inferias mactaſſet? Si tyrannum occi-
diſti, quia tuo occiſus eſt gladio, & horum omnium indigna cædes ad te per-
tinebit: quippe cuius enſe peracta eſt. Id ſi non euẽnit, nihil ad te pertinet. nam
anceps occaſio quam in partem cadat, id diis in manu eſt. ſi bene uerterit, nihil K
gratiæ debetur ei qui dedit imprudẽs. ſin malè, temeritas imputatur. Neq; enim
culpa uacat, qui periculoſam miniſtrat occaſionem: quæ ſi feliciter, miretur o-
mnes: ſin infeliciter, meritò accidiſſe dicant. At quanto probabilius erat, futu-
rũ ut tyrannus tuo enſe alios in uſus abuteretur? Scio me Iudices hæc pluribus
refellere uerbis, quàm neceſſe uideatur, quippe tã friuola: uerùm id mihi pro-
poſitũ eſt, nullum illius argumentum non excuſſum, non exagitatum, non re-
uictũ prætermittere. Quare quæſo ne pigeat ita ut antehac feciſtis, patiẽter atq;
*An idẽ ſit cau-* attẽtè cognoſcere, dũ hũc ab gradu firmiſſimo deiicio. Hîc ſibi uehemẽter fi-
*ſam mortis* debat, hũc acriter urgebat locũ. Negabat uitari poſſe, quin præmiũ deberetur,
quòd

A quòd patri necis cauſam miniſtraſſet,ſi non relicto gladio(nam hoc opinor argumentum iam habet pro derelicto) certè necato filio. Nam ita in legibus diſſertum aiebat, nihil intereſſe utrum manu ſua quis occîdat, an mortis cauſam præbeat. Addebat,æquum eſſe,ut quum in maleficiis cauſam datam imputarét leges ad ſupplicium, multo magis idem obſeruarét in benefactis ad præmium. Hæc aiebat meminiſſe ſeſe in légibus eſſe diſputata,illud addés Thraſonicum, niſi ſibi diuturna ſeruitus, legum memoriam obliteraſſet. Non tu legum oblitus propter diutinam deſuetudinem,ſed nũquam quid ſibi uelint leges, inquiſiſſe uideris. Bis enim hic erras,qui neque cauſæ datæ rationem,neq; dantis ani-
B mum diſcernas, id quod legibus traditum eſt: nec animaduertis lõgè diuerſam eſſe rationem maleficii & beneficii imputandi. Quid ais noue iuris interpres? Itáne ſatis eſſe iudicas uel ad pœnam uel ad præmium,qualemcũque quomodocunque cauſam dediſſe? Nihil igitur refert,Hector an Aiacem occiderit manu,an gladium illum dederit quo ſe poſtea confodit? Atqui hanc laudem nunquam ille ſibi uendicaſſet:tametſi probabile uideri poterat, in eum uſum hoſti ab hoſte datum fuiſſe ferrum. Quin ergo fabros ærarios omnes uel ad pœnam uocamus,uel ad præmium,quoties armis in eorum officina perfectis aut iugulantur ciues, aut ſeruantur? Poſtremò quur hoc quod tu petis præmium, non
C enſis iſtius tui opifex petit potius? Tyrannus gladiũ erat habiturus te non porrigente: tu porrigere non poteras, niſi huius induſtria tibi miniſtraſſet. Age,ſi telo inter uenandum temere miſſo fortè tyrannum uicinum interfeciſſes,clamares tibi tyrannicidæ deberi præmium, an potius nihil tibi deberetur laudis, quòd imprudens & inſcius iaculum torſiſſes? Imò in ius potius uocãdus eſſes, qui miſſi teli temeritate ciuem (quod in te fuit) occideris. Nam quòd in tyrannum incidit,id nihil ad te. Quid ſi caupo uinum lene ac ſuaue,quale Polyphemo dedit Vlyſſes, tyrãno uendidiſſes,atque ille eius dulcedine captus, auidius ſeſe ingurgitaſſet,eaq; re concepta febri deceſſiſſet,auderésne caupo,uini titu-
D lo tyrannicidæ præmium flagitare? At quis nõ te cum tua flagitatione ut temulentum uinoq; madidum exploderet? Cæterùm quanto frigidiore titulo nunc idem poſtulas? Vtcunque coniecturis præcipi poterat ut ætas uinoſa tam illicibili uino auidius intemperantiusq; frueretur, crapulam conſequeretur morbus, præſertim in ſene:morbum mors: uulgò hæc eueniunt. Tu eam tyranno mortis cauſam dediſti, cuius nullum extat in hominum memoria exemplum. Quis enim antehac ob filii necem ſibi manus intulit? Accedam propius. Finge te tyranni coquum eſſe:probè callere palatum domini:medicos interdicere cibum,quo tamen ille oppidoquam lubens ueſcatur: interminari morbum capi-
E talem,ni temperet:id te non fugere. eum cibum tu arte tua, cupediiſq; & condimentis magis ac magis illecebroſum reddis. conſequitur edentem morbus, quem prædixerãt medici. emoritur tyrannus. liberatur ciuitas. Hiccine coquus è culina in forum proſiliens,& adhuc iure madens,fuligine niger,tyrannicidæ præmiũ poſtulabis? Mortarium,tonſillum,& ollas oſtentabis,arma ſcilicet quibus tyrannidem expugnaris? Non eris(opinor)tam impudens in ea cauſa, qua tamen iſta tua multo eſt abſurdior. Nã illi uoluntas occidendi non defuit,probabilem præbuit cauſam. Tu nec in hoc iugulaſti filium,quò pater ultro uitam relinqueret,& cauſam dediſti ad quiduis potius quàm ad iſtud idoneam. Accipe exemplum tuo ſimilius,quàm ouum ſit ouo(quod aiunt)ſimile. Quid ſi ty-

*præbere, atq; occidere.*

*A diſsimili.*

*Amplificat exemplo.*

*A cõſequenti.*

*Simile.*

*Aliud.*

*Aliud.*

ranni amicam, quam ille miserè ac perditè deperisset, occidisses: eaq; cognita re F
tyrannus sibi uitam abrumperet, auderes ad præmium aspirare? auderes dicere,
te certum præscisse, fore ut tyrannus sponte fugeret è uita? Certè quanquam
plures amicas extinctas sequuti sunt quàm filios: nemo tamẽ tibi crederet, ne-
mo tibi præmium decerneret: tuum factum periculosum & anceps dicerent: o-
mnes fortunæ gratias haberent, cuius commoditate res ea feliciter cessisset. Ti-
bi abunde magnum præmium existimarent, si commissi uenia donatus disce-
*Nona disputatio, quatenus causa & uolũtas in legibus sufficiant, & quãdo euẽtus spectari soleat.*
deres. Primùm igitur diuersam imputandi maleficii, & ascribendi beneficii ra-
tionem conueniet distinguere, deinde causæ æqualitatem, postremò animum:
atque ita demum liquebit quid tibi lex debeat. Nam quòd aiebas legem proli- G
xiorem esse oportere ad reddendum præmium, quàm ad infligẽdam pœnam:
id in priuilegiis, quæ in exemplum non uocantur, fortasse locum habet: in iure
communi longè secus est. Siquidem (uti superius demõstrauimus) nulli noce-
nti lex non minatur pœnam: paucis benefactis præmium ostendit. Tum in ma-
leficiis etiam conatum simplicem supplicio prosequitur, in benefactis semper
exitum requirit. Nec mirum, nec iniquum, si lex est diligentior in eo negocio
ad quod unum est nata atque instituta, quàm in eo in quo tẽporis ratione tan-
quam alienas sibi sumit partes. Ergo in utroque communiter spectat, ut causa
sit idonea: deinde ut animus adsit, non tantũ casus. Hoc rursum interest, quòd H
in benefactis nec causa idonea, nec animus idoneus satisfacit legi, nisi his acces-
serit euentus item idoneus. In malefactis siquid nocẽdi animo tentes, non ex-
penditur nec euentus, nec causa: sed ex animo factum tuum lex metitur. *Sic* e-
nim iudicat, tibi nihil ad scelus defuisse præter fortunã: qua te subleuari, quod
tandem ius sit? In euentu simul & causam datam, & animum expendit. Si ani-
mum uitiosum cõperit, nihil moratur causam, quàm sit idonea: putat animum
& euentum ad pœnam commerendam sufficere. Sin animo simplici data est
causa mali idonea, & non consequitur euentus: lex quasi cõniuet ad id, & non
putat ad suam cognitionem magnopere pertinere. Sin euentus est consequu- I
tus, etiam si de animi uitio doceri non potest, tamen temeritatis & negligentiæ
nomine pœnam irrogat, partim propter suspectam dantis uoluntatem, partim
ut hæc latebra peccãtibus eripiatur, Imprudens feci: discantq; homines uel suo
periculo cauere, quod alieno faciant periculo. Ergo qui prudens & sciens, cer-
tam atque euidentem noxæ causam dederit: eum perinde lex censet, quasi faci-
nus manu peregerit: ueluti siquis hostem opibus copiisq; iuuerit, perinde est ac
si ipsius arma contrà ferat. Siquidem id suppeditauit, sine quo bellum geri non
poterat. Aut siquis inimicum suum per dolum nauigio solutili imponendũ cu-
ret, ut naufragio intereat: aut in cõclaue pensili testudine inducat, ut ruina op- K
primatur: aut iuxta lectulum ægroti, loco pharmaci uenenum ponat, futurum
sperans ut eo hausto pereat, tametsi non bibit ægrotus, tamen ueneficii postu-
lari potest qui posuit, propter uitiosam animi uolũtatem. Nam uehementer e-
rat probabile id euenturũ, quod ille moliebatur. Huic si detrahas nocendi uo-
luntatem, nihil illi cum lege rei futurum est. Si detracta nocendi uoluntate, ap-
ponas euentum: non effugiet temeritatis crimen, nisi illum inculpata ignoran-
tia absoluerit. Porrò si in loco non ad id destinato, puta in uia publica, aut in
fundo alieno, arcu temet exerceas: lex tecum non agit, nisi si quem occideris,
aut uulneraris, aut si cui damnum dederis. Cæterùm quod facis, tuo facis peri-
culo.

A culo. Quòd ſi quid horum conſequutum eſt, cum lege tibi res eſt. Neque tibi tua patrocinabitur imprudentia: quippe quæ culpa temeritatis nõ uacet. Siquidem in te fuerat præcauere, quod probabiliter poterat prætimeri. Vides quãto diſcrimine diſſita ſint, inter quæ tu nihil intereſſe dicebas? Primùm non ſtatim imputatur ad præmium, quod ad pœnam: idq; non à malignitate legumlatoris, ſed partim ex ipſa rei natura proficiſcitur, partim à legum officio. Deinde diſcernitur animus: cauſſa data diiudicatur: ſpectatur euentus. Age nũc, ſi libet, tuam cauſſam, qua tuum facinus æſtimari uis, expendamus. Finge te certã, ineuitabilem mortis cauſſam tyrãno dediſſe, ſed imprudentem. nulla tibi ſit præ- *Adaptatio præſentis cauſæ.*

B mii petitio. Quis enim inſciens benemereri dicitur? Fortibus uiris præmia dantur, non fortunatis tantùm. Nam euicimus iamdudum, opinor, ne poſthac affirmes te in hoc iugulaſſe filium, ut pater ſibi necem conſciſceret, quod euenturũ ne uates quidẽ quiſquam præſcire poterat, tu nec ſuſpicari: imò poſteaquã rem plenã diſcriminis, fortunæ arbitrio commiſiſti, quia bene ſucceſſit, hoc nomine lex te nõ poſtulat: at idem ſi malè eueniſſet, temeritatis pœnas eras debiturus. Neque enim tibi ſuccurreret inculpata ignorãtia. Quid enim æquè formidandum erat, quãm ne tyrannus ſimul atque occiſo filio ſe peti inſidiis perſenſiſſet, omnia tyrannidis mala in nos conduplicaret? Iam ut de animo res tibi

C conſtet, cauſſam dediſti non ſolùm nõ idoneam, uerumetiam periculoſiſſimam Reip. Vin' hoc tibi argumẽto euidentiſſimo demonſtrari? Finge te quempiam è ciuibus uitio occidiſſe: tum extincti patrem id facere, quod modò fecit tyrannus. Vtrum tu duplici cædis crimine teneberis, an ſimplici? Simplici opinor. At uxor & mariti mortẽ imputabit, qui necato filio, ſeni cauſſam mortis dederis: atq; his ferme tuis argumentis utetur: Indulgentiſſimè filiũ adamabat, in illum omnem familiæ curam reclinauerat, illo ſe oblectabat. Atq; hęc de priuato ſene cum fide dicet, quæ tu de tyranno nimis durè (ne dicam ridiculè) dicebas. Ad-

D det ea te ſciſſe, præuidiſſe futurũ, ut ille uitam fugeret orbatus filio, in quo uno omnia uitæ oblectamenta collocarat. Non tibi defuiſſe iugulandi ſenis uoluntatẽ, ſed hoc tantũ egiſſe, ut miſerabilius ſua dextra perimeretur, ut odiũ tuum plenius miſeri patris malis exaturares. Ideo iuuenem necaſſe, in hũc uſum gladium in uulnere reliquiſſe. Vides quãto ſunt hæc probabiliora in hoc, quàm in tuo negocio: & tamen negabis paternam necem ad te pertinere, atq; animi ſuſpicionẽ, cauſſæ qualitate purgabis. Negabis cauſſam idoneã fuiſſe cur ille ſibimet manus adferret. Te nec præſcire nec timere potuiſſe id quod ſit cõſequutum: quòd rarum extet exemplum patris ob filii necem ſpontè fugientis è uita.

E Alioqui futurũ fuiſſe ut & mater ſibi fatum accerſeret: quippe quã impotentius amare ſit conſentaneũ, ac minus aduerſum dolorem animi uiribus ualere. Hæc non dubitares tibi profutura ad alterũ crimen depellendũ, & prodeſſent dubio procul. Atqui quod in maleficiis ualet ne quid imputetur, id multo magis in hac cauſſa ualet ne quid acceptum feratur. Ibi te liberaret à uolũtatis ſuſpicione, quòd cauſas paru idoneas dederis: hic ex cauſſis multo minus idoneis propter perſonã tyrãni, uideri uis nõ modò quod euẽnit, fuiſſe ſuſpicatus, uerumetiã certũ preſciſſe. Ibi temeritatis poſtulari nõ poteras, propterea quòd tametſi uitio abs te data eſt cauſſa, tamen idonea non ſit ad id quod euẽnit: imò ipſi tota res imputabitur, & legibus pœnas dabit, ſepultura prohibitus, quòd ci uitati citra cauſſam idoneã ciuem unum ademerit. Tibi non niſi unius filii mors

III. *An propter filiũ, ut tyrãnidis omnis auctorẽ & causſam, occiſum, præmium debeatur.*

imputabitur,etiam ſi mater quoque,& filiæ & ſorores,& tota tribus huius ne- F
cem fuerit imitata. Hic poterat,niſi feliciter euenisſet:quippe ubi ſummũ Reip.
periculum & uerteretur,& prætimeri probabiliter poſſet. Venio nũc ad quar-
tum illud præſidium,Iudices,quod iſte tutiſſimum,ac penè inexpugnabile iu-
dicabat:unde ego illum ita deturbabo,ut non ſolùm ſit non habiturus quo ty-
rannicidii & huius laudis arcem obtineat: uerùm uix etiam latebram inuentu-
rus,ubi temeritatis ac maleficii pœnam effugiat:quò nimirum intelligat,quàm
non inimicè,non curioſe(ut aiebat)ſecum agam:ut quum poſſim in crimen ac
pœnam uocare,ſat habeam ab honore nõ promerito ſecludere. Ait ſibi debe-
ri præmium uel hoc uno nomine,quòd iuuenem occiderit iam pluſquã tyran- G
num,tum tyrãnidis paratum hæredem,etiam ſi hunc euẽtum dii nõ dediſſent,
ut ſenex ipſe uitam abrumperet.O deploratam impudẽtiam. Tu tibi præmium
peteres,ſi tyrãnũ ſuæ furiæ non eſſent ultæ? Dii quiduis potius dederint, quàm
iſthuc quod tu fingis. Sed tamen fingamus interim oratione,quãdoquidem id
*Confutatio à conſequentibus.* tutò licet:tametſi ad ſolam mentionem inhorreſcit animus. Tũne,inquam,oc-
ciſo filio, relicto ſene uiuo, tyrannicidæ præmium peteres? An potius nec ipſe
ſupereſſes,qui poſſis petere:nec eſſet Reſp. quæ dare poſſet?Nã tu aut exquiſi-
tis ſuppliciis exanimareris , aut in extremis Orcadis exul deliteſceres : nos pro
tyranno iam immaniſſimũ carnificem pateremur:& tuũ caput,ubicunq; terra- H
rum latitares,diris imprecationibus deuoueremus, qui nos tua incogitãtia,uel
præcipiti magis lucri cupiditate in tantam malorum tempeſtatem conieciſſes.
*A conditione filij,à quo tyrannidem remouet ab incredibili.* Sed re filius erat tyrãnus, inquis: patri præter inane nomẽ nihil erat reliquum.
Quid ego audio?duos igitur hæc ciuitas tyrannos alebat? Nam de patre nemo
unquam dubitauit,quin tyranni uocabulum mereretur. Quando autẽ antehac
unquam fando auditum eſt,duos una in ciuitate ſediſſe tyrãnos?id quod magis
etiã natura repudiat,quàm eodem in corpore gemina capita. In iiſdem alueari-
bus duo ſe reges pariter non ferunt.In armẽtis taurus tauro cedere cogitur. In
iiſdem luſtris non conuenit duobus inter ſe leonibus:& tyrannus(quo nullum I
animal efferatius)parem in eadem urbe patitur?Non uides neceſſariò fieri,ut è
duobus aut alter alterũ oppugnet,aut alter alteri cedat?Vtrum tu fuiſſe mauis
in patre,an in filio?Si iuuenis aduerſus ſenẽ obtinebat tyrãnidem, quid à Rep.
præmium poſtulas? Tyranni partes adiuuiſti,non Reipub.Sin patri ceſſit:quid
tandem illum uocare potes,niſi tyranni uel præfectum,aut ſatellitem? Quãdo-
quidem ſeniori tyrannicam appellationem ne tu quidem audes detrahere. Ve-
rùm ut quoquo modo tyrannidem omnem in adoleſcentem oratione deriua-
res, quàm multa tu quidem non ex re,ſed pro cauſæ tuæ commoditate cõmi-
*Ab abſurdita te fictionis.* niſcebaris? Cæterùm quàm in his cõfingendis decori quod in perſonis ſitũ eſt, K
nullam habuiſti rationem ? Sic enim (ut memini) inducebas in fabulam ſenem
iam ætate mitem, & qui omnem tyrannidis acerbitatem ob ſenectam exuiſſet:
non ſecus atque mala,quæ natura acerba,tempore miteſcunt,& in alium abeũt
ſuccum: porrò iuuenem ferocem illo incolumi gerentem tyrannidem,iámque
patri uiuo ſuccedentem. Priuatus paterfamilias non fert filium ſe uiuo ſucceſ-
ſorem: & tu uis iſthuc credi in tyranno ? Ille non ſinit ullum è liberis rem do-
meſticam ex animi ſui libidine moderari: & tyrannus ſeſe ueluti abdicans im-
perio,negocium omne in adoleſcentem reiecerat?Non dubito quin & ipſe ui-
deris quàm dura ſint iſta,& quàm à communi ſenſu abhorrentia. Verùm quid

faceres?

A facerés? nisi tales personas induxisses, exitum inuenire tragœdia tua non poterat. Quæso te, an unquam auditum est Tyrannum ætate mitescere? Quando tu desines ea quæ sunt priuatorum, quæ bonorum principum, tyrannis tribuere? Vt eodem igni cera mollescit, limus durescit: ita ætate plerique redduntur mitiores ac tẽperantiores, tyrannus magis exasperatur. Vt tempus nonnullis pomis amaritudinem adimit, ut uinis nonnullis acorem conciliat: itidem tyrannis non adimit sæuitiam ætas, sed exaggerat. Vis ipsissimã tyrannici ingenii tibi demonstrẽ imaginem? Spinã cogita, quæ quo magis senescit, eo pungit acrius. Echinos cogita, qui quo plus habent ætatis, hoc testa sunt asperiore. Vulgari-
B bus ingeniis fortasse nõnulla uitia senecta uel detrahit, uel certè mitigat, etiam si plura irritat, nonnulla parit: at tyrannorum mentibus ad scelus, ad crudelitatem natis, scelere & immanitate imbutis atque educatis, præter uitiorum omnium incrementum adferre senecta quid potest? Nisi fortè libidinem adimit. Quanquam ista Tyrannidis quantula tandem est portio? Sed esto fuerit sanè propter ætatem ad uoluptates segnior, uerùm erat fastidiosior: unde fit ut imbecillior sit ad coitum, ad raptum auidior. Fortasse pauciores huic execabantur ephebi, sed insigniores. Pauciores producebantur uirgines, sed exquisitiores. Quur non autem & plures, uidelicet quò senile fastidium optione & uarieta-
C te uinceret? Hoc ita esse, quot ego tibi testes citare possem, qui quo nobiliores sunt, quo fortuna præstantiores habent liberos, hoc magis eis à flagitiosissimi senis cupiditate metuebant? An tu putas unà cum uiribus senescere libidinem? Multò secus habet: imò quantum ætas improborum hominum facultati detrahit, tantum adiicit cupiditati. Quanquam tyrãnicum animum his in rebus non tam uoluptatis usus capit, quàm nostra delectat contumelia. Vt frigeat in sene tyranno Venus, certè feruet uigetq; malitia, sæuitia, nocendi libido. Postremò totum illud uitiorum agmen, quæ propria tyrannorum sunt, cupiditas, rapacitas, improbitas, impudentia, impietas, iracundia, uiolentia, impotentia, suspi-
D cio, fraus, perfidia, crudelitas, implacabilitas, immanitas, periurium (quid autem oportet omnia commemorare nobis omnibus heu nimium nota?) horum inquam nullum non ætate fit acerbius, propterea quòd iuuenta nonnunquã naturæ bonitate uincitur: præterea quædam mala nondum didicit: at senecta, si quid pudoris, si quid humanitatis, si quid melioris ingenii à natura insitum est, id omne multo ac diuturno flagitiorum usu penitus exuit, & prorsum in immanissimam quandam feram abiit. Id ita euenisse, Iudices, in execratissimo illo sene, quid ego coner argumẽtis docere, quum sua cuique memoria abunde satis exemplum suppeditet? Quòd si iuuenis sese gerebat insolẽtius, uidelicet pa-
E tris abutens imperio: num tu hunc cõtinuò tyranni nomine donabis? Ergo ex eadem tyrannide sexcentos tyrannos facilè reddideris. Nam quis est omnino in tyranni familia, uel extremum mancipium, qui non ipse penè tyranno sit ferocior, uiolentior, sceleratior? Filius, inquit, emolumentis imperii potiebatur: patri præter nomen nihil cessit. Quasi uerò non sit isthuc omni tyrãnidi commune. Longè minima fructuum pars, qui solent ex tyrãnide capi, ad ipsum redire tyrannum: quemadmodum in latrocinio fieri consueuit: prædæ communiter in omnes distribuuntur, uel in eos potius quorum opera capiuntur. Alioqui non cohærebit cohors illa scelerata: nisi dux ille, quisquis fuerit, plus etiam permittat suis, quàm sibiipsi. Solum nomen sibi propriè uendicat. Et in nullos

*Ab ætatis decidentibus ex persona patris.*

*Libido cũ uiribus non senescit.*

*Cõfutatio sophismatis à proprio tyrannorum.*

eſt tyrannus indulgentior,quàm in ſcelerum miniſtros: quippe quorum opera F
ſentiat ſuum imperium contineri. Proinde ſub unius umbra ſatelles omnis,omnis miniſter,familiaris,leno,tyrannidem quandam in ciues exercet. Ridiculè fecero,ſi hoc quoque coner argumentatione probare,Iudices. Vidimus,ſenſimus, experti ſumus, niſi fortè tam diutinæ calamitatis memoriam,tam pauculi dies obliterauerunt. Neque enim eſſet res uſqueadeo miſera tyrannis, ſi unius modò foret toleranda uiolentia. Quot ferendi latrones,quot ſacrilegi,quot ex extrema barbarie aduenæ,feris quàm hominibus ſimiliores? Neque deſunt qui ſe ſimulent apud tyrannum ſceleribus ſuis gratiam promeritos eſſe, quò nimirum hoc nomine metuantur à ciuibus. Horum igitur unumquemlibet tyran- G
num appellabis,& pro quolibet occiſo tyrannicidæ præmiū petes? Non in tan-
II. tum omnem exues pudorem opinor. Sed pater ætate feſſus, omnē dominatum in filium tranſtulerat: quicquid tyrannicum in urbe gerebatur, id iuuenis uiolentia committebatur. Sed iſthuc quantū abſit ab imagine ueri,quis tam cæcus, ut non uideat? quis tam obliuioſus, ut non poſſit experimento refellere? Ego tibi complures nominare ſatellites poſſum filio inſolentiores. Ad hæc, uerisimillimum eſt nullius inſolētiam minus approbaſſe ſenem, quàm filii,uel quòd odit omnem tyrannidis affectatorem omnis tyrannus,uel quòd intelligit ex illius facinoribus longè plus inuidiæ odiiq; ſibi conflari(Callidiſſimi autē tyran- H
ni eſt,eatenus legitimum imitari regnum,quatenus obtineri tyrānis poſſit) uel quòd pater etiam peſſimus, tamen liberorum nonnihil offenditur uitiis, & ad crudelitatis miniſteria alienis q̄ ſuis uti mauult. Quòd ſi clā patre rapinas, raptus,atq; id genus facinora deſignabat filius: profectò non tyrannū agebat,ſed inſolentem ſatellitem. Sin approbāte patre,quaſiq; per illum exercente tyrannidem,utri tandem par erat imputari commiſſa, huic per quem gerebantur,an ei cuius auctoritate arbitrioq; fiebant? Non arbitror obſcurum,quin huic,cui in manu erat,nutu,ne fierent,uetare. Quid autē non agunt per alios tyrāni? Nam
ipſi quidem neque pueros emaſculant, neque uirgines abripiunt, neque pro- I
ſcribunt,neque bona diripiūt, neq; phana diſpoliant,neque hæreditatibus manum iniiciunt,neq; compilant ærarium,neq; tormentis excruciant,neq; quenquam iugulant,neque armis uicos expugnant,neq; incendunt uillas. Totū hūc tyrannicum ludū per miniſtros exercent. In unū tamen tyrannici nominis inuidia competit, in unum occidendum lex præmium inſtituit,in unū ſtringendi ferri ius facit,illos ſuæ cognitioni reſeruat. Quorū ut quiſque ſua opera tyranno profuit, ita aliud atq; aliud uocabulum imponi poteſt: certè tyranni uocabulū nemini congruit, niſi uni illi ſub cuius ueluti clypeo tota illa perniciosiſſimorum hominū colluuies latitat. Arbitror uobis,Iudices,ſæpenumero au- K
ditum eſſe,id quod eleganter à doctiſſimis uiris eſt ſcriptum, tyrannis nō longas modò,uerumetiā plurimas eſſe manus, plurimos oculos, eosq; acerrimos, plurimas aures, easq; longiſſimas. Omnino prodigioſum quoddam eſt animal tyrānus,multoq; Titanibus illis Briareo & Encelado portentoſius, cētenis capitibus,centenis linguis,centenis manibus,pedibusq;. Quot enim habet ſcelerum miniſtros, totidē habere membra uidetur. Atq; ut ex membris corpus, ita tyrannis ex huiuſmodi conſtat miniſtris. Verùm ut illud quod corpus appellatur,nihil eſt aliud, quàm quiddam omnibus ex membris aggregatum,ita in tyrānide unumquippiam eſt,quod neq; pes ſit,neq; manus,neq; ullū aliud membrum,

A brum,contineat autem uniuerſa:at ita cõtineat,ut ab iis poſſit ſeparari: idq; tyrannus uocatur. Proinde exaggera quantumlibet iuuenis inſolentiam,uiolentiamq;, præfectũ arcis uoces licebit,oculũ nomines licebit, aut ſi mauis dextrã: aut ſi ne id quidem ſatis,præcipuum tyranni caput dicas licebit:tyrannum certè uocare nequaquam potes. Vnum enim illud portentum tyrãni nomine cẽſet,cuius auctoritate tituloq; cuncta hæc membra uelut animantur: idq; unum forti ciui permittit occidere. Non uult te in oculum aliquem inuolare:nõ ſinit ut caput aliquod amputes,ne tale quiddã eueniat, quod de Lernæa Hydra fabulantur poëtæ,ut pro uno capite reſecto, duo peſtilentiora ſubnaſcãtur: pro
B uno excuſſo oculo,plures acriores ſuccedãt: pro una reſciſſa dextera,multæ robuſtiores ſubpullulent. Vnius uitæ te dominum arbitrumq; cõſtituit,qui ſibi ſit auſus tyranni uindicare nomen:quo ſublato futurũ ſit ut membra reliqua quaſi deſtituta ſpiritu, emoriantur, aut certè ſanentur. At quid ego tecum iam accuratis argumentationibus ago? Poſſum illico tuis te uerbis reuincere, ac ueluti tuo te laqueo capere. Iuuenem paulò antè magnum patris ſatellitem nominabas. non inficiabere. rurſum alio loco dicebas omnem tyrannidem occupaſſe filium: ſolius appellationis honorem ceſſiſſe. Quî conuenit eundem & ſatellitem & tyrannum appellari? Tum ſi ceſſit,non igitur uſurpauit tyrãni nomen.
C Contractus autem uerbis aut rati ſunt, aut reſcinduntur. Lex hac tecum formula cõtraxit, Si quis tyrannum occiderit,præmium ferat. Quid tu mihi iuuenis flagitia commemoras? Id te lex uoluit occidere, quodcunq; illud eſſet animal,quod tyrãnus diceretur. Magnum(ut ipſe fateris)ſatellitem occidiſti,non tyrannum:quid tibi cum lege rei eſt? At rem,inquis,legis ſequutus ſum,nõ ſyllabas: eum interfeci, qui caput erat tyrannidis, paratus hæres paterni dominatus:libertatem peperi, ſeruitutem ſuſtuli:hoc lex ſenſit: huius rei auctori præmium præſtituit. Satellitem, inquam,occidiſti, nihil moror quantũ,quàm grauem,quàm ferocem,quàm ſceleſtum: ſatellitem tamen occidiſti tyrãnidis,non
D caput: aut ſi caput,unum è pluribus. Sed hæc omnia tibi ex animi ſentẽtia largiamur: fuerit ſanè res tota tyrannidis filius:pater nihil niſi uocabulum quoddam inane tyranni: quemadmodum in fabulis habetur, Echo nympham nihil aliud quàm meram quandam fuiſſe uocẽ ſine corpore. Quî tibi licuit in re tanta à uerbis legis diſcedere? præſertim ita dilucidis,ut perſpicuum magis nihil eſſe poſſit,& commentitiam interpretationem domi tuæ natam in iudicium adferre? Ego Iudices, nullum in Rempub. exemplum pernicioſius induci poſſe iudico, quàm ſi conſueſcant homines calumnioſi à præſcripto legum recedere:& interpretamento, quod ad prætexendum facinus quiſque ſuum maximè
E idoneum comminiſci queat,id iudicibus obiicere. Quis autem unquam meminit de legis ſentẽtia quæri ſolere, niſi quum in ſcripto quiddam apparet ambiguè obſcuréue dictum:aut quum ex uerbis & euentu abſurditas quæpiam extitit,eaq; manifeſta? In priore non cuiuſuis commentum,ſed iuris prudentiũ reſponſa,ſed Iudicum ſentẽtia recipi ſolet. In hoc poſteriore neceſſitas ipſa compellit aliquantiſper à legis uocibus deflectere, & æquitatẽ iuris potius q̃ uerba ſpectare. Duplex itaq; periculum uidetis Iudices:alterum,ne ſuperſtitioſa cauillatione literarum legis,ab eo quod lex ſpectauit, abducamur: alterũ,ne paſſim à præſcripto diſcedẽdo,leges omneis & iudiciorum religionem ſubuertamus. Quorum illud quidem multo leuius eſt, propterea quòd uix unquam accidat

*Opponit uerba legis.*

*Conceſſio, etiã ſi filius tyrannus maximus fuerit,tamẽ occidẽdum non fuiſſe. Locus pro legibus, eas nõ temere à uerborũ ui deflectẽdas & interpretãdas eſſe.*

ut legislator obscurè quid uoluerit, explicuerit: aut absurdū quiddam exoria- F
*A periculo.* tur. Hoc multò periculosissimum, pernicioſissimumq;. Etenim quæ tandē lex futura est, quam uersutus calumniator, quò pœnam effugiat, non facilè possit aliquo commento subuertere? Neque quisquam non elabetur è iudicio uestro nocens, nisi qui sit usqueadeo nullius ingenii, ut ne friuolam quidem aliquam commentatiunculam queat inuenire. Atque ut cuique commodū erit, aut animi libido feret: ita pro sene iuuenem, pro tyrāno satellitem, pro homicidio tyrānicidium, & passim aliud pro alio interpretabitur. Vestra interim Iudices religio, uestrum iusiurandum, qua tandem ratione seruabitur, quibus nihil futurum est certi, quod in cognoscendo sequamini: uerùm ambiguas diuersasq; liti- G
gatorum cōiecturas spectare necessum erit? Ergo quum in omni causa maximopere cauendum est, ne sine grauissima ratione à legis præscripto discedatur: tum in hac non periculosum modò, uerùm etiam absurdissimum: quum legis uerbis nihil possit esse dilucidius: sententia nihil æquius: interpretaméto quod
*A consilio legislatoris.* præter legis mentem inducitur, nihil pestilentius. An credimus legis huius auctorem usque adeò infantem, & uerborum inopem fuisse, ut dicere nō potuerit: Qui quouis modo tyrānidem sustulerit, huic præmium esto, si modò isthuc sensisset? Neque uerò fugit illum, totam tyrannidem per satellites & præfectos exerceri solere, permultosq; in his esse uel Tyrannis ipsis sceleratiores, atq; ut H
ita dixerim, Tyrannicos magis, & omnino supplicio digniores: nisi & omnium omnia ministrorum scelera Tyranno imputarētur. In unum tamen illum, qui hoc nomine censetur, tibi ferro grassandi facultas data est. In reliquos non tibi permittitur idem: non quòd illos uita dignos iudicet lex, sed quòd unius cæde totam tyrannidem tolli uelit, non multorum cæde reddi duriorem. Tuum erat legi simpliciter parêre: neq; eius uerba quasi plumbeam quandam regulam ad tuum facinus accommodare, uerùm ad illius præscriptum factorum tuorū rationem instituere, præsertim in hoc exēplo, quo non aliud potest admitti pestilentius, ut ex legis arbitraria interpretatione, quē uelis, interficiēdi tibi pro tua I
*Aliud à periculo.* libidine licentiam sumas. Non illud hic spectandū, Iudices, quàm inuisus Reip. sit qui occisus est, quàm maiore etiam supplicio dignus: uerùm id etiam atque etiam perpendere oportet, exemplum præter leges iugulādi homines, semel in ciuitatem receptum, semel uestris sententiis approbatum, deniq; præmio compensatum, quò tandem licentiæ sit processurum. Quod iste sibi in tyrāni filium licere uoluit, hoc alius sibi uolet in ditissimum quenque ciuiū licere. Quisquis pauper à locuplete contumelia afficietur, protinus tyrannum eum appellabit, & ueneno aut ferro adorietur. Postremò si cui magistratus non placebit, si cui iudex erit inuisus, non dubitabit è medio tollere. Porrò ad facinoris defensio- K
nem, Sophistam quempiam aut sycophantam cōsulet (si ipse ingenio stupidiore fuerit) & nouam legis interpretationem uobis adducet: dicet nihil aliud sensisse legislatorem, quàm ut huiusmodi ciuiū genus non nomine sed re tyrannidem agentium, ferro, igni, ueneno tollatur è medio. Atque ita breui futurum est, ut quod in uno factū semel & probauimus, & gauisi sumus: id in multis sæ-
*A uoluntate et fine legis.* pius & doleamus, & improbemus. Credite mihi, non mediocre discrimen neque conueniēter accipiendum, ut titulo reperto priuatus hominem indemnatū interficiat. Id ita esse facilè liquebit, si quidē animaduertimus nihil omnium esse quod lex parcius circunspectiúsque permiserit. Etenim (si memini) tribus

duntaxat

A dũtaxat temporibus lex indulsit ut quis citra iudicium hominem occidat. Primùm adulterum, sed in uxore deprehensum: id quod intemperanti & insuperabili mariti dolori donatum est: at ita, si corpus utrunque pariter interimat, si argumentis idoneis deprehensum fuisse doceat. Deinde in ui depellenda: at ita, si demõstres te mortem effugere nequiisse, nisi mortem intulisses. id lex ita interpretatur, quasi sese tueri potius sit isthuc, quàm alium occidere. Vterque tamen facti sui rationem reddere compellitur, statim sese prodere, nec expectare donec in ius trahatur: atque (ut ita dicam) ultro semet reum facere cogitur. Quòd si omnia constabunt argumenta: ita demum à lege dimittitur, ut uenia
B non laude dignus esse uideatur. Postremò in tyrannicidio: ubi propter periculi susceptí magnitudinem lex præmiũ quoque proponit: at ita, si eum quem tibi lex isto uelut insigni tyrannici nominis denotauit, fortiter occideris: non si sceleſtum alio scelere sustuleris: neq; patietur te ius occidendi permissum, latius quàm ad unicum tyranni caput trahere, nisi si quis obsistat, ut per illius necem tibi necesse sit ad illum penetrare. Iámque hoc factum tuum secũda illa ratione defenditur. Huic tertio generi fortasse proxima uideatur hostem in bello feriendi facultas: quam tuæ tamen libidini lex non permisit. Nisi palàm hostis sit declaratus, nisi in Imperatoris uerba iuraris, nisi ille aciem eduxerit, nisi si-
C gna canere iusserit, tibi fraudi futurum est hostem interfeciſſe. Tu dicturus es: Hostem occidi, nam plus quàm hostilia faciebat: nomen hostis tantùm aberat, re hostem agebat. Lex respondebit, suarum partiũ fuisse, hostem declarare: ac tuo fortasse scelere fruetur: uerùm ne serpat exemplum, pœnas de te sumet. Quid autem aliud abs te factum est? Vnum tibi lex nominatim designauerat: tu illius uocabulum tuapte auctoritate in alium transfers, quod nisi in unũ non potest competere: neque traduci debet ab eo cui lex attribuerit, ne tibi fas sit aliquando quem uoles magistratum, quem uoles iudicem, quem uoles ciuem, tyrannũ appellare. Neque uerò sine grauissimis causis lex tot uinculis astrin- *Amplificatio à rei qualitate*
D xit hanc in uitam alterius licentiam. Perpendit nihil maius eripi cuiquam posse, quàm uitam: uidit in extinctum facilè uarias causas confingi etiam impune posse, quandoquidem ille non sit refutaturus, qui iacet. Vidit quàm multis titulis suum quisque dolorem posset prætexere, si post occisum hominem ulla causa recipiatur præter eas quæ legibus sint expressæ. Quid quòd grauatim sibi quoque lex permisisse uidetur ut homini uitam eripiat? quàm comperta, quàm multa requirit argumenta? quàm multa concedit reo? quàm malignè agit cum actore, quem non nisi suo periculo uult accusare? quantum spacii largitur ei qui defertur? quàm liberam Iudicum reiectionem? Quantum igitur à *Epilogus.*
E mente legis abesse putes, ut cuilibet permittat, uel pro suo priuato dolore, uel domestica iuris interpretatione, hoc est, subuersione, in cuiusquam uitam grassari? Neque ad rem pertinet, quantum criminum aceruum exaggeres, quantumuis etiam uerorum, addo notorum: dicas, parricidam, sacrilegum, incestum, proditorem, peculatorem, ueneficum interfeci: Tyrannum lex iubet occidi. Atqui hic unus multis tyrannis erat sceleratior, pestilentiórque ciuitati. Ad ista *Amplificat cõ firmatione.*
tam multa crimina lex tibi uerbo respondebit: Nihil moror quàm fuerit scelerosus, qui periit: in unum tyrannum tibi ius feceram occidendi, in reliquos in ius trahendi. Si detulisses: auditus, reuictus, damnatus à me palàm pœnas dedisset, omníque Reipublicæ salubri exemplo fuisses. Nunc tu priuata libidine in-

pernicioſiſſimum.

terficiens, pro ſaluberrimo exemplo perniciſſimum in ciuitatem induxiſti, & F
legum inſtaurationem à legis uiolatione auſpicaris: hoc eſt, malis malo mede-
ri ſtudes. An me clam eſſe putas, q̃ multi ſint in hac turba uita indigni, morte
digniſſimi? At eos meæ cognitioni, non tuis manibus ſeruo: ſunt fora, ſunt tri-
bunalia, ſunt iudices, ſunt carceres, ſecures, carnifices. Quur tu mihi præire co-
naris? quur nullo mandante magiſtratum occupas? & dum Tyrannicida ui-
deri uis, tyrannum imitaris? Nam quo alio nomine tantopere mihi eſt inuiſus
ille, niſi quòd mihi parêre recuſat, & præire conatur? Ei demum ferrum tracta-
re licebit, cuius manibus ego permiſero. Si iuuenem occidiſſes, quòd non alia
patuiſſet ad tyrannum uia, darem ueniam neceſſitati: nunc occidiſti non obſi- G
ſtentem, non auxilium ferentem patri, ſed patris opem implorantem. Huius u-
nius cæde contentus diſceſſiſti, tyrannum nec impetiſti, in quem unum tibi ius
feceram. Meum erat expendere, utrum ex uſu Reipub. fuerit, an iuuenis occi-
deretur: malueram illum exquiſitioribus excruciatum ſuppliciis, exemplum o-
*Præoccupatio.* mnibus edere. Neque hæc dico Iudices, quaſi parum gaudeam pariter cum pa-
tre ſublatum filium: utinã eadem opera ſimul omnes ſint oppreſſi, quibuſcun-
que tyrannus placet. Sed quis prohibet ſimul & gaudere quòd deorum boni-
tas nobis hanc rem bene uerterit, & tamen nõ committere ut huius temeritas,
ſi iudicio comprobetur, in legem atque in exemplum trahatur? Nec de iuuenis H
iniuria uindicanda nunc agitur, ſed de legis uiolatæ maieſtate. Non enim par
eſt, ut cuiquam perſonæ præter ius extincti odium in ſcelere ſuffragetur. Neq;
tam ſpectandum in quem cõmiſſum ſit facinus, quàm quo exemplo cõmiſſum.
*Redit ad argumẽtum ſuperius. Non quicquid tyrãno nocentius, aut æquè nocens, occidendum eſſe.* Alioqui quur non eadem opera fas ſit in tyrãni nepotes, pallacas, pueros, uxo-
res, liberos, lenones graſſari? Bonam tyrãnidis partem uxor ſæpenumero ſug-
gerit. Ad ſummam immanitatem nonnũquam libertus aliquis, aut uernula in-
ſtigat: quur non & hos iugulas, ſi tibi ius eſt æſtimatione priuata meritorum ci-
uem iugulare? Quid quòd eſt aliquid tyranno nocentius, in quod tamẽ haud-
quaquam tibi ius ſit occidendi? Finge eſſe qui totam hanc urbem, templa, do- I
mos, curiam conatus ſit incẽdere, imò qui iam compluribus locis ignem ſubie-
cerit, ſed incendium ſubitò exorto imbri reſtinctum: auctorem nõ obſcurum,
uerum abditũ latitare. Eum forte fortuna repertum, manu tua trucidas. Num
lex tuum factum approbabit? Non opinor. Atqui tyranno ille quanto erat no-
centior? Tanto nimirum, quãto eſt atrocius ciuitatem ſemel funditus euertere,
quàm expilare: ciues uniuerſos uno igni finire, quàm in pauca quædam ſæuire
capita. Et tamen in unum tyrannum ſtringendi ferri poteſtas priuatim permit-
*Redit ad auctoritatẽ legũ* titur: illum deferendi modò ius habes. Hic in re tam aperta legis mentem calu-
mniari, & nouo interpretamento tuũ facinus palliare, quid tandem aliud eſt, q̃ K
legum auctoritatem euertere, atque id per cuniculos quoſdam agere, quod ty-
rannus palàm ac ui facere conſueuit? In recipienda lege fas eſt populo cauſam
æquitatemq; legis excutere: cæterùm receptæ, & longo iam uſu comprobatæ,
ſimpliciter oportet obtemperare. Neque enim exiſtimandum eſt maiores illos
noſtros, uiros ſine cõtrouerſia ſapientiſſimos, ita ſine grauiſſimis rationibus in-
ſtituiſſe, ut priuatim interficiendi Tyranni facultas unico capite finiretur. Pri-
mùm ad iugulandi licentiam, feneſtram aperiendam ciuibus non putauerunt:
deinde perſpiciebant tyrannidem fatale quoddam eſſe Reipublicæ malum,
quod minore noxa toleraretur, quàm malè exagitaretur: neque poſſe ſemel

tolli,

A tolli, niſi tyranni ipſius cæde. Quo ſubmoto, uidelicet qui legibus imperabat, non parebat, iam nihil opus eſſe priuata audacia, nimirum illis in reipub. adminiſtrationem uindicatis. Quod ſi tyrannus in ius uocari potuiſſet, ne hūc quidem tuæ dextræ arbitrio permiſiſſent. Videbant & illud: tyrānidem, nōnullam habere monarchiæ legitimæ ſpeciem: hoc tātùm intereſſe, quòd in monarchia populus regi paret, rex legibus: in tyrānide omnia unius libidini ſubiecta ſunt. Rex publicam ſpectat utilitatem, tyrannus priuatim ſuam: unde publicitus expedit ut tyranno ueluti principi legitimo ciuitas pareat, donec idoneus aliquis uindex extiterit, qui legum auctoritatem in priſtinum ſtatum reſtituat, atque id
B unius (ſi fieri poteſt) capitis iactura. Nam hac moderatione in fatalibus illis peſtibus, quæ totum Reipub. quaſi corpus corripiunt, legum prudentia cōſueuit uti: ut exemplo magis, quàm admiſſi talione, morbo medeatur: ne dum ciuitatem ſanare ſtudet, magnā ciuitatis partem interimat. Hinc eſt quòd in ſeditionibus publicis non niſi in ipſos auctores conſueuit animaduerti, reliquis quos tempeſtas illa commouerat, dari uenia: aut uix etiam dari uenia, qui in publico Reipub. tumultu quietem egiſſent. Quæ poteſt autē peſtis eſſe fatalior, quàm tyrannis? Quæ ſeſe latius in ciuitatis membra diffundit? Quota quæque urbis pars ab hoc uitio ſyncera poteſt eſſe? Omitto iam quicquid eſt ambitioſorum,
C ære alieno obſtrictorum, ſcelere contaminatorum, barbarorum (nam hæc tota ſentina hominum tyrannide gaudet, ut in qua nullis maiora quàm ſceleratis ſint præmia) bonos etiam ciues hoc malum inuoluit, dum uel timent fortunis ſuis, uel rectum iudicant ſeruire tempori. In hoc itaque rerum ſtatu leges non extinctæ, ſed oppreſſæ modò, cautim & circunſpicienter agunt: intelligūt hoc hulcus citra ſummam ciuitatis pernicié exaſperari non poſſe, unius capitis diſpendio commodè ſanari poſſe. Quare docto cuipiam medico præmiū oſtendunt, digito demonſtrant quod membrum ſecari uelint, quibus abſtineri. Caput indicarūt illæ, tu dextram ſecuiſti. Illæ tyrannum, tu tyranni ſatellitem oc-
D cidiſti. Quo præmio dignus? Nempe eo, quo qui morbo inſcitè exagitato, totum hominem in extremum uitæ diſcrimen adducat, quo qui hominem legibus uetantibus occidat. Neq; ego nunc te cædis reum ago, aget alius fortaſſis, cuicunque lubitum erit: uerùm illud modò conſilium fuit, oſtendere tibi quàm inſignitæ ſit impudentiæ, in ea cauſſa tam eximiam tibi uendicare laudem, tam egregia poſcere præmia, in qua nequeas obtinere, ſi modò tecū exactius ac ſeuerius agatur, ut graueis pœnas effugias. I nunc & curioſum me uoca, qui tam cādidè tamq; ciuiliter tecum agam, ut quum te poſſim in graue diſcrimen uocare, ſat habeam legis & Reipub. cauſam defendere, ne circumuenta præmium
E dare cogatur ei, qui nihil boni ſit promeritus. Id quod nō iudicibus modò (quibus iſthuc iam dudum liquere puto) uerùm tibi etiam ipſi cupio perſuadere: & facturum me confido, ſi modò tantiſper animum poſſis attendere. Vin' igitur, ut quemadmodū tu faciebas, itidem & nos ſummatim totam cauſſam ob oculos reuocemus? diſpiciamusq; quàm multa tuo in facto deſiderentur ad id, ut legi ſatisfeceris: & quantum tu ſis hallucinatus, quum multa diceres etiam ſupereſſe? Tria quædam requirit lex, & ita requirit, ut ſi quodlibet horum deſit, aut pœnam te, aut certè nihil gratiæ debere ſe credat. Quorum ego non unū aliquod, ſed unumquodq; deeſſe docebo. Quod ſi facio, utrum æquo animo cedes præmio, an impudenter petere perſiſtes? Ergo rem accipe. Niſi tria hæc tibi

*Correctio.*

*Locus ab imo ad ſummum.*

conſtiterint,non eſt quòd tyrãnicidæ præmium petas:Animus,uia,& effectus. F
I Animus duo quædã cõplectitur, uel quid ſperaris,uel quid propoſueris.Nam
*Animus.* ſi tyrannũ per imprudẽtiam occidiſſes,ſi præter propoſitum, non magis profectò præmium tibi debeatur,quàm ſi quis tyranno amiciſſimus idem feciſſet. nam idem potuit accidere.Tu porrò quid propoſiti in arcem attuleris,ipſe uideris:ita demũ legi perſuaſum erit te uoluiſſe occidere tyrannum,ſi occideris. Non occidiſti,atq; id etiam quum tibi in manu fuerit(ut ais)ſi libuiſſet,interficere.Lex negat ſua referre,utrum tyrannicidii propoſitum in arcem non attuleris,an allatum repentè mutaris.Iam quid ſperaris,excutiamus. Quãquam iſthuc leges non ita ualde curioſe penſiculantur:ſed tamen in tam abſoluto faci- G
nore partes omneis conſtare oportet.Quid enim ſi tyrannũ interfeciſſes, quò tyrãnidem ipſe occupares,utrum præmium ſperares, an ſupplicium metueres? Quid ſi quò priuatum animi tui dolorem ulciſcereris, tyrannũ occidiſſes,atq; id eſſet palàm,num præmium auderes poſcere?Quid ſi latrones tyrannũ forte fortuna obuium obtruncaſſent,num ad hunc honorẽ aſpirarent? Quid ſi quis tyranno priuatim infenſus,magna te pecunia conduxiſſet quò ei tyranno uenenum dares,dediſſesq;,num quæſo tyrannicidæ præmiũ poſtulares? Ego hîc tecum non ago coniecturis: nihil dico in uitam tuam, quæ quidem obſcurior eſt,quàm ut tu,alioqui tam glorioſus,quicquam de ea auſus fueris dicere:illud H
unum affirmare non dubitem,qui tyrannum quum tutò licuerit, non occidit, planè noluit occidere. Qui eum occiderit, cuius mors extremum exitiũ Reip. uideretur allatura,potius quàm ullam cõmoditatem: is aut priuatum dolorem ulciſci uoluit,non libertatem publicam uindicare:aut emolumentum ſuum ſequutus eſt Reipub.periculo,non ſuo periculo Reipub. ſtuduit prodeſſe. Poſtremò nõ poteſt niſi gloriæ iciunio adductus uideri,qui tam inſolenter ſe iactat.Non poteſt non uideri lucrũ ſequutus,qui tam improbè præmiũ flagitat. An non uides igitur quantopere hac parte à tota legis mente diſſentias? quem illa tuæ uitæ periculo ſua cauſa uoluit occidere,eum tu non ſolùm uolens præ- I
teriſti,uerumetiam periculoſè in Rempub.irritaſti.quẽ ſua cauſa noluit occidi, eum tu maximo noſtro periculo tui compẽdii aut animi fortaſſe gratia iugulaſti.Sed finge te animum tyrannicida dignũ ad facinus attuliſſe, lucri perinde ut uitæ cõtemptorẽ:magni tamen refert, qua ratione tyrannidẽ tollere aggre-
II diaris.Iam enim omnia tibi ex animi tui libidine largior, quæ tamẽ nemo alius
*Actio.* tibi conceſſurus eſt. Te in filio iugulaſſe patrem,in non tyrãno tyrannũ. Largior iſthuc,Delium aliquem tibi prædixiſſe,ut certum præſcire potueris,quod ipſe etiam uix diuinare Delius potuerit.Licuiſſe tibi patrem occidere,ſi libuiſſet, uerùm hoc pœnæ genus tibi magis placuiſſe. Suſtuleris ſanè tyrannidem, K
idq; noua quadã & inuſitata ratione.Vides quàm multa tibi dono.Tamen obſiſtam tibi,nec ſinã ferre præmiũ,propterea quòd ea uia ſuſtuleris, quæ legi nõ probatur,quæ non expediat moribus ciuitatis,quæ nõ ſit forti uiro digna.Age quid ſi tyranni filiũ infantem in cunis iugulaſſes,& rurſum adfuiſſet Delius ille,per quem certũ præſcire poſſes,fore ut necato puero pater ſibi mortem accerſeret,atq; id eueniſſet,utrũ te tanquam tyrannicidam ſuſpiceret Reſpub. an potius tãquam immanem & ferum hominem execraretur, qui in eam ſæuieris ætatem,cui etiam ab hoſte armato parcitur, quæ leonibus etiam miſeranda uideatur?Quin ergo?Vtetur tuo maleficio Reſpub.cæterùm exẽplum haudqua-

quam

A quam probabit. Quid si tyranni uxorem, quam ille miserè deamaret, per uim
constuprasses, atq; ille eius impatiens contumeliæ, fugerit è uita: utrum tyran-
nicidii laudem flagitabis, an raptus & adulterii supplicium potius formidabis?
Res obscura non est. Conferam tuo facto propiora. Quid si tyranni medicus
quum esses, ueneno ægrotãti dato, illum sustulisses, utrum ut ueneficum oderit
te Resp. an ut uirum fortem admirabitur? Tyrãnum sublatum gaudebit, fa-
cti rationem modumq; detestabitur. Quid si quum te tyrãnus familiariter ute-
retur, tu in conuiuio prætextu necessitudinis uenenum porrigeres? Denique si
per magicas imagines ac maleficas quasdam deuotiones tyrãno uitam ademis-
B ses, utrum à lege præmium, an pœnam expectares? Atqui tyrannidem utcunq;
sustulisti. Euentu gaudet lex: uerùm exemplum tam pernicioſum in Rempub.
non recipit, ut consuescant ciues scelus ulcisci scelere, patrem in filio iugulare.
Vides quantum momenti sit in modo uiaq; ut factum tuũ approbetur? Quod
lex permittit ut fiat, non statim permittit ut id uia qualibet efficias. Adulterum
ferro occidere licet, ueneno aut incantamẽtis non licet. Cur ita? Quia pestilens
exemplum omnino tractare uenena: nec id ulla causa quantumuis honesta si-
nit in ciuitatem irrepere. Quid quòd ne hostem quidem ueneno aut malis ar-
tibus interficere fas est? Nam nusquam non improbat maleficia lex: & ueneno
C tincta tela etiam in bellis interdicta sunt. Quòd si modus facti spectatur in his,
in quibus nullum petitur præmium: quanto magis id fiet in his, in quibus sum-
mum petitur? Lex triumphum statuit ei, qui certum hostium numerum fude-
rit. Fuderit aliquis non acie, sed aquis & pabulo ueneno tinctis: utrũ ciues hũc
æquis oculis spectare poterunt triumphãtem, an potius sicuti ueneficum ode-
rint, auersabuntur, execrabuntur? Quid quòd priuatis etiam in rebus uia mo-
dusq; perpenditur? quo magis idem oportebit tum in publico, tũ in splendidis-
simo facinore, ut à quo conueniat omnem sceleris suspicionem abesse? Age il-
lud tecum reputa, si medico mercedem pactus esses, quò te morbo leuaret, at-
D que ille non pharmacis, sed maleficiis & incantamentis morbũ exemisset, utrũ
præmium dabis, an magis hominem in ius trahes? iniuriæ malis artibus datæ reũ
ages? Clamabit ille, Morbo te leuaui: qua uia, quid isthuc tua refert? Hoc tãtùm
spectabas, ut morbo liber esses. ei rei merces est promissa. Ingratum te uocabit,
qui nisi sua opera, ne esses quidem qui præmium negare posses. Tu protinus
respondebis opinor, Medico te præmiũ esse pollicitum, non mago: neque de-
bere quicquam, nisi rem malam ei qui beneficium malè dederit. Quanquam ne
dedisse quidem uidetur, qui malum malo tollit. Id enim mutare est incommo-
dum, non amouere. Dices enim animo nocitum, dum corpori subuenitur. At-
E que istam litem uinces etiam iniquo iudice. Atqui eadem, aut melior etiam &
uincibilior est tecum causa legi, quàm quæ tibi futura fuerat cũ medico. Nã ibi
de priuata mercedula disceptaretur, hîc de publico honore. Ibi falsus est unus,
hîc legi fraus facta, per quam cautum oportuit ne quisquam ciuium circumue-
niatur. Ibi salus data, certa quidem & efficaci, sed suspecta & improbata uia: hîc
nefario scelere (quur enim nõ sic appellatur homicidium, quod in ciuem con-
tra legem admissum sit?) non libertas restituta, sed in extremum discrimen ad-
ducta Resp. quandoquidem tuũ factum perinde habet, ac si medicus quispiam
ad curam mercede conductus, uenenum pro remedio ministret: quod tamen
ægrotanti (ita ut non rarò consueuit accidere) per occasionẽ morbum adimat,

Qui reualuit,ſuis fatis acceptum feret quòd uiuat. tibi mortem,tametſi uitarit, F
imputabit. Neq; ſua referre putabit, utrum imperitia, an perperam ac ſtudioſè
pro pharmaco uenenum porrexeris:propterea quòd tui fuerat officii,aut non
ſuſcipere negocium,aut fidem ſimul,& artem,& induſtriam, ac diligẽtiam, &
quicquid à probato artifice ſolet requiri,ad curã adferre. Sed age, ſinimus ad-
huc poſſidere te,quod dudum ſumus largiti: ut planè iſta uia tyrãnum occide-
ris citra ullum Reipub. diſcrimen. Lex non approbabit facinus tuum,niſi non
tantùm à crimine,uerùm etiam ab omni criminis ſpecie procul abfuerit:ne ui-
delicet ea quæ in hoc potiſſimùm adhibita eſt in ciuitatem,ut maleficiũ omne
ſecludat, incolumitatem ſuam, quam conueniebat aut Deo cuipiam, aut certè G
Diis ſimillimo homini acceptã referri,ſceleri debere dicatur. Non approbabit,
inquam,niſi tyrãnum ipſum, quem nominatim indicauit ipſa, quáque permit-
tit uia ſuſtuleris:ne per rimam iſtam periculoſum exemplum in Rempub. irre-
pat. Poſtremò non niſi ferro,non clancularijs ac maleficis artibus,niſi uirtute,
niſi manu,niſi uitæ tuæ manifeſto contemptu tyrannum trucidaris. Neq; enim
hoc tantùm ſpectat lex,ut tyrãnus in præſens ſubmoueatur:uerùm illud mul-
to magis reſpicit,ut omnes mortales intelligant in ea ciuitate uiros eſſe fortes,
qui non uereantur uitæ ſuæ diſpendio patriæ commodis conſulere:ac præcla-
ri exemplo facinoris,omnes etiam in poſterum ab affectatione tyrannidis de- H
terreantur: cum uideant in ea ciuitate nullum eſſe tyrannis ſatis tutum præſi-
dium:quandoquidem illud nemo neſcit, qui uitæ ſuæ ſit cõtemptor, eum eſſe
alienæ uitæ dominũ. Nam quod omnino ſatellitiũ,quæ excubiæ, qui parietes,
quæ arx,quæ arma aduerſus huiuſmodi animum tyranni caput defendant, qui
III patriæ libertatẽ ſua uita bene credat emi? Poſtremò autẽ, ut maximè tibi con-
Effectus. ſtet animus,ut cõſtet uia:id quod eſt totius negocii caput,non effeciſti. Tantũ
enim abes ut tyrannum occideris:ut quantum in te fuit,tyrannidem maiorem
in modum auxeris,interfecto tyranni filio. Quid autem refert,malitia an ſtul-
titia Rempub. in diſcrimen adduxeris? Nam illo quod uulgò dicunt,nihil ue- I
rius,Intempeſtiuam beneuolentiam nihil à ſimultate differre. Tantum abeſt ut
occideris tyrannum,ut ne ſuſpicari quidem potueris id euenturum,ut ipſe ſe-
met occideret. Sed iuuenem occidiſti patre inſolentiorem: quid tum poſtea,ſi
patri & huius ſcelera lex imputat? Magnum proinde tyrãni ſatellitem,non ty-
rannum occidiſti. Sed paratũ tyrannidis hæredem occidiſti:in tyrannidem ſuc-
cedit,qui prior,qui potior eſt in occupãdo. Verùm eſto ſanè, certum hæredem
ſuſtuleris,igitur qui tyrannus erat futurus,interemiſti. Atqui quod futurũ eſt,
id nondum eſt. Porrò lex eum qui iam tyrannus ſit, tolli iubet: non quem ali-
quando futurum diuines. An qui ſtatuam ex pacto debeat,& rudem truncum K
Peroratio. præſtiterit,fidem perſoluiſſe uideatur? Non arbitrabor. Vbi nunc igitur ſunt il-
la tam multa, quæ tibi ad præmium poſtulandum ſupererant? Vides quàm ne
unum quidem omnium tibi conſtet,quorum nihil oportebat deeſſe. Volui,in-
quis. Id demum uoluiſſe te lex credit,quod effeceris. Poſtea è re nata propoſi-
tum eſt commutatum. Hoc igitur præmii tibi debetur, quod ei qui in Olym-
piis medio è curſu,relicta meta,ad carceres reflectit habenas. At periclitatus es.
Proinde id laudis auferes,quod is qui ſudauit in Olympiis,nec uicit. Sed occi-
diſti deniq;:uerùm eum,quem neq; lex permittebat arbitrio tuo,neque ex uſu
publico fuerat occidi. At bene uertit ciuitati,quod feciſti. Numini igitur gratia

debetur

A debetur,tali,qualem Palladem Atticis fuiſſe ferunt:de qua prouerbium extat, quòd Athenienſium malè conſulta, in bonum exitum uertere cõſueuit. Non tu leges ſeruaſti,ſed ſuſtuliſti:nõ libertatem reſtituiſti, ſed numen aliquod huic urbi propitium,quod euẽtum tuæ temeritati debitum, ſua commoditate à nobis auertit,quod tuam ſtultitiam nobis uertit in occaſionem reſtituendæ libertatis.Non ego ingratum erga te populum conſtituo,imò tu populum ingratũ in Deos reddere laboras:quem quum ſemel in periculum uocaris,ne pro ſimplici tyrannide duplicatam pateretur:nunc rurſum in diſcrimen trahere conaris,ne ab iratis ſuperis in priſtinam ſeruitutem aut grauius aliquod infortuniũ
B retrudatur.Quid tu te fucis & phaleratis dictis in alienũ meritũ inſinuas?Quid tibi in eo negocio laudem uniuerſam uendicas,ex quo præter pœnam temeritatis nihil ad te redire meritò poſſit? Si Reipub. ſi Iudicibus probare potes animum tuum tyrannicida dignum,qui nullum periculum uitæ Reipub.cauſſa recuſarit:ſi facinus non ſcelere,non pernicioſo exemplo,ſed legitima uia peregiſti,ſi fortuna tuis egregiis conatibus bene expeditum dedit euentum: aude tyrannicidam te uocare:aude pulcherrimũ ac penè diuinum munus à Repub. poſcere:aude nobis ſeruatas leges,reſtitutam ciuitatem:aude tẽpla,aras, focos, fortunas omneis,tutos pueros,inuiolatas uirgines,impolluta matrimonia, de-
C niq; hoc ipſum quòd hîc lege & apud Iudices agimus,exprobrare: aude mihi minari,quòd obſtiterim:aude ciuitatem ingratitudinis inſimulare, niſi laudem promeritam perſoluerit: aude Iudices uel iniquos uel corruptos clamitare,niſi ſuis ſententiis præmium tibi decreuerint.Contrà ſi ſuſpectum quid uolueris,ſi periculoſum,ſi contra leges,ſi cum ſcelere coniunctum quòd feceris:ſit pudor ac deſine tãdem improbè præmium flagitare,quod nulla ratione promerueris: pœnam,ſi ſapis,incipe deprecari.Iſthuc fortaſſis ab æquitate Iudicum, à ciuitate deorum munere læta,queas impetrare.Neq; enim putes unum me te à præmio deterrere.Imaginare iſthac in cauſſa pariter & leges,& Rempub.& deos
D tibi aduerſari.Puta leges his tecũ uerbis agere:Si nos uerè reſtitutas uideri uis, ſine noſtram auctoritatem primùm in hac tua cauſſa ualere.Longè plus laudis ex hoc iudicio referes,ſi nobis ceſſeris, ſi parueris, ſi tuam cupiditatem noſtro ſubmiſeris arbitrio : ſi primum exemplum in te ciuibus edideris, reuixiſſe nos: ſi monſtraris ciuitati iam non ex ſceleratorũ libidine,ſed ex noſtro præſcripto cuique uiuendum eſſe.Atque altera ex parte Rempub.hac tecum oratione uti puta:Si ciuem bonum mihi præſtare ſtudes,noli hanc ſtultitiæ notam mihi inurere,ut in poſterum re cognita,dicar ebrietate quadam gaudiorum ei præmiũ decreuiſſe, cui pœna magis deberetur. Noli mihi deos,quos uix deniq; tã diu-
E tinis uotis,tot ſacris,tot precibus, tot meis malis placaui, commoui, propitios reddidi, denuo per ingratitudinem iratos atque infenſos reddere.Sine ut mihi per te liceat ſaltem illorum beneficio frui.Quòd ſi te neq; leges,neq; Reſpub. cõmouet:certè deorũ orationẽ uereri debes,quos ita tecũ agere putato: Quid tu te in noſtræ laudis poſſeſſionem ingeris? Quid honori noſtro inuides?Quur non ſinis nos in hanc ciuitatem perpetuò benignos eſſe? Quur tu ipſe tam ingratus exiſtis ? Ciuitas hæc ſemel mihi reſtitutam libertatẽ debet, tu bis debes cõmoditati noſtræ,& quòd Remp.ſeruauimus,cuius tu pars es:& quòd commoditate noſtra tuam periculoſam ſtultitiam, uel ſcelus potius,in maximã felicitatem uerterimus.Etenim niſi nos dextri propitiiq; adfuiſſemus,quid aliud

tu quàm perieras,& per te Reſpub? Quod ſi planè contendis,ut præmium ali- F
quod feras:abunde magnum præmium à nobis perſolutum eſt, quòd per nos
res à te malè inſtituta,bene uerterit. A legibus meritò maior relata gratia,ſi no-
ſtræ proſperitatis reſpectu,temeritatis ſimul & ſceleris ueniam condonarint. A
ciuitate ſatis amplam laudem feres,ſi ea patiatur,ut in reſtitutæ libertatis hiſto-
ria tuum quoque nomen admiſceatur. Hac laudis parte contentus deſine no-
bis debitum uelle præripere, ciuitati munus noſtrum eripere, legibus auctori-
tatem adimere. Sed finem facio, nimirum extillata iam aqua. Quod ſupereſt,
nunc ueſtræ partes ſunt Iudices,ſtatuere,utrũ ſecundum leges,ſecundũ Deos,
ſecundum Rempub.ſententiam dicere, an ſecũdum hunc glorioſum oſtenta- G
torem pronunciare uelitis. Vtrum hanc urbis felicitatẽ huius temeritati, huius
ſceleri acceptam ferre malitis,ſæpius exprobrãdam, & breui fortaſſis à ſuperis
iratis(id quod abominor)auferendam:an in Deos,quibus ſine controuerſia to-
ta debetur,referre,eorundem pietate ſeruandam,augendam,beneq; fortunan-
dam. Vtrum magis ex uſu ſit, ut primo hoc iudicio ſtatim leges circunuentæ
dicantur,an ut appareat legum reſtitutarum ſeueritatem,& Iudicũ ſapientiam
aduerſus unius iniquam poſtulationem ualuiſſe.

## ABDICATVS, Eraſmo Roterodamo interprete.

H

### ARGVMENTVM.

*Quidam abdicatus artem medicinæ didicit. Patrem inſania laborantem, reliquis medicis deſperantibus, dato pharmaco cum ſanaſſet, denuo receptus eſt in familiam. poſt hæc nouercam inſania correptam ſanare iuſſus, abdicatur. Porrò genus orationis Iudiciale eſt,Status qualitatis.Sub hac enim & Abdicationis cauſſas Quintilianus ponit, quarum duas ſpecies facit: alteram criminis perfecti, & alteram imperfecti, ad quam & præſens cauſſa hæc pertinet. Exordium maxima ex parte querela conſtat. Nam & de iniquitate patris conqueritur, qui ſe non ſecundum artem, ſed ad præſcriptum curare iubeat: & de ingratitudine, ut qui pro beneficio reſtitutæ ſanitatis, eam ſibi nunc gratiam referat, ut iterum abdicare cogitet.Hanc querelam,perſonarum, ſuæ & nouercæ uidelicet,conditionibus amplificat, inuidiæ paternæ accuſationis etiam occurrens à conſueto & more patris: id quod ſtatim ab initio facit.Exordium propoſitio ſequitur,cui Narratio- I*
*nem ſubmittit,non tam exponẽdæ actionis gratia,quàm ut anteactam uitam ſuam, & beneficium in patrem collatum,iudicibus commendet.Confirmatio tribus locis conſumitur: primo,quo oſtendit non licere patri,ut in familiam receptum,denuò abdicet,à cauſſa legis,& uoluntate legislatoris:quod argumentũ ſimilitudine & fictionibus,ſeu κατ' ὑπόθεσιν amplificat.Secundo,quo iniquum eſſe docet, ſe,tam bene meritum de patre,iterũ abdicari,& pro præmio pœna affici.Hic locus uariè amplificatur,ex qualitate beneficij,à conditione perſonæ,à difficultate & accidentibus artis,à natura & lege & cæt. Poſtremò, neque cauſſas abdicationis ſatis idoneas aut efficaces eſſe probat. Neq; enim ſe quicquam peccaſſe, neq; nunc cogi debere ut arte ſua ubiuis utatur,idq; exẽplo reliquarum artiũ, & ob artis huius cõditionẽ & præſtantiã,deinde ex ſua perſona, qui illam non impẽſis patris,ſed tũ cum à familia alienus eſſet,didicerit,alioqui etiam neceſſitatem quandam rei abſurdam conſecuturã eſſe.Deniq; non poſſe curari hunc morbũ:quo loco multa de qualitate corporũ, mor- K*
*borũ & medicinæ in genere diſputat, oſtenditq; etiã ſi aliàs ſanabilis hic morbus eſſet,in nouerca tamẽ ſuſpicionis periculũ ſibi metuendũ eſſe,ſi quid ipſum fallat,aut ars deſtituat: atq; ita orationẽ cõcludit,admonens patrem periculi ſuperioris,in quod ne iterum per iram & indignationem recidat,cauere ipſum iubet.*

*Inuidiã paternæ actionis remouet à cõſueto.*

IAVDquaquam noua ſunt hæc Iudices, neq; mirãda, quæ in præſentia facit pater,neq; nunc primùm ad hũc iraſcitur modum, uerùm hæc lex illi facilis eſt, & aſſuetus ad hãc cauſſam accedit. Verùm illud mihi nouo calamitatis genere accidit,quòd cum nullum proprium ſit crimen, quod mihi poſſit imponi,tamen in periculum uocor ne pœnas dem artis nomine, niſi huic iubenti per omnia parẽre poſſit. Qua quidem re quid fieri poſſit abſurdius? uti curem ex præſcripto, non iam quatenus

*Querela de indignitate rei,& ingratitudine patris*

ars

A ars ualeat,ſed patris arbitratu. Quare optarim equidem ut medicorũ ars eiuſ-
modi quoque remedium aliquod haberet, quòd non modò laborãtes inſania,
uerumetiam præter æquum iraſcentes,liberare poſſit,nimirũ quò liceat & pa-
tris iracundiæ mederi. Nunc autem ipſa quidem inſania leuatus eſt,cæterũ ira-
cundia magis etiam exaſperatur. Quodq; eſt omnium grauiſſimum,erga cæte-
ros omneis ſanus eſt,in me unum inſanit, à quo morbo fuit liberatus. Videtis
igitur cuiuſmodi mercedem curationis feram,cum rurſum ab illo abdicor,ite-
rum alienor à familia,ceu ob idipſum ad breue tempus receptus,ut maiore in-
famia ſæpius eiicerer domo. At ego quidem in his quæ præſtare queam,ne ex- *Amplificatio*
B pecto quidem patris iuſſum,ut qui pridem non accerſitus ad opitulandum ac- *à ſua perſona.*
ceſſerim. Verùm ubi res eſt eiuſmodi,ut nulla omnino ſpes ſit,tũ nec aggredi
uelim. Porrò in hac muliere multo etiam minus auſim,neq; id temere. Siqui- *A perſona no*
dem reputo quæ in me facturus ſit pater ſi res nõ ſucceſſerit,cum iam abdicet *uercæ & peri*
nondum aggreſſum curationem. Quare doleo Iudices nouercæ uicem, grauiter *culo.*
laborantis. Erat enim proba. Deinde patris nomine,quẽ huius morbus ex- *Docilitat.*
cruciat. Maximè tamẽ mei ipſius cauſſa,qui uidear immorigerus patri,cũ non
poſſim quæ iubeor præſtare,partim ob morbi magnitudinem, partim ob artis
imbecillitatem. At ſanè non arbitror æquum eſſe ut abdicer, ſi quod efficere *Propoſitio.*
C nõ queam,id ne recipiam quidem. Itaque quibus de cauſſis prius abdicarit me,
facile fuerit ex hoc negocio coniicere. Quãquam ad illas,opinor,ſatis reſpon-
di ipſa pòſt acta uita. Ad hæc autem quæ nunc obiicit,pro uirili ſum reſponſu-
rus,ſi prius de ſtatu meo pauca uobis expoſuero. Ego intractabilis ille, & im- *Narratiõ.*
morigerus,patrẽ dedecorans,& indigna genere meo patrans,id quidem tem-
poris multa id genus uociferanti,ac ſine fine occlamanti,paucis contrà dicen-
dum eſſe duxi. Verùm domo cedẽs,exiſtimaui mihi grauiſſimi iudicii inſtar fo-
re, uerumq; calculum, ita actam deinde uitam, ut appareret me à paternis illis
criminibus quamlongiſſimè abeſſe, ſed potius honeſtiſſimis ſtudiis dediſſe o-
D peram,cumq; optimis uiris habuiſſe cõſuetudinẽ. Iam uerò & eiuſmodi quid-
dam proſpiciebam,ac ſuſpicabar fore, ut aliquando pater, qui non admodum
animo conſtaret,mihi ſine cauſſa ſuccẽſeret, falſaq; in filium crimina ſtrueret.
Neque deerant qui iſta morbi initium interpretarentur, minasq; ac tela paulò
pòſt irruituri mali, nempe odium abſq; cauſſa, mores aſperos, conuicia parata,
cenſuram ſeueram,clamorem,iracundiam, in ſumma, omnia plena bilis, unde
uſu uenturum credebam, ut mihi aliquando arte medicinæ foret opus. Proin-
de foras profectus,ac probatiſſimorum, quos in peregrinis regionibus nãciſci
potui,medicorum uſus doctrina, plurimo labore, uehemẽtiq; animi ſtudio ar-
E tem perdidici. Porrò domũ reuerſus,offendo patrem manifeſta iam inſania la-
borantem,& ab huius loci medicis deſperantibus deſtitutũ, qui non altius in-
troſpiciunt, nec admodum exactè morbos diiudicant. At ego ſanè, ſicuti par
erat facere frugi filium,neque ſuperioris abdicationis iniuriã recordabar, neq;
ut accerſerer opperiebar. Neque enim erat quicquam quod illi propriè impu-
tare poſſem,uerùm peccata illa omnia fuerant aliena: nempe,quemadmodum
modò dicebam,ipſius morbi. Ergo cum inuocatus acceſſiſſem,non ſum equi-
dem protinus medicatus,neque enim hic nobis mos eſt,neque id præcipit ars,
uerùm illud omnium primũ iubemur obſeruare,ſanabilis ne ſit morbus,an in-
ſanabilis,atq; artis terminos prætergreſſus. Ac tum ſi eiuſmodi fuerit malum,

ut cõmodè poſſimus aggredi, aggredimur, totoq; adnitimur ſtudio ut ægrotũ F
ſeruemus. Quòd ſi uiderimus iam inualuiſſe, ſuperaſſeq;, nec manum admolimur omnino, idq; uetuſtam quandam legem eorum qui primi medicinæ prodiderunt artem, ſecuti: qui negant tentandos eſſe morbos qui iam inualuerũt. Itaque cum patrem adhuc intra ſpem eſſe perſpicerem, neq; malum ſupra artis uires eſſe, diu obſeruatis ac penſitatis ſingulis: ita demum aggrediebar, ac pharmacum fidenti animo porrexi. Multi ſanè eorum qui tum aderant, ſuſpectam habebant adminiſtrationem pharmaci, calumniantes curationem meam: iamq; parabant in ius uocare me. Aderat autem & nouerca pauida atque diffidens, non id quidem odio mei, ſed quòd metueret, utpote probè ſciens illum G
grauiter laborare. Nam ſola nouerat omnia, quippe familiaris & aſſiduè cõuiuens ægrotãti. Attamen ego nihil his rebus deterritus (ſciebam enim futurum ut mihi ſigna non mentirẽtur, neq; falleret ars) adhibui curam, obſeruato tempore idoneo. Quanquam erant amici nonnulli, qui mihi conſilium darent ne fiderem, ne fortè ſi res malè ſucceſſiſſet, maiorem aliquam calumniã mihi accerſerem, quaſi patrem ueneno ultus eſſem, memor iniuriarum quibus me afſecerat. In ſumma, ille protinus conualuit, priſtinæ redditus ſanitati: cognouitq; omnia. Familiares admirabãtur: denique laudabat & nouerca, ac palàm omnibus utriuſque nomine gaudebat, tum mihi laudem aſſecuto, tum illi ad ſanam H
mentem reuerſo. Atque hic quidem (nam illud de eo teſtari poſſum) neq; contatus, neque quopiam his de rebus in cõſilium adhibito, ſimul atq; rem omnẽ è familiaribus cognouit, irritam fecit abdicationem, ac denuo me filium fecit, ſeruatorem ac beneficum appellans, confitens ſeſe certum experimentum mei cepiſſe, deq; illis antè factis ſemet excuſans. Id factum compluribus attulit uoluptatem, nimirũ quotquot aderant probi. Cæterùm urebat eos, quibus abdicatio filii iucundior fuerat reuocatione. Proinde uidebam tum non eodem modo ea re gaudentes omnes, ſed erat cuius & colorem illico uerti ſenſi, & oculos turbari, & uultum iracundum, quemadmodum ex inuidia odióque ſolet I
accidere. Nos igitur, ut eſt conſentaneum, in cõplexibus & animi gaudiis uerſabamur, utpote utroque alteri reddito. Cæterùm nouerca paulò pòſt ægrotare protinus cœpit, morbo, Iudices, graui & impotẽti. Nam ſtatim obſeruabam ut naſcebatur malum. Neque enim ſimplex erat aut leuis inſaniæ ſpecies: quin potius uetus quidam morbus, qui iam pridem delituerat in animi domicilio, erupit, uictorq; in apertum prodiit. Sunt autem nobis cum alia multa ſigna inſanabili laborantis inſania, tum illud cõmune in hac obſeruaui muliere. In cæteros placatior eſt ac mitis, atque illis præſentibus conquieſcit morbus: quòd ſi quem conſpexerit medicum, imò ſi uel audierit tantùm de medico, in hunc K
ſupra modum incenditur. Quod & ipſum argumento eſt, illam graui & inſanabili teneri malo. Hæc cum perſpicerem, equidem acerbè ferebã, miſerebarq; mulieris, ut debui, præter meritum tanto laborantis infortunio. Pater uerò ob imperitiam, (neque enim nouit uel originẽ mali quo tenetur, uel cauſſam, uel morbi magnitudinem) iuſſit uti medicarer, ac ſimile pharmacum exhiberem: arbitratus idem eſſe inſaniæ genus, eundem morbum, eandem ægrotationem, quæ ſimilem curandi rationem admitteret. Verùm ubi, id quod erat ueriſſimũ, dico fieri nullo pacto poſſe ut mulier ſeruetur, fateorq; me morbo imparẽ eſſe, indignatur ac ſuccẽſet, aitque me ſtudio detrectare, ac mulierem deſtituere,

mihi

A mihi crimini uertens artis imbecillitatem. Atq; huic quidem accidit, quod ſolet
iis qui dolent. Succenſent enim omnes iis qui liberè uerum loquuntur. Tamen
ego ſanè pro uiribus illi reſpõdebo, tum meo ipſius nomine, tum artis. Ac pri- *Confirmatio.*
mùm quidem à lege ſumam initium, per quam hic me parat abdicare, ut intel-
ligat ſibi non eſſe poſthac eandem abdicandi facultatem, quæ prius fuit. Neq; *Locus cõmu-*
enim legislator omnibus, ô pater, iſtam poteſtatem permittit, neq; uti quoſlibet *nis de cauſſa*
filios, neq; quoties libuerit, abdicent, neq; quibuſlibet de cauſſis. Verùm quem- *& poteſtate*
admodũ patribus conceſſit certis de cauſſis iraſci, ita proſpexit & liberis, ne id *iudiciorum.*
immerentibus accidat. Eaq; gratia iuſſit ne libera eſſet ac citra iudicium uin-
B dicta: ſed ad iudices uocat, æſtimatores conſtituit, qui neque per iracũdiam, ne-
que per calumniam, quod iuſtum ſit iudicent. Nouerat enim frequenter acci-
dere multis, ut ob cauſſas iniquas ad iram commouerentur: hic quidem alicui
falſæ calumniæ credens: ille famulo fidem habens, aut uxori cuipiam inimicæ.
Quare noluit rẽ iniudicatã agi, neq; indefenſa cauſſa liberos ſtatim capi uinciq;:
uerùm & aquam infundit, & ratio redditur, & nihil inexcuſſum relinquitur:
quandoquidem ſolùm hoc auctoritatis datur patri, ut ad iudices uocet: uerùm
iudicandi auctoritas, an meritò accuſet, id penes uos, qui iudicio præſidetis. Ac
nondum ſpectate crimen quod mihi imponit, cuiusq; gratia nunc indignatur:
C uerùm illud prius expendite, num poſthac illi ius ſit abdicandi, qui ſemel abdi- *I. Locus.*
cauerit, iamq; ſit uſus facultate quam lex concedit, atque hanc paternam po- *Nõ licere pa-*
teſtatem expleuerit, deinde rurſum in familiam receperit, ac ſuperiorem abdi- *tri ut iterum*
cationem irritam fecerit. Nam ego certè iniquiſſimum iſtud eſſe dico, ut libe- *abdicet.*
rorum quoque ſint infinitæ pœnæ, ut multę condemnationes, ac metus perpe-
tuus: utq; lex nunc irato inſeruiat, mox deinde faciat irritum quod actum eſt:
rurſum ut eodem modo ualeat. In ſumma, ut ius ſurſum ac deorſum torquea- *A cauſa et uo*
tur, utcunq; patribus pro tempore uiſum fuerit. Verùm initiò quidem æquum *luntate legis.*
erat uti concederet, cumq; indignante pariter indignaretur, ac puniendi ius fa-
D ceret ei qui genuiſſet. Porrò ubi ſemel poteſtatem abſumpſerit, ac lege ſit abu-
ſus, iracundiam expleuerit, poſt hæc rurſum in familiam receperit, & in hanc
opinionem diſceſſerit, ut frugi putet: in his perſeueret neceſſum eſt, neq; poſtea
reſiliendum, aut retractanda ſententia, neque reſcindendum iudiciũ. Neque e-
nim ſcire poterat, opinor, is qui natus fuerat, frugine, an contrà eſſet euaſurus.
Atq; hanc ob cauſſam permiſſum eſt ut genere indignos abdicent, quos cum
educabant, cuiuſmodi eſſent futuri, neſciebant. Cæterùm ubi non coactus, ſed
ſuapte ſpõte atq; auctoritate ex ſeſe comprobatum recipit, qua deinde ratione
poſſit mutare factum, aut quis legis uſus ſupereſt? Etenim ipſe legislator hunc *Confirmatio*
E ad modum tecum egerit: Hic ſi improbus erat, dignusq; quem abdicares, quid *legiſlatoris.*
accidit uti reuocares? Cur denuo in familiam reduxiſti? Cur legem irritam feci-
ſti? Nam liber eras, tibiq; in manu erat iſta non facere. Neq; enim tibi cõcede-
dum eſt, ut legibus tuo arbitratu abutaris, utq; iudicia, utcunq; mutatus ſit ani-
mus tuus, eò trahantur. Neque uti nunc irritentur leges, nunc rurſum ualeant,
iudices interim teſtes ſedeant, uel ut rectius dicam, miniſtri tuæ uoluntatis, mo-
do punientes, modo abſoluẽtes, quandocunq; tibi uiſum fuerit. Semel genui-
ſti, ſemel educaſti: pro his ſemel item abdicare potes, atq; ita potes, ſi iſtud meri-
tò facere uidearis: uerùm ut hoc fiat ſine fine, ut perpetuò, ut frequenter, ut fa-
cilè, id uerò ſupra patris ius eſt. Quare per Ioue iudices ne permittatis huic, ut

qui ſua ſponte receperit,ſuperioris iudicii ſententiam irritarit, iram damnarit, F
rurſum ad eandem prouocet pœnam,& ad patriam recurrat poteſtatem, cuius
tempus iam exceſſit,euanuitq; priuilegium,nec huic uni quicquã ualens,quip-
*Amplificatio à ſimili.* pe antehac conſumpta. Etenim illud conſiderate, quemadmodum in reliquis
iudiciis,ubi iudices ſortibus ferunt ſententiam,ſi quis perperam pronũciatum
exiſtimat, permittitur alios adire iudices. Porrò ſi qui ipſi ſuapte ſponte iudi-
ces conſtituerint, delectisq; arbitris cauſſam commiſerint, poſthac non idem
licet. Etenim ſi quis,quorum ſententiis initiò ſtare non cogebatur,hos ſpontè
delegerit, iam æquum eſt boni conſulere quæ ſtatuerint. Itidem ſanè tu quo-
que, quem antea liberum erat non recipere, niſi dignus maioribus uideretur, G
hunc ſi probum arbitratus eſſe,denuo recepiſti,iam deinde non erit abdicandi
ius. Siquidem indignum eſſe in quem iſta denuo fiant, ipſe teſtatus es, iam de
*Epilogus.* integro frugi filium eſſe confeſſus. Itaque non cõuenit pœnitere receptionis,
ſed firma reconciliatio ſit oportet, nimirum poſt toties pronunciatam ſenten-
tiam, ac rem bis iudicatam: primùm cum abdicares: iterum, cum ipſe mutaſti
conſilium, meq; in familiam reuocaſti, reſciſſis decretis ſuperioribus confir-
mans illa quæ poſtea ſunt placita. Proinde perſeuera in his quæ proximè ſta-
tuiſti,tuumq; ipſius iudicium ſerua. Pater ſis oportet, quandoquidem id abs te
*A fictione.* decretum,id probaſti,id ratum feciſti. Ego quidem ſi natura non eſſem filius, H
ſed adoptatum abdicare uelles, ne tum quidem exiſtimarim tibi licere. Quod
enim initiò liberum erat non facere, id ſemel factum, iniquum eſt reſcindere.
Porrò eum qui primùm natura ſit filius,poſtea iudicio ſententiáque accerſitus,
quæſo num par eſt rurſum expellere, & eadem familiaritate priuare ſæpius?
*Aliud à fictione.* Age quid ſi forte ſeruus eſſem,ac tu quidem primùm improbum eſſe ratus, in
uincula cõieciſſes,deinde ubi cognitũ eſſet me nihil peccaſſe,manumiſiſſes:nũ
tibi liceret,utcunq; contigerit iraſci,rurſus in eãdem reuocare ſeruitutem?Mi-
nimè liceret.Iſtiuſmodi igitur acta,leges firma uolunt eſſe,ac perpetuò ualere.
Ego cũ pluribus etiam argumẽtis docere poſſim nõ eſſe ius huic abdicare de- I
*Tranſitio.* nuo, quem ſemel abdicatum, ſponte ſua receperit:tamen finem faciam. Nunc
ſpectate cuiuſmodi filium parat abdicare. Atq; illud nondum dicã,me tum im-
*II. Locus, Iniquũ eſſe ſe abdicari.* peritũ abdicatum fuiſſe,nunc abdicari medicum (nihil enim mihi in hac cauſſa
ſuffragetur ars) tum iuuenẽ, nũc ætate prouectum,ut ætas etiam ipſa fidem fa-
ciat me nihil peccaſſe. Nam leue fortaſſis hoc quoq;,uerùm tum quidem,etiã ſi
nullo cõmiſſo peccato,ut ego quidem dixerim,ſed nec benemeritus alienabar
*A meritis.* à familia. Nũc porrò cum nuper ſalutem dederim,ac beneficus extiterim,exi-
gor. Qua re quid fieri poteſt ingratius?ut mea ſeruatus opera,tantoq; elapſus à
diſcrimine,protinus ſanationem illam huiuſmodi factis pẽſet,nulla meritorum K
habita ratione,ſed uſqueadeo facilè mandarit obliuioni,atq; in ſolitudinẽ abi-
gat eum,qui iure ſit obſecutus,cum præter ius eiiceretur, neq; ſolùm non me-
minerit iniuriæ, uerumetiam & ſalutem attulerit, & ſanæ menti reſtituerit?
*Amplificatio beneficij à morbi difficultate.* Neque enim exiguo Iudices,neq; uulgari in hũc collato beneficio, tamen hu-
iuſmodi malis nunc uideor dignus. Porrò quanquam hic ignorat quo in ſtatu
tunc fuerit,uos tamen omnes noſtis quid facientem hunc,ſimul & patientem,
& quibus affectum modis,ego curãdum ſuſceperim,ac medicis reliquis deſpe-
rantibus,fugiẽtibus familiaribus,nec propius accedere audentibus, talem red-
didi,ut etiam accuſare poſſit,ut de legibus diſſerere. Quin magis ſi exemplum

quæris

A quæris pater,cum propemodum talis esses, qualis nunc est uxor, ad pristinam sanitatem reuocaui. Quare non est æquum,ut pro his officiis, huiusmodi mihi gratia reponatur,utq; in me unum tantummodo sanus sis. Etenim te non me-
diocribus à me beneficiis affectum esse,uel ex his ipsis liquet,quibus me crimi-
naris. Nam quem ob hoc odio persequeris, quòd uxorem extremo laborantẽ periculo,grauissimeq; affectam non sanem,quî fit ut eundem non multo potius charissimum habeas,quum simili morbo liberarim? non gratias agas,tam a-
cerbis ereptus malis? At tu, quod quidẽ est ingratissimum, simul atq; ad te re-
disti,protinus in ius trahis:salute donatus,punis,& ad uetus recurris odiũ,ean- *Obiectio ingratitudinis.*
B dem recitas legem. Egregiã igitur mercedem persoluis arti, dignamq; pro re-
mediis refers gratiam,qui quidem aduersus medicũ tantùm sanus es. Vos autẽ. Iudices huic cõcedetis,ut de benemerito pœnas sumat? ut salutis auctorem ex-
pellat? ut eũ qui sanitati restituerit,oderit? ut per quem reuixit,ulciscatur? Haud profectò concedetis,si quidem quod æquum est,facietis. Etenim si maximum *A fictione.*
aliquod flagitium in præsentia cõmisissem, tamen superioris beneficii nomine non mediocriter mihi debebat:cuius respectu memoriáque conueniebat hunc præsentem iniuriã negligere, & ob illa priora facilè ignoscere: maximè si tam ingens sit beneficium,ut omnia superet quæ postea possint accidere. Quod e-
C quidem mihi in hũc cõpetere puto,quem seruaui, qui mihi totius uitæ debitor est:cui præstiti ut sit,ut sapiat,ut intelligat: præsertim cum cæteri omnes iã de-
sperarent, seq; morbo impares esse fatererentur. Nam & illud opinor ad meriti *Alia amplificatio à sua cõditione, & difficultate artis.*
mei cumulum accedit,quòd cum id tẽporis filius non essem,cũ nihil esset causs-
sæ quæ me cogeret curationem suscipere,uerùm cum liber essem,atq; alienus, à naturali caussa solutus,tamen haud dissimulaui,sed ultroneus,inuocatus,in-
iussus adii,succurri,adnisus sum,sanaui,restitui,meum ipsius patrem seruaui,de abdicatione me purgaui, iram beneuolentia sedaui, legem pietate sustuli, ma-
gnoq; beneficio reditum in familiam emi,atque in tempore adeò periculoso fi-
D dem erga patrem demõstraui,meq; ipsum artis auxilio insinuaui,ac tristibus in rebus legitimus filius apparui. Quàm multa enim me fuisse passum arbitramini, *Enumerat labores & molestias artis medicæ.*
quantum & exhausisse laborum,dum assideo,dum obseruio,dum opportuni-
tates capto,nunc cedens patris uehementiæ, nunc artem admouens, ad breue tempus concedente morbo? Est autem hoc omnium quæ sunt in arte medico-
rum,periculosissimum,huiusmodi medicari,ac propius accedere ad hos,qui ad eum sunt affecti modum. Fit enim non rarò,ut exæstuante malo,rabiẽ in pro-
ximos exerceant. Me tamen nihil horum piguit, neque grauatus sum, uerùm aderam modis omnibus cum morbo luctãs,postremò superaui pharmaco. Ne
E uerò quisquã hoc audito protinus apud se cogitet, Quis aut quãtus labor mi-
scere pharmacum? Etenim multa prius sunt facienda, præstruenda uia dando pharmaco, præparandum corpus, quò facilius recipiat medicationem, deq; o-
mni corporis habitu solicitus sit medicus oportet, inaniens, extenuans, cibis idoneis alens, mouens ad omne quod conducit, somnos accersendi rationes excogitans,solitudines arte reperiens. Quibus in rebus ægroti cæteri facilè pa-
reant: at qui laborant insania, ob animi libertatem intractabiles sunt, ac gu-
bernatu difficiles,ipsiq; medico periculosi,neque qui facilè cura expugnentur. Proinde sæpenumero cum effecerimus ut iam speremus proximè adesse mor-
bi finem,leue aliquod erratum incidens, renouato malo, cuncta illa superiora

facilè ſubuertit,curationē impedit,artem fallit. Eum igitur qui hæc omnia ſu- F
ſtinuerit,qui cum morbo tam graui ſit luctatus,qui malum malorum omnium
expugnatu difficillimum uicerit,huic ut iterum abdicet, permittetis, utq; leges
in benemeritū interpretetur ſuo arbitratu,concedetis,atq; eum cum ipſa natu-
*Alia amplificatio à natura & honeſtate.* ra bellum gerere ſinetis? Ego naturæ parēs,Iudices,patrem mihiipſi ſeruo, cu-
ſtodioq;,etiam ſi hic quidem iniuria me afficiat. Quòd ſi filiū benemeritum,le-
ges,ut ait,ſecutus,perdit,& à familia alienat: hic nimirum liberorum oſor erit:
ego pius in patrem. Ego naturam amplector, iſte naturam contemnit, fasq; &
ius uiolat. O patrem iniuſtè proſequentem odio. O filium iniuſtius amantem.
Nam mihiipſi uitio uerto,patre compellente, quòd odio habitus, eum præter G
cauſſam amo,& magis amo quàm oporteat. Atqui natura comparatum eſt, ut
patres liberos ament magis,quàm liberi parentes. Verùm hic ſtudio tum leges
contemnit,quæ filios nihil commeritos familiæ ſeruant: tum naturam,quæ pa-
rentes ad uehemens natorum deſiderium incitat. Non ſolùm enim cum plures
habeat in me beneuolētiæ cauſſas, maiorem,uti debebat,beneuolentiā nō ad-
iungit atq; addit,aut quod eſt minus,me ſaltem imitatur,meumq; æmulatur a-
morem: ſed ô calamitatem,quin inſuper odit amantem, charitate proſequentē
expellit,benemerentem lædit,complectentem abdicat,legesq; liberis fauentes,
ceu liberis infenſas,in me torquere conatur. O bellum,quod contra naturā le- H
gibus moues pater. Non ſunt iſta,nō ſunt inquam,quemadmodum tu uis. Le-
ges bene conditas,malè interpretaris pater. Non pugnat natura cū lege,in his
quæ ad beneuolentiā pertinent. Hic inter ſeſe conſentiunt,& altera utriq; au-
xilio eſt ad delendas iniurias. Cōtumelia afficis benemeritum, offendis naturā.
Cur legibus quoq; ſimul cum natura facis iniuriam? Quæ cum honeſtæ,iuſtæ,
liberorum amantes eſſe cupiant,non pateris eſſe: quippe quas aduerſus unum
filium tanquam aduerſus multos ſæpius tentes. Nec ſinis in ſuppliciis quietem
inuenire,quæ uelint in beneuolentia liberorū erga parētes cōquieſcere: quan-
*Alia à lege.* quā alioqui ne poſitas quidem aduerſus eos qui nihil peccarint. At ſanè leges I
ingratitudinis actionem concedunt in eos qui benemeritis nō retulerint gra-
tiam. At qui non ſolùm non refert gratiā,uerumetiā punire conatur ob ea ipſa
quibus adiutus eſt beneficio, conſiderate num quicquā facere poſſit iniquius.
*Tranſitio.* Itaq; non poſſe hūc iam abdicare denuo, qui paternam poteſtatē ſemel exple-
*III. Locus, Nullo iure ſe abdicari.* uerit,ac lege ſit uſus: præterea non eſſe æquū,eum qui tanta præſtiterit benefi-
cia,expellere,familiaq; exigere,ſatis opinor demonſtratum. Nunc autem ad i-
pſam abdicationis cauſſam ueniamus,& crimen cuiuſmodi ſit,expēdamus. Ac
rurſum ad mentem eius qui legem condidit,recurramus neceſſe eſt. Etenim ut
iſtud tibi donemus ad breue tēpus,licere quotieſcunq; uelis abdicare,utq; præ- K
terea poteſtatem iſtam tibi largiamur etiam aduerſus benemeritū,haud tamen
ſimpliciter opinor,neq; quibuslibet de cauſſis abdicabis. Neque hoc dicit legis
cōditor: Quicquid utcunq; criminatus fuerit pater,abdicato: ut ſatis ſit tantum
uoluiſſe queri. Nā ſi id eſſet,quid opus erat iudicio? Verū uos iſtud expendere
iubet Iudices, num grauibus ac iuſtis de cauſſis iraſcatur pater,nēcne. Hoc igi-
tur in præſentia conſiderate. Exordiar autem ab iis quæ protinus huius inſa-
*Ab anteacta uita.* niam ſunt conſecuta. Iam primum omniū quod fecit ſanæ menti redditus,illud
erat: Reſcidit abdicationem. Ego ſeruator,beneficus, breuiter omnia eram. In
his (niſi fallor) nihil adhuc eſſe poterat quod cū crimine uideretur eſſe cōiun-

ctum.

A ãum. Deinde quid eſt omnium quod accuſat? Quod obſequium, quam curam
filio dignam prætermiſi? Quando foris cubui? Quas intempeſtiuas potationes,
quas comeſſationes obiicis? Qui luxus? Quis leno pulſatus eſt? Quis accuſauit?
Nemo profectò. Atqui hæc ſunt ob quæ præcipuè lex permittit abdicare. Cæ-
terùm cœpit ægrotare nouerca. Quid iſtud mihi uertis crimini? morbîque pœ-
nam à me repoſcis? Non repoſco, inquit. Sed quid? Quòd eam curare iuſſus re-
cuſas, ob hoc dignus fueris qui abdiceris, quippe immorigerus patri. Aſt ego
quidem cuiuſmodi ſint iſta quæ iubet, in quibus quia non poſſim obſequi, ui-
deor immorigerus, pauliſper diſſeram. Sed illud prius in totũ dico. Neque lex *A qualitate cauſſæ.*
B huic concedit ut quiduis imperet, neque mihi neceſſe eſt in omnibus omnino
parêre. Quædam enim mandata ſunt huiuſmodi, ut ſi non parueris, non ſis ob-
noxius pœnæ. Quædam id genus, ut niſi obtẽperaris, ira ſupplicioq; ſis dignus:
ueluti ſi ægrotes ipſe, & ego non curem. Si quid rerũ domeſticarum curãdum
ſit, & ego negligam. Si quid rem ruſticam curandam mandes, atque ego recu-
ſem. Hæc omnia, atque id genus alia, probabiles adferunt cauſſas paternæ que-
relæ. Porrò cætera noſtri ſunt arbitrii, nẽpe quæ ad artes, & artium uſum per-
tinent: maximè ſi nulla in re fiat iniuria patri. Iam ſi cui pictori præcipiat pater, *A ſimili.*
Hæc pinge fili, illa nequaquam. Rurſum muſico, Hãc pulſa harmoniam, illam
C ne pulſa. Tum fabro ærario, Iſta cude, illa ne cude: num quiſquam hunc patie-
tur abdicare filium propterea quòd non ex ipſius arbitrio artem exerceat? Ne-
mo opinor. Atqui medendi ars quanto eſt honoratior, uitæq; conducibilior, *A conditione artis.*
tanto conuenit eſſe liberiores qui hac utuntur: ac iuſtum eſt ut ars aliquo gau-
deat priuilegio in exercendi facultate, ut neque cogatur uſquam, neque ferat
imperium, res ſacra, deorum doctrina, uirorum eruditorum cura: neque in ſer-
uitutem trahatur legis: neque timori pœniſque tribunalium, neque calculis ac
patris minis, & indocti hominis iræ ſit obnoxia. Proinde ſi tibi palàm ac ſimpli-
citer ad hunc modum reſpondiſſem, Nolo curare cum poſſim, ſed artem ſoli
D mihi didici, ac patri, cæteris omnibus imperitus eſſe uolo: quis eſt tyrannus uſ-
queadeo ferox, ut cogat etiam nolentem uti arte? Siquidem iſtiuſmodi officia
blanditiis precibusq;, ni fallor, non legibus, ira, iudiciis conuenit elicere. perſua-
dere medico oportet, non iubere, ut uelit, non ut metuat: neque ad ſanandum
adigendus eſt, ſed ultro ac lubens accedat oportet. Immunis à cõpulſione pa-
tris, immunis eſt ars ipſa, quandoquidem ciuitates quoque publicitus hono-
res, præeminentias, immunitates, priuilegia medicis tribuunt. Hæc igitur in ge-
nere poteram artis nomine reſpondere, etiam ſi tu me illam docuiſſes, ſi mul-
tum ſtudii, multum pecuniarum inſumpſiſſes ut diſcerem, & unam hanc cu-
E rationem, etiam ſi eiuſmodi eſſet ut præſtare poſſem, recuſaſſem. Nunc
illud cogita, quãm rem modis omnibus ingratam & iniquam facias, qui non
ſinas me à meipſo mihi partis liberè uti. Hanc ego artem tum cum non eſſem
filius tuus, perdidici, neque tuis ſubiectus legibus. Atque hanc tamen tibi didi- *A ſua perſona, & inſtrumento artis.*
ci. Huius fructum primus ſenſiſti, quum nihil adiumenti contuleris ad eius co-
gnitionem. Quem præceptorem mercede conduxiſti? Quem pharmacorũ ap-
paratum comparaſti? Nullum omnino. Verùm inops, ac rerum neceſſariarum
indigens, à præceptoribus mei miſertis ſum edoctus. Nã abs te patre huiuſmo-
di mihi dabatur ad diſcendum uiaticum, moleſtia, ſolitudo, egeſtas, familiarium
odium, cognatorum auerſatio. Pro iſtis itaque factis poſtulas uti arte mea, uisq;

earum rerum esse dominus, quas mihi paraui tum, cũ mihi non esses dominus. F
Boni consule, si quid antehac ultro, nullo prouocatus officio, bene de te sum
meritus, cũ nullo nomine ullam abs te gratiã possem reposcere. Cæterùm non
conuenit sanè, ut meum beneficium mihi in reliquum tẽpus pariat necessitatẽ: ut quod uolens beneficio iuui, uertatur in occasionẽ, ut postea nolenti præcipias: iamq; in cõsuetudinem trahatur, ut qui semel sanauerit aliquem, semper
*A consequentibus.* deinde curet omnes quoscunq; uoluerit is qui sanatus est. Etenim ad istũ modum fieret, ut quos curaremus, eos dominos nobis creauerimus, nosq; metipsos
illis tradiderimus, mercedis loco seruitutem accepturi, & ad omnia quæ iusserint, obtẽperaturi. qua re quid esse potest iniquius? Quoniam te grauiter adeò G
laborantem restitui, ob id existimas tibi ius esse arte utendi mea? Atq; hæc quidem dicere poteram, si mihi hic imperasset ea quæ meæ sint facultatis, atq; ego
non omnino modis omnibus uel inuitus obtẽperassem. At nunc tandem per-
*A qualitate rei imperatæ.* pendite cuiusmodi sint huius imperata. Quandoquidem, inquit, me laborantẽ
insania, sanasti: insanit autem & uxor, eodemq; tenetur morbo (sic enim opinatur) & à cæteris medicis ad eundem modum destituta est: tuq; potes omnia, id
quod re dẽmõstrasti: sanato hanc quoq;, ac morbo leuato. Id si quis simpliciter
ad hunc audiat modum, uehementer æquum uideatur, præsertim illiterato, artisq; medicinæ imperito. Sinautem me auscultetis artis nomine respõdentem, H
intelligetis nimirum nec omnia esse nostræ facultatis, neq; consimiles morborum naturas, nec eandem medendi rationem, nec eadem remedia in omnibus
efficacia. Ac tum palàm fiet, quantũ interfit, nolis quippiam, an non possis. Vos
*Locus cõmunis de natura et generemorborũ & medicinarum.* interim patienter auscultate me hisce de rebus philosophantem: existimantes
nec inelegantẽ fore, nec extra causſam, nec alienam à re, nec intempestiuam de
his disputationem. Iam primùm naturæ corporum ac temperaturæ, haudquaquam eædem sunt: tametsi maximè in confesso est, iisdem ex elementis constare. Verùm alia de his, alia de illis magis aut minus participãt: idq; loquor adhuc
de corporibus uirorum, quæ neque similia sunt omnibus, neq; eadem tempe- I
ratura, neq; eadem constitutione. Vnde necessariò consequitur, ut morbi quoque tum magnitudine tum specie differentes, his accidant: utq; alia sanatu sint
facilia, atq; ad curationẽ sponte propensa: alia rursum prorsus desperata, ut quæ
& facillimè corripiãtur, & grauissimè à morbis prehendantur. Proinde si quis
existimet, quamlibet febrim, aut quamuis tabem, aut peripneumoniam, aut insaniam, quolibet in corpore unam atque eandem esse genere: is non uideatur
ponendus inter sobrios, neque doctos, neq; inter eos qui in rebus huiusmodi
exquirendis elaborarunt. Quin idem malum in hoc corpore facilè sanabitur, in
hoc minimè: quemadmodum uidelicet triticum, si idem in diuersos eiicias a- K
gros, aliter proueniet in plano solo, profundo, irriguo, aprico, uẽtis salubribus
exposito, exculto, nimirũ ubere, læto, copiosoq; fructu: rursum aliter in montosa petricosaq; terra: aliter in opaca, aliter in subiecta mõtibus. In summa, pro
cuiusque loci diuersa natura, uariè proueniet. Itidẽ & morbi, pro ratione corporum in quæ inciderint, aut maiores & uberiores, aut minores eueniunt. Verùm his omissis pater, nec omnino discussa re, uult quãuis insaniam in quouis
corpore cõsimilem esse, similemq; desiderare curationem. Super hæc tam multa, muliebria corpora plurimum differre à uirorum corporibus, uel ad morbi
corruptionem, uel ad sanandi spem aut desperationem, facile fuerit cognosce-

re.

A re. Siquidem uirorum corpora bene compacta ſunt, neruoſa: laboribus, agitationibus, uita ſub dio acta, exercitata: contrà fœminarum, flaccida, malè compacta, in umbra alita: candida, ob ſanguinis inopiam, caloriſq; penuriam, & humoris ſuperuacanei abundantiam. Quare facilius corripiũtur, quàm uirorum: utpote morbis expoſita, nec ferentia curationem: præcipuè uerò ad inſaniam procliuiora. Nam cum multum habeant iracundiæ ac leuitatis, faciléque commoueantur, porrò corporis exiguæ ſint uires, facilè in hoc malum prolabuntur. Proinde non conuenit, in utriſque eandem à medicis ſanãdi rationem requirere: cum intelligatis, hæc ab illis longiſſimo diſtare interuallo, iam ab i-
B pſo protinus ortu diſcreta, tũ tota uitæ ratione, tum actionibus omnibus, tum ſtudiis atq; exercitiis uniuerſis. Quare cum dicis, Inſania laborat: adde hoc quoque: laborat mulier. Neque confundas hîc omnia, ſub unam & eandem inſaniæ referens appellationem: uerùm diſcretis iis, quemadmodum & natura diſcreuit, quid in quoque præſtari poſſit, conſidera. Nam nos, quemadmodum initio dixiſſe memini, illud in primis ſpectamus, ægroti corporis naturam, ac temperaturam, & cuius qualitatis magis ſit particeps, calidius an frigidius, uigens an ætate deficiens, magnum an puſillum, craſſum an macilentum: reliquaq; id genus omnia. Quæ ſi quis penitus expẽderit, is demum erit idoneus cui fides ha-
C beatur uel deſperanti, uel recipienti: quandoquidem & inſaniæ innumerabilia ſunt genera, & cauſæ cõplures: nec uocabula quidem eadem. Neque enim idem deſipere ac delirare, rabere & inſanire: uerùm hæc omnia nomina ſignificant magis aut minus obnoxium eſſe morbo. Porrò cauſæ aliæ ſunt uiris, aliæ fœminis. Rurſum inter ipſos uiros alię iuuenibus, aliæ ſenibus: puta iuuenibus immodica ferme repletio: ſenibus autem importuna calumnia, ira impotens, quæ ſæpenumero incidit aduerſus domeſticos. Hæc initiò perturbat animum: deinde paulatim uergit in inſaniam. Porrò mulierum corpora & multæ res infeſtant, & facilè in morbum adducunt: præcipuè uerò ſi quem oderint uehe-
D mentius, aut ſi inuideant inimico, ſecũdis rerum ſucceſſibus utenti: aut ſi quid moleſtum ſit, aut ſi cui ſuccenſeant. Hæc paulatim ſubgliſcẽtia, multóque alita tempore, tandem in inſaniam euadunt. Eiuſmodi rerum aliquid uxori quoque uſu uenit, pater: & haud ſcio an nuper aliquid illi ægritudinem aliquam attulerit. Nihil enim illa oderat, quãquam morbo ſanè tenetur, neque his malis ullius medici cura poterit eripi. Quod ſi quis alius ſe facturũ receperit, aut ſi quis eam liberarit: tum me oderis licet uelut iniurium. Tametſi ne illud quidem ue- *A periculo euẽtus, & perſona nouercæ.*
rebor dicere pater: Etiam ſi non prorſus eſſet, ut eſt, deſperandum: ſed adhuc aliqua ſalutis ſpes leuis oſtenderetur, nec ſic quidem facilè manum admouerẽ,
E neque ſtatim auderem miniſtrare potionem: uidelicet ueritus fortunã, ac multorum hominum obtrectationem. Vides ut omnes arbitrantur priuignos inuiſos eſſe nouercis omnibus, etiam ſi probæ fuerint: easq; hanc ceu communẽ quandam mulierum inſaniam inſanire. Quare facilè ſuſpicatus fuiſſet aliquis, ſi malum hoc ſecus eueniſſet, neq; profuiſſent remedia, perfidã ac doloſam fuiſſe curationem. Atque uxoris quidem res pater ad hunc ſeſe habent modum, idq; *Peroratio.*
loquor, quod prorſus exploratũ habeo: nunquam melius eſt habitura, etiam ſi millies biberit pharmacũ: eoq; non operæprecium conari: niſi me in hoc ſolum urges, ut fruſtrer, idq; uis, ut fœdam mihi famam accerſam. Patere ut mihi eiuſ- *Commonitio.*
dem artis profeſſores inuideant. Quòd ſi me rurſum abdicaris, ego quidem

etiã ſi ab omnibus deſerar,tamẽ tibi nihil imprecabor graue.Sed quid ſi (quod F
auertat Deus)redeat morbus:(ſolent iſtiuſmodi ferme mala irritata recurrere)
quid erit mihi faciũdum?Curabo,ut noſti,tum quoque,neque unquam defu-
turus ſum officio quod liberis natura præſcripſit: neque generis,quoad in me
fuerit,obliuiſcar. Deinde ſi reſipueris,num credere debeo futurum,ut me de-
nuo recipias,illud uide. Iam iſta quum facis,accerſis morbum,peſtemq; refricas.
heri ac nudiustertius è tantis elapſus malis, contendis,uociferaris:quodq; gra-
ἀάτῳ. uiſſimum eſt, iraſceris: ad odium propenſus es: leges reuocas. Hei mihi pater,
iſtiuſmodi fuerant ſuperioris inſaniæ tuæ proœmia.

G

## PHALARIS PRIMVS, Vincentio Obſopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Phalaris Agrigentinorum tyrannus fuit, cui faber quidam Perillus ſiue Perilaus, taurum æreum obtulit, ita factum,ut in eum homines damnati cõiecti ſuccenſo igne torrerentur,atq; inter cruciandum dum uociferarentur,mugitus boum ederent.Hunc taurum fingitur hic Delphos mittere,ut ibi in templo inter cætera donaria deo conſecraretur. Et quia apud omnes pro crudeliſſimo atque immaniſſimo idem habebatur, & ob id metuebat ne donum hoc Delphi,ut ab impio & nefario profectum, reiicerent, oratione hac contra famã hanc de ſe ſparſam,per Legatos ſeſe defendit.Oratio generis Iudicialis eſt,ſtatus qualitatis.Nam & tyrãnidem occupaſſe,& nocentes quoſdam puniſſe ſe fatetur, ſed id iure ac neceſſitate quadam factum oſtendit.* Exordium *à uoto incipit.Narratione conſilia & cauſſas ſuſceptæ tyrannidis, & quomodo eandem geſſerit,* H *poſtremò etiam qua neceſſitate ad ſupplicia ſumenda, & cuſtodiam corporis comparandam compulſus fuerit,exponit,quæ & ipſa confirmandi uicem habẽt.Poſt hæc autẽ Confirmatio ſequitur,qua ſe à crimine crudelitatis defendit,argumentis à ſimili,à legibus, & cauſſa, à ſignis & comparatione ſumptis, eleuando interim etiam tyranni nomen & inuidiam ab exemplis, & exaggerando neceſſitatem puniendi,ob multitudinem periculorum in dies in hoc genere ſuccreſcẽtium.Peracta cauſſa, ad commendationẽ muneris tranſit, quã à cauſsis & honeſtate dedicationis trahit. Peroratio ex perſona Legatorũ fit, quæ aſſeueratione dictorum,& ipſorum obteſtatione perficitur.*

Exordium à uoto.

MISIT nos huc Legatos,ô Delphi,princeps noſter Phalaris, taurum
hunc Apollini adducturos, ac uobis pauca quædam auditu non ini-
donea, cum ſuper duce noſtro, tum ſuper oblato munere uerba fa-
cturos.Itaque quorum gratia huc profecti uenimus,hæc ſunt. Cæte- I
rùm hæc uobis exponenda nobis in mandatis dedit. Ego,inquit,ô Delphi, ta-
lem de me apud omnes Græcos eſſe exiſtimationẽ,qualis ſum,at non qualẽ me
odio proſequentium,aut inuidorum mendax fama apud ignotos traduxit:præ
omnibus rebus permutatione facta amplecti uelim. Maximè uerò omnium a-
pud uos talem de me opinionem eſſe optarim,qui & cæteros uitæ ſanctimonia
antecellitis,& Pythii aſſeſſores eſtis,ac tantùm non Dei familiares atq; dome-
Ratio. ſtici. Etenim perſuaſiſſimũ habeo,ſi me uobis purgauero, atq; oſtẽdero fruſtra
crudelitatis ſuſpicionem de me incidiſſe, etiã aliis omnibus me per uos purga-
Atteſtatio qua fidem facit o- tum fore.Porrò autem ipſum Deum,eorum quæ dicturus ſum,teſtem inuoco, K
rationi. quem nullo modo poſſum decipere, aut falſo & ficto ſermone circunducere.
Fortaſſe enim hominibus imponere haud operoſum eſt:at deo uerba dare,ma-
Narratio qua uitã & actio- ximè uerò huic,id uerò nullo modo fieri poteſt. Cæterùm ego inter Acragã-
nes ſuas expo nit. tinos non ex obſcuris ſum maioribus, uerùm ſi quiſquam alius,ex illuſtri loco
natus,ac liberaliter educatus:tum ingenuis diſciplinis & artibus imbutus,urbi
memet populare exhibere non deſtiti: iis uerò qui mecũ in eadem uerſabãtur
Repub.æquum & modeſtum me præſtiti. Violentiæ autem,aut illatæ iniuriæ,
aut contumeliæ, aut præcipitati iudicii, nemo me unquam ſub prioribus uitæ
Cauſa & cõſi annis inſimulauit. Verùm cum argumentis non dubiis perſpicerem eos qui
diuerſam

A diuersam à me in administranda Repub. rationem sequebantur, uitæ meæ moliri insidias, ac omnibus modis mei è medio tollendi occasionẽ captare ac quærere, nostra uerò ciuitas seditionibus factiosis dissecta ferueret: unicum illud effugiũ in tantis rerũ difficultatibus, securitatemq; reperi, pariter & ciuitati tuendæ salutem, si occupato per uim principatu, illorum ferociam refrenarem, eosq; à struendarũ insidiarum studio sedatos retraherem, eademq; opera ciuitatẽ populariũ factionibus flagrantem, ad modestum & trãquillum statum adigerem. Et erant sanè non parum multi hoc meum institutum collaudantes uiri & modesti, & amantes Reipub. quibus & mea sententia, & instituti iam conatus ne-

*Iiũ occupatæ tyrannidis.*

B cessitas non fuit obscura. Horum itaque usus & opera & consilio, haud difficulter uoti compos reddebar. Ex illo itaque illi quidem nõ amplius rebus nouandis, aut turbis cõcitandis studẽtes, inter se discordãter dissidebant, sed iussis obtemperabant: ego uerò imperium obtinebam: ipsa autem ciuitas sua libertate carebat. Cæterũ cædes aut insectationes aut proscriptiones ne in eos quidem à quibus sæpenumero insidiosè petitus eram, usurpaui aut exercui. Atqui operæprecium audere eiusmodi, in tuendo principatus imperio potissimũ. Etenim humanitate, comitate, & mansuetudine, præterea ex honoris & dignitatis æqualitate mirificam in spem ueniebam, fore ut ad obediẽdum omnes pertra-

*Modus administrationis.*

C herẽtur. Statim igitur omni simultate deposita, cum inimicis in pristinã & gratiam & concordiam redii, ac illorũ plurimis & in dandis ineundisq; cõsiliis, & in conuersatione domestica utebar familiarissimè. Porrò cum ipsam urbẽ animaduerterem magistratuum negligentia atque incuria corruptã, multa furantium, aut potius communes ciuitatis opes rapiẽtium: & aquæductus reparaui, & ædificiorum sumptuosis extructionibus exornaui, ac muro circunducto firmaui: prouentúsque, quotquot magistratuum cura communes erant, accessione non modica cumulaui: iuuentutis rectè educandæ impendiò magnã curam habui: senes peculiari reuerẽtia prosequebar. Populum uerò spectaculis ac lar-

D gitionibus, præterea solennitatibus atque epulis publicis mihi deuinctum detinui. Virginum uerò contumelios as corruptiones, aut epheborum stupra abominanda & nefaria, aut iniurios as satellitum immissiones, aut cõminationes tyrannicas ita auersabar, ut ne audire quidem fas putarem. Iam uerò de dimitten-

*Consilium deponẽdæ tyrãnidis per insidiatores euersum.*

do quoque imperio, principatuq; deponendo mecum inito consilio deliberabam, si quo modo tranquillè atque securè à curarũ fluctibus liberatus quiescerem. Etenim principem agere, ac res omnes ut rectè fierent administrare, prouinciam grauem ac odiosam esse existimabam, & rem non sine inuidia laboriosam. Sedenim ne posthac tali administratione egeret ciuitas, in ea cogitatio-

E ne susceptа adhuc uersabar, ac iam olim ea animo cogitabũdo quærebã. Porrò autem ciues mei concitata seditione iam aduersus me insurrexerant, déque struendarum insidiarũ ratione, faciendaq; defectione deliberabant. Quin etiam clandestinis conspirationibus iam coniurauerant, armaque collegerant, pecunias priuatis impensis comportauerant, ciuitates finitimas ad ferendum missis copiis auxilium accersiuerant, iamq; in Græciam ad Lacedæmonios atq; Athenienses legatos petitum subsidium miserant. Quorum autem criminum reum me facturi essent, iam illis deliberatum erat, tum quemadmodum ad mortem memetipsum mihi conscisc endã adacturi forent, atrociter cõminabantur. Præterea quæ supplicia excogitabant his qui publicè puniendi forẽt, occultè non

tulerunt. Atenim quòd nihil tale,præter illorum ſpem atque ſententiam,per- F
peſſus ſim, diis immortalibus acceptũ refero,quorum opera mihi detectæ ſunt
inſidiæ. Omniũ uerò maximè Pythio,cuius beneficio & inſomnia mihi oſten-
ſa ſunt,illique miſſi quorũ indicio ſingula cognoui,atque ſagaciter deprehen-
*Cõmunicatio, qua æquitatẽ facti ſui colligit ex cauſis. I.* di. Ego uerò hoc loco uos ô Delphi, in hoc ipſo metu quem nũc ipſa oratio-
ne quàm acerbus fuerit,facilè ſentitis,uolo ſuper his quæ tunc acta ſunt,conſi-
lium mihi detis,quo tempore nulla munitus cuſtodia ferme captus,rebus diffi-
cillimis urgẽtibus ſalutem quærebam. Proinde pauliſper animo ſaltem ſuſce-
pta Acragantẽ uerſus peregrinatione ad me,uiſiſq; illorum apparatibus,ac mi-
nis auditis,dicite quidnã faciendum ſit. Humanitaténe erga illos amplius uten- G
dum eſt, conceſſaq; impunitate, perditorum ciuium malignitati & nefariis co-
natibus parcendum, & diſſimulanter ferendũ ſcelus illorum eſt, tametſi mihi
actutũ extrema perpetienda forent? Magis autẽ cõueniebat,ut nudus à cruen-
tis ciuibus miſeram cædem ſuſtinerem,eosq; qui mihi fuerunt chariſſimi,coràm
crudeliter peremptos perire cernerem? An uerò talia hominis fuiſſent nimium
inſenſati,ſed conſentaneum erat generoſiori,uiroq; digniore cogitatione ani-
mo concepta, hominiſque prudentis, & iniuria affecti,iracundia ſuſcepta illos
proſequi: mihi uerò ipſe è præſentibus periculis emerſo,in poſterum ſecurita-
*Ex circunſtãtijs. II.* tem præpararem? Hæc ſat ſcio mihi faciẽda ſuaſiſſetis. Quid ergo ego poſt hæc H
feci, qui accerſitis reis atque noxiis, & conceſſa illis fandi atque reſpondendi
copia, & adductis argumentis, ſinguliſque diligẽter & accuratè exploratis at-
que cõuictis,poſteaquam nihil amplius inficiari poterant, meritũ de illis ſum-
pſi ſupplicium, uehementer excandeſcens, non quòd mihi perniciem machi-
nati fuerant, ſed quòd in illo propoſito me permanere non ſiuiſſent,quod ab
*Propoſitio.* initio proſequendum mihi cõſtitueram? Et iam ab illo tempore me ipſe comi-
tatu ſatellitum ſtipatum cuſtodire non deſino, atque ex illis quotquot ex oc-
culto inſidioſè me petiuerint,ſupplicio afficere pergo. Deinde homines crude-
*Confirmatio.* litatis me accuſant, non ualde reputantes ab utro noſtrum primum huius mali I
initium ſubintroductũ ſit:ea quæ in medio euenere, & quam ob rem de ciui-
bus nefariis ſumptum ſit ſupplicium,negligenter complectentes. pœnas tamen
ſceleratis ciuibus irrogatas,in crimen uocant,easq; quæ ſibi in illis excruciandis
*A ſimili. I.* committi uiſæ ſunt crudelitates. Non diſſimile factum,ſi quis apud uos ſacrile-
gum quendã præcipitio mulctatum uidiſſet, cæterùm quæ nefariè deſignaſſet,
non reputaret, quemadmodũ noctu in templũ ingreſſus,ſublatis furtim pre-
cioſiſſimis quibuſque donariis,fanum religioſiſſimum impiè depeculatus eſſet,
ac etiã ſtatuis manus ſceleratas admouiſſet, magnæ tandẽ crudelitatis uos ac-
cuſaret,quòd cũ & Græci & ſancti eſſe perhibeamini,ſupplicio affeciſſetis ho- K
minem græcum prope templũ. Etenim non ita procul ab urbe fertur eſſe pe-
tra huic deſtinata ſupplicio. At uos,ut opinor, eiuſmodi hominis ſtoliditatẽ ri-
ſu proſequuturi eſſetis,ſi quis hæc aduerſus uos dicere auderet:alii autẽ omnes
*Locus pro tyranno.* ueſtrã aduerſus impios maleficos crudelitatem collaudabunt. In ſumma,popu-
li nõ perpendentes qualiſnam ille ſit qui rebus imperio præeſt, ſiue iuſtus,ſiue
iniuſtus,ſimpliciter ipſum nomen tyrannidis proſequuntur odio,ipſiq; tyrãno
extremè infenſi ſunt: & tametſi Aeacus aut Minos aut Rhadamãthus princi-
patum geſſerit,omnes tamen ex æquo è medio tollere approperãt,malos illo-
rũ ante oculos ſibi proponentes, bonos uerô communi accuſationi innocẽter

obnoxios

A obnoxios eodem odio cõplectentes. Cæterùm audio apud uos quoq; in Græ- *Ab exemplo.*
cia multos fuiſſe tyrãnos ſapiẽtes, qni ſub hoc uitioſo (ut uidetur) nomine cõ-
modos & mãſuetos omnibus ſeſe utendos præbuerint: è quorũ numero non-
nullorum orationes quoque breues & ſuccinctæ in delubro ueſtro unà cũ ſta-
tuis ac muneribus Pythio repoſitæ continẽtur. Reſpicite autem ad legum ſcri- II.
ptores etiam irrogandarũ pœnarum rationi & conſuetudini plurimũ tribuen- *A legibus & cauſſa.*
tes, quaſi cæterarum rerum nulla expectanda ſit utilitas, niſi metus malefactori-
bus eſſet propoſitus, ac certa ſpes conſtituta luendi pro flagitiis ſupplicii. Cæ- *Tyrannorum*
terùm nobis tyrãnis in hoc longè maior impoſita eſt neceſſitas, qui cæteris ne- *pericula am-*
*plificat ſimi-*
B ceſſariò præſumus, quiq; communem cum nobis odioſe inuidentibus tum ne- *litudine.*
cem machinantibus conſuetudinem agimus, ubi ne perſonati quidem ullã ſe-
curitatis utilitatẽ ſentimus, ſed omnis noſtra res perinde ut fabula quæ de Hy-
dra fertur, ſe habet. Quanto enim plures præciderimus, tanto plures nobis pu-
niendi occaſiones ſuppullulãt. Eſt autem operæprecium ut iſta feramus, ac ca-
pita ſubinde recreſcentia ſemper recidamus, & per Iouem iuxta Iolai inſtitu-
tum igne quoque abſumamus, ſi ſalui rerũ potiri cupimus. Etenim eũ qui ne-
ceſſitate coactus ſemel in hæc inciderit, & ipſum materiæ non diſſimilẽ eſſe ne-
ceſſe eſt, aut ſceleratis ciuibus parcentem, perire funditus. In ſumma, quem pu-
C tatis uſqueadeo mentis eſſe agreſtis, efferateq; immanitatis hominem, cui uolu-
ptati ſit alios flagellis cædere aut cruciatorũ audire gemitus, aut cædes & car-
nificinas ſpectare, niſi uehementem infligendarum pœnarum cauſſam haberet?
Quoties igitur dum alii flagris cæderentur, lachrymatus ſum? Quoties autem III.
meam ipſius fortunã lugere ac deplorare cogor, grauius ego ſuppliciũ & diu- *A ſignis.*
» turnius ſufferens? Etenim uiro natura bono, neceſſitate autem ſæuo & amaru- *γνώμη.*
» lento, multo durius eſt de aliis ſumere, quàm de ſe ſumi ſupplicium. Si uerò li-
» berè quod ſentio proferendum eſt, ego profectò, ſi mihi daretur optio, utrum
» uelim nonnullos innocenter punire, an me ipſum potius mortem oppetere:
D planè perſuaſum habete, quòd nihil cunctatus mori potius eligerem, quàm ho-
» mines nihil mali præter æquum cõmeritos, ſupplicio afficere. Dixerit uerò ali-
quis, Præoptas potius ô Phalari, ipſe iniuſtè interire, quàm iuſtis ex cauſſis pœ-
na affligere inſidiatores? Velim profectò hoc. Rurſus enim uos Delphos in cõ *Cõmunicatio.*
ſilium uoco, utrum præſtabilius eſſe putatis, iniuſta morte oppetere, an iniuſtè
ſeruare eum qui exitium machinatus ſit? Nemo, ut opinor, adeò uecors eſt, &
egens animi, qui non uiuere potius præeligat, quàm ſeruatis hoſtibus interire.
Et quótnam ego ex iis qui manus mihi admouere conati ſunt, ſeruaui, (quo- *Clementiæ*
rum de numero eſt Acãthus ille cum Timocrate & Leogora) ueteris quæ mihi *exempla.*
E cum illis fuit conſuetudinis & amicitiæ recordatus? Cæterùm ſi ita ueſter fert
animus, atque adeò uobis cordi eſt meos mores noſſe propius, eos qui in Acra-
ganta frequenter commeãt hoſpites interrogate, cuiuſmodi ego me erga illos
gerere ſoleam, aut oſtẽdere, & num humanum & liberalem me præbeam acce-
dentibus, qui exploratores etiam in portis conſtitutos habeo, neque non au- IIII.
ditores, quinam & unde nauigarint, ut certior factus, pro dignitate honorem *A ſignis aliud*
habens dimittã illos. Nonnulli quoque ſtudioſe & ſua ſponte me uiſunt, Græ-
corum quidem ſapientiſſimi, neque noſtram conuerſationem reſpuũt aut ſub-
terfugiũt: quemadmodum nuper ſapiens ille Pythagoras ad me uenit, cũ lon-
gè alia de fama mea inaudiſſet. Poſtea uerò quàm omnia ſecus ſe habere com-

perit,discessit collaudás me insscitiæ,ob crudelitatẽ uerò necessariò mihi exer- F
v. cendam mei misereſcens. Postremò putatís ne eum qui erga peregrinos tã humano affectus est animo, aduersus domesticos tantam exercere iniustitiam,nisi
A minori. Epilogus. præter modũ iniuria afficeretur? Hæc ferè sunt quibus me uobis abunde purgatũ esse opinor,uera profectò & iusta,ac multo magis laude,ut ego mihi persuadeo,quàm odio digna. Sedenim de missо donario iam tempus est ut audiatis undénam & qua ratione taurum hunc possederim, statuarii opera non locata. Neque enim tam dementis sum animi, ut tales possessiones mihi desiderandas esse putẽ. Sed erat quidam Perilaus nostratis gẽtis homo, egregius quidem & ingenioſus artifex,cæterũ natura malus & improbus. Ille tota uia cum G
Transitio. Commendatio donarij. â sententia mea aberrasset, putauit se mihi rem admodum gratam facturum, si nouum quoddam supplicii genus excogitasset,quasi præ omnibus rebus præcipuã in sumendis suppliciis uoluptatem cupientissimè caperem. Iã uerò boue fabricato, ad me uenit ferens illum, aspectu sanè pulcherrimum, atque accuratissimè ad ueri bouis imaginem expressum. Tantùm illi motus & mugitus deerant,quò minus uiuus esse putaretur. Viso autem illo,statim exclamabam:Dignum munus Pythio. mittẽdus est hic taurus Apollini. Porrò Perilaus assistẽs, Quid si,inquit, sapientiã quæ in illo est,perdisceres, ac usum cui præbẽdo formatus est? Eum dicto taurum per dorsum aperuit. Si quem,inquit,cruciati- H
bus torquere uolueris,cõiecto illo in machinam,ac dorso iterum cõclusо, hasce tibias naribus bouis admotas accommoda: ignem autem succendere iubeas: ac ille quidem inclusus plorabit uociferabiturq; inusitatis & ineffugilibus detentus doloribus, cæterùm uociferatio per tibias cantum tibi absoluet nimium stridulum, & lugubre quiddam modulabitur : quinetiam insuper mugitus ciebit tristissimos,ita ut ille inter modulandum tormẽtis crucietur,tu uerò singulari uoluptate afficiaris. Porrò ego his auditis crudelem machinam extremè auersatus sum,& immanem illam instrumenti indolem prorsus respui,conueniensq; & debitum illi supplicium imposui. Et age,inquam,ô Perilaẽ,ne uana I
uideatur esse tua promissio,ipse nobis in taurum ingressus, ueram artis tuæ industriam comprobato,ac uociferantes imitare,ut certò cognoscam nũ ea quæ iactas carmina per tibias cãtata exaudiantur. Perilaus nihil cunctatus his dictis promptè obtemperat. Ego autem,postquã ingressus est,cõcluso tauro,ignem iussi succendere. Recipe,dixi,debitum arti tuæ tam admirandæ prẽmiũ,ut magister musices ipse primus omniũ canas. Ac ille enimuero iustissima passus est, sua ipsius excellenti fruens industria. Porrò autem ego uiuentẽ,& adhuc fæmiuiuum spirantem iussi eximere, ne si immoreretur, nece sua opus contaminatum impiaret:illum inhumatum per scopulos præcipitari imperaui. Taurũ ue- K
rò piaculis mundatum,deo dedicandum legaui, omnemq; de illo historiã iussi adscribere,dedicantis mei nomen,Perilaum artificem, illius immanem sententiam,meam in puniendis maleficis æquitatem, conueniens supplicium,primos artificis concentus & modulationes, præterea primam musices experientiam. Vos autem Delphi iustè facietis, si pro me unà cum legatis sacra feceritis, taurumq; deo in eleganti delubro dedicaueritis,ut omnibus perspicuum fiat quo ego aduersus criminosos sim animo, tum qua acerbitate ulcisci soleã superuacuas illorum ad perpetrandam malitiam cupiditates. Itaque hoc ipso solo facto satis superq; quibus moribus præditus sim, manifestatum est, Perilao suppliciis

affecto,

A affecto,ac tauro dedicato,neque amplius ad aliorum torquendorum muſicam
reſeruato, quē nihil aliud modulatum eſſe pro certo affirmo, præterquam ſo-
los mugitus artificis:quodq; in ſolo ipſo artis periculum fecerim,ac ſtatim bar-
barā illam & inhumanā muſicam compeſcuerim. Atque hæc quidem in præ-
ſens deo offerre libuit. Dedicabo uerò illi & alia ſæpenumero,ubi tātum illius
munificentia conſecutus fuero,ut amplius pœnarū acerbitate erga noxios non
egeam. Hæc equidē, ô Delphi,quemadmodum à Phalaride facta ſunt,ſingu- *Peroratio ex*
la quamueriſſimè percenſuimus.Iuſti uerò utique habendi ſimus, ſi fidem uo- *perſona lega-*
bis facientes,ueritatis teſtimonium illi præſtiterimus, quippe qui harum rerum *torum.*
B non imprudentes,nullam nunc mentiendi occaſionem aut cauſſam habeamus.
Quòd ſi quoque neceſſe eſt pro uiro nos eſſe ſupplices, quē falſo multi ſuſpi-
cantur eſſe improbum, quippe qui inuitus & coactus in malos animaduertit:
ſupplicamus uobis nos Acragātini,qui & Græci ſumus, & ex antiquo Dores,
complectamini humanitate ueſtra uirum amicitiam uobiſcum iungere cupien-
tem,ac eum qui multum & publicè & priuatim unicuique ueſtrum benefacere
& prodeſſe ſtudeat. Aſſumite igitur uos ipſi taurum,deoq; dedicatum offer-
te,ac pro Acragante ipſiusq; Phalaridis ſalute precantes, uota facite. Et nolite
nos infecta legatione dimittere,ne & illum contumelia afficiatis,eademq; ope-
C ra deum elegantiſſimo iuxtà ac iuſtiſſimo munere priuetis.

## PHALARIS SECVNDVS, Vincentio Obſopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Declamatio breuis,ſed arguta eſt,qua ex* Delphicis *ſacerdotibus quidam ſuadere fingitur,quò donū* Pha-
*laridis,de quo in ſuperiore oratione agitur,in templum recipiatur,ac deo conſecretur.* Genus *cauſſæ delibera-*
*tiuum eſt,* Status negocialis. *Exordium habet denſum,ut in quo una ferè periodo & ſuſpiciones eas quibus*
*fauore aliquo adductus aut aliàs corruptus ad ſuadēdum acceſsiſſe uideri poterat,à ſe remouet,& ſola be-*
*neuolentia,ſtudioq; communis utilitatis ad dicendum ſe progreſſum eſſe docet : deinde & dociles & atten-*
*tos eadem breuitate facit.* Poſt Exordium Propoſitio *ſequitur.* Hanc *confirmat primùm ex locis honeſta-*
D *tis, oſtendens impium ac propè ſacrilegum fore, ſi donum hoc à templo excludatur : neque enim quenquam*
*poſthac quicquam oblaturum eſſe, & deum ſuis ſacris ac debito cultu priuatum iri.* Deinde *contra uolunta-*
*tem ipſius dei eſſe, ut qui certis indicijs ac ſignis declarārit gratam iſtam legationem ſibi eſſe.* Hinc *quod de*
*crudelitate tyranni obijciebatur,diluit,confutatis teſtimonijs à conditione perſonæ,& incertitudine:& con-*
*trà ab officio admonet,ut ſacra magis procurent, & deo operentur potius,quàm iudicijs uacent.* Poſt *hæc ad*
*locum utilitatis tranſit, docetq; contra communem utilitatem fore,ſi dona excludantur.* Nam *ex his omnem*
*prouentum eſſe* Delphorum,& *omnem item famam & gloriam.* Denique *nullo ueterum exemplo hoc fieri.*
*Et ſi maximè in deliberationem hanc rem uocare uelint, officio eos uti debere iuſtè ac liberè iudicantiū, non*
*ex affectu aliquo rem æſtimare.* Peroratio,*repetitione argumentorum, cum admonitione eorum incommodo-*
*rum quæ ex hac re conſecutura ſint,& quòd nihil temere innouandum ſit,perficitur.*

E  VVM antehac nulla mihi,ô uiri Delphi, neque cum Acragantinis *Captat bene-*
ciuibus hoſpitalitas interceſſiſſet, neque cum ipſo Phalaride priua- *uolentiam à re-*
tim ulla domeſticæ familiaritatis contracta eſſet ſocietas, neq; aliam *motione ſuſpi-*
haberem erga illum aut peculiarem cauſſam ſociandæ beneuolentiæ, aut olim *cionis, & uo-*
iungendæ cum illo amicitiæ ſpem, tantùm uerò miſſos ab eo legatos audierim *luntate erga*
æqua & modeſta perorantes,callideq; proſpicerē & quid piè à uobis fieri poſ- *remp. ſua.*
ſit,& quid publicæ utilitati conducibile foret,cū primis uerò quid Delphis nō
indecorum factu futurum eſſet: ſurrexi in medium oratione mea uos cohorta-
turus,ne & uirum principem,& piè agentem,cōtumelia temere afficeretis,ne-
que munus ipſum, quod deo iam deſtinatum eſt, à uobis alienaretis : præſertim *Attentio.*

trium maximarum rerum perpetuô monimentum futurum, artis præſtantiſſi- F
*Propoſitio.* mæ, cogitationis crudeliſſimæ, & iuſti ſupplicii. Itaque ego, quòd & in incerto habetis quid hac de re ſtatuendum ſit, quódque magiſtratus deliberandum uobis propoſuerint, num munus ſuſcipiendum, an iterum retro ablegandum ſit,
*Confirmatio.* parum religioſum eſſe arbitror. Multo autem potius impietati nullũ modum
I. relinquetis, neque enim aliud hæc res erit, quàm nefarium ſacrilegium, quod
*A pietate & religione.* turpitudine ſua omnia longè latéque excedit flagitia. Nec minus impium erit factu, Deo donaria dedicare uolentibus, ne facultatem quidem offerendorum munerum concedere, quàm ea quæ deus iam oblata poſſidet, depeculari. Precor autem uos, cum & ego unus ſim è Delphorum numero, ac ex æquo publi- G
cæ gloriæ particeps, ſi cõſeruata fuerit, tum diuerſæ opinioni obnoxius, ſi quid in præſens aduerſus exiſtimationem noſtram perperã admiſſum fuerit, ne templum obſeretis piis & religioſis hominibus, neque ciuitatem noſtram omnium mortalium contumeliæ atque calumniis traducendam obiiciatis, quaſi ea quæ Deo offerenda mittuntur, ſycophantiis illudentem, calculiſque & iudicio do-
*Amplificatio ex cõſequentibus.* naria dedicantes rectificantem. Siquidẽ nemo quicquam poſthac muneris of-
II. ferre audebit, certior factus, Deum nulla beneuolẽtia ſuſcepturum, quod prius
*A uoluntate dei, quam ex ſignis probat.* Delphis non uiſum ſit probabile. Proinde Pythius iam antè non iniquam de miſſo donario tulit ſentẽtiam. Si enim aut Phalarim odio haberet, aut eius mu- H
nus contemptim auerſaretur, facile ac promptum illi fuerat illud unà cum naui oneraria qua allatum eſt, in mediis Ionii maris fluctibus ſubmergere. Iam uerò ille à ueſtra ſententia longè latéque diſſentit, cum & ſereno cœlo illis Ionium traiicere præſtitit (quemadmodum ipſi teſtificantur) ac ſaluos in Cirram uſque pertulit: quo facto ſatis manifeſtum eſt monarchæ pietatem ſibi non improbari. Oportet autem & uos diuinæ ſententiæ adiectis calculis, & hunc taurum reliquis templi ornamentis adiungere: quandoquidem haud dubiè res foret o-
*Amplificatio ab abſurdo.* mnium abſurdiſſima, ſi quis adeò magnifico & excellenti munere huc miſſo, ueſtris calculis ab ingreſſu templi arceretur, ac præmiũ impietatis auferret, ui- I
*Obiectioni teſtium occurrit à qualitate perſonarum.* delicet indignus iudicatus qui donũ offerret Apollini. Cæterùm ille cuius diuerſa eſt à me ſententia, quemadmodũ ex Acragante huc delatus nauigio, cædes quaſpiã, & iniurias, & rapinas, & deprædationes à tyranno factas ſuſtinuit, nimiũ tragica uociferatione extulit, dicens propemodum omnia ſibi coràm uiſa eſſe oculis, quem non ignoramus ne ad portum quidem uſque peregre profectum eſſe. Non autem diſſentaneum eſt talia ne iis quidem omnino credere, qui iſta ſe perpeſſos eſſe commemorant. Etenim nobis obſcurum eſt num uera prædicent, ne quo modo eos de quibus nihil certi nobis compertum eſt, in-
*A locorum diſtantia & proprio officio.* iuſtè ſceleris accuſemus. Quòd ſi tale quippiam in Sicilia quoque peractum K
eſt, quid hac de re Delphos ſolicitè curioſos eſſe attinet, niſi pro ſacerdotũ officio, iudicum partes nobis præpoſterè uendicemus? Et iam nobis ſacrificãdum erat, atq; cæteris omnibus deus colendus: ac ſi quis miſiſſet donaria, ea dedicare
III. noſtri fuerat officii. Nũc hic expendẽtes ſedemus, ſi qui ex illis qui trans Ioniũ
*Ab inutili, ex circunſtantijs, loco & effectu ſacrorum templique.* continentẽ incolunt, legitimè an ſecus adminiſtrent imperia. Atq; aliorũ quidẽ res prout ipſi uoluerint, ſe habeant: porrò nobis perneceſſariũ eſſe opinor, ne noſtra ipſorũ nobis ignota ſint, tum qui olim rerum noſtrarum ſtatus fuerit, & quo modo nunc in præſens eædẽ ſe habeãt, & quid magis ex uſu noſtro ſit facere. Nã quôd in præcipitiis & arduis cautibus habitemus, ac ſteriles petras co-

lere

A lere ſoleamus, Homerus monitor nobis non eſt expectãdus, qui nobis hæc palàm faciat, ſed iſta coràm ipſi oculis intuemur: tum quantũ ſemper in terra uerſemur, cui portus ſit profundus, haud obſcurè animaduertimus. Cęterùm templum ipſum, & Pythius, & oraculũ, tũ ſacrificãtes, & pietatis operibus ſeruientes, ii ſunt Delphorum campi, ii prouentus, inde abundantia, inde commeatus nobis abunde & affatim offunditur. Par enim eſt, ut apud uos quod uerum mihi uidetur, tacitum nõ habeam, aut diſſimulanter præteream, & quod à poëtis dicitur, citra ſementem, citraq; orationem nobis omnia proueniũt, dei agricolæ opera: qui non ſolùm ea quæ apud alios bona naſcuntur, nobis ampliter &
B cumulatè exhibet, ſed ſi quid precioſi aut rari apud Phryges eſt, aut Lydos, aut Perſas, aut Aſſyrios, aut Phœnices, aut Italos, aut apud ipſos deniq; Hyperboreos, omnia certatim ad Delphos perferuntur. Ac nos ſecundo loco poſt deum ab omnibus mirificè colimur, parataq; rerum copia affluẽtes felicem uitam agimus. Sed hæc iam olim uobis ignota non ſunt. Quod autẽ ad præſentem deliberationem attinet, danda eſt nobis opera, ut in hoc uitæ ſemel inſtitutæ tuendo propoſito cõſtanter perſeueremus. Nullus, ut mea fert opinio, memoria tenet, ullo tempore de quoquam donario apud nos latam eſſe ſententiam, neque quenquam à ſacrificando aut donario dedicãdo fuiſſe excluſum aut prohibitũ:
C eamq; ob cauſam opinor delubrũ Apollinis tantopere auctum eſſe, in tantum, ut iam ſupra modum abundet muneribus. Oportet itaq; neq; in præſens quicquam temere innouare, neque aliquid præter morem patrium conſtituere. Sed nec amoris reſpectu iudicanda ſunt nobis donaria, nec generis ratione ea quæ mittuntur, æſtimanda, undé nam, aut à quo, aut cuiuſmodi ſint quæ huc legantur. Suſcepta autem munera nulla curioſitate delubro ſacranda ſunt, ac ambabus manibus per nos inſeruiendum eſt cũ deo, tum pietatis gratia huc uenientibus. Videmini uerò mihi, ô uiri Delphi, ſuper rebus quas in præſentia deliberationi expendendas ſubieciſtis, cõſultiſſimè facturi, ſi primùm omniũ eam co-
D gitationem ſuſceperitis, de qualibúsnam ac quãtis rebus conſiliũ ineatis. Principiò enim ſuper deo ipſo ac templo, tum ſacrificiis atque donariis, ſuper ritibus ac moribus antiquis, ſimul atq; legibus uetuſtis, ac gloria uaticinii: exinde ſuper uniuerſa ciuitate, ac rebus priuatim & publicè omnibus Delphis conducentibus. Præter hæc omnia conſultantes non contemnendũ in diſcrimen uenietis apud omnes homines aut fruendæ gloriæ, aut tolerãdæ infamiæ. His profectò nihil maius (ſi quidem rationis compotes eſtis) aut perinde neceſſariũ eſſe exiſtimabitis. De quibus igitur in præſens conſultamus, hæc ſunt, non equidẽ ſolùm Phalaris, neque taurus ille, neque æs tantùm, ſed omnes reges ac princi-
E pes, quotquot nunc templi utuntur opera. Præterea aurum, argẽtum, & quæcunque alia precioſa multa ac ſæpenumero deo dedicanda ueniunt. Primùm enim iuxta dei conſilium expendere cõuenit. Cuius ergo rei gratia, nõ ut ſemper nobis moris fuit, neque ut iam olim cõſueuimus, de dedicandis muneribus faciemus? Aut quid in antiquis conſtitutionibus cenſoria nota reprehendẽtes, rebus nouis ſtudemus? Et quod nũquam ex quo hãc urbem incolimus, ac Pythius interrogatus reddidit oracula, & tripos loquitur, & ipſa ſacerdos diuino afflatur numine, fecimus, nunc faciendum conſtituemus, iudicãtes uidelicet ac expendẽtes eos qui huc miſſitant munera. Quin potius illud apud animũ ueſtrum cogitatis ex priſco illo more & inſtituto, quo munerum offerendorum

IIII. *A nouitate rei, & quòd contra ueterũ exempla fiat.*

V. *Ab officio iudicantium.*

*Peroratio, qua & capita argumẽtorũ repetit, & Delphos admonet, ne quid temere innouẽt, ſed potius cõmunem utilitatem cõſiderent.*

facultas intercluſa fuit nemini,quantis bonis templum auctum & cumulatum F
ſiet, omnibus offerentibus, ac quibuſuis pro ſubſtantiæ ſuæ modulo donariis deum cumulãtibus. Quòd ſi nobis ipſi iudicum & cenſorum prouinciã ſumemus miſſorum huc munerum,uereor ne citò eorũ qui nobis probandi aut expendẽdi ſunt, penuria laboremus,nemine ſcilicet ſufferẽte ſemetipſum reũ obiectare iudicio,& in hoc ipſum impenſas & ſumptus facientẽ,ut iudicetur,deq; omnibus in periculum ueniat. Aut cui humaniter patiẽdum exiſtimatis, ſi donariorum dedicandorum libertate indignus eſſe iudicabitur?

## ALEXANDER, SEV PSEVDOMANTIS, Eraſ. Roterod. interp.

G

### ARGVMENTVM.

*Hiſtorica narratio eſt, uitam & res Alexandri cuiuſdam impoſtoris, qui ſe Podalirij filium faciebat, & pro uate uenditabat, exponens,lectu iucundiſſima, non per ſe modò, uerumetiam quòd ſub huius præſtigiatoris exemplo, aliorum atque ſimilium, quorum nonnullos ſuperior ætas quoque tulit , ſcelera atque impoſturæ deprehendi coarguique poſſunt. Proœmio difficultatem ſuſcepti operis collatione quadam amplificat, inſtitutumque ſuum exemplo defendit. Hinc ad Narrationem deſcendens, à deſcriptione perſonæ orditur. Cætera plana ſunt.*

TV quidem chariſſime Celſe, leuem fortè quandam ac facilẽ prouinciam tibi mandare uideris, cum iniungis ut Alexãdri Abonotichitæ impoſtoris uitam,commenta,neque non audaciam præſti- H
giasq; libro cõplexus,uolumen ad te tranſmittam. Verùm ſi quis ea conetur omnia ad plenũ enarrare,id profectò nõ minoris ſit negocii, quàm Alexãdri eius cui Philippus fuit pater,res geſtas literis prodere. tantus fuit ſcelere,quãtus ille uirtute. Attamen ſi cãdidè ignoſcenterq; legere uoles,& quod narrationi deerit, id ex te imputare atque addere: conatum hũc te auctore capeſſam,& Augiæ bubile, ſi non omne,at certè pro mea uirili repurgare nitar, paucis aliquot elatis cophinis: nimirum ut ex his coniecturam facias , quantus quamq; immẽſus fuerit ſimus uniuerſus, quẽ ter mille boues multis annis reddere potuerint. Sed amborum interim nomine calumniã uereor,tuo pariter ac I
meo:tuo,qui iubeas memoriæ literarumq; monumentis tradi uirum longè ſceleratiſſimũ:meo,qui ſumam operã in huiuſmodi narratione, rebusq; geſtis hominis quem nequaquam oportebat ab eruditis legi,ſed in frequẽtiſſimo quopiam & ampliſſimo theatro ſpectari à ſimiis aut uulpibus diſcerptũ:quanquam ſi quis hoc crimen nobis impegerit,poterimus & ipſi nos exemplo quodam ſimili tueri. Etenim Arrianus ille diſcipulus Epicteti,uir inter Romanos cũ primis laudatus,ac per omnem uitam in literarum ſtudio uerſatus,cũ ſimile quiddam fecerit, pro nobis quoque reſponſurus eſt. Nam is quidẽ Tillibori latronis uitam deſcribere non eſt grauatus. Nos uerò multum crudelioré latronem K
memoriæ prodemus,quippe qui non in ſyluis ac montibus,ſed ipſis in urbibus ſit latrocinatus : neque qui Minyam tantùm aut Idam ſit pergraſſatus, neque paucas quaſdam Aſiæ partes,uidelicet deſertiores depopulatus,ſed qui uniuerſam(ut ita dixerim) Romanorum ditionem ſuo complerit latrocinio. Ac primùm tibi depingam hominẽ,effigiẽ eius quoad potero proximè uerbis adumbrans: tametſi nõ ſum admodum pingendi peritus. Corpore igitur,ut interim & hoc tibi repræſentem,procerus erat,& aſpectu decorus,planeq; ſpecie diuina quadam,ac maieſtatis plena, colore candido,barba non admodum hirſuta, coma partim natiua tectus, partim appoſititia : ſed hac adeò ſcienter efficta, ut

uulgus

A uulgus ferè non ſentiſceret imitatam aſcititiamq; eſſe. Oculi uehementer acres ac uerſatiles, tum diuinum quiddam relucẽtes. Vox dulciſſima, pariterq; clariſſima. In ſumma, quo ad has res nulla ex parte poterat improbari. Ac figura quidem hominis erat huiuſmodi: cæterùm mens atq; animus, ô malorũ depulſor Hercules, & auerſor triſtiũ Iupiter, ſeruatoresq; Dioſcuri, in hoſtes potius contingat incidere, q̃ cum eiuſmodi quopiã habere cõmercium. Siquidẽ ingenio, ſolertia, acumine lõgè præſtabat cæteris mortalibus. Tum curioſitas, docilitas, memoria, & ad diſciplinas ingenii felicitas, horũ unũquodq; ſuprà q̃ dici poſſit, illi ſuppetebat, quibus tamẽ peſſimam in partem eſt uſus. Et quum haberet
B arma tã egregia ſibi ſuppeditata, illico nimirum omnium qui eſſent ſceleribus nobilitati, facilè ſummus euaſit, uel ſuperior, Cercopibus, Eurybato, Phrynonda, Ariſtodemo, Soſtrato. Nam ipſe cum aliquando Rutiliano ſcriberet genero, modeſtiſſimeq; de ſe loqueretur, Pythagoræ ſemet aſſimilabat. Atqui ueniam mihi dabit Pythagoras, uir ille quidem ſapiens, ac mente diuina: cæterùm ſi huius ætate uixiſſet, puer (ſat ſcio) præ hoc uiſus fuiſſet. Sed heus tu per Gratias, caue putes hæc in Pythagoræ contumeliam me dicere, quaſi uelim eos ſimilitudine rerum geſtarum committere. Verùm ſi quis deterrima quæque & probroſiſſima quæ de Pythagora per calumniam feruntur (quibus equidem
C haudquaquã fidem perinde ut ueris habuerim) ſi quis tamen cõferat in unum, ea nimirum omnia uix etiam minimã particulam adæquent Alexandrinæ uerſutiæ. Prorſum enim imaginare mihi, & cogitatione finge, quammaximè uariam ingenii temperaturam, indolemq; ex mendacio, dolis, periuriis, maleficiis cõfuſam, promptam, audacem, uerſatilem, & ad efficiendũ quæ cogitaſſet, nullum refugientem laborem, appoſitam ad perſuadendum, cuiq; facilè fides habenda uideretur: tum quæ mirè ſimularet optima quæque: ea quæ à mente eſſent diuerſiſſima, præ ſe ferret. Primũ igitur nemo cum illo congreſſus eſt, qui nõ hac cũ opinione diſceſſerit, ut eum mortaliũ omnium optimũ æquiſſimũq;,
D præterea ſimpliciſſimũ, minimeq; fallacem iudicaret. Accedebat ad hæc omnia grandium rerũ conatus, quum nihil puſillum cogitaret, ſed ad maxima ſemper appelleret animũ. Ita quum eſſet adoleſcẽtulus adhuc formoſus admodũ, ætate uidelicet tenera, ac uelut herbeſcente: id quod licebat partim è ſtipula cõiicere, partim audire ex his qui ita prædicabant: paſſim ſeſe proſtituebat, ac mercede ſui copiam faciebat iis quibus lubitum fuiſſet. Inter multos autẽ incidit in hunc amans quidam præſtigiator, ex eorũ numero qui magiã & diuinas incãtationes profitentur, tũ illectamenta ad conciliandam in amoribus gratiã, malorum immiſſiones in hoſtes, rationem eruendi reperiendiq; theſauros, hæreditatum ſucceſſiones. Hic ubi conſpiceret bene ingeniatum puerum, atq; ad ſubE miniſtrandum arti negocioq; ſuo propenſiſſimum, utpote qui nõ minus illius adamaret maleficium, quàm ipſe huius formam: erudiit eum, ſemperq; deinceps pro adiutore miniſtroq; eſt uſus. At is publicitus quidem & apud uulgus medicum ſcilicet agebat: didicerat autem apud Thoonis Aegyptii coniugem

Pharmaca mixta, ſalubria multa, at noxia multa.

Quorũ omnium ſucceſſor hic atq; hæres factus eſt. Porrò doctor ille & idem amator natione Tyaneus erat, uidelicet ex eorũ numero, qui cũ egregio Apollonio Tyaneo illo erant uerſati, totamq; illius tragœdiam pernouerant. Vides quánam è ſchola tibi hominẽ refero? Verùm ubi iã barba plenus eſſet Alexã-

der, Tyaneo illo uita defuncto, in egestatẽ redactus, defloreſcente ſimul & for- F
ma unde uictum parare licuiſſet, nihil poſtea paruum agitabat animo: ſed ini-
to commercio cum Byzãtino quopiam, annalium ſcriptore, uirò, qui in certa-
mina deſcẽdunt, omnium, ingenii longè ſceleratiſſimi: (Cocconas, opinor, erat
cognomen) circumibant impoſturis ludificãtes, ac pingues homines (ſic enim
illi peculiari Magorum lingua uulgus appellant) detondentes. In his Macetin
mulierem opulentam nacti ſunt, natu quidem grauiorem illam, quàm ut amo-
ribus eſſet idonea, ſed quæ ſtuderet etiamdum amabilis haberi. Ab hac uictus
copia ſuppeditabatur, atque hanc ex Bithynia in Macedoniam uſque ſunt cõ-
ſequuti. Nã illi patria erat Pella, qui locus olim floruit ſub Macedonicis regi G
bus: nunc à paucis, iiſq; obſcuris & humilibus incolitur. Ibi quum conſpicerent
immani magnitudine dracones, placidos admodũ ac manſuetos, adeò ut à mu-
lieribus alerentur, & cum pueris unà cubarent, & calcantes ferrent, neq; com-
mouerentur ſi quis ſtringeret premeretq;: denique perinde atque infantes lac è
papilla ſugerent (nã ſunt id genus apud illos permulti: unde ueriſimile eſt olim
illam de Olympiade fabulam increbruiſſe, quum Alexandrum conciperet, hu-
iuſmodi dracone quopiam opinor cum ea concũbente) mercati ſunt ex his ſer-
pentibus unum, qui eſſet pulcherrimus, obolis ſanè paucis. Atque (ut Thucy-
didis utar uerbis) hinc iam bellum oritur. nimirum quũ duo facinoroſiſſimi, & H
immani audacia prẽditi, neq; non ad maleficia promptiſſimi, ſocietatẽ iniiſſent,
facilè perpenderunt, hæc duo potiſſimùm in hominum uita tyrannidem obti-
nere, ſpem, ac metum: quorum utroque ſi quis ad commoditatem uteretur, fo-
re ut is illico diteſceret. Siquidem utrique iuxtà, uel ei qui metu laboraret, uel
huic qui ſpe teneretur, uidebant præſcientiam quammaximè neceſſariam eſſe,
ſummeq; deſiderari: atq; hac uia Delphos olim fuiſſe ditatos, factosq; celebres:
præterea Delum, Clarum, & Branchidas: nimirum hominibus per hos quos
modò dixi tyrannos, nempe ſpem ac metum, ad ſacra confluentibus, ac futura
prædiſcere cupientibus, atque huius rei gratia hecatombas immolantibus, au- I
reosq; dedicãtibus lateres. Hæc ubi inter ſeſe uerſaſſent, ultroq; ac citro agitaſ-
ſent, uiſum eſt uaticiniũ oraculumq; cõſtituere. etenim ſi res ea proceſſiſſet, ſpe-
rabant ſe protinus diuites atque felices fore. Quod quidem negocium magni-
ficentius etiam illis ſucceſſit, quàm expectauerant initiò, & uel ſpe melius euẽ-
nit. Hinc iam ſpectare cœperũt, primùm quidem de loco, deinde quonã exor-
dio, quãue ratione negocium oporteret auſpicari. Cocconas igitur Chalcedo-
nem opportunam eſſe cenſuit, utpote regionẽ à negociatoribus frequẽtatam,
tum Thraciæ Bithyniæq; confinem, neque longè diſſitam ab Aſia Galatiáque,
cunctis item imminentibus populis. At è diuerſo patriam ſuam prætulit Ale- K
xander: nam aiebat (id quod erat res) ad huiuſmodi negociorũ auſpicationem
aggreſſionémque hominibus opus eſſe craſſis & ſtolidis, & qui uiderẽtur ad-
miſſuri: cuiuſmodi Paphlagones affirmabat eſſe hos qui ſupra Aboni murum
incolũt, nempe ſuperſtitioſos pleroſq; ac ſtolidos: qui ſi quis tãtùm apparuiſſet
tibicinem aut tympaniſtam, aut qui cymbala pulſaret, ſecum adducens, cribro
(quod aiunt) uaticinans, illico uehementer omnes in illum inhient, & perinde
ut cœlitum quempiam intueantur. Hac de re quum controuerſiæ nonnihil in-
ter illos fuiſſet, tandem ceſſit Alexãder. Itaque profecti Chalcedonem (nam id
oppidum uiſum eſt hac parte habere nonnihil ipſis conducibile) in Apollinis
templo,

templo, quod eſt apud Chalcedonios uetuſtiſſimum,æreas defodiunt tabellulas,quæ dicerẽt, breui admodum Aeſculapiũ unà cum patre Apolline in Pontum aduenturum,atque Aboni murum inhabiturũ. Eæ tabellæ quum eſſent de induſtria repertæ,facilè effecerunt ut hic rumor in omnẽ uſque Bithyniam ac Pontum dimanaret,multò autem ante alios in Aboni murum. nam hi protinus ſtatuerant etiam templum erigere, iamq; fundamentis locum effoderant. Hic igitur in Chalcedone relictus Cocconas, ancipitia quædam atq; ambigua obliquaq; cõſcripſit reſponſa. Deinde paulò pòſt diem obit,à uipera(ſicut opinor) ictus. In huius demortui locum accerſitur Alexander, ac ſuccedit iam comatus,cæſarieq; promiſſa, tunicam indutus purpuream albo intermixtã, ſupra eam ueſte amictus candida,falcem tenens exemplo Perſei, à quo ſe maternum genus ducere prædicabat. At perditiſſimi illi Paphlagones quum ambos illius noſſent parentes obſcuros atq; humiles,tamen oraculo crediderũt ita canenti:

Perſides genere gratus Phœbo iſte uidetur:
Diuus Alexander,Podaliri ſanguine cretus.

Hic nimirum Podalirius libidinoſus erat,ac natura mulieroſus,adeò ut à Tricca ad Paphlagoniã uſque in Alexandri matrem ſit incitatus illectusq;. Repertum eſt aliud oraculum quaſi Sibyllæ prædiuinantis:

Ad maris Euxini littus,iuxtaq; Sinopam
Tyrſide erit quidam Auſonia de gente ſacerdos:
Qui prima ex monade,tribus ac decadis,referabit
Quinque alias monades,uicenaq; ter repetita
Quadrorbem numerum,referentem nomina diui,
Qui ueniet laturus opem mortalibus ægris.

Alexander itaque multò pòſt in patriam irruens cum eiuſmodi Tragœdia,cõſpicuus erat ac ſplendidus:quum interim furore afflatum ſeſe nonnunquam aſſimulabat,ore ſpuma cõpleto:id quod ille facilè efficiebat,radiculæ (ea eſt herba lauandis lanis idonea) radice commanducata. Cæterùm illis diuinum quiddam ac formidandum ſpuma uidebatur. At multò antea ſibi finxerant parauerántque è linteis confectum draconis caput,quod ſpeciem quandam humanam præ ſe ferret, colorũ fucis mirè adſimulatum, quódque pilis equinis os & aperiret, & clauderet. Tum lingua (ſicut eſt draconũ)biſulca atra prominebat, quæ & ipſa pilis agebatur. Porrò Pellæus ille draco iam pridem erat in promptu,domiq; alebatur: quũ res poſtularet, tum ab illis proferẽdus, unaq; in partem Tragœdiam acturus,uel princeps potius huius futurus fabulæ. Iam uerò ut erat maturum aggredi,tale quiddam machinatur: noctu ueniẽs ad templi fundamenta nuper effoſſa (cõſtiterat autem in eis aqua, ſiue quòd ea indidem alicũde deſtillauerat,ſiue quòd ex æthere deciderat) illic ouum antea excauatum deponit, quod quidem intus occultabat fœtum recèns editũ ſerpẽtis. Id quum altè demerſiſſet in abditas luti cauernas,rurſum illinc diſceſſit. At mane quum in forum proſiliiſſet nudus,niſi quòd ſubligari circum pudẽda tectus erat, eoq; inaurato:tum falcem illam geſtans,ſimúlque ſolutam uentilans iactánſque comam,eorũ more qui à Cybele deorum matre afflati cõueniunt,ac numine rapiuntur:conſcenſa ſublimi quapiam ara concionabatur,ciuitatem eam beatam eſſe prædicans,quæ mox deum propalàm eſſet oſtẽſura mortalibus. Porrò qui aderant(nam cõcurrerat uniuerſa propè ciuitas)unà cum mulieribus,ſenibus,

*Idq; propter A. A. E. Ξ. cum quibus literis ἀνὴρ cõpoſitum, Alexandrum cõſtituit. ſignificat autem A 1. Λ 30. E 5. Ξ 60. qui numeri additi 96. conſtituũt,numerũ in quatuor & uigin ti quater diuiſibilem.*

pueris,admirabantur,ac uota facientes adorabant. At ille uoces quaſdam ſonãs F
incognitas, nihilq; ſignificantes, cuiuſmodi ſint Hebræorum aut Phœnicum,
attonitos eos reddebat,ut qui nihil intelligerent eorum quæ dicebat,niſi ſolum
hoc,quòd Apollinẽ Aeſculapiumq; paſſim admiſcebat. Sub hæc ad inſtitutum
templum curriculo fugiebat, accedensq; ad foſſam ac fontem illum quem iam
ante conditum oraculum præſtruxerant, ingreſſus aquam, magna uoce cane-
bat laudes Apollinis & Aeſculapii,inuitabatq; deum,uti dexter ac felix in ciui-
tatem aduenire. Deinde phialã poſtulat. eam porrectam à quopiam,facilè im-
mergẽs,unà cum aqua lutóque haurit & ouum illud, in quo nimirũ ille deum
concluſerat,cãdida cera ceruſſaq; cõmiſſuram operculi ferruminans. Id quum G
manu cepiſſet,affirmabat iam Aeſculapium tenere ſeſe. Interim illi ſtupidis de-
fixíſque intuebantur oculis, expectantes quídnam eſſet futurum poſtea, iam-
dudum admirantes ouum in aqua repertum. Porrò poſteaquam fregiſſet idem
caua uola compreſſum, ac ſerpẽtis illius fœtum excluſum excepiſſet,ſimul at-
que mouentem hunc ſeſe conſpicerent ii qui aderant, ac digitis circumuoluen-
tem,protinus uocem tollebant,deũmque conſalutabant,ac ciuitatem eam for-
tunatam eſſe dictitabant: ſingulíque affatim uotis implebãtur,theſauros,opes,
proſperam ualetudinem,aliáque id genus ab illo flagitãtes bona. Hic ille rur-
ſus curſim ſeſe domum abripuit, unà ſecum aſportans modò editum in lucem H
Aeſculapium,bis natum ſcilicet,cum ſemel duntaxat naſcãtur homines: atque
nõ ex Coronide per Iouem,id eſt cornicula (nam id matris nomen fertur)ne-
que ex cornice,uerùm ex anſere progenitum. Populus autem uniuerſus cõſe-
quebatur,omnes afflati deo,atque ob ſpes animo cõceptas furore correpti. In-
terdiu igitur ſe domi continebat,ſperãs fore,id quod & euênit,ut fama permo-
ti Paphlagonum pars maxima concurreret. Ergo poſteaquã urbs ita eſſet ho-
minibus referta,ut iam redundaret,ſed quibus omnibus iam tum cerebrũ,tum
cor eſſet exemptum,nec ulla parte ſimiles uiderẽtur uiris pane uictitãtibus(ut
loquuntur poetæ) uerùm qui præter ſolam figuram nihil à pecudibus diſtarẽt: I
in ædiculis quibuſdã in lecto reſidens, eo uidelicet ornatu qui uatem mirè de-
ceret,imponit in ſinum Pellæum illum Aeſculapiũ,qui quidem erat,ut dictum
eſt,maximus pulcherrimusq;. Hunc totũ ubi collo circundediſſet, caudam fo-
ras prominere ſinẽs(Erat autem ingens adeò,ut cum per pectus illius effunde-
retur,pars tamẽ humi traheretur) ſolum autem caput ſub alis abditum teneret,
illo nimirum omnia ferente:linteaceum illud draconis caput, altera in amictus
parte contextũ oſtendebat, quod prorſum illius eſſe draconis uideretur, qui à
pectore prominebat ſcilicet. Iam uerò mihi cogita ædiculas non admodũ illu-
ſtres,nec ad ſatietatem uſque luminis capaces: tum turbam hominum cõuena- K
rum,quiq; aliis ex locis alii concurriſſent,tumultuãtes,ac prius etiam q̃ iſta ui-
derent,mente attoniti ſtupefactiq;, deniq; ſpebus illis ſublati: quibus ingreſſis
non mirum ſi res uiſa eſt portentoſa, uidelicet ex modò puſillo ſerpente intra
pauculos dies tam immanẽ extitiſſe draconẽ humana ſpecie, atq; eum inſuper
mãſuetum tractabilemq;. Protinus autẽ ad exitum properabant, & priuſquam
exactius eſſent contemplati, protrudebantur ab iis qui noui ſemper ingredie-
bantur. Porrò è regione ianuæ per quam intrabatur, patefactum erat & aliud
oſtiũ,per quod exiretur: cuiuſmodi quiddã & Macedonas in Babylone feciſ-
ſe ferunt in Alexandri morbo,quũ ille grauiter iam ægrotaret:illi obſeſſa regia

deſide-

A deſiderarent eum intueri,ac ſupremùm alloqui. Atque hoc ſpectaculi ſceleſtus hic non ſemel, uerùm crebrius exhibuiſſe dicitur, maximè ſi qui diuites aduenissent recentiores ac nouitii. Hoc loco,mi chariſſime Celſe, ſi uera fateri uolumus,æquum eſt ueniam dare Paphlagonibus ac Ponticis illis,hominibus nimirum craſſis & ineruditis, ſi deluſi ſunt,quum draconem manu contingerẽt, (nam hoc quoque largiebatur Alexander iis qui uoluiſſent)quumq; conſpicerent in dubia malignaq; luce imitatũ illud illius caput,os ſcilicet nunc aperiens, nunc claudens,tãto artificio, ut res planè Democritum aliquem requireret,aut certè Epicurum,Metrodorúmue,aut alium huiuſmodi quempiam, qui prorſus
B adamantinam aduerſus hæc atque id genus alia mentem obtineret: qui nullo pacto crederet:quiq; uel quid eſſet rei,coniecturis colligeret: uel ſi uiam etiam modumq; præueſtigare non quiret,illud tamen antea ſibi perſuaſum haberet, fugere quidem ſeſe modum rationemq; præſtigiaturæ:cæterùm quicquid eſſet negocii,prorſus ſimulatum fucatumq; eſſe, ac ne fieri quidem ulla ratione potuiſſe. Paucis ergo diebus confluxit tum Bithynia,tum Galatia, Thraciaq;:eorum qui renunciabant,unoquoque,ut fit,affirmante ſeſe primùm naſcentẽ uidiſſe deum, deinde paulò pòſt eundem contrectaſſe iam grandẽ admodum factum, uultu etiam homini adſimilem. Accedebant ad hæc picturæ, imagines,
C ſigna deum referentia,partim ex ære,partim argento efficta. Poſtremò nomen etiam inditum: nam Glycon appellatus eſt, idq; iuſſu diuino carmine prodito. ad hunc enim modum eloquutus eſt Alexander:

Sum ille Glycon, hominum lux,ex Ioue tertia proles.

Aſt ubi iam maturum eſſet, ut (cuius rei gratia hactenus omnia fuerant excogitata) reſponſa quoque redderet iis qui requiſiuiſſent, diuinarétque, accepta uidelicet anſa ab Antilocho,qui apud Cilices uatẽ egerat(nam is quoque poſt patris Amphiarei interitum, poſteáque quàm ille inter Thebanos extare deſiiſſet,patria pulſus,atque in Ciliciam profectus, haud incommodè rem geſſit,
D quum Cilicibus euentura prædiceret, binos obolos pro ſingulis accipiens reſponſis) ab hoc, inquam, arrepta anſa, prædicit Alexander omnibus qui aduenerant,fore ut deus ipſe reſponſa daret: eiusq; rei diem quẽdam certum prælocutus eſt. Iuſſit autem ut quiſque quod uideretur, quodq; maximè diſcere uellet,id in libello conſcriberet,eumq; funiculis obuinctum,cera,argilláue,aut ſimili re quapiam obſignaret. Se uerò receptis libellis, cum ſubiſſet adyta (iam enim oraculum erat extructum,& apparatæ cortinæ) ordine per præconem ac theologum euocaturum eos qui tradidiſſent: dehinc ubi de ſingulis eſſet edoctus à deo,libellos redditurum,ita ut traditi fuerant obſignatos,ſubſcripto illis
E reſponſo pro cuiuſq; argumẽto,deo nimirũ reſpondente, quacunq; de re quis eſſet ſciſcitatus. Erat autem hic dolus,homini cuiuſmodi tu es,aut etiã(ſi modò dictu nõ eſt inuidioſum)cuiuſmodi ſum ego,manifeſtarius, neque difficilis animaduerſu,uerùm idiotis,quibusq; nares eſſent mucco obſitæ,minimeq; emunctæ,prodigioſum planeq; incredibile quiddam eſſe uidebatur. Etenim quũ uarias eſſet cõmentus artes quibus ſigna tollerentur,quæ quiſq; ſciſcitabatur, ea legebat: atque ita quæ uiderentur,ad interrogata reſpondebat. Deinde rurſum obuincta obſignataq; reddebat, non ſine ſumma admiratione eorum qui recipiebant. Plurimus enim hic inter illos erat ſermo, quî tandẽ ſcire potuiſſet iſte quæ ego illi tradidi, ſanè quàm diligenter obſignata ſignis imitatu neutiquam

facilibus, niſi reuera deus eſſet quiſpiam, cui cuncta ſint perſpicua. Sed iam quibus artibus effecerit, forſitan à me requires. Accipe, quò uidelicet impoſturas eiuſmodi deprehẽdere queas, & coarguere. Prima ratio ſic habebat, Celſe chariſſime. Eam ceræ partem quæ poſt ſignum hærebat, acu cãdefacta liquefactam diducebat: tum ubi legiſſet, rurſum calefactam acu ceram eam quæ à tergo funiculi fuerat, ſigno eodem manente facilè coagmentabat. Porrò ſecundus modus conſtat per id quod collyrium uocãt. Id cõficitur ex pice Berytia, bitumine, ac lapide perſpicuo trito, cum cera & maſtiche. Confectum igitur ex his omnibus collyrium igni calfactum, inũcto prius ſuillo pingui, ſigno applicabat, ac ſymboli figuram excipiebat. Id ſimul atq; ſiccũ eſſet factum (ſiccabatur autem protinus) cõmodè reſignabat libellos: quibus perlectis, impoſito ceræ denuo, perinde atque è lapide ſignum idem imprimebat, ad archetypi ſimilitudinem mirè effictum. Poſt hæc iam tertiam accipe rationem: Calce in gluten iecta, quo uulgo codicillos agglutinãt, atque ex his confecta ceu cera, mollem adhuc eam admouebat ſigno, ſtatimq; detrahebat. Nam illico ſicceſcit, adeò ut cornu uel ferro potius reddatur ſolidius. Hac ad imprimendũ ſignum uti conſueuerat. Sunt præter has & aliæ complures uiæ, quas omnes referre nihil neceſſe eſt, ne parum uidear modeſtus, maximè quum tu in his quos de Magorum artibus conſcripſiſti commentariis, tum pulcherrimis, tum utiliſſimis, quíque modeſtos reddere queant, ſi quis in eis euoluendis uerſetur, abunde multa retuleris, longeq; his noſtris copioſiora. Reddebat igitur oracula, diuinabátque, non mediocri ad eam rem utens ingenio, arteq; negocium reddens probabilius, dum aliis obliqua quædam & ambigua reſpondet ad ea quæ proponebantur, aliis penitus obſcura: quandoquidẽ & hoc oraculis ille conuenire iudicabat. Alios item deterrebat, alios adhortabatur, prout ſibi magis conducere coniectaſſet. Nonnullis remedia morborum, uitæq; rationes præſcribebat, cum ſciret (ut initiò diximus) complura atque efficacia pharmaca. Maioré autem in modum Cytmides ab illo probabantur. id eſt nomen confictum emplaſtri urſino adipe confecti. Porrò ſpes, rerumq; ſucceſſus & incrementa, neque non hæreditatum obuẽtus, ſemper in aliud tempus reiiciebat, illud interim addens: Cuncta hæc tum obtingent, cum ipſe uolam, quúmque uates meus Alexãder me rogabit, proq; uobis uota faciet. Deniq; merces erat unicuiq; reſponſo præſtituta, nempe drachma cũ obolis duobus. Ne uerò puſillũ aut exiguum fuiſſe putes amice hũc quæſtũ, quũ in annos ſingulos ad ſeptuaginta aut octoginta millia redierit, uſq; adeo auidis & inſatiabilibus hominibus, ut ſinguli ſupra decẽ aut quindecim rogationes traderent. Cæterũ ea quæ capiebat, nõ ipſe ſolus ſolitus eſt inſumere, nec rurſum ad congerẽdas opes in theſaurũ reponere, uerùm cõplureis & alios habebat ſecum adiutores & miniſtros, tũ qui ſcitarentur, qui uerſibus oracula conderẽt, qui reſponſa ſeruarent, qui ſubſcriberẽt, qui obſignarent, qui interpretarẽtur: quorum unicuiq; pro dignitate meritoq; lucrum impartiebat. Ad hæc nõnullos foras & in longinquas regiones emandarat, qui famã eius oraculi inter gentes diſſiparẽt, affirmantes ipſum etiã prædicere reuocareq; fugitiuos, fures ac prædones indicare, theſauros effodiendos oſtendere, morbo laborãtibus mederi, quoſdam etiam uita defunctos in uitam reuocare. Cõcurrebatur igitur undequaq;, magnoq; tumultu concitati approperabant, ſacrificabatur, dicabantur munera, eaq; duplicata, prophetæ diſcipu-

lóque

A loq; dei. Iam enim & tale quoddam oraculum exierat:

Muneribus decorare meum uatem atque miniſtrum
Præcipio: nec opum mihi cura, at maxima uatis.

Verùm ubi iam plerique, quibus mentis pluſculum inerat, non ſecus atque ex alta ebrietate reſipiſcentes, conſpiraſſent in illum, præſertim ex his qui ſtudebãt Epicuro: iamq; paulatim in oppidis deprehẽderetur uniuerſa præſtigiatura, fictúſque fabulæ apparatus: horrendum quiddam in eos edidit, dicens impiis & Chriſtianis impleri Pontum, qui non uererentur in ſeſe turpiſſimè maledicere. eos iuſſit lapidibus pellerent, ſi modò uellent propitium habere deum. Porrò
B ſuper Epicuro huiuſmodi quoddam oraculum prodidit: Sciſcitãti cuipiã quid ageret apud inferos Epicurus: plumbeis, inquit, cõpedibus uinctus in cœno deſidet. Et adhuc miraris ſi magnopere creuit eius celebritas oraculi, cum uideas interrogationes adeuntium, quàm ſint prudentes, quamq; eruditæ? Modis autem omnibus bellum erat illi cum Epicuro ſæuum & irreconciliabile: idq; iure optimo. Nam cum quo tandem iuſtius bellũ gerat homo præſtigiator, & monſtris ac portentis amicus, ueri inimiciſſimus, quàm cum Epicuro, uiro uidelicet qui rerum naturam perſpectam haberet, quiq; unus quid in his eſſet uerum, uideret? Nam Platoni, Chryſippo aut Pythagoræ erat amicus, atque alta cum il-
C lis pax intercedebat: at intractabilis ille Epicurus (ſic enim appellat eum) erat illi plurimum inuiſus: atque id meritò: quippe qui hæc omnia ridicula ac ludicra duceret. Quam ob cauſam inter urbes Ponticas Amaſtrim in primis habebat exoſam, eo quòd acceperat eos qui cum Lepido erant, alios item horũ cõſimiles quamplurimos ea in ciuitate uerſari. Neque unquam Amaſtrino cuiquam oraculum reddidit: quin ubi conaretur etiam fratri Proconſulis reſpondere, deridiculè profectò diſceſſit, cũ nec ipſe quemadmodum idoneum oraculum fingeret, inueniret, nec haberet qui ſibi in tempore poſſet componere. Nam cum illi de ſtomachi dolore conquerenti, uellet præſcribere uti ſuillũ pe-
D dem cum malua præparatum ederet, hunc in modum ait:

Maluaca porcorum ſacra cuminato Sipydno.

Crebrius autem (ut iam diximus) draconem oſtẽdebat iis qui uellent, haud totum tamen, ſed caudam potiſſimùm ac reliquũ corpus oculis exponens: caput uerò, ne uideri poſſet, abditum in ſinu ſeruabat. Verùm quò magis etiam redderet attonitam multitudinem, pollicitus eſt ſeſe exhibiturum ipſum deum loquentem, citraq; interpretem edentem oracula. Deinde non magno negocio, gruum arteriis contextis, ac per lineum illud draconis caput, quod erat arte adſimulatum, inſertis, alio quopiam per has foris inſonante, reſponſitabat ad ea
E quæ proponebantur, uoce nimirum per linteaceum illum Aeſculapium ad aures promanante. Huiuſmodi reſponſa ἀυτόφωνα dicebãtur, id eſt ipſius uoce redita: neque quibuſlibet, neque paſſim dabantur, uerùm ſplendidis modò atque opulentis, & qui grandia largirentur. Itaque quod Seueriano redditum eſt ſuper expeditione in Armeniam ſuſcipienda, ex autophonis erat. Adhortans enim illum ad incurſum eius regionis, ſic ait:

Parthis Armeniiſq; citato Marte ſubactis,
Romam urbem repetes, & claras Tybridis undas:
Vertice ſerta gerens radiis diſtincta ſerenis.

Deinde poſteaquam uecors ille Gallus perſuaſus incurſionem feciſſet, euenis-

ſetq; ut unà cum exercitu cæderetur ob Othryade, hoc oraculũ â monumen- F
tis ſuſtulit, atque aliud in eius locum ſubſtituit, huiuſmodi:

Agmen in Armenios ne duc: neque enim expedit iſthuc:
Ne tibi fœmineis uir amictus ueſtibus, arcu
Exitium immittat, uitaq; ac lumine priuet.

Siquidem & hoc interim callidiſſimè fuerat commentus, ut poſterioribus ſubſtitutitiisq; reſponſis, ea quæ perperã maléque euenirent, ſarciret ac mederetur. Sæpius enim ægrotis priuſquam morerentur, prædixerat fore ut reuale-ſcerent: quibus morientibus, alterum oraculum illico paratum erat, quod ſuperiori diuerſa caneret: G

Poſthac deſine opem morbo petere exitiali:
Mors etenim manifeſta, nec euitare licebit.

Porrò cum non ignoraret, qui in Claro ac Didymis Malloq; reſponſa ferebãt, ipſos quoque huiuſmodi quadam arte diuinandi celebres haberi, eos ſibi reddebat amicos, pleroſq; conſultores ad illos remittens, his uerbis:

Nunc Claron ito, mei uocem patris auditurus. Et rurſus:
Branchidica accedas adyta, atque oracula quæras. Et iterum:
Mallon abi, Amphilochi quærens oracula uatis.

Et hactenus quidem de iis quæ intra patriæ fines uſq; ad Ioniam, Ciliciam, Pa- H
phlagoniam, Galatiamq; deſignauit. Vt uerò & in Italiam oraculi fama permanauit, inq; ipſam Romanorum urbem: iam nemo omnium erat qui non alius alium anteuertere ſtuderet, dum hi quidẽ eò proficiſcuntur ipſi, illi uerò mittunt, potiſſimùm ii qui potentia atque auctoritate plurimum in Repub. pollebant: quibus princeps quaſiq; ſignifer extitit Rutilianus, uir aliàs quidem honeſtus ac probus, tum compluribus in præliis Romanorũ ſpectatæ uirtutis: ſed qui in iis quæ ad deos pertinẽt, parum ſanè ſaperet, ut cui prodigioſa quædam de illis eſſent perſuaſa, adeò ut ſicubi lapidem uel inunctum uel coronatũ cõſpexiſſet, continuò procideret atque adoraret, ac diutius aduolutus uota face- I
ret, bonaq; ac læta ab illo poſtularet. Hic igitur ſimul atq; de oraculo inaudiſſet, parum aberat quin omiſſo quem tenebat exercitu, in Aboni murum auolarit: alios autem poſt alios eò legabat. Porrò qui mittebantur, ſeruuli nimirum idiotæ quidam, facilè decepti domum redibant, referentes partim quæ uiderãt, partim tanquam uidiſſent audiſſentq;, permulta inſuper accumulãtes illis, quò domino fierent commendatiores. Inflammarunt itaque ſenem infelicem, & in uehementem inſaniam impulerunt. At ille paſſim ad omnes amicos accedens, quos habebat quum plurimos, tum potentiſſimos, enarrabat partim ea quæ ab iis quos miſerat, accepiſſet, partim quæ ex ſeſe effinxerat. Et ad eũ modum K
iſte compleuit urbem, concitauítque, quamplurimis item aulicis expauefactis atque attonitis: qui protinus & ipſi cupiditate flagrare cœperunt ut aliquid ſuis de rebus audirent. Porrò Alexander aduenientes comiter excipiebat, ac xeniis aliisq; magnificis donatos muneribus, ad eum remittebat: hoc agens, uti non ſolùm renunciarent oracula, uerumetiã dei laudes canerent, ac portentoſa quædã de oraculo, deq; ipſo mẽtirẽtur. Excogitarat autẽ ter ſceleſtus ille quiddam neutiquam inſcitum, & ingenioſius q̃ ut in uulgarem cõpetat latronem. Etenim reſignatis libellis ac perlectis, ſi quid offendiſſet in iis quæ proponebãtur, ita ſcriptum, ut cũ periculo ac diſcrimine eius qui ſcripſiſſet, ſi proferretur,

*Rutilianus Romanus.*

A tur,cõiunctum uideretur,apud ſe detinebat,neq; remittebat,quò uidelicet obnoxios ac propemodum ſeruos ob metum ſibi redderet eos qui miſerant,quũ in mentem illis ueniret, cuiuſmodi de rebus conſuluiſſent. Intelligebat autem eſſe conſentaneum,ut qui opibus ac potentia præcellerent,eiuſmodi rogationes eſſent propoſituri. Ab his-munera quamplurima ferebat: quippe qui non ignorarẽt ſeſe intra caſſes eius teneri. Libet autẽ aliquot ex his reſponſis commemorare, que Rutiliano reddidit. Huic ſciſcitanti de filio ex uxore priore ſuſcepto, qui iam per ætatẽ maturus eſſet ut diſciplinis eruditetur, quem inſtituendo in literis illi præceptorem deberet adhibere,ita reſpondit:

B Pythagoram,egregieq; canentem prælia uatem.

Deinde, paucis pòſt diebus extincto puero, ipſe quidem hærebat,nec habebat quod incuſantibus reſponderet,oraculo uidelicet ita re præſenti confutato. At Rutilianus optimus ultro occupans,defendebat oraculum,affirmãs hoc ipſum portendiſſe deum, qui iuſſiſſet neminem quidem è uiuis adoleſcentulo deligi præceptorem,ſed Pythagoram potius atq; Homerũ,iam olim defunctos,quibũſcum credibile eſſet eum iam uerſari. Quid igitur Alexandro uitio uertere conuenit,ſi iſtiuſmodi homunculos dignos habuit quibus fucum faceret? Rurſum eidem percontanti cuius tandem animam eſſet ſortitus,ait:

C Principiò fueras Pelides,deinde Menander,
Deinde is qui nunc es:pòſt fax Phœbea futurus:
Octoginta æuum ac centum produxeris annos.

At hic ſeptuagenarius interiit,in inſaniam uerſus, haud expectato dei promiſſo:quanquã hoc quoque oraculum ex autophonis erat. Eidem item de uxore ducenda percontanti,aliquando incunctanter ac palàm reſpondit:

Ducito Alexandro natam Lunaq; puellam.

Siquidem iam olim rumorem diſſiparat, filiam quã habebat, è Luna ſibi ſuſceptam fuiſſe. Lunam enim ipſius amore captam fuiſſe, quum dormientem ali-
D quando conſpexiſſet. nam id illi familiare eſt,& formoſos ſomno ſopitos adamare. Porrò Rutilianus uir prudentiſſimus, nihil cunctatus, protinus accerſit uirginem,nuptias conficit,ſpõſus iam ſexagenarius,concumbitq;,ſocrum ſuam Lunam ſolidis Hecatombis placãs. Iamq; ſibi unus è cœlitum numero uidebatur. At hic ubi ſemel in Italia rem eſſet aggreſſus,maiora in dies ad hæc excogitabat,& in omnes Romanæ ditionis partes,qui perferrent oracula,dimittebat, prædicens ciuitatibus cauendam eſſe peſtilentiã, incendia,terræmotus. ſe certa remedia traditurum ne quid horum accideret,pollicebatur. Iamq; quum peſtilentia increbuiſſet,unum quoddam tale oraculum, autophonon & hoc,quo-
E quouerſum gentium prodiderat,unico carmine comprehenſum.

Intonſus nubem peſtis depellit Apollo.

Atque hunc uerſiculum uidere erat paſſim pro foribus deſcriptum, tanquam aduerſus peſtilentiam remedio futurũ. Verùm ea res plurimis diuerſam in partem euênit, propterea quòd fortuna quadam ſic accidit, ut eæ domus quibus hic uerſus eſſet inſcriptus,potiſſimùm deſolarentur. Neq; uerò me putes illud dicere,carmen in cauſſa fuiſſe ut interierint,uerùm caſu quodam ad hunc modum accidit. Et haud ſcio an plerique freti carmine, negligẽtius ac ſecurius uixerint,nihil aduerſum peſtem præter oraculum adhibentes:perinde quaſi ſyllabas pro ſeſe pugnantes haberent, & intonſum Apollinem telis peſtem pro-

pellentem. Exploratores item ex ſua cõiuratione quamplurimos Romæ con- F
ſtituerat, qui ſibi qua quiſque mente eſſet, indicarent: ac priuſquam oraculum
adiiſſent, illi ſignificarent quídnam eſſent percontaturi, quidq; potiſſimum cu-
pere uiderentur: ut etiam priuſquam adueniſſent ii qui mittebantur, ille iam ad
reſpondendum inſtructus ac paratus eſſet. Atque hæc quidem & id genus alia
machinaméta aduerſus Italicas urbes præſtruxerat. Nam præter hæc & initia-
tiones quaſdam inſtituerat, tædarum per manus tradendarum geſtationes, &
ſacrorum ceremonias, quæ quidem tribus ex ordine diebus continenter pera-
gerentur. Ac primo quidem die Athenienſium ritu denunciatio fiebat huiuſ-
modi: Si quis impius, aut Chriſtianus, aut Epicureus myſteriorum explorator G
acceſſit, diſcedat. Cæterùm qui deo credunt & parent, ſacris feliciter initien-
tur. Sub hęc protinus exigebantur illo præeunte, dicentéque: Foras pellantur
Chriſtiani. Tum multitudo acclamabat uniuerſa: Foras pellantur Epicurei.
Dehinc Latonæ puerperium agebatur, & Apollinis natiuitas: tum Coronidis
nuptiæ: demum naſcebatur Aeſculapius. Altero die Glycon in lucem emer-
gens, deíque exortus, Porrò tertio die Podalirii cum Alexandri matre coniu-
gium agebatur. Dadis autem is appellabatur, ídque ex re, propterea quòd fa-
ces quædam incenderentur. Poſtremo loco, Lunæ atque Alexandri amores, ac
naſcens Rutiliani coniunx. At uerò facem geſtabat, myſteriâque agebat En- H
dymion Alexander, cum hic dormiens ſcilicet in medio iaceret: deſcenderet
autem in eum è tecti faſtigio, tanquã è cœlo, Lunæ uicem agens Rutilia quæ-
dam formoſiſſima, cuiuſdam è Cæſareæ domus præfectis uxor, quæ nimirum ut
amabat Alexandrum, ita uiciſſim ab illo amabatur. Ac ſub oculis perditiſſimi
illius mariti, tum complexus agebantur, tum oſcula, ídque in propatulo. Quòd
niſi complures fuiſſent tædæ, forſan nonnihil & eorum quæ fieri ſolent infra
ſinum, patratum fuiſſet. Paulopoſt rurſum introibat ornatu ſacerdotali, multo
cum ſilentio. Deinde ipſe primus clara uoce ſonabat, Io Glycon. Aſſonabant
autẽ bene canori ſcilicet homines, nempe præcones aliquot Paphlagones, car- I
batinis calceati, plurimum allii nidorem ructantes, Io Alexander. Porrò ſubin-
de inter geſtandas tædas, atque inter myſticas ſaltationes, femur illius de indu-
ſtria renudatum, aureum apparebat: pelle, ſicuti coniicio, inaurata circundata,
atque hac ad tædarum fulgorem relucente. Itaque quum duobus quibuſdam
ex eorum numero qui deſipiẽter ſapientes ſunt, ſuper hac re uerteretur alter-
catio, utrum Pythagoræ animũ poſſideret, uidelicet ob femur aureũ, an alium
Pythagorico illi conſimilem, atque eam controuerſiam ad ipſum Alexandrum
retuliſſent: rex Glycon oraculo litem diſſoluit:

Pythagoræ mens emoriturq; oriturq; uiciſſim, K
Vatis at eſt animus diuina è mente profectus.
Hunc pater auxilio miſit iuſtisq; piisq;. Et rurſum:
Tecta Iouis repetet, Iouiali fulmine tactus.

Porrò cum cunctis aliis denunciaret ut à puerili concubitu temperarent, ceu re
nefaria, uir ille egregius tale quiddam ipſe machinatus eſt. Ponticis ac Paphla-
gonicis urbibus imperabat, ut tertio quoque anno mitterent qui deo dicaren-
tur, eiusq; laudes apud ſe canerent. Verùm mitti oportere ſpectatos ac ſelectos:
nempe nobiliſſimos, & ætate florentiſſimos, formaq; eximios. Quibus incluſis
perinde ut emptitiis ad libidinẽ abutebatur, modis omnibus in eos debacchari
ſolitus.

A ſolitus. Præterea legem quoque condiderat, ne quis maior annis octodecim ſeſe admoto ore complecteretur, néue cum baſio ſalutaret: ſed reliquis manum duntaxat oſculandam porrigẽs, ſolis ætate formaq; floridis oſculum dabat: atq; his quidem inde cognomen inditũ, ut intra oſculum cõſtituti dicerentur. Atque in hunc modum uecordibus ac ſtupidis mortalibus illudens, perpetuò deinceps ſuas nequitias exercebat, paſſim conſtuprans uxores, paſſim liberis abutens. Quin magnum quiddam, cunctisq; optandum uidebatur, ſi cuius uxorẽ uel aſpexiſſet modò. Porrò ſi quam etiam oſculo dignatus fuiſſet, nemo non
B ita putabat, quicquid eſſet bonarum felicitatum, id omne ſemel in eam domũ influxurum eſſe. Erant inſuper, atq; eæ non paucæ, quæ ſeſe etiam peperiſſe ex illo iactarent: quod ita eſſe mariti ſuo teſtimonio confirmabant. Lubet etiam dialogum tibi referre Glyconis & Sacerdotis, uiri cuiuſdam Tianei, cuius ſapientiam ex his quæ ſciſcitatus eſt, coniicias licebit. Hũc equidem legi pridem aureis deſcriptũ literis Tii, in ipſis Sacerdotis ædibus. Dic, inquit, mihi rex Glycon, quiſnam es? Sum ille, inquit, minor Aeſculapius. Num alius ab illo prior? quid ais? Haud fas eſt ut iſthuc audias. Sed quot annos apud nos permanſurus, atque oracula redditurus? Ad milleſimum tertium. Deinde quò demigraturus? Ad Bactra, atque in eas regiones. Siquidem oportet & barbaros meo cõuictu
C meaq; præſentia frui. At reliquæ ſortes, puta quæ in Didymis, Claro, Delphíſque redduntur, utrum ab auctore proficiſcuntur Apolline, an uana ſunt quæ illic eduntur oracula? Ne iſthuc quidem ſcire quæſieris. nefas enim. Cæterùm ego quis tandem poſt hanc uitã futurus ſum? Camelus, deinde equus, poſt hæc uir ſapiens, ac uates non inferior Alexãdro. Atque hæc Glyconis cũ Sacerdote confabulatio. Poſtremò & oracului carmine comprehenſum edidit, quum non ignoraret illum amicum eſſe Lepido:

Ne pare Lepido, nanque huic fatum inſtat acerbum.

Mirum etenim in modum metuebat Epicurum, ſicuti ſuperius dictum eſt, ni-
D mirum ut artificem ac ſapientem, ſuis artibus atque impoſturis hoſtem atq; infenſum. Itaque ex Epicureis quempiam auſum ſe multis præſentibus coarguere, propemodum in uitæ diſcrimen adduxerat. Siquidem adiens ille, clara uoce dicebat: Tu nimirum Alexander Paphlagoni cuidam perſuaſiſti ut ſeruos ſuos apud Galatiæ præfectum capitis accerſeret hoc nomine, quaſi filium ipſius qui tum Alexandriæ erudiebatur, occidiſſent: atqui uiuit adoleſcens, incolumisq; reuerſus eſt, famulis iã ſupplicio affectis, qui tua opera beſtiis traditi perierunt. Porrò huiuſmodi quiddam acciderat. Cum adoleſcentulus amne aduerſo in Aegyptum nauigaſſet, ad inundationem uſque ſubducto nauigio, perſuaſus
E eſt uti pariter in Indiam nauigaret. Itaque dum diutius abeſſet, infelices illi eius miniſtri rati uidelicet uel in Nilo nauigantem interiſſe puerum, uel à latronibus (nam id temporis permulti graſſabantur) eſſe peremptum, reuerſi ſunt domum, renunciantes quemadmodum è medio ſublatus eſſet. Deinde proditum oraculum, damnati ſerui. ſub hæc adeſt adoleſcentulus, peregrinationem ſuam enarrans. Atque hæc quidem ille: at Alexander indignatione percitus, quòd coargueretur, neque ferens opprobratam ſibi uanitatem, iuſſit ut qui adeſſent, lapidibus illum impeterent: alioqui & ipſos impios futuros, atque Epicureos appellandos. Dumq; illi iam lapidare cœpiſſent, Demoſtratus quidam, qui diuerſabatur in ponte, primus hominem ſui corporis obtegens obiectu, morti

ſubduxit, alioqui lapidibus obruendum, idq; iure optimo. Quid enim oportebat unũ inter tam multos inſaniẽtes ſanũ eſſe, atq; à Paphlagonũ ſtultitia malum ſibi accerſere? Et illi quidem hæc euenerũt. Cæterùm aduocatis iuxta oraculorũ ordinem iis qui propoſuerãt (nam id fiebat pridie q̃ reſponſa redderet) præcone rogante an uaticinari uellet, ſi cuipiam illorum ex adyto reſpõdiſſet, in malam rem: huiuſmodi hominem neq; tecto quiſquam excipiebat, neq; igni aquáue impertiebat: uerùm erat illi ſolum aliud alio uertendum, tanquã impio, deorumq; contemptori, atque Epicureo: quod quidem probrũ omnium erat grauiſſimum. Quapropter unum etiam Alexander quiddam deſignauit ridiculum. Nactus peculiares Epicuri ſententias, librum (ut ſcis) lòngè pulcherrimum, ſummatim Epicureæ diſciplinæ decreta complectẽtem, medium in forum deportauit, ac lignis ficulnis exuſſit, tanquam auctorẽ ipſum exureret ſcilicet: ac cinerem abiecit in mare, oraculo inſuper eam in rem edito: F G

Edico decreta ſenis comburere cæci.

Haud perpendit ſceleſtus ille quantum adferret is liber commoditatum iis qui in eo legendo uerſarentur, quantamq; illis quietem, tranquillitatem, libertatemq; pareret, propterea quòd à pauoribus, ſpectris, ac prodigiis liberaret: tum ſpes inanes atque immodicas adimeret cupiditates, mẽtem ſanam ac ueritatem inſereret, planè luſtraret animum, non tæda quidem, aut ſquilla, aut aliis id genus nugamentis: imò recta ratione, uero, ac libertate. Accipe iam facinus quoddam hominis ſceleratiſſimi, unum inter omnia multo impudentiſſimum. Quũ iam non mediocrem in Regiam aditum ſibi patefeciſſet, inq; aulam Cæſaream, præſertim Rutiliano rem adiuuante, atque approbante: quum bellum quod in Germania gerebatur, maximè flagraret, diuo Marco cum Marcomannis & Quadis conſerente, oraculum diuulgauit, quo iubebat uti duos leones uiuos in Danubium immitterent, uariis cum odoribus, ac ſacris quibuſdam magnificis. ſed præſtat ipſum oraculum referre: H I

Gurgitibus fluuii turgentis ab imbribus Iſtri
Immiſiſſe duos Cybeles edico miniſtros,
Monte feras alitas: tum quantum alit Indicus aër
Florum atque herbarum bene olentum: moxq; futura eſt
Et uictoria, pax & amabilis, & decus ingens.

Ea quum eſſent facta quẽadmodum ille præſcripſerat: leones quidem ſimul atque in hoſtium regionem enataſſent, Barbari canes quoſpiam aut lupos eſſe rati, fuſtibus arcebant. At noſtrorum protinus maxima ſtrages eſt conſequuta, uiginti fermè millibus ſimul extinctis. His conſimilia ſunt ea quæ in Aquileia contigerunt, quum parum abfuerat ut urbs ea caperetur. At is ad id quod euenerat, Delphicam illam reſpõſionem, Croeſoq; redditum oraculum, frigidè ſanè detorſit, dicens deum quidem prædixiſſe uictoriam, haud tamen explicuiſſe utrum Romanorum eſſet futura, an hoſtium. Tandem quum plurimi iam eam in urbem confluerent, premereturq; Abonotichitarum ciuitas multitudine eorum qui ad oraculum uentitabant, neque ſufficeret ſuppeditandis iis quæ ad uictum erant neceſſaria, comminiſcitur oraculorum genus quoddam id quod nocturnum appellabatur. Siquidem libellis indormire ſolebat, ut aiebat ipſe, deinde tanquam in ſomnio diuinitus edoctus reſpondebat: nihil certi tamen, ſed ambiguè plerunque, ac confuſim: maximè ſi quos libellos conſpe- K

*Nocturna oracula.*

xiſſet

A xiſſet accuratius atque obſeruantius obſignatos. Ad hunc enim modum citra ullum reſignandi periculum, quicquid temerè in mentem ueniſſet, ſubſcribebat: ratus & hoc ipſum oraculis conuenire. Erant autem ad id nonnulli conſtituti interpretes, qui mercedem non exiguam colligebant ab iis qui eiuſmodi capiebant oracula, ut enarrarent ea, explicarentq́; atque hoc illorum munus conductitium erat. Nam interpretum quiſque talentum Atticum pendebat Alexandro. Nonnunquam, quum neque cõſuleret quiſquam, neque miſſus eſſet aliquis: imò quũ ne eſſet quidem huiuſmodi quippiã: tamen oraculum edebat, uti ſtultos mortales redderet attonitos: quod genus illud erat:

B Hunc age quære, tuam qui, tectus in ædibus, ac te
Clam prorſum, uxorem uultuq́; oculisq́; decoram
Stuprat adulterio, ſeruorum ex agmine primus,
Ipſe cui ſolus ſuaſiſti hæc omnia demens.
Eius enim florem libaſti. hoc dedecus ille
Nunc tibi compenſans, cum coniuge dormit herili.
Quin iidem tibi iam pridem lethale uenenum
(Vt neque quæ faciant, poſſis audire, nec unquam
Cernere luminibus) tectè furtimq́; pararunt.
C Inueniesq́; tuo ſub lecto pharmaca, iuxta
Parietem, ſub ceruicali condita. porrò
Iſtis conſcia criminibus tua ſerua Calypſo eſt.

Quis Democritus principiò non commoueretur, ubi nominatim & auctores & loca palàm audiſſet deſignari? Verùm illico deſpuiſſet, ſimul atq; cognouiſſet quo hæc artificio gererentur. Inſuper & Barbaris non rarò reſpõdit, ſi quis patria lingua ſciſcitaretur, puta Syriacè aut Gallicè, quoties difficile erat inuenire conterraneos eorũ qui rogationem propoſuiſſent: proinde receptis libellis, multũ intercedere ſolebat interualli priuſquã oraculũ redderet, quò uidelicet
D interim per ociũ poſſet & ſoluere tutò libellos, & nanciſci qui cuncta poſſent interpretari. quod genus erat & illud Scythæ cuiuſdam redditum oraculum:

Morphi ebargulis in umbram chnenchicranc, relinquet lucem.

Aliàs rurſum quum nec adeſſet item quiſpiam, neque tale quicquam omnino contigiſſet, citra carmen eloquutus eſt: Redito unde ueniſti. ſiquidem is qui te miſit, hodie periit, interemptus à Diocle uicino, accedentibus latronibus, Mango, Celere, ac Bubalo, qui nunc etiam comprehenſi tenentur in uinculis. Cæterùm pauca nunc accipe ex his quæ mihiipſi reſpõdit. Sciſcitato an caluus eſſet Alexander: quũ libellos palàm atq; accuratè obſignaſſem, reſponſum no-
E cturnum ſubſcribitur: Sabar Dalachi Malach Attis alter erat. Rurſum quũ diuerſis libellis eandem rogationẽ propoſuiſſem, puta cuiatis eſſet uates Homerus, idq́; alio atq; alio nomine: alteri ſubſcripſit, uidelicet deceptus à puero, qui rogatus qua gratia uenit, ut remediũ, inquit, peterẽ aduerſus laterum dolorem:

Cytmide te iubeo, ac Latonæ rore perungi.

Alteri uerò ubi ſciſcitanti ei dictum eſſet, utrum mihi ſatius eſſet in Italiam nauigio, an pedeſtri itinere proficiſci, reſpondit, nihil quidem quod ad Homerum attineret:

Carpe uiam pedibus, rate ne ſulcaueris undas.

Multa id genus aduerſus illum ſum machinatus, quorum de numero fuit & il-

lud,unica rogatione propoſita libello pro more inſcripto,talis cuiuſdam roga- F
tiones octo,nomen aliquod emẽtitus,miſſis drachmis itẽ octo: præterea quod
fieri ſolitum eſſet,adiũgens. At ille perſuaſus partim miſſa mercede,partim in-
ſcriptione libelli,ad unicã rogationem(ea erat huiuſmodi,quãdo deprehẽden-
dus eſſet impoſtor Alexander)octo miſit oracula,ſed quæ neq; cœlum(quod a-
iunt)neq; terrã attingerent,uerùm abſurda,& intellectu difficilia omnia. Quod
ille ubi in poſterum perſenſiſſet,præterea quòd Rutilianum à matrimonio co-
natus eſſem auertere,ſuaſiſſemq; ne prorſus in diuinatione ſpes reponeret ſuas,
oderat me uidelicet,ita uti par erat,ſibiq; acerrimũ hoſtem iudicabat. Quodam
itaque tempore percontanti de me Rutiliano ita reſpondit: G

Noctiuagis gaudet ſcortis,ſpurcoq; cubili.

In ſumma, iure optimo me inuiſiſſimũ habebat. Proinde quũ me in oppidum
adueniſſe ſenſiſſet, mèque Lucianum eſſe illum cognouiſſet:(adduxeram au-
tem milites duos,alterum lancea,alterum conto armatũ, quos quidem à Cap-
padociæ præſide mihi tum amico acceperam,quò me ad mare uſq; deducerent)
accerſit illico,ſanè quàm comiter,multaq; cum humanitate. Ego quum adue-
niſſem,complures apud illum reperio: porrò bona quadam fortuna & milites
unà mecum adduxeram. Tum ille manum mihi porrigit oſculandam, quẽad-
modum uulgò facere cõſueuerat. ego admotus perinde atq; oſculum daturus, H
acri morſu corripio,ita ut parum abfuerit quò minus illi manum mancam red-
diderim. Itaq; qui præſentes erant,præfocare me accedere conati ſunt,tanq̃ ho-
minem ſacrilegum:quippe qui iam inde ab initio grauiter tulerant,quòd Ale-
xandrum illum,non autem prophetã compellaſſem. At ille oppidoquàm gene-
roſè obnitens cõpeſcuit illos, pollicitusq; eſt ſe facilè me placidum redditu-
rum,declaraturumq; quantum poſſet Glycon,qui nimirum & hos qui maxi-
mè ſæuirẽt ferocirentq;,ſibi redderet amicos. Móxque ablegatis omnibus, me-
cum expoſtulauit,negans ſe clam eſſe quæ ſuaſiſſem Rutiliano: Ecquid me læ-
ſiſſet ut iſta in ſeſe facerem, quum poſſem illius opera apud illum magnas ad I
res promoueri? Equidem hanc hominis humanitatem commoditatemq; liben-
ter accipio,perpendens nimirum quo forem in periculo conſtitutus. paulóque
pòſt prodibam iam illi factus amicus. Ea res profectò iis qui uidebant, uehe-
menter erat ſtupenda, quòd tam facilè fuiſſem commutatus. Poſt hæc quum
iam nauigare ſtatuiſſem, miſſis xeniis ac muneribus permultis (eram autem
fortè ſolus cum Xenophonte,patre cum reliquis meis in Amaſtrim præmiſſo)
pollicetur & nauim præbiturum ſeſe,& remiges qui nos aueherẽt. Etenim ar-
bitrabar hæc animo ſimplici,atque officioſè fieri:uerùm ubi iam in medio eſſe-
mus mari,uiderémque gubernatorem lachrymantem, & neſcio quid reliquis K
nautis contradicentem,non optimæ de euentu ſpes me ceperunt. Erat autem
illis ab Alexandro mandatum,ut tollentes nos in mare præcipites darẽt. Quod
ſi contigiſſet,facilè quod mecum gerebat bellum,illi debellatum fuiſſet: ſed is
qui lachrymabatur, effecit ne quid in nos grauius patrarent. Ac mihi quidem
ita loquutus eſt: Annos natus,uti uides,ſexaginta, quum antehac piè atque in-
culpatè uixerim,haudquaquã uelim in hac tam grandi ætate, præſertim quum
uxorem & liberos habeam,homicidio manus impiare. indicans uidelicet,cuius
rei gratia nos ſuſcepiſſet,quæq; ſibi mandaſſet Alexãder. Expoſitis autem no-
bis in Aegialos,quorũ etiam egregius meminit Homerus,retrò legit curſum.

ibi

A ibi fortè nactus præternauigantes legatos quoſdam Boſporanos, Eupatoris regis nomine in Bithyniam proficiſcentes, deportandi uectigalis gratia, quod in ſingulos pendebatur annos: cum expoſuiſſem illis, quod me periculum circumuallaret, atque illi ſe mihi commodos facilesq; præberent, receptus in nauigium, incolumis in Amaſtrim perueni. tãtillum abfuerat ut perierim. Ex hoc nimirum tempore & ipſe aduerſus illum arma capiebam, omnemq; (quod aiunt) mouebam funem, quò hominem ulciſcerer, quẽ iam tum ante mihi ſtructas inſidias oderam, próque ſummo ducebam hoſte, propter morum impietatem. Iamq; ad accuſationem intenderam animum, non paucis mecum facien-
B tibus, maximéque qui erant ex Timocratis Heracleotæ ſchola philoſophi. Verùm qui tum Bithyniæ Pontoq; præſidebat, nos cohibuit, penè ſupplicans & obſecrans uti deſiſteremus. Etenim ob neceſſitudinem quæ ſibi cum Rutiliano intercederet, nequaquam poſſe ſupplicio afficere, nec ſi manifeſto in crimine deprehendiſſet. Atque ita quidem ab iracundia deſtiti, meq; repreſſi, non in tẽpore rem aggreſſurus, cum iudicem haberem ad eum modum affectum. Sed quid? an non & hoc inter alia facinus audax Alexandri, à principe Romano poſtulare ut Aboni murus, commutato uocabulo, Ionopolis appellaretur? utq; nomiſma nouum ſignaret, altera quidem parte Glyconis obtinens imaginem,
C altera uerò Alexandri, qui inſignia aui Aeſculapii, ac falcem illam Perſei, unde maternum ducebat genus, teneret? Porrò cum eſſet de ſeſe uaticinatus, oraculo prodito fatis decretum eſſe, ut annos uiueret centum & quinquaginta, dehinc fulmine ictum, interitu maximè miſerando periturum: nondum ſeptuaginta natus annos interiit, uidelicet (uti conueniebat Podalirii filio) pede ad inguen uſque putrefacto, & uermibus ſcatens. Quo tempore ſimul & illud deprehenſum eſt, quòd caluus eſſet, quum medicis caput humectandum præberet ad mitigandum cruciatum: id quod haudquaquam facere potuiſſent, niſi detracto galericulo. Hunc habuit exitum Alexandri tragœdia, atque hæc fuit
D totius fabulæ cataſtrophe: ut res uideri poſſit prouidentia quadam eſſe geſta, quum caſu nimirum ad hunc modum euenerit. Reſtabat illud, ut & epitaphium uita acta dignum ei conſtitueretur: neque non certamina quædam agerentur ab iis qui in uaticinium coniurauerant, uidelicet impoſtoribus inſignibus ac præcipuis ad Rutilianum arbitrum ſeſe conferentibus, ut is pronunciaret quem ex ipſis oporteret in oraculi ſucceſſionem capeſſendam eligi, atque ſacerdotali propheticaq; corona redimiri. Erat autem in hoc numero ſimul & Pætus, qui artis profeſſione medicus, tum canus quum eſſet, iſta faciebat, neque medico, neque homini cano decora. At Rutilianus certaminis arbiter, incoro-
E natos eos remittebat, ipſi ſibi diuinandi auctoritatem ſeruans, poſteaquam inde iam demigrauerat. Hæc amice ex plurimis pauca, quò deguſtamẽtum hominis præberem, ſcribenda putaui, cum uti tibi gratificarer, homini familiari atque amico, quemq; ego unum omnium maximè ſuſpicio, idq; pluribus nominibus, uel propter ſapientiam ſingularem, uel ob amorem ueri, uel ob morum manſuetudinem ac moderationem, uel ob uitæ tranquillitatem, poſtremò comitatem atque humanitatem erga hos quibúscum uiuis: tum uerò (quod quidem tibi fuerit etiam iucundius) ut Epicurum ulciſcerer, uirum uerè ſacrum, ingenioq; diuino, quiq; ſolus quæ uerè ſunt honeſta, & nouerit & tradiderit, quiq; ſolus extiterit qui liberos reddere ſolitus ſit eos qui ſecum haberẽt con-

*Mors Alexandri.*

*Concluſio & dedicatio operis.*

ſuetudinem. Denique arbitror fore, ut iis qui in hanc lectionem inciderint, liber hic nonnihil utilitatis afferre uideatur, dum quædam redarguit, quædam in opinionibus horum qui & rectè ſentiunt, confirmat ac ſtabilit. F

## DE SALTATIONE, Vincentio Obſopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Defendit hac oratione ſaltandi artem Lucianus cõtra Cratonem quendam, à quo ſtudium eius rei reprehendebatur ut effœminatum ac molle, ac uiro præſertim philoſopho indignum. Colligit autem honeſtatem ac dignitatem artis primùm ab antiquitate, multis ac uarijs exemplis oſtendens quantum in uſu ſaltandi ſtudiũ ueteribus fuerit, & quantopere eo omnes propè gentes iam inde ab initio delectatæ ſint, quibus item laudibus eam artem cum poetæ tum alij quidam celebrarint, confutata interim tragœdiæ comœdiæq; præſtantia,* G *quarum certamina atque actiones Crato ſaltationibus antepoſuerat. Deinde & præſtantiam artis à difficultate commendat, docens multarum ac uariarũ rerum peritum, multisq; tum ingenij tum corporis dotibus ſaltatorem præditum eſſe oportere. Inter quæ & effectum ac uim artis proſequitur, docens non oblectare tantùm eam, uerùm & corporis agilitatem quandam decentem atque utilẽ inde comparari, roburque & uires augeri. Deinde & animi quandam ſapientiam ac mores hominum formari. Idq; exemplis tum philoſophorũ tum barbarorũ quorundã amplificat. Poſtremò & uitia ſaltatorum aliquot recẽſet, & præcipuè quantũ noceat, aut aliàs, iſta uel in primis in hac arte Cacozelia ſeu nimia affectatio, exẽplis docet, quæ res & ipſa ad difficultatem artis confirmandam pertinet. Exordium ab occaſione ſumitur: a quo mox Cratonis reprehenſio ſequitur, qui ſtudium huius rei in Luciano reprehendit, à perſonæ qualitate, & modo rei, addita etiam amplificatione quadam à collatione, quam antequam ad rem accedit, Lucianus ab inæqualitate refutat, ipſumq;* H *Cratonem indignè & abſurdè facere oſtendit, qui rem nec uiſam, nec cognitam, temerè reprehendat. Atque ita ad argumentum, illo auſcultandi operam pollicente, deſcendit.*

### LVCIANVS.

POSTEAQVAM tu Craton iam olim acerba quadam accuſatione adornata, ac diu multumq; meditata, in ius uocaſti cũ ſaltationes, tum ipſum ſaltandi artificiũ, inſuper autem & nos reos feciſti tali gaudentes ſpectaculo, quaſi in re friuola & muliebri multũ ponamus operæ: audi obſecro quãtum à recto aberraris, tumq; quemadmodum deceptus per imprudentiam, rem omnium in mortalium uita optimam innocenter accuſaris. Et equi- I dem uenia tibi habenda eſt, ſi ſtatim ſub initium aſperæ uitæ temet aſſueſcens, & tantùm quod durum fuerat, bonum exiſtimans, rerum ductus imperitia, iſta accuſatione digna cenſueris. CRA. Cum uir ſies, ô optime, & maximè diſciplinis liberalibus innutritus, necnon in Philoſophiæ ſtudiis mediocriter uerſatus, poſthabeas autem ô Luciane rerum optimarum exercitiũ, & priſcorum illorum cõuictum, cæterùm ſedere ſuſtineas in theatro omniũ poſticas ſannas excipiens, & hominem effœminatum ſpectans mollibus ueſtimentis indutum, ac cantilenis laſciuis & turpibus perſtrepẽtem, tum priſci ſeculi mulierculas amatorias imitãtem, nempe libidinoſiſſimas Phædras & Parthenopas, & Rho- K dopas, & hæc omnia cum pulſationibus, & laſciuis & obſcœnis carminibus, & pedum ſtrepitu: hæc inquam res eſt perquam ridicula, & quæ hominem ingenuum, qualem te eſſe conſpicio, minimè deceat. Quare ego cum certior factus eſſem huic tam turpi te incumbere ſpectaculo, non tantùm me tui puduit, ſed uehementer etiam diſcruciatus ſum animo, ſi Platonis & Chryſippi & Ariſtotelis oblitus, ſederes non diſſimilia cum iis paſſus, quorum aures penna leuiter perfricantur, maximè uerò aliis innumeris diſciplinis exiſtentibus & ſpectaculis grauibus & ſeriis, ſi quis omnino choraules exigat, ac citharœdos artificioſè canentes requirat. Cum primis uerò cum grauem aliquam ſpectãdo tragœ-

diam

A diam,aut plenã hilaritatis comœdiam, nõ minorem uoluptatem capere poſſis, de quarum palmario certamina quoq; poëtis proponi ſolẽt. Multa itaq; & accurata,ô generoſe, defenſione apud eruditos tibi opus erit, ſi nolis per omnia uideri excidiſſe, & è bonorũ grege exactus eſſe. Atque iſtud mihi optimũ factu uidetur,ut his omnibus conſtanti negatione medearis,neq; ſub initium fatearis aliquid tale te flagitioſè deliquiſſe.In reliquum uerò caue,ne nobis ignorantibus ex uiro quẽ olim egiſti,in Lyden quampiam aut Baccham amiſſa priſtina facie trãſmuteris. Qua in re non tibi ſolùm, ſed & nobis culpa imputãda
B foret,ſi non Vlyſſis in morẽ à Loto deguſtata abſtractũ, ad conſueta literarum & Philoſophiæ cõmercia & ſtudia te reduceremus, priuſquam omnino deceptus à Sirenibus in theatro excubantibus occuperis. Iam illæ ſolis inſidiantur auribus, eamq; ob rem haſce nauigio prætereuntibus cera opus eſt. Cæterùm tu & ab oculis uidere prorſus illarum præſtigiis eſſe ſubactus. L V C. Papæ ô Craton! quàm uerò robuſtum in nos canem ſolutis loris cõcitaſti! Niſi quòd exemplũ ſumptũ à Lotophagis, & comparationẽ tractam à Sirenibus, parum ſcitè,atque adeò ineptiſſimè mihi induxiſſe uideris ad ea quæ mihi acciderunt. Etenim iis qui Lotũ deguſtauerant, ac Sirenas cantillantes audierãt,exitio fuit manducationis & auditionis prolubium. Mihi uerò præterquam quòd uolu-
C ptatem ſpectando cepi mirificam & iucundiſſimam, etiam finis peruenuſtè cecidit. Neque enim in obliuionem rerũ domeſticarum, aut negotiorum præſentium incognitionem delapſus ſum, ſed ſi mihi ingenuè ueritas fatenda eſt, longè ſapiẽtia excultior, ac in rebus humanis multo ſolertior atque prouidentior ex theatro regreſſus ſum. Magis autem illud Homeri in præſentia adducere perpulchrum eſſe exiſtimo,quòd is cui illud uiſum ſit ſpectaculum,Multorum gnarus ſimul oblectatus abiuit. C R A. O Dii immortales,Luciane,qualia pateris, quem iſtorum ne pudeat quidem, ſed iactanter etiam laudi tibi ducere uideris! Igitur quod hac in re grauiſſimum eſt,nullam ſpẽ curationis aut reme-
D dii nobis oſtendiſti,qui laudibus efferre audeas tam execranda & turpia. L V C. Age hoc mihi reſponde Craton:iſtud de ſaltatione,tum ea quæ fieri in theatro conſueuerunt, corámne tibi uiſa ſunt,ut ea ita crebrò probroſis dictis inſecteris: aut an potius ſpectaculi prorſus expers atque ignarus, nihilo ſecus tamen illud ut turpe atque execrandum(ut ais)exiſtimas? Quòd ſi enim aliquando ea præſens uidiſti, iam nobis & tu hac ſtulta ſpectandi curioſitate paria feciſti. Sin non,uide ne parum modeſta & nimis temeraria tua uideatur eſſe inſectatio,ea in crimen uocans,de quibus nihil habes comperti. C R A. Ergo hoc mihi adhuc ſupererat, ut in tam profunda barba & cano capite ſederem inter mulier-
E culas,& inſanientes illos ſpectatores, applaudens & præconiis ineptiſſimis acclamans homuncioni cuipiã perdito,nulla neceſſitate lachrymas profundenti? L V C. Eſt equidem hoc tibi ignoſcendum ô Craton:illud tamẽ pro certo exploratum habeo,ſi meis monitis morẽ gerens,tantum tẽpuſculi ſpectandis ſaltationibus impertires, quantum uel periculo faciẽdo ſufficeret, nihil tibi poſthac rebus omnibus fore prius aut antiquius,quàm ut loco commodo occupato,ſeruire queas ſpectaculis,unde exactè & uidere,& clarè audire poſſis omnia. C R A T. Nunquam ego forma fiam amabilis, ſiquid tale unquam prudẽs ac ſciẽs fecero,ſemper autem mẽbris hirſutis,& barba incõpta atq; horrida,ut me nũc tui ex animo miſeret,omnibus modis inſaniẽtis. L V C. Vis ergo, ô amice,

omissis blasphemiis atque cõuiciis, arrectis auribus attentè mihi dare operam F
nonnihil super saltatione, eiúsque uirtutibus differenti, tum quemadmodum
non solùm oblectamento sit spectantibus, uerumetiam emolumento, tũ quan-
tis de rebus hominũ animos commodè admoneat & erudiat: præterea quem-
admodum spectantium mentes aptè componat, pulcherrimis exercens specta-
culis, ac optimis præceptis imbuens: ad hæc communem quandam corporis &
animæ pulchritudinem ostendens? Etenim quæ illi accedunt à Musica & mo-
dulationibus, hæc inquam omnia facere, nõ dedecori aut uituperio, sed illi po-
tius laudi tribuenda sunt. CRAT. Quanquam mihi in præsentia ocium non
est insanientem hominem auscultandi, suum ipsius morbum laudibus efferen- G
tem, attamen si nugis & inanibus fabularum commentis me opplere tibi con-
sultum factu uisum est, paratus sum in hoc tibi officioſè inseruire, & aures præ-
bere, uel sine cera inutilia uerba obaudire ualens. Quare cõpressa uoce hác tibi
operam dabo. Dic uerò quodcũq; animo tuo libitum fuerit, quasi nemine au-
scultante. LVC. Euge ô Craton, istuc ipsum omniũ maximè mihi egẽti in o-
ptatis fuit. Paulò enim pôst ipsa re comperies nũ nugæ tibi censendæ sint quæ
in medium producturus sum. Ac principiò quidẽ illud planissimè mihi ignо-
rare uidere, quàm non nouitium inuentum sit saltatio, neq; heri aut nuper na-
tum & inceptum, puta apud maiores nostros, aut illorũ: sed qui super saltatio- H
nis ortu quamueriſſima perscrutati sunt, affirmant illam unà cum mundi ac o-
mniũ rerum generatione natã esse, & cũ Amore deo illo uetustissimo in lucem
prodiisse. Etenim ipsa syderum chorea, & errantium cum non errantibus con-
iunctio, eorũdemq; modulata atq; cõcinna participatio, & illa bella, tũ pulchrè
instituta harmonia, primogenitæ saltationis argumenta fuere, & indicia certis-
sima. Ea uerò tẽporis progressu subinde incrementis aucta maioribus, neq; nõ
additiones melioris inuenti sortita nõ modicas, summo nunc absoluta uidetur
esse fastigio, ac res esse omnifariam uaria, & omnibus modis concinna & con-
gruẽs, tum bonũ multiplicis ornatus & scientiæ. Hoc uerò saltãdi artificio aiũt I
Rheã potissimùm oblectatã, in Phrygia quidẽ Corybantas, in Creta autẽ Cu-
retas saltare iussisse. Neq; uerò modicũ cepit ex illorũ arte compẽdium. Quip-
pe circunsaltãtes Iouẽ illi seruarunt incolumem, ita ut Iupiter nõ grauatè fatea-
tur salutis contributæ præmia se illis debere, per illorũ saltationẽ patrios dẽtes
effugiẽs. Porrò autẽ hæc saltatio ab armatis desaltabatur, gladios ad scuta colli-
dentibus, ac bellicũ quiddam & attonitũ saltãtibus. Mox uerò inter Cretenses
ut quisq; maximè nobilitate præcellebat, summo studio hanc rem exercentes,
præstantissimi saltatores reddebãtur, nõ tãtùm homines priuati, & humili loco
orti, sed nobiliores quoq;, & regii sanguinis, & primates in populo. Homerus K
quoq; Merionẽ nõ suggillare, uerũ pulcherrimo laudis testimonio ornare uo-
lẽs, saltatorẽ nominauit. itaq; in tãtũ claritudinis & notitiæ ob saltãdi peritiam
apud õnes uenerat, ut hæc nõ Græci solũ de illo cõperta tenerẽt, sed & Troia-
nis hostibus non ignota forẽt. Videbãt enim, ut mea est opinio, eius in bellan-
do agilitatẽ, & concinnum mẽbrorum motũ, quæ ex saltatione in usum cõuer-
sa peculiariter possidebat. Versiculi Homeri ad hunc loquuntur modum:

*Iliad. π.* Te citò Merione, quanuis saltare peritum
Strauissem in dura confossum cuspide pugna.

Tametsi eundem non strauerat. ut enim in saltando semet magno studio exer-
cuerat,

A cuerat,ſic facilè,ut opinor,effugiebat iacula in eum contorta atque emiſſa.Iam quanquam & alios complures ex heroibus enumerare poſſim eo ipſo ſaltandi ſtudio diligẽtiſſimè exercitatos,quiq; ex hac ipſa re artem fecerint:ſufficere tamẽ ſuſpicor uno à me producto Neoptolemo Achillis filio, qui uſq; adeò hoc præcelluit artificio,ut cum ſpeciem quoq; ſaltandi pulcherrimã ſibi adieciſſet, Pyrrhichii nomen ab illo acceperit. Achilles quoq; ipſe his de filio ſuo inauditis,maiori gaudio ſuffuſus eſt,ut ego exiſtimo,quàm propter eius formæ præſtantiam,& membrorũ robur inſuperabile. Atqui interea ſemper Ilion fuit inexpugnabile, donec illius ſaltatione captum concideret, & direptum ſolo æ- *Neoptolemus*

B quaretur.Lacedæmonii quoq;,qui Græcorum præſtantiſſimi eſſe cenſebantur, cum à Caſtore & Polluce Caryatiſſare perdidiciſſent,quæ ſaltationis ſpecies à Caryis urbe Laconiæ ducta erat,omnia cum carminibus facere ſoliti ſunt,adeò ut ad tibiarum quoq; modulos & rhythmũ, & moderatum pedis ingreſſum, prælium committere illi genti moris fuerit. Ac primùm quidem conſerendarum manuum ſignum Lacedæmoniis tibia dari ſolitum eſt: proinde de omnibus quoq; reportant uictoriam, muſica & modulorum concinnitate illos ducente. Videres itaq; illorum ephebos nihilo minore cura ſaltationi, quàm armis exercendis dare operam. Vbi enim iam ſummis colluctati ſunt digitis, ac

C mutuis ictibus ſemet ceciderunt,quieſcunt parumper, & omne illorum certamen in ſaltationem ſolutum conuertitur.Quorũ in medio tibicen locatus eſt, tibiam incinens,ac pedibus inſtrepens.Cæterùm illi per ordinem alter alterum ſequentes, omnigenas figuras corporis agilitate exprimunt ad rhythmum ingredientes, alias quidem bellicas, alias uerò ſaltatorias, quæ Baccho & Veneri gratæ ſunt. Quinetiam cantus quem inter ſaltandum modulantur, Veneris & Cupidinum cognomẽto nobilitatus eſt, quaſi unà cum Venere & Cupidinibus communi choreæ ſaltationi indulgerent.Et altera quidem cãtilena(duæ enim canuntur) rationem quoque & præcepta ſaltãdi in ſe complectitur.Pro- *Laconum ſaltatio.*

D cul,aiunt,ô pueri,promouete pedem, & ſaltate perfectius.Non diſparia faciũt quibus Hormum ſaltare curæ eſt. Hormus autem genus ſaltationis eſt adoleſcentibus uirginibuſq; commune, alternatim ad choream diſpoſitis, ut planè hormum,hoc eſt ſegmentum referant.Solet autem adoleſcens chorum ducere more iuuenili ſaltans,quo poſtea in adoriendis hoſtibus uſurus ſit.Sequebatur hunc puella modeſtia quadam conſpicua, quæ fœmineum ſaltum decenter admodum peragebat:ut hormum ex temperantia & fortitudine compoſitum rectè dicere poſſimus. Cæterùm quæ Homerus ſuper Ariadne in clypeo memoriæ prodidit, deq; choro quem illi Dædalus inſtituerat, ea, ut iam olim tibi le- *Hormus quid.*

E cta,præteribo ſilẽtio.Præterea duos illos ſaltatores, quos eodem in loco Poëta Cybeſteteras uocat chorũ ducentes.Rurſus quæ in clypeo memorat,In medióque duos iuuenes agitare choreas Cernere erat, tãquam rem omnium pulcherrimam ſaltationem Vulcanus clypeo addidiſſet.Etenim Phæacas ſaltatione,ut par erat,uehementer fuiſſe oblectatos,mirum uideri non debet,cum tantis affluerent deliciis,ac in omni rerum abundantia & fortunæ indulgentia uictitarent. Quare Homerus Vlyſſem ex omnibus quæ uiſenda apud Phæacas conſpexerat,hoc cum primis admirantem teſtatur,agilésque pedum motiones ſpectantem. Iam in Theſſalia eouſque progreſſum eſt ſaltationis exercitium, ut populi præſides,& anteſignanos illorum,præſaltatores uocare non dubita-

rint. Cui rei etiamnum ſtatuarum inſcriptiones & tituli ſuo ſuffragantur teſti- F
monio, quas iis qui in bello optimã nauaſſent operam, erexerunt. Prætulit, inquit, præſaltatorem ciuitas. Et iterum, Eilationi poſuit hanc imaginem populus, propterea quòd pugnam probè deſaltarit. Mitto illud, apud ueteres nullas unquam fuiſſe celebratas feſtiuitates aut ceremonias citra ſaltationem, quippe quas ab Orpheo & Muſæo optimis tunc ſaltatoribus cõſtitutas fuiſſe ſatis certè conſtat, qui & hoc, ut cætera omnia, ut honeſtiſſimũ quiddã legibus ſanxiſſe uidentur, initiari cum rythmo & ſaltatione. Quòd autem hoc ita ſe habeat, reticenda erant orgia, propter prophanos nondũ initiatos. Illud autẽ omnes audiũt, quòd ii qui linguæ uitio atq; incõtinentia myſteria prodidiſſent, plerique G
eos deſaltaſſe dictitarẽt. Porrò autẽ in Delo nulla ſacra peragebãtur, quibus ſaltatio nõ fuiſſet adhibita, ſed & cũ illa & cũ muſica cũcta perſoluebãtur. Ingreſſi uerò puerorum chori, tibia & cithara præcinentibus ſaltabãt, quos ſubſecuti optimi facto delectu choreis excipiebant. Itaq; & cantilenas illiuſmodi choris
*Hyporchemata.* conſcriptas hyporchemata nominare conſueuerunt, talibusq; lyra impleta fuerat. Quid uerò Græcorum gentes tibi commemorem, cum Indi quoq; poſtea-
*Indorum ſaltatio.* quam mane è ſtrato ſurrexerint, Solem precibus uenerati fuerint, nõ quemadmodũ nos deoſculata manu perfectam precationem eſſe arbitramur, uerùm illi ad orientem conuerſi, ſaltatione Solem conſalutant, ſed cũ ſilẽtio ſeipſos con- H
formãtes, dei choream imitari atq; effingere conantur? Et hæc Indorũ eſt precatio, & chori, & ſacrificiũ. Duabus uerò uicibus ad hunc modũ Deum placare
*Aethiopum.* ſolent, nempe mane, & ueſperi. Atenim Aethiopes nõ alia quàm ſaltãdi ratione illatis iam ſignis bellũ ingrediuntur, nec quiſquam Aethiopũ uel ſagittam excuſſam emitteret auulſam à capite (hoc enim uice pharetræ utuntur, radiorũ inſtar tela capiti circumponentes) niſi prius ſaltauerit, & ſaltatione hoſti terrorem incuſſerit. Conſentaneum uerò eſſe opinor, poſteaquam totam Indiam & Aethiopiam peragrauimus, ut in uicinam Aegyptũ oratione diuertamus. Ete-
*Aegyptiorum* nim uetus illa fabula Proteum Aegyptium nihil aliud q̃ ſaltatorem fuiſſe exi- I
mium, mihi planè confirmare uidetur, hominem effingendi imitandiq; peritũ, quiq; ſemet in uarias rerum facies demutare & transformare potuerit, ut modò in aquas tenues dilapſus abiret imitando, modò ignis celeritatem & uehemẽtiam agilitate corporis, mox leonis immanitatem, ac Pardalis impetum, deinde arboris motũ flexibilem, poſtremò in ſumma quicquid collibuiſſet, exprimeret. Cæterùm fabula eas Protei proprietates ad inuſitatiorem opinionem detorquens, eam eius naturam fuiſſe cõmenta eſt, quaſi ea ipſa quoq; fieret, quæcũq; ſaltandi artificio imitaretur. Qua facultate & eos qui hodie ſaltationibus
nauãt operam, præditos eſſe animaduertimus, uideasq; illos eodem tẽpore di- K
uerſiſſimis modis immutari, ac planè ipſius Protei eſſe æmulos. Et ſi quid cõiectura aſſequendum eſt, & Empuſam ſuſpicor (quæ & ipſa in uarias rerũ facies
*Empuſæ.* ſemet transfundere dicta eſt) non aliam quàm ſaltatricem fuiſſe, fabularũ inuolucro ſignificare uoluiſſe homines. Ad hæc iuſtum eſſe opinor, ne Romanorũ quidem ſaltationem præterire tacitam, quam nobiliſſimi quiq; illorum, quos
*Saliorũ apud Rom. ſaltatio* uocãt Salios (eſt autem nomẽ ſacerdotii) Marti Deo bellicoſiſſimo ſaltant grauiſſimè, & religioſiſſimè. Neque uerò Bithynicæ fabulæ commẽtum ab Italo-
*Priapi.* rũ inſtituto abhorret admodum, perhibentiũ Priapum Deum bellicoſum, unũ, ut opinor, ex Titanibus, aut Idęis Dactylis, illud opus factum, rebus militaribus inſtituendum

A inſtituẽdum fuiſſe, quem Mars à Iunone offerente acceptum adhuc puerum, durum porrò,& rudem,& ſupra modum uirilem,non prius amorum peritum reddidit,quàm perfectum eũdem ſaltatorem effeciſſet. Quamobrem & merces illi à Iunone deſtinata eſt,ut ab illo ſemper decimam partem ſpoliorum in bello partorum reciperet. Vt autẽ Dionyſiaca & Bacchica tibi expediam, opinor te non expectaturum ut audias, cuius tota actio nihil aliud quàm ſaltationem complectitur. Cum itaque tria ſint celeberrimarum ſaltationũ genera,Corda- *Saltationũ genera tria.*
cis & Sicinnidis & Emmeliæ,Bacchi miniſtri Satyri his à ſe ipſis inuentis,de ſe cuique nomen indiderunt:& hac ſaltãdi arte utens Bacchus,Tyrrhenos & In-
B dos & Lydos deuictos ſubiugauit,ac gentes adeò bellicoſas ipſis ſaltem thyrſis deſaltauit. Quocirca, ô admirande, uide ne parum pium aut religioſum ſit, in crimen uocare exercitium adeò diuinum & myſticũ, & cui colendo tanti Dii nauarint operam, quodq; in illorum honorẽ & cultum toties peragitur, inſuper quod tantum oblectamentũ ſimul atque inſtitutionem adeò utilem exhibere ſolet.Illud ego demiror,non ignorans Homeri atq; Heſiodi te amatorem eſſe maximum(iterum enim ad poetas me conferam)qua fronte illis contradicere audeas, præ omnibus ſaltationem ſummè laudantibus.Siquidẽ Homerus cum res mortaliũ longè iucundiſſimas iuxtà ac elegantiſſimas uno quaſi faſce
C coniunctim efferret,nempe ſomnum,amorẽ, cantum,atque ſaltationem: hanc tamen ſolam præclaro nobilitauit encomio,inculpata eadem nominata,aſſcribens per Iouem cantui dulcedinem,quæ utraque ſaltandi artificio adeſſe uidemus,& dulces modulos,& ſaltationem inculpatam, quam uituperare cogitas. Rurſus alia in parte ſuæ poëſeos ita inquit:

Iuppiter hunc belli reddit uirtute potentem,
At leuibus membris alium ſaltare peritum:
Eſt quem dulciſona ſuſtollit uoce canendi.

Suauis profectò eſt uocũ modulatio, quæ ſaltationi adiũcta eſt, ac munus quod
D à diis immortalibus præſtari potuit longè pulcherrimũ. Ac mihi apparet Homerus omnes res mortalium in duo tãtùm diuiſiſſe,nempe in bellum, & pacẽt cæterùm rebus bellicis tantùm hæc tãquam præſtantiſſima ſtudia pacis oppoſuiſſe. At uerò Heſiodus, qui non ab alio percenſente hoc auditu percepit, ſed ipſe ſtatim ſub auroræ exortũ Muſas ſaltantes uiderit,in carminis ſui initio de illis hoc ſummum & elegãtiſſimũ referre nõ eſt ueritus encomiũ, nimirum eas circa fontem floridũ mollibus ſaltare pedibus,iuxta patris aram agentes tripudium.At tu,ô generoſe,tantùm non cum Diis ipſis pugnans,ſaltationem conſcindis contumelioſis conuiciis. Cæterũ ipſe Socrates,uir omniũ ſapientiſſimus
E ſi Pythio hoc illũ teſtimonio cohoneſtanti fides habenda eſt,nõ tantũ ſaltationem laudibus extulit,ſed illam quoq; diſcere nõ erubuit aut grauatus eſt,plurimũ tribuens uenuſtæ cõcinnitati & elegãtiæ,tũ apto motui,neq; nõ mouẽtis afformationi.Nec ueritus eſt iã natu grandior ſaltationẽ inter ſerias habere diſciplinas:uidebaturq; non parum huic rei perdiſcendæ impenſurus operæ,quẽ leuiora ac uiliora perdiſcere non piguit: ſed tibicinarũ quoq; ſcholas frequentare ſolebat, neq; à meretrice muliere Aſpaſia quiddam audire dedignatus eſt. Atqui ille artem non ita pridẽ natam uidit,necdum tanta elegantia & pulchritudinis acceſſione auctam & elatam. Qui ſi nũc eos quorũ opera in ſummum uſque faſtigiũ euecta eſt, ſpectaret, ſat ſcio illum omnibus reliquis poſthabitis,

hiſce tantùm ſpectaculis operam daturum, neq; pueros quicquam perinde atq; ſaltationem doctur̃. Videris autem mihi laudãs Comœdiam atq; Tragœdiam, oblitus eſſe, in utraque illarum propriũ quoddam ſaltationis genus exerceri, ac tragicã quidem eſſe Emmeliam, comicã uerò eſſe Cordaca. Nonnunquã uſurpari & tertiã, nempe Sicinnidem. Poſtea uerò quàm in principio ſaltationi tragœdiam & comœdiã, tibicinasq; & citharã anteferre non dubitaris, tanquã iſta in certamen ueniant, atq; per hoc grauia dicenda ſint, age uiciſſim iſta ſingulatim excutiamus, tibias autẽ & citharam relinquamus. Etenim & iſtæ ſaltationis partes ſunt ducẽdis choreis ſubſeruiẽtes. Porrò autem ipſam tragœdiã primùm ab habitu contemplemur, cuiuſmodi ſit, quàm turpe & minimè iucũdum ſpectaculum, homo longitudine deformi atq; incõpoſita exornatus, altis calceamentis ingrediens, caput larua minaci obductũ habens, tũ peramplo ore hiãte, quaſi ſpectatores eſſet deuoraturus. Mitto adſcititia pectora, & uẽtres factitios, adiunctam & arte compoſitam corporis craſſitudinem, ne longitudine diſcors compoſitio in tenui corpuſculo magis reprehendenda ueniat. Deinde indecora hiſtrionis uociferatio, iam ſe ipſum inclamãtis, iam uerberantis, aliquando etiam iambicos uerſiculos cantillantis, & quod turpiſſimum eſt, grauiſſimas calamitates modulantis, ac ſola uoce ſemetipſum reprehendendum exhibentis. Quippe alia priſcorum poetarũ induſtria inuenta ſunt. Et quãdiu quis Andromachen agit, aut Hecubam, tolerabilis eſt cõcio: ubi uerò ipſe Hercules carmine lugubri in ſcenã ingreſſus eſt, ſui oblitus, neq; leoninam, neq; clauam, quæ præponitur, ueneratur, adeò ut ſanæ mẽtis homo quiſpiam iure optimo talem actionem ſolœciſmũ uitioſum poſſit reprehendere. Iam quod cũ primis quoq; in ſaltatione damnaſti, uiros hiſtriones mulierũ mores imitari, hoc equidẽ cõmune quoq; eſt & tragœdiæ & comœdiæ uitium. Etenim in utraq; plures introducũtur mulieres quàm uiri. Quinetiam Comœdia partẽ perſonarũ omniũ maximè ridiculam, & oblectationis plenam huic tribuit, uidelicet lampadũ & tibicinarum & coquorũ perſonas. Sedenim ſaltationis habitus q̃ decens ſit & modeſtus, quorſum attinet dicere, cum cæcis quoq; iſta ſint perſpicua? Larua ipſa pulcherrima, & ſubiectæ fabulæ reſpõdens, nõ immane hiat, ut illæ, ſed ſaltationi per omnia conuenit. Habet enim permultos ſub illa uociferantes. Olim uerò ipſi quoq; ſaltatores canebãt, & unà ſaltabãt. Deinde animaduertẽtes cõtinuo motu grauari anhelitũ, & per hunc turbari cantilenã, uiſum eſt factu lõgè conſultius, ut alii ſaltãtibus ſuccinerẽt. Porrò autẽ argumenta utriſq; communia ſunt, neq; ulla in re à tragicis diſtinctim ſeparata ſunt ſaltatoria, q̃ quòd multipliciori uarietate exornata ſunt illa, maioriq; ſtudio perdiſcẽda, atq; infinitas mutationes habẽtia. Quòd autẽ ſaltationũ nulla ſunt certamina, hanc ego cauſam eſſe opinor, quòd certaminum auctoribus res maior & grauior uiſa ſit eſſe ſaltatio, q̃ ut de ea exactè pronunciari poſſit. Vt præteream ciuitatẽ in Italia Chalcidici generis præſtantiſſimã, & hanc quemadmodum ornamentũ aliquod certamini quod apud ipſos decertandũ præponitur, adieciſſe. Iã uerò ſuper iis reſpondere tibi ſtat ſententia, quæ oratione mihi omiſſa ſunt, quæ non pauca eſſe uideo, ne quam ignorantiæ aut imperitiæ opinionẽ apud te incurrã. Neq; mihi obſcurũ eſt, complures ante nos de ſaltatione libellos cõſcripſiſſe, ac omnem ſuam in ſcribendo operam & induſtriam in hoc poſuiſſe, ut omnia ſaltationis genera atque ſpecies numero cõprehẽderent, earundemq; nomina percenſerent,

*Tragici habitus deformitas*

A percenſerent, tum cuiuſmodi unaquæq; illarum, aut quo auctore foret inuẽta, quo inſtituto magnam multiplicis ſcientiæ opinionem ſibi adiuncturos exiſtimabãt. Ego uerò hanc ambitioſam ſuper hiſce rebus contentionẽ, & ineptam, & ſeræ cognitionis, & mihi ipſi in præſens minimè tẽpeſtiuam & accõmodam eſſe arbitror, eãq; ob rẽ illa ſuperſedeo. Deinde & hoc te cogitare uelim, ac tenere memoria, quod neque in præſentia ſtatuerim omnẽ ſaltationem à prima ſtirpe repetitã uelle indagare, neq; hunc orationis meæ ſcopum eſſe propoſitũ, ſaltationũ nomina numero complecti uelle, præter paucas illas quarum initiò memini, tanquã generoſioribus propoſitis. Verùm hoc orationis meæ caput &
B ſumma futura eſt, ut eam ſaltandi rationẽ quæ nunc conſtituta in uſu uerſatur, laudibus illuſtrẽ, planumq; faciam, quantum cum uoluptatis tum fructus in ſe cõplectatur, & quàm non nuper primùm incepta, ad tantũ uenuſtatis & elegãtiæ culmen & faſtigiũ peruenerit, nec minus de ſe exhibens reuerẽtiæ. Quippe priores illæ perinde ut radices & ſaltationis fundamẽta fuerũt. Eius autem floridam uenuſtatẽ, & fructum abſolutiſſimum, qui nũc omniũ perfectiſſimè cunctis augmẽtis ematuruit, illum nunc in præſens oratione noſtra explicabimus, poſthabita Thermayſtride, & gruũ ſaltatione, & aliis præſenti parũ cõuenientibus. Sed ne Phrygiam quidem illam ſaltandi ſpeciem aptam conuiuiis & cõ-
C potationibus, & quæ tantũ ebrietate duce exerceri ſolet, hominibus ruſticis ſæpenumero ad tibiam muliebriter ſaltãtibus ſaltus duros & laborioſos, & quos etiamnum agreſtium ſtudio relictos uidemus, præ ignorantia obticui, ſed quia â præſenti ſaltatione omnibus modis aliena eſt, nec quicquam cum illo cõmune habet: quandoquidem ipſe quoque Plato in legibus, nõnullas illius ſpecies commendat, nonnullas uerò in totum reprobat, diuidẽs eas iuxta uoluptatem & utilitatem, exigens ex illis quæ ſunt indecentiores, anteponens autem & admirans reliquas. Et de ipſa quidem ſaltandi ratione hæc dicta ſufficiant. Etenim ſingulis perſequendis orationem extendere, abſurdum mihi uidetur, & ineptũ.
D Iam uerò ea quæ ſaltatorem eximiũ habere oportet, tũ qua ratione iis quæ perdidicit, rectè uti, quibusq; rebus artem poſſit aſſequi, tibi expediã, ut cognoſcas q̃ non iſta ars omnino ſit comprehenſu facilis, & cuiuſuis ingenio obuia & expoſita, ſed omnium diſciplinarum exactiſſimẽ cognitarũ adminiculo excolẽda ſit, non muſices tantùm, uerùm etiam rhythmices & geometrices, cum primis uerò philoſophiæ tuæ naturalis & moralis. Solùm uerò dialecticã illi tanquam ſuperfluam & parum cõmodam exiſtimatum eſt. Neque uerò abhorret à Rhetorica, ſed & illius eſt particeps, quatenus mores atq; affectus demonſtrat, quorũ indicãdorum cupidi ſunt etiam Rhetores. Sed nec à graphica excluſa eſt, &
E plaſtice, uerùm harum in membris exprimẽdis concinnitatem magnopere imitari uidetur, adeò ut ne Phidias quidem in tantum, aut Apelles in ea uidetur præcellere. Ante omnia uerò præſens & ſingularis in ſaltatore requiritur memoria, eiusq; filia Polymnia, ut omniũ rerum callentiſſimè memor ſit. Etenim iuxta Calchantem Homericum ſaltatorem ſcire neceſſe eſt, quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox uẽtura trahãtur. Ne quid rerum prorſus ignoret, ſed memoriam habeat promptam & expeditã. Caput autem argumẽti eſt imitationis atq; demonſtrationis ſciẽtia, ac rerũ mente cõceptarum explicatio, neq; non obſcurorũ perſpicua declaratio. Et quod de Pericle literis ac memoriæ prodidit Thucydides, eũ uirum collaudans, hanc ſummã & clariſſimam eſſe ſaltatoris laudẽ,

noſſe quid deceat,& id ipſum explicare poſſe. Explicationem autem,habituũ F
perſpicuitatem ego dico. Cæterùm ad hanc rem potiſſimùm facere uidetur omnis illa rerum priſcarum hiſtoria, ut à me prædictum eſt, cum prompta memoria,tum decenti geſticulationi cõiuncta demonſtratio. Statim enim à Chao & prima terræ generatione facto exordio, cuncta illi ad unguem cognita eſſe neceſſe eſt, uſque ad Cleopatræ Aegyptiæ tempora. Hoc enim ſeculorum interuallo circunſcripta eſt nobis multiplex illa ſaltatori paranda cognitio. Media omnia perfectiſſimè calleat,Cœli ſectionem,Veneris partus, Titanum pugnam,Iouis incunabula & natiuitatem,Rheæ fraudulentam impoſturam,lapidis ſuppoſitionem,Saturni uincula,trium fratrũ regna per ſortem diuiſa. Deinde Gigantum ſeditioſam rebellionem, ignem furto Promethei ſubtractum, G
Hominum formationem, Promethei ſupplicium,Amoris utriuſque robur & uiolentiam. Poſt hæc Deli errationem,& Latonæ ex partu dolores,& Pythonis cædem,& Tityi inſidias,ac mox quemadmodum medium terræ aquilarum uolatu inuentum ſit. Ad hæc Deucalionem,ac magnum illud id ætatis naufragium,tum unicam illam arcam humani generis reliquias conſeruantem. Præterea quemadmodum denuo ex lapidibus homines prognati ſunt. Mox Iachi dilaniationem,& Iunonis dolum,& Semeles conflagrationẽ,& Bacchi utranque ſtirpem. Tum quæcunque de Minerua referuntur in fabulis, quæcunque de Vulcano, atq; Erichthonio, ac diſceptationem illam de Attica, & primũ in H
Areopago iudicium. In ſumma, totum illum ſermonem Atticũ fabuloſis narrationibus refertiſſimũ. Præcipuè tamen memoria teneat Cereris errorem,atq; inuentam Proſerpinam,& Celei hoſpitalitatem,& Triptolemi agriculturam, & uitium plantationem factam ab Icaro,& Erigones ærumnas: præterea quæcunque de Borea,quæcunq; de Orithyia, & Theſeo & Aegeo memoriæ prodita ſunt. Adde his Medeæ ſuſceptionem, eiusq; denuo in Perſas fugam, ac regis Erechthei filias,& natas Pandionis, tum quæcunque in Thracia perpeſſæ ſunt & fecerunt. Deinde non ignorandus eſt illi Acamas,nõ Phyllis, non primus raptus Helenæ, tum Caſtoris atque Pollucis aduerſus urbem expeditio, I
neque non mors Hippolyti, & Heraclidarum reditus. Iure enim & iſta in fabulis Atticis cenſebuntur. Et hæc quidem ex rebus geſtis Athenienſium ſanè quàm pauca exẽpli gratia ex multis à me prætermiſſis percurri. Deinceps uerò memoria quoque tenenda eſt Megara, & Niſus,& Scylla, & crines purpurei, & Minois regis Cretenſium diſceſſus, ac erga bene de ſe meritam ingratitudo. Quibus poſtea annectenda ſunt cum Cithærone quæcunque Thebanis ciuibus acta ſunt, & Labdacidarum ærumnæ, & Cadmi peregrinatio, & bouis procubitus, & dentes ſerpentini, & Spartanorum retributio. Et rurſus Cad- K
mi in ſerpentem tranſmutatio, & ad lyram præcinẽtem murorum ſubſtructio, & murorũ inſtauratoris inſania,& uxoris eius nẽpe Niobes ſibi ac ſuis exitioſa iactãtia,& in luctu ſilentiũ: tũ quæcunq; de Pentheo, quæcunq; de Actæone, quæcũq; de Oedipode,quęcunq; de Hercule cũ omnibus illius certaminibus literis prodita ſunt,eiusq; liberorũ per inſaniã facta internicio. Deíde Corinthus, & ipſa plena fabulis, Glaucã & Creonta habẽs,& ante illos Bellerophontẽ,& Sthenebœã,Solisq; & Neptuni pugnã. Poſt hæc autem Athamantis furentem inſaniã,ac Nubis liberorũ in ariete fugam aẽriam. Inus & Melicertæ ſuſceptionem. Ad hæc neq; Pelopidarũ facta ſaltatori negligenda ſunt,neq; Mycenę,&

quæcunq;

A & quæcunque in illis memorabiliter geſta ſunt. Et ante illos Inachus & Io,& ipſius cuſtos Argus,& Atreus,& Thyeſtes,& Aërope,& uellus aureũ,& Pelopiæ nuptiæ,& Agamẽnonis interfectio,& Clytẽneſtræ ſuppliciũ. Iã adhuc ante illos ſeptẽ principũ aduerſus Thebas expeditio,& generorũ exulum Adraſti ſuſceptio,& oraculum de illis proditum,præterea ducum in bello cæſorum interdicta ſepultura,& propter hãc Antigones & Mœnecei miſerabilis interitus. Inſuper quæcunque feruntur in Nemea Hypſipyle & Archemorus ſaltatori monimenta cum primis neceſſaria. At etiam quæ ante illa tempora acciderũt, exactè callebit,Danaes uirginitatem, Perſei natiuitatem, certamẽ quod aduer-
B ſus Gorgonas ſuſcepit. Adde illis & Aethiopicam narrationem,Caſſiopéam, & Andromedam,& Cepheum,quos inter aſtra annumerauit quoq; hominum id ætatis credulitas. Quin etiam illa non ignorabit priſca facta Aegypti & Danai,& inſidias quibus petitæ ſunt nuptiæ. Non pauca uerò eius generis ſuppeditabit & Lacedæmon,uidelicet Hyacinthum,& Apollinis riualem Zephyrũ, & pueri exitium à diſco illatum,enatumq; ex illius ſanguine floſculum,& gementem in eodem inſcriptionem,αι,αι,& Tyndarũ à morte reducem, & Iouis ob hoc ipſum aduerſus Aeſculapium excandeſcentiam. Præterea Paridis apud Menelaum hoſpitium, & Helenæ raptũ poſt factum propter pomũ iudicium.
C Planè enim exiſtimet Spartanæ hiſtoriæ & Iliacã eſſe adiunctã,copioſam profectò & multiplicem. Itaque iuxta unumquenque apud Troiam occiſorũ fabula agenda ſcenæ præponitur. Cõſentaneum uerò eſt,ut horum ſubinde memor ſit,cum primis uerò eorum quæ mox à raptu uſque ad Græcorum proceruũ in patriam reditum peracta ſunt. Neque Aeneæ erroris obliuiſcatur, neque Didonis amoris. Inter quæ locum quoque habebunt quæ de Oreſte circumferuntur fabulæ,tũ qualia ſatis fidenter auſus eſt in Scythia. Sed nec illa quæ antehac geſta ſunt,inepta putabit,Achillis in Scyro cum uirginibus conuerſationem, Vlyſſis inſaniam, Philoctetæ à Græcis derelictionẽ. In ſumma,totã Vlyſ-
D ſeam errationem,& Circen,& Telegonũ, & Aeoli in uentos imperium,aliaq; uſque ad procorũ ſupplicia. Ante hæc uerò quibus ſycophantiis Palamedi pernicié machinatus eſt,& ira Nauplii,& Aiacis furentis inſania,& alterius ad petras naufragium facientis exitium. Quin etiam Elis multas occaſiones præbebit ſaltare conãtibus, Oenomaum, Myrtilum,Saturnũ,Iouem, primos Olympiarum athletas. Atqui nec Arcadia fabularũ expers eſt,Daphnes fugam,Calliſtus ferinam uitam, Centaurorũ temulentiam,Panos parentes,Alphei amorem,& Hyphali peregrinationem exhibens. Iam ſi oratione in Cretam deſcẽderit,permulta inde ſumet ſaltatio,Europam,Paſiphaën, tauros utroſq;,Laby-
E rinthum, Ariadnen,Phædram,Androgeum, Dædalum,Icarum,Glaucum,Polyidi uaticinium, Talo, æneum Cretæ cuſtodem. At ſi in Aetoliam diuerteris, habet & illic non pauca quæ mutuò ſumet ſaltatio,Althæã, Meleagrum, Atalanten,*Dalum,fluminis cum Hercule luctam,Sirenum procreationem,Echinadum retributionem,& poſt inſaniam,Alcmæonis habitationẽ, deinde Neſſum,& Deianiræ zelotypiam, cui applicanda eſt Herculis in Oeta monte pyra & conflagratio. Habet etiam Thracia non parũ multa ſaltanti neceſſaria,nempe Orpheum,& illius factam à mulierculis dilaniationem,eiusq; caput loquẽs, idemq; unà cũ lyra natãs. Præterea Hæmum & Rhodopen, tum Lycurgi ſupplicium. Porrò Theſſalia adhuc plura his ſubminiſtrabit,Peliam,Iaſonem,Al-

*titionem ſeu torrem.

ceſtin, claſſem quinquaginta nauibus congregatam, Argo, & loquacem eius F
carinam. Inſuper res in Lemno geſtas, Aeëtam, Medeæ ſomnium, Abſyrti di-
laceratione, tum omnia illa quæ inter nauigandum acciderunt. Poſt hæc au-
tem Proteſilaum & Laodamiam. Rurſus ſi in Aſiam poſtliminiò te contule-
ris, multam ibi inuenies fabularum copiam. Statim enim tibi occurret Samus,
mox Polycratis calamitas, atque filiæ eius uſque ad Perſas erratio. Quin etiam
his adhuc antiquiora, nimirum Tantali loquax incontinentia, tum deorũ apud
eundem conuiuium, & Pelopis carnea depaſtio, eiusq; elephantinus humerus.
In Italia uerò Eridanus & Phaëthon, & Populi lugentes ſorores, & electrũ la-
chrymantes. Sciet eiuſmodi quoque Heſperidas, & cuſtodẽ aurei fructus Dra- G
conẽ, & Atlantis laborem, & Geryonem, tum boum ex Erythia abactionem.
Neque ignorabit omnes fabuloſas formarum transformationes, quęcunque in
arbores aut animantes aut aues tranſmutatæ ſunt, & quot ex mulieribus uiri
facti ſunt. dico autem Cænea, & uatem Tireſiã. Super hæc in Phœnicia Myr-
rham, & luctum illum Aſſyrium, qui geminus eſt. Et hæc habebit cognita, &
adhuc recentiora, quæcunque poſt Macedonum imperium auſus eſt Antipa-
ter, & Seleucus ob amorem Stratonices. Aegyptiorum quæ magis erunt arca-
na, cognoſcet quidem, ea autẽ ſaltando repræſentabit ſignificantius, Epaphum
dico & Oſirim, præterea Deorum in animalia tranſmutationes. Ante omnia H
uerò ea quæ circa amores illorum uariè & mirificè contigerunt, quæq; de Ioue
ipſo feruntur fabulæ, tum in quaſcunque facies ſemet transfigurarit. Omnem
uerò inferorum tragœdiam tãquam digitos unguéſque ſuos tenebit, tum ſup-
pliciorum genera, & quæ cuiuſque cauſſa extiterit, & Pirithoi & Theſei indi-
uulſam uſque ad inferos amicitiam. Vt autem uno quaſi faſce ſummatim per-
ſtringam omnia, nihil quod ab Homero & Heſiodo, tũ ab reliquis poëtis exi-
miis & excellentibus maximè tragicis dictũ eſt, ignorabit. Hæc admodum pau-
ca ex multis, aut potius ex innumeris iſtam ſyluam, rerumq; ſaltationi neceſ-
ſariarum ſaltem capita aliquot percenſui. Reliqua uerò cum poëtis, tũ ipſis ſal- I
tatoribus demonſtranda reliqui, ac tibi quoque iuxta dictorum ſimilitudinem
indaganda. Quæ omnia in numerato parata ſaltatori reponẽda ſunt, ut cũ tem-
pus exegerit, nullo negocio poſſit expromere. Quoniã uerò imitatrix eſt ſal-
tatio, motibusq; & geſticulatione ea quæ cãtantur, ſemet expreſſurã pollicetur,
ſummopere illi neceſſarium eſt, (quod & rhetores factitare cõſueuerũt) ut per-
ſpicuitatem exerceat, ut unumquodque quod ab illa demonſtratum fuerit, ita
clarè, ita perſpicuè ob oculos poſitum repræſentetur, ut nullius enarratoris
egeat opera. Sed, quod Pythico oraculo proditum eſt, oportet ſaltationis ſpe-
ctatorem & mutum ſaltatorem intelligere, & nihil loquentem audire. Id quod K
Demetrio Cynico quoque accidiſſe fama eſt: quandoquidem & ipſe nõ ſecus
atq; tu in iudiciũ uocare ſolebat Orcheſticen, dicẽs tibiæ & fiſtularum & ſtre-
pituum ſuperuacuum quoddam eſſe ſaltatorem, quippe qui argumento confi-
ciendæ fabulæ parum afferret, motum modò inſulſum & uanum adhiberet, ab
omni ratione atq; intelligentia ſeiunctũ. Cæterùm homines qui hac in re præ-
ſtigiis illuderẽtur, ueſtitu ſerico, perſonatuq; aptè accõmodato, tibiaq; & laſciuis
cantilenis, & canentium modulata concinnitate, quibus exornaretur, nequa-
quam ſaltatoris eſſe officium. Saltator ergo Neronis tẽpeſtate eximius & cele-
bris, nec, ut ferebatur, imprudens, ſed ſi quis etiã alius, hiſtoriarum memoria &

mouendi

A mouendi eleganti artificio præcellens plurimum, precatus eſt Demetrium ſapientiſſimis,ut mihi uidetur,precibus,ut eum ſaltãtem ſpectare uelit, deinde ſi uideretur, reprehenderet, ac ſaltationem acerbiſſimè accuſatam exibilaret atq; exploderet. Pollicebatur ad hæc ſe nullis tibiis & cantilenis adhibitis ſaltaturũ, quemadmodum & fecit. Etenim ſtrepitibus & tibiis & choro impoſito ſilentio,ipſe per ſe ſaltauit Veneris & Martis adulterium, Solem furtiui concubitus proditorem, Vulcanum mœchantibus inſidias machinantẽ, ac uinculis utroſq; & Martem & Venerem illaqueantem, Deos ſpectaculo aſſiſtentes, Venerem ſuffuſo rubore pudefactam,ſubuerentẽ, & meticuloſius Martem ſupplicãtem:
B præterea quaſcunque alias hæc fabula partes complectitur:adeò ut Demetrius ipſa artificioſa ſaltatione iam exhilaratus, maxima laude ſaltatorem extulerit. Exclamabat enim uoce quàm potuit acutiſſima in hæc uerba prorumpẽs, Audio ô homo cuiuſmodi facias:neque enim tantũ uideo,ſed mihi uidere ipſis loqui manibus. Quoniam uerò circa Neronis tẽpora noſtra uerſatur oratio,animus eſt uiri barbari ſuper eodem ſaltatore tibi referre teſtimoniũ, quò laudem præclariſſimam ſaltandi artificio attributam eſſe cognoſcas. Quippe è barbaris quidam homo regius ê Ponto,cum ex negocio ad Neronem Romam ueniſſet,unaq; cum aliis hunc ſpectaſſet ſaltatorẽ, adeò ſaltantem perſpicuè,ut quã-
C quam nihil eorum quæ canebãtur, audire poterat (erat enim lingua ſemigræcus quiſpiam)omnia tamen callidè intelligeret. Iam uerò cũ iterum ad ſuos regreſſurus eſſet barbarus, eumq; Nero benignius atque amantius inuitaret, & ſi quid uellet poſtulare,liberaliter iuberet,ſeq; promptè daturum polliceretur: Da mihi,inquit,hunc ſaltatorem,& me hoc munere plurimũ exhilarabis. Percontãte uerò Nerone,cui rei domi tuæ utilis tibi futurus eſt? Sunt mihi,inquit, uicini barbari lingua diſpares. ad illos intelligẽdos interpretum parare copiam haud mihi promptum & facile eſt. Itaque ſi alicuius egens ero,ille innuens ſingula quæq; mihi interpretabitur. Tantum conſecuta erat agilis ſaltationis imi-
D tatio,cum clara & manifeſta apparuiſſet. Cæterùm exercitium iuxta quod immorandum eſt, & ſaltationis ſcopus eſt repræſentatio, ut dixi, eadem opera & rhetoribus exercenda, maximè uerò iis qui declamationibus quas uocant, uacãt. At hæc quoque in ſaltatoribus præcipuè laudi datur,ut perſonis in ſcenam introductis ſaltator per omnia geſtu reſpondeat, neque ea quæ dicũtur,ab introductis optimatibus, aut tyrannicidis, aut mendicis,aut agricolis diſcrepent, ſed in unoquoque illorum demonſtretur proprietas & excellentia. Volo itaq; & alterius tibi barbari orationem ea ipſa de re percenſere. Etenim cum quinq; perſonas uidiſſet ſaltatori apparatas (tot enim partibus ſeu actibus cõſtabat fa-
E bula)unum uidens ſaltatorem,quærebat quinam reliqui eſſent futuri qui alias perſonas ſaltando repræſentarent. Poſtea uerò quàm certior factus eſt illum omnia ſaltatione ſua repręſentaturum,Fefelliſti nos,inquit,ô optime,quòd cum corpus unum tibi ſit,animas plures habeas. Et hæc quidem barbarus. Non iniuriã uerò & Itali ſaltatorem Pantomimi nomine cohoneſtarunt,ab ipſo penè *Pantomimi.* facto ad hoc introducti. Nec inelegãs habẽda eſt illa poetica cohortatio,O fili, Polypi mẽtem obtinens in omnibus uerſare urbibus. ſaltatori equidem perneceſſaria,quem rebus adhærentem oportet ſemetipſum quibuſq; factis applicare. Præcipuè uerò mores & affectus ſe demonſtraturam & ſimulaturã pollicetur ſaltatio, nunc quidem amantẽ,deinde iraſcẽtem introducens,mox alium

insanientem,alium animo perturbatum, ac omnia talia ualde concinnè & mo- F
destè. Et quod omnium maximè mirandum est, una eademq; die nũc quidem
Athamanta furentem,nunc Ino metuentem exprimit. Et aliàs ipse ille Atreus
est,aliàs Thyestes, post pusillũ Aegisthus,deinde Aërope. Et omnia hæc unius
hominis artificiosè refert industria. Alia quidem spectacula & disciplinæ unam
quampiã rem ostendunt,aut enim tibia est,aut cithara,aut uocis modulatio,aut
fabula tragica,aut plausibilis aliqua comœdia : cæterùm saltator hæc omnia si-
mul comprehensa in se complectitur,& est uarium quendam & mixtum ex o-
mnibus illius uidere apparatum,tibiam,fistulam,pedum strepitum,clangorem
cymbali,repræsentatoris uocem concinnam,canentium concentum cõsonum G
& unanimem. Præterea alia quidẽ alterutrius in homine partis sunt opera:alia
enim sunt mentis,alia corporis: cæterùm in saltatione ista mixta sunt. Etenim
mentis demonstrationem,corporei exercitii actione,ipsis rebus quæ fiunt, in-
esse uidemus. Maximi uerò omnium ducenda est rerum quæ geruntur sapien-
tia,& quòd nihil citra rationem cõmittitur. Quocirca Lesbonax Mitylenæus
planè uir honestus ac bonus saltatores Chirisophos, id est manu sapientes no-
minare solitus est,ibatq; frequenter ad illorum spectacula,quasi melior à thea-
tro subinde esset reuersurus. Timocrates autem eius præceptor, uiso quõdam
semel,non de industria assistens,saltatore suis rebus indulgente, Quali me, in- H
quit,spectaculo priuauit uerecũdia quam è philosophia hauserã? Quòd si uera
sunt quæ de anima Platonem disseruisse constat, tres eius partes pulcherrimè
ostendit saltator: uim irascendi,quoties iratum exprimit: desiderandi, quoties
amantem repræsentat:ratiocinandi,quando singulos affectus quasi frenis qui-
busdam coërcitos explicat. Et hoc in omnes saltationis partes, quẽadmodum
tactus inter sensus corporeos, disseminatum est. Porrò autem cum pulchritu-
dinis tantam rationem habere soleat, atque inter saltãdum decentis & cõcin-
næ formositatis, quid aliud quàm Aristotelis pulchritudinem cõfirmare uide-
tur,eandẽ collaudantis,atque inter bona tertio loco constituentis? Audiui uerò I
alium super saltantium personarum silentio longè iuuenilius differentẽ, quòd
eo Pythagoricæ disciplinæ dogma subobscurè significari uideatur . Præterea
cum aliæ uitæ actiones illę quidem oblectationem,aliæ uerò utilitatem exercẽ-
tibus suppeditent, soli saltationi utraq; hæc iuxtà adesse uidemus, ac utilitatem
longè præstantiorem,quatenus cũ uoluptate illa exhibetur. Quanto enim hoc
spectatu iucundius, quàm uidere pugnis decertantes iuuenes, ac sanguine dif-
fluentes,aliosq; luctantes in puluere,quos non rarò saltatio & longè tutius si-
mul atque decentius & maiori cum uoluptate demonstrat? Quocirca apti de-
centesq; in saltando motus,ac corporis inuersiones & circunductiones,insuper K
saltus & resupinationes quibus utitur, aliis equidẽ sæpenumero fuere oblecta-
mento spectantibus,ipsis autem hæc eadem exercentibus saluberrima. Etenim
illud ego gymnasiis pulcherrimum,& maximè omnium conducibile haud du-
biè dixero, quòd corpus emolliant, & mẽbra flexibiliora iuxtà ac leuiora effi-
ciant,& ad omnem mutationem promptiora instituant,neque mediocri robo-
re corpora solidius cõfirment. Quî ergo saltatio res erit non omnium elegan-
tissima,quæ & mentem acuat, & corpus exerceat, spectantes oblectet, multas
res priscas homines doceat,tibiis,cymbalis,numeroso carminum cõcentu ani-
mum quantum ad oculos & aures attinet, ex æquo demulcens? Itaque si per-

fectam

A fectam uocum modulationem requiris,ubi alibi inuenies aut chorũ pleniorem aut concinniorem? Quòd ſi tibiæ aut fiſtulæ ſono dulciſſimo caperis, ſufficiens in ſaltatione quoque fruendi tibi parata eſt copia. Mitto dicere quòd moribus quoque emendatis multo euades melior, crebrò hiſce utẽs ſpectaculis, quoties uideris theatrum abominari & odio proſequi malefacta, contrà lachrymis deflere innocenter affectos iniuria: in ſumma, totam ſpectantium uitam emendari. Quod autem præcipua in ſaltatoribus laude extollendũ eſt, illud iam dicturus ſum, membrorum robur atq; mollitiem rectè exercere, utrũque iuxtà mihi admirandum uidetur, ut ſi quis in eodem argumẽto iam robur Herculeũ, mox
B Veneris teneram & delicatam oſtẽtaret mollitiẽ. Iam uerò oratione tibi oſtenſurus ſum qualem & corpore & animo optimum ſaltatorem eſſe oporteat. Et ſanè mẽtis dotes iam magna ex parte executus ſum. Quippe memoria præcellere, ac præcipua ingenii indole clarũ, ad hæc ſolerti & acuta intelligentia præditum eſſe illum oportere aio, & qui potiſſimùm temporis rationẽ habere poterit: præterea autem ut poëmatum ingenioſus cenſor ſit, tum cantuum atque carminum præſtantiſſimorum peritus expenſor, uitioſè uerò factorum reprehenſor argutus. Cæterùm corporis modum iuxta Polycleti canonem adumbrabo, ut neque impenſè altus ſit, neque præter modum craſſus, neq; breuis ni-
C mium aut humilis, neq; natura depreſſus, nanus aut pomilio, ſed moderatæ ſtaturæ per omnia: neque carnoſus admodum & obeſus (abſurdum enim eſt) neque rurſus corpore impenſe tenui. hoc enim aridi cadaueris præ ſe fert imaginem. Memorabo uerò tibi populi cuiuſdam ad huiuſmodi notanda nõ inertis exclamationes. Antiochia ciues habet ingenioſiſſimos, quibus ſtudio eſt ſaltationem omnibus aliis anteponere exercitiis: adeoq; dictorum & factorum obſeruantes ſunt, ut nihil omnino earum rerum, illorum ſubterfugere poſſit iudicium. Ergo cum corpuſculo admodum modiculo ſaltator in ſcenam ingreſſus ſaltaret Hectorem, uno ore omnes exclamauerunt, Aſtyanactem uidemus: ubi
D autem Hectorem manſiſſe dicemus? Rurſus alio tempore quopiã præter modum longo Capanea ſaltare conante, idemq; Thebanorum muros adiecturus eſſet: Tranſcende, inquiunt, muros, nihil tibi ſcalis opus eſt. Quin etiam impẽdiò corpulentum & obeſum ſaltatorem falſe ſubſannarunt, qui cum ingentem ſaltum facere adniteretur, Theatrum nobis, inquiunt, ſuffulciendũ fuerat. Cõtrà nimium arido & tenui, tanquam malè habenti, bene ualere certatim precati ſunt. Horum profectò non concitandi riſus gratia mentionem adduxi, ſed ut cognoſceres multas quoque gentes magno ſtudio ſaltandi coluiſſe artificium, adeò ut & uitia & uirtutes in illo potuerint ſagaciter deprehendere. Sit ergo
E ſaltator corpore per omnia mobili & ſoluto ſimul atque firmo, ut flecti poſtulante tẽpore, & firmiter cõſiſtere, ſi opus ſit, poſſit. Quòd autem ſaltatio à manuum geſticulatione in certaminibus proponi ſolita aliena nõ ſit, ſed particeps ſit & Mercurii & Pollucis & Herculis editarum in certamine uirtutũ, deprehendere poteris haud obſcurè, ſingularum imitationum periculum faciendo. Herodoto authori grauiſſimo, ea quæ oculis apparent, certiora uidentur, quàm quæ percipiuntur auribus. Saltationi & oculorum & aurium iudicium præſtò eſt. Vſque adeò uerò mouet ſaltatio, ut quidã miſerè & perditè puellam quandam deperiens, in theatrũ ingreſſus, conſpectis quorum cauſſa amor eſſet, malis, mẽtis ſanitatem receperit, ac nuncupatis uotis theatro egreditur fronte iam

*Quæ oculis apparẽt, certiora, quàm quæ auribus.*

ſerenata hilarior, quaſi pharmacum quoddam priorum malorum obliuionem F
inducens,& iuxta poëtam dolorem & acerbitatem omnem abſtergens,hauſiſ-
ſet. Quòd autem iſta populo fuerint familiaria,ac quiſque ſpectantium ea quæ
inter ſaltandū demonſtrantur callidè,cognoſcat,argumento ſunt ſpectatorum
profuſæ non rarò lachrymæ, quoties caſus aliquis acerbus & miſerabilis pro-
ductus fuerit. Bacchica ſaltatio in Ionia præcipuè & Ponto tanto certè ſtudio
celebris,quam & ſatyram uocant,uſque adeò hominibus ea detentis uoluptа-
ti eſſe conſueuit,ut ſtatutis temporibus cæterarum rerum obliti omnium,per-
petuos dies deſideant ſpectantes Titanas & Corybantas,& Satyros & bubul-
cos. Saltabantq; id genus ſaltationes nobiliſſimi quique, ex ſingulis ciuitatibus G
primores atque principes,non reuerentiæ gratia,ſed potius ob hoc ipſum ma-
gnos ſeſe ferebāt, magis quàm ob generis claritudinem, & obſequia & digni-
tates quæ debebantur nobilibus. Poſtea uerò q̄ uirtutes ſaltatorias percur-
*Vitia ſaltato-rum.* ri, audi iam nunc deinceps & ſaltatorum uitia. Sedenim quæ corpus plerunq;
comitantur,iam oſtendi: mentis autem uitia ad hunc ferè modum, ut opinor,
obſeruabis. Permulti enim illorum propter inſcitiam(fieri enim non poteſt ut
omnes ſapientia exornati ſint)turpibus inter ſaltādum ſolœciſmis delinquunt.
Illi quidem dum citra rationem mouentur,ac nihil,ut aiunt,ad chordam. Alia
quippe pes, alia rhythmus loquitur. Cæterùm alii quidem ſaltando à rhythmo H
non diſcrepant, res autem parum aptè & tempeſtiuè ſaltationi accommodant:
quorum ego permulta uidens memini. Quidam enim Iouis parentes ſaltans,
neque non Saturnū deuorantem liberos,Thyeſtæ calamitates adſaltabat. Rur-
ſus alius Semelen percuſſam fulmine repræſentaturus, Glaucen illi aſſimula-
bat,tempore longè poſteriorem. Atqui nequaquam eiuſmodi ſaltatorum gra-
tia, ſaltationem reſpuendā eſſe cenſeo,neque ipſum odio proſequēdum exer-
citium,ſed illi potius, ut ſunt, imperiti habēdi ſunt. Laudandos autem eos qui
legitimè ac iuxta rhythmum ſatis artificioſè cuncta obeunt. In ſumma, opor-
tet ſaltatorem omnibus numeris eſſe abſolutiſſimum, ut totum quod agit, I
ſit concinnum,ſit aptè accommodatum,ac intra menſuram cohibitum,ſibi ipſi
non diuerſum, à ſycophantiæ morſu alienum, reprehenſioni minimè obnoxium,& in quo nihil deſiderari poſſit. Eſt præterea ſummopere neceſſarium,
ut ſaltator optimis cogitationibus temperanter inſtructus ſit,acuto ingenii a-
cumine docilis, mēte ad deliberandum profunda. Summa uerò in illo requiri-
tur humanitas. Statim enim ſolidam à ſpectatoribus laudem conſequitur,quo-
ties quiſque uidentium ſua ipſius acta illo repræſentante cognouerit. Magis
uerò uelut in ſpeculo, in ſaltatore ſe ipſe cōſpexerit,tum qualia paſſus ſit,quæ-
que quondam factitare illi ſtudio fuerit. Neque enim tunc præ uoluptate ho- K
mines ſe cohibere queunt, ſed certatim ad effundendas laudes proruunt,quiſ-
que ſuæ ipſius animæ ſimulacra conſpiciens, ac ſemetipſum cognoſcens. Pla-
nè enim Delphicū illud uerbum, Noſce te ipſum, ex eiuſmodi reportant ſpe-
ctaculo, atque è theatro diſcedunt, poſteaquam quæ expetenda quæque fu-
gienda ſint, perdidicerint, & eorum quæ prius ignorabant, periti euaſerint.
Accidit uerò quemadmodum in orationibus, ſic pari quoque ratione in ſalta-
*Mimia affecta-tio artis.* tionibus,ea quæ multis uitio datur Cacozelia,hoc eſt mala affectatio,imitatio-
nis modum tranſgredientibus, ac prout quàm par fuerat, actione excedētibus,
& ſi magnum quiddam demonſtrandū eſt, illud præter modum demonſtran-

tibus:

A tibus: rursus si quid molle ac tenerum repræsentãdum est,illud plus satis effœminãtibus:porrò actiones graues atque uiriles ad immanitatem usque ferinam euehentibus. Quod ego quondam saltatorem facientem uidens,memoria teneo, antea quidem mirum necnon celebrem saltandi artificẽ,cætera sanè prudentem,nec hominum opinione indignum.uerùm haud scio quo casu tunc in ita deformẽ repræsentationẽ immoderata affectatione delapsus sit. Quippe cũ illi Aiax desaltandus esset mox furens post uictoriam, tantum à saltationis decoro excidit,ut nullo modo Aiacis furentis insaniam repræsentare, sed ipse omnium iudicio planè furere atq; debacchari uideretur. Vnius enim ferreis cal-
B ceamentis instrepentium uestimẽtum uiolenter discidit: alterius è Musicorum numero correptam tibiam, Vlyssis iuxtà stantis ob potitam armorũ uictoriam gestientis capiti illidens incussit: & nisi tiara obstitisset,& plagæ uiolentiã excepisset, infelix ille Vlysses periisset, ad uerberantis saltatoris pedes prolapsus. Atqui uniuersa spectantium corona simili morbo uesaniæ correpta, unà cum Aiace pariter insaniebat,& exilientes uociferabantur,ac uestes à se proiiciebãt. Itaque uulgus,neque non idiotæ,decori non admodũ obseruantes,neq; quod bene,neque quod secus fit,discernere queuntes, hæc omnia ad summam doloris exprimendi affectationem pertinere arbitrabantur. Ciuiliores uerò tametsi
C rem probè callebant, ac non parum ob factum pudore suffunderentur, neque tamen illud reprehendebant silentio:ipsa porrò laude,saltatoris amentiam honestè contegebant,planè perspiciẽtes hæc nõ Aiacis, sed saltatoris uesania esse perpetrata. Neque uerò generosus ille hisce contentus quietem egit,sed aliud quiddam multo magis admisit ridiculum. Progressus enim in medium senatorum,inter duos Consules consedit medius,admodum metuentes ne unum ex illis correptum flagellis quemadmodum arietem cæderet. Quam audaciã partim ex illis admirabantur,partim ridebant, nonnulli uerò suspicabantur ne ex immodica insaniæ affectatione uero furoris morbo implicatus esset. Et sanè
D perhibebant illum,postquam à tanta uesaniæ temulentia sobrius esset factus,in tantum ob hæc quæ turpiter admiserat,affectum esse pœnitentia,ut præ nimia mentis mœstitia ægrotus decumberet, reuera ita propter immodicè affectatam insaniam perturbatus. Atqui ne ipse quidem hoc occultè aut dissimulanter habuit,sed satis manifestè declarauit. Siquidem postulantibus iterum æqualibus ut Aiacem in illorũ gratiam desaltaret adhibito repræsentatore,inquit ad theatrum satis superq; esse semel insaniuisse. Maximè uerò omnium eius animum discruciauit æmulus. Cũ enim idem Aiax illi ex cõposito desaltãdus esset, adeò modestè & temperanter eius repræsentauit insaniam, ut magnam inde laudem
E reportaret, saltationis fines nusquam egressus, neque repræsentando furenter in quẽquam debacchatus. Hæc tibi ô amice pauca sanè ex perquã multis decerpta ostendi saltationis studia atque exercitia, ne prorsus indignè aut dolenter patiaris si ista libenter & magna cum uoluptate spectare soleam. Cæterùm si animus est te mecum eiusmodi participem esse spectaculi, sat scio illius illecebris te captum iri,insuper etiam tripudiaturum. Itaque nihil opus est ut illud Circes dictum tibi occinam,

Obstupui quòd te nil pharmaca nostra bibentem Demulxere.

Haud dubiè enim demulceberis,& per Iouem neq; asini caput,neque porci cor habebis,uerùm mens tibi firmior erit & cultior. Tu uerò præ uoluptate quam

ſpectando mirificam capies, non multum Cyceoni potando tribues. Nã quod F
Homerus de Mercurii uirga aurea affirmat, quòd illius adminiculo quorum
oculos uoluerit in ſomnũ ſoluat, rurſus alios dormientes excitet: hoc planè ef-
ficit ſaltatio, & oculos demulcẽs, & excubare faciens, & mentẽ ad ſingula hu-
manæ uitæ acta accuratius diſcutienda excitans. CRA. Atqui iam tuis me Lu-
ciane dictis perſuaſiſti, iamq; mihi patent & aures, & oculi. Et uide ô amice ut
memoria teneas, ut ſiquando poſthac in theatrum iueris, me tecum unà pariter
ſpectatum abducas, ne tu ſolus inde nobis ſapientior regrediaris.

## LEXIPHANES, Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM. G

*Deridet hoc dialogo Lucianus Cacozelos iſtos, & affectatores obſcuri atque inuſitati ſermonis, qui dum uerbis plerunque obſoletis, & ab ultima uetuſtate repetitis, interdum etiam nouis, & à ſe conflictis, omnia obſcurant, & quaſi quibuſdã tenebris inuoluunt, egregiè eloquentes ac docti perhiberi cupiunt: ficto ad hoc exemplo Lexiphanis cuiuſdam, quem, dialogum quendam ad imitationem (ut ipſe quidem uideri uult) ſympoſii Platonis compoſitum, recitantem introducit, adeò ineptum atque ridiculum, ut propter uerborum obſcuritatem, quæ tamen eiuſmodi ſunt, ut uix ab ipſis illis antiquæ comœdiæ ſcriptoribus, ex quibus pleraque ea deſumpta ſunt, ſi redeant, intelligi ſatis poſſe uideantur: res quoque, & ipſum argumentum eiuſmodi ſint, ut non facilè quicquam frigidius excogitari queat. Quo illud nimirum indicare uoluit, affectatores iſtos, dũ non res quas dicant, ſed uerba ad quæ res accommodẽt, quærunt, in utroque pariter ridiculè ac ſtultè ſeſe dare ſolere. Subijcit tamen ad finem paræneſes quaſdam, quibus eundem hunc Lexiphanem, rectam eloquentiæ, ac* H
*ſtudiorum bonorum rationem edocet: quale quiddam infrà quoque in Rhetorum didaſcalo facit, ubi duplicem ad eloquẽtiam comparãdam uiam proponit: alteram aſperam quidem, ſed ueram ac rectam: alteram autem compendioſam ac facilem, ſed ad nouũ atq; affectatum iſtud genus, cuius exemplũ hic proponit, ducentem. Semper autẽ hoc hominum genus apud omnes odio habitũ fuit. Quid enim deteſtabilius, quàm id quod omniũ præſtantiſſimum à natura accepimus, & quo ſolo à cæteris animãtibus differimus, ita corrumpere ac deformare, ut iam neque effectũ amplius ſuum habeat (quẽ enim moueãt aut doceãt nõ intellecta?) neque ad id adhiberi queat, ad quod ab initio comparatum eſt. Proinde & olim legimus Auguſtum Cæſarẽ ob hoc uitiũ Mecœnatem & item Caium nepotem reprehendere ſolitum: & apud Athenæum irridentur cũ alij quidam, tum Dionyſius, qui uirginem μίναυλρον, & bouem ϰαρόταν, & porcum ϑαυχόν, & alia id genus nouis atq; affectatis uerbis dixiſſet. Noſtra quoque ætate Dialogus Oſcorum atque Volſcorum ille, indicio eſt quãtum ab hoc dicendi genere, doctorũ ingenia ſemper abhorruerint.* Porrò *quod ad uerſionem attinet, equidẽ ueniam* I
*à lectoribus precor audaciæ huius meæ, qui ſcriptum adeò tenebricoſum, & alicubi (ut uidetur) non ſatis integrum quoque, uertendum mihi ſumpſerim, præſertim in tanta ueterum authorum paucitate atque penuria, ſine quibus pleraque intelligi hic rectè non poſſunt. Quod ſanè haud unquam facturus fuiſſem, niſi inſtituti operis, & amici eius cui hanc operam locaui, maiorem quàm famæ rationem habendam putaſſem. Nã illud ingenuè fateor, me non pauca planè adhuc aſſecutum non eſſe, & pleraque per coniecturas & modica quædam ueſtigia incedendo, leuiter, & quaſi per quandam tranſennam, ut dicitur, magis aſpexiſſe quàm deprehendiſſe. Ob quæ etiam ſi reprehendendus fuero, illud tamen non omnino contemnendum effeciſſe me puto, quòd per hoc alijs ac doctioribus quibuſdã anſam inueſtigandi atq; ultrà contendẽdi præbuiſſe uideor. Neq; uerò illud me latet, quòd hoc argumentum non ſimplicibus uerbis uertendũ atq; tractandũ fuerat, & quòd ſimili aliquo dictionis genere ludendum, & græcis reſpondendũ erat, propterea quòd hic nihil aliud quàm* K
*uerba, & eorũ ſiue antiquitas ſiue obſcuritas ſpectanda ueniant, rebus ipſis ne tantillũ quidem eos qui hæc latinè legant, iuuantibus. ſed tamen cum in eo genere ipſe mihi nihil tribuam, neq; me dignũ aliquid præſtare poſſe uideam, malui equidem quibuſcunq; uerbis ac modis reddere hæc: cætera autem quæ ad ludum & feſtiuitatẽ pertinent, illis relinquere, qui & ingenio plus ualẽt, & in eo genere aliquãdo periculũ fecerunt.*

### LVCIANVS.

LExiphanes, formoſus ille, cum libro ſcilicet. LEX. Per Iouem
Luciane, ſcriptum eſt hornum quoddam meorum, calidum ad-
huc. LVCIA. Iam enim quippiam de ſqualoribus nobis ſcribis?
LEX. Haud equidem. Neque uerò ſqualorẽ dixi, ſed uenuſtas
quædam eſt ſcriptum adhuc recens ita appellare. Tu autem uideris aures ſordi-

bus

A bus oppletas habere. LVC. Ignoſce amice: nam multum affinitatis inter ſe habent calor & ſqualor. Sed dic mihi, quodnã argumentũ ſcripti iſtius eſt? LEX. Conuiuium in eo uiciſſim inſtituo contra Ariſtonis illud. LVC. Multi quidem Ariſtones ſunt, ſed tu, quantum ex ſympoſio colligere licet, Platonem uideris mihi dicere. LEX. Rectè ſentis: cæterùm quod dicitur, ut facilè cuiuis alteri inexplicabile fuiſſet. LVC. Proinde mihi pauca ipſius libri recita, ut ne omnino expers ſim epuli iſtius. Nectar enim quoddã pocillaturus ex ipſo nobis eſſe uidere. LEX. Cauillatorem igitur hunc abs te in humum proiice. Ipſe uerò auribus factis permeabilibus, auſculta iam, abſit autẽ obturatrix iſta Cy-
B pſelis. LVC. Dic audacter. Nam mihi quidem neq; Cypſelus neq; Periãder in auribus reſidet. LEX. Aduerte itaq; interea quo pacto peragã, Lycine, orationem, an ea principium cõmodum utiq; habeat, ac multũ eloquentiæ præ ſe ferat, ſtilo haudquaquam trito atque obuio compoſita, præterea autem & uerbis bonis ornata. LVC. Apparet huiuſcemodi eſſe, præſertim tua cum ſit: ſed incipe tandẽ. LEX. Proinde cœnabimus poſtea, inquit Callicles. Exin ueſpertinum illud (quod ſolet) in Lycéo obambulabimus. Iam nunc autem tempus eſt ungendi, pro meridiano atque æſtiuo more, & ad ſolis ſplendorem apricandi, ac poſtquam lauerimus, panem eſitandi. Atque adeò abeũdum iam eſt. Tu ue-
C rò puer ſtrigilem mihi, ac ueſtem pelliceam, linteaq;, & ſaponem, ut mittas in balneum, atque ablutoriam ut afferas. Habes autem humi iuxta armariolũ duos obolos. Sed & tu quid ages Lexiphanes? Veniés ne, an amplius hic demoraberis? Tum ego, iam olim, inquam, lauaturio. Nã & ægrè incedo, & ex iis quæ circa anum ſunt, malè habeo, mula clitellaria uectus uidelicet. Approperabat enim mulio, tametſi claudicaret ipſe. Sed & in ipſo agro abſque labore non fui. Deprehendi enim operarios cantillantes æſtiuam cantionem, eos nimirum qui patri meo ſepulchrum extruebãt. Poſtquam igitur cum illis unà fodiſſem, & cum iis quoque qui ripam aggerebant, ipſe parumper manum operi admo-
D uiſſem: illos quidem reliqui & frigoris cauſa, & quia uredo quædam erat. Scis autem quòd in frigore uehementi uredines generentur. Ego uerò obambulãs culta agrorum, etiam allia reperi inter ipſa enata. Ac terræ clauis aliquot effoſſis, Scanariisq; herbis & Bracanis eſui collectis, præterea & hordeo coëmpto (nondum autem prata floreſcentibus uitibus fragrabant, ut pedibus incedere liberet) ſublatus in mulam, attriui ſummum podicem. Et nunc ex eo ægrè & cum dolore incedo, & ſudo frequenter, & corpore langueſco, opusq; habeo quamplurimum in aqua pernatare. Iuuat autem poſt laborem ablui. Proin & ipſe puerum curriculo ablegabo, quem ueriſimile eſt aut apud Lecithopolidẽ,
E aut certè apud eum qui ſacculos diſtrahit, me expectare. Atqui edictũ illi fuerat, ut ad Selga obuiam ueniret. Sed in tempore eccum ipſum, adeſt, mercatus panem coloſtratum, & alios ſubcinericios, & cepas uireſcentes, & Fucas, & œbum iſtum, & leporinam, & bouis inteſtinum illud multiplex & rugoſum, & Phoctas. Euge ô Atticion, rectè abs te factũ, quòd magna itineris peragendi parte me ſubleuaſti. Ego uerò, inquit ille, Sillus propemodum here factus ſum, dum te circunſpicio. Cæterùm ubi tu heri cœnaſti? Num apud Onomacritum? Haudquaquam per Iouem, inquam ego, ſed rus ibam, ubi ripæ aggerem protẽdi. Scis autem quàm ſtudioſus agrorum ſim. Vos autem fortaſſe putabatis Cottaborum ſtrepitus exercuiſſe me. Sed ingreſſus, hæc atque alia ſua-

uiter condito, ac mactram emunda, ut Thridacinas nobis pinsatis. Ego autem F
abiens, in sicco & ad solem ungar. Et nos, inquit Philinus, ego uidelicet & Onomarchus, & Hellanicus hic sequemur. Nam & gnomon medium iam horologium umbra designat, & periculū est ne in aqua ista impura, & aliorū eluuie coinquinata, lauandum nobis sit à tergo Carimantum inter fecem uulgi, confertis illis undiq; nos trudentibus. Ibi tum Hellanicus, Ego uerò, inquit, etiam ægrè intueor, & mihi pupillæ oculorum quasi quodam atramento offuscatæ sunt, & nicto frequenter, & lachrymas subinde emitto: atq; ipsi mihi oculi medicinā gestiunt, ac opus habeo Aesculapii filio aliquo, medicinæ ocularis probè perito, qui miscendo atq; infundendo medicamētum aliquod, rutilare mihi G
faciat oculos, & non amplius lippitudine laborare, aut humidum & aquosum uidere. Atq; huiuscemodi quædam inter nos uerbis prosecuti, omnes qui tum aderamus, abiuimus. Et postquam uenimus ad gymnasium, exuti uestibus, alius quidem pācratio, alius autem lucta & palæstra recta exercebatur, alius pinguiter perunctus mēbra uariè distorquebat, alius iaculo contendebat, alius plumbeos quosdam lapides obnixè atque uibratim tenens manu iaciebat. Deinde ubi mutuò exercuissemus nos, atq; alter alterum postergassemus, gymnasioq; satis illusissemus: ego quidem & Philinus postquā in labro calido abluissemus nos, abiuimus. Reliqui uerò, ubi caput frigida tinctum, Delphinum more im- H
mersissent, mirabili quodā modo inter aquas iuxtà adnatabant. Reuersi autem iterum, diuersis locis diuersa agitabamus. Ego quidem subligatis crepidis, caput fricabam dentato strigile. Non enim in Cepii, sed in Scaphii modum tonsus eram, ut qui non multò antè mētum ac uerticem detondissem. Alius autem calida glutiebat, alius uentrem reiectabat, alius raphanis in tenues partes concisis, absorbebat salsas ac piscolentas illas ofellas, alius agrestes oliuas commanducabat, alius etiam hordeum ingurgitabat. Atq; ubi iam tempus erat, in cubitos inclinati cœnabamus. Positæ autem erant & sellæ & grabatula quædam. Proin cœna quidem collatitia erat. Apparata autem erant multa, & uaria, bifida ui- I
delicet suilla, & laterum pulpamenta, & suminis quædam, & suis nuper enixæ intestinum illud quo fœtus recipit, & hepar è sartagine, & alliatū, & Abyrtace, & similia quædam condimēta opipara, deinde & Thrymmatides, & fictillæ ficulnis foliis inuolutæ, & ex melle dulciaria. Ex natatilibus autem & marinis cartilaginea multa, & quæcunque ostraceis teguntur, & offæ ponticæ, eorum quæ sportulis siue nassis excipiuntur, & anguillæ copaides, & gallina altilis, & gallus qui canere desiit. Etiam piscis erat parasitus, & ouē totam in furno assatam habebamus, bouisq; iam grandioris atque æuo cōfecti pernam anteriorē. At uerò panes aderant siliginei, non mali, & alii nouilunares, post fe- K
stum ceu præterito uadimonio dilati, & holera tum subterranea, tum in altum excrescentia. Vinum autem erat non uetus, sed ex iis quæ in utribus offeruntur, quod iam mustum quidem desierat esse, nondum tamen ad plenum coctum erat. Pocula uerò posita erant omnis generis in Delphinide mensa, puta crater ille occultator frontis, & clauatus, Mentoreū opus, habens ansam prehensu facilem, & Bombylius, & Dirocypelum, & fictilia multa, qualia Thericles coquebat, multicapaciaq;, atque alia lati oris, quorum quædam ex Phocæa, alia uerò è Gnido aduecta fuerunt. Omnia uerò tenuia, fragiliáque, ac teneras testas habentia. Erant autem ibi & cymbia, & paruæ phialæ quædam, &

pocula

A pocula quædam grammatica,ita ut plenus eſſet abacus. At uerò lebes furnarius ebulliens,in caput nobis euertit carbones. Bibimus autem continuis hauſtibus, & iam inebriati eramus,atq; exinde ungebamur cancharide, & introduxit nobis quiſpiam podoctypam, & trigoniſtriam, atque exinde alius quidam in tabulatum aſſultans,irrumpendi locum quærebat, alius autem crepitu ac plauſu digitorum ludebat, alius porrò cum riſu lumbos laſciuiter agitabat. Atque interea ubi iam lauiſſemus, comeſſantes ad nos intrò irruperunt, ultro,non accerſiti, Megalonymus cauſſarū ac litiū ſectator ille, & Chærea aurifex, is qui tergum uariegatum habet, & Eudemus Ocataxis. Ego uerò interrogabam
B eos, quídnam accidiſſet eis cur tam ſerò uenirent. Chærea igitur,Segmentum quoddam,inquit, & inaures & pedicas filiæ meæ apparabam, & ob hoc ad repotia uobis ueni. At ego,inquit Megalonymus,aliis rebus occupatus fui. Dies enim fuit haudquaquam iudicialis,ut ſcitis, & nefaſtus: proinde, utpote ſilētio in foro exiſtente,neque perorare licuit, neque per diem dicēdo,aquam & clepſydram diſpenſare. Cum audiſſem autem quòd Imperator conſpiciēdum ſeſe præberet acceptis ueſtibus inuſitatis,& bono ſtamine textis, ſubligatíſq; calceis antea non geſtatis, proripui me ipſum foras: atque exinde ſtatim incidi in Daduchū & Hierophantem,ac cæteros arcanis ac turpibus operantes, qui Di-
C niam obtorto collo ad magiſtratum rapiebant,reū facientes,quòd ipſos nominaſſet,idq; cum ſciret quòd ex eo tempore quando initiati fuiſſent,& ſine nomine forent,& innominabiles,utpote ſacrinomines iam facti. At neſcio,inquā, quémnam hunc Diniam dicas. Vocabat igitur me nomine. Eſt,inquit,in tabernis aleatoriis homo perditus,ex egenis ac uilibus iſtis,ſemper comatus ac ſqualidus,endromidum aut baucidarum calceamento ſubligatus,ac ueſte manicata indutus. Quid igitur,inquam, deditne pœnas aliquo modo? an calcibus inſultans aufugit? At uerò ille,inquit Megalonymus, qui antea inter tibias & cātores perſtrepebat,iam immobilis ac tacitus eſt. Nam imperator ſegregatum,& à
D reliquo grege ſeorſim amotum, circūdatis illi manicis, & intento uinculo collari, in pedicis ac tibialibus tormentis degere hominem fecit. Quare in uinculis exiſtens, pedebat nonnihil miſer ille præ timore,& crepabundus erat,pecuniamq; pro redimenda uita dare uolebat. At me, inquit Eudemus, ſummo diluculo accerſiri ad ſe fecit Damaſias, is qui olim quidem athleta fuit, multasq; uictorias retulit, nunc autem præ ſenectute iam à certaminibus abſtinet. Noſti æream ſtatuam in foro poſitam. Ac alia quidē picando,alia inflammando peregi. Domum enim deductūrus hodie fuerat filiam ſuam ad nouum maritum, iamq; adeo exornabat illam, cū interea anxium quoddam malum interueniēs,
E diremit feſtum. Nā filius ipſius Dion neſcio qua cauſſa mœrore affectus, imò deorum odio aliquo agitatus,ſtrangularat ſe ipſum. Ac ſatis ſcitote,periiſſet ille,niſi ego ſuperueniens ablaqueaſſem ipſum, & à reſti ſoluiſſem, diu geniculatim aſſidens, & compungēs hominem, huc illuc ceu infantem in cunis uerſans,& undequaque explorans ac tentans ſicubi concretum adhuc guttur haberet. Quod autem potiſſimùm profuit,illud erat,quòd ambabus manibus cōprehendens illius latera ui compreſſi. Tum ego,num illum,inquam,Diona dicis,cinædum, & ſcrotum propendens habentem,mulieroſum,& lentiſcū ſubinde rodentem,adoleſcentē maſtrupantē,& obſcœna tractantem,ſi quē probè mutoniatum ſenſerit,ipſum admittentē? At ille,certè etiā delicatus & guloſus.

At deã, inquit Eudemus,admiratus. Diana enim ipſis eſt in media aula poſita, F
Scopadéum opus. Ad hanc procidentes & Damaſias, & uxor eius uetula iam,
& capite admodum cano, ſupplicabant ei ut miſereretur ſui. Illa autem ſtatim
annuit. Et nunc Theodorum, ſeu potius Artemidorum adoleſcentem hũc ha-
bent. Conſecrarunt autem illi cum alia quædam, tum ſagittas & arcus, quo-
niam his delectatur . Sagittaria enim & iaculatrix & bellatrix Diana eſt. Bibi-
mus igitur, inquit Megalonymus. Etenim & lagenam hãc uini uetuſtioris ue-
nio uobis afferens, & recentis caſei maſſas, & oliuas humi collectas. Cuſtodio
autem ipſas ſub ſigillis carioſiſſimis,& oliuas alias natatiles,& lutea hæc pocu-
la, ac uti teſtacea ac deſtillantia,ut ex ipſis bibamus, præterea & placentam ex G
inteſtinis concinnatam,& quibuſdam quaſi Crobylis intextam. Tu uerò puer
plus aquæ infunde mihi, ne capite grauari incipiam, & exinde ob id mango-
nem ſeu caſtigatorem contra te accerſam. Scitis enim quàm grauiter concitari
ſoleam dolore,& caput habeo denſum,nec facilè uaporibus peruium. Poſt po-
tum autem nugabimur mutuò,qualia & quæ conſueuimus. Non enim intem-
peſtiuum ſcilicet hoc,temulenter agere. Tum ego,Laudo,inquã, iſthuc. Emo-
lumentum enim quodcunque etiam ſumus Atticæ proprietatis haud poſtremũ. Rectè dicis,inquit Callicles. nã nugis mutuò prouocare nos, uoluptatem
quandã affert. Ego uerò,inquit Eudemus,frigus enim eſt, meraciori uino ma- H
lim intus ſtipari. Nam frigoris impatiens ſum, & tepefactus libentius audiuero
digitis geſticulantes iſtos,tibicinem puto & Barbitœdum. Quid hæc ais Eude-
me,inquam,an tu ſilentium nobis imperas, tanquam ore carentibus, & lingua
ſpoliatis? Mihi uerò & lingua iampridem dicturit, adeóque iam animo proue-
hebar quaſi antiqua uobis narraturus quædã, & ablaturus omnes uos lingua.
Sed tu ſimile quiddam feciſti mihi, ac ſiquis nauem onerariam tribus inſtructã
uelis, ſecundo uento nauigantem, implentibus lintea Notis, proſperè laben-
tem, & per ſummos fluctus euntem,retinaculis quibuſdam ancipitibus, anco-
ris ferreis,naualibusq; pedicis demiſſis retineat,& curſus impetum inhibeat,in- I
uidens uidelicet tranquillitati. Proinde, inquit ille, tu quidem,ſi placet, naui-
ga,& nata,& curre per undas intempeſtas:ego autem interea bibens, de terra,
ut Homericus ille Iupiter de rupibus alicunde,aut de ſummo cœli uertice,ſpe-
ctabo & te iactari fluctibus, & nauem ipſam de puppi à uento aquis immerſa-
ri. L V C. Satis ô Lexiphanes & potus & lectionis iſtius. Ego enim tibi ebrius
iam ſum, & nauſeo:& niſi quamprimum euomuero iſta omnia quæcũque re-
citãdo perſecutus es,ſat ſcias, uideor mihi mox inſanus ac furioſus fore,obſtre-
pentibus mihi undique uerbis iſtis,quæ mihi modò offudiſti. Quanquã à prin-
cipio ridere in mentẽ ueniebat mihi illorum gratia. Verùm poſtquam ea mul- K
ta atque omnino ſimilia erant, miſerebar tui ob miſeriã & infelicitatem iſtam,
cum uiderem in labyrinthum quendam irremeabilem incidiſſe te, morbumq;
ægrotare maximũ, imò uerò atra bile percitũ . Cogito itaque apud me ipſum,
unde tam multa mala collegeris,& quàm longo tempore, & ubi denique cõ-
cluſum habueris tantũ examen abſurdarum ac diſtortarum uocũ,quarum alias
quidem ipſe finxiſti, alias autem defoſſas alicunde eruens,iuxta Iambicũ illud,

Pereas,miſerias qui eligis mortalium. tantum cœnum undequaq; co-
gens,in me exhauſiſti. Porrò uideris mihi neminem amicum, aut familiarem,
aut beneuolum habere,neque etiam in uirum liberum, & qui loquendi liber-

tate

A tate uteretur,incidiſſe unquam,qui uera monẽdo,liberaret te à morbo iſto intercutaneo,quo quidem correptus es,& præ malo illius,periculum ne diſrumparis, ſuſtines,tibi ipſi autem bene habito corpore eſſe uideris,& calamitatem iſtam pro bona ualetudine ducis, ac ab iis quidem qui nihil intelligunt, laudaris, quandò illi quid tu patiaris, ignorant: à doctis autem miſeratione dignus putaris. Sed commodùm Soſipolim hunc medicum accedere uideo. age huic tradendo te, & ſuper morbo diſſerendo, remedium aliquod inueniamus tibi. Intelligens enim uir eſt, ac multos iam ad ſe receptos,itidem ut te,ſemiſanos & infatuatos à morbo infuſo pharmaco liberauit. Salue Soſipoli, atque hunc
B Lexiphanem quæſo ad te receptum, ſodalem, ut ſcis,noſtrum,nugis autem in præſentia quibuſdam, & peregrino circa ſermonem morbo correptum,periculúmque ſuſtinentem ne prorſus pereat, ſerua, quocunque tandem modo. LEX. Nequaquam Soſipoli me,ſed hunc Lycinum, qui manifeſtè deſipit, & homines mente præditos parum ſapere exiſtimat, ac iuxta Mneſarchi filium, Samium illum, ſilentium ac linguæ ignauiam nobis intendit. Sed per Mineruam haud unquam erubeſcentem, aut trepidam, & per magnum ferarum debellatorem Herculem, ne tanti ipſum quantum Gry uel Phuy faciamus. Moneo autem omnino ne obuiam quidem ueniendum ipſi eſſe. Videor mihi ue-
C rò etiam ringi, cum talia increpantem audio. Ac iam utique abeo ad ſodalem Cliniam,quoniam audio uxorem eius iamdiu mẽſibus non laboraſſe, & ex eo ægrotare illam, quia non fluit. quare non amplius ne inſcenditur quidem,ſed inacceſſa & inarabilis eſt. SOSTR. Quid autem?an ægrotat, Lycine, Lexiphanes? LYCIN. Ipſa hæc, Soſipoli,an non audis qualia loquitur,ac nobis, qui nunc cum eo conuerſamur, relictis, quaſi ante mille annos nobiſcum ſermocinatur, diſtorquens linguam, ac aliena atque externa hæc componens,omnemq; operam in illis ſumens? perinde ac ſi magnum quiddam foret,ſi peregrinis uerbis utatur,& conſuetam atque receptam monetam ſermonis adulte-
D ret. SOS. Per Iouem haud paruum quendam morbum narras Lycine. Subueniendum itaque homini eſt quauis arte. Atque adeò diuino quodam inſtinctu inſanorum ac bile percitorum alicui pharmacum hoc mixturus, domo abii, ut epoto hoc uomeret. Age primus ipſe bibe Lexiphanes, ut ſanus nobis & mũdus fias, tali uerborum abſurditate euacuatus. Verùm obedi mihi, ac bibe, & minus difficilis eris. LEXIPH. Neſcio quidnam etiam facietis mihi, Soſipoli,tu & Lycinus hic,obtrudentes mihi pharmacum hoc epotandum. Metuo itaque ne ruina quædam mihi ſit ſermonum potio hæc. LYC. Bibe, & ne cũctare, ut humana deinceps ſapias ac loquaris. LEXIP. Ecce obedio, & bibo.
E Pheũ! Quid hoc rei eſt? Quantus tumultus uentris? Equidem diuinatorem quendam dæmonem uideor mihi imbibiſſe. SOS. Incipe igitur uomere. Papæ! Primùm hoc μαῦν. deinde poſt illud exiuit κἄτα iſtud. poſtea & ἀλλ' ὅς, & ἀμυγίτη, & λᾶσε, & δἠτα ἄτα. At coge tamen & infere in fauces digitos. Nondum uerò ἵκταρ iſtud euomuiſti, neque σκορδιτᾶς illud, aut τραταίνθαι, aut σκύλλεσθαι. multa adhuc intus abdita latent. Satius autem fuerit,ſi per inferiora quoque ſecernantur nonnulla. πλειστορδία ſiquidem iſta magnum ſtrepitum faciet,unà cum ſpiritu erumpens. At iam quidem mundus hic eſt, niſi ſi quid remanſit reliquum in inferioribus inteſtinis. Tu uerò poſthac acceptum

eum Lycine dedoce,atq; inſtitue quæ decet loqui. LYC. Ita faciemus Soſipo- F
li, poſtquam nobis uia iam ad eam rem abs te patefacta eſt. Ac tecum deinceps,
Lexiphanes, cõſultatio mihi eſt. Quòd ſi igitur cupis uerè ob dicendi poteſta-
tem laudari,ac in multitudine hominũ celebrari, huiuſcemodi quidem omnia
fuge atque auerſare. Vbi autem exorſus fueris ab optimis poëtis, & ſub præce-
ptoribus eos legeris, tranſi inde ad oratores. Cũ iam cum illorũ ſermone qua-
ſi educatus unà fueris,ad Thucydidis & Platonis ſcripta in tẽpore accede,mul-
tum adeò & in pulchra comœdia, & in graui tragœdia te ipſum exercitando.
Ex his enim ubi pulcherrima quæq; decerpſeris,eris aliquis dicendo. Nam nũc
certè, non animaduertens, ſimilem te præbuiſti iis quæ à luti figulis ad forum G
finguntur,foris quidem illitus minio ac cæruleo, intus autem & luteus & fra-
gilis exiſtens. Hæc ſi feceris,& non recuſaueris aliquandiu ob inſcitiam refelli,
neque etiam dediſcere erubueris,bono animo eſto,uerſaberis in multitudine:
& non quemadmodum nunc irrideberis,neque etiam in ore peiore conditio-
ne melioribus eris,Græcum atque Atticum uocitantibus te,qui ne cum barba-
ris quidẽ inter manifeſtiſſimos recẽſeri dignus ſis. Ante omnia uerò illud me-
mineris mihi, ne imiteris Sophiſtarum eorum qui paulò ante noſtram ætatem
fuere,uiliſſima quæq;,néue etiam depaſcas illa,perinde ut nunc,ſed talia quidẽ
proculca pedibus:imitare autẽ uetera exempla. Neq; uerò demulceant te ane- H
monæ uerborum,ſed iuxta legem athletarum,ſolidus tibi cultus, conſuetus ac
familiaris ſit. Præcipuè autem Gratiis & Perſpicuitati ſacrifica: à quibus plus q̃
nimis nunc à tergo relictus es. Et faſtus autem,& iactantia, & mala iſta ſcribẽ-
di cupiditas,præterea & tumidum iſtud,atq; inſolentem te gerere, uerbaq; plus
æquo dilatare,procul abſit, & acerbum illud,irridere aliorum ſcripta, & puta-
re quòd tum demum primus ipſe futurus ſis,ubi aliorum omniũ uerba & ora-
tiones calumnioſè reprehenderis. Iam uerò neq; illud paruum,imò uerò maxi-
mum uitium committis,quòd non antea ſententias ac res,quàm uerba,paratas
habes, ac poſtea uerbis eas exornas, ſed ſicubi uerbum alienum ac peregrinum I
reperiſti, aut ipſe fingens, pulchrum putaſti eſſe,huic poſtea quæris ſententiam
accommodare:ac damnum quoddam exiſtimas, ſi illud non alicubi intruſeris,
etiam ſi ad id quod dicitur,minimè eo opus ſit: quemadmodũ paulò antè ἰμα-
λόπα illum,neſciens quidem quid ſignificaret,proieciſti,cum ille cum argumẽ-
to nihil conueniret. Atqui idiotæ & indocti quidem omnes obſtupuerant,præ
peregrinitate perculſis atq; attonitis illorum auribus:at qui docti erant,ambo-
rum cauſſa,& tui,& eorum qui te laudabant,ridebant. Illud uerò omnium ma-
ximè ridiculum eſt,quòd cum plus quàm Atticus uideri cupias, & ſermonem
ad uetuſtiſſimam dicendi formam diligẽter exercuiſſe,talia quædam, imò uerò K
plurima intermiſces uerba, quæ ne puer quidẽ qui nuper diſcere cœpit, igno-
rare queat, qualia ſunt illa, πῶς ὄιδ, κατὰ γῆς δῦναι ἀνήμμαι, ἀκόσον σε ἐπιδεικνυμένου. Cũ
χιτώνιον quidem etiam uirilem ueſtem dici putabas, δουλάρια autem maſculos pe-
diſequos appellabas. Quæ quis nõ nouit? quòd uidelicet χιτώνιον quidem mu-
liebris ueſtitus, δουλάρια uerò de fœminis tantùm dicantur? Atq; alia multa longè
his clariora,quale eſt ἵππαζ,& ἀπαντάκυλος,& καλλιδής illud,quæ ne inquilina
quidem Attici ſermonis ſunt. Nos autẽ ne poëtas quidem laudamus qui uer-
bis obſcurioribus & minus uſitatis poemata ſcribunt. Tua uerò, ut pedeſtrem

orationem

A orationẽ cum carmine conferamus, perinde ut Dosiadæ arã, & Lycophronis Alexandra sese habẽt, & si quid istis sermone etiam miseriore scriptũ est. Quòd si igitur hæc imitatus fueris, & dediceris, optimè de te ipso statueris. Sin autem nihil animaduertens, iterum in auiditatem istam prolapsus fueris: ego quidem admonitioni atque officio meo satisfeciss̃e uidebor, tu uerò te ipsum accusabis, si utique etiam intellexeris deteriorem esse te factum.

SCHOLIA IN PRAECEDENTEM ORATIONEM.

Νιχμὲν *calidum uerti propter consonantiam uocum caloris & squaloris. nam* ἄυχμὸς *eum squalorem significat, qui ex nimia siccitate prouenire solet: unde & pro peste quæ ex nimio æstu contrahitur, positum reperitur.* νιχμὸν *su.* Fo.17.K. Fol.177.B.1.

B *autem, id quod nuper factum est. Videtur autem & prauam pronunciationem affectatoris istius notare.* κυϑλὶς *aurium sordes significat. Cypselus autem & Periander Corinthiorum reges uetustissimi fuere, quorũ & Pausanias meminit.* *stilo haudquaquam trito,* ἰυλιξῖς, *quam uocem ipse infra in Rhetorum didascalo exponit* δ δεινὸν ἐμπιτῦσαι. B.4.

*obambulabimus,* πδδιανοήσομεϑα, *quod uolutabimur proprie magis significat. Vestem pelliccã,* βύρσαν *græce.* ab- B.7.C.1.

*lutoriam,* δ ἐπιλάδιον. *armariolum,* ἐγγυοϑήκην *græce, & notat Hesychius* ἐγγύων *etiam* ὀφωνίαν *significare. mula* C.2.5.

*clitellaria. In græco est* ἀσσάδη *&* ἀσσαβικάτης: *quorũ alterum nõnulli pro mulo seu iumento, alterum pro ephippio seu sella, non pro mulione accipiunt. uide Suidam. uredo quædam,* καῦμα, *cuius uocis & Athenæus in hac significatione* D.1.

*meminit lib.3. ubi & ipse de affectatoribus huiusmodi tractat. terræ clauis,* γπάλη *græcè. apparet autem bul-* D.3.

*bi genus esse. Bracana uerò agrestia holera sunt, ut apud Suidam.* *lecithe polidem, hoc est, quæ pisa uel etiam oua* D.9.

*uendit. qui sacculos distrahit. Nam Suidas* γυμᾶς ἢ σκευοθήκην *ait, & Pollux à quibusdam peram dici affirmat. Vt* E.1.

*ad Selga. Vtrum corruptum hic aliquid sit nescio: certè quid uelit, non puto facilè à quoquam intelligi posse. panem* E.2.3.

*colostratum. Sic interpretari placuit* πυρίπλω, *quem tamen alij pro ipso* πύϑ, *hoc est colostra accipiunt. Idem &* πυρίφϑ *dicitur. Commenta. in Aristoph. Vespas. Athen. lib.14. & Pollux lib.2.cap.12. Et fucas. Gaza interim fu-*

C *cas, interim squillas uertit apud Aristotelem. Athenæus lib.7.* Φυκίδας *uocat. & œbum. Neque de Oebo, neque de* E.4.

*Phoctis reperio quicquam. pro* λωγάνιον *autem* λαγάνιον *lego, quod & apud Hesychiũ legam, quanquam neque de hoc adeò contendo. Sillis propemodum, hoc est strabus, à* σιλλαίνειν, *quod proprie significat subsannandi caussa oculos* E.6.

*recutere, seu retorquere, unde & Silli uersus. Pollux.* *ripæ aggerem,* ϑύτα, *id est* πρόχυμα, *quod contra aquæ im-* E.8.

*petum opponitur. Supra* ἄλιπρον *idem dixit. Vide Hesychium. Cottaborum strepitus. De Cottaborum ludo Athen. lib.* E.10.

*10.11. & 15. Pollux lib.6.cap.19. & Suidas meminit: & Plautus, Vide ne crebri in te Cottabi crepent. ut thridaci-* F.1.

*nas. Hoc nomine* μάζης *quoddam genus Attici uocant. ad solem ungar,* ἡλιάσω. *Inde* ἡλιάζομαι *& locus Constanti-* F.2.

*nopoli fuit, cuius alibi mentio fit. in aqua ista impura,* ἐν ἀδίῳ. *Vide Hesychium. à tergo Carimantum. Cari-* F.3.4.

*mantes quos dicat, non satis intelligo, nisi si accipiamus sordidos quospiam & mercenarios, qui caput obligatum habeant, aut onera gestent, quales ab Hesychio &* κεφαλοφόροι *dicuntur. alius iaculo contendebat, τῷ* κωρύκῳ ἀντὶ- G.6.

*ταλ. Vide Hesychium. Non enim in cepij, &c.* κίτῳ *&* σκαφίον *tonsuræ species erant. Scaphium quando tota coma* H.4.

*ad cutem usque detonsa erat. Cepiũ autem seu cepus quando ad frontis ornamentum capilli resecti erant, ut Comment.*

D *Aristoph. in Aues tradit. calida glutiebat,* ἐϑερμοπότει, *fortasse id quod Plautus dixit thermopotare. uentrẽ reiecta-* H.6.

*bat,* τῷ νῆσιν ἔμεϊ. *significat autem* νῆστις *ieiunium, & item intestinum ieiunum inter stomachum & uentrem. agre-* H.7.

*stes oliuas,* φωλίας. *Ita Suidas exponit, quanquam Hesychius genus mali grandioris esse dicat. bifida uid. suilla. In-* I.1.

*telligo pedes, eò quòd bifidi sunt. hepar è sartagine, id est frixum. Proprie tamẽ* λοβὸν *extremã partem hepatis uocãt.* I.3.

*abyrtace, Intritum quoddam barbaricum est. Vide Suid. thrymmatides. Pollux inter placentas recensẽt* ϑρυμμα- I.4.

*τίδας. De Thrijs autem Cõmentator Aristophanis in Equitibus copiosè. quæ sportulis siue nassis,* τῶν ἐν σαργάνης, *de* I.7.

*cuius significatione Hesychius. qui canere desiit, Capũ intelligo. pisserat parasitus. Ipsa quidem uox parasiti quid* I.8.

*significet, notum est, sed quorsum spectet piscis parasitus, puto obscurũ esse. pa.ade. siliginei,* σιφῶσι *scilicet pro* τιφῶσι K.1.

*Atticè. Est autem* τίφοι, *ut Hesych. exponit,* ὄλυρα, *quæ à Latinis quoque olyra, quibusdam autem siligo dicitur. Vnde* πιφῶσι *panes, quorum & Athenæus meminit lib.3. tum subterranea,* ὑποϑύτεα *&* κρὼ ὑπερφυῆ. *nisi quis malit parua ac* K.2.

*magna accipere. delphinide mensa. Obscurum quam intelligat, nisi si tripodem, qualis ἡ δελφικὴ fuit. Bombylius,* K.5.6.

*Poculũ est angusti oris, inter bibendum sonũ edẽs. Athenæus & Pollux. dirocypelũ, Vt apud Homerũ* ἀμφικύπελλον. K.7.

E *de cuius etymologia Athenæus li.11. qua Theri.coq. De Thericleo poculo uide item Athenæum. tenuia fragiliaq;,* K.8.9.

*ἀντιμοφόρητα, hoc est quæ uento ferri queant. poc.q. grammatica, hoc est, literis inscripta, quorum ipsorum quoque* Fol.178. A.1.

*meminit Athenæus eodem lib.11. abacus,* δ κυλίκιον, *sic enim malim, nisi quis* κυλίκιον *pro ora seu labro poculi accipiat, &* δ μεσὸν *ad* γράμματα *referat. lebes furnarius* ἰπνολέβης, *quod Athen. lib.3. à Romanis miliarium dici ait, uas* *ad calefaciendam aquam comparatum. Vng. cancharide. Quodnam unguentum hoc sit, obscurum. Podoctypa au-* A.3.

*tem & Trigonistria, nomina psaltriarum uidentur esse. Nam Trigonis & Hesychius & Pollux meminere. plausu* A.5.

*dig. lud.* λικίνδα, *à* λικᾶν *uidelicet, cuius uerbi Athenæus meminit lib.1. lumb. lasc. ag. Pollucem uide lib. 4. cap. 14.* A.6.

*Octaxis, Suidas proprium hoc esse tradit, quanquam apud illum* ὀκτωκάταξις *legitur. ego tamen cognomentum ma-* A.9.

*gis esse puto ab ouis uel frangendis, uel deuorandis, uel simili aliquo factum. segmentum quod.* λᾶρον πνα. *Pollux* B.1.

*tamen* λᾶρον *per ι habet. ueste lib. inusit.* ἄχρηστα *& ἀφόρητα, tametsi eæ uoces proprie inutiles & gestu inhabiles signi-* B.7.

*ficent. in daduchum, cum qui gestat lampada, ut sacerdotes Promethei, Vulcani, &c. Ex egenis,* ἐγκαπιδᾶν, B.9.C.5.

*quod si ab* ἐγκάπ]ειν *&* κιδᾶν *deriuetur, ceparum helluonem significabit. Sed tamen apud Hesychium* κατπιδᾶν *per ω legitur, pro eo, ut ipse ait,* ὅτι μετὰ τῶν τὰ ἄλφιτα μὴ διδόντων τυγχάνει ἀλόμενον. *quod neque ipsum quale sit, sa-*

*tis planum est.* ἀνϑλίνου *autem &* ἀυτοκάδδαλα *ab Hesychio exponuntur. Endromidum. Endromides cursorum* C.6.

Fol.178. D.8. *ſunt, & propriè Dianæ. Baucides autem croceæ muliebres.* Pollux. *Domum enim. Neſcio corruptúsne ſit locus, an*
D.9. *mutilatus. Anxium quoddam ma.* μίρμιρον. *ſed haud ſcio an* πρμίεον *potius legendum, de quo etiam in prouerbijs*
B.7. *Eraſ. illius latera.* τὰ ἄκρα, *latera uerti, propterea quòd & in acie latera,* τὰ ἄκρα *dicuntur, ut ait* Pollux. *mulie-*
E.8. *roſum,* μόρτωνα, ἀπὸ μυρτὶς, *ſcilicet genitali muliebri. lentiſcum ſubinde rodentem,* σχινοβόσκον, *quo nomine notabã-*
E.10. *tur qui elegantiæ & cultui muliebriter ſtudebant. delicatus & guloſus,* λιχανὸς, ἀπὸ λειχὴς, *ſeu* λίχνος, *quod pa-*
*tinam ſignificat, ut* Pollux. *coniecturaliter tamen: quanquam haud ſcio an corruptus locus ſit. uidentur enim deeſſe*
F.4.9. *quoque nonnulla. Theodorum, ſeu potius Artemidorum, ut à dea ſeu Diana reſtitutum, & uita donatum. Cario-*
*ſiſsimis, pro antiquiſsimis accipio. oliuas alias natatiles. Fortaſſe eas quæ & hodie ex uino uel aqua aſſatis carnibus*
G.1.2. *pro ſalſamento adhibentur. teſtacea ac deſtillantia,* ἐμπυλάκωζα, ἀπὸ πίδακος *uidelicet. Crobylis intextã. Fuerunt au-*
*tem Crobyli certæ quædam texturæ capillorum in acutum deſinẽtes, antiquorum Athenienſium geſtamẽ, ut Comment.*
G.3. *Thucydidis in lib.1. mangonem ſeu caſtigatorem,* παιδοτρόμον, *quo nomine & mangonem & puerorum modera-*
G.9.H.3. *torem intelligi poſſe puto. uoluptatem quandam affert. fortaſsis* ἀπὸ λαλᾶν ἅλλεσθαι & γάννυσθαι. *digitis geſticulantes,*
Fo.179.C.1.2. χειροσόφοις, *quos ipſe infra in Rheto. didaſc. exponit* ὀρχήσεως, *id eſt ſaltatores. etiam ringi,* ἐγγαστρίμυθον. *menſibus non* G
E.1. *laboraſſe,* ἀκάθαρτον ἦναι, *cuius uerbi etiam Athenæus meminit lib.3. diuinatorem quendam dæmonem,* ἐγγαστρίμυθον
E.3. πνα, *quos & Eurycles græci uocant. Suidas.* μῶν, *id eſt num.* κἄτα, *atq; exinde.* ἀλλ' ὅς, *Inquit.* ἀμηχίαν, *aliquo*
E.4.5. *modo.* λῶστα, *optimè.* ἀλάσθαι, *uidelicet.* ἄττα, *quædam.* ἵκτορα, *propè.* σκοτδινιᾶν, *protendere membra cum oſci-*
E.6. *tatione.* τυτάζειν, *curioſè agere.* σκύλλειν, *unguibus rapere, & infeſtum eſſe, unde & Scyllæ nomen uidetur fa-*
E.7.F.3.I.4. *ctum.* σιλλικοπορδία, *id eſt petulantia & laſciuia. Quod ſi igitur. Paræneſis de recta dicendi ratione.* διαλόγια,
K.3. *Heſychius meminit* διαλακτικὰ *cuiuſdam, aitq; paroemiã eſſe qua* δ μηδὲν *ſignificetur.* πῶς ὅτι, *id eſt quomodo pu-*
K.4. *tas.* κατὰ γῆς ἀῦται ἀυχόμην *&c. Id eſt ſub terram ire optabam quãdo audiebam te recitãtem.* χιτώνιον, *id eſt tuniculam.*
K.7.8. ἀλαζόνια, *ſeruulas.* ἴπταζε, *Volauit.* ἀπαντῶμεν, *Obuiam ueniens.* καθεζόμενος, *Sedens. qui uerbis obſcuriori-*
*bus & minus uſitatis,* κατὰ γλῶτταν, *ut etiam Quintilianus lib.1. cap.14.*

## EVNVCHVS, SEV PAMPHILVS, Eraſ. Roterod. interp.

### ARGVMENTVM. H

*Hiſtorica quædam narratio eſt, qua* Dioclis *&* Bagoæ *Peripateticorum philoſophorum inter ſe contentio-*
*nem exponit.* Eunuchus *autem inſcribitur, quòd potiſsima contentionis pars in eo uerſetur, utrum* Eunuchus
*debeat aut poſsit philoſophum agere: cum alter ab indignitate rei, & ab accidentibus philoſophicæ profeſ-*
*ſionis hoc negaret, alter autem exemplis, & fine ſeu officio philoſophi, item à conſequentibus ſeſe tueretur.*
*Vbi interim tacitè illud quoq; indicat* Lucianus, *quòd ea tum ætate philoſophi ex uitijs & ſceleribus ma-*
*gis quàm ex doctrina & uitæ integritate cenſebantur.* Exordium *ab admiratione trahitur, qua attentos fa-*
*cit, amplificando conditionem & profeſsionem perſonarum, & rei qualitatem.*

PAMphilus. VNDE nobis aduenis Luciane, ſeu quidnam rides? Semper tu quidem & aliàs conſueuiſti nobis hilaris ac feſtiuus occurrere: uerũ iſtuc maius aliquid ſolito uidetur eſſe, de quo riſum nec cõpeſcere queas. I

LVCIA. E foro tibi adſum ô Pamphile: porrò mox efficiam ut tu quoque mecum rideas, ſimul atque audieris cuiuſmodi litis adfuerim actioni, duobus philoſophis inter ſeſe contendentibus. PAM. Iam iſtuc ipſum profectò ridiculum eſt quod ais, philoſophos inuicẽ lites agitare. Nam etiam ſiquid magni fuiſſet negocii, inter ipſos modeſtè citraq; pugnam controuerſiam compoſitam oportuit. LVC. Quid ais? tranquillè componant illi, qui quidem ſolida plauſtra cõuiciis onuſta alter in alterum effuderint, uociferantes, miraq; peruicacia contendentes? PAM. Videlicet de diſciplinis atque opinionibus Luciane, ita ut aſſolent, diſſentiebant, quòd erant diuerſę factionis? LVCIA. Nequa- K
quam, imò aliud quiddam erat hoc de quo diſſidebant: nam eiuſdem ſectæ erant ambo, eiuſdemq; ſcholæ, & tamẽ orta inter eos lis erat. Porrò iudices qui cognoſcebãt, primates erant huius Reipub. natuq; maximi, ac ſapiẽtiſſimi, breuiter, apud quos pudeſcat aliquis etiam parum aptè quippiã eloquutus, nedum ad tantam prouectus inuerecundiam. PAM. Quin tu igitur litis argumentum exponis, quo uidelicet ipſe etiam cognoſcam quæ res tibi tantum riſum concitarit? LVCIA. Scis Pamphile, ſalarium, idq; neutiquam exiguum, ab imperatore fuiſſe conſtitutum ſingulis philoſophorum generibus, puta Stoicis, Platonicis, Epicureis, cúmque his etiam Peripateticis: ita ut unicuique ſectæ præ-

mium

A mium esset æquale. Cæterùm demortuo ex his quopiã, alius aliquis in eius locum subrogandus est, qui sit optimatum calculis probatus. Porrò præmium illud neque bubula pellis erat quæpiam, quemadmodum ait poëta, nec porcellus: uerùm singulos in annos decies mille nummûm, quos accipiunt uti doceant iuuentutem. PAM. Memini quidem ista. Quin aiunt nuper ex illis diem obiisse quempiam, alterum (ni fallor) è Peripateticis. LVCIA. Hæc ipsa Pamphile Helena, propter quam illi inter sese singulari certamine conflictabant. Et hactenus quidem nihil etiam ridendum erat in illis præter hoc, quòd quũ philosophos esse se profiterentur, ac pecunias pro nihilo ducere: tamen
B earum gratia perinde atque pro patria in discrimẽ adducta, pro religione maiorum, pro monumentis progenitorum, decertarent. PAM. Atqui Peripateticorum istud est decretum, non admodũ esse negligendas pecunias, uerùm eas in tertio quodam bonorum ordine esse ponendas. LVCIA. Rectè dicis. Nam ista quidem aiunt. Proinde bellum hoc ex maiorum iudicio sententiáque illis extitit: uerùm quæ postea consequuta sint, iam ausculta. Primùm complures quidẽ alii in defuncti illius funebribus ludis decertabant: sed inter hos præcipuè duo uiribus pares: puta Diocles ille senex: nosti quem dicam, contentiosum illum inquam: præterea Bagoas, qui quidem ea specie est, ut Eunuchus
C esse uideatur. Inter hos initiò de doctrina, déque philosophiæ decretis atque opinionibus est decertatum. uterque sui specimen ac documentum dedit, quòd esset Aristotelicæ factionis, quódque eius placita sequeretur, ostendit. At per Iouem in hoc certamine neuter altero superior erat. Lis igitur huc deflexit denique. Diocles desinens iam eruditionis suæ periculum ac specimen ostendere, ad Bagoam descendit, ac uitam illius in primis carpere est aggressus: Bagoas itidem huius uitam uicissim taxabat. PAM. Idque meritò Luciane. Siquidem eius rei magis erat habenda ratio. Proinde si ego fortè iudex caussæ sedissem, magis in hoc, ut mihi uidetur, futurus eram occupatus, potiúsque spectassem
D uter moribus esset præstantior, quàm uter ad disputãdum ac dicendum promptior: atque illi potius quàm huic uictoriam adiudicassem. LVCIA. Rectè dicis. Equidem isti tuæ sententiæ meum & ipse calculum addo. Verùm ubi iam conuiciis, ubi maledictis essent satiati, tandem Diocles illud aiebat, nefas esse uel conari aut proponere Bagoam, uti cum philosophiæ studio, cúmque pulcherrimis illius præmiis commerciũ haberet, qui quidem Eunuchus esset: imò hoc hominum genus non solùm ab eiusmodi contubernio secludi oportere, uerùm ab ipsis etiam sacris, ac uasis puris, breuiter ab omnibus publicis cœtibus eiici: ostendens inauspicatum quoddam & occursu infaustum spectaculum fo-
E re, si quis mane domo egressus uel uideat istiusmodi quippiam. Atque hac de re multis uerbis differebat, affirmans Eunuchum neque uirum esse, neque mulierem, sed quiddam utrinque compositum & conflatum, planéque monstrum ab hominum natura specieq; alienum. PAM. Nouam accusandi rationẽ nobis narras Luciane. Iámque & ipse ridere compellor, crimen audiens tam inauditum. Sed alter ille quid? Num obticebat? an uicissim & ipse quiddam ausus est ad ista respondere? LVCIA. Initiò quidem pudore ac metu (nam id est istis familiare) diutius obticebat, erubescens interim, palamq; præ se ferens id quod erat. Tandem autem tenuem quandam ac muliebrem edens uocem, negabat æquum facere Dioclem, qui se quòd Eunuchus esset, ob id à Philosophia se-

*Vtrum Eunuchus debeat aut possit philosophũ agere*

cluderet, cum qua fœminis etiam eſſet commercium. Allegabantur Aſpaſia, F
Diotima, Thargelia, quæ cauſſam illius adiuuabãt. Præterea Academicus quidam Eunuchus natione Gallus, qui paulò ante noſtram ætatem maximi nominis apud Græcos floruiſſet. Porrò Diocles etiam illum ipſum, ſi quidẽ extaret, ac ſimili negocio ſeſe miſceret, prohibiturũ ſeſe reſpondit, nihil expauefactum opinione quam apud uulgus obtinebat. Ad hæc quũ ipſe quædam dicteria in illum iaciebat, tum referebat in eum quæ à Stoicis maximeq; Cynicis dicta ad riſum concitandũ erant idonea, de corpore mutilo atq; imperfecto. Hac in re iudicũ cognitio uerſabatur. Deniq; totius cauſſæ iam illud caput eſſe cœpit, num Eunuchus idoneus eſſet cenſendus qui ad philoſophiã admitteretur, G
quiq; iuuenibus præfici poſtularet, quũ alter interim formam etiam ac corporis integritatem in philoſopho requirendã eſſe diceret. Maximè uerò uti barbam altam ac promiſſam gerat, quò uidelicet iis qui diſcendi cupidi aduenirent, uir grauis appareat, & is cui fides haberi debeat, neq; indignus uideatur decem illis drachmarũ millibus quæ forent ab Imperatore capienda. Cæterùm Eunuchorũ conditionem etiam q̃ Spadonum eſſe uiliorem. Nam illos aliquando uirile quiddã expertos fuiſſe, at hunc ab ipſo ſtatim ortu fuiſſe exectum, planeq; animal eſſe quoddam uarium atque anceps, non aliter q̃ cornices, quæ neq; inter columbas, neque inter coruos numerari queant. Alter contrà reſponderet, eo H
iudicio nõ de corporis agi figura, uerùm de animi uirtute, proinde mentis qualitatem expendi oportere, deq; dogmatum cognitione quærendum eſſe. Eius rei teſtis citatus Ariſtoteles, qui quidẽ Hermeam Eunuchũ Atarne oriundum tyrannũ ſupra modum ſit admiratus, adeò ut illi perinde atq; Diis ſacra fecerit. Auſus eſt & illud addere Bagoas, multo magis idoneũ eſſe Eunuchũ cui adoleſcentes erudiendi credantur, quòd ab hoc nulla in illos calumnia poſſit hærere, neq; Socraticum illud crimen in hunc competat, quòd adoleſcẽtulos corrumpat. Deinde quæ ille potiſſimùm in mentũ imberbe fuerat cauillatus, ea hic facetè, ut ipſi quidem uidebatur, reiecit. Etenim ſi è barbæ prolixitate, inquit, I
philoſophos æſtimare conuenit, nimirum hircus ante omneis primas tenebit. Hic tertius quidam aſſiſtens (nomen hominis ſilebitur) Atqui iudices, inquit, hic malis leuibus, ac fœminea uoce, reliquóque corporis habitu Eunucho adſimilis, ſi quis ueſtes detrahat, egregiè uir eſſe uidebitur. Alioqui mentiuntur qui ferunt eum aliquando in adulterio deprehenſum, membra in membris, ut legum tabulæ loquuntur, habentem: atque id quidem temporis ad Eunuchum confugiſſe, eáque reperta latebra abſolutum fuiſſe, quũ iudicibus crimen perſuaderi non poſſet, ut qui è ſpecie hominem iudicarent Eunuchum. At nunc mihi palinodiam canturus uidetur, ídque propter oſtentatum præmium. Hæc K
quum dicerentur, omnibus, ut par erat, riſus eſt obortus. Porrò Bagoas magis etiam perturbabatur, omnem in ſpeciem ſeſe uarians, atque in innumerabiles uerſus colores, tum frigido ſudore fluens: ac neque decorum ſibi exiſtimabat adulterii crimen agnoſcere, neque rurſum eam accuſationem inutilem ad præſens certamen arbitrabatur. P A M. Profectò deridicula ſunt iſta Luciane, neque uulgarem uobis, uti cõiectandum eſt, uoluptatem præbuerunt. Verùm quò tandem res euaſit, & quid ſuper his pronunciarunt iudices? LVCIA. Non erat eadem omnium ſententia: uerùm aliis quidem uiſum eſt, uti nudato illo, quemadmodum in emptitiis ſeruis fieri conſueuit, inſpicerent, num in

iis quæ

A iis quæ ad penem pertinent, philosophari posset. Alii uerò sententiam dixere multo magis etiã hac ridiculam, nempe ut accersitis è lustro mulieribus aliquot, iuberent illum cum illis congredi, ac uiri officio fungi, astãte interim è iudicibus quopiam, qui quidem esset natu maximus, fideq; spectatissima, qui inspiceret num philosophũ præstaret. Hæc ubi omniũ risũ fuissent excepta, neque quisquam omnino adesset cui non doleret aluus risu concussa, uisum est ut integra caussa in Italiam reiiceretur. Et nunc alter, ut aiũt, ad eloquẽtiæ ostẽtationem semet exercet atque instruit, & accusationem quamelaboratissimam meditatur, adulterii crimen aggrediens, id quod ipsi maximè aduersatur. Quod
B quidem & hic facit iuxta malorum rhetorum morem, quum ex ipso crimine aduersarium inter uiros recensẽt. Cõtrà Bagoas diuersa cura, quemadmodum audio, & assiduè uirum agit, negociumq; præ manibus habet. Postremò uicturum sese sperat, si modò docere possit, se nihilo deteriorem esse equas ineuntibus asinis. Id enim amice uisum est optimum philosophiæ documentum, atque una demonstratio, quæ refelli nõ queat. Proinde optarim ut filius qui mihi est adhuc admodum adolescens, non animum & linguam, sed penem haberet ad philosophiam idoneum. *Amarum in philosophos.*

## DE ASTROLOGIA, D. Erasmo Roterodamo interprete.

C

### ARGVMENTVM.

*Astrologiæ defensio quædam est, à dignitate uidelicet, quam ab antiquitate & præstantia eorum qui illam ab initio coluere, trahit, & à certitudine, quam ex similibus & signis ratiocinatione quadam colligit. Recensẽt autem principiò uarias gentes & populos à quibus illa inuenta, tractata, ac locupletata fuerit. Deinde & homines, & quid quisque in illa singulatim uel obseruarit, uel tractarit: quo loco & fabulas pleraſque Græcorum poetarum de* Orpheo, Tiresia, Atreo, Thyeste, Bellerophonte, Phryxo, Dædalo, Endymione, Phaethonte, *ac cæteris quibusdam explicat. Postremò & utilitatem artis tradit, quò futuris rebus per hanc obseruatis, & mala facilius tolerare, utpote præuidentes illa, possimus: & bonorum spe nos ipsos confirmare. Exordiò dociles facit, statim proposito de quo & qualiter dicturus sit: & obiurgat eos qui artem ob imperitiam utentium ac profitentium reprehendunt.*

D DE cœlo, deq; astris est nobis institutus sermo: non de ipsis quidem astris, neque ipso de cœlo, uerùm de diuinatione ac ueritate quæ ab illis in hominũ uitam proficiscitur. Neque rursum mihi libellus hic se traditurum aut docturum profitetur quo pacto diuinationem hanc assequi liceat: sed illud queror, doctos omneis cum in cæteris omnibus exerceant sese, suisque omnibus tradãt, solam Astrologiam nec habere in precio, nec exercere. Atqui hoc doctrinæ genus uetustũ est, neque nuper ad nos peruẽnit, sed inuentum est priscorum regum, quos Dii amabant. At huius ætatis mortales non solùm inscitia socordiáque, uerumetiam odio labo-
E ris diuersa ab illis sentiunt. Cúmque fortè inciderint in eos qui falsa prædicunt, tum & astra culpant, & ipsam Astrologiam habent exosam, neque salutarem eam neq; ueridicam arbitrantes, sed autem magis falsam atq; inanem, haud rectè, sicuti mihi quidem uidetur, sentiẽtes. Neq; enim ob imperitiam fabri, ars ipsa culpatur: neq; ob cantoris inscitiam, ipsa musica parum est erudita: quin illi potius artium sunt ignari: cæterùm ars unaquæq; suapte natura scita est. Primùm igitur Aethiopes hanc rationẽ mortalibus tradiderunt. In caussa fuit partim gentis eius sapientia (nã cæteris quoq; in rebus Aethiopes reliquos homines antecellũt sapientia) partim regionis quã incolunt, opportunitas, propter- *Aethiopes.*

ea quòd apud eos perpetua ſit cœli ſerenitas, tranquillitáſque, neque patiun- F
tur anni mutationes, ſed eadem temperie uiuunt. Itaque cum primum uident lunam non ſemper eodem uultu apparentem, ſed uaria ſubinde ſpecie, & in aliam atque aliam uerti formam, uiſa eſt illis ea res admiratione atque diſquiſitione digna. Deinde cum inquiſiſſent, repererunt hanc eſſe earum rerũ cauſſam, quòd lunæ non eſſet lumen proprium, ſed à ſole mutuatum. Inuenerunt autem & reliquarum ſtellarum motus, harum quas nos errones appellamus: (nam ſtellarum hæ ſolæ mouentur) naturámque earum ac poteſtatem, & effectus quos unaquæque præſtet, nominibus quoque inditis, non illis quidem utcunque uiſum eſt, confictis, ſed quà notæ rerũ eſſent. Hæc igitur in cœlo per- G
ſpexerunt Aethiopes: mox Aegyptiis finitimis artem imperfectam tradiderũt.

*Aegyptij.* Porrò Aegyptii diuinandi rationem, quam ab illis dimidiatam acceperant, in maius prouexerunt: quippe qui menſuram etiam ad quam unaquæque ſtella moueretur, indicarint. Ad hæc annorum, menſium, horarúmque numerum inſtituerunt. Ac menſes quidem illi luna metiuntur, atque eius recurſu finiũt: annum uerò ſole, & huius circuitu metiuntur. Quin his etiam maiora oſtenderunt. Nam ex uniuerſo cœlo, reliquiſque ſtellis & errantibus, & fixis, neque ſimul cum cæteris ſeſe mouentibus, duodecim partes effecerunt in his quæ mouentur, & unamquamque ſuis animantibus repræſentarunt, partim mari- H
nis, partim homine, partim feris, partim uolatilibus, partim pecudibus. Vnde & ſacra Aegyptiorum uariè fiunt. Neque enim omnes Aegyptii ex omnibus duodecim partibus diuinabant, ſed alii aliis utebantur partibus. Itaque arietem colunt, qui ad Arietem ſpectabant: piſcibus non ueſcuntur, qui Piſces annotarant. Nec hircum mactant, qui Capricornum uiderant: atque alii item alia uenerabantur, quæ quiſque inuenerat. Quin taurum etiam ob honorem cœleſtis Tauri colunt. Nam Apis apud illos res in primis ſacra, regionem ſortitus eſt: & qui eam incolunt partem, oraculum quoque dicarunt, ſignum ui-

*Libyes.* delicet diuinationis, quam à cœleſti Tauro petunt. Ac non multò poſt Libyes I
quoque artem hanc ſunt aggreſſi. Siquidem & oraculum quod eſt apud illos Ammonis, ad cœlum, & huius ſententiam refertur, iuxta Ammonem, quem

*Babylonij.* illi arietis ſpecie fingũt. Calluerũt autem hæc omnia & Babylonii: atq; hi quidem affirmant ſe primos omnium fuiſſe. Verùm, ut ego exiſtimo, multo poſte-

*Græci.* rius ad hos ſcientia peruenit. At uerò Græci nec ab Aethiopibus nec Aegyptiis de Aſtrologia quicquam audierunt: uerùm illis Orpheus Oeagro Calliopéque prognatus, primus iſta monſtrauit. non ille quidem admodum dilucidè, neque rem clarè docuit, ſed præſtigiis ac myſticis inuolucris obtexit. Sic enim illi uiſum eſt. Nam concinnata lyra Orgia inſtituit, ſacrasq; cantiones decanta- K

*Orphei Lyra quæ ſit intelligenda.* bat. Porrò lyra cum ſeptem haberet chordas, concentum mobilium ſtellarum repræſentabat. Hæc conquirens atque hæc agitans Orpheus, omnia delenibat, omniaq; uincebat. Neque enim illam hominis lyram ſpectabant, neq; illi alterius muſices ſtudium erat, uerùm hæc magna illa Orphei lyra. Hiſce rebus cum Græci honorem habere uellent, locum illi in ipſo cœlo deſignarunt, & cõpluſculæ ſtellæ uocantur Orphei lyra. Quòd ſiquando Orpheum uideris uel ſaxo expreſſum, uel coloribus effictum, ſedet in medio, canenti ſimilis, manibus tenens lyram. circũ hunc animãtium innumera multitudo, inter quæ & homo,

& tau-

A & taurus,& leo. Cumq; horum ſingula uideris,fac horum mihi memineris,cuiuſmodi ſit illius cãtus,cuiuſmodi lyra,cuiuſmodi taurus & cuiuſmodi leo Orpheum audiant. Quòd ſi eorum quæ dico,cauſſas intelligas, tũ & in cœlo horum unumquodq; cõtemplator. Fertur autem & Tireſia genere Bœotius, di- *Tireſias.*
uinandi gloria multũ celebris fuiſſe. Hunc Tireſiã ex Græcis aiũt dixiſſe, ſtellarum erraticarum alias eſſe fœminas, alias mares,nõ tamen eadẽ efficere. Vnde eundem ancipiti quoq; ſexu fuiſſe fabulantur,aliquando fœminã,aliquando marem. Porrò Atreo & Thyeſte de regno paterno decertãtibus, iam tum ma- *Atreus & Thyeſtes.*
ximam Aſtrologiæ cœleſtisq; doctrinæ curam fuiſſe Græcis,palàm eſt. Ac pu-
B blico conſenſu ſtatuerunt Argiui,ut uter ſcientia præcelleret,is imperio potiretur. Ibi Thyeſtes arietem illis in cœlo demõſtrauit, atq; hinc aureum arietem Thyeſtæ fuiſſe proditum eſt fabulis. At Atreus de ſole, deq; uario illius exortu locutus eſt, oſtendens non eodem modo ferri ſolem & mundum, ſed cõtrario inter ſe curſu rapi: & qui nunc uidetur occaſus,cum ſit occaſus mundi, Solis exortum eſſe. Hæc locutum Argiui regem crearunt,magnamq; doctrinæ laudẽ eſt aſſecutus. Equidem & de Bellerophõte ſimilia ſentio. Nam alatũ equum *Bellerophon.*
illi fuiſſe,non admodum credo: uerùm arbitror illum hanc diſciplinam ſectantem,ſublimiaq; cogitantem, & inter aſtra uerſantem, in cœlũ non equo aſcen-
C diſſe, ſed animo. Eadem de Phryxo Athamantis filio dixerim,quẽ aureo arie- *Phryxus.*
te per aẽrem uectum fabulantur. Quin & ipſum ſanè Dædalum Athenienſem, *Dædalus.*
etiam ſi res eſt noua auditu, tamen haud exiſtimo eũ ab Aſtrologia fuiſſe alienum: ſed cum ipſe ea maximè eſt uſus, tum filium ſuũ eandem perdocuit. Aſt Icarus cum iuuentutis calore & inſcitia,non ea diſquireret quæ conueniebant, ſed ad ipſum uſq; polum animo tolleretur, delapſus eſt à uero,totaq; aberrauit arte,& in mare præceps decidit rerum immenſæ profunditatis: de quo Græci ſecus fabulantur,qui ex huius nomine ſinum eius maris Icarium fruſtra uocãt.
Fieri poteſt, ut Paſiphaë quoq; cum ex Dædalo de Tauro audiſſet inter ſtellas *Paſiphaë.*
D apparente,deq; ipſa Aſtrologia, in artis amorem inciderit. ob id exiſtimant factum,ut Dædalus illam tauro copularit. Sunt autem qui ſcientiam in portiones *Quæ quis ſigillatim obſeruarit.*
partiti,in ſingulis partibus ſinguli elaborarint, alii in iis quæ ad lunam, alii quæ ad Iouem,alii quæ ad ſolem pertinẽt, congerẽtes, neq; non curſum ac motum & uim illorum. Atq; Endymion lunæ rationẽ tradidit,Phaëthon ſolis curſum *Endymion.*
deprehendit,non ille quidem uerè,ſed moriens imperfectã artem reliquit. Hęc *Phaëthon.*
qui ignorãt,Phaëthontem ſolis filium credũt,fabulamq; de illo haudquaquam ueram narrãt,adiiſſe Solem patrem,ac poſtulaſſe ab eo ut ſibi liceret lucis currũ moderari. illum id conceſſiſſe, monuiſſeq; qua ratione foret aurigandum,
E Phaëthontem uerò conſcenſo curru,partim ob ætatem, partim ob imperitiam ita egiſſe,ut aliquando eſſet uicinus terræ, aliquando longo ſemotus ſpacio à terra. interim mortales frigus atque æſtus intolerabilis conficiebat. Ob hæc indignatum Iouem ingenti fulminis telo percuſſiſſe Phaëthontem. eum deiectum ſorores circunſtantes magno luctu proſequebantur, donec immutarent formas, quæ nunc ſunt Populi, ac lachrymarum uice quibus fratrem deplorabant,electrum deſtillant. Haudquaquam hæc ita geſta ſunt,neque pium eſt his habere fidem, neque Soli fuit filius, neque illi filius interiit. Sed narrant Græci & alia permulta fabuloſa,quibus ego non admodum credo. Nam quî cõſenta- *Aeneas.*
neum eſt, credere Aeneam Veneris fuiſſe filium,aut Minoa Iouis,aut Aſcala- *Minos.*

*Aſcalaphus. Autolycus.*

phum Martis, aut Autolycũ Mercurii? Verùm hi homines pii diiſq; grati fue- F
runt, coſq; naſcentes, hunc Venus, illum Iupiter, alium reſpiciebat Mars. Etenim qui patresfamiliâs ſunt mortalibus in hoc progignẽdi genere, ii ueluti parentes ſibi ſimilia producunt omnia, & colorem, & formã, & facta, & animum. At rex quidem Minos Iouis auſpiciis, Aeneas formoſus Veneris fauore natus eſt, fur Autolycus. at ea furacitas illi ex Mercurio contigit. Iam uerò nec Saturnum Iupiter coniecit in uincula, nec in tartara præcipitem dedit, neque cætera machinatus eſt quæ putant homines: uerùm Saturnus extremus mouetur, proculq; à nobis ſemotus eſt. Segnis illi motus, neque facilis animaduerſu mortalibus: atque hanc ob cauſſam illum ſtare dicunt, ceu uinculis alligatum. G

*Saturnus, & cur ligatus dicatur.*

*Quis ſit tartarus.*

Cæterùm ingens aëris altitudo, tartarus appellatur. Sed potiſſimũ ex Homeri poetæ Heſiodiq; carminibus liceat intelligere priſcorũ fabulas cum Aſtrologia cõſentire. Siquidẽ ubi Iouis catenam narrat, ac Solis iacula, (quæ quidẽ ego radiorum ictus eſſe coniicio) tum urbes quas in clypeo finxerat Vulcanus, præterea choreã, & uineam, ad hæc quæcũq; de Veneris ac Martis adulterio dixit, deq; detectione, haud aliunde q̃ ex hac ſcientia ſunt conficta: quandoquidem Veneris & Martis concurſus, Homericæ cantilenæ præbet argumentũ: in aliis autem uerſibus utriuſq; diuerſum effectum deſcripſit: Veneris, cum ait illi:

*Concubitus Veneris & Martis.*

Tute Venus iucunda magis connubia cura. Porrò de belli negociis, H
Cuncta citò hæc curæ fuerint Marti atque Mineruæ.

Hæc cum intelligerent ueteres illi, maximè diuinationibus utebantur, nec eam ocioſam eſſe putabant, adeò ut nec urbes conderent, neque mœnia circunducerent, neque quenquam occiderent, neque ducerent uxores, priuſquã de ſingulis à uate reſponſum accepiſſent. Denique nec ipſa deorum oracula ab arte aſtrologica erant aliena: uerùm apud Delphos uirgo prædicendi munus adminiſtrat, quæ cœleſtem illam uirginem repræſentat: ac Draco ſub tripode uocem edit, quoniam & inter ſtellas Draco conſpicitur: in Didymis uerò tẽplum eſt Apollinis, & hoc, ſicuti mihi uidetur, ex his Didymis, id eſt geminis qui in I
cœlo ſunt, appellatũ. Vſqueadeo uerò diuinatio uiſa eſt illis res ſacra, ut Vlyſſes etiam cum errando feſſus uellet certò de rebus ſuis cognoſcere, ad inferos penetrarit, nõ quò uideret umbras, & locum inamœnum, ſed quòd cuperet cum Tireſia colloqui. Qui ſimul atque in locum peruenerat quem Circe mõſtrarat, foueam fodit, oues mactauit: cumq; complures eſſent umbræ, atque inter has matris quoque, ſanguinem bibere cupientes: non prius permiſit ulli, ne matri quidem, quàm Tireſia guſtaſſet, coactusq; eſſet ſibi uaticinium edere: potuitq; interim matris umbram uidere ſitientem. Ad hæc Lycurgus Lacedæmoniis omnem Reip. adminiſtrationẽ è cœlo temperabat, ac legem illis dedit, nequando in bellum prodirent ante plenilunium. Non enim exiſtimabat eandem eſſe ciuitatis adminiſtrationem creſcente Luna, & euaneſcente, propterea quòd omnia ab illa regerentur. Porrò Arcades ſoli hæc non receperunt, nec in precio habuerũt Aſtrologiam, ſed iidem ob imperitiam & ſtultitiã aiunt ſe luna antiquiores eſſe. Proinde cũ noſtri maiores uſqueadeo fuerint Aſtrologiæ ſtudioſi, huius ætatis homines partim aiunt fieri non poſſe ut homines finem inueniãt diuinandi ſcientiæ, propterea quòd neque certa ſit, neque uera, neque Martem aut Iouem noſtra cauſſa moueri in cœlo, uerùm illis humanarum rerum nullam eſſe curam, neque quicquam eſſe eis cum his negociis commercii, uerũ ſecundum

*Etiam oracula ad aſtrologiæ rationem relata fuiſſe.*

*Lycurgi leges*

*De ui. ac poteſtate aſtrorum.*

A cundum hos neceſſitate circumaguntur: partim dicunt Aſtrologiam non eſſe quidem mendacem, at inutilem. Non enim mutari uaticinio quæcunque fatis decreta inſtant. At ego ſanè utriſque reſpondere poſſum, ſtellas in cœlo ſuo quidem motu uolui, cæterùm obiter eius motus effectū ad nos peruenire. An uis equo currente, & gallinis aut hominibus tumultuantibus lapides ſubſilire, ſtipuláſque moueri uentis curſu concitatis, ſyderum uerò uertigine nihil præterea effici? tum ab igni exiguo calor ad nos permanat, neq; noſtra tamẽ cauſſa quicquam erit ignis, neque illi curæ eſt æſtus noſter, ab aſtris autem nihil ad nos defluit? At ſanè fieri non poteſt, ut per Aſtrologiã ex malis bona faciamus,
B neque mutare quicquam earum rerum quæ ab illis ad nos demanant: ſed hãc utilitatẽ ars adfert utentibus: Bona multò antè delectant eos qui uentura præſcierint: mala uerò facilè cum non imprudentibus uenerint, accipiuntur. Neq; enim in illos irruunt, ſed quia meditata expectataq; ſunt, leuia mitiáque uidentur. Hæc mea eſt de Aſtrologia ſententia. *Aſtrologiæ utilitas.*

## DEMONACTIS VITA, Vincentio Obſopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Oratio demonſtratiui generis eſt, quæ hiſtoricæ ac didaſcalicæ tamen dictioni propior, quàm encomiaſticæ. Deſcribit autem genus, uitam, ſtudia, eruditionẽ & profeſſionẽ* Demonactis *philoſophi, quæq; idem & priuatim & publicè fecerit, & ab aliis paſſus fuerit. Præterea & apomnemoneumata ſeu dicta illius memorabilia, aut aliàs argutè ac ſalſe reſponſa, in quibus recenſendis potiſſimam orationis partem cõſumit. Poſtremò etiam quæ circa mortem & ſepulturam illius acta, quibusq; officijs & honoribus illum* Athenienſes *& reliqui* Græci *proſecuti ſint.* Exordio *attentos potiſſimùm facit, laudando ſuam ætatem, quòd ea quoque uiros memoria ac laude dignos, & ueteribus illis* Herculi *&* Socrati *ſimillimos procrearit, cuiuſmodi ſint* Demonax *hic, &* Bœotius *ille* Soſtratus, *de quo alibi ipſe fecerit mentionem.*

C EQuidem conſentaneum erat & noſtrã ætatem non in totum expertem fore uirorum laude & memoria dignorũ, ſed iis quoque qui & eximiis corporis uirtutibus, & mente ſapientiæ ſtudio excultiſſima præcelluerunt, florere. Dico autem cum in Bœoticum Soſtratum iſta referens,
D quem Græci Herculem uocare ſoliti ſunt, & eſſe exiſtimabant: tum maximè in Demonactem philoſophum: quos ego & ipſe uidi, & uiſos magna admiratione ſuſpexi. Cum altero quoque, nempe Demonacte, aliquandiu coniunctam conuerſationem habui. Sedenim uitam Soſtrati in alio quopiam libello diligẽter perſcriptã executus ſum, declarata eius & animi magnitudine, & excellenti fortitudine. Inſuper quæ eius fuerit in monte Parnaſſo ſub ipſo dio uiuẽdi ratio, quod ſtratum laborioſum, quæ alimẽta in montibus cõquiſita, quæ opera à nominis celebritate nõ abhorrentia. Ad hæc quanta in tollendis è medio latronibus pericula exhauſerit, tũ quanta per inuia faciendis itineribus, aut per
E traiectu difficilia præbendo tranſitu, pertulerit. Iam uerò æquum mihi uidetur de Demonacte nonnihil in lucem edere, duarũ rerum gratia, ut & illius memores ſint uiri noſtræ ætatis præſtantiſſimi, & iuuenes quiq; generoſiſſimi animum ad philoſophiã applicantes, nõ neceſſe habeant ad uetera tantùm exempla ſemetipſos componere, ſed ex noſtra quoq; uita habeant quem ſibi pro uiuendi regula imitandum proponant, facti illius æmuli, quem ego omniũ optimũ ex philoſophis eſſe cognoui. Erat itaq; Demonax genere Cyprius, nõ ex obſcuris ortus parentibus, quãtum ad dignitatẽ & poſſeſſionẽ ciuilem attinebat: cæterùm his omnibus ille longè erat excelſior atq; ſuperior: & cum rebus pulcherrimis atque præſtantiſſimis ſe ipſe dignum iudicaſſet, ad philoſophiæ

ſtudium ſemet contulit, non per Iouem ab Agathobulo tantùm & Demetrio, F
qui ante illum fuerant, neq ue ab Epicteto excitatus,ſed cum illis conuerſaba-
tur,præcipuè uerò cum Timocrate Heracleote, uiro cum primis ſapiente,neq;
non eloquentia & induſtria plurimùm ornato. At Demonax nequaquam ab
aliquo illorum,ut dixi,perſuaſus,ſed peculiari quo rapiebatur ad res præclaras
impetu,& inſito quodam ad philoſophiam amore,ſtatim à puero permotus,o-
mnia humana bona in uniuerſum contempſit. Ac ſe cum totum libertati tra-
didiſſet,dicendiq; fiduciæ,in ea cõſtanter perſtitit,cum & ipſe rectam ac ſanam
& inculpatam uitam uiueret, ac uidentibus & audientibus ſuam ipſius mẽtem
exemplum exhiberet, ueritatemq;, quam in philoſophãdo perpetuam obtine- G
bat. Cæterùm nequaquam illotis,quod aiunt, pedibus, hoc eſt à dicendi facul-
tate alienus,ad philoſophiæ ſtudia acceſſit,ſed in poetarum lectionibus enutri-
tus,multos tenebat memoria, dicendiq; artes non mediocri ſtudio exercuerat.
Ea uerò quæ in philoſophia tractari ſolent, haud modicè,neque,ut eſt in pro-
uerbio, ſummo tantùm digito attigerat,ſed exactè comperta habebat. Corpus
præterea exercuerat, & ad tolerantiam uariis laboribus aſſuefecerat. Breuiter,
in hoc ſummo ſtudio & cura elaborauit,ne alicuius alterius egens eſſet. Quare
poſtquam ſenſit ſe quoque ipſe ſibi amplius non ſufficere, uoluntaria morte è
uita diſceſſit,multo ſuper hoc ipſo Græcorũ optimatibus ſermone relicto. Phi- H
loſophiæ uerò haudquaquã unã tantũ ſpeciẽ ab aliis ſeiunctã colebat,ſed mul-
tis in idem commixtis, non admodum apertè ferebat qua potiſſimùm illarum
oblectaretur. Apparebat quidem Socrati ſe magis addixiſſe, tametſi habitu &
uitæ frugalitate Diogenem æmulari uideretur. Non tamen ambitioſè adulte-
rabat ea quæ ad uictum pertinebant, admirationis popularis emerendæ gratia,
utq; ii quibúſcum conuerſaretur,in eũ coniectos haberent oculos:uerùm com-
muni cum aliis uiuendi ratione utebatur, ne tantillum quidẽ philoſophico fa-
ſtu infectus: & cum aliis iunctam conſuetudinem exercebat, & communibus
Reip. legibus non grauatim parebat. Porrò Socraticam ironiam nulla ex parte I
accedebat: gratia uerò attica plenas ſemper diſputationes ſermonibus haud ob-
ſcuris in medium afferebat, ita ut eius diſcipuli abeuntes neque contemnerent
eum tanquam parum generoſum, neq; eius inhumanam in obiurgando ſeue-
ritatem atque acerbitatem fugientes pertimeſcerent, ſed omnimodi orationis
amabili lætitia reddebãtur,ac ſubinde multo modeſtiores,de futuris præcipiẽ-
dis optimã ſpem concipiebãt animo. Itaque nunquã uiſus eſt uociferari,aut mi-
*Peccata repre hendẽda,pec-cãtibus igno-ſcendum.* ra peruicacitate contendere,aut indignari: & ſi aliquis illi eſſet increpãdus,ipſa
quidẽ peccata reprehendebat,cæterùm peccãtibus benignè ignoſcebat,exem- K
plum illud à medicis petitũ uſurpans,qui morbos adhibitis pharmacis propul-
ſare ſolent,iracundia uerò erga ægrotantes utuntur minimè. Exiſtimabat enim
hominis eſſe peccare: Dei uerò,aut uiri diis proximi, errata emendare. Ad hũc
ergo modum cum uitam inſtituiſſet ſapientiſſimè, nullius in rebus ſuis egebat
auxilio, ipſe uerò amicis in iis quæ par erat,perſæpe fidelem nauabat operã: ac
nonnullos ex illis ſi qui ſecundiore fortuna uti uidebantur,ſubmoneſacere ſo-
lebat, quòd bonis ad breue tempus duraturis, & planè caducis ac tranſitoriis
efferri atque geſtire animo uiderentur. Nonnullos quoque inuiſum paupertа-
tis onus lugentes, aut exilium grauiter moleſteq; ferentes, aut ſenectutem aut
morbum incuſantes,cum riſu conſolabatur,non uidentes breui futurum ut o-

mnia

A mnia quæ dolorem & moleſtiam in præſens illis adferrent, ceſſarét: bonorum uerò ac malorum obliuio unà cum lõga libertate omnes eſſet in exiguo temporis ſpacio complexura. Ad hæc curæ illi erat, fratres quoq; inter ſe diſſidentes atque diſcordes, ad priſtinam concordiam reducere, ac mulieribus cum maritis reconciliatis illorum animis pacem componere. Ac ſanè aliquãdo populum ſeditionibus exulceratum, ſcitè & utiliter differendo compeſcuit, multosq; illorum perſuaſit, ut patriæ tranquillè & modeſtè ſubſeruirent. Talem quempiam in philoſophia exercenda morem obtinebat, mitem & manſuetum ac hilarem. Solùm uerò amici aut morbo aut morte diſcruciabatur, ita ut rem o-
B mnium maximam & præſtantiſſimam in rebus humanis amicitiam & uoluntatum coniunctionem eſſe exiſtimaret. Quocirca amicus erat omnibus, nec fuit quiſquam quem non familiarem compellaſſet, qui quidem homo erat. Maiorem uerò aut minorem animi alacritatem uultu præ ſe ferebat, conuerſatione nonnullorum ex illis utens, eóſque coarguens, quotquot illi uidebantur propter ſpem exhibiti obſequii delinquere. Et hæc omnia cum tanta gratia, eáque uerborum uenere faciebat dicebátque, ut ſemper iuxta Comicũ, ſuadelam labiis ſuis inſediſſe credibile ſit. Itaque & Athenienſium uniuerſus populus, & ii qui in dignitatibus erant conſtituti, ſumma cum reuerẽtia illum admiraban-
C tur, eáque in ſententia permanſerunt, ut unum ex optimatibus ſuſpiciẽtes. Cæterùm cum in Reip. procurationibus obeundis uerſaretur, multorum prauis & nefariis conatibus reſtitit: unde odium & inuidiam non mediocrẽ multitudinis ſibi cõflauit, tum propter dicendi interritam fiduciam, & monendi libertatem. Vnde factum eſt ut nonnulli quoq; aduerſus illũ inſurgerent Anyti & Meliti, ea ipſa in Demonacte accuſantes, quæ prius per illos in accuſando Socrate in crimen uocata fuerant, nempe quòd nunq̃ uiſus ſit ſacrificans, quodq; ſolus o-
mniũ nunq̃ ſit Eleuſiniis initiatus. Ad quæ magno animo, & corona redimitus, & nitida ueſte amictus, inq; cõcionem progreſſus, partim ſcitè & dexteri-
D ter, partim uerò aſperius q̃ philoſophica requirebat profeſſio, reſpondit. Etenim ad hoc quòd nunquã ſacra feciſſet Mineruæ, Nulla uos capiat admiratio, inquit, uiri Athenienſes, ſi prius illi nunquã ſacrificauerim. nequaquã enim illam ſacris per me oblatis egere exiſtimabã. Ad ſecũdam uerò accuſationis partem, nempe myſteriorum, eam dixit ſubeſſe cauſſam quò minus cũ illis feſtiuitatis particeps fuiſſet hactenus, quòd ſi myſteria, inquit, praua & friuola cõperiſſet, apud nondũ initiatos non tacuiſſet, ſed ipſos ab orgiis celebrãdis auerſos feciſſet. Sin bona, rurſus humanitate adductus, omnibus expoſiturus erat. Ita Athenienſes qui iã aduerſus illum lapides ſuſtulerant, actutũ mitẽ erga eundem
E & placidum animũ induerunt, atq; ex illo eum cœperunt habitis honoribus reuereri quoq; & colere, poſtremùm uerò admiratione etiã proſequi. Ille autem ſtatim initio orationis ad illos habitæ, aſperiore proœmio uſus eſt. Viri enim, inquit, Athenienſes, cũ me ſertis coronatum uideatis, quin me iam ſacrificatis? etenim antehac nunquam litaſtis. Quædam uerò quæ ab illo acutè pariter & urbanè dicta animaduerti, uolo deinceps ſubiungere. Optimum autem factu uidetur, ut à Phauorino, & iis quæ ad illum dixit, exordium faciam. Poſtquam enim Phauorinus à quodã audiſſet ſuas diſſertationes à Demonacte haberi ludibrio, maximè uerò membrorum in illis nimium fractas delicias, ingeneroſam & muliebrem mollitiem, ac philoſophiæ minimè congruentem: acceſſit

*Apomnemoneumata.*

Demonactem, interrogauitq; quisnam esset à quo subsannaretur: Homo, in- F
quit, cui aures sunt deceptu difficiles. Occurrente uerò quodam Sophista, atq;
interrogãte, Quibúsnã uiaticis instruct us ô Demonax à puero ad philosophiã
accessisti? respõdit, Testiculis. Alio tẽpore cũ semel idem ille accessisset, quæ-
siuit ex Demonacte, quam philosophiæ sectam præ aliis studiosius amplecteretur. Quis uerò, inquit, te certum fecit me philosophari? Et cũ dicto abiens, risit
apud se ualde suauiter. Illo uerò interrogante quid esset quòd rideret, Demonax, Perridiculũ, inquit, hoc mihi uisum est, si tu à barba philosophãtes iudicãdos esse existimas, ipse barbam nõ habens. Sidonius autẽ rhetor cum Athenis
celebris & clarus haberetur, ac aliquando de se eiusmodi publica oratione de- G
cantaret encomiũ, quòd totius philosophiæ peritus esset, nec minus dicẽdi facultate ea possit exequi quæ diceret: Etenim, inquit, si Aristoteles ad Lycẽũ me
uocarit, sequar: si Plato ad Academiam, ueniã: si à Zenone ad porticum Variam
prouocabor, nihil cunctatus præstò ero: si Pythagoras me accersiuerit, silebo. Surgens itaq; è medio auditorum Demonax, Heus tu, inquit, uocat te Pythagoras. Cæterùm Pythone quodã eorũ qui fuerãt è Macedonia splendidè
& nitidè culti, iuuene formoso subsannante illum, ac quæstionem sophisticam
proponente, iubenteq; ut syllogismi solutionem diceret: Vnũ, inquit, fili noui,
quòd subigẽris. Cum ergo ille stomachanti animo indignaretur propter scom- H
matis amphiboliam, illiq; comminaretur, Statim tibi uirum ostendã: ille in multum risum effusus, interrogauit adolescentẽ, Ergo uirum habes? Quodã tempore cum quidam etiam athleta ab eo fuisset derisus propterea, quòd cũ uictor
extitisset in Olympia, uestitu molli & florido amictus cõspiceretur: uulnus illi
lapide in caput incussit, adeò ut sanguis effluueret. Itaq; qui aderãt, indignantes
factum grauiter & molestè ferebant, quasi unus ex illis fuisset percussus: cumq;
exclamarent ut ad Proconsulem iret: Nequaquã, inquit, uiri ad Proconsulem,
quin multo magis eamus ad medicum. Dum aliquãdo obambulãs annulum
aureũ in itinere fortè fortuna reperisset: proposita in foro schedula, uoluit eũ I
qui amissi annuli dominus extitisset, uenire, atq; si illius pondus & gemmã &
typũ rectè indicasset, recipere. Venit ergo adolescens quidã forma honesta &
amabili, qui se amisisse perhibebat. Cæterùm cũ nihil sani diceret, Abi, inquit, ô
puer, ac tuũ ipsius annulũ diligenter obserua. etenim hũc nõ amisisti. Quispiã
uerò è Romanis senatoribus cũ Athenis illi filiũ suum iuuenem supra modum
formosum commõstrasset, effœminatum uerò, & corruptũ deliciis, dixissetq;:
Salutat te Demonax hic meus filius: Pulcher est, inquit, & te dignus: & matri nõ
absimilis. Porrò Cynicũ in pelle ursi philosophãtem, nõ Onocratum, quod
illi nomen erat, sed Arcesilaũ uocare dignatus est. Cum quidã ex eo quæsisset K
» quinã illi felicitatis finis esse uideretur, respõdit solum eũ essẽ felicem, qui liber
» esset. Illo autẽ subiiciẽte multos esse liberos: Atqui hunc ego solũ, inquit, libe-
» rũ esse existimo, qui neq; sperat aliquid, neq; pertimescit. Ille uerò, Et quomo-
» do, inquit, hoc fieri potest? omnes enim plurimum his seruiẽtes subiecti sumus.
» Atqui, inquit, si recto iudicio res humanas excusseris, haud dubiè easdem repe-
» ries neq; spe neq; metu dignas, propterea quòd & quæ doleãt, & iucunda sint,
» iuxtà finẽ capiant & euanescãt. Peregrino autẽ, cui & Proteo cognomẽ fuit,
obiurgãte eum, quòd pleraq; omnia naso suspẽderet, hominibusq; illuderet, dicenteq;, Demonax, nõ uiuis Cynicũ: respondit, Peregrine, nõ uiuis hominem.

Physicum

A Phyſicū quoq; ſuper Antipodibus diſſerentem, ſurgens deduxit ad puteum, illiq; umbra in aqua cōmonſtrata, quæſiuit, Nūquid tales confirmas eſſe Antipodas? Præterea quopiam magum ſe eſſe profitente, habereq; carmina efficaciſſima quibus omnes homines impellere poſſit ac perſuadere ut ſibi quæcūq; uellet exhiberent: Ne hoc tibi mirum uideatur, inquit. eandem enim tecum artem exerceo: & ſi placet, ad piſtricem me ſequere, uidebisq; me unica tantū incantatiuncula ac modico ueneficio perſuaſurū ipſam ut mihi panem det. ſubobſcure monetam innuens, æqualē cū incantationibus uim obtinentē. Cum uerò Herodes grauiter & peracerbè Pollucis immatura morte ſublati obitum
B lugeret, uelletq; currum illi iungere, ac equos præſtare tanquā aſcēſuro, & cœnam adornare: aggreſſus hunc Demonax, A Polluce, inquit, epiſtolā tibi adfero. Cæterùm cum ille gauiſus eſſet, putaretq; illū quoq; aliis eſſe dolori, dixit, Quid igitur ô Demonax ſibi uult Pollux? Accuſat te, inquit, quòd ad illū abire cunctaris. Idem quendā aliū filii ſui mortem inconſolabiliter lugentem, ac tenebris ſemet occultantem, acceſſit, ſeq; magum profeſſus eſt, ac filii ſimulacrum ab inferis poſſe reducere, ſi tres tantùm homines illi nominauerit, quos nunquam ullius obitum luxiſſe certò compertū haberet. Cum ergo diu multumq; ſecum hæſitaret, nec unum quidem, ut opinor, talem poſſet producere:
C ait tandem Demonax, O ridicule, an te ſolum intoleranda mala perferre exiſtimas, cum luctus expertem uideas neminem? Atqui & illos ſalſe deridere ſolitus eſt, qui in ſermonibus nimiū uetuſtis & peregrinis uocabulis uti cōſueuerant. Itaq; cū unum aliquando ſuper oratione quadam interrogaſſet, illeq; plus quàm Atticè reſpondiſſet: Ego quidem, inquit, amice, nunc te rogaui, tu uerò mihi quaſi Agamemnone regnante reſpondiſti. Dicēte quopiam ex amicis, Abeamus Demonax in fanū Aeſculapii pro filii ſalute oraturi: Veheměter, inquit, ſurdū exiſtimas Aeſculapiū, ſi nequeat nos niſi iſthic orātes exaudire. Cū aliquādo uidiſſet duos philoſophos egregiè rudes & indoctos ſuper quæſtione
D quapiā ſatis ridiculè altercantes, ac alterum abſurda quærētē, alterū uerò ad rē nihil ſanè reſpondētem: Nōne uideatur uobis, inquit, ô amici, alter illorū hircum mulgere, alter autem illi cribrum ſupponere? Agathocles uerò Peripateticus cum ſuperbè & inſolenter ſe ferret, & arroganter iactitaret dialecticorū ſe ſolum & primum eſſe: Atqui, inquit, ô Agathocles, ſi primus, nō ſolus. ſin uerò ſolus, nō primus. Porrò autē Cethego uiro cōſulari dignitate prædito, quo tēpore per Græciā legatus abiret in Aſiā, patri ſuo multa turpia & ridicula dicēte & faciēte, poſteaquā ex amicis quiſpiā eadem uidiſſet, dixiſſetq; Cethegum magnum ſcelus eſſe: Per Iouem, inquit Demonax, neq; magnum. Idē cū ali-
E quando conſpexiſſet Apollonium philoſophum multis cū diſcipulis diſcedētem, commodùm uerò abibat accerſitus quaſi diſciplinarū nomine Regi eſſet cōuerſaturus: Accedit, inquit, Apollonius, & eius Argonautæ. Alio autē quodam ex eo quærēte, nū anima illi immortalis eſſe uideretur: Sanè immortalis, inquit, ſed ut omnia reliqua. De Herode dicebat uerū dixiſſe Platonē, affirmātem nobis haud unam ſaltem eſſe animam. Neque enim eſſe eiuſdē animæ Regilaum & Pollucem, ut tanquam uiuentes epulis ſuſcipiat, taliaq; illi curæ ſint. Auſus eſt quoq; aliquando Athenienſes publicè interrogare, audita ſacrorum præfatione quam ob cauſſam excluderent barbaros, præſertim cū eam myſterii feſtiuitatem conſtituiſſet illis Eumolpus, quem Thracem & barbarum fuiſſe

non ignorabat. Postea uerò quàm illi semel nauigandum erat negocii gratia F
existente hyeme,& iam nauem erat inscensurus,dixit amicorum quispiam,An
non pertimescis Demonax, ne naui fracta atque subuersa à piscibus deuoreris?
Atqui, inquit, perabsurdum foret metuere à piscibus depasci, cum tot ipse pi-
sces antè deuorauerim. Cuidã rhetori uitiosissimè declamanti cõsuluit,ut fre-
quenti exercitio incumberet. Cæterùm cum ille dixisset, Nunquam nõ apud
me ipsum declamo:ergo iure optimo,inquit,tam ineptè dicis,qui semper stulto
auditore uti soleas. Augure quoq; semel publicitus mercedis gratia uaticinãte
conspecto, Nõ uideo,inquit,quam ob rem mercedẽ exigas. Etenim si hoc no-
mine exigis, quasi queas ea quæ à Parcis immobili cõsilio decreta sunt,depel- G
lere,modicum postulas,quantumcunq; tandem postulaueris. Sin omnia quem-
admodum Deo uisum est euentura sunt, quid tua præstare potest uaticinatio?
Sanè uerò quopiã Romano bene corpulẽto, armatã illi pugnam aduersus li-
gneum palum susceptam cõmonstrante, interroganteq;,Quãto tibi feruore ô
Demonax pugnasse uisus sum?magno, inquit: siquidem hunc ligneũ habuisti
aduersariũ. Atqui ad intricatas & captiosas quæstiunculas acutè instructus erat.
Interrogante enim quopiã ludibrii gratia,Si mille minis ligna combussero De-
monax,quot minæ fumo cessuræ sunt?Pondera,inquit,cinerem, & reliqua o-
mnia fumus erũt. Polybio autẽ homine omniũ ferme literarũ rudi, elati tamẽ H
animi,arrogãtius iactãte,Rex Romanorũ ciuitate me donauit:Vtinam,inquit,
te magis Græcum q̃ Romanũ fecisset. Rursus conspecto quopiã ex molliter
& delicatè conuestitis,propter purpuræ latitudinẽ superbiente,insolẽtiusq; in-
cedẽte,admoto ad illius aurem capite,apprehẽsaq; ueste & cõmonstrata: Heus
tu,inquit,hoc ante te ouis ferre solebat,& ouis fuit. Cũ semel in balneis lauãs
in aquam feruentem inscendere recusaret, ac quispiam eundẽ meticulosum &
parum audacem accusaret:Dic mihi,inquit,num hoc ipsum pro patria passurus
eram? Quærente ex eo quopiam,Qualiãnã ô Demonax in orco esse existi-
mas? Præstolare,inquit,& inde literis missis tibi rescribã. Admeto uerò cui- I
dã inepto poẽtæ dicenti se scripsisse Epigrãma monostichon, quod testamento
quoq; suæ statuæ inscribendum mandarit,neq; malum esse illud perhibenti:

Corpus humo tegitur, Admetus ad astra uolauit:

solutus in cachinnos,inquit,Adeò elegans est ô Admete Epigrãma,ut magno
emerim illud iam inscriptũ esse. Cũ uidisset quispiam crura eius tarda & tur-
gida,qualia ferè senibus fieri consueuerunt,quæsiuit ex eo,Quid hoc sibi uult
Demonax?ille subridẽs,Charon ne mormodit,inquit. Intuitus semel Lacedæ-
moniũ seruũ suũ flagris cædentem,Desine,inquit,seruo tuo similem te ostẽ-
dere. Puella quædã cui nomen erat Danaë, fratri in iudicio litem intenden- K
te,Fratrẽ,inquit, in foro reum facies. neque enim es Danaë Acrisii filia. Ma-
gno uerò atq; implacabili odio semper aduersus eos pugnabat,quos non iuxta
ueritatis ductum, sed ad ostẽtationem philosophari animaduerteret. Itaq; cum
uidisset Cynicum,palliũ quidem & peram habentem,cæterùm pro baculo su-
pra modũ fastuosè & arroganter uociferantẽ, dicentemq;, Antisthenis & Cra-
tetis ac Diogenis sum æmulus: Caue impudenter mentiaris,inquit: siquidẽ tu
Hyperidę discipulus exis. Cũ nõ paucos semel uideret athletas malè & ig-
nauiter pugnãtes,præterq; legem eisdẽ constitutã, pro eo quòd Pancratio de-
certandũ fuerat,mordicus se proscindentes:Non iniuria,inquit, nostri tẽporis

athletas

athletas concomitantes ſocii leones uocant. Neque illud dictū ſale urbano ca-
A ret, ac mordacitatis expers eſt, quo erga Proconſulem uſus eſſe fertur. Etenim unus ex his erat, qui crura totumq; corpus unguento ſolebāt perungere. Porrò autem quidam Cynicus cum in lapidem aſcendiſſet, hoc ipſum in eo turpibus uerbis accuſauit, & tanquam obſcœnum & fœdè factum probroſe calumniatus eſt, adeò ut Procōſul inflammatus iracundia, Cynicum captum abripi iuberet, quem aut fuſtibus cōtuſurus, aut exilio mulctaturus erat. Verùm cum forte fortuna interueniſſet Demonax, deprecatus eſt Proconſulem, ut illi delicti gratiam conceſſa uenia faceret, cum hoc peculiari quadam dicendi libertate
B Cynicorum auſus eſſet. Ad quæ ille ita reſpondit, In præſens quidem hunc tibi impune dimittam: cæterùm ſi poſthac tale quippiā animi temeritate ac linguæ intēperantia inductus deſignauerit, qua pœna afficiendus erit? Ad quē Demonax, Sanè tunc illū inungi, ſeu dropace uelli iubebis. Alteri cui rex & caſtra & magnum exercitū unà cū imperio crediderat, quærenti qua ratione quiſpiam imperium q̄ optimè adminiſtrare poſſit: ſi ira, inquit, uacauerit, & quamminimum loquens, plurima audierit. Sciſcitāti cuidam, num & ipſe placentis ueſceretur: An tu igitur, inquit, apes exiſtimas fatuis ſuos fauos concinnare? Apud porticū multa pictura & arte uariā conſpecta ſtatua manibus mutila, Serò tan-
C dem, inquit, Athenienſes ænea imagine Cynigerum honeſtarunt. Atqui Rufinū quoq; Cypriū, claudū illum dico ex ſchola Peripatetica, cū multo tēpore uidiſſet conuerſantē cū Peripateticis, Claudo Peripatetico, inquit, nihil eſt turpius atq; impudentius. Cæterùm cum Epictetus quoq; aliquando obiurgans ei conſuleret, ut uxore domū adducta, liberis procreandis daret operam, affirmās & hoc uiro philoſopho non indecorum eſſe, alterum uidelicet ſui loco naturæ relinquere: feſtiuiſſimè illi redarguto reſpondit, Da mihi igitur ô Epictete unam filiarum tuarum. Sed nec hoc quidem indignum memoratu eſſe uidetur, quo Herminū Ariſtotelicum acerbè notauit. Etenim cū non ignoraret illū ex-
D tremè malum eſſe, innumeraq; flagitia deſignantē, Ariſtotelem uerò, eiusq; decem categorias, quas prædicamenta uocant Dialectici, nunquā non in ore habentem: Sanè uerò, inquit, Hermine decem categoriis te haudquaquam indignum eſſe opinor. Athenienſibus quondam conſultantibus quadā æmulatione erga Corinthios de ſingulari certamine cōgredientiū conſtituendo ſpectaculo, accedens dixit, Ne prius hæc Athenienſes decernatis, q̄ miſericordiæ aram ſubuertatis. Cum in Olympiā ſemel profectus ueniſſet, illiq; Helei æream ſtatuā erigendā decreuiſſent, Nequaquā hoc facietis, inquit, uiri Helei, ne maiores noſtros probro afficere uideamini, cum neq; Socrati neq; Diogeni ſtatuam
E poni curarunt. Quin ipſe præſens hæc illum ad Iuriſperitum dicentem audiui, periculum eſſe ne leges omnes ſint inutiles atq; ſuperuacuæ, quodq; nec bonis nec malis rogentur. Etenim illi non egent legibus, ii uerò per eaſdem nihilo fiunt meliores. Ex Homericis uerſiculis unum exactiſſimè calluit:

Strenuus ut ſegnis fato potiuntur eodem. *Iliad. 5*

Laude proſequi ſolitus eſt Therſiten, ut Cynicum quendā libertæ linguæ concionatorē. Interrogatus, quis illi potiſſimū ex philoſophis probaretur, inquit: Omnes equidem admiratione digni ſunt: cæterùm ego quidem Socratē colo, Diogenem admiror, Ariſtippum autem amore complector. Vixit annos ferme cētum, nullo unquā morbo implicitus, nulla affectus animi ægritudine, nemi-

nem unquam faceſſendis negociis moleſtauit,aut in ius productum accuſauit. F
Amicis utilẽ ſe præbuit,ac officioſum. Qui inimico in illum fuiſſet animo,nullum unquam habuit,ipſe hoſtis nemini. Tanto uerò amore cũ ipſi Athenienſes,tum uniuerſa Græcia eundem proſequebatur,ut prætereũti, honoris gratia etiam ii qui magiſtratus officiis fungebantur,aſſurgerent,magnumq; illo præſente omnes agerẽt ſilentium. Poſtremùm ubi iam ætate ſupra modum ingraueſcente conſenuiſſet,inuocatus in quãcũq; domũ fortuitò incidiſſet, in ea cibum ſumebat, ac dormiebat. Quo nomine earundem ædiũ familia plurimum ſibi gratulabatur, Demonacte uiſo Deum ſibi oſtenſum eſſe exiſtimans,aut aliquem bonum Genium ſeu dæmonem in domum intrauiſſe. Prætereuntẽ ue- G
rò piſtrices certatim ad ſeſe trahebant, unaquæque cupiens ut à ſe panem acceptaret: ac magnam felicitatem ſibi datam eſſe interpretabatur illa, à qua panem accepiſſet. Quin etiam pueri poma illi afferre ſolebant, patrem honorificè compellantes. Gliſcente aliquando inter Athenienſes diſcordia,per ſeditionem diſſociatis ciuium animis, in concionem ingreſſus eſt: cumq; tantùm cõparuiſſet, facto ſilentio diſcordantes compeſcuit. Verùm cum pœnitentia ductos eoſdem reſipuiſſe animaduertit, nullo adiecto uerbo & ipſe abiit. Cæterùm cum iam haud obſcurè perſentiſceret ſe ſibi amplius auxilio eſſe nõ poſſe, dicta ad præſentes qua in certamine præcones uti ſolent clauſula, H

Iam finis eſt pulcherrimorum munerum
Certaminis,non differendum eſſe amplius Tempus monet,

ac diſcedẽs ab omnibus,hilaro uultu diem ſuũ obiit,quali ſemper obuiã ueniẽtibus cõſpectus eſt. Aliquanto antè uerò q̃ moriebatur,interrogante quopiam, de ſepultura uerò quid imperas? Ne uos hæc cura remordeat,inquit, ſolicitos. etenim fœtor me ſepeliet. Reſpondente autẽ illo, an non turpe foret & nefariũ,ſi tanti uiri corpus uolucribus & canibus dilaniandũ obiiceretur: Atqui nihil abſurdũ eſt,inquit,ſi mortuus quoq; nonnullis animalibus utilitatẽ aliquam allaturus ſim. Cæterùm Atheniẽſes magnifico funere elatum illum ſepelierũt, I
multoq; tempore eius obitum luxerunt,ac ſedẽ illã lapideã ſuper qua,ſiquãdo correptus laſſitudine quieſcere ſolebat,adorabãt,ſertis coronãtes in honorem uiri,exiſtimantesq; ſacrum eſſe lapidẽ in quo ſediſſet. Circa funeris uerò efferẽdi procurationem,nemo erat qui nõ accurriſſet, maximè uerò ex Philoſophis. Illi ſubiectis humeris pheretro,uſq; ad ſepulchrum efferebant mortuum. Hæc nimiũ pauca ex multis ſuper Demonactis uita percẽſere libuit, ex quibus haud difficulter coniecturam facere licet legentibus,cuiuſmodinam ille uir fuerit.

## AMORES, incerto interprete. K

### ARGVMENTVM.

*Hoc dialogo de amoribus & eorũ uoluptate diſputatur, introductis Charicle & Callicratida perſonis, quorũ alter amorẽ mulierũ ut antiquiorẽ, & naturæ magis conſentaneũ, deinde & diuturniorem, magisq; mutuũ, & utrinq; oblectantẽ, defendit: alter autẽ turpẽ iſtum in pueros affectũ, ſed honeſto tamẽ & philoſophico nomine palliatũ, cõmendat, cõfutato eo quod alter de naturæ ductu oppoſuerat, & propoſita mulierbriũ uitiorũ inſolẽtia ac fœditate. Occaſio dialogi ex repetitione & memoria antehabiti ſermonis ſumitur, inuitante ad hoc etiã temporis opportunitate. Exordiũ autem & præparatio diſputationis ab attẽtione, & rei magnitudine, quã longa deinde narratio ſequitur, cõtinens cauſſã & quaſi fundamẽtũ totius negocij: in qua illa quoq; nõ indigna lectu ſunt, deſcriptio tẽpli Gnidiæ Veneris, & exemplum impotentis amoris, quo quidã ipſam deæ ſtatuã noctu aggreſſus eſt: cuius cõmemoratio cõtẽtioni ac diſputationi principiũ & ingreſſũ facit. Cæterũ haud ſcio an & hic philoſophos tacitè perſtringat Lucianus, dũ puderaſtas eſſe, ſolis illis permittit.*

LVCIA.

## LVCIANVS.

A AMatorio quodam luſu, amice Theomneſte, ſummo ſtatim mane impleuiſti nobis aures, cõtinuo ſerioq; ſtudio iam defeſſas. Ac mihi uehementer ſitienti talem aliquam relaxationem, in tempore adeò iucundorum iſtorum ſermonum tuorum gratia affluxit. Infirmior enim animus eſt, quàm ut ſtudia continua ſuſtinere queat. Deſiderant autem labores paulo contentiores, ut curis grauioribus atque moleſtis pauliſper relaxatis, in uoluptates remittantur. Admodum igitur me ſub auroram hodie laſciuorũ iſtorum uerborum blanda ac dulcis ſuadela exhilarauit. Quare parum abfuit quin Ari-
B ſtides ille uiderer mihi eſſe, Mileſiis ſermonibus ſuprà q̃ delinitus. Doleoq; per amores equidem tuos, quibus latus adeò ſcopus inuentus eſt, quòd narrare deſiiſti: ac te per ipſam obſecramus Veneré, ſi abũde mihi dicere uideris ſiue maſculum aliquod, ſiue etiam per Iouem muliebre te inceſſit deſideriũ, ut id paulatim memoria repetendo excitare uelis. Nam alioqui feſtum & ſolennẽ celebramus diem, Herculi ſacra peragentes. Cæterùm haud ignoras ſcilicet deum hunc, q̃ acer & procliuis erga Veneré fuerit. proinde lubẽtiſſimè uidetur mihi ſermonum hæc ſacrificia admiſſurus eſſe. THEO. Citius uerò mihi, Luciane, maris fluctus, & denſas è cœlo delabentes niues numeraueris, q̃ meos amores.
C Ego itaq; totam ipſorum uacuam reddidiſſe pharetrã me puto: ac ſiquando ad alium aliquem auolare uolent, inermis ipſorum dextera ridebitur. Propemodum enim ex eo cũ à prima pubertatis ætate egreſſus, inter adoleſcentes receptus ſum, aliis atque aliis ſubinde concupiſcentiis deluſus pereo, aliiq; amores aliis ſuccedũt: ac priuſquã deſinant priores, incipiunt ſequentes, capita prorſus Lernæa rediuiuæ iſtius Hydræ lógè magis multiplicia, neq; etiã Iolaũ aliquem auxiliatoré recipere ſuſtinentia. Neq; enim igne ignis extingui ſolet. Adeò humidus quidã oculis inhabitat meis *aſilus, qui omnẽ formã ad ſeſe rapiens, nulla ſatietate expletur. Ac aſſiduè dubitare in mentẽ uenit mihi, quænã hæc Vene-
D ris ira ſit. Non enim ex *Heliadis quiſpiã ego ſum, neq; Lemniadum contentio, neq; etiam Hippolytéum agreſte ac durum illud ſupercilium indutus, ut ob id irritare Deæ inexplebilem hãc iram in me debeam. LVC. Omitte fictitiam hãc Theomneſte & difficilẽ reſponſionẽ. An tu enim grauiter fers quòd per fortunã talem uitam ſortitus es, & acerbum eſſe putas, ſi cũ mulieribus formoſis, & cum pueris ſuauiter efflóreſcentibus ſubinde conuerſaris? An tibi etiã purgationibus forſan opus erit cõtra difficilẽ adeò hunc morbũ? Graue enim malum hoc ſcilicet eſt. Quin tu potius multa hac demẽtia abs te proiecta, beatum eſſe te ipſum exiſtima, quòd tibi Deus non ſqualidam agriculturã exercendam
E ſortitò aſſignauit, aut mercatorum errores ac peregrinationes, aut etiam militarem in armis degendam uitam, ſed tibi pingues ac nitidæ palæſtræ curæ ſunt, ac ſplendida quidem ueſtis uſq; ad pedes delicatè demiſſa, compoſitio autẽ comæ diſcriminatim exercita & apparata. Amatoriarum uerò oblectationum etiam ipſa tẽtatio iuuat, ac dulcis deſiderii dens mordet. Nam interim dum periculum facis, ſperas: ubi uerò uoti compos factus es, frueris eo quod optaſti. Aequali autem uoluptate afficiunt, & quod adeſt iam, & quod futurum ſperatur. Paulò antè igitur cũ narrares longum iſtum, perinde ut & apud Heſiodum eſt, catalogum eorum quos ab intio inde amaſti, ſuaues quidẽ oculorum tuorum ictus molliter ſubinde liqueſcebant. Vocem autem ad modum Lycam-

* μύωψ, *qui et ſtimulus, ut in Epigrãmate,* Δυσμένεια σοι κύπρι δῶρα ἴσα πασσάλα μύωπα χρύσεον ἰυγγὶ καὶ μανίοριθον καὶ πτερόν.

**Hoc eſt ex progenie Solis, cui ſemper infeſta Venus fuit ob proditũ Vulcano adulterium.*

bæ illius filiæ tenuem ac dulcem emittens, ex ipso statim habitu præ te ferebas E
quòd nō illos solùm, uerùm etiam ipsam illorū memoriam amares. Sed si quid
tibi ex ea quam secundum Venerem nauigationem perfeciſti, reliquum reli-
ctum est, nihil quæso illius nos cela, Herculi autem sacrificium hoc absolutū at-
βορέας, id est uorax, & insatiabilis. allusio autem fit ad id quòd Herculē cum Lepreo uoracitate contendisse tradunt, ac totū bouem simul una mēsa deuorasse.
que perfectum præbe. THEO. Tauriuorus quidē Luciane deus iste est, & sa-
crificiis illis quæ sine nidore perficiūtur, ut aiunt, minimè delectatur. Sed post-
quam annuam ipsius festiuitatem sermone celebramus, meæ quidem narratio-
nes à summo statim mane in medium allatæ, ad satietatem iam peruenere. Tua
uerò Musa à consueto resoluta atq; dimissa studio, hilarem cum deo diem hūc
totum peragat. Ac mihi quæso æquus iudex esse uelis, quoniam in neutram G
adeò partem huius cupiditatis inclinatum aut pronum te uideo, utrum melius
habere putes eos qui masculos amant, an qui fœminis delectantur. Nam ego
quidem, qui utrinque æquè ictus sum, perinde atque accurata ac proba aliqua
trutina, ambabus ex utraque parte lancibus æqualiter huc atque illuc inclinor. Tu uerò, qui extra hanc sortem es, incorrupto iudice, ratione uidelicet,
quod melius fuerit, dignosces ac secernes. Proinde omni recusandi prætextu
ac simulatione depositā, ô amice, calculum quem tibi commendauit ac credidit
illud de meis amoribus conuocatum iudicium, iam tandem feras. LVCIA. Lu-
dum, Theomneste, aut risum putas narrationē hanc. Ea uerò etiam seriū quod- H
dam promittit. Ego itaque nuper adeò eius rei periculum facere cœpi, sat scio,
nimium, & non olim, ex quo duos quosdam uiros audiui de hac re contētio-
sè admodum quasi dimicantes. memoriam adhuc recentem & paulò antè fa-
cta repetentem habeo. Diuisi autem eorum erant cum orationibus etiam ipsi
affectus, & non perinde ac tu, qui facilitate quadam animi peruigil & inso-
mnis duplicem capis mercedem,

Hanc, armenta regens, pecora illam candida pascens.

Sed alter quidem puerorum amore supra modū oblectabatur, muliebrem ue-
nerem tanquam barathrum quoddam ducens: alter autem à masculo amore I
purum se gerens, in fœminas quosi attonitus ferebatur. Duobus igitur inter se
pugnantibus affectibus, instituto certamine, haud facilè dixero quantum uolu-
ptatis ex ea re cepi. At mihi uerborum illorum tamen uestigia propemodū au-
ribus impressa hærent, utpote quæ nuper adeò dicta sunt. Omnē igitur obiur-
gationis prætextum & caussam è medio submouēdo, illa quæ tum ambos au-
diui dicere, quàm accuratè fieri potest, tibi cōmemorabo. THEO. Atqui ego
quidem hinc surgens, exaduersum tibi sedebo, Aeacidū expectans dū carmi-
na finiat ille. Tu uerò nobis ueterem gloriā amatoriæ perage differētię canēdo.
Narratio. LVCIA. Instituenti mihi in Italiam nauigare, uelox atque citatum nauigium K
apparatum erat, ex biremibus istis quoddam, quibus maximè Liburni, quæ gēs
ad Ionium sinum habitat, uidentur uti. Postquam autem iam nauigandi tempus
erat, uniuersos deos patrios comprecatus, ac Ioue hospitali, ut propitius expe-
ditionē peregrè susceptā coadiuuare uellet, inuocato, ab urbe uehiculo iumen-
tario ad mare descendi. Deinde ualere iussis iis qui nos deduxerāt, (sequebatur
autē eruditorum turba sedula ac frequens: qui cū assiduè nobiscum uersati fuis-
sent, ægrè atque inuitò à nobis segregari se patiebātur) conscensa puppi, iuxta
gubernatorem assedi. Atque impetu remigum paulatim à terra in altū proue-
cti, postquam admodum & à tergo excitando fluctus prosequebātur nos auræ,

malo

A malo ex medio nauis erecto,ſummo carcheſio antemnam adſtrinximus. Deinde conferta per funes uela effundentes,ſenſim impletis uẽto linteis,nihilo minore curſu,opinor,quàm ſagitta peruolauimus,fluctibus grauiter frementibus infra circa proſcindentem ipſos proram. At uerò quæ inter nauigandum ſeria uel etiam iocoſa contulerimus,longius hic perſequi tẽpus non ſinit. Poſtquam autem maritimam Ciliciæ oram præteruecti,Pamphylium ſinum contigimus, ultra Chelidoneas felices illos ueteris Græciæ terminos haud citra laborẽ curſu elati, ad ſingulas Lyciæ ciuitates hoſpitio diuertimus,ſermonibus ac fabulis ut plurimum nos oblectantes (neque enim ullum in ipſis manifeſtum prioris B felicitatis cernitur ueſtigium reliquum)donec ad Solis ſacram delati Rhodum, continuum nauigandi laborem, quo huc uſque uſi fueramus, interpellare aliquantiſper decreuimus. Remiges itaq; nauigio è mari in terram ſubducto,prope littus tentoria fixerunt. Ego uerò, parato mihi hoſpitio è regione templi Dionyſii, ocioſe per urbem incedebam,immẽſa adeò uoluptate interim fruẽs. Eſt enim re ipſa ciuitas hæc Solis,conuenientem huic deo pulchritudinem præ ſe ferens. Obambulans autem in Dionyſii porticibus,unamquamque picturam contemplabar,unà cum uoluptate ea quam uidendo capiebam,Heroicas quoque fabulas memoria repetens. Statim enim mihi duo uel etiam tres propemo-
C dum præcipui ſuperuenere,qui mihi omnem hiſtoriam enarrabant. Pleraq; autem & ipſe coniectura præcipiebam:cæterùm cum iam contemplatione iſta ſatiatus eſſem,ac domum ire cogitarem,dulciſſimum peregrè obtigit mihi lucrũ, uiri longo iam olim tempore mihi noti ac familiares,quos neque ipſum ignorare te puto,cum ſæpe ad nos itantes hic uideris, nempe Chariclem illum Corinthium,adoleſcentem haudquaquam deformem,deditum nonnihil comendi & fucandi corporis ſtudio,ut qui mulieribus,opinor,forma atque elegantia iſta commẽdari affectaret. Vnà autem cum ipſo & Callicratidem iſtum Athenienſem, moribus ac habitu ſimpliciorem. Nam ſe ueluti ducem atque anteſi-
D gnanum in ciuilibus orationibus & in hoc forenſi dicendi genere gerebat. Erat autem & corporis exercitationibus deditus, ob nihil aliud,ut mihi uidetur, palæſtras tantopere amans, quàm ob puerorum amores. prorſus enim in hoc quaſi attonitus ferebatur. Ob odium autem quo fœminas omnes proſequebatur,etiam Prometheo malè imprecari ſolebat. Cum igitur à longè uterque me conſpicatus eſſet,gaudio atque lætitia pleni accurrũt. Deinde,quemadmodum fieri conſueuit, ſalutato atque excepto me,uterque ut ad ſe uenirem, rogabãt. Atque ego cum uiderem ipſos de hac re inter ſe contendendo linguis procedere,Hodie quidem, reſpõdens inquam, Callicratida & Charicles, ambos uos
E decet apud me frequentes eſſe, ut ne contentionem maiorem inter uos excitetis. Sequentibus autem diebus (nam tres aut quatuor etiam hic commorari cõſtitui) per uices accipietis me mutuò, ſorte inter uos miſſa uter id priore loco faciat. Hæc ita tum placuere. Atque illa quidem die conuiuii præfectus ego fui: ſequenti autem Callicratidas, & poſt ipſum Charicles. Porrò animaduertebam etiam inter ipſos conuiuiorum apparatus, manifeſta utriuſque affectionis indicia. Nam Athenienſis quidem ille pueris perquam formoſis inſtructus erat,& propemodũ omnes illius ſerui imberbes erant, non amplius ab illo retineri ſoliti,quàm dum prima lanugine inficerentur: poſtquam autẽ barba frequentiore genæ illorum addenſabantur,diſpenſatores, & fundorum quos ille

*Chelidoniæ inſulæ ſunt ad caput Paphyliæ oræ. Strabo lib. 14.*

Athenis habebat,procuratores amãdabantur. At uerò Chariclem magnus saltatricum & psaltriarum chorus sequebatur,ac tota illius domũcula,perinde ut in Cereris sacris,mulieribus referta erat, uiro aliquo ne puncto tẽporis ibi apparente,nisi sicubi infans aliquis,aut senex decrepitus,coquus uidelicet cõspiceretur, in quem propter ætatem zelotypiæ suspicio amplius ulla cadere non posset. Erant igitur & hæc,ut dixi, satis multa atq; aperta utriusq; animi documenta. Verũtamen aliquoties etiam breues quædã quasi futuri certaminis coitiones inter ipsos inceptabantur,tanquam finẽ aliquem quæstio hæc haudquaquam haberet. At postquam iam tempus erat ut iterum in altum proueheremur,socios nauigationis,uolẽtes alioqui ipsos,abducere mecum studebã. constituebant enim in Italiã nauigare, æquè atque ego. Et cum nobis uisum esset in Gnidum, appulsa ibi naue,spectandi caussa ascendere, & Veneris templum uidendi desiderium nos incessisset (celebratur autem ibi Praxitelis facilitatis ac promptitudinis illud uerè Venereum & amabile)paulatim ad terram subuecti sumus,ipsa opinor dea pulchra tranquillitate nauigium deducẽte. Cæteris igitur solitæ res atq; arma curæ fuere: ego uerò amatoriũ istud par utrinq; suspensum habens, Gnidum circumcirca obambulabam, non sine risu*figulinæ istius proteruitatis participem me præbendo, ut in Veneris ciuitate. Porticus autem Sostrati, ac cætera quæ nos oblectare poterant, principiò circumeundo uisentes, mox ad templum Veneris imus, nos quidem duo, ego uidelicet & Charicles admodum alacriter,Callicratidas autem ut ad spectaculum muliebre,inuitus,libentius,ut opinor,pro Venere Gnidia Thespiensem illum Cupidinem permutatione facta habiturus. Ac statim quodammodo nobis ab ingressu luci Venereæ aspirarunt auræ. Serenitas enim, ac lumen illud supernum,non in solum sterile maximè, & lapideis tabulis cõstratum, excipiebatur,sed erat illud,utpote in Veneris templo,fœcundum mitibus ac frugiferis arboribus,quæ frondibus uirentibus in longum usquè promanantibus, aërem circũcirca quasi concamerabant. Abunde uerò illa frugibus densa myrtus, apud dominam suam copiosa nascens, efflorueratdeinde & aliarum arborum singulæ, quæcunque pulchritudine præstant, neque ipsæ quanquam longa exacta iam ætate canæ,arescentes, sed præ uigore quasi iuuenescentes, nouis subinde ramis formosæ atque integræ erant. His autem intermixta erant etiam illa fruticum genera,quæ alioqui fructuum quidem feracia non sunt,cæterùm pro fructu pulchritudinem habẽt,Cypariſſorum uidelicet & Platanorum aëriæ proceritates, & inter ipsas transfuga Veneris, deæ ipsius olim fugitiua facta, Laurus. Cuiuis uerò arbori circumuoluta studiosa illa amoris Hedera obserpebat,& uites fœcundæ crebris racemis dependebant. Est enim iucũdior Venus cum Baccho,& temperatum illud dulce quod ab utrisq; uenit. Quod si autẽ à se mutuò disiungantur,minus exhilarant. Erant autẽ sub umbris istis opacis & obscuris, amœnæ quædam cellæ, eorum usui qui intus conuiuia agitare uellent, comparatæ: in quas urbanorum quidem rari commeabant ulli, sed populi frequentes turbæ solenniter conueniebant, re ipsa Veneri indulgentes. Postquam autem abunde plantis istis oblectati fuimus, intrò in templum ingressi sumus. Ipsa igitur dea in medio posita est, ex Pario marmore,opus sanè pulcherrimum atque præclarum,& risu quodam simulato parum subridens. Tota autem pulchritudo eius detecta, nulla uestẽ ipsam tegente, nuda conspicitur,nisi quatenus altera

*Quid si per figulinæ, meretriciæ accipias? quoniam & Athenis in Ceramico meretrices habitarunt, aut quòd hoc genus in fornicibus plerunq; habitat.*

*Signũ Veneris Gnidiæ.*

A tera manu pudenda,quaſi oblita ſui,abſcondit.Tantum uerò artifex illa ars uaſuit,ut ſolida adeò ac dura marmoris natura ſingula etiam mẽbra deceret. Charicles igitur inſanum quiddam & furibũdum exclamans,O fortunatiſſime,inquit,deorum, Mars, qui propter hanc uinctus fuiſti. Et ſimul accurrens plenis labiis, quoad fieri potuit extento collo,deoſculabatur illam.Tacitè autem adſtans Callicratides, ſecum in animo admirabatur. Eſt autẽ biforis ipſius ædes, ut poſſint,qui uolunt deam ipſam diligentius inſpicere,etiam à tergo contemplari, & ut nihil ipſius cum admiratione non ſpectes. Facilè itaq; licet per alteram portam accedentibus, poſteriorem quoque formoſitatem cõtueri. Proin-
B de cum uiſum nobis eſſet totam ipſam deam uidere, in poſterioré templi partem circumiuimus, ac recluſa ianua ab ædituo,qui & ipſe creditur mulier eſſe, repentè obſtupuimus ad pulchritudinem illam.Athenienſis itaque iſte, qui tacitè paulò antè uidebat, poſtquam eas quæ in pueris appetũtur partes aſpexit, continuò longè quàm Charicles inſaniore modo exclamauit, Hercules, inquiens,quanta ſcapularum concinnitas?Vt autem extuberantes nitent lumbi, amplexantis manus implentes? Quam ſcitè circunductæ clunium pulpæ, in ſe rotũdantur,neque tenues nimis ipſis oſſibus adſtrictæ, neq; rurſum in immenſam effuſæ pinguedinem? Formarum autẽ quæ utrinque natibus infrà coëun-
C tibus uelut impreſſæ redduntur,dici non poteſt quàm ſuauis riſus.Femoríſque & tibiæ in rectum ad pedem uſque protentæ, accuratè ſeruata modulatio. Talis igitur & Ganymedes in cœlo Ioui nectar dulcius infundit. Nam ab Hebe equidem ſubminiſtrante potum haudquaquam acceperim. Cũ autem hæc quaſi quodam numine correptus Callicratidas exclamaret, Charicles præ nimio ac uehementi ſtupore parum abfuit quin diriguiſſet, humidum quendam & manantem in oculis dolorem colliquans. Cæterùm poſtquam ab admiratione ſatietas nos auertit, in altero femore maculam conſpicimus, perinde ut in ueſte aſperginem luti aliquam. Arguebat autem deformitatem ipſius, reliquus to-
D tius marmoris nitor. Ego itaque ueriſimili coniectura ueritatẽ colligendo,naturam lapidis,id quod apparebat, eſſe putabam. Nam neque huiuſcemodi rerum caſus alieni ſunt. Multis autem quibus extremè & uelut ad unguem pulchris eſſe licebat,fortuna interim aliquid quod in mora ſit,obiicit. Proinde nigram quandam maculam natura aſperſam marmori eſſe exiſtimans, etiam hac parte Praxitelem admirabar, quòd eam lapidis deformitatẽ in illis potiſſimùm partibus abſcõdiſſet,quæ minus coargui ac deprehendi poſſent. At ea quæ nobis propè ſtabat templi miniſtra, incredibilis cuiuſdam orationis nouam hiſtoriam narrauit. Nam adoleſcentem quẽdam inquit haudquaquam ignobili ge- *Hiſtoria impotẽtis cuiuſdam amatoris*
E nere natum (nomen autem ipſa res geſta taceri fecit) crebrò ad delubrum hoc uentitantem,infelici quodam genio impulſum, deam ipſam amare cœpiſſe, & quia totos plerunq; dies in templo cõmorabatur, à principio ſanctimoniæ cuiuſdam religioſioris ſpeciem de ſe præbuiſſe.Nã ſtatim à lecto matutino, multò aurorã præuertẽtem, huc uenire ſolitũ fuiſſe,ac poſt occaſum ſolis intuitum ægrè domum rediſſe,atque totũ diem ex aduerſo deæ ſedendo,rectos in ipſam perpetuò oculorum ictus direxiſſe.Obſcurè autem, inquit,interim ſecum ipſe neſcio quæ ſuſurrabat,& ſuffurante quodã ſermone amatorias peragebat querelas. Cæterùm ubi iam pauliſper affectus illius moleſtiam à ſe remouere uolebat,affatus deam,in menſam autem quatuor talis Libycæ capreæ dinumera-

tis,ludendo ſpem experiebatur. Ac quoties id quod intendebat,iecerat, maxi- F
méque ſiquãdo deam ipſam iactu feliciore ſortitus erat,nullo uidelicet talo ea-
dem figura cum alio aliquo cadente,adorabat illam,ſperans ſe id quod expete-
bat,conſecuturum eſſe. Sin autem (quemadmodum ſolet) ſimplicius paulo per
menſam ieciſſet,ac tali id quod abominabilius erat,ſurgendo reddidiſſent,to-
ti Gnido malè imprecabatur,uelut ob cladem aliquam immedicabilem,& mœ-
rore plenus erat:& paulò pòſt correptis illis, alio iactu, quod male antea ceci-
derat,emendabat. Iam uerò ubi affectus atque animus illius magis accendeba-
tur, omnis paries inſculpebatur, & ut quæq; arbor mollis erat, ita cortex illius
formoſam Venerem prædicabat: eodem autem in precio cum Ioue Praxiteles G
erat: & quicquid precioſum ac pulchrum illi domi repoſitum inter ornamen-
ta fuerat,id omne donarium deæ offerebatur. Poſtremò nimia in eo deſiderio-
rum uehemẽtia, in inſaniã uerſa eſt. Inuenta autem eſt cõcupiſcentiæ illius ma-
ſtrupatrix quædam audacia. Cum enim iam ad occaſum Sol inclinaret, ſenſim
ac tacitè,ita ut qui aderant,non animaduerterent,poſt ianuam clàm irrepſit,&
ſtans ita ut cerni non poſſet, in interiore parte, adeò ſe tacitus continebat, ut
propè ne anhelitum quidem emitteret. Aedituis autem perinde ut conſueue-
rant,foris ianuam attrahentibus,intus nouus iſte Anchiſes concludebatur. At
quid ego arcanæ noctis audaciam accuratius uobis exprimam, aut etiam alius H
quiſpiam? Amatoriorum amplexuum ueſtigia hæc poſtridie conſpecta ſunt, &
maculam hanc habebat dea, indicem uidelicet eorum quæ paſſa fuerat. Ipſum
uerò adoleſcentem,ut uulgo fama refert,uel de petris alicubi aiunt,uel in flu-
ctus marinos præcipitem datum omnino euanuiſſe. Atque hæc cum miniſtra
templi ita narraret,interea exclamans Charicles,Proinde fœmininũ genus,in-
quit, etiam ſi ſaxeum fuerit,amatur. Quid autem ſiquis animatam uideret hu-
iuſmodi formam,an non una nox ipſis Iouis ſceptris æquiparetur? Subridẽs au-
tem Callicratidas,Nondum,inquit,ſcimus,Charicles,an multas audituri ſimus
huiuſmodi narrationes, ſiquando Theſpiis quoque eſſemus. Et nunc ſanè tuæ I
iſtius Veneris, cuius tanta æmulatione teneris, manifeſtũ adeò hoc indiciũ eſt.
Hic,quo pacto,interrogante Charicle, admodum uerſimiliter dicere Callicra-
tidas uiſus mihi eſt. Dixit enim quòd cum adoleſcẽs ille amator ocium ac ſpa-
cium totius noctis conſecutus fuiſſet, ut facilè totam affectus iſtius exatiãdi fa-
cultatem haberet,quaſi cum puero tamen, marmori cohæſiſſet, illud nimirum
uolens,neque anteriore parte fœminam ualere. Multis itaque abſque delectu
ac temere utrinque uerbis effutitis, ego promiſcuo eorum tumultu ac turba
compoſitis,Viri,inquam,amici, modeſtam atque ordinatã inſiſtite diſputatio-
nem, quoniam decora ac decẽs lex eruditionis atq; doctrinæ eſt. Sublata igitur K
incompoſita hac, & nullum finem habente contẽtione, uiciſſim pro ſua uter-
que ſententia iuſtam ac ſolidam orationem inſtituite. Neque enim etiamdum
tempus eſt ut ad nauem redeamus. Ac ocio hoc utẽdum eſt ad hilaritatem, &
ad ea ſtudia quæ cum delectatione prodeſſe poſſint. Proinde abſcedentes hinc
è templo (multa enim religionis gratia turba huc uẽtitat) in unum aliquod iſto-
rum conuiuiorum accumbamus, ut per ocium & cum ſilentio & audire & di-
cere quæ cuiq; libet,liceat. Illud autẽ memineritis, quòd qui hodie uictus fue-
rit,is in poſterum nobis de iiſdem rebus amplius moleſtus futurus non ſit. Re-
ctè uiſus ſum hæc dicere. Et eodẽ cohortantibus etiam illis, exiuimus,ego qui-
dem

A dem lætus,nulla me premente cura:illi uerò cogitabũdi, magnam apud ſeſe in animis diſputationem ſurſum ac deorſum uerſantes,perinde ac ſi de principatu ac ductu apud Platæas certaturi eſſent. Poſtquam autem uenimus in denſum quoddam atque umbroſum pro æſtatis tempore receptaculum, ubi commodè requieſcere licebat:Suauis hic locus,inquiens ego,(nam & ſupra uerticem canorum quoddam reſonant cicadæ) in medio admodum iudiciali more cõſidebam,ipſam illam ſuperciliis præ me ferens *Eliæam. Propoſita autem utriſque ſorte ſuper eo,utrum priore loco dicere oporteret,poſteaquã Charicles priorem locum ſortitus eſt, continuò ut auſpicaretur orationem, hortatus ſum. Ille B uerò cum dextera faciem paulum attriuiſſet cum ſilentio,& parũper ſuſtinuiſſet ſeſe, mox ad hunc ferme modũ orditur:Te domina orationi meæ, Venus, te auxiliatricem preces meæ uocant.Nam cum omne opus,ſi uel exiguũ propriæ ſuadelæ inſtillaueris illi,abſolutiſſimum eſſe ſolet, tum uerò amatorii ſermones præter cætera te indigent. Tu enim eorum germana adeò mater. Ades itaque mulieribus patrona,fœmina nimirum ipſa. Largire autẽ & uiris ut maneant mares,perinde atque generati ſunt. Ego igitur ſtatim ab initio orationis primam omnium matrem, & totius generationis radicem ac ſeminarium, eorum quæ propono teſtem aduoco. Dico autem ſacram illam uniuerſorum naC turam, quæ primis illis inter ſe conglutinatis elementis mundi, terra uidelicet, aẽre, igne & aqua,mutua illorum & temperata commixtione omne procreauit animatum. Sciens deinde quòd omnes mortalis ſumus materiæ opificium, & quòd breue adeò tempus uiuẽdi unicuique fato præſtitutum eſt:alterius interitum,ut alterius ortus eſſet,excogitauit: ac morienti, id quod naſcitur,è diuerſo appendit,ut mutuis ſucceſſionibus in perpetuum tẽpus uiueremus. Poſtquam autem impoſſibile propè erat ex ſingulis ſeorſim aliquid procreari, duplicem in unoquoque genere naturam effinxit. Nam maribus quidem propria ſeminum quaſi quædam fundamẽta largita eſt,fœminam autem perinde ut reD ceptaculum quoddam genitalis ſeminis eſſe fecit. Communi igitur utriq; ſexui deſiderio indito,cõiunxit inter ſe mutuò illos, lege neceſſitatis ſancta quadam præſcriptos,ut manerent propria uterque natura contenti, & neque fœmina præter naturam in marem tranſiret, neq; mas indecorè ac turpiter emolleſceret. Atque hoc pacto uirorũ cum mulieribus cõuerſationes, in hoc uſque tempus hominum uitam immortalibus quibuſdam ſucceſſionibus conſeruant:neque quiſquam uir ex uiro ſe natum eſſe gloriatur. Intra duo autem nomina uenerabilia omnis honor manet eorum qui ex æquo matrem ac patrem adorãt. Ab initio igitur cum adhuc Heroica ſaperet uita, & uicinam deorum coleret E uirtutem, legibus à natura conſtitutis obtemperabat: ac ſecũdum ætatis menſuram cum mulieribus coniuncti,generoſorum patres fiebãt liberorum. Paulò autem poſt tẽpus à magnitudine illa ad uoluptatis deſcendendo uoragines, nouas & commutatas fruendi uias aperuit. Deinde,quæ nihil non audet,uoluptas, naturam ipſam cõtempta lege uiolauit. Atque aliquis igitur primus oculis aſpexit marem perinde ut fœminam,ex alterutra uidelicet horũ cauſſa, aut quòd ui tyrannica eò illum compulerit, aut quòd uerbis doloſè ac fraudulẽter induxit. Conuenit autem in unum lectum una eademq; natura: ac ſeipſos inter ſe mutuò aſpicientes,neq; eorum quæ faciunt,neq; quæ patiuntur,pudore afficiuntur. Per rupes autem, ut dici ſolet, ſteriles proiecto ſemine, permutatione

*Alludit ad cõtentionem & ambitionẽ Atheniẽſium & Lacedæmoniorũ,qua de principatu inter ſe ante pugnam Platæenſem cõtenderũt. Vide Herodotum.*

**Forũ Athenienſe:unde et Eliaſtæ iudices uocabantur.*

facta,pro modica uoluptate magnam accipiunt infamiam. Dixeris uerò eouſq; F
tyrannicæ uiolentiæ audaciam ipſam progreſſam eſſe,ut iam & ferro naturam
ſacrilego quodam modo deprædentur. ac marum uirilitate exhauſta & exina-
nita, inuenerũt uoluptatis ſuperuacaneos & appoſititios modos. Miſeri autem
illi & infelices,ut eò magis pueri ſint,iam ne uiri quidem amplius manẽt, am-
biguum naturæ duplicis obſcuramentum,cum neque ad quod nati ſunt, con-
ſeruentur:neque id ad quod tranſiere,habeant: flos autem ille qui in iuuentu-
te adeſt ac manet, in ſenium præmaturũ marceſcere ipſos facit. Simul enim in-
ter pueros numerantur, & iam conſenuere nullum uirilitatis interuallũ haben-
tes. Ita ſceleſta illa,& omnis mali magiſtra, mollities, uoluptates impudicas aliá
ex alia excogitando, in eum morbum qui ne dici quidem amplius decorè po- G
teſt, prolapſa eſt, ut nullam uidelicet partem petulantiæ & obſcœnitatis igno-
raret. Quòd ſi uerò in iis de quibus ipſa Prouidentia legem ſanciuit, unuſquiſ-
que noſtrum ſeſe firmaret ac perſiſteret: cõuerſationibus iis quæ cum mulieri-
bus fiunt,contenti eſſemus,& ab omni cõuicio ac probro uita noſtra pura at-
que integra foret. Certè inter ea animãtia quæ nihil ex mala atque peruerſa af-
fectatione deprauare poſſunt,illibata naturæ legislatura illa cuſtoditur. Leones
non inſaniunt in leones: ſed quæ tempore ſuo accedit uenus,in fœmineũ ſe-
xum concupiſcentiam illorum excitat. Taurus arméti dux cum bobus miſce-
tur, & aries totum gregem maſculo implet ſemine. Quid autem? An nõ ſuum H
cubilia ſectantur apri? Lupas autem ineunt lupi ? Et ut in ſumma dicam,neque
quæ aërem uolatu perſtrepunt aues,neq; quæ humidam aquæ ſortita ſunt man
*Haud ſcio an hic pro ἀνῆκεν, νῆκεν legẽdum ſit, quod latine foret natationem.* ſionem*, neque etiam aliquod in terris animal congreſſum maris appetit, ſed
manent inter ea immota Prouidentiæ decreta. Vos autem, ô fruſtra ſapientiæ
nomine iactati, animal,ut uerè dicam, uile ac malum, homines, quónam nouo
morbo delinquentes,in mutuam inter uos cõtumeliam accenſi eſtis? Quónam
animi cæco ſtupore effuſo, adeò ab utraque aberratis uia, fugientes uidelicet
ea quæ ſectari uos decebat, & contrà ſectantes illa à quibus refugere oporte-
bat? Ac ſingula talia æmulari omnibus uolentibus,ne unus quidẽ poſtremò re- I
liquus erit. Atenim hîc Socraticis iſtis etiam præclara illa oratio renaſcitur,qua
puerorũ quidem auditus,perfectis ratiocinãdi uiribus adhuc carentes, decipiũ-
tur:illud autem quod iam per prudentiam ad ſummũ euaſit, ſubduci facilè ne-
quit. Animi enim amorem quendam comminiſcuntur: & cum corporis pul-
chritudinem uereantur amare, uirtutis uocant ſeſe amatores. Ob quæ ſæpenu-
mero riſu diffluere,in mentem mihi uenit. Nam quid uobis accidit, ô nimium
graues philoſophi, quòd id quod longo iam tempore ſui experimentum de ſe
quale ſit, præbuit, cui canities accedens & ſenectus, uirtutis teſtimonium dat,
per negligentiam adeò dimittitis, omnis autẽ ille præclarus amor in iuuenem K
concitatur, cum tamen in eo ratio & uis colligendi nondum habeant ad quæ
iudicium conuertant? An hæc ueluti lex quædam eſt, ut omnis quidem defor-
mitas,malitiæ damnata ſit:pulchrum autem quod eſt, id recta uia ut bonum &
honeſtum laudetur? At uerò iuxta magnum ueritatis interpretem Homerum,

Alius pulchro minus enitet ore,
At formam deus exornat uirtute loquendi,
Quíque uident illum,uerbis mulcentur,at ipſe
Intrepidus fatur ſuaui commixta pudore,

Et

A Et medios inter uultu ſupereminet omnes,
Perq; urbem aſpiciunt uenientem numinis inſtar.

Et rurſum alibi dicens inquit:

At tibi formoſo ſub corpore nulla fuit mens.

Certè formoſo illo Nireo cordatus Vlyſſes magis laudatur. Quo pacto igitur ſapientiæ quidem, aut iuſtitiæ, ac cæterarum uirtutum, quæ cum perfectis uiris conſortem & quaſi hæreditarium nactæ ſunt ordinem, nullus amor conueniés uobis eſt, pulchritudo autem in pueris illa, uehemẽtiſſimos affectuum impetus excitat? Prorſus enim amari oportebat Phædrũ propter Lyſiam, ô Plato, quem
B prodidit? Aut uirtutem Alcibiadis amari probabile fuit, quãdò ille deorum ſtatuas amputando uiolabat, & ſacris Eleuſiniis illæ inter potandum iactatæ uoces inſultabant? Quis igitur amatorem illius fuiſſe ſe perhibet, cũ Athenæ proderentur, & Decelia munitionibus obfirmaretur, ac tota uita ad tyrannidem ſpectaret? At donec quidem barba nõdum (iuxta ſacrum illum Platonem) obſitus erat, omnibus amabilis fuit: poſtquam autem trãſiit à puero in uirum, qua ætate intellectus (qui tamen imperfectus erat) totam ac plenam ratiocinãdi uim conſequebatur, ab omnibus odio habebatur. Quid igitur affectibus turpibus uerborum prætendentes uerecundiam, animi uirtutem appellant, corporis elegantiam, iuuenum iſti amatores magis, quàm ſapientiæ? Atque hæc quidẽ à nobis dicta ſufficiant, ne uideamur clarorum uirorum inuidioſè nimis mẽtionem facere. Parumper autem à uehementiori ſtudio ad ueſtram Callicratida uoluptatem deſcendendo, oſtendam puerorum conſuetudine muliebrẽ multo potiorem eſſe. Ac principiò quidem omnem ego delectationem cenſeo iucũdiorem eſſe, quæ diuturnior eſt. Acuta ſiquidem uoluptas, quæ celeriter præteruolat: priuſquam ſatis percipiatur cognitione ac ſenſu, deſinit. Illud autem quod lætitiam affert, quo magis abundat, eo potius eſt. Quare utinam & uitæ lõgiores terminos parca ac tenax illa nobis præfiniiſſet Parca, & totum hoc ſpacium
D perpetua ſanitas gubernaret, nulla mentis perturbatione atque moleſtia interueniente. Feſtum enim diem, & quaſi quendam ſolennem conuentum, totum hoc tempus perageremus. Verùm poſtquam maioribus bonis malignus deus inuidit, in præſentibus utique rebus dulciſſima illa ſunt, quæ quamlongiſſimè extenduntur. Mulier itaq; ab eo quando uirgo fuit, uſque ad mediam uitæ ætatem, priuſquam omnino poſtrema illa ſenectutis ruga ſupẽruenit, ad amplexãdum apta ac digna uiris conuerſatio eſt: atque etiam ſi illa quæ formæ atq; ætatis tenerioris ſunt, effluxere, habet tamen aliquid experientia dictu ſapiẽtius ac doctius quàm iuniores. At uerò ſi quis puerum uiginti annorum aggrediatur,
E ille mihi certè uidetur pathica affectione laborare, ambiguam uidelicet uenerem ſectando. Nam & duri ſunt membrorũ tori iam adulti & uiriles, & aſperum quidem, pro eo quod dudum molle ac tenerum fuit, denſatum crebra lanugine mentum: femora autem idonea ac commoda illa, ſetis quaſi quodam ſqualore obducta. Quæ uerò ſunt his occultiora, uobis, qui periculum eius rei feciſtis, cognoſcenda relinquo. In muliere autẽ ſemper omni & coloris reſplẽdet gratia, & largæ capillorum capitis texturæ, perinde ac ſuauiter floreſcentes hyacinthi nigricantes, aliæ quidem per tergum effunduntur, ſcapularum nimirum decus, aliæ uerò ſecundum aures & tempora, multo quàm in pratis apium eſt, criſpiores. Reliquum uerò corpus ne minimo quidem crinis ueſtigio ipſis

*De his in ſymposio & Phædro Platonis.*

*Vide Plutarchum in uita Alcibiadis, & Thucydidem.*

ſubnaſcente,electro,ut aiunt, aut uitro Sidonio perſpicuū magis effulget.Cur F
autem non & uoluptatum mutuos atque alternos affectus perſequar,quando-
quidem ex æquo cum iis qui agendo afficiuntur,patiētes quoque lætitiam ca-
piunt?Propemodum enim non eodem modo ut bruta animantia,ſolitarias cō-
uerſationes amamus,ſed amica quodammodo ſocietate coniuncti, & ſuauiora
quæ bona ſunt inter nos mutuò,exiſtimamus:& aduerſa itidem inter nos mu-
tuò, leuiora.Vnde & inuenta eſt menſa communis, & amicitiæ mediatrice illa
in medio poſita,debitam uentri adnumeramus uoluptatem,non ſoli Thaſium,
ſi id fortè contingat,bibentes uinum:neque ſinguli per ſe precioſis ac caris im-
plentes nos obſoniis,ſed illud ſuaue ac delectabile putantes, quod quiſq; cum G
alio capit : ac uoluptates inter nos communicantes, maiori lætitia afficimur.
Illi igitur cum mulieribus congreſſus, delectationis permutationem ac uicif-
ſitudinem parē habent.Nam inter ſe mutuò utrinque ex æquo afficientes,cum
maiori uoluptate diſſoluūtur.Niſi uerò Tireſiæ iudici accedendū fuerit,quòd
uidelicet mulieris delectatio toto gradu uirilem præcedit. Honeſtum autē eſſe
arbitror,non ambitioſè,ac ſibi tantùm frui uolēdo,quo pacto priuatim aliquid
commodi auferant,ſpectare, totam ab aliquo accipientes uoluptatem: ſed illo
quod percipiunt,diuiſo, paria facere,& ſimilia recōpenſare.Atqui hoc de pue-
ris dicere nemo adeò inſanus eſt qui poſſit : ſed alter quidem affectus, quocun- H
que tandem modo hæc exiſtimat,uoluptate uelut exempta,ac propria quadam
percepta,abit:illi uerò qui contumeliam hanc paſſus eſt,principiò quidem do-
lores ac lachrymæ oboriuntur : paulò uerò pòſt ubi per tempus dolor aliquid
remiſit,magis,ut aiunt,nihil quicquam moleſtè feceris,uoluptas autem ne ulla
quidem aliqua.Quòd ſi autem & curioſius quiddam adſcitū addere decet(de-
cet autem in Veneris luco,opinor)muliere licet,Callicratida, etiam puerorum
modo aliquantulum utendo,uoluptatē capere, duplici fruēdæ illius uia aper-
ta: maſculum autem quod eſt, nullo modo præbet delectationem atque uſum
muliebrem. Quare etiam ſi uobis quidem placere poteſt, nos certè mutuò in- I
ter nos ueluti quodam ſepto diſcludamur . Iā uerò ſi maribus honeſtum adeò
eſt cum maribus conſuetudinem habere,ament ſeſe mutuò de cætero etiā mu-
lieres.Age nūc ô iunior ætas,& nouarum uoluptatum inuentrix,poſteaquam
nouas maſculæ mollitiei uias excogitaſti,largire & mulieribus patem poteſta-
tem.Congrediantur & illæ inter ſe mutuò,quemadmodum uiri: laſciuorū au-
tem inſtrumentorum iungentes inter ſe machinamētum,obſcurum atq; mon-
ſtroſum,ex ſterilibus compoſitum,concumbat mulier perinde ac uir cum mu-
*φιλβακῆς. liere:illud autem quod rarò auditum eſt nomen,& pudet ſanè dicere,* Triba- K
dum obſcœnitatis iſtius,paſſim ac liberè uagetur: omne autem Gynæcēum no-
ſtrum Philænis ſit,ſemimares quoſdam amores turpiter agitans.& quanto me-
lius eſt in maſculam libidinem cogi mulierem,quàm generoſum illud uirorum
in mulierem effœminari? Talia cū magna contentione,atque inter dicēdum
grauiter affectus poſtquam Charicles dixiſſet,cōticuit,uehemens quiddam at-
que ferinum ex oculis intuens. Videbatur autem mihi & expiatione uti contra
maſculos amores. Ego uerò tacitè ſubridens, & ad Atheniēſem oculos ſenſim
conuertens:Luſus,inquam,& riſus, Callicratida,iudicem cōſediſſe me arbitra-
tus,neſcio quo pacto, Chariclis uehementia ad ſerias atq; ſeueras cogitationes
abreptus ſum.Propemodum enim quaſi in uico Martio de cæde atq; incendio,

aut

A aut per Ioue etiam de ueneficio certaretur,ſupra modum grauiter affectus fuit. Tempus igitur ſi unquam antea fuit, nunc maximè eſt, ut Athenas ipſe repetas.*Pericli autē pare,ac decem illorum Rhetorum linguas contra Macedonas armatas,unica tua oratione exerceas, actionū earum quæ in*Pnyce haberi cōſueuerunt,unam aliquam ob oculos ponendo. Poſtquam igitur paululum ſuſtinuiſſet Callicratidas, uidebatur autem (quantum de facie coniecturam mihi facere licebat)contentionis atque timoris,minisq; plenus eſſe,orationem ſuperiori aduerſatiā orditur. Si mulieribus,inquit,cōcionum & fori cæterarumq; ciuilium rerum tractandarum facultas aliqua foret,dux nimirum aut præſes il-

B larum ſuffragiis iampridem creatus eſſes:ac te ſtatuis æreis per fora paſſim poſitis,Charicles,uenerarentur. Ferme enim ne ipſe quidem de ſe ipſis,quæcunque aliquando ſapientia atq; doctrina excellere exiſtimatæ ſunt,ſiquis ipſis dicendi poteſtatem permitteret, cum tanto ſtudio tantaq; contentione dicerent : non illa quæ contra Spartanos armata proceſſit *Teleſilla,propter quam Argis inter Deos numeratur Mars muliebris. Nō mellita illa,qua ſe Leſbus iactat, Sappho:& Pythagoricæ doctrinæ filia Theano. Fortaſſis autem neque Pericles ita Aſpaſiæ ſuæ patrocinatus eſt. Verùm enim quandò honeſtum adeò eſt mares pro mulieribus dicere,dicamus ſanè & uiri pro uiris. Tu uerò propitia nobis ſis

C Venus:nam & nos amorem tuum ueneramur. Ego itaque exiſtimabam nō ultra ludum ac iocum hilarem hanc contentionem nobis proceſſuram eſſe:quia uerò uerba ab hoc profecta,etiam philoſophari pro mulieribus in animum induxerunt,libenter occaſionem hanc arripui. Solus enim maſculus amor, commune uirtutis ac uoluptatis opus eſt. Optarim autem, ſi quo pacto fieri poſſet, & platanum illam quæ Socraticos olim ſermones auſcultauit,arborem Academia & Lycéo feliciorem,propè alicubi nobis adſtare,eo loco tamē natam, ubi Phædri accubitus fuit,quemadmodum*ſacer ille uir dixit,gratia præditus plurima. Fortaſſis ipſa quoque,ut fagus illa Dodonæa,ex ramis ſacram erumpens

D uocem,puerorū amores prædicaſſet,memor ad huc formoſi illius Phædri. Verùm quia hoc fieri nullo pacto poteſt:

Nam quàm multi medii inter utroſq;
Montes umbroſi,& reſonantes æquoris undæ:

hoſpitesq; in terra aliena relicti ſumus, & quaſi quædā prærogatiua Chariclis Gnidus eſt: ueritatem tamen haudquaquam prodemus. Tu modò nobis ætherie deus in tēpore aſſiſte,amicitiæ fautor,& arcanorū ſacerdos Cupido, haudquaquam prauus infans, qualem ludendo fingunt pictorum manus, ſed quem prima rerum omniū primordia procrearunt,perfectum & conſummatum iam

E inde ab initio genitum. Tu enim ex obſcura atq; confuſa deformitate uniuerſum hoc effigiaſti: proinde tanquam ſepulchro aliquo communi totius mundi ſublato,circumfuſo chao uidelicet,illud quidem in ultimi Tartari ſeceſſus fuga præcipitaſti,ubi uerè ſtant Ferrati poſtes,atq; ærea limina portis:

ut ibi dura atq; inſuperabili detētum cuſtodia, à reditu & uia ad ſuperos repetenda prohiberetur. ſplendida autem luce obſcuræ nocti prætēta,omniū & inanimatorum, & animam habētium,opifex extitiſti. Propriam autem ac ſingularem infundendo hominibus concordiam, graues illos amicitiæ affectus conglutinaſti:ut uidelicet ex anima adhuc malitiæ omnis experte & tenera, beneuolētia illa ſimul enutrita,in perfectionē & quaſi quandā uirilē ætatē conſum-

*fortè legēdū* πολλοῦ δὲ πολῶ. i. Periclis ſuadelam.

*Locus Athenis fuit ubi cōciones haberi ſolebant.

*De hac uide Pauſaniam in Argolicis.

*Plato uidelicet in Phædro.

maretur. Nam nuptiæ quidem, ſucceſſionis neceſſariæ inuentæ ſunt remedia: F
ſolus autem maſculus amor, animi philoſophici quaſi quoddam imperatū eſt.
Omnia uerò ea quæ ex integro ac liberè ad decorem exercitatione prouehuntur, plus honoris conſequuntur, quàm illa quæ præſenti neceſſitate opus habent. Et omnino melius eſt honeſtū, quàm quod fit neceſſarió. Proinde quàm diu quidem uita hæc hominum rudis & indocta fuit, neque adhucdum quotidianam rerum experientiam, ad id quod melius eſt, per ocium conuertere licebat, demiſſa atque abiecta, præſentibus tum neceſſariis rebus contenta erat: urgens autem tempus, melioris uiuendi rationis inuentionem non præbebat. At poſtquam neceſſarii quidem uſus, ac feſtinatio illa finem iam capiebat, ac poſte- G
rorum cogitationes à neceſſitate liberatæ, melioribus ſubinde occaſionibus ad inueniendum aliquid potius utebantur, paulatim ſcientiæ accreuerunt. Atque huius rei argumenta capere etiam ex uulgaribus atque inferioribus iſtis artibus licet. Nam ſtatim ſimul atque primi quidam homines creati fuere, cōtra famem diurnam remedium quærere cœperunt: atque ita circunuenti atque compulſi præſenti neceſſitate, cum inopia, eligendi quod melius eſſet, facultatem non permitteret, fortuita qualibet herba uictitabant, & radices molliores effodientes, & ut plurimum quercuum fructus comedētes. At poſterior ætas, hæc brutis animantibus edenda abiecit: ſationem autem frumenti & hordei, agricola- H
rum diligentia ac ſtudium inuenerūt, reperta ratione qua illa quotannis renaſcerētur. Ac nemo adeò inſanus fuerit, puto, qui dicat quòd quercus quàm ſpicæ meliores ſint. Quid autem? an non ſtatim quidem à principio uitæ homines cum tegumento corporum indigerēt, uellera excoriatis feris induerūt, & ſpeluncas montium, quas contra frigus ſubirent, excogitarunt? aut rurſus truncorum aut arborum aridas cōcauitates? Facta autem deinde ex his imitatione, eáque in melius ſemper promota, ueſtes quidem ſibi ipſis texere cœperūt, ac domos ædificarunt, atque ita interim dū non animaduertunt, artes quæ circa hæc uerſantur, accepto tempore quaſi quodam magiſtro, pro tenui ac uili quidem I
panno ueſtem meliorem facere ac uariegare cœperunt: pro contemptis autem & humilibus domunculis, alta tectorum faſtigia, & marmorum ſumptuoſa ædificia excogitarunt, ac nudam parietū deformitatem floridis colorum tincturis depinxerunt. Niſi quòd ſingulæ iſtæ artes atque ſcientiæ, mutæ cum ſint, & profundæ obliuioni ſubiectæ, tanquam à paruo fomite paulatim ad proprios efflorescendo peruenerunt radios. Vnuſquiſque enim à ſe aliquid repertum, poſteriori tradidit: atque ita ſucceſſu iſta accipientium, ſemper aliquid iis quæ antea didicerat, apponendo, quod defuit expleuit. Ne quis igitur amores maſculos ab antiquis temporibus depoſcat. Nam tū mulieribus conuerſari ne- K
ceſſe erat, ne prorſus abſque ſemine nobis genus noſtrum interiret. Variæ autem doctrinæ, & elegantioris huius uirtutis concupiſcentiæ, uix tandem per tēpus (quod nihil intentatum aut imperueſtigatum relinquit) in lucem uēturæ erant, ut cum diuina Philoſophia & puerorum amores unà adoleſcerent. Quare Charicles ne quod antea inuentum non fuit, id poſtea excogitatum, iterum tāquam uile ac malum argue, néue ob id quòd puerorum amoribus muliebres congreſſus antiquioribus inſcribuntur temporibus, minores alteros putes. Sed uetera quidem exercitia, neceſſaria exiſtimamus: quæ uerò poſtea per ociū cogitationibus incumbens uita adinuenit, ea ut illis meliora, in precio habēda atque

A quę colęda ſunt. Nam mihi quidem parum abfuit quin etiam ridere paulò antè in mentem ueniret, Charicle uidelicet bruta animantia, & Scytharum ſolitudinem laudante. Propè autem præ nimia contentione etiam pœnitentia ducebatur quòd Græcus eſſet. Neque enim ueluti qui cõtraria loqueretur, quæ dicere aggrediebatur, eorum uerba ſubmiſſo ac timido uocis tono furtim efferebat, ſed elata uoce proclamans, Haud amant, inquit, ſe mutuò leones, neq; urſi, aut ſues: ſed illorum ea cõcupiſcentia ſolùm dominatur, qua erga fœminas accenduntur. Et quid hoc adeò mirum? Quæ enim ex ratiocinatione meritò aliquis capit, ea illis qui ratiocinari nequeunt, conſequi non licet: quoniam certè
B Prometheus, aut alius deorum quiſpiam, ſi mentem cuilibet humanam indidiſſet, haudquaquam ſolitudo & uita montana paſceret illos, neque mutua atque promiſcua pabula haberent, ſed ex æquo nobiſcum ſacra uerentes, & medias ædes priuatorum quiſque habitans, communibus regerẽtur legibus. Quid igitur mirum aut alienum, ſi animalia naturæ damnata, quæ nihil eorum quæ ratio ſuppeditat, à prouidentia accipere per fortunam unquam potuere, cum cæteris rebus etiam concupiſcentia in mares, priuata ſunt? Non amant ſeſe leones. neque enim philoſophantur. Non amant urſi. non enim honeſtum ac pulchrum illud quod in amicitia eſt, norunt. At hominum illa cum ſcientia cõiun-
C cta prudentia, ex eo quod ſæpius periculum fecerat, optimũ quod erat eligens, firmiſſimorum amorum iudicauit eſſe maſculos. Nequaquam igitur, Charicles, proteruæ & intemperantis uitæ collectis meretriciis narrationibus grauitatem noſtram ſermone nudo inſecteris, néue cœleſtem illum Amorem infanti huic connumeres, ſed uel nunc tandem apud te conſidera, quoniam id nũquam antea feciſſe uideris, quòd duplex deus Amor eſt, haudquaquam una uia uentitans, neque uno ſpiritu animos noſtros accẽdens, ſed alter quidem (quãtum equidem arbitror) ualde puerilia ac ſtulta ſapiens, nulla ipſius mentẽ ratione gubernante, frequens in animis inſipientium congregatur. præcipuè autẽ ipſi mu-
D liebria deſideria curæ ſunt. Et hic eſt quotidianæ iſtius contumeliæ ſocius, abſq; diſcrimine cuicunque uolenti ſeſe celeriter applicans. Alter autem

Amor parens ueterrimorum temporum,
Spectaculum uiſu graue, & prorſus ſacrum,
Cuſtoſq; temperatiorum affectuum,

blandum quiddam mẽtibus uniuſcuiuſque inſpirat: ac propitium hunc Deum ſortiti, uoluptatem uirtute immixtam amplectimur. Geminos enim reuera iuxta tragicum ſpiritus efflat amor. Vnum autem & commune nomen affectus diſſimiles habẽt. Nam & uerecundia utilitatis pariter & damni ambigua atque
E anceps dea eſt, Quæ ſimul & fructus homini, & mala plurima confert.

Iam uerò neq; contentionum genus unum eſt, Terræq; per orbem
Verſantur geminæ: quarum hanc cum laude ſequuntur
Prudentes, illam damnant ceu fraudis amantem.

Nihil igitur nouũ aut mirum, ſi affectus peior uirtuti communem appellationẽ fortè nactus ſit, ita ut amor uocetur & intemperãs illa uoluptas, & modeſta hæc beneuolentia. Nuptias igitur, inquit, pro nihilo putas, & fœmineũ genus è uita expellis. deinde quo pacto homines cõſeruabimur? Beatum ſanè quiddam fuerat, iuxta ſapientiſſimum Euripidem, ſi abſque illo cũ mulieribus congreſſu ad ſacra & templa Deorum uentitãtes, argento atq; auro liberos à ſucceſſione

mercari poſſemus. Neceſſitas enim graui ceruicibus noſtris iugo impoſito, im- F
peratis parêre nos cogit. Quod pulchrum igitur eſt, id ratione eligimus: neceſ-
*Quatenus mulierum cõſuetudine utendũ.* ſitati autem cedat utilitas. Quantum igitur ad liberos procreandos attinet, mulieres in numero aliquo ſint: in cæteris uerò rebus apage ne mihi ulla fuerit. Quis enim ſanæ mẽtis ſuſtinere queat, à ſummo ſtatim mane mulierem comentem atque exornantem ſeſe alienis atque adſcititiis impoſturis? Cuius uera ac natiua facies, turpis eſt: peregrina autem ornaméta, naturæ deformitatem tegunt, atque aſpicientibus imponunt. Quòd ſi igitur ad auroram contempletur aliquis mulieres à nocturno lecto ſurgentes, turpiores putabit eſſe beſtiis, quæ intra unam horam nominari aut excitari ſe difficillimè patiũtur. Vnde diligen- G
ter domi concludunt ſeſe, ut ne ab ullo uiro conſpiciantur. Aniculæ autem & ancillæ, conſimilis formæ turba, circunſtant, uariis medicaminibus infœlices illas facies inficiendo ac medicando reſtituentes:

Neque enim latice meri

Aquæ profundam ubi abluêre crapulam, protinus ad ſerium aliquod ſtudióque dignum accedunt negocium, ſed crebræ medicamentorum compoſitiones fœdam faciei cutem expoliũt. Perinde auté ut in publica pompa, alia ſubinde aliæ ancillarum inſtrumenta manibus exhibent, pelues uidelicet aureas, & gutturnia, ſpeculáque, & quemadmodum in pharmacopolio, H
pyxidum turbam, & uaſcula plena multæ infelicitatis, in quibus dentium uis abſterſiua, aut palpebris denigrandis ars comparata ueluti theſaurus quiſpiam ſeruatur. Plurimam autem partem cõſumit textura capillorum. Nam aliæ quidem medicamentis rubefaciendi uim habentibus ad ſolis meridiẽ capillos perinde ut lanarum coloribus flauo inficiunt fulgore, propriam damnantes naturam. Aliæ uerò quibus ſufficere ad formam nigra coma uidetur, omnem maritorum opulentiam in hanc expendunt, totam propè Arabiam ex capillis redolentes, ferreáque inſtrumenta ignis obtuſa ac modica flamma calefacta, ui quadam cincinnorum flexus inter ſe implicãt. Ac curioſius quidem compoſitæ il- I
læ, & ad ſupercilia uſque attractæ comæ, breue interſtitium fronti relinquunt. Poſt tergum autem in ſcapulas uſque demiſſi capilli, inſolenti quodam modo ſuccutiũtur. Huc accedunt & uariis coloribus tincta ſandalia intra carnem pedes ipſos adſtringẽtia, & tenuis atq; pellucida, prætextu tantũ aſſumpta, ueſtis, ne corpus ipſum nudatum eſſe uideatur. Omnia auté quæ intra ipſam ſunt, cognitu faciliora quàm facies, uſque ad turpiter propẽdentes iſtas mamillas, quas ſemper circumferunt obligatas ac unctas. Quid autem opus eſt opulẽtiora iſtis mala recenſere? lapillos uidelicet Erythræos ab extremis auriculis numeroſo pondere ſuſpenſos, aut illos circum manus & brachia euntes dracones? qui uti- K
nam uerè pro auro dracones ſint. Etiam corona caput circumcirca ambit, lapillis Indicis ſtellata: precioſa autem de ceruicibus monilia dependent, & uſque ad extremos pedes miſerum illud deſcendit aurum, omne quicquid tali ubique nudũ eſt, reuinciens & adſtringens. Dignũ autem fuerat, ferro potius religata crura iſta uinciri. Iam uerò ubi totũ corpus adulterinæ iſtius formoſitatis fallaci elegantia quaſi quibuſdam præſtigiis efformatum fuerit, impudentes etiam genas rubefaciunt illitis fucis, ut uidelicet nimium ipſarũ & pinguem coloré, purpureus ille nitor inſuper additus rubere faciat. Quæ igitur uita porrò tantu apparatum conſequitur? Nempe ſtatim è domo egreſſiones, & omnis ſpectator

atterens

A atterens atque enecans maritos. *Quorum nonnullorum infelices uiri, ne ipſa quidem nomina norũt, Coliadas, ſi foras ita ferat, & Genetyllidas, *aut Phrygiam illam deam, & Comum amore perditum in paſtore. Sacrificia autem arcana, & abſque uiris ſuſpecta myſteria. Quid enim attinet & animorum corruptelas complecti? Poſtquam autem his peractis iterum diſceſſerunt, domi ſtatim prolixa balnea, ac ſumptuoſa quidem & lauta méſa, erga uiros autem multa ac ſimulata recuſatio. Poſtquam enim nimisquàm repletæ fuerint ſua ipſarum guloſitate, cum amplius neque guttur ipſarum cibi quicquã recipere poteſt, ſummis digitis uelut inſcribentes, appoſitorum unumquodque deguſtant,
B noctes ad hæc narrantes, & diuerſorum corporum ſomnos, & muliebritate lectum refertum, ex quo ſurgens quiſque ſtatim lauacro opus habet. Atque hæc conſtantis uitæ argumenta ſunt. At uerò quæ acerbiora ſunt, ſiquis ueritatem ex parte modò diligentius perſequi uelit, uerè execrari Prometheum poſſet, in Menandri illam erumpendo uocem:

Ergo immerentem dictitant Promethea
Pendêre fixum Caucaſi de rupibus?
Et geritur illi lampas, at aliud nihil
Boni. quod omnes autumo odiſſe ſuperos,
C Fecit mulieres, proh ſupreme Iuppiter
Genus ſceleſtum. ducit aliquis coniugem?
Clàm ducit, & quodammodo oblitus ſui.
Nam cupiditates mox ſequuntur plurimæ,
Toroq; adulter nuptiali ſubſidens
Illudit. hinc naſcuntur inſidiæ & metus,
Et temperata toxico mala pocula,
Morbiq; uarii, atque omnium grauiſſima
Inuidia, cum qua mulier omne ævum exigit.

D Quis hæc bona uidelicet ſectatur? aut cui uita adeò infelix ac miſera animum demulceat? Aequum igitur fuerit mulieribus iſtis malis opponere maſculam puerorum uiuendi rationem. Nam mane ſurgens ex lecto haudquaquam coniugali, poſtquam reſidẽtem in oculis ſomnum reliquum aqua ſimplici abſterſit, ſacra chlamyde humeralibus fibulis adſtricta, à paternis ædibus egreditur demiſſo in terram uultu, ac neminem ex omnibus ex aduerſo intuens. Comites autem & pædagogi, turba ipſum decens, ſequuntur, uenerabilia uirtutis inſtrumenta manibus tenentes, non ſecti pectinis inciſuras, quibus coma demulceri queat, neque ſpecula, repercuſſarum formarum abſque penicillo expreſ-
E ſas effigies, ſed uel multiplices pugillares à tergo ſequuntur, uel ueterum uirtutes operum cuſtodientes libelli. quòd ſi etiam in ludum Muſici itare illum oporteat, apta atque ſonora lyra. Omnibus autem philoſophicis animi diſciplinis abundanter exercitatus, ubi iam mens cyclicis illis bonis ſatiata fuerit, corpus quoque liberis exercitationibus exercet. Nam Theſſali equi curæ illi ſunt: ac breuiter iuuentutem domans ac ſubiugans, in pace meditatur res bellicas, emittendo ſpicula, & euibrando iacula, perita ac certa feriendi dextera. Deinde & nitidæ palæſtræ, & ad ſolis meridianum calorem oppletur puluere corpus denſatum, deſtillantéſque contentioſorum laborum ſudores, poſt quos lauacra breuia, & menſa ſobria, rebus paulò pòſt gerendis non aduerſa. Rur-

*Colias et Genetyllis Veneris cognomẽta ſunt apud Ariſtophanẽ. Comus autẽ ſaltationis ſpecies paſtoralis, & item Phrygia, quibus etiã inter conuiuia utebãtur. Apparet ergo mulierum mores & inſolẽtiam in publicis cõuentibus, ſpectaculis, et ſaltationibus notari.

ſum enim ipſi tum præceptores, & ueterum operum exempla repetentes, at- F
que in his cum cura uerſantes recordationes, nempe quis heros uirilis ac fortis fuerit, aut quis ob prudẽtiam publico teſtimonio laudatus, aut qui iuſtitiam ac temperantiam amplexati fuerint. At talibus uirtutibus tenerum adhuc animum imbuẽs, quando iam ueſpera rebus gerendis finẽ imponit, tributo quod uentri ex neceſſitate debetur depenſo, ſuauiores ſomnos dormit, poſt diurnos iſtos labores ad tempus conquieſcens. Quis igitur amator ephebi talis non fieret? Aut cui ita hebes oculorum quidem fuerit acies, cæcæ uerò atque offuſcatæ mentis rationes? Quomodo uerò non amaret illum in palæſtris quidẽ Mercurium, inter lyras autem Apollinem, equitatorem uerò Caſtorem, diuinas au- G
tem uirtutes mortali proſequentem corpore? At mihi quidem, ô Dii cæleſtes, utinam uita ſit hæc perpetua, ex aduerſo amici ſedere, & ſuaue loquentẽ propè audire: cum exeunte autem pariter exire: & in ſumma, omne cum eo opus commune habere. Optarit igitur amator quiſpiam per illæſam & inconcuſſam uitam amaſium ſuũ abſque omni moleſtia ad ſenectutem peruenire poſſe, nullius fortunæ inuida impreſſione labefactatum. Quòd ſi uerò etiam, qualis humanæ naturæ conditio eſt, morbus quiſpiam inuaſerit ipſum, cum laborãte pariter ægrotabo: & ſi per intempeſtum mare in altum tollatur, cum eo ſimul nauigabo. Quòd ſi etiam tyrannica uis uincula illi innectat, par ferrum mihi ipſi H
quoque circundabo. Et quicunque illum oderit, idem mihi inimicus quoque erit. Si uerò prædones aut hoſtes uideam in ipſum graſſantes, etiam ultrà quàm potero armabor: & ſi moriatur, uiuere neque ipſe ſuſtinebo. Poſtrema autem mandata iis quos proximè poſt illum amaui, iſta dabo, ut commune ambobus ſepulchrum accumulent: oſſibus autem permiſcendo oſſa, ne mutum quidem puluerem à ſe mutuò ſegregari ſinant. Atque hæc nõ primi ita effingũt mei erga dignos amores, ſed illa Diis proxima heroum prudentia uelut quadam lege ſanciuit, in quibus amicitiæ amor ille ad mortem uſque durauit, & unà cum uita tandem expirauit. Phocis ab infantilibus adhuc annis Oreſtem Pyladi con- I
iunxit: Deum autem cum mutuorum affectuum uelut mediatorem quendã accepiſſent, perinde atque in uno eodemq; uitæ nauigio ſimul nauigarunt. Ambo Clytæmneſtram interemerũt, uti Agamẽnonis filii: ab ambobus Aegiſthus occidebatur: & furiis quibus Oreſtes exagitabatur, Pylades magis quàm ille infeſtabatur: idemq; cum illo, cũ iudicaretur, periculum ſuſtinebat. Amatoriam autẽ amicitiam non Græciæ modò terminis metiebãtur, ſed ad extremos Scytharum fines nauigarunt, alter quidem morbo laborans, alter autem curam adhibens. Tauricam quippe terram aſcendentes, ſtatim occiſæ matris ultrix Erinnys perinde atque hoſpitio ipſos excepit. Ac barbaris undique circunſtãtibus, K
alter quidem ex conſueta inſania collapſus iacebat, Pylades autem

*Ex Iphigenia Taurica Euripidis.*

Spumam oris abſtergebat, atq; corporis
Curam gerens, tegebat illud ueſtibus,

non amatoris modò, ſed & patris affectum præ ſe ferens. Quando igitur iudicio lata ſententia fuerat, ut altero ad ſupplicium & cædem manente, alter Mycenas proficiſceretur ad afferendas literas: ambo manere alter pro altero uolut, uterq; in altero uiuente ſeipſum uiuere exiſtimans. Reiicit autem & epiſtolas à ſe Oreſtes, tanquam Pylade digniore qui illas acciperet, tantùm non amator pro amato redditus.

Nanq;

A Nanque hunc perire occiſum(inquit)onus mihi graue:
Ego enim ille ſum,qui hoc concilio nobis malum. Et paulò pòſt ait:
Huic quidem da litteras,
Argos enim mittam,tibi ut res bene habeat:
Occidat autem nos,cui opus.

Nam uniuerſum negocium ita ſe habet. Quãdo enim à puero dignus ac ſerius ille amor ſimul enutritus,in eam ætatem quæ iam ratione uti,aliaq; ex aliis colligere poteſt,cõfirmatus fuerit:id quod olim amatum eſt, mutuos atque alternos amores uiciſſim reddit: adeoq; difficile eſt ſentire uter alterius amator exiB ſtat,perinde ut è ſpeculo,ſimili amantis beneuolentiæ,in amatũ recidente imagine. Quid igitur ceu peregrinam uoluptatem nobis exprobras, id quod uitæ noſtræ proprium eſt,diuinis legibus definitũ,& per ſucceſſionem ad nos tranſmiſſum? Libẽter uerò ipſum recipientes cum pura mente, ueluti ſacram quandam rem tractamus. Nam uerè beatus ille eſt iuxta ſapientum ſententiam,

Cui pueri molles,& equi ſolidam ungulam habentes:
Atque ſenecta uiro minus intolerabilis illi eſt,
Si quem adamant pueri.

Socraticæ uerò doctrinæ, & ſplendidum illud uirtutis examinandæ iudicium, *Defenſio Socratis.*
C etiam Delphicis cortinis approbatum eſt. Oraculum enim ueritatis Pythius ille ex adyto dedit, Virorum omnium Socrates (inquiens) ſapientiſſimus: qui pariter cum cæteris diſciplinis quibus uitam hominum promouit, & puerorum amorem ceu rem præcipuè utilem adinuênit. Conuenit autem iuuenes amare, perinde ut Alcibiadem Socrates,qui ſub una atque eadem chlamyde patris ſomnos dormiuit. Atque equidem Callimachi illud præconium ad finem orationis libentiſſimè cunctis apponerem:

Nanque,utinam,cupido ſectantes lumine amatos
Hercius ut pueros iuſſit amare ſenex,
D Sic & ametis eos,fortiq; habitetis in urbe.

His cognitis, adoleſcentes modeſtè pueris bonis conuerſamini, neque modicæ delectationis gratia, longa effuſa beneuolentia, uſque ad uigorem modò ætatis fictos ac ſimulatos amandi affectus protendite, ſed cœleſtem amorem adorantes, à pueris uſque ad ſenectutem ſtabiles animorum motus conſeruate. Nam hoc pacto amantibus, ſuauiſſimum quidem uitæ tempus eſt, nulla inhoneſta conſcientia cohabitante. Celebris autem & multa poſt mortem illorum fama ad omnes paſſim promanat. Quòd ſi uerò conuenit philoſophorum pueris fidem adhibere, etiam æther poſt terram excipit eos qui hæc ſectantur.
E Illi autem meliori fato morientes,uirtutis præmium hoc incorruptibile conſequuntur. Atque hæc cum Callicratidas ualde iuueniliter iactando amplificaſſet, Charicles quidem denuo dicere conantem repreſſi. Tempus enim erat ut ad nauem deſcenderemus. Rogantibus autem ut de eo quod mihi ſapere uiderentur, ſententiam ferrem, pauliſper utriuſque uerbis connumeratis & perpenſis, Haudquaquam ſubitò,inquam,ac temere uidentur,amici,orationes iſtæ à uobis effutitæ, aut citra præmeditationem compoſitæ eſſe,ſed cõtinuæ, longæq;, & per Iouem etiam ſolidæ cuiuſdam curæ manifeſta hæc ueſtigia ſunt. Propemodum enim nihil eſt quod ab utroq; dici potuerit,quod prætermiſſum ſit. Ac multa quidem rerum experientia, maior autem orationis grauitas:

ut ego quidem optarim, si modò possibile foret, uel Theramenes ille cothur- F
nus fieri: ut ambo uictores ex æquo hinc discederetis. Veruntamen quoniam ip-
si nihil remissuri uidemini, & ego inter nauigãdum de iisdem rebus haudqua-
quam admittere turbam aliquam iterum constitui: id quod mihi maximè uide-
*Sententia Luciani de amore masculo.* tur iustum esse, pronunciabo. Nuptiæ quidem ad uitam hominum promouen-
dam res in primis utilis & beata, quoties ex sentẽtia contingunt: puerorum au-
tem amores quotquot amicitiæ pura & casta iura conciliãt, solius philosophiæ
opus existimo. Quare sanè coniugio quidem uacandum omnibus est: pueros
autem amare, solis philosophis relinquatur. Minimè enim mulieribus perfecta
ac solida uirtus innascitur. Tu uerò Charicles nequaquam ægrè feras si Athe- G
nis Corinthus hic cedet. Atq; ego quidem præ uerecundia breui oratione iu-
dicio ita tum approperato surrexi. Animaduertebam enim Chariclem suprà q̃
tristem esse, propemodum non aliter ac si morte damnatus esset: Athenien-
sis autem alter læto quodam modo alacer exiliẽs, incedebat ualde insolenter. Pu-
tasses ipsum circa Salaminem nauali prælio Persas superasse. Etiam illud ex iu-
dicio hoc consecutus sum, quòd splendidiore conuiuio nos idem accepit, dum
uictoriæ epulum nobis præbet. Erat enim aliàs quoque, quod ad uitam attinet,
magnificentior. Tacitè autem & Chariclem consolatus sum ob grauitatẽ uer-
borum, assiduè admirando quòd difficiliori parti tam potente oratione patro- H
cinatus esset. Cæterùm ea tum in Gnido cõmoratio, quæq; apud ipsam Deam
uerbis ultro citroq; iactata sunt, habentia pariter & serium hilare, & eruditio-
nem à Musis non alienam, ad hunc ferè modũ dirempta sunt. Tu uerò Theo-
mneste, qui antiquarum adeò rerum harum memoriam nobis excitasti, si tum
iudex fuisses, quo pacto sententiam tulisses? T H E. Melitidem aut Corœbum
me putas esse, per deos, ut ego iis quæ abs te iustè adeò iudicata sunt, contra-
riam sententiam ferrem? qui quidem præ summa eorum quæ modò dicebã-
tur, uoluptate, in Gnido commorari me putabam, propemodum paruam hanc
domunculã ipsum illud tẽplum esse existimans. Sed tamen (nihil enim, puto, in I
hac diei festiuitate indecorè dicetur, & omnis risus, etiam si nimius & affectatus
fuerit, solennis esse, & ad festum pertinere uidetur) orationem illam ab ama-
tore puerorum cum nimio supercilio prolatam, admirabar quidem ob grauita-
tem, uerùm non admodum ad demulcendum animum facere arbitrabar, cum
puero nondum pubescẽte consuetudinẽ quotidianam habere, & interim Tan-
tali pœnas sustinere, ac pulchritudine in oculis tantùm non exundante, cum
haurire ac bibere liceat, sitim malle pati. Neque enim satis est aspicere eũ quem
amas, neque ex aduerso sedentem atque loquentem audire, sed perinde atque
scalis quibusdam uoluptatis cõpactis, amor primum gradũ uisus habet, ut aspi- K
ciat uidelicet amatum: deinde ubi aspexerit, cupit adductum ad se propius e-
tiam cõtingere. Summis itaque digitis tametsi solùm attigerit, fruitionis istius
delectatio totum mox corpus percurrit. Postquam autẽ etiam hoc potitus fa-
cilè est, tertium experimentum addit, nempe basiationis, non statim curiosum
illud & affectatum, sed paulatim labia admouendo labiis: quæ priusquam pla-
nè contingat, rursum absistit, nullo suspicionis uestigio relicto. Deinde uerò ad
id quod porrigitur, applicando sese, exquisitioribus semper quidem amplexi-
bus illiquescit, interdum etiam ipsum os tacitè diducens: manuum autem nul-
lam admittit segnitiem. Nam manifestæ ac mutuæ eorum quæ sensu percipiũ-

tur

A tur amplexationes, uoluptatem conglutinãt. Aut clàm dextra molliter per si-
num ſubingreſſa, mamillas pro ſua natura modicè extantes premit, & aſtricti
ſolidiq; uentris plenum atque exuberans illud digitis cõtrectat æqualiter. Poſt
hæc & primam ſuccreſcentis pubis lanuginem. Ac quid attinet me occultiora
iſta longius perſequi? Tantam igitur nactus poteſtatem amor, calidioris cuiuſ-
dam rei opus attingit, atque ita à femoribus quaſi quodã exordio facto, iuxta
Comicum, ipſum percutit. Mihi quidem ita amare pueros contingat. Illi uerò
de ſublimibus diſputãtes, & quicunq; philoſophiæ ſupercilium ultra ipſa tem-
pora adductum habent, tumidorum uerborum inſolentia rudes & imperitos
B paſcant. Amori enim deditus fuit, ut quiſquam alius, Socrates: & ſub uno eo-
démque cum ipſo pallio accumbẽs Alcibiades, haudquaquã intactus inde ſur-
rexit. Ac ne mireris. non enim neque Patroclus ab Achille amabatur eouſque
modò, ut ex aduerſo illi ſederet

Aeacidem expectans, dum cantus finiat ille:

ſed erat & illorum amicitiæ mediatrix uoluptas. Cum igitur gemeret Achilles
Patrocli mortem, parum cuſtodito affectu in ueritatem erupit,

Femorum & tuorum ſancta conuerſatio Melior, inquiens.

Illos uerò qui apud Græcos Comaſtæ ſeu Comeſſatores appellãtur, nihil aliud
C quàm certos ac manifeſtos amatores puto. Fortaſſis autem dixerit quiſpiã tur-
pia hæc dictu eſſe: uera certè tamen ſunt, per ipſam Gnidiam Venerem. LVC.
Haudquaquam feram te, chare Theomneſte, aliud principium tertii ſermonis
ſerentẽ, quod audire ſolenni ac feſto die ſolùm par eſt. Cætera uerò ab auribus
meis procul hinc ablegare decet. Sed omittentes plus temporis commorando
hic accumulare, in foru hinc exeamus. Iam enim probabile eſt accendi deo ro-
gum. Eſt autem non iniucundum ſpectaculum, eorum quæ ille in Oeta paſſus
eſt, memoriam in animum reuocans præſentibus & ſpectantibus.

D

## IMAGINES, Vincentio Obſopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Effigiat hoc dialogo* Lucianus *typum ſiue exemplar formoſiſſimæ atque honeſtiſſimæ mulieris, quæ non tantùm pulchritudine corporis perfecta & numeris omnibus abſoluta ſit, uerùm etiã eas animi dotes, eamq; morum uenuſtatem ac gratiam habeat, quæ fœminarum propriſſimæ ſint, & pro perſonæ qualitate quamq; maximè commendent. Ac priorem quidem deſcriptionem, corporis ac formæ uidelicet, ex ſua perſona effingit, collatione facta omnium earum & ſtatuarum & imaginum quæ unquam à clariſſimis artificibus factæ præcipuè celebrantur, ſumendo ex unaquaq; quod in ea potiſſimum fuit, ac plurima laude nobilitatum. Alteram autem, quæ ſermonis ac uocis ſuauitatem, eloquentiam, ſtudia, cognitionemq; liberalium ſcientiarũ, præ-*
E *terea ſapientiam quoque ac prudentiam, modeſtiam, pudicitiam, & (quam in hac cum primis commẽdat) animi æquabilitatem ac moderationem deſcribit: ſub* Polyſtrati *cuiuſdam perſona, cum quo dialogum hunc inſtituit, proponit, etiam ipſam collationibus exemplorum cum poeticorum tum hiſtoricorum eodẽ modo illuſtratam. Vtrum autem Imperatoris alicuius eorum ſub quibus ipſe uixit, an externi regis cuiuſpiam uxorem, aut etiam concubinam, hoc tam exquiſito ac ſingulari encomio celebret, dubitari poteſt. Nam Traiani quidẽ atq; Adriani uxoribus, ſub quorum imperio pleraq; ſcripſit, & nomen & patria repugnare uidentur, cũ altera Plotina, altera Sabina dicta fuerit: hanc autem ipſe, ut illam apud Xenophontem Abradatæ uxorẽ, Pantheam uocari dicat, & ex Smyrna Ionica ciuitate natam fuiſſe. Et tamẽ appellatione regis Magni, qua ueteres Græci ſolum Perſarum regem nominabant, idem infrà etiam Imperatorem Romanum deſignat: cum in Toxari ait Diniam à præfecto Aſiæ ad regem magnum (quanquam ibi regem Perſarum, qui tum nullus fuit, Eraſmus quoque uerterit) in Italiam miſſum, & ab eo damnatum in Gyarum inſulam relegatum fuiſſe.*

## LVCIANVS, POLYSTRATVS.

F

AT profectò tali quopiã illi abſumpti ſunt exitio, quibus Gorgonis facies conſpecta eſt, quali ego paulò antè penè interiiſſem, ô Polyſtrate, uiſa ſumma forma muliere: & quod in ea fertur fabula, parũ aberat quo minus ego ſaxum ex homine factus ſim, ſpectaculi admiratione rigore attracto. POL. O Hercules, inuſitatum quoddam & nouũ dicis ſpectaculum, nimisq; uiolentum, ſi Luciano quoq; ſtuporẽ induxerit muliercula. Hoc equidem formoſis conſpectis iuuenibus facilè tibi ſolet accidere, ita ut quiſpiam citius totum Sypilum loco dimoueret ſuo, quàm te à formoſis queat abſtrahere: qui non ſolùm hianti ore illis aſſiſtere conſueuiſti, ſed lachrymas quoq; nõ ratò G profundere tibi moris eſt, quemadmodum illam perhibent Tantali filiam. Veruntamen reſponde mihi, quæ illa tandem eſt Meduſa ſaxifica, & unde generis ortum ducit, ut & nos illam uideamus? Neq; enim, ut mea eſt opinio, nobis inuidebis ſpectaculum, neq; zelotypiæ morbo laborabis, ſi & nos illa conſpecta rigore concreuerimus. LVC. Atqui hoc planè tibi compertum eſſe oportet, quòd ſi ex ſola ſpecula illã intuitus fueris, mutũ illico ac ipſis ſtatuis immobilioré te faciet. Et fortaſſe quod dixi, leue eſt præ hoc quod dicturus ſum. Vulnere quoq; non admodũ tempeſtiuo te conſauciabit, ſi coràm ipſe illam intueberis. At ſi illa conuerſis oculis temet inſpexerit, quæ facultas tibi relinquetur H te ab illa auellendi? Abducet te alligatũ quocunq; collibuerit, quemadmodum lapidem Heracleum ferrum ad ſe attrahere perhibẽt. POL. Deſine uerò ô Luciane prodigioſam quandam & monſtrificam effingere pulchritudinem. Sed hoc mihi expedi, quænam illa fuerit mulier. LVCIA. An tu me oratione eius formam immodicè attollere exiſtimas, qui uereor ne eam tibi iam uiſam, ingenii culpa atq; infirmitate nimis ieiunè laudarim? Tanto tibi eius facies oratione mea amplior uidebitur atq; excellẽtior. Cæterùm quænam ſit, mihi nõ promptum eſt dicere. Magnus circa illam cernebatur cultus, & apparatus ſplẽdidus. Eunuchorum numeroſo ſatellitio ſtipata, multis præterea aliis & illis teneris I puellis comitata incedebat. In ſumma, omnia erant ampliora, quàm quæ priuatæ fortunæ mediocritas ſuſtentare poſſit. POL. Ergo ne nomen quidem inauditi tu, quænã uocaretur? LVC. Ne nomẽ quidem teneo, niſi hoc ſolum, illam eſſe oriundam ex Ionia. Siquidem ſpectatorum quiſpiam, conuerſis in proximum oculis quando præteribat, Tales, inquit, Smyrnææ ſunt pulchritudines. Nihil autem mirandum eſt ſi ex Ionicis urbibus pulcherrima, mulierẽ produxerit pulcherrimam. Viſus uerò eſt & ille mihi Smyrnæus eſſe, qui iſta dixerat. adeò inſoléter de illa iactabat. POL. Proinde hoc reuera ut lapis feciſti, qui neque illam conſecutus es, neque Smyrnæũ illum quæ fuerit interrogaris. Atqui K ſaltem ſpeciem, quoad eius fieri poteſt, oratione mihi adumbrato, ſi queam fortaſſe iſta ratione illam cognoſcere. LVC. Vide quantam rem à me exigas. Neque enim tanta præſtò eſt facultas orationibus, præcipuè uerò meis, adeò admirandam imaginem in lucem producendi, ad quam delineandam uix Apelles, aut Zeuxis, aut Parrhaſius ſufficerent, aut ſi quis fuit uſpiam Phidias, aut Alcamenes. Ego uerò artis imbecillitate non mediocriter læſum deformabo archetypum. POL. Age tamen, effare obſecro quali fuerit uultu prædita. Neque enim periculoſa erit audacia, ſi familiari tuo oſtenderis imaginem, quibus lineamentis adumbrata fuerit. LVCIA. Atenim longè tutius ipſe mihi fa-

A ćturus uideor, ſi quos priſcorum illorum artificum ad præſens opus abſoluendum adſciuero, ut mulieris formā mihi depingant. POL. Quorſum iſta dicis? Aut quónam pacto illi tibi adſciti ueniét, qui tot retro ſeculis fato functi ſunt? LVC. Perfacilè, dummodo te mihi non pigeat ad quæſita reſpondere. POL. Roga quæcunq; fert animus. LVC. Nunquámne Polyſtrate ad Cnidios peregrè profectus es? POL. Imò maximè. LVC. Proinde ante omnia Veneré quoque illorum uidiſti? POL. Sanè per Ioué, Praxitelis monimentum pulcherrimum. LVC. Sed nunquid etiam fabulam memorantibus de illa incolis inaudiſti, quomodo unus aliquis eius imaginis infando amore correptus fuerit, tum
B quemadmodum latenter in templo derelictus, noctu cum imagine, quantum fieri potuit, rem habuerit? Sed hæc alio tẽpore inquirito, quippe hæc (ut ais) tibi planè uiſa eſt. Age uerò & hoc mihi reſponde, nunquid etiam illam Athenis quæ in hortis eſt, uidelicet Alcamenis, conſpexiſti? POL. Sanè omniū inertiſſimus, ô Luciane, meritò cenſendus eſſem, ſi pulcherrimum Alcamenis figmentum negligenter contempſiſſem. LVC. Illud quidem Polyſtrate te non interrogabo, num ſæpe in arcem conſcenderis, ac Calamidis Soſandram ſpectaris. POL. Et hanc uidi ſæpenumero. LVC. Iam & iſta abunde ſufficiūt. At ex operibus Phidiæ quódnam maximè collaudaſti? POL. Quódnam aliud, quàm
C illam Lemniam, quam hoc quoq; titulo nobilitare non dubitauit Phidias? Inſuper illam quoque Amazonem, quæ haſtæ innititur. LVC. Pulcherrima ſunt iſta, ô amice: itaque aliis non amplius egebis artificibus. Age uerò iam ex omnibus his, quoad eius fieri poterit, unicam imaginem compoſitam tibi oſtenſurus ſum, ab unaquaque præcipuum ſpecimen habentem. POL. Et quo pacto hoc fieri poteſt? LVCIA. Haud difficili, ô Polyſtrate, ſi nunc in præſens traditis orationi imaginibus, illi permiſerimus exornādi copiam, tum componendi & coaptandi facultatem, quantum fieri poterit luculentiſſimè, eâdem opera temperaturam obſeruanti, & iucundam uarietatem. POL. Rectè dicis. proinde aſ-
D ſumptis illis demonſtret. Perlibenter uerò uidere geſtio quînam illis uſura ſit, aut quomodo ex iis omnibus unam compoſitam, nec ulla in parte diſcrepantem abſolutura ſit. LVCIA. Atqui iam tibi uidendi facultas præſtabit naſcentem imaginem ita componens. Veneris è Cnido adductæ ſi tantùm caput ſumpſerit, reliquis nudi corporis partibus opus non habebit. Porrò quod ad comā & uultum attinet, ac decentem ſuperciliorum ambitum, illi habendum concedes quemadmodum à Praxitele abſoluta eſt. Quinetiam oculorum mobilem agilitatem amabili hilaritate & gratia temperatā retinebit, ſicut uiſum eſt Praxiteli. Cæterùm ubera, & quæcunque uultus ſunt partes priores, ab Alcamenis
E Venere quæ in hortis ſita eſt, mutuò accipiet. Ad hæc manus teretes, earūdémque concinnam iunćturam, digitorumq; tenellorum ductum non difficilem, in extremis in orbiculatam exilitatem deſinentium, ab ea quæ in hortis eſt, & illa utenda recipiet. At uerò totius faciei deſcriptionem & lineamenta, genarumq; teneram mollitiem, & naſum intra rectum modū cohibitum, præſtabit Lemnia & Phidias. Idem quoque dabit oris cōformem compoſitionem: ceruicem uerò lacteam ſumet ab Amazone. Porrò autem Soſandra & Calamis eandem ornabunt uerecundia. Riſu præterea tenui fallente intuentis oculos, animi oriſq; hilaritatem oſtendet, qualis & illius eſſe ſolet. Veſtitus frugalē munditiem à Soſandra conceſſam habebit, præterquam quòd illa nudo & aperto erit capite.

Aetatis autem mensura, quantacunque illi fuerit, iuxta Cnidorum Venerem F
metienda est. Etenim & hanc Praxitelem diligenter emensum esse uideo. Ecquid tibi uidetur Polystrate? eritne imago satis ornata & elegans, & maximè posteaquam exactissimè absoluta fuerit? POL. Adhuc, ô generosissime, nonnulla formositatis pars in excolenda imagine tibi intermissa est. adeò omnes exornandi rationes in unum contulisti. LVC. Illud enimuero amice quod dixisti, maximum est, nisi tuo iudicio minimum momenti ad summam formæ præstantiam colores addere posse uideantur, & cuius in quaque corporis parte maximè ratio habenda est, decorum: ut exactè, ut perfectè nigra sint, quæcunque nigra: & alba, quæcunque alba esse conuenit: utque apto decentiq; rubore flore- G
scat omnia. Ac iam de his periclitamur, cum adhuc quod maximum est, desideramus. Vnde ergo eius rei copiã nobis parabimus aut accersemus, uidelicet pictores, cum primis uerò illos, quos hoc artificio præ cæteris longè præcelluisse cognouimus, ut colores nobis aptè commixtos temperent, eosdemq; pro decoro luculentè & artificiose accommodent? Sanè uerò accersatur Polygnotus, & Euphranor ille, atque etiam Apelles, Aëtione unà comitante. Illi diuiso inter se opere, Euphranor comam pinget, qualem Iunonis depinxit. At Polygnotus superciliorum decoram distantiam, & malarum decentem rubedinem, cuiusmodi Cassandram apud Delphos fecit in conuenticulis, exprimat. Ami- H
ctum uerò ille quoque præparet, quàm poterit tenuissimè elaboratũ, ut quæcunque par est corpori decenter applicet, multa uerò uentis diffundenda relinquat. Porrò reliquum corpus ipse Apelles absoluat, secundum Pacatæ simulacrum, ita tamen, ne nimium addat albedinis, sed planè temperanter rubescat. Labia autem nõ sint alia atque Rhoxanæ Aëtion addidit. Quin potius præstantissimum inter omnes pictores Homerum, Euphranore & Apelle posthabito, in partem operis suscipimus? Siquidẽ cuiusmodi ille colorẽ Menelai adiecit femoribus, ebori purpureo ostro infecto assimilatis, tali uniuersum corpus colore niteat. Cæterùm ille ipse pingat & oculos, bouinis, hoc est pulchris & niten- I
tibus oculis præditam exprimens. In partem laboris ueniat illi opem ferens & poëta ille Thebanus, ut uenustate sua exornet palpebras. Homerus quoque illam risus amantem & studiosam faciat, & candidis humeris, atque lacertis decoram, & roseos habentem digitos. In summa, totam aureæ Veneris formositati longè iustius illam cõparet, quàm Brisei filiam. Hæc inquam fictores atque pictores & poëtæ elaborabunt. Quòd autem per omnia amabili quadã elegantia niteat, hoc Gratiæ erit officium, aut potius omnium quotquot uspiam sunt Gratiæ atque Cupidines chorum ducentes. Quis talem imitatione assequi possit imaginem? POL. Diuinum quoddam opus producis ô Luciane, & profectò K
ab ipso Ioue demissum cœlitus, & cuiusmodi apud superos absolutũ esse credibile est. Quid autem rei ipsam facientem uidisti? LVC. Codicillos habebat in manibus, duabus partibus complicatos: uidebaturq; alteram iam perlegisse, alteram uerò etiamdum legendo perlustrare. Porrò autem inter progrediendum nescio quæ uerba cum quadam ex pedisequis faciebat. neque enim tam clarè ut exaudiri posset, loquebatur: uerũtamen tenuiter ridendo, ô Polystrate, dentes ostendebat, Dii boni q̃ albos, q̃ mediocres, q̃ aptè inter se cõstitutos! Si cubi segmentum aut monile uidisti pulcherrimũ nitidissimis & æquali magnitudine pollentibus margaritis confectum, tam concinna decentique serie erãt

enati.

A enati. Plurimū uerò decoris & ornatus illis accedebat ex labiis perpulchrè rubentibus. Elucebant itaque ipsi Homerico ebori recenter secto similes. Neque uerò alii alios deformi latitudine excedebant, aut alii cæteris altius eminebant, aut præcedendo extabant, cuiusmodi in multis est cernere, sed erat una omnibus æqualitas, idemq; color, & magnitudo eadem, eâdem seriè cõnexis. In summa, magnæ admirationis spectaculum de se præbebat, omnẽ humanæ formositatis uenustatem exuperans. POL. Quiesce parumper. Iam enim planè intelligo quam tu mulierem dicas. his omnibus quæ dixisti, atque adeò ex ipsa patria coniecturam facienti mihi cognita est, tum quòd eunuchos quoque illã comi-
B tatos esse confirmasti, & per Iouem etiam milites. Regis uxorem ô beate, illam uidelicet multis nominibus memorabilem tu memoras. LVC. Et quod illi nomen est? POL. Planè & illud nimis dulce & delicatũ ô Luciane, & omnibus modis amabile. Etenim cognominis est formosæ illi Abradatæ cõiugi. Haud dubiè enim nouisti, sæpenumerò audito Xenophonte modestam quampiam & formosam admodum mulierem collaudante. LVC. Sanè per Iouem quasi illam oculis coràm intuerer, ita animo affectus sum quotiescunque eum Xenophontis locum perlego: ac tantùm non illam loquẽtem audio, dum quæ facta sint, commemorat, & quemadmodum maritum armis induat, tum qualis erat
C eundem in pugnam emandans. POL. Atqui tu, ô optime, illam tanquã fulgur prætercurrẽs saltem semel cõspexisti: uiderisq; facilia & prompta illa, nimirum corpus & formã, illustrare laudibus: cæterùm dotes animi quibus prædita est, intuentium oculis non sunt obuiæ: neque compertum habes quanto præcellat ista pulchritudine qua mens illius exornata est, quæq; corporis forma lõgè præstãtior, deabusq; conformior esse solet. At ego, qui & familiaritate illi iunctus sum, & sæpe in colloquium ueni, nimirum conterraneus illi existens, planè earum rerum certus sum. Quippe, quod nec tibi obscurum esse opinor, mihi moris est morum suauitatem, humanitatem, animi magnitudinẽ, modestiam
D & pudicitiam formositati anteponere. Digna enim sunt quæ modis omnibus corporis dotibus anteferantur: quoniam planè absurdum foret, atque factu ridiculũ, si quis uestitus cultum atque munditiẽ præ corpore admiraretur. Porrò autẽ ea mihi demũ omnibus numeris absoluta pulchritudo esse uidetur, quoties in idem concurrunt anima exculta uirtutibus, & corpus amabili forma exornatum. Omnino enim non paucas tibi cõmonstrare possum corporis equidem & formæ elegantia uisendas, & scitulas & nitidas, cæterùm formæ præstãtiam morum fœditate deturpãtes, adeò ut id quod solum in tam speciosa corpore laudandum fuerat, ferè emoriatur atque flaccescat, reprehensioni & tur-
E pitudini obnoxium, ac planè præter dignitatem, heræ tam prauæ, uitiosæ nimirum animæ, conuersans. Et sanè tales templis Aegyptiis iudicio meo uidentur esse persimiles. Illic enim ipsum quidem delubrum forinsecus pulcherrimũ est, simul atque maximum, sumptuosis lapidibus extructum atque cõpositum: cæterùm si intus Deum requisieris, aut simiam inuenies, aut ciconiam, aut hircum, aut felem. Eius generis mulieres non parum multas passim est cernere. Proinde corporis nitor & uenustas non sufficit, nisi ueris & iustis ornamentis decorata & exculta sit. Non autem dico ut uestimentis purpureis & aureis, aut gemmeis monilibus exornata sit, sed iis quæ prædixi, nempe morum elegãtia, uirtute, temperantia, æquitate, humanitate, ac aliis, quocunque tandẽ fine com-

*Panthea scilicet. Vide lib. 6. & 7. pædiæ Cyri.*

*Pulchritudo absoluta.*

*Aegyptiorũ templa ridicula.*

prehenduntur. LVCIA. Proinde ô Polyſtrate ſermonem penſabis ipſa menſu- F
ra (quod aiunt) aut etiam cumulatius (potes enim) ac quãdam animi imaginem
adumbratam nobis oſtẽdes, ne tantùm ex dimidio illam admiremur. POL. Du-
ram & difficilem mihi iniungis prouinciam ô amice. neque enim perinde faci-
le atque promptum eſt, ea quæ obſcura ſunt, oratione retegere, quàm id quod
manifeſtum eſt omnibus, laude extollere. Videor uerò & ipſe ad hanc imagi-
nem exprimendam multorum egens eſſe operæ, nõ fictorum ſaltem & pic-
torum, ſed philoſophorum etiam, ut ad illorum canonem & regulam hoc ſimu-
lacrum rectè abſoluatur, & in lucem ad antiquam plaſticen formatum produ-
*Vocis ſuauitas & ſermonis.* catur. Sed ad rem accingamur. Sit ergo primùm fandi facultate prædita, ac dul- G
ci uoce inſtructa, ut orationem melle dulciorem de illius fluxiſſe uerius quàm
de ſenis illius Pylii cõcionatoris lingua Homerus dixiſſe uideatur. Omnis au-
tem uerborum & loquelæ tonus, cuiuſmodi delicatiſſimus eſſe ſolet, neque ni-
mium graui & aſpero tinnitu inſonet, quaſi ad uirilem uocem informatus ſit:
neque rurſus nimium tenui, quaſi impẽſè effœminatus aut fermè fractus ſit, ſed
qualis eſſe ſolet pueri nondum pubeſcẽtis, dulcis & blandus, comiter & man-
ſuetè in auditum ſemet inſerens, ut etiam illa loqui deſinente, uerba audita iu-
cundo murmure tinniant, ac quædam dulciſſimæ uocis reliquiæ aliquantiſper
perdurent, auresq; blando ſuſurro circunſonent. Tum quandam Echo alter- H
na uocis imitatione auditum prorogantem imitetur, mellitiſſima quædam uer-
borum ueſtigia, neque non perſuaſionis pleniſſima, in animo audiẽtium relin-
quens. Cæterùm quando uoce illa tinnula canere adorta fuerit, præcipuè uerò
ad citharam, tum uerò tempus eſt ex æquo tacẽdi & halcyonibus & cicadis &
canoris oloribus. aliena enim à Muſis hæc ſunt omnia, ſi ad hãc collata fuerint.
Et ſi Pandionis natam dixeris, rudis & inepta eſt, quanquam uocem multiſo-
nam edere ſoleat. Orpheus autem & Amphion (à quibus maximè motos audi-
torum animos eſſe conſtat, quiq; ſyluas & ſaxa ſequentia cantus dulcedine ad
ſe pertraxerunt) illi, ut ego opinor, ſi hanc audiſſent, poſthabitis citharis adſti- I
tiſſent auſcultantes cum ſilentio. Quippe omnes harmoniæ rationes accura-
tiſſimè obſeruare, ut ne quid rhythmus deliret, ſed tempeſtiua decentiq; eleua-
tione atque depreſſione modulari ac emenſurare concentum, præterea uoce
per omnia reſpondere citharæ, utq; plectrum à lingua nõ diſcrepet, aptiq; digi-
torum tactus, & agilis membrorũ flexibilitas, undẽnam hæc ſuppetiſſent huic
Thraci, ac illi in Cithærone boues paſcenti? Itaque Luciane, ſiquando illã can-
tantem audieris, non amplius illatam à Gorgonibus monſtrificam ullam im-
mutationem patieris, lapis factus ex homine, ſed Sirenum modulantium uir-
tutem qualiſnam ſit cognoſces. Ita enim ſat ſcio adductus demulceberis, ut pa- K
triæ ac familiarium tibi obreptura ſit obliuio. Atque etiã auribus cera obſtru-
ctis, per ceram quoque oppoſitam penetrabit iucundiſſimæ uocis modulatio.
tantam cantando uoluptatem audientibus exhibet. Terpſichores aut Melpo-
menes aut Calliopes uocem dixeris, infinita & omnifaria aurium animorumq;
demulcimenta in ſe complectentem. Vt uno uerbo dicam, optarim cum primis
talem mihi & tam concinnam modulandi rationem auditam, cuiuſmodi par eſt
per talia labia & dẽtes illos emiſſam erumpere. Viſa uerò eſt & tibi hæc eadem
quam dico: itaque & auditam eſſe exiſtima. Sed enim exacta & perfecta linguę
eloquentia, ac uocis Ionicæ puritas, tum illa in familiari colloquio extempo-

ralis

A ralis dicendi facultas atque ſuauitas, quæ gratiis Atticis ubique conſperſa eſt & condîta,ne admiranda quidem eſt. Habet enim hoc à maioribus quaſi hæreditario iure patrium, neque alia ratione conueniebat illam in hac peregrinatione Athenienſium eſſe participem. Atqui ne illud quidem admiratione mihi proſequendū uidetur, poëticis lectionibus illam uoluptuoſe oblectari & gaudere,eandémque multo iam tempore ſtudioſe in illis uerſari,quandò unà cum Homero eiuſdem urbis ciuis ſit & incola. Vnam equidem Luciane illius iucundæ & amœnæ uocis ac modulationis imaginē expreſſam eſſe uides,ſi quis tenuiter admodum exprimere ſtuduerit. Iam uerò & alias non oſcitanter cōſi-
B dera. Neque enim unam ſaltem,ſicut tu,ex multis compoſitā conſilium eſt abſoluere, (nā hoc eſſet perexile & ieiunum, tum more graphico abſolutum,ex tot formis tamq; multiplicibus ſpeciebus hinc inde collectam unam corporis pulchritudinem componere,ſibiipſi diſcrepantem) ſed omnibus animi uirtutibus una imago depingatur,imitata formam archetypi. L V C. Diem feſtum & epulas publicas omnifariam inſtructas mihi annuncias, ô Polyſtrate. Videris itaque multo cumulatius menſuram mihi remetiri. Proinde perge admetiēdo. nulla enim nūc res eſt qua perinde mihi poſſis gratificari. POL. Ego,quoniam omnium honeſtarum liberaliumq; diſciplinarum cognitio neceſſaria eſſe puta-
C tur,maximè uerò earū quæ uſu ac meditatione conſtant,age & illam iam conſtituemus multifariam quandā,ac multiplici uenuſtate conſpicuam, ne qua in parte fingēdi artificio te inferiores appareamus. Et ſanè ita pingatur,ut omnia bona comprehenſim poſſideat,quibuſcunque Helicon affatim atque abūdanter affluit: nequaquam uerò ut Clio aut Polymnia, aut etiam ut Calliope,utq; omnes aliæ, quarum unaquæq; unius tantùm rei perita excellenter præcellit: uerùm noſtra omniū ex æquo gnara & prudens ſit: præterea nec minus Mercurii atque Apollinis dotibus prædita ſit. Quæcunque enim poëtæ lepidiſſimis celebrata uerſiculis in lucem dederunt,quæcunque à ſcriptoribus claſſicis lite-
D ris ac memoriæ prodita ſunt, quæcunque philoſophi extulerūt laudibus, hiſce ſimul omnibus imago præclariſſimè exornata ſit. Neque uerò tantùm penicillo obiter colorata,ſed pigmentis penitus imbuta, & ad ſatietatem uſq; tincta ſit. Et ignoſcendum eſt, ſi nullum huius picturæ archetypum queam oſtendere. neque enim uſpiam in ueteribus de eiuſmodi abſoluta diſciplinarum cognitione facta extat mentio. Veruntamen,ſi uidetur,& hæc ſacra ſuperis dedicetur. neque enim,ut mea fert ratio,uſpiam culpari poteſt. L V C. Elegantiſſima profectò,ô Polyſtrate,ac omnibus cum numeris tum lineis abſoluta. P O L. Iam deinceps poſt hanc ipſius quoque ſapientiæ & intelligentiæ imago depin-
E genda eſt. Opus autem nobis erit ad hanc abſoluendam exemplis quamplurimis, præcipuè uerò multis ueteribus, ac uno quidem,& illo Ionico. Cæterùm pictores & artifices illius erunt Aeſchines familiaris Socratis, atque ipſe etiam Socrates,imitandi dexteritate omnes longo interuallo poſt ſe relinquētes, qui aliqua cum gratia & uenere unquam pinxerūt aliquid. Aſpaſiam porrò illam Mileſiam, quācum & Olympius ipſe maximè admirandus conuerſatus eſt, exemplum intelligentiæ non malum proponentes,quāta rerum peritia, quanto in officiis ciuilibus acumine, quanta denique induſtria atque ſolertia perpolita fuerit, hoc omne ad noſtram hanc imaginem tranſlatum accurata amuſſi applicabimus,præterquam quòd illa modica in tabula depicta fuerat,hæc uerò

Coloſſæa pollet magnitudine. LVC. Quorſum iſta dicis? POL. Quoniam ego F
Luciane, nequaquam æqualiter magnas imagines eſſe opinor ſimiles exiſtentes. Nequaquam enim ſimilis eſt uetus Athenienſium Reſp. ac præſens Romanorum potentia. Itaq; etſi ſimilitudine illa reſpõdeat, hæc tamẽ potior eſt magnitudine, ueluti in latiſſimã depicta tabulã. Deinde ſecundũ & tertium exemplum, ſi lubet, producamus, nimirum illã Theano, ac uerſificatricem Lesbiam, unà cũ Diotima. Theano quidem animi magnitudinem ad picturam conferet: Sappho autem inſtitutæ uitæ iucũditatem adferet. Porrò Diotimæ non tãtùm ut illam laudauit Socrates, ſimilis erit, uerùm illi omnibus ingenii ornatiſſimi dotibus comparata reſpondebit. Itaque & hanc Luciane imaginem dedicatam G
ſuſpende. LVCIA. Per Iouem Polyſtrate nimium admirandam. Sedenim tu ô amice alias quoq; benignitatis ac humanitatis imagines perge depingere, quæ morum manſuetudinem, tum placidam erga egentes comitatẽ conſueuit oſtẽdere. P O L. Proinde & illa Theani comparetur illi, nempe Antenoris cõiugi, neque nõ Aretæ, & filiæ eius Nauſicaæ: præterea ſiqua alia in fortunæ indulgentis affluentia animi modeſtiam obtinuit. Deinceps uerò poſt hãc modeſtiæ imago depingatur, ac oſtenſæ erga conuerſantem beneuolentiæ, ut iuxta illam Icari filiam maximè modeſta & pudica ſit, quemadmodum ab Homero adumbrata eſt. Talem enim Penelopes effinxit imaginẽ, atque etiam per Iouem pro- H
pter nominis affinitatẽ, etiam Abradatæ coniugis, cuius paulò antè mẽtionem fecimus. LVCIA. Omnibus profectò modis & hãc præclarè abſoluiſti imaginem ô Polyſtrate: iamq; ferme exprimẽdarum imaginum finem attigiſti. nullas enim animi ac laudum partes prætermiſiſti. P O L. Nondum omnes. ſummum enim & maximæ laudis caput omiſſum eſt. Dico uerò, cum in tãtam rerum magnitudinem euecta ſit, ut neque faſtu ob blandientis fortunæ proſperitatem intumeſcat, neque ultra humanæ ſortis menſuram efferatur, temere fortunæ confidens, ſed ſeruata æquabilitate animi, ſe ipſam cohibeat, nihil procacius aut inſolentius, quod aliis foret moleſtiæ, animo cõcipiens, ſed ut erga ac- I
cedẽtes populariter affecta ſit, ac dextris copulatis eoſdem benignè atq; amanter ſuſcipiat. Tanto enim his quibúſcum ſermonem conferunt, ſunt acceptiores, quanto altiori fortuna euectæ, nihil ſuperbi faſtidii, aut contemptus tragici præ ſe ferunt: ueluti omnes illi qui ſua potentia non in hoc utuntur, ut procaciter cõtemnant alios, ſed potius ut benignè aliorum ſubleuẽt inopiam, illi ſoli acceptis à fortuna bonis maximè digni habendi ſunt: ac ſoli illi inuidentiæ malum poſſunt effugere. Nemo enim facilè ei fotunato inuidebit, quem proſperis
*Iliad. 7.* rebus affluentibus moderato utẽtem animo conſpexerit, neq; iuxta Aten Homericam illam ſuper hominum capita incedentem, ac inferiorem calcantem. K
Quod plerunque euenire ſolet iis qui humili atque abiecto ſunt animo, fortunæ arridentis procacitate intemperanter efferati. Poſtea enim quàm à fortuna nil tale ſperantes, ex improuiſo ſublimes in currum quendam uolatilem euecti ſunt: intra fortunæ mediocritatem conſiſtere nequeunt, neque deorſum elatos torquẽt oculos, ſed ſemper nituntur in arduum. Quare non rarò ueluti Icarus liquefacta illis quamcelerrimè cera, ac alis defluentibus, per præceps in marinos fluctus deuoluuntur, ſpectatoribus riſum exhibentes. Quotquot autem inſtar Dædali, alarum utuntur remigio, neque admodum in ſublime elati uolãt, certè quòd alæ ex cera illis conglutinatæ ſunt, rerum autem abundantiam ad humanæ

A manæ uitæ ſocietatẽ ſubleuandam expromunt, neque nõ contenti ſunt ſaltem ab undis paulo altiores inferri, adeò ut crebrò etiam alas uolando humefaciant, nec ſolis æſtui & feruoribus eaſdem liquefaciendas exhibent, illi tutò iuxtà ac moderatè uolatu utuntur: quẽ curſum quiſpiam & in hac maximis efferre laudibus iure optimo poſſit. Quocirca digniſſimum etiam ab omnibus fructum percipit, optantibus ut hæ alæ quamdiutiſſimè illi permaneant, bonis ſubinde affatim affluentibus. LVCIA. Sic quidem fiat, ô Polyſtrate. neq; enim corporis uenuſtate ſolùm conſpicua eſt, ut Helenam admiranda forma fuiſſe conſtat, ſed animo quoq; lepido & amabili talibus expolita dotibus ſpectantes ad
B ſe allicit. Digna uerò magno illo rege, manſueto exiſtente & affabili habenda eſt, ut hac quoque præcipua fœlicitatis parte cum aliis bonis innumeris quibuſcunque ampliſſimè inſtructus eſt, fruatur: ut ſub illius imperio ea quoque forma & uirtute mulier nata ſit, & quæ cum illo conuerſans arctiſſimo deſiderio eum complectatur. Quippe haudquaquam mediocris fœlicitatis mulier exiſtimanda eſt, de qua aliquis Homericum illud cõmodiſſimè dicere poſſit, quod eum aurea Venere de formoſitatis palmario contendere poſſit, ingenioſis autem operibus Mineruam æquiparare. Neque facilè quiſpiam ex omni mulierum numero aliquam illi comparabit neque corporis neque ingenii gloria, ut
C idem ait Homerus, neque item mente, & artificioſis operibus. POL. Vera ſunt quæ dicis ô Luciane. Quare ſi conſultum factu tibi uidetur, commixtis iam in unum imaginibus, & ea quam tu corporis effinxiſti, & iis quibus ego mẽtis ingeniiq; dotes adumbraui, unam ex omnibus compoſitam collecto libello omnibus contemplandam admirandamq; exhibeamus, & iis qui hoc ætatis degunt apud ſuperos, tum etiam illis qui paulò pòſt futuri ſunt. Itaque longè, ut mea fert opinio, hæc erit ſtabilior & diuturnior, quàm ulla fuit aut Apellis imago, aut Parrhaſii, aut Polygnoti. Eáque ipſa multo plus gratiæ ſpectantibus exhibuit, quatenus non ex ligno aut cera aut coloribus formata, ſed ſolertia
D atque induſtria à Muſis ad hoc adſcitis expreſſa eſt: quæ haud dubiè imago omnium accuratiſſimè abſoluta futura eſt, & corporis elegantiã, & uirtutes animi iuxtà contemplandas oſtendens.

## PRO IMAGINIBVS,

### Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

*Apologia hæc eſt eorum quæ ſuperiore dialogo, nimio extollendi ſtudio, ultrà quàm decet, ac pium eſt, de Panthea dicta uideri poterant. Priore igitur loco Polyſtratus accuſationem ac reprehenſionem Pãtheæ recenſet, quæ hiſce duobus capitibus potiſſimùm continetur. Primo, quòd immodicè ac nimium illam laudarit Lu-*
E *cianus. Deinde quòd etiam cum Dijs illam cõpararit: quorum prius contra modum atque officium uerè laudantium ſit, & adulatoris ſpeciem præ ſe ferat: alterum uerò etiam impium, & periculoſum, & ab illius natura & ingenio alienum: adeoq; contraria ſibi ipſi facere Lucianum, qui cum tantum illius modeſtiã prædicet, interim ultra Deos eandem efferat. Hanc accuſationem poſtea etiam ex ſua perſona confirmat Polyſtratus, hortaturq; ut ſcriptum ſiue encomium hoc mutet. Ad quæ Lucianus ita reſpõdet, primum, ut dicat ſe neq; adhucdum ſatis laudaſſe illam, nedum nimium: & quicquid huius fecerit, ex libertate atq; officio laudatorum feciſſe: neq; hoc adulatorũ eſſe: nam alia ratione alioq; fine adulatores laudare, atq; uerè laudantes. eaq; omnia exemplis ac rationibus oſtendit. Alterum autem, quòd illam cum dijs contulerit, ita defendit, non eſſe in eo aliquam impietatem, aut inſolentiam. Neq; enim illam cum Dijs ipſis, ſed cum eorum imaginibus ac ſtatuis comparaſſe. Deinde etiam ſi hoc feciſſet, aliorum tamen exempla extare, quibus factum hoc ſuum tueatur, qui non modò homines cum Dijs contulerint, ſed & Deorum nomina ſibi uſurparint. Ideoq; non eſſe periculum hinc aliquod metuendum, cum idem antea tam multi etiam philoſophi fecerint.*

EGO, Luciane, inquit mulier, aliàs quidem magnam tuã erga me beneuolentiam euidẽter perſpexi: tum etiam honorem ex libello edito per te mihi habitum, non obſcurè animaduerti. Neq; enim ita effuſe quiſpiam me laudaret, niſi beneuolentia adductus talia ſcriberet. At ut neſcius non ſis quo ego ſim animata animo, ſic de me planè perſuaſum habe. Neque aliàs quidẽ hominibus ad aſſentandum eruditis gaudere ſoleo, ſed qui ſunt eiuſmodi, ſubdoli præſtigiatores mihi eſſe uidẽtur, ac minimè natura liberi. Cęterùm in laudibus quoties quiſpiam præter modũ me extulerit, moleſtis ac immoderatis amplificationibus attollens atq; exaggerãs omnia, pudore quodam afficior, nec parum abeſt quo minus ferè ſemper aures obſtruere ſoleam. Eaq; res ſubſannatione magis & riſu quàm laude mihi digna uidetur. Eatenus enim laudes tolerabiles atque ferendæ ſunt, quatenus ille qui laudatur, ſibi conſcius eſt, ab his quæ dicuntur, ſe non diſcrepare, ſed parem eſſe encomio. Quodcunque ſuper hoc additũ fuerit, alienum eſt, & apertæ aſſentationis ſuſpicione nõ carebit. Atqui ego permultos noui, inquit, quibus uoluptati eſt ſi quis eos laudibus cohoneſtãs, etiam ea orationi adiecerit, à quibus longè lateq; alieni ſunt: ueluti ſi quis confectæ ætatis uetulos ob iuuenilium annorum uigorem felices pronunciauerit: aut illis qui informi ſunt corpore, Nirei aut Phaonis adiungat pulchritudinem. Siquidem arbitrantur immodicis laudũ teſtimoniis ſuas formas immutatum iri, & ſenem denuo repubeſcere. qua in opinione Peliã quoque fuiſſe non ſum ignara. Hoc uerò longè ſecus ſe habet. nam laus res eſſet quantiuis præcii, ſi illa quoq; re perinde frui poſſemus ex eiuſmodi dementiente ſuperiectione. Iam uerò tale quiddam mihi pati uidentur, inquit, ita falſò laudati, ac ſi quis cuipiam turpi facie atq; deformi, laruam admodum uenuſtam afferẽs apponat, porrò ille ob pulchritudinem ſibi uehementer placeret, præſertim cum hæc ab illo auferri poſſit, & ab occurrẽte cõminui: unde maiori quoque riſu ſubſannãdus foret, natiuæ faciei deformitate detecta, quã adſcititia forma occultauerat. Aut per Iouem, ſi quis puſilla ſtatura exiſtẽs, indutis cothurnis ſuper magnitudine contendat cum iis qui toto cubito ex æquo illi collati eum excederent. Mentionem faciebat & huiuſmodi cuiuſpiam. Aiebat mulierem quandam ex matronis primariis, aliàs quidem pulchram & lepidam, corpore autem puſillam, & cui multũ de iuſtæ ſtaturæ menſura deeſſet, à quodam poëta carminibus celebratã, cum ob alias quidem uirtutes quamplurimas, tum quòd forma eſſet ſcitula, & corpore magno & prægrãdi: cuius ſtaturã & longitudinis rectitudinẽ aſſentator ille Populo conferre non dubitabat. Cæterùm illam laudum illecebris uehementer lætatam eſſe, quaſi mẽdaci carminis aſſentatiuncula aliquid exiguo corpuſculi modulo acceſſiſſet: manumq; geſtiendo concuſſiſſet. Porrò autẽ poëtam hoc illi crebrius occinuiſſe, cũ uideret mulierem laudibus uehemẽter delectari: donec quiſpiam ex præſentibus admoto ad aurem eius capite, dixiſſet illi, Deſine ô amice, ne mulierem etiam exurgere facias. Non diſſimile quiddam huic, multo tamen magis ridiculum affirmabat feciſſe Seleuci uxorem Stratonicen, quæ poëtis oblato talento certamen propoſuit, quicunque maiori arte atque ingenio eius comam laudibus illuſtraſſet. Atqui caput habebat turpi deformatum caluitio, cui ne pauci quidem capilli inerant. Sedenim cum deformiter calua eſſet, omnibus exploratum habentibus,

*Stratonices caluitium.*

A bus, ex diuturno morbo ægrotanti capillos defluxisse, nihilo secus tamen audiebat à poëtis execrandis illis assentatoribus, hyacinthinos illius crines dicentibus, & molles quospiam capillorum globos nectentibus, ac apijs nusquam existentem cæsariem comparantibus. Itaque hæc omnia deridebat, unde adulandi materia assentatoribus suppetit. Addebat præterea illud non in laudibus tantùm usuuenire solere, sed in picturis quoq; easdem assentandi & decipiendi occasiones homines studiosè quærere. Gaudent enim, inquit, mortales pictoribus, cum primis uerò illis, à quibus paulo formosiores depicti sunt. Esse autem nonnullos, qui eiusmodi artificibus iniungerent etiam, ut aut aliquid
B deformitatis aut magnitudinis naso detraherent, aut oculorũ nigritiem atriorem depingerent, aut aliud quiddam quod suæ formæ adiectum concupierint. Deinde fraudulenter imponunt alienas imagines coronantibus, quæ nullo modo illis respondent similitudine. Hæc atque eiusmodi dicere solebat, alia quidem in libello tuo collaudans, hoc unum autem minimè sufferens, quòd illam deabus Iunoni atq; Veneri comparaueris. Longè enim ista meçait, aut potius omnem humanam naturam excedunt. Cæterùm ego ne illud quidem unquã in uotis habui, ut priscis heroidibus, nimirũ Penelopæ & Aretæ & Theani meam formam conferret: tantum absit ut Deabus omniũ maximis & præ-
C stantissimis cõparari postularim. Etenim uehementer, inquit, res diuinas horreo, atque superstitioso animo reuereor. Itaque periculum est, ne ut Cassiepéa eam laudem cupidè ac desiderãrer affectasse uideat. Atqui Nereidibus hæc tantùm formæ præstantia opponebatur, Iunonem & Venerem religiosè coluit. Quocirca, Luciane, ista te facta recantatione iussit transcribere, aut ipsas Deas testatura est hæc ipsa se inuita per te scripta esse. Te autem scire uoluit, quòd libello non mediocriter discrucietur ita propalam obambulãte, ut nunc is à te informatus est, non nimium piè neque sanctè admodum Deorum cultum perdocens. Existimabat uerò ab omnibus se uisum iri non uulgari pecca-
D to obnoxiam, si sustineret Veneri Gnidiæ aut Hortensi se dici similem. Quare te eorum quæ libelli tui in extremis à te de illa prolata sunt, iussit ut submonefacerem, quibus eius animi moderationem omnis fastus nesciam testatus es, quippe quæ super humanam mensurã semet non efferret, sed terræ uicina seruata mediocritate uolaret. His ille dictis, nunc sui oblitus super ipsum cœlum mulierem extollit, Deabus illam assimilans. Postulat uerò à te ne semet Alexandro incogitantiorem esse putes, qui architecto quopiam pollicẽte se Atho totum transformaturum, & ad eius simulachrum accommodaturum, ut totius mõtis uastissima moles regis effigiẽ obtineret, duas in manibus urbes habẽtem:
E tã prodigiosis pollicitationibus nõ accessit animo, sed opus architecti uiribus maius esse opinatus, hominis temerariam audaciam compescuit, nõ admodum credibiliter Colossorum magnitudinẽ effingendo assequentem. Iussit itaq; ut suo loco Atho intactũ relinqueret, neq; montem ita magnũ ad tam parui corpusculi similitudinẽ imminueret. Laudabat autẽ Alexandrũ animi magnitudinis, dicens illũ sibi hoc facto maiorem statuam q̃ Atho erexisse in hominũ animis, apud quos eius rei memoria nunquã esset intermoritura. neq; enim parui aut abiecti erat animi, honorẽ adeò amplum atq; inusitatũ contemnere. Quin se quoq; tuum figmentum laudare aiebat, neq; non imaginum industriam admirari: cæterùm similitudinem non agnoscere. Quippe nequaquam dignam esse

tãtis ac talibus,& minimè harum esse affinem,sed ne aliam quidẽ mulierem ul- F
lam ad eas posse aspirare. Itaq; libenter tuos admirandos honores ei habitos tibi
remittit,teq; orat ut natiuo ac proprio archetypo suam faciem adumbres, utq;
humano more illam laudibus illustres, neq; pedis modũ excedat calceus: ne os
quoq; mihi,inquit, fortè illi occurrẽti obturet. Illud quoq; ut tibi exponerem,
mihi in mandatis dedit. Audio,inquit,multis confirmantibus(num autẽ uerum
sit, uobis uiris exploratè compertum) neq; uictoribus Olympicis maiores cor-
pore statuas erigi cõcessum esse,sed curæ esse Hellanodicis,ut ue unus quidem
ueritatem excedat temere,atq; exactissimè statua expendatur ad athletæ certa-
men, & corporis quantitatem. Quocirca tibi uidendũ est,inquit, necunde mẽ- G
tiendi caussam sumamus in mensura, ac deinde Hellanodicæ uestram subuer-
tant imaginem. Hæc profectò ab ipsa dicta sunt. Cæterùm tu Luciane eam co-
gitationem suscipe, ut diligenter consideres, quo pacto libellum mutatũ aliter
exornes, eáque auferas,ne impietate adductus in Deos flagitiose pecces,ueluti
ipsa omnium grauissimè ista tulit, ac planè inter legendum inhorrescebat ani-
mo,ac deas ut sibi essent propitiæ,suppliciter precabatur. Et sanè ignoscendum
est si muliebre quiddam passa est. Atqui si ueritas non diffitenda est, ego mihi
ipse tale quiddam dixisse uisus sum. Quippe initiò audiens delictum non ani- H
maduerti,oculos in scripta defixos habens. Postea uerò quàm illa mihi fecit in-
dicium, incipio & ipse sentire de illis non dissimilia. Ac propemodum consi-
mile quiddam passus sum,quod in iis quæ intuemur, sæpenumero nobis eue-
nit. Contemplantes enim quippiam in propinquo sub ipsis oculis cõstitutum,
nequaquam accuratè peruidere possumus: at si iusto interuallo disiuncti illud
intuemur,omnia liquidius comparẽt obtutui,& quæ bene,& quæ secus se ha-
buerint. Iam hanc hominem existentem Iunoni conferre ac Veneri, quid aliud
est quàm præfractè eleuare tãtarum Dearum existimationem? Siquidẽ in eiusmodi comparationibus non tam quod modicum est,collatione crescit & ma- I
ius fit,quàm quod maius est,imminuitur,dum ad id quod uilius fuerat, pertra-
hitur. Exempli gratia,si duo pariter incederẽt, alter quidem corpore prægran-
di,alter uerò per ætatem admodũ exiguo, penè humi repens, tãdem si æquan-
di essent,ne alter alterum longitudine excederet:illud nunquã breuiore quan-
tumuis semet extendente fiet,etiam si summis pedibus ipse semet arrexerit. At
si eadẽ ipsis longitudinis obtinenda est æqualitas,maior ille demittat caput ne-
cesse est,ac se humilioré ostendat oportet. Non secus in eiusmodi accidit ima-
ginibus. neq; enim perinde tantis incrementis hominis uirtus augetur Deo cõ-
parati,quàm Dei magnitudo imminuitur,ad id quod uilius est,inæqualiter de-
riuata. Atq; si quis terrestriũ imperitus ad cœlestia oratione temere raperetur, K
minoré ille suspicandi caussam præstaret hominibus,hoc à se impietatis impul-
su factũ esse. Sedenim tibi nulla fuit necessitas,tot mulierum speciosissimarum
pulchritudinibus extãtibus,hanc tam audacter cum Venere atq; Iunone com-
parandi. Itaq; uide Luciane,quo pacto hac tam graui inuidia te & illam exone-
res. Neq; enim ualde hoc moribus tuis familiare est,qui ne aliàs quidem ad lau-
dandum facilis ac propensus esse consueuisti:at nunc nescio quo fato impulsus
tam subitò mores mutaris tuos,omnem laudum mediocritatem excedendo. Et
qui hactenus laudum eras parcissimus, nũc in eisdem effundendis omnium ap-
pares intemperantissimus. Sed ne hoc quidem dedecori tibi fore putato,si ora-

tionem

A tionem iam editam adhibita lima retractes: quandoquidem hoc Phidiã quoq; feciſſe perhibent, quo tempore apud Eléos Iouem iam abſoluerat. Stetiſſe enim illũ poſt ianuam, ubi primũ opus in lucẽ productũ hominibus uiſendum oſtendiſſet, ſubauſcultaſſeq; quid quiſq; ſpectantium laudaret aut reprehenderet. Cæterùm hic quidem nalum reprehẽdebat, quaſi plus æquo craſſioré: alius uerò faciem tanquam oblongam: tertius aliud quiddam pictori uertebat uitio. Deinde digreſſis ſpectatoribus, rurſus Phidiam ſemet concludẽtem correxiſſe, atq; ad multorum opinionem & iudicium imaginẽ emendaſſe. Neq; enim mediocre aut contemnendum eſſe exiſtimabat populi tam numeroſi conſiliũ, ſed
B hoc ſibi perſuaſerat neceſſariò fore, ut multi ſemper plus q̃ unus peruiderent: tametſi ipſe ſemet Phidiam eſſe non ignorabat. Hæc tibi ab illa uenio adferẽs, quæ & ipſe non poſſum non probare, ac tibi ſuadere ut facias, qui & ſingulari familiaritate & beneuolentia tibi coniunctus ſim. LVC. Hactenus quidẽ ignoraui Polyſtrate, te tantum eſſe rhetorem. Itaq; orationem ita prolixam, accuſationem ita uerboſam aduerſus libellum meum effudiſti, ut nullã parandæ apologiæ ſpem mihi feceris reliquam. Verùm enimuero in hoc forenſis iudicii rationem & morem egreſſi eſtis, cum primis uerò tu, quòd lucubrationẽ meam indicta cauſſa condemnaueris, non aſſiſtente illi patrono. Facillimum autẽ ut
C opinor, illud eſt, iuxta paroemiam, ſolum currentem uincere. Itaq; nihil mirandum eſt ſi nos comprehenſi ſimus, neque aqua nobis effuſa, neque reſpondẽdi facultate conceſſa. Quin potius illud omnium eſt abſurdiſſimum, ſi uos & accuſatoris & iudicis officio iuxtà functi eſtis. Vtrum ergo uis, ut rebus iam ſenatuſconſulto decretis cõtentus quieſcam, an potius iuxta Himeræũ poëtam, palinodiam quandam cõſcribam? Aut dabitis mihi prouocãdi copiam ad aliud iudicium? POL. Sanè per Iouem, dummodo habeas quod probabiliter & iuſtè ad obiecta reſpõdere poſſis. Neq; aduerſariis præſidentibus, ut tu ais, ſed amicis cognoſcentibus cauſſam perorabis tuam. Ego uerò unà tecum iudiciũ perpende-
D re quoq; paratus ſum. LVC. At hoc me non mediocriter conturbat Polyſtrate, quòd illa non præſente cauſſa mihi dicenda ſit. Etenim hoc longè fuerat præſtabilius. Nunc uerò mihi iuſſo uelim nolim neceſſarium eſt defenſionem aggredi. At ſi pollicitus fueris te talem mihi fore apud illam internũciũm, qualem illius apud me egiſti, audebo iactare aleam. POL. Enimuero illius rei gratia bonum habe animum Luciane, quòd me non malum habiturus ſis in defendẽdo reſponſorem aut interpretem, ſi quampauciſſimis dicere conatus fueris, quò facilius memoria complectar ſingula. LVCIA. Atqui admodum mihi opus fuerat oratione longiſſima ad tam uehemẽtem & acerbam accuſationem refellen-
E dam. In tuam tamen gratiam quantum potero defenſionem decurtabo. Itaque illi hæc à me annuncianda curabis. POL. Nullo modo Luciane, ſed tanquam illa præſente orationem habebis. Deinde ego te apud illam imitabor. LVC. Proinde quandò ita tibi uidetur Polyſtrate, illa præſtò eſt, eáque prædixit uidelicet, quæcunque tu ab illa mihi annunciaſti. Nobis autem ſecunda oratio exordienda eſt. Et ſanè non uerebor hoc tibi palàm facere, quod mihi accidit. Neſcio quam mihi trepidationem incuſſeris, ut planè meticuloſo ſim animo: &, quemadmodum uides, iam totus ſudo & horreo, ac tantùm nõ illam uidere uideor, ipſaq; res magnã mihi iniecit perturbationem. Attamen incipiã. neq; enim illa iam præſente mihi patet locus effugii. POL. Verùm per Iouem ma-

gnam uultu præ ſe fert benenolétiam. Viden' ut læta ſit atque alacris, & man- F
ſueta animo? quare ſumpta audacia animo præſenti oratione aggredere. LVC.
Ego te, fœminarum præſtantiſſima, mirificè, ut ais, & præter modum lauda-
ta, non uideo quo tanto præconio tuas uirtutes extulerim, quanto te ipſa no-
bilitaris encomio, cum deorum cultum ita in magnis ponere ſoleas. Hoc enim
ferme omnibus quæ à me dicta ſunt, maius eſt atque excellétius. Et precor ut
benignè mihi des ueniam, quòd neque hac adſcripta imagine te honeſtarim,
quæ obſtante ignorantia nunquam mihi in mentem uenit. Neque enim aliam
ante hanc depinxiſſem citius, non ut hæc adiuncta aliquo modo reliquas ex-
celleret, ſed mihi multo minus dixiſſe uideor, quàm rei dignitas exigebat. Igi- G
tur conſidera quantum à me ſolidæ laudis teſtimoniū prætermiſſum ſit, quan-
ta ſignificatio ad faciendum indicium uitæ optimæ & mentis probatiſſimæ ne-
glecta. Nam quibuſcunque moris eſt deorum immortalium numina non ne-
gligenter colere, illi quoq; in humanis actionibus optimi cenſendi ſunt. Itaque
ſi omnis oratio retexta deintegro mihi exornāda foret, & imago emendanda,
nihil eſſet quod perperam adimere auderem: illud uerò eſſem additurus, tan-
quam totius corporis caput atque faſtigium. Magnas ergo me tibi gratias de-
bere hoc nomine non diffitebor. Siquidem ego cum animi tui moderationem
laudaſſem, & quòd nihil procacitatis aut inſolentiæ aut faſtus tanta tibi conci- H
liaſſet rerum magnitudo: his tu in oratione mea reprehenſis, uerā laudandi ra-
tionem compleuiſti. Quippe tales laudationes non auidè arriperè, ſed hiſce au-
ditis rubore affici, easq; maiores eſſe teſtari, quàm ut tuæ mediocritati conue-
niant: moderati & popularis animi eſt indicium. At tu quanto impenſius hoc
erga laudes affecta es animo, tanto te digniorem eſſe oſtendis, quæ immodicis
laudibus certatim celebreris. Ac penè tibi res iuxta Diogenis cecidit ſentētiam,
qui interrogante quopiam, quo pacto quis gloriam potiſſimùm cōſequi poſ-
ſet: ſi gloriam, inquit, contēpſerit. Dicerem nimirum & ipſe interrogante me
quopiam, quinam laude digni eſſent, maximè quotquot laudari grauatè ferūt. I
At hæc aliena ſunt, & præſenti inſtituto parum reſpondētia. Cæterùm de quo
mihi reſpondendi cura incumbit, illud eſt, quòd Veneri Cnidiæ, atque ei quæ
in hortis eſt, ad hæc Iunoni & Mineruæ formam tuam effingēs comparauerim.
Hæc inquam tibi omnem modū excedere, & ultra pedē uiſa ſunt. Ad hæc iam
mea delabetur oratio. Et ſanè uetus uerbum eſt, poëtas atque pictores eſſe li-
beros. Ego uerò laudantes maiori libertate dignos eſſe cenſeo, tametſi humi
aut greſſim incedant, quemadmodum nos, nec ulla uerſiculorum inferantur
magniloquentia. Eſt enim laus res quædam libera, cuius licentia nullis menſu-
ræ aut magnitudinis aut breuitatis legibus adſtricta eſt, ſed in hoc ſolo præ o- K
mnibus elaborat, ut admirandum, ut omniū amore dignum declaret eū quem
laudauerit. At ego hac uia non incedam, ne imprudens ductu imperitiæ hoc ti-
bi facere uidear. Illud autem puto tibi non obſcurum eſſe, eiuſmodi nobis eſſe
laudatoriarum orationum occaſiones, quemadmodum oporteat laudātem uti
ad demonſtrandum comparationibus, imaginibus, atq; ſimilitudinibus. Et fer-
me ſumma in hoc ſita eſt rectè aliquid adumbrandi & effingēdi, quòd ita opti-
mè iudicari poteſt, non ſi quis quiddam cum ſimilibus compoſuerit, neque ſi
cum eo quod uilius eſt, illud cōparauerit, ſed ſi id quod effertur laudibus, quàm
poterit effuſiſſimè ad excellentioris archetypum extulerit. Exempli gratia ſi

quis

A quis canem laudaturus,eundem dixerit uulpe maiorem esse,aut fele, nunquid ille laudandi rationem tibi callere uidebitur? non utique dixeris. Sed neque quanquam lupo illum æqualem esse dixerit,admodū laudauit magnificè. Sed ibi tandem uera laus absoluitur,si canis leoni similis esse perhibetur & magnitudine,& membrorum robore: ueluti Orionis canem laudans poëta,leonicidam illum esse affirmauit. Et hæc perfecta laus canis est. Rursus sicui Milonem Crotoniaten, aut Glaucum illum ex Carysto,aut Polydamantem laudare foret animus,ac tandem unumquenque illorum muliere robustiorem fuisse perhiberet,nónne iure optimo ob laudis uecordē stultitiā deridendus esset,quem
B si unius uiri fortitudinē excessisse dixisset, neq; tamē hoc ad cumulatā laudem suffecisset? At quibus laudibus ille eminentis ingenii poëta Glaucū extulit,neq; Pollucem robustissimum cum eo ex aduerso manus ausurum conferere,neque ferreum & animosum Alcmenæ filium: uides cuiusmodi illum Diis comparauit, quin potius ipsis imaginibus illum q̄uerissimè expressit? Et neq; Glaucus ipse indignanter tulit Deis inter athletas primariis collatus celebrari,neque illi ulti sunt aut Glaucum,aut poëtam,quasi impiè & contumelioſē in Deos circa laudes agentem, sed utrique in magna fuerunt gloria, & apud Græcos honore & gratia floruerunt, alter quidem ob præcipuum inusitati roboris speci-
C men,nempe Glaucus: poëta uerò cum propter alia,tum in primis propter doctissimi carminis editionem. Itaque ne mirandum tibi ueniat,si & ego assimilare uolens, quod laudanti perneceſſarium est, exemplo altiori usus sim, oratione illud subiiciente. Postea uerò quàm & in assentationis mentionem incidisti, confirmans te homines assentatione gratiam eblandientes habere odio, laudo te equidē: nec aliter fieri cōueniebat: sedenim ego tibi & laudantis opus & adulatoris dementientem superiectionem discernere & diffinire uolo. Itaq; assentator quæcunque sui compendii gratia laudat: nulla ueritatis ratione habita,ea omnia immodicis laudibus extollenda esse existimat. Impudēter autem
D mentiendo,plura addit de suo,adeò ut non uereatur Thersiten quoque forma turpissimum, ipso Achille pulchriorem esse ostendere, ac Nestorem inter omnes eos quotquot ad Ilium pugnaturi uenerant,natu esse minimū. Persanctè quoq; deieraret Crœsi filiū acutiori auditu esse præditū Melampode,præterea Iphnea acutius cernere quàm Lyncea, dummodo spes aliqua consequēdi lucri ob mendacium appareat. Porrò autem laudator nequaquam mentitur,aut addere solet aliquid quod in totum in laudato non cōpareat: sed ea quibus natura præditus est bonis,tametsi nō admodum magna sint, extollit, ac maiora cumulatioraq; esse ostendit. Nec dubitaret dicere,equum laudare uolens, natura
E leuem (ut ea scimus esse animantia) & cursu ualentem:

Ille per intactæ segetis uel summa uolaret
Gramina,nec teneras cursu læsisset aristas.

Rursus nō formidaret dicere uelocipedum cursus equorū. Præterea si domus elegans & sumptuosissimè exornata illi laudibus illustranda foret, nihil hæsitabundus diceret: Talis & intus erat magni Iouis aula suprema.

At hunc uersiculum assentator etiam subulci scrophipasci sordidissimo tugurio accōmodare auderet, siqua modò muneris à sybota recipiendi spes reluceret: ueluti Cynæthus ille Demetrii Poliorcetæ assentator,cū iam omnes assentandi rationes & uias sua parasitatione cōsumptas cerneret, laudare solitus est

Demetrium,quem frequens tussis molestissimè infestabat,quòd dulciter atque F
modulatè tussiendo sonaret. Non solùm autem hoc discrimine uterq; ab alte-
ro internosci potest, quòd ii qui ad assentationem eruditi sunt, non uereantur
ad gratiam laudatorum inuerecūdè mentiri : laudatores uerò,corporis animiq;
dotes plus iusto extollere:sed & in hoc non mediocri interuallo inter se discre-
pāt, quòd assentatores ubicunque potuerint, immodicis utuntur hyperbolis:
porrò autem encomiastæ in hisce utendis moderationem magistram sequūtur,
ac intra certos fines se cohibent. Hæc sanè perpauca ex infinitis adduxi adula-
toris & ueri laudatoris signa atque discrimina, ne omnes quotquot aliorum
concinnandis studeni præconiis,innocenter in suspicionem à te rapiantur, sed G
diligenter discernas, atque utrunque proprio pede ac modulo metiaris. Age
itaque si uidetur,& ea quæ à me dicta sunt,ad utriusque canonem expende,ut
cognoscas num rectius huic an illi sim conferendus. Siquidem ego si inama-
bilis atque odiosæ formæ cascam quandam Cnidio simulachro comparassem,
meritò præstigiatoris uituperationem apud te incurrerē, ipsoq; Cynætho adu-
lantior esse iustissimè existimarer. Sin uerò eam quā omnes eiusmodi esse non
ignoramus,non erit mihi uehementer uitio uertēda ista audacia. At dices for-
tasse,aut potius iam dixisti, Quod ad pulchritudinē laudādam attinet,tibi con-
cessum sit: sedenim conueniebat laudem nulli inuidiæ obnoxiam facere, neq; H
deabus immortalibus hominem me existentem comparare. Ego uerò(eò enim
adducor,ut uerum reticere nō possim)te ô præstans animi mulier,nequaquam
Deabus comparaui, sed eximiorum artificum monumentis atque operibus ex
lapide aut ære aut ebore confectis. Iam ea quæ hominum elaborātur industria,
hominibus assimilare, impium esse non arbitror. Nisi forte tu Minerυam esse
suspicata sis simulachrum illud cuius auctor atque opifex extitit Phidias: aut
hoc cœlestem Venerem,quod in Cnido non ita pridem penicillo & coloribus
adumbratum fabricauit Praxiteles. At uide ne absurdum sit talem de deabus
opinionem animo concipere, quarum ueras imagines nulla (ut ego arbitror) I
humana industria aut imitatio potest assequi. Quòd si etiam maximè illis te as-
similassem, non meum hoc erat inuentum, neque ego primus hanc laudandi
uiam inueni aut aperui, sed Poëtæ sanè multi & eximii, cum primis uerò Ho-
merus conciuis tuus, quem etiam nunc ab inferis excitabo, ut suo me tueatur
patrocinio: neque periculum est ne & ipse unà mecum capiatur. Itaque ipsum
interrogabo,aut potius te illius loco, (etenim crebra lectione monimēta ab il-
lo multis uigiliis elaborata, percurris:quod præclarè facis) quid tibi illud uide-
tur,ubi de captiua Briseide sic loquitur, quòd aureæ Veneri similis Patroclum
*Iliad.τ.* occisum defleuerit? Deinde paulò pòst,quasi parum esset illam Veneri formo- K
sitatis elegantia parem esse,addit ita inquiens,

Sic itaq; est mulier lachrymans effata Deabus Consimilis.

Hæc ergo quoties dixerit,num propterea illum odio prosequeris, ac librum è
manibus proiicis, an potius illi eam in laudando libertatem permittis ? Atqui
etsi tu illi eandem non permiseris,tamen tanta seculorum series atq; uetustas il-
li concessit, neque unquam inuentus est qui hoc in eo malitiosè reprehēderit,
neque ille qui eius imaginē flagellare ausus est, neq; qui uersiculos nothos atq;
suppositititios censoria uirgula aut obeliscis notare aggressus est. Iam si illi per-
missum est mulierem barbaram insuper & plorantem aureæ Veneri compara-
re,ego

A re,ego ut pulchritudinem taceam, propterea quòd non ſuffers coràm laudari, non comparem Dearum imaginibus mulierem lætam & hilarem, & cumplurimum ridentem ſuauiſſimè, quod homines cum Diis commune habent? In Agamemnone uerò laudando uide quãtum Deorum exiſtimationi parſerit,& quàm undique ad concinnitatem imagines ſumptas à Diis exprompſerit,quem *Iliad.β.*
& oculis & capite Ioui ſimilẽ eſſe perhibet, porrò Marti cinctura, pectore autem Neptuno, diuidens hominem penè membratim,ad tantorum Deorũ imagines collatum. Et rurſus hunc homicidæ Marti ſimilem eſſe ait,ac alium alio Deo conferens, deiformem Phryga illum Priami filium quoties eſſe oſtendit!
B Sæpenumero Deo ſimilem Pelidam pronũciat. At rurſus ad muliebria exempla regrediar. haud dubiè enim illum alicubi dicentem audiſti,

Hæc pulchræ eſt ſimilis Veneri ſimul atque Dianæ. *

**In græco cõdice hic additur,* κοὐδ᾽ὅτι κ᾽ ἄϛπεμις ἔῃσι νοεῖν ὄψιν θεοῖϛ.

Non ſolùm autem ipſos homines Diis componit, uerùm Euphorbi quoq; comam aſſimilauit Gratiis,& hanc ſanguine madentem, & puluere deturpatam. In ſumma,earum rerum tanta eſt apud Homerum copia, ut nulla ſit pars poẽſeos quæ non diuinis comparationibus exornata ſit. Itaque aut hæc ueluti perperam ſcripta expũgantur,aut mihi ſimilia audendi libertas non intercludatur. Tanta uerò eſt in ſimilitudinibus & cõparationibus adducẽdis licentia,ut Ho-
C merus etiam Deas ipſas non dubitarit laudare ab inferioribus. Nam Iunonis oculos bouinis comparauit: alius autem quiſpiam Veneris palpebras compoſuit uiolis. Nam auroram rhododactylũ quis ignorat uel ex iis qui minimum operæ in euoluendo Homero ponunt? Atqui quod ad formam attinet,planè temperanter & moderatè mihi factum uidetur, ſiquis Deo ſimilis eſſe perhibetur. Verùm quo numero illi comprehendẽdi ſunt, qui deorũ cõpellationes imitati ſunt, ac Dionyſii, & Hephæſtiones, & Zenones,& Neptunii, & Mercuriales nominati ſunt? Fuit quædã Latona Euagorę Cypriorum regis uxor,nec tamen Dea indignata eſt,quanuis illã in lapidẽ, quemadmodũ Nioben,potuiſſet con-
D uertere: Vt ſilentio prætereã Aegyptios,qui tametſi ex omnibus gẽtibus Deos habeant infeliciſſimos,diuinis tamen nominibus ad ſatietatem uſque utuntur. penè itaq; plurima pars è cœlo illis pertracta eſt. Quare nihil eſt quod ob laudem hanc ulla animi conſternatione perturbata ſies, ultionem aut ſupplicium à ſuperis metuẽs. Nam ſiquid in eo libello aduerſus Deos peccatum eſt,tu extra noxiam es, niſi putes & in auditione culpã quandam eſſe: de me uerò deorum ultio ſumptura eſt ſupplicium,poſteaquam ante me Homerũ & alios poëtas irati ſuperi ulti fuerunt. At nondum philoſophorum omnium principẽ punierunt, qui hominem Dei ſimulacrum eſſe teſtatus eſt. Multa adhuc ad te di-
E cenda ſuperſunt, attamen huius Polyſtrati gratia dicendi finem faciam,ut dicta noſtra facilius memoria repetita tibi referre poſſit. POL. Haud ſcio Luciane, num hoc mihi amplius promptum factu ſit. tam enim uerbaſè iſta proloquutus es, ac ultra effuſæ aquæ ſpaciũ. Attamen quoquo modo meminiſſe conabor: & quemadmodũ uides,iã iſta ad illam deferre ſtudeo obſtructis auribus, nequa pars elapſa,orationis ſeriem mihi confundat, ac ego deinde à ſpectatoribus exploſus,rõchis & ſibilis illudar. LVC. Iſtud ſanè tibi curæ erit Polyſtrate,ut quãoptimè reſpondeas. Cæterùm ego quoniã ſemel tibi fabulã deſaltandam tradidi,in præſens quidem excedã è medio: proclamatis autem iudicũ calculis,iterum præſtò ero, uiſurus quẽnam finem hoc certamen habiturum ſit.

# LVCIANI

## TOXARIS, SIVE AMICITIA, Eraſ. Roterod. interprete.

ARGVMENTVM.

*Videtur hoc dialogo Lucianus amicitiæ dignitatem atque effectum commendare uoluiſſe, dum Toxarim & Mneſippum introducit, alterum Scytharum, alterum Græcorum, in amicitijs colendis fidem, prædicantem, utrunq; autem pro patria ſua contendentem, connumeratis aliquot ſuæ ætatis hominum exemplis, qui mutua inter ſe amicitia deuincti, extrema etiam pericula interim alij pro alijs obiere. Occaſio contentionis à ſolenni ſacrificio & cultu Pyladis & Oreſtis, quibus illos Scythæ uenerantur, ſumpta eſt, altero uidelicet mirante, & cauſſam ſciſcitante, ob quam homines externos, & etiam hoſtes ſuos, diuinis honoribus Scythæ proſequerentur: altero autem fidem & amicitiam illorum exponente, ob quam tantos honores conſequuti eſſent. Neque enim quicquam ſanctius aut religioſius à Scythis obſeruari & cuſtodiri, quàm amicitiam, eaq; magis illos iactare ſeſe, quàm ullis alijs operibus ac rebus. Interim tamen & illa memorabilia ſunt, quæ de ritu iungendi fœderis & amicitiæ, cuius etiam Herodotus meminit in Melpomene, & de conſuetudine contrahẽdi auxilia atque exercitus, obiter addit.*

## INTERLOCVTORES, MNESIPPVS Græcus, TOXARIS Scytha.

### MNESIPPVS.

QVid ais Toxaris? Sacrificatis Oreſti ac Pyladi uos Scythæ, deosq; eſſe illos creditis? TOX. Sacrificamus Mneſippe, ſacrificamus inquam: haud tamen deos eſſe arbitrati, ſed uiros bonos. MNES. An uerò mos apud uos, etiam bonis uiris poſteaquam uita defuncti ſint, perinde ut diis ſacra facere? TOX. Nó iſtuc modò, uerùm eoſdem feſtis diebus ac celebribus conuentibus honoramus. MNE. Quid captantes aut ſperantes ab illis? Neque enim quò beneuolentiam illorum concilietis, ob id rem diuinam illis facitis, quum iam ſint mortui. TOX. Nihil officiat fortaſſis, ſi & eos qui mortui ſunt, propitios haberemus. quanquam non ob id tantùm hæc facimus: quin magis exiſtimamus nos rem uehementer conducibilem & his qui in uita ſunt, eſſe facturos, ſi præſtantium uirorum memoriã celebremus, honoremq; habeamus iis qui uita defuncti ſunt. Siquidẽ hac ratione futurum arbitramur, ut multi apud nos illorum ſimiles euadere cupiant. MNE. Iſta quidem rectè iudicatis: at Pyladem atque Oreſtem quo nomine potiſſimũ ſuſpexiſtis, ut diis eos æquaueritis, idq; adeò quum hoſpites uobis eſſent, uel, quod grauius, hoſtes? Quippe poſteaquam naufragio eiecti, ab iis qui tum Scythiam incolebãt, eſſent comprehenſi, abductiq; ut Dianæ immolarentur: adorti carcerarios, neque non oppreſſis excubiis, & regem trucidarũt, & aſſumpta ſacerdote, quin ipſa quoq; Diana ſublata, nauigio ſeſe proripuerunt, irriſa publica Scytharum lege. Quòd ſi ob iſtiuſmodi facta honorem habetis uiris: facilè aſſecuti fueritis, ut multos illorũ ſimiles reddatis. Iamq; ipſi ab hoc die uſq; ad priſca illa reſpicite, num uobis expedierit multos in Scythiam Oreſtes ac Pylades appellere. Nã mihi quidem iſto pacto mox futurum uidetur, ut religionis ac deorum expertes reddamini: diis qui reliqui ſunt, ad eundem modum è regione ueſtra in exilium ablegatis: poſtea, opinor, deorum omnium uice, uiros qui illos eiectum uenerant, diuinitate donabitis: & qui ſacrilegi in uos fuerunt, iis tanquam diis ſacrificabitis. Quòd ſi nequaquam horum gratia Oreſtem ac Pyladem colitis, ſed aliud quippiam Toxaris in uos beneficii contulerũt: qua gratia quum olim non eſſe deos iudicaueritis, nunc è regione ſacra illis facientes, deos eſſe decreuiſtis, & qui tum parum aberant ut uictimæ fierent, iis nunc uictimas offertis? Enimuero ridicula uideantur iſta, & cum his quæ quondam ſtatueratis, pugnantia.

TOX.

A TOX. Et iſta quidem Mneſippe præclara ſunt uirorum illorum facinora, quæ commemoraſti: uidelicet, duo cum eſſent, tam ingentem auſum audere, ut tam procul à ſua patria profecti, mare tranſmitterent, Græcis ad id uſque temporis intactum, niſi ſolis his qui Argo in Colchidem traiecerũt exercitum, nihil expauefacti, neq; fabulas quæ de illo feruntur, neque appellationem ueriti quòd inhoſpitum uocaretur, uidelicet (opinor) quòd feræ undiq; gentes accolerent: deinde quum iam capti eſſent, uſq; adeò ſtrenue ſeſe geſſerint: neq; ſat habuerint ſi tantùm incolumes euaderẽt, niſi & à Rege acceptam contumeliam ulti, & Diana ſublata abnauigaſſent. Quid? an non admiranda hæc, & quæ diuino
B quodam honore digna iudicent, quicquid eſt hominum qui uirtutẽ ſuſpiciunt? Quanquam non iſta ſpectantes in Oreſte ac Pylade, pro heroibus illos habemus. M N E. Atqui iam dices quidnam præter iſta ſuſpiciendum patrarint atq; diuinum. Nam quãtum ad nauigationem & peregrinationem attinet, nõ paucos profectò diuiniores iſtis oſtendero negociatores, atque inter hos præcipuos Phœnices, qui nõ in Pontum, neque ad Mæotidem uſque, aut Boſporum tantùm enauigant, uerùm quaquauerſus Græcum ac Barbarum mare permetiuntur. Hi ſiquidem omnẽ oram, & omne littus (ut ita dixerim) perſcrutati in annos ſingulos, extremo demum autumno in ſuam patriam reuertũtur: quos ſci-
C licet ad eandem rationem pro diis habeto, idq; etiamſi complures illorum caupones ac ſalſamẽtarios eſſe reperies. TOX. Audi nunc ô uir admirande, conſideraq; quãto nos, qui Barbari uocamur, rectius uobis de bonis uiris ſentiamus. Siquidẽ in Argo atque Mycenis ne ſepulchrum quidem ullum inſigne uidere eſt Oreſtis ac Pyladis: apud nos uerò & templum oſtenditur ambobus illis cõmuniter ſacrum, ita ut par erat amicis: & hoſtiæ offeruntur, reliquúſque omnis honos. Porrò quòd hoſpites erant, non Scythæ, id uerò nihil obſtat quo minus boni uiri iudicentur. neque enim perpendimus cuiates ſint uiri honeſti ac probi; neque inuidemus, ſi cum amici non fuerint, res egregias geſſerũt: quin ma-
D gis admirantes ea quæ patrarũt, ab ipſis factis domeſticos ac noſtrates illos ducimus. Quòd autem potiſſimum ſtupentes in illis uiris efferimus, illud eſt, quòd nobis uiſi ſunt amici inter ſeſe longè optimi extitiſſe, atque aliis exemplo fuiſſe, quaſiq; legem ſtatuiſſe quemadmodum oportet amicos omnẽ inter ſe communicare fortunã: ſimulq; promeruiſſe ut à Scythis, qui in amicitiæ laude primas tenerent, colerẽtur. Itaque quæcũque alter cum altero, uel alter pro altero tulit, ea maiores noſtri deſcripta in columna ærea repoſuerunt in tẽplo Oreſtis: ac leges ſtatuerunt, ut ea columna prima eſſet inſtitutio diſciplinaq; liberis ſuis, ſi meminiſſent quæ in illa eſſent aſſcripta. Itaque penè patris quiſque
E ſui nomen citius obliuiſceretur, quàm res geſtas Oreſtis ac Pyladis ignoraret. Quin & in porticu templi eadem quæcunque in columna notãtur, priſcorum picturis adumbrata uiſuntur: nempe Oreſtes unà cum amico nauigans, deinde fracta inter abruptas cautes ipſorum naue comprehẽſus, & ad uictimam adornatus: iamq; Iphigenia initiat eos. Ex aduerſo uerò in altero pariete idẽ iam uinculis exutus depictus eſt, ac Thoantem occidens, multosq; ex Scythis alios. Poſtremò ſoluentes abducta Iphigenia, ac dea. Porrò Scythæ fruſtra ſcapham adoriuntur iam nantem, hærentes gubernaculis, ac conſcendere conantes. Deinde re fruſtra tentata, alii quidem ex eis ſaucii, alii uerò eius rei metu compulſi, natatu ſemet in ſolum recipiunt: ubi uel maximè liceat perſpicere quantã alter

in alterum beneuolentiam præſtiterit in conflictu cum Scythis. Fecit enim pictor utrunque de hoſtibus in ſemet ruentibus ſecurum, propellẽtem autem eos qui in alterum feruntur, ac præ illo iaculis occurrere conantem, pro nihilóque ducentem ſi intereat ipſe, modò ſeruet amicum, uel ſuo ipſius corpore præueniens excipiensq; ictus in illum intentos. Iam uerò tantam illorum beneuolentiam, atque in rebus triſtibus communionem, fidem, humanitatem, ueritatem, denique conſtantiam alterius in alterum amoris, hæc haudquaquã humana putauimus eſſe, uerùm animi cuiuſdam præſtantioris, quàm pro more uulgarium iſtorum mortalium, qui donec ſecundis uentis nauigatur, amicis indignantur niſi ex æquo participes fiant rerum lætarum: quòd ſi uel paululum eis uenti reflare cœperint, aufugiunt, ſolos in periculis deſerentes. Enimuero & illud noueris, nihil amicitia melius arbitrantur Scythæ, neque eſt in quo Scytha magis glorietur, quàm in adiutãdis amicis, communicandisq; rebus acerbis: quemadmodum neque probrum apud nos maius ullum, quàm amicitiæ deſertorem uideri. Has ob res Oreſtem ac Pyladem ueneramur, quòd præſtãtes extiterint in Scytharum uirtutibus, atque in amicitia præcellentes: id quod nos omniũ maximè admiramur. Appellationẽ quoque ex his illorum factis impoſuimus, ut Coraci uocentur, quod quidem noſtra in lingua perinde ſonat, ac ſiquis dicat dii amicitiæ præſides. M N E. Hui Toxaris, profectò non arcu modò ualuerũt Scythæ, bellicisq; in rebus cæteris antecelluerunt, uerùm uidentur & ad orandum perſuadendumq; omnium aptiſſimi: unde mihi quum dudum ſecus uideretur, nunc eidem meritò feciſſe uidemini, qui ſic Oreſtem ac Pyladem in deorum numerũ retuleritis. Verùm illud me fugerat uir optime, quòd pictor quoque bonus eſſes. Admodum enim euidenter oſtẽdiſti nobis quæ ſunt in Oreſtis templo, picturas pugnamq; uirorum, alteriq; pro altero ſuſcepta uulnera. Tametſi non putaram amicitiam uſqueadeo cultam fuiſſe quondam apud Scythas: magis autem, quòd barbari eſſent atque agreſtes, ſimultate quidem, ira, rabiêque perpetuò cõmitti: amicitiam uerò ne in familiariſſimos quidem exercere ſolitos: idq; coniiciens quum ex aliis quæ de illis audimus, tũ ex hoc, quòd progenitores ſuos uita defunctos deuorant. T O X. An nos Græcis quum aliis in rebus, tum in his quæ ad parentum attinent cultum, ſanctiores magisq; pii ſimus, in præſentiarum haudquaquam contenderim: quòd autem noſtrates amici lõgè fideliores ſint amicis Græcis, quodq; amicitiæ ratio maior apud nos quàm apud uos, haud difficile fuerit docere. Ac per deos Græcorũ, ne tibi moleſtum ſit audire, ſi quæ perſpexi, dixero, multũ iam tẽporis apud uos uerſatus. uos enim mihi uidemini præclarius cæteris de amicitia uerba poſſe facere, uim uerò factaq; illius adeò non ſolùm pro ſermonũ dignitate non exercere, ut ſat uobis ſit prædicare eam, & quãtum ſit bonum, oſtendere: at ubi uſu uenit, deficientes à ſermonibus, neſcio quomodo, è medio negocio aufugitis. Cæterùm quũ Tragœdi in ſcenã progreſſi, iſtiuſmodi amicitias uobis repræſentant, plerique laudatis, atq; applauditis, ac pro ſe mutuò periclitãtibus illis lachrymatis, ipſi uerò nihil dignũ laude pro amicis præſtare audetis: quin ſiquando fortè accidat ut egeat amicus, ibi protinus non ſecus atque inſomnia procul auolantes euaneſcunt uobis multæ illæ tragœdiæ, uosq; ſimiles relinquũt inanibus iſtis ac mutis perſonis, quæ diducto rictu, atque immane hiãtes, ne minimũ quidem loquuntur. At nos è diuerſo, quo ſumus in dicendo de amicitia poſteriores, hoc

in

A in præſtanda ea præcedimus. Quare ſi uidetur, ita in præſentiarum agamus, priſcos illos amicos ualere ſinamus, ſi quos uel nos uel uos ex his qui olim fuere, recenſere ualemus, quandò iſta quidem parte uos nimirum ſuperaueritis compluribus ac grauibus adductis teſtibus, nempe poëtis, qui Achillis & Patrocli amicitiam, tum Theſei Pirithoiq; , neque non aliorum neceſſitudiné, pulcherrimis uerſibus carminibúſq; contexuerunt. Quin paucos quoſdam in medium afferamus ex his qui noſtra ipſorum memoria fuerunt, atque eorum res geſtas exponamus: ego quidem Scythicas, tu uerò Græcanicas. Et in his uter ſuperarit, melioraq; produxerit amicorũ exempla, is & uictor eſto, ac ſuam ipſius ui-
B ctoriam promulgato, tanquam qui pulcherrimum honeſtiſſimumq; certamen decertarit: adeò ut ego quidem non paulò malim mihi in ſingulari uicto certamine dextram amputari (nam ea eſt apud Scythas uicto pœna) quàm in amicitia quopiam inferior iudicari, præſertim Græco, ipſe Scytha quum ſim. M N E. Quanquam eſt haud mediocris negocii, cum uiro, ita ut tu es, bellatore, ſingulari certamine congredi, tũ admodum inſtructo miſſilibus ac penetralibus narrationibus, haud tamen uſque adeò ignauiter tam citò uniuerſam deſerés Græciam, tibi ceſſero. Etenim uehementer abſurdum fuerit, quum duo illi tantùm uicerint Scytharum, quantum fuiſſe declarant tum fabulæ, tum uetuſtæ ueſtræ
C picturæ, quas paulò antè ſcitè admodũ repræſentabas: Græcos omneis, tot nationes, tot ciuitates, nullo defendente uinci abs te. Nam iſtuc ſi fiat, non dextram, quemadmodum apud uos ſolet, ſed linguã execari cõueniat. Sed utrum ſpectare nos oportet, numerúm ne eorum quæ amicè quis geſſerit, an magis quo plures alteruter amicos referre poterit, hoc uictoria dignior uidebitur? T O X. Nequaquam, imò non multitudine uis horum ſpectetur, uerùm ſi quæ tu narrabis facta, his quæ narrabo, uideantur præſtantiora, magisq; penetrantia: tum nimirũ etiam ſi numero paria ſint, opportuniora magisq; lethalia mihi facient uulnera: ac penè memet ad ictus accommodabo. M N E. Probè loque-
D ris. Statuamus igitur quot erunt ſatis. T O X. Mihi quidem ſatis fõre uidetur ſi uterq; quinque narret exempla. M N E. Itidem mihi uidetur. ac prior dicito, uerùm adiuratus, nimirum non niſi uera dicturũ. alioqui fingere eiuſmodi, non admodum fuerit difficile, palàm autem refelli non queant. Porrò ſi iuraris, nefas ſit non habere fidem. T O X. Iurabimus, ſi quid etiam iureiurando opus eſſe cenſes. M N E S. At quis tibi è diis noſtratibus, num ſatisfaciat Iupiter Philius? T O X. Et maximè. Ego quoque tibi noſtratẽ iurabo, meapte in lingua. M N E. Teſtis igitur eſto Iupiter Philius, quæcunque dicturus ſum apud te, ea nimirum uel quæ uiderim ipſe, uel quæ ab aliis, quoad fieri potuit, diligentiſſimè perce-
E perim, narraturum, nihil ex me ipſo comminiſcentem, alleuantemq;. Ac primo quidem loco, Agathoclis Diniæq; amicitiam referam, quæ apud Ionas eſt celebratiſſima. Nam Agathocles hic, qui Samius fuit, non ita pridẽ uixit, uir in amicitia quidẽ præcipuus, ita ut re declarauit: cæterùm reliquis in rebus uulgo Samiorum nihilo præſtantior, neque genere, neq; cæteris item opibus. Huic cum Dinia Epheſio Lyſionis filio amicitia à puero interceſſerat. Porrò Dinias ſupra modum ditatus eſt, & quemadmodum ſolent ii qui nuper opes nacti ſunt, complures & alios ſecum habebat, ſatis quidem idoneos illos & ad compotandum, & ad uoluptariam conſuetudinem, ab amicitia uerò longè alieniſſimos. Atque inter hos interim habebatur Agathocles, conuiuebatq; & compotabat

*Amicorum I. par, Agathocles & Dinias.*

illis,non admodum approbans eam uiuendi rationẽ. Dinias autem nihilo hunc F
potiorem habebat, quàm cæteros adulatores. Tandem etiam offendere cœpit
crebrius obiurgans,molestusq; uidebatur,quippe qui admoneret eũ maiorum,
præciperétque ut seruaret quæ multo labore parta pater illi reliquisset:adeò ut
ob hæc ne ad comessationes quidem illum deinceps adhiberet, sed solus cũ il-
lis comessaretur, celare cupiens Agathoclem. Demũ ab assentatoribus illis mi-
sero persuasum est quòd adamaretur à Charicléa Demonactis uxore, uiri illu-
stris,atque inter Ephesios in honoribus ciuilibus primarii. Iã & literulæ à mu-
liere ad illum uentitabant, & serta semimarcida, & mala quædam admorsa,de-
nique quicquid ad hæc lenæ machinantur in adolescentes, quò paulatim illis G
amorem artibus quibusdam inserant,primumq; hac incendant opinione,quòd
sese credant amari. Nam plurimum illicit & hoc,præsertim eos qui sibi formo-
si uidentur, donec imprudentes in casses inciderint. Erat autem Charicléa ur-
bana quidem & elegans muliercula, at supra modum meretricia, semperq; il-
lius,quicunque fortè adiisset,etiam siquis admodum leuiter cõcupiuisset:quin
si uel aspexisses duntaxat,protinus adnuebat: nec ullo pacto metuendum erat
ne quãdo recusaret Charicléa: admirabilis autem alioqui artifex, quauisq; me-
retrice doctior allicere amatorem,& ambiguus quum adhuc esset,totum subi-
gere:at quum iam teneretur,incitare,ac magis magisq; accendere,nunc ira,nũc H
blandimentis,ac mox fastidio, deinde iecta suspicione,quasi ad alium sese de-
flexura esset:postremò omni ex parte egregiè docta erat mulier & absoluta,ar-
tibusq; omnigenis in amãtes instructa. Hãc igitur tum Diniæ adulatores acces-
siuerant in adolescentulum,multaq; assimulabãt quò eum in amorẽ Charicléæ
impellerent. Illa porrò quæ complureis iam adolescẽtes iugularat, & innume-
rabiles amores fuerat mentita, domosq; opulentas euerterat, uarium quoddam
atque inexpugnabile malum: ubi nacta manibus est simplicẽ, & huiusmodi ar-
tium imperitũ adolescẽtulum,haudquaquã amittebat ex unguibus: sed undiq;
oppugnans tentansq;,ubi iam omnium esset compos, tum ipsa dum captat,ca- I
pta periit, tum infelici Diniæ innumerabilium malorũ extitit caussa. Nam pri-
mùm quidem statim literulas illa ad illum dat, ac subinde missitat ancillulam,
quæ renunciaret ut fleret, ut uigilaret, postremò ut misera præ amore suffoca-
tura esset sese:donec iam beatus ille persuasus,sibi formosus esse uideretur,atq;
Ephesiorum uxoribus præter cæteros adamabilis. Ac tandẽ in congressum ad-
ductus est multis precibus exoratus. Et ex eo quidem tempore facilis iam erat
coniectura, fore ut caperetur à muliere formosa, ad uoluptatem congredi do-
cta,& in loco flere, & inter loquẽdum miserabiliter suspirare, & iam abeũtem
amplecti,& adeunti obuiam occurrere,& formam colere sic ut maximè placi- K
tura esset:interdum uel uoce uel cithara canere: quibus omnibus in Diniã usa
est. At ubi sensit excruciari, iamq; amore illaqueatũ, ac subiugum esse factum:
aliud ad hæc excogitat,quo miserum subuertat: grauidã se ex eo simulat (nam
hoc quoque efficax ad magis ac magis inflammandum stultum amantem) Ne-
que postea commeabat ad illum,affirmans à uiro obseruari sese, qui iam amo-
rem persensisset. Hic uerò rem iam nõ ultrà ferre potis erat: neque durare qui-
bat,quum illam non aspiceret:sed lachrymabatur,adulatoresq; ad sese accersi-
bat,ac Charicléæ nomen inclamabat: imaginemq; illius amplexus (candido e-
nim lapide fecerat) eiulabat. Demum in solum abiiciens sese,iactabatur: planeq;

res

A res extremæ dementiæ ſpeciem obtinebat. Siquidem munera reddita ſunt mulieri, non pro malorum aut corollarum precio, ſed ſolidæ domus, agri, famulæ, ueſtes florulentæ, auri quantum optaret. Quid multa? Breui Lyſionis domus antea inter Iones nobiliſſima, exhauſta eſt, atq; exinanita. Deinde ubi iã exuccus eſſet, eo relicto alium quempiam adoleſcentulum Cretenſem bene nummatum uenata eſt, atque ad illum deſciuit. Iam uidelicet illum adamabat: atque is quidem credebat. Itaque Dinias neglectus non à Charicléa modò, uerùm etiam ab aſſentatoribus (nam iſti quoque ad Cretenſem amatorem iam deſciuerant) abit ad Agathoclem, iampridem non inſcium quàm illi res miſerè habe-
B rent. Ac pudeſcens quidem initiò, tamen expoſuit omnia: amorem, egeſtatem, arrogantiam mulieris, riualem Cretenſem: in ſumma, non uicturũ ſeſe, niſi cum Charicléa conſuetudinem haberet. Ille uerò intempeſtiuum eſſe ratus id temporis exprobrare Diniæ, quapropter ex amicis unũ ſeſe nõ admiſiſſet, ſed tum quidem aſſentatores ſuos ſibi antepoſuiſſet: diuendita, quam unam habebat in Samo, domo paterna, precium illi attulit, talenta tria. Quæ ſimul atq; recepiſſet Dinias, haud clàm erat Charicléæ. rurſus ſubitò formoſus factus: rurſus ancilla, & literulæ, & expoſtulatio, quòd iam diu ſeſe nõ adiſſet. concurrerunt itẽ adulatores applaudentes, ut uiderunt Diniæ adhuc eſſe quod daret. Cum autẽ pol-
C licitus eſſet ſeſe uenturum ad illam, ueniſſetq; primo ferè ſomno, eſſetq; intus Demonax Charicléæ maritus, ſiue quòd alioqui præſenſerat, ſiue de compoſito proditioneq; uxoris (nam utrũque fertur) exiliẽs uelut ex inſidiis, & atrium iubet occludere, & Diniam comprehendi, ignem ac flagra minitãs, neque non gladium tanquam in mœchum educens. Ille porrò reputãs quibus in malis eſſet: uecte quopiam de proximo, ut iacebat, arrepto, tum ipſum occidit Demonactem, in tempus adigens: tum Charicléam: atque hanc quidem nõ ictu uno, uerumetiã & uecte ſæpius, & poſtea Demonactis gladio feriens. At famuli interea muti ſtabant, rei nouitate attoniti: deinde comprehendere conati, quum
D in hos quoque ferro inſiliret, ipſi quidem aufugerunt, Dinias autem clàm ſeſe ſubduxit, tanto patrato facinore. Et ad aurorã uſque apud Agathoclem diuerſabatur: pariterq; & quæ facta eſſent reputabant, & quid in poſterũ eſſet euenturum, conſiderabant. Vt autem diluxit, milites aderãt (iam enim res erat diuulgata) comprehenſumq; Diniam, nec hunc inficiantem homicidium, adducunt ad præfectum qui per id tẽpus Aſiam moderabatur. Hic eum ad Perſarum regem remittit. Nec ita multò pòſt relegatus eſt Dinias in Gyaron inſulã ex Cycladibus unam, damnatus à rege, ut in ea, quoad uiueret, exularet. Agathocles autem cum reliquis in rebus nũquam abfuerat, tum pariter ſoluit in Italiam, &
E amicorum ſolus unà eſt in iudiciũ comitatus, neque uſquam defuit officio. Porrò ubi iam in exilium profectus eſt Dinias, ne tum quidem deſertus eſt ab amico: quin potius ipſe ſuapte ſponte damnatus uerſabatur in Gyaro, ſimulq; cum illo exulem agebat. At quum iam rerum neceſſariarũ omnium inopia laborarent, locãs ſeipſum purpurariis, unà cum aliis urinabat, quodq; hinc partum eſt referens, Diniam alebat. Quin & ægrotãti diutiſſimè inſeruiuit: & ubi uita defunctus eſt, noluit unquam in patriam reuerti, uerùm inibi perſeuerauit in inſula, pudori ſibi fore ratus, ſi uel mortuum amicum deſeruiſſet. Hoc tibi Græci factum amici retulerim, quod quidem non ita pridem accidit. haud enim ſcio ſi anni quinque præterierint quòd Agathocles in Gyaro mortẽ obiit. TOX.

At utinam iniuratus iſta Mneſippe dixiſſes,uidelicet quò mihi fas eſſet eis non F
habere fidem. Adeò Scythicum quendam amicum Agathoclem iſtum deſcripſiſti. quin uereor ne quem & alium iſti ſimilem narres. M N E. Audi iam & alium Toxari,Euthydicum Chalcidenſem. Retulit autem mihi de hoc Simylus
*II. par, Euthydicus & Damon Chalcidenſes.* Nauclerus Megarẽſis,adiurans profectò ſe teſte rem factam eſſe. Aiebat enim nauigauiſſe ſeſe ex Italia Athenas, circiter Pleiadũ occaſum, collectitios quoſdam homines uehentem. in his fuiſſe Euthydicum, unaq; cum hoc Damonem Chalcidenſem eiuſdem amicũ. Ac natu quidem eos æqualeis fuiſſe:uerùm Euthydicum ualentem, robuſtumq;: Damonem contrà ſuppallidum atque ualetudinarium,quaſi qui nuper (ut apparebat)ex diuturno morbo reualuiſſet. Ita- G
que ad Siciliã uſq; feliciter aiebat Simylus nauigaſſe ipſos. Cæterùm ubi tranſmiſſo freto,in ipſo iam Ionio mari nauigarẽt,tempeſtatem maximam eis incubuiſſe. Quid autẽ attinet multa referre? immaneis quaſdam procellas ac ſinuoſas,tum grandines,& ſi quæ alia tẽpeſtatis mala? Vt uerò iam haud procul abeſſent à Zacyntho,nuda nauigãtes antenna, præterea & funes quoſdam trahentes, quò nimirum uim impetumq; fluctus exciperent: circiter noctis medium, Damonem,qui in tanta iactatione nauſearet,uomuiſſe in mare propendentem. Deinde,ut coniicio,naue uehementius in eam partem in quam ille propende-
bat,inclinata,ſimulq; propellẽte fluctu,excidiſſe eum prono capite in pelagus: H
neque nudum tamẽ,uidelicet ut miſero uel natare commodè liceret. Mox itaq; ſucclamaſſe quum præfocaretur, uixq; ſeſe ab undis ſuſtolleret. Porrò Euthydicum ſimul atq; audiſſet(nam forte fortuna nudus in ſtrato tum erat)abieciſſe ſemet in mare,arreptóque Damone,qui iam deficiebat(diutius enim iſta uideri poterant,luna ſcilicet relucẽte)unà iuxta illum naſſe, ac ſubleuaſſe. Ac uoluiſſe quidem illis opitulari ſeſe,miſeratos uirorum calamitatem, uerùm nequiſſe, quòd uento prævalido raperentur. Illud tamẽ feciſſe, ſubera complura ad illos proieciſſe,tum ex contis aliquot,ut ab his ſuſpenſi natarẽt,ſi quem fortè ex eis
nanciſcerentur,poſtremò ſcanſoria quoque tabulata,quæ quidem erant neuti- I
quã exigua. Cogita iam per deos,quod aliud grauius beneuolentiæ documentum quiſquam edere queat in hominem amicũ, qui noctu decidiſſet in mare uſque adeò ſæuiens, quàm communicata morte? Iamq; adeò mihi ante oculos pone imminentes procellas,fragorem aquæ ſeſe agglomerãtis,ſpumam undiq; efferueſcentem,noctem,ac deſperationem,ad hæc illum iam præfocari incipiẽtem,uixq; undis extantem,manusq; porrigentem amico:hunc autem incõtanter inſilientem,ſimulq; nantem,prorſusq; ſolicitum ne ſe prior Damon interiret. Sic enim profectò cognoſces quòd haud ingeneroſum hunc quoque amicum,uidelicet Euthydicum,retulerim. T O X. Vtrum perierũt uiri, Mneſippe, K
an ſalus quæpiam ex inſperato illis contigit? Adeò ego illis non mediocriter timui. M N E. Bono animo es Toxaris,ſeruati ſunt, quin hodieq; Athenis agũt ambo,philoſophiæ dantes operam. Nam Simylus ea demum narrare poterat, quæ noctu uidere licuit,hunc delapſum,illũ deſilientem,ſimulq; nantes,quatenus per noctem dabatur aſpicere. Porrò quæ pòſt hæc acciderint, Euthydicus ipſe narrat. Primùm quidem,ſubera quædam fortè nactos,ſuſpendiſſe de his ſeſe,atque ita hærentes fluitaſſe,ſanè quàm incommodè. Deinde ubi tabulata cõſpexiſſent,iam ſub auroram annaſſe,conſcenſisq; illis,commodè deinde nantes appuliſſe Zacynthum. Poſt hos autem,qui neutiquã mali ſunt,ut ego quidem

autumo,

A autumo, accipe iam tertiũ, nihilo iſtis inferiorem. Eudamidas Corinthius Aretæo Corinthio, & Charixeno Sicyonio amicis utebatur, & iis quidẽ opulẽtis, quũ ipſe pauperrimus eſſet. Hic uita decedens, teſtamentũ reliquit aliis quidem fortaſſe deridiculum, tibi uerò haud ſcio an tale ſit appariturum, uiro probo, & apud quẽ amicitia in precio ſit, quiq; uel cum præcipuis in ea certare queas. Sic enim in eo ſcriptum erat: Lego Aretæo quidem matrem meam alẽdam, atque in ſenecta fouendam: Charixeno uerò filiam meam elocandam cũ dote, quãta ab illo maxima dari poterit. Erat autẽ illi mater anus, ac filiola iam matura nuptiis. Si quid autem interim acciderit alterutri, huius quoque partem, inquit, al-
B ter habeto. Huiuſmodi lecto teſtamento, ii qui tenuitatem quidem Eudamidæ nouerant, at amicitiam quæ illi cum his uiris interceſſerat, ignorabant, rem pro ludo iocoq; ducebant. Nemo certè aderat qui non cum riſu diſcederet, quòd eiuſmodi hæreditatẽ Aretæus & Charixenus eſſent accepturi, felices uidelicet, atq; ita aiebant: Si quidem perſoluent Eudamidæ, ſuperſtites etiam ipſi hæreditatem tradẽt mortuo. At hæredes quibus iſta erãt legata, ut audierunt, uenerũt illico, agnoſcentes rataq; facientes ea quæ erant teſtamẽto mandata. Itaq; Charixenus quinq; dũtaxat dies ſuperſtes, diem obiit. Aretæus autem optimus ſucceſſor factus, tum illius, tũ ſuo ipſius ſuſcepto onere, & matrẽ alit Eudamidæ,
C & filiam non ita pridem elocauit, ex quinq; talentis quæ poſſidebat, duobus in propriæ filiæ dotem, duobus in amici filiam erogatis. Ac nuptias ambarum eodem die fieri uoluit. Quid tibi, Toxaris, Aretæus iſte uidetur? númnã leue amicitiæ argumentum exhibuiſſe, adita huiuſmodi hæreditate, neque deſerto amici ſui teſtamẽto? an hunc quoque in perfectis idoneisq; calculis ponimus, ut ſit unus è quinque? TOX. Et iſte quidem egregius: quãquam equidem Eudamidam multo magis ob fiduciam admiratus ſum, qua fuit erga amicos. declarauit enim quòd & ipſe eadem fuiſſet facturus erga illos, tametſi non eſſent ea ſcripta in teſtamento, uerùm ante alios ueniſſet non ſcriptus talium hæres. MNE.
D Probè dicis. Sed quartum iam tibi narrabo, Zenothemin Charmolẽi, Maſſilia oriundum. Commõſtrabatur autem mihi in Italia, patriæ nomine legatũ agenti, uir decorus, procerus, ac diues, ut apparebat. Aſſidebat illi uxor in theda iter facienti, quum alioqui deformis, tum dimidia nempe dextra corporis parte manca, alteroq; capta oculo, teterrimum quoddam & refugiendum terriculum. Deinde quum demirarer, ſi decorus ille quum eſſet ac uenuſtus, ſuſtineret eiuſmodi mulierem ſibi adiunctam: is qui mihi eum commõſtrabat, cauſſam exponit quare in id matrimonium incidiſſet. nouerat enim compertè omnia. nam ipſe quoque Maſſilienſis erat. Menecrati (inquit) huius fœdæ patri, amicus
E erat Zenothemis, uiro diuiti ac honorato ipſe iiſdẽ rebus par. Deinde aliquanto pòſt facultatibus exutus eſt ex condemnatione Menecrates, quo tempore pariter infamis, & ad capeſſendos magiſtratus inidoneus eſt iudicatus à ſexcẽtis uiris, tanquam qui ſententiam iniquam pronunciaſſet. Ad hunc autem modum, inquit, nos Maſſilienſes mulctamus, ſiquis corruptè iudicet. Grauiter itaque ferebat Menecrates, primùm, quòd eſſet condemnatus: deinde, quòd è diuite pauper: poſtremò, quòd ex nobili repentè factus eſſet infamis ac reiectitius. At præter cætera eum ipſa diſcruciabat filia iam nubilis, utpote annos nata decem & octo, quam ne cum omni quidem patris ſubſtantia quam ante condemnationem poſſederat, dignatus fuiſſet quiſquam ingenuus ac

III. *Eudamidas, Aretæus Corinthij, & Charixenus Sicyonius.*

IIII. *Zenothemis Maſſilienſis, & Menecrates.*

pauper facilè accipere,quæ tã infelici fuerit forma. Quin & cõcidere dicebatur, F
idq; circa lunam creſcẽtem. Hæc ubi apud Zenothemin deploraret, Bono,in-
quit,animo es Menecrates. Neq; enim ipſe egebis neceſſariis,& filia tua dignũ
aliquẽ ſuo genere ſpõſum inuenerit. Atq; hæc eloquutus,ſtatim apprehenſa il-
lius dextra,deduxit domum: ibiq; opes,quæ illi multæ erant,partitus eſt cũ illo:
ac cœna parari iuſſa,conuiuio accepit amicos,& in his Menecratem,ueluti iam
è neceſſariis cuipiam perſuaſiſſet ut puellam in matrimoniũ acciperet. Poſteaq;
autem conuiuiũ peregerant,libaſſentq; Diis,tum uerò plenum illi calicẽ porri-
gẽs, Accipe,inquit,Menecrates, à genero ſymbolũ affinitatis poculũ:nam ho-
die ducturus ſum ego filiam tuã Cydimacham: doté autem iam olim accepi ta- G
lẽta quinq; & uiginti. Illo uerò reſpõdẽte,Abſit,ne feceris ô Zenothemis,néue
ipſe uſq; adeò inſaniam,ut te neglectum,qui & iuuenis es,& formoſus, cõſpi-
ciam cũ deformi puella ac debilitata coniugatum: Hæc,inquam, illo loquente,
hic ſponſam adiunctã tollens,abduxit in thalamũ:ac paulò pòſt prodiit, ea de-
uirginata:atq; ex eo tempore cũ illa uiuit,ſupra modum diligẽs,& quemadmo-
dum uides,circumferens eam. Et nõ ſolùm nõ pudet matrimonii,uerumetiam
perinde atq; glorians de eo,ſic oſtentat,propterea quòd negligit corporis for-
mã ac fœditatem,ad hæc opes & famam. tantũ amici rationem habet Menecra-
tis,neq; arbitratur eum ſexcentũ uirûm ſententia deteriorem eſſe factũ, quan- H
tum ad neceſſitudinem. Quanquam pro his iam illi gratiam retulit fortuna, ad
hunc modũ. Puellus enim ei formoſiſſimus ex illa deformiſſima ſuſceptus eſt.
Neq; diu eſt quòd tollens hũc pater intulit in curiam,frondibus oleaginis co-
ronatũ, ac pullis amictum, quò plus miſerationis auo cõciliaret. At infans arri-
debat iudicibus, & manibus cõplodebat. Itaq; curia cõmota ſuper illo, remiſit
mulctã Menecrati:atq; ille iam rei famæq; reſtitutus eſt,eiuſmodi patrono uſus
apud iudices. Hæc affirmabat Maſſilienſis Zenothemin amici gratia feciſſe,
haud mediocria,ſicuti uides,neq; qualia paſſim Scythæ factitant,qui cõcubinas
V. par, Demetrius Sunienſis & Antiphilus Alopecenſis. formoſiſſimas ſumma cura diligere dicũtur. Reſtat nobis quintus. Neq; uerò I
mihi uideor alium quempiam debere dicere Demetrio Suniẽſi præterito. Na-
uigarat in Aegyptũ Demetrius unà cum Antiphilo Alopecenſi, quicũ illi iam
inde à teneris annis fuerat amicitia, atq; ephebus ephebo conuixerat, pariterq;
fuerat eruditus, ipſe quidem Cynicam diſciplinã ſequutus ſub Rhodio illo ſo-
phiſta, Antiphilus uerò medendi ſcientiam exercuerat. At hoc temporis fortè
profectus fuerat in Aegyptũ, ad ſpectaculum Pyramidum, Memnonisq;. Nam
audiuerat illas,quum eſſent ſublimes,umbram non iacere: Memnonem autem
uocem edere exoriente ſole. Harum igitur rerum cupiditate adductus Deme-
trius, uidelicet ut Pyramidas intueretur, ac Memnonem audiret: ſextum iam K
menſem aduerſo Nilo nauigabat relicto Antiphilo,quòd is itinere atque æſtu
defeſſus eſſet. Huic autem interea calamitas incidit, quæ ſingulare quempiam
amicum poſtularet. Nam puer eius ut nomine,ita & patria Syrus, inita ſocieta-
te cum ſacrilegis aliquot,unà cum illis in Anubis templum irrupit: ſublatóque
Deo,ad hoc phialis aureis duabus,tum caduceo, aureo & hoc, neque non cy-
nocephalis argenteis,atque id genus aliis, omnia apud Syrum depoſuerat. De-
inde fortè comprehenſi, (capti enim fuerant diuendentes neſcio quid) rem o-
mnem protinus confeſſi ſunt,diſtricti in rota: deportatiq; uenerũt in ædes An-
tiphili:ibi res furto ſublatas depromebant,ſub lectica quadam in abdito condi-

tas.

A tas. Syrus itaq; illico uinctus, unaq; herus huius Antiphilus: atque is quidē interea dum præceptorē audit, auulsus. Nec opitulabatur quispiam: quin magis hi qui fuerant hactenus amici, auersabantur hominem, tanquam qui templum Anubis sacrilegio compilasset: sesēq; impiari credebāt, si cum illo bibissent, aut edissent. Porrò duo qui reliqui erant pueri, quicquid erat in domo, conuasantes, fuga discesserunt. In uinculis igitur erat miser Antiphilus multū iam temporis: habitus interim omnium, quātum in carcere erat, sontium sceleſtissimus. Porrò præfectus carceris Aegyptius, homo superstitiosus, ratus sese gratum facere deo, atque illius ulcisci uices, grauis Antiphilo imminebat. Quòd siquan-
B do defenderet, affirmans se nihil eiusmodi patrasse, impudens habebatur: atq; hoc nomine multo etiam magis erat inuisus. Subægrotabat itaque iam, maleq; habebat: nec mirum: quippe qui humi cubaret, idq; etiam noctu, neq; crura sineretur protēdere, ligno inclusa. nam per diem catasta stringebatur, altera manu uincta ferro: at noctu cogebatur totus in uinculis esse. Ad hæc insuper domicilii pædor ac præfocatio, multis ibidem uinctis, locumq; angustum prementibus adeò, ut uix respirarent, tum ferri stridor, ac somnus exiguus, hæc omnia molesta erant, atque intolerāda: nimirum homini eiusmodi rerum insueto, minimeq; ad tam durū uitæ genus exercitato. Quum uerò iam deficeret, ac ne ci-
C bum quidem capere posset, reuersus est tandem & Demetrius, nihildū sciēs eorum quæ acciderant. Vt autem cognouerat quo in loco res esset, statimq; curriculo ad carcerem uenisset: tum quidem admissus nō est, propterea quòd uespera iam esset, & carceris custos iamdudum occlusis foribus dormiebat, ministris excubias agere iussis. At mane quū esset ingressus, multis uidelicet precibus admissus, accedēs multo tempore, quærebat Antiphilum: quippe malorum multitudine sic immutatum, ut cognosci non quiret. Circumiens igitur, è uinctis unumquemque cōtemplabatur, eorum more qui familiarium cadauera iam marcida facta requirunt in stragibus. Quòd ni nomen fuisset eloquutus, Anti-
D philum Denomenis filium: ne longo quidem tempore potuisset agnosci quisnam esset: usqueadeo præ malis erat trāsfiguratus. Vt uerò ad uocem agnitam respondisset, atque adeunte illo comam diduxisset, eam à uultu abigens sordidam atq; impexam, ostendit sese quis esset. Hic ambo collapsi sunt, oculis obortā caligine in tā inopinato spectaculo. Verùm aliquanto pòst, posteaq; & ipse sibi redditus, & Antiphilum recipiens Demetrius de singulis esset illū diligenter percōtatus, bono animo esse iubet. Tum dissecto pallio, dimidiato quidem induitur ipse, reliquum autē illi donat, detractis illi putribus atque detritis quibus erat opertus panniculis: atque ex eo die modis omnibus illi aderat, curam
E eius agens, inseruiensq;. Locans enim sese iis qui uersabantur in portu mercatoribus, à mane ad medium usq; diem oneribus gestandis nō parum lucri faciebat. Deinde ab opere reuersus, mercedis partem carcerario in manū dabat, quò illi mansuetū hūc ac pacatum redderet. De reliquo autem in amici curā affatim suppeditabat. Atque interdiu quidem aderat Antiphilo, quò illum cōsolaretur: ubi uerò nox occupasset, pro carceris foribus facto ex herbis torulo, substratisq; frondibus, acquiescebat. Et in hunc quidem modum aliquandiu degebāt: ut Demetrius nullo uetāte ingrederetur, atque ob id mitius ferret calamitatem Antiphilus: donec extincto in carcere latrone quopiam, idq;, ut putabatur, ueneno: & custodiæ exactissimè obseruatæ, neque deinde quisquam admissus in

domicilium uinculis liber. Quas ob res dubius atq; anxius, quũ alia uia non pa- F
teret, qua liceret amico adesse: adito præfecti collega, seipsum defert, tãquam in
irruptione templi Anubis communem operam addidisset. Id simul atq; confes-
sus est, abductus est illico in carcerẽ, ac ductus ad Antiphilũ. Nam hoc magnis
precibus uix obtinuerat à carcerario, ut proximè Antiphilo, atq; eadem in tra-
be uinciretur. Hic igitur uel maximè declarauit quanto in illum fuerit amore,
quum sua ipsius incõmoda negligeret, cum & ipse interim ægrotaret: illud au-
tem curæ haberet, quo pacto fieri posset ut ille & quamplurimum dormiret,
& minimum angeretur. Atque ita commodè tolerabãt, communicatis inter i-
psos malis: donec aliquanto pòst tale quiddam accidit, quod finẽ ferme eorum G
imponeret calamitati. Siquidem è uinctis quispiã haud scio unde nactus limam,
adiunctis coniuratis captiuorum plerisque, catenam insecuit qua seriatim erant
adstricti, cyphonibus in hanc insertis, soluitq; omnes. Qui quidẽ facilè trucida-
tis (quippe paucis) custodibus, cõglobati prosiliere: atque hi quidem illico quò
quisque poterat, dissipati: postea plerique sunt comprehensi. Porrò Demetrius
& Antiphilus inibi remanserunt, Syro quoque retento, qui iam aufugere para-
bat. Vt autem diluxisset: Aegypti præses cognito quod acciderat, emisit qui-
dem qui illos insequerentur: accersitis autem iis qui erãt cum Demetrio, soluit
à uinculis, collaudatos, quòd soli non aufugissent. At illis haudquaquam sat e- H
rat ut hoc titulo dimitterentur: clamabat autem Demetrius, sibiq; non media-
cribus in rebus iniuriam fieri prætendebat, si pro maleficis habiti, uiderẽtur uel
cõmiseratione, uel ob id laudis, quòd nõ aufugissent, dimitti. In summa, cõpu-
lêre iudicem ut caussam exactius excuteret. At hic ubi reperit nihil eos cõme-
ritos, collaudatos illos, Demetrium autem seorsum quoq; admiratus, liberos es-
se iussit, consolatus super pœnam quam tulerant præter ius in uincula cõiecti.
Quinetiam ambos munere prosecutus est, idq; de suo: Antiphilũ drachmarum
decem millibus: bis tãto Demetrium. Ac Antiphilus etiam nunc quidẽ in Ae-
gypto est: Demetrius autem sua quoq; uiginti millia relinquens amico, cõcessit I
in Indiam, profectus ad Brachmanas, tantũ hoc loquutus Antiphilo, meritò si-
bi iam ignoscẽdum uideri quòd tum ab eo discederet: neq; enim sibi opus fore
pecunia, quoad is perseueraret esse, qui erat, uidelicet qui possit paucis esse cõ-
tentus: neq; illum amplius egere amico, quippe cui res iã feliciter haberẽt. Hu-
iusmodi sunt, Toxaris, amici Græci. Quod ni initiò notasses nos, tanq̃ qui uer-
bis nos iactaremus: idem profectò relaturus erã tibi cõplures orationes, atq; eas
egregias, quas Demetrius habuerit in iudicio: quũ interim pro se ipso nihil re-
spõderet: pro Antiphilo uerò lachrymas funderet, atq; etiam supplex esset: to-
tamq; caussam in sese reciperet, donec Syrus flagris cæsus, ambos eos liberos fe K
cit. Hos igitur paucos è plurimis, quos mihi primũ memoria suggessit, tibi nar-
rauerim præclaros ac firmos amicos. Quod reliquũ est, iã decedẽs à narratione,
tibi dicẽdi partes trado. Tu porrò uti Scythas his nõ inferiores referas, sed lõgè
præstantiores, tibi ipsi curæ fuerit, si quid de dextra solicitus es, ne ea tibi præ-
cidatur. Verùm oportet strenuũ præstare uirum. Etenim res quædã uehemẽter
ridicula tibi cõtigerit, si cũ Orestem ac Pyladem admodum sophisticè laudaris,
pro Scythia dicẽs, orator ignauus appareas. TOX. Rectè tu quidem Mnesip-
pe: qui quidem ad dicendum etiam exhortaris: perinde quasi nihil solicitus sis
ne tibi lingua execetur, uicto in narrationibus. Sed iam exordiar, nihil quidem

quemadmodum

A quemadmodū tu, uerbis phalerans atq; exornās (neq; enim is Scytharum mos) præſertim quū res ipſæ longè magis loquātur, quàm uerba. Nihil autē eiuſmodi expectaueris à nobis, cuiuſmodi in cōmemorando laudibus extuliſti: puta ſiquis ſine dote duxerit deformē mulierē: aut ſiquis amici filiæ nubenti pecuniolam donauerit, duo talēta: ac per Iouem, ſiquis ſponte eat in uincula, quū certò ſciat ſe paulopoſt eſſe ſoluendū. Admodū enim leuia iſta, neq; quicquam ineſt in his uel magni negocii, uel uirile quod ſit. Cæterū ego tibi referā multas cædes, bellaq; & mortes, amicorum cauſſa ſuſceptas, ut intelligas ueſtra iſta luſum eſſe ſi cū Scythicis conferantur. Neq; tamen iſtuc ſine cauſſa facitis, ſed meritò
B parua iſta miramini, propterea quòd nō ſunt uobis admodū graues occaſiones declarandæ amicitiæ, quippe in alta pace uiuentibus: quemadmodū nec in trāquillitate queas ſcire, bonus ſit gubernator, néene. tempeſtate enim tibi opus fuerit ad hoc ut dignoſcas. At apud nos bella perpetua, & aut inuadimus alios, aut cedimus inuadētibus, aut ubi fortè cōcurrimus, pro paſcuis prædaq; pugnamus. Hic potiſſimū opus eſt bonis amicis, eoq; quamfirmiſſimè conſtituimus
, amicitias, ſola hæc arma inuicta atq; inexpugnabilia eſſe iudicātes. Prius autem uolo tibi cōmemorare quo ritu faciamus amicos, nō ex poculis, quemadmodū uos, neq; ſiquis æqualis ſit, aut uicinus: uerùm ubi ſtrenuum quēpiam uirū conC ſpexerimus, quiq; præclara facinora patrare poſſit, in hūc omnes ſtudio incumbimus: & quod uos in ambiendis cōiugiis, id nos in amicis non grauamur, diu quaſi procos agentes, nihilq; nō faciētes, ne uidelicet fruſtremur amicitia, néue reiecti eſſe uideamur. At ubi iam in amicitias cæteris repulſis delectus eſt quiſpiā, protinus fœdus initur, ac iuſiurādum, quod ſit maximū, nimirū & uicturos eos pariter, & mortē oppeturū, ſi ſit opus, alterū pro altero. Atq; ita facimus. Etenim ſimul atq; inciſis digitis ſanguinē in calicem deſtillauerimus, ſummisq; intinctis gladiis ambo pariter admouentes biberimus, nō eſt quicquā quod deinde nos queat dirimere. Admittūtur autem ad huiuſmodi fœdera ad ſummū
D tres. Nam qui multis ſit amicus, is eo loco habetur apud nos, quo communes iſtæ atq; adulteræ uxores: arbitramurq; iam non perinde firmā illius amicitiam fore, poſteaquam eſt in plures partes diſſecta. Exordiar autem ab his quæ nuper Dandamis fecit. Dandamis enim hic in conflictu cum Sauromatis, quum eſſet captiuus abductus eius amicus Amizocas. Quin potius antè tibi iurabo noſtrū iuſiurandū, quandoquidem iſtuc initiò ſum pollicitus. Non enim per Ventū & Acinacē, quicquam mentiturus ſum apud te de Scythicis amicis. M N E. Equidem tuum iuſiurādum haud magnopere deſiderabam: proinde rectè facis, qui nullum deorum iures. T O X. Quid tu narras? An non tibi uidentur eſſe dii,
E Ventus & Acinaces? Adeóne te fugit quòd nihil ſit maius mortalibus uita ac morte? Per hæc utique iuramus, quoties per Ventum & Acinacem iuramus: uidelicet per Ventum, tanquam qui uitæ ſit cauſſa: per Acinacē uerò, ut qui mortis ſit author. M N E S I P. Atqui ſi iſta idonea cauſſa eſt: profectò multos alios quoq; deos eſtis habituri tales, qualis eſt Acinaces: puta iaculum, lanceam, uenenum, funem, atq; his cōſimilia: quādoquidem uarius eſt iſte deus interitus, atq; innumerabiles aperit uias, quibus ad illum ſit aditus. T O X. Vide quā contentioſē nunc, quamq; litigioſē iſtuc facis: dum medio ſermone interpellas me, excutisq; ac diſturbas orationem meam. At ipſe loquente te, ſilentium agebam. M N E. Age, non ſum iſtuc poſthac facturus, Toxaris: & optimo iure obiurgas:

*Quomodo amicos eligāt Scythæ.*

*Iuſiurandum Scytharum.*

quare perge confidenter quod reſtat dicere: perinde quaſi nec adſim dū loque- F
I. par, Dandamis & Amizoca. ris. adeò tibi ſilebo. TOX. Quartus igitur agebatur dies Dandamidi & Amizocæ, ex quo amicitiam inierant, ac mutuum ſanguinem pariter biberāt. Venerāt interea in regionē noſtram Sauromatæ cum equitum decem milibus: peditum autem ter tantū aduenisſe ferebatur. Ii nimirū quum in nos irruiſſent imparatos, neq; expectantes illorū inſultum, omnes quidem cedere cogunt, complures autē repugnātes occidunt, nonnullos & uiuos abducūt, niſi ſiquis effugerat tranans in ulteriorem fluminis ripam, ubi nobis dimidium copiarum, & pars curruum erat. Sic enim id temporis caſtra fueramus metati, haud ſcio quo cōſilio Archiplanorū, id eſt ducum noſtrorum, ad utranq; Tanaidis ripā. Pro- G
tinus itaq; & prædas abigebant, & captiua abducebāt, & tentoria diripiebāt, & curribus potiebātur, atq; iis pleriſq; cum uiris captis: & ſub oculis noſtris cōcubinas uxoresq; noſtras conſtuprabant. Nos porrò rem indignè tulimus. At Amizoca quū duceretur (erat enim captus) nominatim inclamauit amicū, miſerè uinctus, ſimulq; calicis & ſanguinis cōmonefecit. Quod ſimul atq; exaudierat Dandamis, nihil etiā contatus, ſpectātibus omnibus tranauit ad hoſtes. Ibi Sauromatæ denſatis telis irruerunt in illum, iam confixuri, niſi ſucclamaſſet, Zirim. Hoc uerbi ſiquis ſonuerit, poſtea non interimūt, ſed recipiunt, tanquā dedentem ſeſe precio redimēdum. Moxq; ad illorū ducem adductus, repoſcebat ami- H
cum: Ille redemptionis precium poſtulabat. Neq; enim prius dimiſſurū ſeſe, niſi maximū pro illo recepiſſet. Tum Dādamis: Quæ poſſidebā, inquit, ea omnia à uobis direpta ſunt: quòd ſi quid eſt quod nudus præſtare queā, id ſum paratus polliceri uobis: & imperato quicquid uoles: & ſi ita uis, meipſum huius in locum recipe, & abutere ad quodcunq; tibi lubitū erit. Ad hæc Sauromata: Nihil, inquit, opus retinere te: præſertim quū temet dedideris. Quin tu parte eorū quæ poſſides, tradita, amicum abducito. Rogat illico Dādamis, quidnam uellet accipere. Ille oculos poſtulat. Atq; hic protinus exhibuit eruendos. Deinde ubi eſſent execti, iamq; precium perſolutū eſſet Sauromatis, recepto Amizoca, re- I
uerſus eſt innitēs illi: unaq; tranantes, incolumes ad nos redierunt. Id factū, animum reddebat Scythis omnibus, neq; iam uictos eſſe rebātur ſeſe, quum uiderent, quod apud nos eſſet bonorum maximum, id nondum eſſe abductum ab hoſtibus: uerùm ſupereſſe egregiam mentē, & in amicos fidem. At idem Sauromatis formidinem non mediocrē incutiebat, reputātibus cum cuiuſmodi uiris, ſi ſe præparaſſent, eſſent pugnaturi: tametſi tum quidē ex improuiſo ſuperaſſent. proinde ſub noctem relictis maxima ex parte pecoribus, incenſisq; curribus, fuga ſeſe ſubduxerūt. Porrò Amizoca nō tulit diutius, ut uideret ipſe, amico cæco Dandamide, ſed ipſus ſemet exoculauit. Atque ita ſedēt ambo, omniq; K
honore à populo Scytharū publicitus alūtur. Quid tale Mneſippe uos referre poſſetis, etiam ſiquis tibi donet ut poſſis uel decem alios ad iſtos quinq; adiungere, etiā citra iuſiurandū, ſi ita uis, ut & multa liceat affingere? At ego tibi rem nudam expoſui. Tu uerò ſi quē talem narraſſes, nō ſum neſcius, quantas adornandæ rei gratia phaleras narrationi fueris admixturus, quemadmodū ſupplicarit Dandamis: & quomodo ſit excæcatus, & quæ dixerit, & quo pacto redierit, & quemadmodum exceperint eum Scythæ, aggratulantes, beneq; ominantes, atq; id genus alia: cuiuſmodi uos ad demulcēdas aures ſoletis artificio quo-
II. par, Belit- dam addere. Audi igitur & alium huic parem Belittam, huius Amizocæ cōſo-

brinum

A brinum. Is ut detractũ ex equo à leone Basthen amicum conspexisset (nã fortè simul erant in uenatu) iamq; leo circumplexus illum, iugulo admotus esset, atq; unguibus laniaret, desiliens & ipse, inuolauit in tergum beluæ, reflexitq;, in sese prouocans, auertensq;, atq; inter dentes digitos inferens, conatus quoad licuit, Basthen è rictu leonis eximere, donec leo omisso illo iam semimortuo, ad Belittã sese conuertit, atque ipsum quoque circumplexus occidit. At ille moriens (nam tãto anteuertit) acinacem in leonis pectus defixit. Itaq; pariter exanimati sunt omnes: nos autem sepeliuimus eos, duobus aggestis tumulis inter se uicinis, altero amicorũ, altero è regione leonis. Iã tertio loco tibi referã Mnesip- *Mnesippe & Basthes*

B pe, Macentæ, Lonchatæ, & Arsacomæ amicitiam. Hic enim Arsacomas deperibat Mazæam Leucanoris filiam, qui regnabat in Bosporo tum quũ legatione fungeretur super tributo quod Bosporani semper nobis pendere soliti, id temporis tertium iam mensem ultra diem legitimum distulerant. In cõuiuio igitur quum Mazæam uidisset proceram atque decoram uirginem, amore captus est, grauiterq; discruciabatur. Iam itaq; quæ de tributis agebantur, erant transacta: responderatq; illi Rex, conuiuioq; accipiebat, mox illum dimissurus. Est autem mos in Bosporo, uti proci in conuiuio petant puellas, narrantes quinam sint, quibusq; rebus freti decreuerint eas in matrimoniũ accipere. Atq; id temporis *III. Macẽtes, Lõchates & Arsacomas.*

C forte fortuna multi aderant in cõuiuio proci, reges, ac regum filii. in his erat & Tigrapates Lazorũ princeps, & Adyrmachus Machlynæ dux, aliiq; cũ his permulti. Oportet autẽ unumquenq; procum posteaquã expositi quis sit, & qua fiducia ad ambiẽdas nuptias accesserit, cõuiuari cum reliquis, tacitumq; accumbere: deinde peracto cõuiuio, postulata phiala uinũ in mensam effundere, atq; ita sponsam ambire, multũ interea collaudantem sese, quo genere, quibus opibus, qua sit potentia. Ad hũc igitur modũ cũ multi iam libassent, postulassentq;, regna & opes commemorantes: tandẽ Arsacomas postulata phiala non libauit (neque enim mos apud nos uinum effundere, quin magis contumelia ista esse

D iudicatur in Deum) sed hausti bibẽs, Da mihi rex, inquit, filiam tuã Mazæam uxorem, qui multo sum potior istis, quantum ad opes ac possessiones attinet. Leucanore uerò admirante (sciebat enim rex pauperem Arsacomam, ac de plebe Scytharum esse) percontãteq;, Quantum pecorum, aut quãtum habes plaustrorũ Arsacoma, nam iis rebus uos diuites estis? Imò nec plaustra, inquit, possideo, nec armenta, uerùm sunt mihi duo amici, honesti, probiq;, quales alii Scytharũ nemini. Ac tũ quidem ista dicens risus est, cõtemptuiq; habitus, uisusq; temulentus: mane uerò reliquis prælatus est Adyrmachus: iamq; sponsam abducturus erat in Mæotidẽ ad Machlyenses. Porrò Arsacomas domũ reuersus, ami-

E cis indicat quemadmodũ reiectus esset à Rege, risuiq; habitus in cõuiuio, quũ pauper esse putaretur. Atqui dixerã, inquit, illi, quantas haberem opes, nempe uos, ô Lonchata atque Macenta: uestramq; beneuolẽtiam longè præstare multóq; firmiorem esse Bosporanorum opibus. Verùm hæc dicentẽ me subsannauit, contempsitq;: & Adyrmacho scilicet Machlyensi tradidit asportandã sponsam, quòd aureas phialas se diceret habere decem, præterea currus quaternis sedilibus octoginta: ad hæc ouium boúmque multam copiam. Sic uidelicet antetulit fortibus uiris pecorum multitudinem, operosa pocula, & currus graues. Proinde ô amici, dupliciter excrucior: nam & Mazæam amo, & iniuria mihi inter tantum hominum illata, non mediocriter mordet animum meum.

Arbitror autem & uos ex æquo iniuria affectos esse. Etenim ad unumquenq; F
è nobis tertia cõtumeliæ pars pertinebat: si modò ita uiuimus, quemadmodum
cœpimus quum coniungeremur: nimirum ut unus homo simus, iisdem dolen-
tes, iisdemq; gaudentes. Imò, inquit Lonchates, unusquilibet è nobis totus in-
iuria afficiebatur tum quum in te ista fierent. Quomodo igitur, inquit Macen-
tes, his in rebus agemus? Per partes, inquit Lonchates, negocium suscipiamus.
Atque ego quidẽ recipio Arsacomæ me caput apportaturum Leucanoris. Tu
uerò sponsam ereptam huic adducas oportet. Ita fiat, inquit: at tu Arsacoma,
inter hæc (nam his peractis uerisimile est exercitu ac bello fore opus) hic mane,
quò contrahas & appares arma, equos, atq; aliarum rerum uim quantam potes G
maximam. Facillimè autẽ plurimos adiunxeris: partim quòd ipse strenuus, par-
tim quòd nobis non pauci sunt familiares. Maximè uerò si desederis in tergore
bouis. Hæc ubi placuissent, hic quidem quantum potuit, rectà profectus est in
Bosporum, puta Lonchates: alter, id est Macentes, ad Machlyenses, eques uter-
que. At Arsacomas domi manens, & cum æqualibus contulit, & ex familiati-
*Cõsuetudo se-* bus uim hominum armauit. Demum & in tergore bouis desedit. Consuetudo
*dẽdi in tergo-* autem de sedendo in tergore bubulo, huiusmodi est apud nos. Vbi quis ab alio
*re bubulo.* læsus est, cupitq; ulcisci, neque par esse pugnæ uidetur: tũ boue immolato, car-
nes frustulatim concisas igni torret. Dehinc ipse porrecto humi corio, sedet in H
eo, in tergum reductis manibus, more eorum qui à cubitis uincti sunt. Et hoc
quidem apud nos maximum est supplicandi genus. Appositis autem bouis car-
nibus, adeuntibus domesticis, præterea siquis alius uelit, quisq; partem sibi su-
mit, ac dextro pede tergum bouis calcans, pro facultate pollicetur, hic quidem
equites præbiturum se quinq; suopte cibo, suoq; stipẽdio: ille decem, alius plu-
res: alius armatos pedites quot possit: atq; qui pauperrimus, seipsum duntaxat.
Colligitur itaq; in tergo bouis ingens nonnunquam multitudo. Et huiusmodi
quidem exercitus & certissima fide cohæret, & hostibus expugnatu difficillimus
est: nõ aliter quàm si iureiurãdo esset adactus. Nam in tergũ ascendisse, in- I
star iurisiurãdi est. Arsacomas igitur his in rebus procurandis satagebat: coie-
runtq; illi equites quidem circiter quinquies mille: tum armati ac pedites pro-
miscuè uicies mille. At Lõchates ubi ignotus peruenit in Bosporũ, Regẽ adit,
tractantem quiddam de regni negociis, aitq; uenire quidẽ sese publico Scytha-
rũ nomine, sed priuatim res maximas apportare. Ille ubi dicere iussisset: De pu-
blicis, inquit, negociis, hæc impræsentiarum denũciant Scythæ, ne uestri pasto-
res in planitiem usq; transgrediantur, sed intra Trachonẽ pascant. Cæterùm la-
trones de quibus expostulatis, quòd regionem uestram incursent: negant eos
publico cõsilio emitti, sed priuatim sui quenq; lucri causa prædari. Quòd si quis K
illorum deprehẽdatur: tui arbitrii esse, ut in eos animaduertas. Hæc quidem illi
denunciant. At ego tibi indico, grauem in uos insultum futurum ab Arsacoma
Mariãtæ filio, qui nuper legatum egit apud te: idq; opinor, quum filiam tuam
postularit, non assequutus sit abs te: ob id indignatur, sedetq; in tergore tauri-
no septimũ iam diem, cõtractusq; illi est exercitus haud exiguus. Audiui (inquit
Leucanor) & ipse, cogi uim copiarum in tergũ bouis. Quòd autem aduersum
nos cogerẽtur, quodq; Arsacomas huius rei dux esset, id uerò me fugerat. At-
qui in te, inquit Lõchates, hic apparatus cõstituitur. Mihi autẽ inimicus est Ar-
sacomas, grauiterq; fert quòd sibi præferar à natu maioribus, & quòd in omni-

bus

A bus illo uidear esse præstantior. Quòd si mihi spopõderis alterã filiam tuã Barcetin, alioqui nec indigno uestra affinitate, breui tibi reuersus caput eius appor tauero. Spondeo, Rex inquit, uidelicet supra modũ formidine correptus, propterea quòd non ignoraret quam ob caussam iratus esset Arsacomas: nimirum ob nuptias: tum aliàs quoque metuerat semper Scythas. At Lonchates, Iurato, inquit, te præstiturum pacta, neque inficiaturũ. Id quum fieret, iamq; resupinatus in cœlum iurare uellet: Absit, inquit, ut hic: ne quis spectantium coniiciat qua gratia iuremus: quin potius hoc templum Martis ingressi, occlusis foribus iusiurandum edamus, ubi nullus exaudiat. Nam si quid horum inaudierit
B Arsacomas, uereor ne me ante bellum immolet, manu iam nunc nõ parua cinctus. Introeamus, inquit Rex. Vos autem absistite quamlongissimè: neq; quisquam ad templum adeat, quem ego non accersiuero. Posteaquã igitur ipsi quidem introgressi sunt, satellites autem procul abstiterunt: uibrato gladio, simúlque altera manu obturato ore, ne uociferaretur, ictum in pectus adegit. Deinde caput defectum, sub chlamyde tenens prodibat, quasi confabulãs interim cum illo, breuique sese dicens affuturum, tanquam ad negocii quippiam emitteretur ab illo. Atque ita reuersus eò ubi equum uinctum reliquerat, conscenso illo redequitauit in Scythiam. Porrò nemo est eũ insequutus, quippe diu igno-
C rãtibus Bosporanis quod acciderat, tum ubi resciissent, factiosè de regno decertantibus. Hæc itaque gessit Lonchates, præstititq; promissum allato Leucanoris capite. Porrò Macentes in uia factus certior super his quæ in Bosporo acciderant, peruenit ad Machlyenses: primusq; illis nuncium attulit de Rege trucidato. At populus, inquit, te Adyrmache, gener cũ sis, ad regnum uocat. Proinde fac ut ipse prior occupans, imperiũ arripias, in rebus perturbatis obortus, puella uerò te sequatur à tergo in curribus. Facilè enim isthoc pacto tibi conciliaueris multitudinem Bosporanorum, ubi Leucanoris filiam conspexerint. Ego porrò nõ solũ Alanus sum, uerùm etiam sponsæ tuæ cognatus maternus: siqui-
D dem nostra è gente Masteram Leucanor asciuit uxorem. Et nunc tibi adsum, missus à Masteræ fratribus, qui sunt in Alania, denunciantibus ut quàm potes ocyssimè te recipias in Bosporum, neque per negligentiam committas, ut imperium ad Eubiotũ deueniat, qui tametsi frater nothus est Leucanoris, tamen Scytharum partibus semper fauit, cum Alanis simultates gerit. Hæc quidẽ dicebat Macentes. Erat autem eodem cultu eademq; lingua cum Alanis. Commune enim horum utrunque Alanis cum Scythis, nisi quòd non magnopere comati sunt Alani, quemadmodum Scythæ. At Macentes in hoc quoque illis erat assimilis, uidelicet detonsa coma: quatinus conueniebat Alanũ minus esse
E comatum, quàm Scytham. Itaque his rebus factũ est, ut illi fides haberetur, putareturq; Masteræ ac Mazææ cognatus esse. Et nunc, inquit, ô Adyrmache, ad utrumuis paratus sum: uel proficisci tecum in Bosporum, si uelis: uel manere, si sit opus, ac sponsam adducere. Isthuc equidem, inquit Adyrmachus, longè malim, quandoquidem cognatus es, te puellam adducere. Nam si nobiscum unâ proficiscaris in Bosporum, unum duntaxat equitem numero addideris. Quòd si mihi uxorem aduexeris, multorum instar fueris. Atque ita factum est: & hic quidem iter ingressus est, Macentæ tradens ducendam Mazæam, quæ uirgo etiamdum erat. At ille per diem quidẽ illam curru uehebat: uerùm ubi nox incubuisset, imposita equo (nam id curarat, ut alius quidam eques sese conseque-

retur)tum insiliens & ipse,nequaquam deinceps ad Mæotim iter faciebat, sed F
deflectens ad mediterraneam, relictis ad dextram Mitræorũ montibus, quum
uirginem interim aliquoties interquiescere iussam refocillasset, intra triduum
à Machlyensibus in Scythiam usque permensus est uiam: statimq; equus eius
ubi destitisset à cursu, paulisper astans exanimatus est. Porrò Macentes Arsa-
comæ Mazæam in manũ dans,Accipe, inquit,à me quoque id quod sum pol-
licitus. At illo ad insperatum spectaculũ stupefacto,gratiasq; agente:Desine,in-
quit,Macentes,ac noli me aliũ à te ipso putare:nam mihi profectò gratias age- G
re ob hæc quæ feci,perinde est,ac si sinistra mea gratias agat dextræ,quòd uul-
neratæ sibi subministrauit,atque officiosè curam egit ægrotantis. Ridicula ni-
mirum & nos fecerimus,si iam dudum commissi,& quatenus licet,in unũ con-
flati, magnum adhuc esse credamus, siqua pars nostri officiosè quid egerit pro
toto corpore. Etenim pro se ipso fecit,quũ pars sit totius beneficio adiuti. At-
que ad hunc quidem modum Arsacomæ gratias agenti Macentes respondit.
Cæterùm Adyrmachus ubi sensit insidias, non perrexit ire in Bosporum: iam
enim Eubiotus rerum potiebatur accersitus à Sauromatis,apud quos fuerat di-
uersatus: uerùm in patriam reuersus, contractis ingentibus copiis, per mon-
tosa irrupit in Scythiam, paulo; post irruit & Eubiotus, cum Græcos unde-
cunque poterat secum ducens, tum Alanos & Sauromatas accersitos, utrinq; H
uicies millenos. Coniunctis autem copiis Eubiotus atque Adyrmachus nona-
ginta milla confecerunt:atque ex his tertia pars equites sagittarii. Nos autem
(nam & ipse ad hanc expeditionem contuleram,addens iis qui in tergum tau-
rinum conuenerant,equites ad plenum instructos centũ)contractis haud mul-
to minus triginta millibus,unà cum equitibus operiebamur insultum,ductore
Arsacoma. Vt autem admouentes illos conspeximus,contra duximus agmen,
præmissis in hostem equitibus. Atque ubi iam diu acriter esset pugnatum,tan-
dem cessere nostri,interrupta phalãge. Postremò in duo dissectum est uniuer-
sum agmen Scythicum. pars subduxit sese,non omnino palàm uicta,uerùm ita I
fugiebat,ut locũ dare uideretur:adeò ut Alani ad multum tempus insequi non
auderent. partem alteram,quæ eadem erat imbecillior,cingentes Alani ac Ma-
chlyenses undequaque cædebant, confertim iaculis emissis, atque sagittis, sic
ut uehementer laboraretur à nostris, qui tenebantur obsessi. Et iam pleriq; ar-
ma proiecerant,quorum in numero fortè erat Lonchates,& Macentes:iámque
ambo uulnus acceperant, dum ante alios sese periculis obiiciunt, hic quidem
adusto femore,puta Lonchates:porrò Macentes securi fluciato capite,tũ con-
to in humerũ impacto. Quod simul atq; sensit Arsacomas,quũ in altero agmi-
ne esset nobiscum: turpe ratus si desertis amicis non adesset, subditis equo cal- K
caribus,cũ clamore in hostes tẽdere cœpit sublato gladio,adeò ut Machlyen-
ses uim animi non sustinuerint, sed uiam illi fecerint,ut trãsiret. At ille receptis
amicis,tum aduocatis & aliis, impetum fecit in Adyrmachũ, impactoq; in ce-
ruicem gladio, ad zonã usque dissecuit. Quo fuso dissipata est omnis acies Ma-
chlyensium,paulopost & Alanorum. denique cum his Græci quoque. Atque
ita redintegrato prælio,nos superiores extitimus,diuque sumus insequuti tru-
cidantes,donec nox finem impossuit. Postero die ab hostibus uenerunt lega-
ti, qui supplices pacem atque amicitiam orarent. Bosporani duplicatum tribu-
tum pensuros sese pollicebãtur: Machlyenses obsides daturos se confirmabãt.

Alani

A Alani ita eam inuaſionem compenſaturos ſeſe ſpondebãt, ut Sindianos noſtro nomine uellent aggredi, quibúscum multo iam tempore nobis fuerat ſimultas. His de rebus auditis ſuffragiis, in primis autem Arſacomæ & Lonchatæ, pax inita, duobus illis cuncta pro arbitratu ſuo moderantibus. Huiuſmodi, Mneſippe, audent Scythæ amicorum cauſſa facere. MNES. Tragica prorſus, ô Toxari, fabulisq; ſimilia. Et propitius ſit Acinaces & Ventus, per quos iuraſti: ſi quis iſta non credat, non admodum reprehendendus eſſe uideatur. TOXA. At uide, uir egregie, ne incredulitas iſta ab inuidia ueſtra proficiſcatur. Quanquam non me deterrebis non habendo fidem, quo minus & alia his conſimilia refe-
B ram, quæ nouerim à Scythis eſſe geſta. MNES. Tantum ne longum facias, uir optime, neque uſqueadeo admiſſis uagisq; utare ſermonibus, ut nunc ſurſum ac deorſum Scythiam Machlyanamq; percurrens, deinde in Boſporum diſcedens, poſtremò rediens, prorſus abutare ſilentio meo. TOXA. Parendum tibi & hanc præſcribenti legem, dicendumq; paucis: ne fatigeris unà nobiſcum audiendo circumcurſitans. Quin magis auſculta quæ in me ipſum amicus Siſin- IIII.
nes nomine præſtiterit. Quum enim Athenas relicta patria proficiſcerer, idq; *Toxaris & Siſinnes.*
cupiditate Græcanicarũ literarum, appuleram Amaſtrim Ponticam. Ea eſt urbs haud procul à Carambe diſſita in promontorio, obuia iis qui à Scythia naui-
C gant. Comitabatur autẽ Siſinnes, mihi à puero amicus. Nos igitur ubi res quaſdã importatas in portu ſpectaſſemus, in eumq; è naui ſubduxiſſemus, emimus, nihil ſuſpicantes mali. interea fures quidam effracta ſera ſuſtulerunt uniuerſa, adeò ut non reliquerint quod uel in eum diem ſufficere poſſet. Ergo quũ domum eſſemus reuerſi, cognito quod acciderat, non uiſum eſt in ius uocare uel uicinos qui plures erant, uel hoſpitem, ueriti ne pleriſque ſycophantæ uideremur, ſi dixiſſemus nobis ab aliquo ſublatos eſſe Daricos quadringentos, tũ ueſtium permultum, ad hæc tapetia quædam, deniq; quicquid habueramus. Conſultabamus igitur hiſce de rebus, quid eſſet faciundum omnium rerum egenis,
D idq; in urbe peregrina. Ac mihi quidem ita uiſum eſt tum temporis, ſtatim demerſo in ilia Acinace, uitã fugere, priuſquam ignauum quippiã aut indignum eſſet ferendũ uel fame uel ſiti enecto. Contrà Siſinnes conſolabatur, obſecrãs ne quid tale facerem. Aiebat enim excogitaſſe ſeſe unde nobis uictus ſuppeteret. Et eo quidem die baiulandis è portu lignis allata mercede uictum ſuppeditauit: mane autem obambulans in foro, pompam quandam aſpexit iuuenum (quemadmodum aiebat) elegantium ac ſtrenuorum. Hi nimirum uiritim lecti uti mercede propoſita ſingulare certamen inirent, in tertium diem erãt decertaturi. Ergo quum omnes huius negocii conditiones audiſſet, accedens ad me,
E Caue poſthac, inquit, Toxari, ne teipſum pauperem dixeris. ſiquidem tertio ab hinc die diuitem te reddidero. Hæc ait, atque interea ægrè parato uictu, quum iam ſpectaculum eſſet inſtitutum, ſpectabamus & ipſi. etenim aſſumptum me duxit in theatrum, tanquam ad iucundum aliquod nouumque ſpectaculum Græcorum. Ergo ubi cõſediſſemus, ſpectabamus. Ac primò quidem feræ partim iaculis confixæ, atque à canibus agitatæ, partim in homines quoſdam uinctos emiſſæ, nocentes quoſpiam, ita ut coniiciebamus. Vt autem prodierũt qui erant ad ſingulare certamen conducti, ac producto iuuene quodam prægrãdi, dixiſſet præco: Si quiſquam uelit cum hoc ſingulari certamine congredi, prodeat in medium, præmium pugnæ accepturus drachmarum decem millia: ibi

protinus assurrexit Sisinnes desiliens,polliceturq; se dimicaturum:simulq; po- F
scit arma. Tum acceptam mercedem,decem millia mihi deferens,in manu dat:
Si uicero, inquit, Toxaris,unà proficiscemur, suppetetq; commeatus. sin ceci-
dero,sepulto me redi rursus in Scythiam. Ego quidē his auditis singultiebam.
At ille sumptis armis, reliquum quidem corpus muniuit: at galeā nequaquam
imposuit,sed nudo cōsistens capite pugnabat. Et initiò quidem ipse uulnus ac-
cepit,retorto gladio, succiso poplite, ita ut multū sanguinis defluēret. Ego in-
terim iam metu præmortuus eram. At ille confidentius inuadentem aduersa-
rium obseruans,ferit in pectore,transfigitq;:ita ut protinus ad pedes illius pro-
cumberet.Ille fessus & ipse uulnere,mortuo incumbebat:parumq; aberat quin G
ipse quoque efflaret animam. At ego accurrens erexi,animumq; reddidi. Por-
rò ubi dimissus est iam uictor declaratus: sublatum illum, domum deportaui:
multumq; temporis curatus à medicis, superuixit quidem, hodiéque agit apud
Scythas,ducta in matrimonium sorore mea:claudus tamen adhuc est ex uulne-
re. Hæc res Mnesippe non apud Machlyenses,neque in Alania gesta est,ut te-
stibus careat, & ficta credi queat: uerùm complures extant Amastriani, qui de
pugna Sisinnæ memorant. Finem iam faciam,si tibi quinto loco factum Abau-
chæ retulero. Appulit aliquando Abauchas hic in Borysthenēsium ciuitatem
V. *Abauchas & Gyndanes.* secum adducens & uxorem,quam unicè diligebat, liberos duos,alterum qui- H
dem masculum lactentem, altera uerò erat puella septem annos nata. Erat au-
tem peregrinationis comes & huius amicus Gyndanes,atque is quidem è uul-
nere laborans, quod in uia acceperat à latronibus qui eos fuerant adorti: cum
quibus dum pugnaret, ictus est in femore, ita ut ne stare quidē posset præ cru-
ciatu. Itaque noctu dormientibus illis (nam fortè in cœnaculo quodam diuer-
sabantur)ingens ortum est incēdium, omniaq; circunclusit: iamq; flamma un-
dique domum circundedit. Ibi experrectus Abauchas, relictis liberis plorantī-
bus,repulsa uxore,quæ inhærebat,iussaq; ut ipsa sese seruaret,amico in humē-
ris sublato descendit,perrumpénsque euasit, ita ut nequaquam incendio læde- I
retur. Vxor infantem baiulans consecuta est,monens puellulam ut sese conse-
queretur. Ea uerò semiusta,abiecto ex ulnis infante,uix exiliit è flamma. Dein-
de puella unà cū illa ueniens,penè & ipsa extincta est. Post hæc quum probro
obiectaret quispiam Abauchæ, quòd desertis liberis, atque uxore, Gyndanem
extulisset:Imò liberos,inquit,denuo parare haudquaquam difficile:tum incer-
tum,an hi boni sint futuri: porrò amicum diu fuerit priusquā inueniam talem
qualis est Gyndanes:cuius amor mihi multis argumentis est exploratus. Dixi
Mnesippe, è pluribus his quinque propositis iam tempus est pronunciari, utri
nostrum aut linguam aut dexteram oporteat amputari. Quis igitur futurus est K
iudex? MNES. Nemo. Neque enim constituerāmus narrationis arbitrum. Sed
scin' quid agemus? Quandoquidem impræsentiarum nullo proposito scopo
sumus iaculati:deintegro delecto arbitro,alia amicorum paria apud illum refe-
ramus: deinde uter succubuerit,ei tum quidem amputetur,uel mihi lingua,uel
tibi dextera. At si hoc crudele, quandò tu amicitiam admirari uisus es:ego ni-
hilo secius puto nullam esse mortalibus possessionem hac præstantiorem, ne-
que pulchriorem:quin ipsi quoque in unum copulati,illud approbamus,ut ex
hoc die in totam usque uitam simus amici,utriq; uictores,utrique maximis po-
titi præmiis: uidelicet pro unica lingua,unaq; dextera, binas uterque habituri:

atque

A atque insuper oculos quoque quaternos, pedesq; quaternos: in summa, duplicia omnia. Eiusmodi nanque quiddam est cum duo trésque copulantur amici, qualem Geryonẽ scriptores depingunt, senis manibus, terniscq; capitibus hominem. Siquidem (ut mea fert opinio) tres illi fuerunt, qui communiter omnia gererent: ut dignum est his qui amicitia coniuncti sunt. TOX. Probè dicis. atq; ita faciamus. MNES. Verùm neque sanguine opus est Toxaris, neque Acinace, qui nobis amicitiam confirmet. Hæc enim confabulatio, & quòd eadẽ amamus, id multo certius est calice illo quẽ bibitis: propterea quòd huiusmodi nõ obligationem, sed animum postulare mihi uidentur. TOXA. Placent ista: iamq;
B amici atque hospites simus: tu mihi hic in Græcia: ego tibi, siquando in Scythiam perueneris. MNES. Nimirum ut sis sciens, nequaquã me pigeat uel longius etiam proficisci, si tales amicos nanciscì liceat, qualem esse te Toxari ex tua oratione coniicio.

# LVCIVS, SIVE ASINVS.

## ARGVMENTVM.

*Iocosa quædam & ficta narratio est, quo pacto uidelicet in Thessaliã profectus studio discẽdæ artis Magicæ, ibi à puella quadam, dum in auem conuerti, eoq; periculum artis facere cupit, in asinum mutatur, ac deinde uaria fortunæ atq; locorum uicissitudine, rusticis, urbanis, sacris, profanis diuenditus, ad postremum cum*
C *in theatrum quoq; spectaculi de se præbẽdi caussa introductus esset, deuoratis quas ibi tum fortè conspexerat rosis, in pristinam hominis figuram iterum redierit. Præcipuè autem admiratione digna est, mira casuum atq; periculorum uarietas, quibus sursum atq; deorsum iactatum sese, interim etiam bene acceptum fingit: ut non immeritò prorsus putarint quidam uoluisse Lucianum, totius humanæ uitæ speciem atque imaginẽ quandã sub hoc lusu proponere, uidelicet quàm uarij casus, quàm fallax & inconstans fortuna, quàm incerti consiliorum etiam bene ac sapienter captorum exitus, quamq; insperati quandoq; earum rerum quas nunquam cogitaris, euentus esse soleant, asini huius exemplo (qui corporis quidẽ permutatione facta, ex homine transformatus fuerit, animum tamen & mentem hominis retinuerit) adumbrando. Hanc fabulam Apuleius undecim libris imitatus est, afflictis etiam alijs compluribus ad idem argumentum, quorum quædam mythologicè Fulgentius interpretatus est, is qui in cæteras quoque poetarum fabulas, mythologias scripsit.*

D  VVM in Thessaliam, ubi quædam mihi paternæ rationes erãt cum eius gentis uiro, proficiscerer, in Thessalos quosdã incidi, qui in Hypatam Thessaliæ urbem redibãt. Vehebar equo, necessaria quædam usui ferens, unico comitatus seruo, qui sequebatur pedes. Inter eundum, cũ uariis de rebus loquentes, iam urbi appropinquaremus, à Thessalis petii, nũ eius urbis ciuem nossent nomine Hipparchum. habere enim me ad eum literas, ut apud ipsum uelut hospitem diuerterem. Illi & hominem sibi notum esse dixerunt, locupletem auarum, qui solùm domi uxorem, & unicam ancillam haberet: & quo in loco urbis habitaret, describẽtes, hortum quempiam in quo esset
E eius habitaculum, data deinde salute acceptaq;, abierunt. ego domum Hipparchi adiens, ostium leuiter pulso. accessit uxor: quam rogo, an sit Hipparchus domi. illa cum & quis essem, & quid mihi uellem, quæsisset, à Deciano Sophista Patarẽsi habere me literas respondi. Mulier manere paulum hortata, occluso ostio abiit: pauloq; pòst rediẽs, me iubet introire. Ingressus salutato homine epistolam trado. Erat ille in cœnæ principio, in lectulo sedens admodũ paruo, unà muliere discumbẽte, mensa cibis uacua. Lectis literis, Amicissimus mihi, inquit, Græcorumq; excellẽtissimus Decianus fecit optimè, qui suos ad me amicos fidẽter miserit. Vides Luci habitaculum hoc paruum esse, sed quod satis sit habitãti: uerùm reddes tua præsentia domũ, si æquo animo tuleris, ampliorem.

Vocata deinde ancilla Palæstra: Des,inquit,huic hospiti nostro tunicam: & si- F
quid secum detulit,conde:dehinc mitte ipsum ad balneū quod longa uia à nobis abest. Cepit me Palæstra,ostensaq; domo pulcherrima:In hoc,inquit, lecto nocte dormies.huic puero tuo lectum substernam,& addam puluinar.Cū hæc dixisset,ego in balneum profecturus,hordeum in cibum equi ancillæ dedi.Lotus cum rediissem, Hipparchus me benignè excipiens, penes se iussit sedere. Cœna splendida fuit,uinum suaue & uetus:post cœnam & potus & sermo dignus hospite.Ita potando uespere absumpto dormitum profecti sumus.Postridie rogat me Hipparchus,quò pergerem,& quot diebus essem apud se affuturus. Lariſſam peto, inquam, sed hic ferè quinque diebus morabor. Id nequa- G
quam dixi ex animi sententia.optabam siquidem ibi aliquandiu esse,quoad aliqua à me maga reperta esset, cuius ueneficiis aliquod monstrum conspicerem, hominem aut uolantem, aut lapidem factum. Huic curæ deditus cœpi urbem perambulare: quanuis quo id modo inquirēdum esset,nesciré.Interim mulierem uideo accedentem,ut ex uia coniici poterat, iuuenē opulentā. uestis enim erat floribus intexta, serui plures, aurū sumptuosius.appropinquās mulier me cōpellat:Ego,inquit,Abrœa sum,amica,siqua unquā fuit,matris tuæ: quæ quū eius filios non secus ac meos diligam, uolo fili apud me diuertas. Magnas, inquam, gratias tibi ago mater. Cupio tecū esse,sed pudore impedior,ne uidear H
hospitem amicum contemnere,si eius domum relinquam:animo autem & benigno tecum ero.Nūquid Hipparchus auarus ille tuus est hospes?inquit. Non his uerbis utaris mater,inquā: splēdidus quippe ac sumptuosus in me fuit,adeò ut ex nimia impensa lautitiaq; culpari soleat. Illa subridens,manuq; apprehensa seorsum ducens : Caueas, ait, uelim omni cura Hipparchi uxoré.maga etenim est præcipua, admodum ueneficiorū potens,appetēs uiros:atq; si quos in adolescentes oculos coniecit, nisi quis uolūtati eius pareat,omni conatu illos ulciscitur,hos perimens,hos in beluas transmutās.tu uerò fili adolescens es,ac formosus,ut facilè placeas mulieri:præterea externus & aduena,qui ut plurimum I
conténuntur. Ad hæc animaduertens,me id quod iam diu quærito,habere domi,fœminam relinquo:abiensq;, mecū ipse cœpi de uia loqui: Age,inquam,tu qui tantopere hanc mirandam arté te profiteris appetere, excita teipsum paulò,atq; eam disciplinam condisce,qua quod libuerit,potieris. Et quādoquidem amici hospitis uxoré non licet,aggredere ancillam Palæstram:tibi illā omni ratione concilia. Nam si illam expugnaris,absque labore quod cupis cognosces.
» Seruis enim & honesta & turpia omnia dominorum nota esse consueuerunt.
Hæc mecum loquēs,domū intro,ubi neq; Hipparchū neque uxorem offendo. Palæstra penes focum sedebat,cœnam nobis parans. Hic ego:O pulchra Palæ- K
stra, inquam, quàm uenustè & admodum nates simul & ollam circumfers atque euoluis!Tum illa,Lumbis meis paulū humoris superabundat,ex quo beatus erit si quis paulū deguſtarit.Illa lasciuior admodū,& uultu grata, Abi hinc, inquit,si sapis adolescens, nisi tibi mauis uitam eripi, & loca fuge ignis & fuliginis plena. Nam si me tetigeris,uulnus tibi inferetur igneū, quo apud me deficies.ab hoc neque medicus alter,neq; Deus poterit te curare,sed ego te urens mirū in modum dolore afficiam,cuius curam haud facilè sustinebis,neq; lapidibus pulsatus dulcem uitabis dolorem.Quid autem ridens ita respicis hominum coctricē,doctam non solùm hos uiles parare cibos,sed homines quoque,quod

his

A his maius eſt, iugulare, pellem adimere, partiri in fruſta, uiſcera quoq; ipſorum & corda rimari? Hoc, inquã, enarraſti rectè: nam me, quãuis procul à te remotum, non ſolùm concalefeciſti, ſed ignem in mea uiſcera abſque aliqua iniuria exurenda conieciſti. Itaq; te oro, ut mihi ſalutem afferas his aſperis & ſuauibus quas dixiſti medelis, meque iam mortuum excoria, ut lubet. Illa his uerbis arridens, cum iam mihi facta eſſet propitior, pollicita eſt, poſtquam domini iſſent dormitum, ſe mecum eſſe concubituram. Interea cum rediſſet Hipparchus, loti imus cœnatum. Potus fuit frequens nobis inuicem coëpulantibus. Ego ſomnum fingens, cum ſurrexiſſem, abii dormitum: ubi omnia mihi optimè intus
B præparata erant: extrà lectus ſeruo ſtratus, mẽſa iuxta lectum ſita, & in ea calix ac uinum unà cum frigida calidaq; aqua: quæ ſingula diſpoſuerat Palæſtra: quæ & lectum plurimis quoque roſis ſparſerat, & ſerta ſupermiſerat ex eis cõfecta. Ego ſympoſium promptum uidens, compotricem cenſui expectandam. Illa ut patronam in lecto collocauit, eueſtigio ad me uenit. Erat autem hilaritas inuicem nobis, & potum & oſcula propinantibus, ſumpto potu qui nos efficeret in noctẽ paratiores. Tũ illa: Hoc præ cæteris, adoleſcens, memineris oportet, te in Palæſtram incidiſſe. nunc oſtendas licet, an ſis factus inter adoleſcentes agilis, & huiuſmodi certamina exercitatus. Cui, Haud, inquam, defugiam hãc pro-
C uocationẽ, ut iam nudari, & palæſtræ exercitio incumbere ſum paratus. Tum illa: Volo obtemperes mihi, ait: ego doctoris & præſidis more, certaminũ quibus te exerceri uolo, præſcribam nomina: tuũ erit iuſſis promptè parêre. Manda, inquam, quod lubet: ſed aduerte ut noſtra certamina in tempore concinnè cum humore fiant. Illa ſtans nuda, & exuta ueſte, imperat: Exue te adoleſcens, ſumptoq; unguento aggredere contrà certantem. Femori coniuncto femore, proſterne me reſupinam, deinde ſuper incumbens, meis in altum cruribus erectis, femori inhære, & quaqueuerſus percute uulnera, telũ etiam ferens, quoad fueris defeſſus, & lumbi bellum egregium peregerint. tum educto te-
D lo, rurſus illud in inguen iunge, ac ualidius percute, atq; inſta quoſque aduerſarium ad parietem impellas. Sed cum lapſus eris, paululum tibi indulge, neque feſtines. poſtmodum communi marte pugnes. His dictis quum omnia quæ mãdata erant, perfeciſſem diligenter, finisq; iam noſtri certaminis adeſſet: tũ ego paulò ſubridens Palæſtram alloquor: Magiſtra, inquam, uides ut facilè promptęq; paruerim tibi. Sed animaduertas uelim, an ſatis rectè has mihi impoſueris colluctationes. commutas enim luctãdi genus, aliud ex alio iubens. Illa me in faciem percutiens, Quem nugatorẽ diſcipulum habeo? inquit. Videſis ne uapules, ni dictis pareas. Dehinc ſurgens, ſeq; ad nouum certamen parans, Nunc,
E inquit, oſtendes ſi uiribus ualidis luctator egregius exiſtas, ſisq; in eo luctandi genere exercitatus, quod genicularium appellant. Tum ſubnixa genibus in lecto prona, Age tu luctator, mediam corporis partem ualẽter aggreſſus percute, uulnusq; adige profundius. nudam uides. utere promptius. iniice introrſius telum, deinde introrſius flectens iterum impellens abſconde & comprime. nec quicquam huic certamini adiicias interualli. Caue autem ne citius quàm iuſſerim, telum extrahas, ſed incuruans aduerſarium inſequere: quo proſtrato rurſus certamini incũbe, quoad laſſus uictusq; deficias, & ſudore ſis madefactus. Ego in riſum effuſus, Vellem, magiſtra, inquam, à me quoque aliqua huiuſmodi tibi præcepta tradi, in quibus mihi obtẽperes uelim. ſed iam te erige, poneq; ſedens

data dextera mihi reconcilieris. nam tempus eſt iam dormiendi. His uoluptati- F
bus atque exercitiis nox traducta, obliuionem penitus attulit itineris in Lariſſam. Cum autem in mẽtem ueniſſet occaſio quæ cupiebam diſcendi: O dulciſſima Palæſtra, inquam, oſtende, oro te, dominam tuam ſuis præſtigiis uſam in aliquam ſe formam uertentem. Iamdudum enim aliquod huiuſmodi mirãdum ſpectaculum uidere exopto, ſed à te præcipuè, ſi quod noſti, quam credo minimè huius artis ignarã. hoc à nullo alio te præter (quæ anima mea es) percipere cupio. Me quidem qui hactenus uelut adamãtinus (ut aiũt) in nullam unquam mulierem oculos amoris cauſſa conieci, ſeruum effeciſti, animo amatorio deuictum. Tum Palæſtra, Iocaris, inquit. Quis enim cantibus ſuperare amorẽ poteſt G
eius artis magiſtrum? Ego per hoc caput, ac beneuolentiam erga te meam iuro, me (neque enim literas noui) inſciam horum penitus eſſe: uerũm ſi facultas dabitur, dabo operam ut uidere queas dominam in aliam formam tranſmutatam. His dictis quum dormiſſemus, paucis diebus pòſt, quum nunciat mihi Palæſtra dominam ſe in auem conuerſuram, ut ad ſuum amatorem aduolet: Nunc tempus, inquã, adeſt, quo diutino noſtro deſiderio poſſis facere ſatis. Bono animo ſis, ait. & quum iam nox aduentaret, me apprehenſum ad oſtium domus ducit in qua illi dormiebant, meq; iubet per rimulam oſtii introſpicientem quæ fierẽt, animum aduertere. Video patronam depoſita ueſte nudam prodire, accẽ- H
ſa lucerna, duo tenentem grana, quorum altero thuris ardenti lucernæ impoſito, multa in lumen locuta eſt. Deinde grandiuſculã reſerans arcam, plures cõtinentem pyxides, unam effert, quid in ea contineretur, incertum: ſed quãtum oculi coniicere poterant, oleo plena uidebatur. Ex hoc aſſumens, à ſummo uſque ad imas partes totum corpus perunxit: ſtatimq; alæ innaſcuntur illi, & roſtrum corneum & aduncum: omnisq; in auem conuerſa eſt nocturnæ cornici perſimilem. Vt uerò ſe uolantem aſpexit, aſperè cantans, prout hæ aues ſolẽt, perq; oſtium euolans abiit. Ego, qui mihi uidebar inſomnium uidiſſe, palpebras oculorũ tetigi, nequaquã oculis fidens aut quòd ea aſpexerim, aut quòd eſſem I
excitatus à ſomno. Tandem ut uix ſenſi me haudquaquam dormire, Palæſtrã rogaui, ut ego quoque eo unguento unctus in auem cõmutarer. cupiebam enim experimẽto diſcere, an ex hoc anima quoque auis poſſem fieri. Illa oſtium domus aperiens, pyxidem profert, ex qua feſtinans exutus perungor totus: auis uerò infelix nequaquam fio, ſed cauda è ueſtigio à poſteriori innaſcitur parte. digiti omnes neſcio quorſum abierint, ungues in quatuor ungulas uerſi, manus ac pedes iumenti crura effecta, auriculæ longæ, magna facies: quæ omnia circunſpiciens, cognoui me aſinum euaſiſſe. Vox hominis ad querendũ de Palæſtra defecerat, ſed labia demittẽs, ipſamq; qua poteram forma reſpiciens, ac- K
cuſabam, quòd me pro aue in aſinum uertiſſet. Illa manibus demulcens caput, Miſeram me, inquit, quãtum mali feci! feſtinãtem ſimilitudo pyxidum me decepit, non capientem ea quibus homines in auem commutantur. Sed confide, anime mi. facilis erit huius erroris cura. nam ſi roſas comedes, ſtatim exues iumenti formam, & in amatorem meum redibis. ac una nocte æquo feras animo: aſini formam diluculo curabis. afferam ſanè roſas, quas ut ederis, fies homo. Hæc quum dixiſſet, tractãs me, & aures, & reliquum corpus demulcebat. Ego corpore aſinus, ſenſu tamẽ menteq; hominis fungebar, ipſe ille Lucius, præter uocem. Mecum igitur multus erat tum Palæſtræ conqueſtus, labiaq; mordens

abii

A abii ubi ſciebam equū meum & alium uerū aſinum Hipparchi eſſe. Qui ut mē ingreſſum conſpexere, ueriti ne fœnum ipſorū comederē, demiſſis auribus parati erant ad me calcibus repellendum: quod ego perpendens, longè à præſepe receſſi, ſtans ac mecū ridēs: ſed riſus ruditus erat. Cœpi uerò interim mecū cogitare: Quid ſi lupus nunc aliquis ad nos intret, aut alia fera inſultet mihi, qui nihil mali cōmiſi? Hac detentus cura, timebam aliquā malam futuram eſſe fortunam. Nox enim intēpeſta cū eſſet, ac ſilentiū, & dulcis ſomnus, ſtrepitus quidam exterius tanq̄ effoſſi parietis eſt factus. Iamq; adeò dirutus erat, ut ingreſſui hominis pateret. Tum unus & item alter, pluresq; intrant, armati omnes. Hip-
B parchum, Palæſtram, ac ſeruum meū colligāt, domū ſpoliāt: pecuniam, ueſtem, omnemq; ſupellectilē auferūt, adeò ut nil relinqueretur domi. Tū me equumq; atque alterum educentes aſinum ſtrauerūt, inpoſitisq; rebus quas apportauerant ad graue onus, ligno nos abigētes, ad mōtes uia deſueta effugerunt. Ignarus eram quantū preſſi pondere mei ſocii paterentur laboris: ego deſuetus abſque ſoleis iter facere, ſaxis præacutis admodū offendebar: ideoq; ſæpius ceſpitans, deficiebam ſub pondere: ſed è ueſtigio uir ſubſequens me ſæpius feriebat baculo, quum Cæſaris inuocans præſidium, pro uoce ruditum edebam, ô, ſolùm abſurdè proferens uoce maxima: Cæſaris uerò nomen minimè ſequeba-
C tur: & ob hoc uapulabam magis, ueluti qui ruditu proderem nocturnos fures. Nil ergo proficiens rudendo, ſtatui uerbera ſilentio redimere. Iam dies aderat, & nos multos tranſieramus montes, religati ora, ne paſcendo iter moraremur. Meridie ad diuerſorium quoddam peruenimus hominum quibus cum noſtris latronibus ueterem eſſe conſuetudinem, tum ex mutua ſalutatione, tū ex oculis poterat percipi. Iubēt illi ſarcinas deponere, & prandium parant. Nobis iumentis hordeum præbuere: quod quum cæteri comediſſent, ego ualde eſuriēs (nam is cibus mihi eſui difficilis erat) cogitans qua re famem ſedarem, hortulum retro diuerſorium conſpicio multis oleribus plenum, in quo & roſæ eſſe
D uidebantur. Itaque uidens omnes prandio intentos, accedo ad hortum, tum ut paſcerem olera, tum ut ederem roſas, quibus in cibū ſumptis ſperabā me in hominem reuerſurum. Hortū ingreſſus, raphanos, lactucas, atq; apium, quibus etiā crudis utuntur homines, ad ſaturitatē comedi. Quæ uiſæ fuerant, non erant roſæ, ſed lauri ſylueſtris flores. Laurū uocant homines, malū & aſino & equo cibum, cum ferant ex eo edentes è ueſtigio mori. Hoc aſpiciēs horti cuſtos, rapto ingreſſus ligno, ut olera ita depaſta uidit, tanquā irati domini erga fures deprehenſos ſolent, neq; natibus neq; lateribus pepercit: aures inſuper ac totū caput fuſte contriuit. Ego iam uerberum impatiens, cū ambobus calcibus reſupinum
E ſuper olera ſtrauiſſem, aufugi ad montes: quod ille ut animaduertit, canes aduerſus me incitauit. Hi cū plures eſſent, atq; ad urſos expugnādos ualidi, ueritus ne me dilaniarent ſi me comprehendiſſent: decreui ſatius eſſe domū reuerti. itaq; eodem curſu ad ſtabulum è ueſtigio ſum regreſſus. illi continuerunt canes currentes: me uerò haud prius percutere deſtiterunt, quàm ex dolore cacarem olera comeſta. Et iam abeundi tēpus aduenerat, cū illi grauioribus rebus quas furto ſurripuerāt, dorſo meo impoſitis abierunt. Ego & uerberibus & onere admodum defatigatus, ungulis inſuper de uia contritis, decreui me in uia proſternere, neque exurgere, etiam ſi me uerberando necaſſent. eo pacto ſperaui illos neceſſitate compulſos, ſarcinam qua preſſus eram, inter equū & aſi-

num partituros, meq; ut inutilem relicturos lupis. Sed neſcio quis dæmon in- F
uidia motus, mea conſilia in contrarium uertit. Nam alter aſinus fortaſſis idem
cogitans, in uia cecidit: quem illi miſerũ baculis percutientes, ubi exurgere ne-
quibat, neque prodeſſent uerbera, alii cauda, alii auribus apprehenſum ſurgere
impellebant. Cũ uano labore incaſſum tẽpus tererent, (aſinus enim in uia ſtra-
tus ueluti lapis iacebat) illi ad fugam intenti, ne fruſtra tardarent, dempta ab aſi-
no onera, mihi & equo impoſuerũt: aſellum uerò miſerũ, captiuitatis & one-
ris ferendi ſocium, abſciſſis enſe cruribus, adhuc ſemianimem è loco præcipiti
deiiciunt, mors illi attulit laborum finem. Ego uidens quorſum mea euaſiſſent
conſilia, ſtatui æquo animo ferre ſarcinam, & promptè iter conficere, ſperans G
roſis aliquando repertis, me priſtinam formam recuperaturum: præſertim cum
ex latronũ percepiſſem uerbis, parũ itineris ſupereſſe ad locum in quo depo-
ſitis ſarcinis manerent. meq; etiam curſu, ſi opus fuerit, ad proficiſcẽdum paro.
Ante ueſperam uenimus domũ. Anus uetula intus ſedebat ad ignẽ. illi depoſi-
tis ſarcinis uetulam rogant cur ſedeat, ac nõ potius prandium paret. Illa omnia
eſſe prompta ait, panes plurimos, uinum uetus, ac ſylueſtres carnes. Collauda-
ta uetula, ueſtibusq; depoſitis, ad ignem ſe oleo unxerũt. Vas erat aquæ plenum
calidæ, qua ſe lauerũt. Superuenere paulò pòſt adoleſcẽtes, aurum, argentum,
ueſtes, ac muliebrem uirilemq; ornatum portantes, communem omnibus præ- H
dam: quibus rebus intus delatis, eodem & ipſi pacto ſe lauerunt. Erat illis pran-
dium fertile, ſermo homicidarum uarius. Anus mihi & equo hordeũ præbuit.
Ille cibũ auidè uorauit, timens (ut par erat) ne eſſem in edendo ſocius. Vbi mu-
lier abeſt, ego panem qui intus erat, comedi. Poſtridie relicto cum uetula ado-
leſcente quodam, ad opus ſuum abierunt. Ego ſentiens cuſtodes mihi impoſi-
tos diligentes, ingemiſcebam. Ac anum quidem contemnebam, cum facilè ex
eius conſpectu aufugere poſſem. Sed adoleſcẽtem præcinctum enſe, in me ſæ-
pius reſpicientem, atq; adſeruantem oſtium, formidabam. Poſtridie circiter no-
ctem mediam reuerſi fures, neq; aurum neq; argẽtum tulere, ſed uirginem for- I
moſam ſanè, flẽtem, capillis ſparſis, ac ſciſſa ueſte. Hanc in ſtraminibus poſitam
bono animo eſſe iubent, mandãtes uetulæ, ut continuò domi eſſet, uirginemq;
adſeruaret diligẽter. quæ neque potum neque cibum capere uoluit, ſolùm ge-
mens, ac lacerans capillos, adeò ut ego quoq; illius commotus fletu, ſibi iuxtà
propinquus lachrymarem. Interim extra domum fures in porticu cœnant. Fa-
cto die explorator quidam aduẽniens nunciat quendam aduenam ea die mul-
tis cum opibus tranſiturum. Hi ut erant armati conſurgentes, me & equũ ſtra-
tos abeuntes ducũt. Ego infelix ignorans me ad pugnam & bellum duci, cum
tardè irem, ligno percutiebar. Poſtquam ad locũ peruẽtum eſt quà aduena ille K
profecturus erat, in uehicula & ſarcinas incidentes, hominem cum familia occi-
dunt. precioſioribus rebus mihi & equo impoſitis, cũ reliqua in ſyluis abſcon-
diſſent, reuerſi ſunt. Ego cum baculo ſæpius ictus eſſem, ungula offendo in la-
pidem acutum. ex offenſione fit ſummo cum dolore uulnus: quo factum eſt ut
reliquum uiæ conficerem claudus. Tunc illi: Quid opus eſt inuicem autẽ hunc
aſinum nutrire ſæpius ceſpitantem? Ex aliquo demus cum præcipitem loco, in-
utilem beſtiam, tanquam futuram exercitus expiationem. Cum hæc aduerſum
me machinarentur, ego intelligens omnia, quod itineris ſuperfuit, oblitus uul-
neris peregi. timor enim mortis, omnem abſtulit uulneris dolorem. Vt uerò ad

diuerſorium

A diuersorium peruentum est, onera cũ depositissent à nobis, discumbentes cœnant. Deinde noctu cũ recedere uellẽt, quò reliqua è syluis deportarẽt: Quid, unus inquit, hũc miserũ deducamus asinum, inutilem propter ungulæ uulnus? hæc quæ supersunt, partim nobismetipsis, partim equo deferenda imponemus. His dictis abierunt, unà equum ducẽtes. Nox cum luceret lunæ beneficio, ego mecum loquutus, Quid amplius, inquã, expectas miser, esca uulturibus & eorum pullis futurus? Nunquid non intellexisti quæ isti de te sunt inuicem colloquuti? Vis ne ex alta crepidine deiici? Nox resplẽdet, fures abiere, pete fuga ab istis homicidis salutem. Hæc mecum cogitans, cũ uiderẽ me solutum (laqueus
B enim suspensus pendebat) ad fugiendum maximè sum cõmotus. Itaq; domum exiẽs cœpi cursu fugere. Quod anus ubi cõspexit, me per caudã retinebat: ego rem dignam præcipitio & alia quauis morte putãs si à uetula retinerer, mulierem trahebã. illa magna uoce implorat uirginis opem. Quæ cũ prodissẽt, conspecta re facinus est ausa nobile & memoratu dignum. Nã super me ascendẽs, fugæ comes facta est. Ego tum fugiendi cupidus, tũ puellæ gratia, extẽto cursu abibã, anicula post nos relicta. Virgo orabat pro salute deos: ad me uerò, Si me, inquit, ad paternam domũ perduxeris, primũ ab omni opere te liberũ faciam, tum hordei medimnus erit tibi singulis diebus cibus. At ego tum interfectores
C meos fugiẽs, tum pollicitationibus puellæ motus, neglecto uulnere currebam. Vt uerò ad triuium quoddã peruenimus, in hostes nostros redeũtes incidimus, qui à longe propter lunam infelices captiuos cognouere. Currentes cum me cõprehendissent, in uirginẽ uersi, O specioſa uirgo, quid misella, inquiunt, per ignota pergis loca? nunquid dæmones non extimescis? redi igitur. nã te tuis restituemus. Quæ quũ ridentes dixissent, me retrouerterũt. tum pedis & uulneris memoria quũ renouata esset, claudicare cœpi. Illi, Nunc tandẽ captus claudus factus est, aiunt: cæterùm fugiens non sentiebas uulnus, sed sanus uidebare, equo & auibus uelocior cursu. Hæc inter uerba adeò me lignis percutiebant,
D ut iam ulceribus posteriora infecta sint. Domum ingressi, anum laqueo è petra suspensam inueniũt. Verita enim (ut æquum erat) latrones propter uirginis fugam, laqueo uitam finierat. quod illi admirãtes, sciſſo fune in imum præcipitem egere. Deinde ligata uirgine sunt ad cœnã profecti: qua multo potu traducta, quum de uirgine colloquerentur, Quid, ait quispiam ex eis, de hac fugitiua agendum? quid censes, alter, nisi eodem illam loco, quò uetulã nostram præcipitem agamus? nam & pecuniã nobis auferre conata est, & nos artemq; nostram prodere. Scitis enim, si ad suos peruenissẽt, in quanto periculo uersaretur uita nostra. nam omnes à pluribus ex improuiso circundati fuissemus capti. Quare
E ulciscamur hanc uitæ nostræ insidiatricem: sed nõ ita, ut è saxo proiecta morte pereat repẽtina: mortis genus quo longo dolore afficiatur, reperiundũ est nobis. Cũ de illius morte disceptarent, Adiiciam, ait, huic (quod & uos probabitis) asini interitum, quoniã semper tardum, nunc uerò ficte claudicantem oportet perdere. etenim fugæ uirginis factus est socius & minister. hunc interficiamus primùm, tum scindamus uentrem, atq; intestinis abiectis, intus uirginem includamus, ita ut solum superextet caput, ne cuestigio suffocetur: reliquum corpus intra uẽtrem lateat: quo consuto, ambos uulturibus eiiciamus nouo more præparatum cibum. Aduertite quæso ad hoc tormenti genus. primùm uiua mortuo asino inhærebit, deinde sole urẽte in eius uentre decoquetur: insuper fame

ad mortem torquebitur, neq; poterit ſe ipſam perimere:cætera quibus excru- F
ciabitur,tum ex putrefacti cadaueris fœtore, tum ex uermibus ſcaturientibus,
prætermitto:uultures deniq; cadauer depaſti,& uiuentem quoq; unà laniabũt.
Ad hoc monſtro ſimile acclamantes omnes,rem comprobauere: ego meipſum
deplorabam tanquam iam moriturum: neque tantum meo interitu dolebam,
quantum quòd receptaculum eſſem futurus infelicis puellæ,quæ nihil admiſe-
rat mali. Iam diluculum aderat,quũ ſubitò manus aduentat militum ad hos ſce-
leſtos latrones capiendos: quos omnes uinctos ad eius oræ præſidem perdu-
cunt. Inter hos milites, qui puellam deſponderat, latronum inueſtigator ade-
rat. Hic uirginem dorſo meo impoſitam,ad ſuos reduxit. Domeſtici nos etiam G
à longè conſpectos ut agnouere, me illis aduentum noſtrum uoce ſignifican-
te, profecti obuiam,domum perducũt. Virgo multũ de me locuta, & captiui-
tatis & fugæ ſocio, & unà ad mortem deſtinato, cura mei demandata cæteris,
medimnum hordei præberi iuſſit, etiam fœnum quantum ſufficeret camelo.
Ego conſpectis canibus, qui in aulam introeuntes, multa ut in diuitis hominis
nuptiis uorabant,Palæſtram ſum execratus,quæ me non in canem,ſed aſinum
ſua arte tranſmutaſſet. Haud multos poſt nuptias dies, uolens mihi uirgo pro-
miſſam gratiam referre, patrem,ut me liberum dimitteret, hortata eſt. Ille ſub
diuum cum equarum armentis liberum in uoluptate,& equas ſubagitare cum H
uellem,permiſit. Quæ tum mihi optima redhibitio uiſa eſſet, ſi mei arbitrii res
fuiſſet. Aduocato itaque equarum paſtore, me ſibi permiſit lætum, tanquam
non amplius ſarcinarum moleſtiam ſubiturum. Equabus paſtor immiſcuit,du-
cens ſimul ad paſcendum. Oportebat autem & hic mihi accidere, quod olim
*Videtur alludere ad hiſtoriam Cãdaulis,quæ eſt lib. I.Herodo.* Candauli. Sed contrà atque opinabar,accidit. nam qui armento præerat, inclu-
ſum me reliquit uxori:illa ad piſtrinum illigatum,& triticum & hordeum mo-
lere cogit. Mediocris hic erat labor,grato præſertim aſino,molere quantũ do-
mino ſat eſſet. Sed mulier intenta quæſtui,& in aliorum quoq;, qui plurimi in
agris erant,opera ad farinæ mercedem miſerum fatigabat collum. Inſuper hor- I
deũ mihi debitum cibum confricans,ac molere cogens,placẽtas ex eo in ſuum
uſum faciebat: dabatur mihi furfur pro hordeo. Siquando paſtor inter armen-
ta ire ad pabulum equorum ſineret,quia me uelut adulterum ſuſpicabãtur,cal-
cibus & morſibus infeſtabar,adeò ut nullo pacto zelotypiam ualerem fugere.
Macilentus igitur paruo tempore factus ſum ac deformis,neque domi à piſtri-
ni labore quietus,neque in agris paſcens, quum non eſſem ab equorum perſe-
quutione tutus. Deſtinabar etiam quandoque ad montes,lignorum ſarcinas la-
turus:quod malum cæteris erat in omnibus deterius. nam primùm aſcendẽdus
mons erat ſaxoſus,aſpera ac dura mihi(ut qui abſq; ſoleis eſſem)uia. ducebar ab K
impuro puerò aſinario, qui me aliquando nouo more perderet. Is percutiebat
currentẽ,neq; ſimplici ſolùm ligno,ſed eo cui frequẽtes atq; acuti ſtimuli eſſent
infixi. Is ſemper poſteriora dorſi perurgebat,adeò ut nates ulceribus inquina-
tæ,ſemper ab illo eodẽ loco uapularent. Onus prẹterea imponebat & elephan-
to graue. Deſcenſus montis licet eſſet præceps, tamen cõtinuis premebat uer-
beribus. Siquãdo ſarcina in alteram declinaret partem, nequaquam aut deme-
bat ligna, aut imponebat leuius, ut æquaret latera, ſed graues addebat lapides
leuiori parti. ita redibam miſer tũ ligna tum ſaxa inutilia ferens. Flumen erat
in itinere abſque naui. ille calceis parcẽs,à poſteriori parte poſt ligna ſupra me,

quoad

A quoad fluuiū tranſiuiſſem, inſidebat. ſi uerò (ut ſæpe contigit) labore atq; onere nimio lapſus cecidiſſem, tū mihi calamitas aderat non ferenda. non enim deſes me ſubleuabat manibus, aut chamo erigebat, aut reddebat ſarcinā leuiorē: ſed à capite atq; auribus incipiens, me ligno percutiebat continuè, quoad plagarum multitudo me cogeret ad ſurgendum. Aliud quoq; malum intolerabile ſum perpeſſus: ſpinarum quippe acutarum faſcem, quem ferebam à poſteriori parte ſuſpenſum, caudæ alligauit, ut pendens crura mouentem (ut ambulāti neceſſe erat) acerrimè pungerent. Neq; uerò huic malo obuiare potis eram, hærentibus ſemper ſpinis, ac propter inceſſum repercutientibus. nam ſi remiſſius
B incedens deuitarem ſpinarum ictus, ligno ualde uapulabam. ſi baculum euitarem citius ambulans, grauius poſteriora torquebantur à ſpinis. erat aſinario illi omnino me perdendi animus. Itaq; cum illum aliquando calce percuſſiſſem, nunquam eſt id oblitus. Iuſſus ſtuppam de una regione in aliam trāsferre, illam ſuper dorſum meum arctè alligauit, interitúmque ex eo mihi machinatus, cum paululum proceſſiſſem, raptū ex igne torrem exuſtum, infra ſtuppam abſcōdit: qua ſubitò incenſa, ego ignem ſentiens me comburentem, in cōſpectum fortè de uia ſtagnum me conieci, méque in aqua unà cum ſtuppa cōuolui ſæpius, quoad ignis extingueretur. ita abſque diſcrimine reliquum confeci uiæ, cum
C non daretur illi facultas ſtuppam amplius incēdendi, limo atque aqua plenam. At ſceleſtus ille aſinarius domum reuerſus, omnem in me culpam coniecit, aſſerēs me mea ſponte in ignem proſiluiſſe. Alter deinceps impurus puer ingens aduerſum me excogitat malum. nam cum me ad montem deduxiſſet, grandi lignorum impoſito onere, rediens uicino agricolæ ligna uendidit, méque uacuum lignis domum reducens, apud dominū ueluti inutilem accuſat, inquiēs: Quid hunc aſinum amplius nutrimus fruſtra, difficilem, tardum, grauem? Inſpice quæ ſit eius cura: ſi mulierem aut uirginem formoſam conſpicit, è ueſtigio calcibus proſiliens, curſu ad eam fertur, tanquam homines ad mulieres dilectas
D ſolent, & morſu tanquā oſculo appetens, nititur concumbere: ex quo lites tibi & odia omnibus conquerentibus pauentibusq; inſurgunt. Enimuero nunc ligna ferens, conſpecta in agrum abeunte fœmina, ligna abiecta diſperſit, mulierem tanquam coiturus inſequitur, donec aliis aliunde accurrentibus, mulier ab huius formoſi amatoris impetu liberata eſt. Hæc patronus credens, Poſteaquā, inquit, neque piger ire uult, neque ſarcinam ferre, ſed mulieres appetens, amores hominum imitatur: occidite eum, & inteſtinis uulturibus datis, carnes operariis ſeruate. Si quis quomodo ſit mortuus, quæret, fingite à lupo interemptū. Ad hoc abſurdus ille puer gauiſus, me ſubitò parat iugulare. Sed fortè ac-
E cidit ut uicinus quidam agricola me ab interitu uindicaret, quædam conſulens aduerſum me grauiora. Nequaquā hunc aſinū occidas, inquit, piſtrino aptum, atque oneri ferendo. Neq; etiam magnum, ſi in amores mulierum labitur. caſtra ipſum. ſummota enim ueneris cupiditate, mitis erit & pinguis, cui non ſit difficile etiam grauiſſimum onus ferre. Si, quomodo caſtretur, ignoras, triduo aut quatriduo uirum adducam huius artis peritiſſimum. Approbatur à ſingulis qui aderant, conſilium. Hoc audiēs, fundebam lachrymas, tāquam uir eſſem in aſino deſiturus. neque enim uiuere amplius cupiebam, ſi fierē eunuchus. Potius ergo aut inedia deficere decreui, aut ex mōte aliquo me præcipitem dare, ut morte miſera effugerem uitam miſeriorem. At nocte intempeſta ſuperuenit

in agros & uillam nũcius,puellam à latronibus nuper raptam,& eius ſponſum F
meridie iuxta littus deambulantes,ab inundantis maris aqua raptos atq; abſorptos fuiſſe,hunc finem & rerũ & uitæ ſortitos. Serui nouis dominis uacua domo,decreuere omnes nequaquam decætero ſeruitutem pati: raptíſque quæ in agris erant,aufugiunt. Qui equis præerat,adſumptis quæ poterat,mihi & equis imponit. Aegrè ferebam nõ ferre me onus aſino dignũ:lætabar tamen me euaſiſſe id periculum exectionis. Vniuerſa nocte cõfecimus longum iter. tertia die in urbem Macedoniæ peruenimus Beroeam,quippe magnam ac populoſam,in qua habitare ſtatuerat qui me ducebat, & ſimul iumenta uendere. Præco medio ſtans in foro nos proſcribebat. emptores diligenter inſpiciebãt omnia,ape- G
rientes os, atq; ex dentibus ætatẽ cuiuſque coniectantes: & emerũt alii iuménta reliqua, me ultimum relictum præco iuſſit reduci domum,inquiens: hũc ſolum uides non reperiſſe emptorem. At ſors multa reuoluens ſæpius & cõmutans, dominum minimè gratum parauit. Cinædus erat ſenex, unus ex iis qui deam Syriam per uillas & agros circumferẽtes, ſtipem deæ offerre impellunt. huic magno uendor precio,drachmis triginta:quẽ ligatus ſequor. Vbi domum Philebi(hoc emptori noſtro nomen erat)peruenimus, magna ad oſtium uoce, ô Coraſia,inquit, ſeruum uobis emi pulchrum ac grandem,genere Cappadocem. Erant ea Coraſia cinædorum turba Philebi coadiutorum. qui omnes ad H
illius uocem applaudentes, exiſtimabant uerum ſeruum emptum eſſe:ut uerò aſinum uidere, Philebum increpant,qui nõ ſeruum,ſed ſponſum ſibi adduxerit ſuis nuptiis dignum, ex quo certè pullos eiuſmodi quamprimũ pararet. Ad hæc cum riſiſſent omnes exercitio ſuo intenti,paratis domi ſacris,mihi deã ſuperimpoſuerunt. Ciuitatẽ ingreſſi,cũ patriam perambularemus,in quandã uillam peruenimus,in qua ego deam ferens conſtiti. Quidã qui rei ſacræ præerat, cum ueluti deo plenus nonnulla protuliſſet uerba,reliqui mitra proiecta caput ſubtus guttur ligãtes,enſibus laceratos feriunt,linguã inſuper foris dentes extenſam quiſq; incidit,ut breui tẽpore omnia ſanguine manarent. Hic ego ualde I
extimeſcebam,ne aſini quoq; ſanguine deæ opus eſſet. Eo pacto cũ ſibi ſanguinem eduxiſſent,drachmas & obolos à circũſtantibus colligũt. Alii carycas prębent,& uinum,caſeiq; fiſcellas,alii medimnos tritici atq; hordeũ in aſini cibum. Ex his & habebant uictũ,& ſacra deæ faciebant. Perambulãtibus illis aliquando uillam quandam,iuuenem grandiorem à ſe conſpectum expiſcati,domũ in quã fortè diuerterant, deducũt. Illi muliebria(ut illis nefariis cinædis mos erat) perpeſſi ſunt:ego dolens me in aſinum eſſe uerſum,cũ tantum ſcelus non poſſem ferre:O ſceleſti,cum uellem exclamare, pro uoce hominis magnum rugitum dedi. Quidam ex ea uilla amiſſum aſinum quærentes,repentè audito rugi- K
tu,nullo præmonito ingrediuntur domum,quum æſtimarent me ſuum aſinum eſſe. repertis qui infanda patrabant cinædis, multo cum riſu locum egreſſi,ſceleſtam ſacerdotum nequitiam per totã uillam diuulgant. Illi ob eorum ſcelera deprehenſa,pudore territi proxima nocte abeunt. Cum in locum ſolitariũ perueniſſent,increpabant me irati admodum,quòd eorum myſteria patefeciſſem. Tolerabile hoc erat damnum,uerbis mala audire:quod ſequitur,non ferẽdum. deam quippe deponentes,ſublata ſella,nudum arbori robuſtæ alligant,deinde fuſte ex neruis facto,me ad necem uerberant,iubentes in futurum eſſe taciturnum. & ſimul poſt uerbera me ſtatuunt iugulare,qui uillicorum iram in ſe incitarim,

A citarim, neq; per me licuerit facere cõsuetum quæstũ: sed ope iacentis humi deæ id prohibentis, ne deesset qui eam ferret, cædẽ effugi: post multas tamẽ plagas reposita supra me dea, iter prosecuti sunt. Vesperi in hominis opulenti prædium peruenimus, qui liberius nos domi excipiens, sacra Deæ peregit. Hic ego ingens periculũ adii. Amicus quidã nostri hospitis partẽ syluestris asini ei dono misit, quã canes qui intus occlusi erant, coqui negligẽtia comederunt. Hic prẽter modum, ne domini iussu uapularet, cũ de morte cogitaret, consilio mulieris pepercit uitę. Si mihi credes, inquit, & te saluabis, & resarcies hoc damnũ. Habent hi cinædi asinum, quem si deduxeris in desertum locũ, facilè illum potes
B occidere, sumptamq; ex eo partẽ parare incibum domino: reliquũ corporis in præceps abiice. existimabunt cinædi aufugisse asinũ, neq; amplius deprehendi posse. hic uerò asinus pinguis est, & persimilis syluestri. Approbato mulieris consilio, coquus intelligens hoc pacto iram patroni declinaturũ, mihi propinquat, ut cõsultùm facinus patraret. At ego quid de me futurum esset præuidẽs, optimum factu duxi id periculũ subterfugere. Igitur effracto quo ducebar loro, prosiliens feror intus cursu, ubi cinædi cũ hospite cœnabant. subitò eo aduentu & lumen & mensam subii, existimãs hoc scitũ inuentum saluti mihi futurum, dominumq; è uestigio me ocioſum aliquo tuto in loco detenturũ: ue-
C rùm hæc res in extremũ est mihi uersa discrimen. nam furiosum me opinati, ensibus, iaculis, lõgis baculis uelut occisuri me appetiuerũt: quo periculo perspecto, in interiora domus, ubi cinædi dormituri erãt, curro. Illi ostium loci exterius occludunt. Diluculò nebulones illi, dea mihi superposita, recedentes, ad aliam ciuitatem copiis & opibus potentem perducunt: in qua nouum interuenit prodigium. nam cum dea priuatæ domus diuersoriũ abnueret, in templo sẽ poni iussit eius loci, qui à ciuibus maximè coleretur. Illi libenti animo deã externam prope suum deũ in templo collocant: nobis tradunt pauperculæ hospitium domus. Hic plures cinædi dies cõmorati, cum abire uellent, deamq; à ci-
D uibus peterent, templũ ingressi deam asportant: uerũ facinorosi homines phialam aureã è templo ablatã furto, infra deam recõdunt: qua re palàm facta, ciues nos insecuti, ut appropinquarũt, ex equis desilientes, cinædos capiũt, impios illos ac sacrilegos appellãtes, cũ phialã ereptã repeterẽt: & scrutati singula, eam reperiũt in sinu Deæ abscõsam. Quã ob rem hos muliebres uiros colligatos, in urbemq; traductos, in carcerẽ coniiciunt: deãq; alio in tẽplo ponẽtes, aurũ suo deo restituunt. Postera die & res eorũ & me insuper uendũt. Ego à pistore incola propinquioris uillæ emptus sum, impositisq; decẽ tritici quos emerat medimnis, in uillã difficili atq; aspera uia perductus. Erãt domi iumẽta cõserua, mo-
E læq; plurimæ ab illis agitatæ, omnia intus farinæ plena. me uerò, ueluti seruum nouũ solent, ac de uia propter grande onus fessum, eo die quiescere sinunt. postridie me iugo molę alligatũ, linteo uelatis oculis, molere iubent. planè noram, id sæpius expertus, quo pacto esset molendum: sed simulans me eius operis rudem, frustra quietẽ speraui. nam plures qui aderant, acceptis baculis de improuiso me id minimè expectantem (neque enim aspicere poteram) adeò percus-
„ serunt, ut ẽ uestigio more turbinis circunducerẽ molam: expertusq; sanè didici
„ seruum ad ea quæ fienda sunt, promptũ esse debere, neq; expectare domini manum. Eo labore admodũ macer euasi, & corpore debilis: quapropter hortulano me uẽndidit, qui hortum ceperat colendum. Is olera in forum mea opera

ferebat ſæpius,agro deinde effodiendo,plantandoq; ac rigãdo intentus,ego in- F
terim ocioſus,ſed uita propter frigus (erat enim hyems)ſatis moleſta,cũ patro-
nus nedum mihi,ſed nec ſibi lectum parare poſſet:me tum molle lutum,tũ du-
ra terra atque acuta multum offendebat. Cibus item lactucæ amaræ ac præ-
duræ erant. Ambobus contigit aliquando nobis ad hortum adeuntibus,ut obuia-
remus generoſo uiro, ueſte induto militari: qui primùm uerbis Italis hortula-
num allocutus,petiit ab eo,quò aſinum ducat.ille uocem militis(ut opinor)nõ
intelligens,nihil reſpondit. Miles id ueluti ſe contemptũ ferens moleſtius,hor-
tulanum fuſte cũ percuſſiſſet : ille militem amplexus, ad terrã in uia proſtrauit.
iacentem tum manibus,tũ pedibus,tum ſaxo ferit. Miles cum ſe tutaretur,mi- G
nareturq;,ſi exurgeret,ſe illum enſe interfecturum : hortulanus quid de ſe futu-
rum eſſet præmonitus,extractũ è uagina enſem, additis uerberibus longè pro-
iecit. Miles uitæ periculo motus,ſe ob uerbera mortuum ſimulat.quod ueritus
hortulanus,iacentemq; relinquẽs, enſe ſupra me poſito,in ciuitatem pergit:da-
toq; alteri ad colendum horto,ob timorem,penes amicum unà me ducens, ibi
latenter diuertit : deinde amici conſilio ſe in arca incluſit: me pedibus per gra-
dum attractum recludunt in ſuperiori ædium parte. Miles ubi de uia ſurgens,
uixq; ambulans ob ſuſceptas plagas,in urbem rediiſſet,narrat commilitonibus
qui obuiam fortè facti ſunt,iniuriam hortulani. Hi cum noſſent quo eſſemus in H
loco,ſumpto magiſtratu uenientes domum, lictorem intus deducunt,iubentes
eos qui domi eſſent,educi. Cum lateret hortulanus,exclamant milites,illum &
aſinum intus eſſe.qui domi erant,nullos eſſe alios præter ſe, neque uirum neq;
aſinum,affirmant. Cum tumultus & clamor plurimus in paruo loco eſſet exci-
tatus,ego quídnam eſſet,cupidus ſciendi,caput è feneſtra extuli : quo illi uiſo,
ſtatim exclamant in mendacio deprehenſos. Scrutantes ſingula,hortulanũ in-
uenerunt in arcula iacentem. extractum iudicibus tradunt,errati pœnam datu-
rũ. Me inferius demiſſum dant militibus. Ridebant in me uerſi omnes,qui meo
indicio prodiſſem dominum:ex quo id uerbum primùm prodiit in uulgus,Ex I
aſino conſpecto. Quid deinceps patrono acciderit,ignoro: miles me emit mi-
nis uiginti,qui miniſter erat uiri prædiuitis Theſſalonicæ Macedoniæ ciuitatis.
Eius miniſterium erat epulas parare diuiti. Cum iſto cõſeruus frater habitabat
piſtor,placentas melle conficiens:communia ſuæ his erant artis utenſilia atque
inſtrumenta. Hi mihi diuerſorium dederunt in eo loco ubi reliquiæ cœnæ do-
mini ab ipſis importabantur perplures,ab altero carnes ac piſces,ab altero pla-
centæ. inter has me incluſum relinquentes,abeunt lauatum. Ego omiſſo hor-
deo, humano cibo uentrẽ referſi. Cum rediiſſent,tum ex ciborum multitudi-
ne non animaduertunt cibos à me comeſtos, tum quia parcè,ne quid percipe- K
rent,comedi. Vbi illos id non perſpexiſſe ſenſi,eorum fretus ignorantia,melio-
ribus fruſtis corpus repleui. Tandem ut damnum cognouere,alter alterum illa
ſurripuiſſe ſuſpicatus,pudore inuicem reticebant. Diligentius igitur adſeruan-
tes,reliquas portiones deinceps & fruſta adnumerant. Ego uitam uoluptuo-
ſam in deliciis agens,factus ſum corpore pinguior,adeò ut pellis ex pilis nitidis
admodum luceret. Illi me pinguiorem factum uidentes,hordeum uerò nequa-
quam minui,in ſuſpicionem mei ducti,ſimulant ſe foras ire lauandi gratia.clau-
ſo oſtio, quid agam,per rimulas aſpiciunt. Ego ignorans dolum,ad prandium
proficiſcor. Illi primò ridere incipiunt in cibo aſini deſueto. Conſeruis deinde

ad

A ad id ſpectaculũ uocatis, ridẽt ſimul omnes uehemẽtius, adeò ut patronus peteret quídnam accidiſſet ut adeò efferrentur riſu. Vt cauſſam percepit, ſurgẽs â ſympoſio, atque introſpiciens, poſteaquã me uidit ſylueſtris apri fruſta edentẽ, ſtatim ridens ſe intus corripuit. Ego ægerrimè tuli me in furto & gula fuiſſe deprehenſum. Ille ſuborto riſu me iubet in conuiuiũ deduci, deinde menſam parari adeò multis cibis, ut nullus alter aſinus eos potuiſſet edere.* Cochleæ crudæ erant, piſces partim garo & oleo, partim ſinapi cõditi. Fortunam ego arridentem mihi ſentiens, cogitansq; his iocis ſalutẽ mihi afferri poſſe, menſæ adſtans prandium ſumpſi: qua ex re uniuerſum conuiuiũ ſe in riſum effudit. Cum

B dixiſſet quiſpiam, Bibet hic aſinus & uinum, ſiquis miniſtret: idq; patronus iuſſiſſet afferri, oblatũ potaui. hoc ille præter modum admiratus, duplex eius quo uenditus erã, precium annumerari emptori iuſſit, meq; dari adoleſcenti cuidam liberto ſuo, tum nutriendum, tum inſtruẽdum, quæcũque illum oblectare poſſent. Facile fuit illi me docere, parentem ſibi, facientemq; ſingula quæ monſtraret. Primùm flecti me in genua ſupra lectum uelut hominẽ docuit, tum ſibi alludere, ac ſtantem pedibus anterioribus erectis pſallere, ad eius quoque uocem annuere atque abnuere. omnia deniq; quæ poteram, imitabar. Vulgatum iam per urbem erat, aſinum uinum bibere, ludere, ſaltare, & quod mirabilius uide-

C retur, uocibus hominis obtemperare. Cum uellem bibere, oculorũ nutu admonebam miniſtrum. Mirabantur hæc omnes ut rem inſuetam, inſcii hominem in aſino eſſe. Lætabar eorum ſtultitia, diſcens ambulare, ferre patronum, currere abſq; ulla ſeſſoris moleſtia. Eram ſumptuoſius ornatus, purpureis phaleris, freno auro atque argento diſtincto. Pẽdebant inſuper tintinabula, ſuauem ſonum præbentia. Menecles patronus in Theſſalonicam abiit, ob hanc cauſſam, ut ferebat, quòd erat pollicitus patriæ, ſe gladiatorios ludos daturũ: qui cum ad pugnandum parati adeſſent, nos mane profecti ſumus. Ferebam dominũ uia dura & uehiculis difficili. Vbi Theſſalonicã uenimus, omnes ad ſpectaculum & me

D uidendum conuenerunt. iam enim fama diffuſa longius uulgauerat, me in modum hominis ſaltantem, uarios ludos edere. Patronus poſt potum ſuis conciuibus (hi nobiles erant) in cœna me iocos illos incredibiles iubet edere. Libertus qui mihi præerat, faciens ex me quæſtum, tenebat incluſum, eos qui meos ludos uolebant aſpicere, aperta ianua datisq; nummis intromittens. illi, aliud alter in meum cibum afferebant, & ea præſertim, quæ uentri aſini minimè conuenirẽt. Me & domini & aliorum ciuium epulæ & magnum & pinguiorem reddiderant. & mulier quædã externa mei uidendi cupida accedit, ut me aſpiciat prãdentem. ut aſpexit, è ueſtigio in cupidinem mei exarſit, tum aſini ſpecie addu-

E cta, tum impulſa ludorum uenuſtate. Hæc cum liberto ut unam noctẽ mecum eſſe ſinat, magno precio paciſcitur: qui parum curans mei iacturam, precio accepto, cum adueſperaſceret, poſt cœnam domini iuſſu abiens, me ad locum ubi dormiebam, perducit. Ibi mulierẽ inuenimus lectũ ingreſſam. puluinaria mollia importata erant, ueſtes quoque, & ſtragulæ, & ſtratũ decens humi poſitum. Mulieris ſerui alio in loco abeunt iuxta domum dormitum: illa lumen intulit permagnum igni ſimile: exutaq; ueſte, nuda propter lumẽ ſtetit: deinde ex alabaſtro proferens unguentum, ſe primùm tum inungit, naresq; unguẽto replet: poſtmodum exoſculatur, ea loquens, quæ amor in hominem dilectum proferre cogit. Deinde me funè inſtratum trahit. Ego nequaquam tertio egẽs horta-

*κρέα, λοπὰς, ζωμὸς, ἰχθῦς, τάρτο μὴ χάρῳ μὴ &c.

tore,quò ducor accedens, cum uino ueteri eſſem reſperſus, unguenti quoque F
odore incitatus, pulchritudine inſuper puellæ commotus, inclino me, dubius
quónam pacto cõcumberem cum muliere. nam ex quo aſinus fui, expers coi-
tus fui: neque cum aſinis in ea re cõſueueram, neque aſinam cognoram. Itaque
haud paruus mihi timor inceſſit ne ſcinderem dilacerareḿq; in coitu mulierẽ, ac
poſtmodum tanquam homicida meritam ſubirem pœnam. ſed hæc incaſſum à
me cogitabantur. nam mulier multis amatoriis me oſculis prouocans, ubi me
ad opus paratum ſenſit, ut homini ſuperincumbens me complectitur, ac pau-
lum eleuans, totum inguen accepit. Ego cum retrocederem, adhuc reformi-
dans, illa meos amplexa clunes, ad ſeſe trahit, cedentem paulò: Quorſum, in- G
quiẽs, refugis? atque acrius complexui inhæret. Vt uerò ſenſi ſupellectilem iam
mihi deeſſe ad explendam fœminæ libidinem ac uoluptatem, timore depoſito,
haudquaquam amplius inſequenti cedens, eius obtemperaui libens cupiditati:
exiſtimauiq; non eſſe me Paſiphaës adultero deteriorem. Hoc pacto uniuerſa
nox ueneri data eſt, in uoluptatem coitus frequenter conſumpta. Cum dies ad-
ueniſſet, abiens mulier cuſtodem meum conuenit, precioq; noctem aliam redi-
mit. Ille ditior meo opere factus, quum rem domino ſignificaſſet, cum fœmina
reliquit incluſum: quæ priori exercitio intenta, uoluptati operam ſummo cum
deſiderio impẽdit. Libertus interim ueſperi, me inſcio, ad interiorẽ in quo dor- H
miebamus locum perducto patrono, me per rimulam oſtendit cum adoleſcen-
tula coëuntem. Eo aſpectu oblectatus, rem prohibet efferri, cupiẽs me in thea-
trum duci ludorum tempore, quò id meũ ſpectaculum in aliqua ex his quæ ad
beſtias damnatæ eſſent fœmina, in cõſpectu omniũ uideretur. Ac ad me introducta̅
mulierẽ mihi hærere, & demulcere manibus iubẽt, ut cum ludorũ inſtaret
dies, in theatrũ deduceremur, omnibus ſpectaculo futuri. Lectus erat magnus, ex
Indica factus teſtudine, atq; ornatus auro. in hoc me collocant, & iuxta ponunt
mulierem: deinde ſupra machinam lectũ poſitum in medium theatri ferunt, ma-
gna cum acclamatione populi plauſuq;, manus aduerſus me extẽdentis. Nobis I
menſa erat pluribus præparata rebus quæ in cœna deliciarum cauſſa hominibus apponũtur. Adſtabãt nobis formoſi pueri pincernæ, uinũ nobis aureo pocu
lo miniſtrãtes. Ibi cuſtos adſtans meus, iubet me prãdere. Verecũdabar in thea-
tro ſitus, & ſimul extimeſcebam ne quis urſus aut leo ad me dilaniãdum pro-
ſiliret. Hic ego inter alios flores recentium roſarum folia conſpicatus, ſtatim è
lecto proſilio. Arbitrabantur reliqui me ueluti ſaltaturum ad ludum præben-
dum ſurrexiſſe: at ego inter homines ad flores uſque delatus, roſas ſelectas pa-
ſcor. tum ſingulis rem admirantibus, iumenti ſpeciem depono, omníque prioris
aſini ſublata forma, in Lucium illum priſcum ante eos nudus redii. Hoc inſpe- K
rato ueluti mirando monſtro ſtupefactus populus, magno coorto murmure, in
diuerſas ſententias diſtrahebatur. alii ut magum, inq; uarias formas mutari ſoli-
tum, ſtatim igni comburendum: alii paulò expectandum, meq; prius audiẽdum
cenſebant, ac poſtea ſententiam ferendam. At ego ad præfectum urbis, qui ade-
rat in theatro, currẽs, dixi me à ſerua Theſſalæ mulieris, quæ maga erat, unguẽ-
to perfuſum, in aſinum fuiſſe conuerſum. rogo me in cuſtodia detineat, quo-
ad certior fieret me loqui uera. Dic, inquit præſes, tuorum parentum & co-
gnatorum, ſi quos habes, & ciuitatis, nomen. Patrem eſſe mihi Lucium re-
ſpondi, fratrem Caium, eodem quo ego uocatum cognomine: me hiſtoriarum

aliarumq;

A aliarumq; rerum ſcriptorem, fratrem poëtam atque augurem eſſe, patriam urbem Achaiæ Patras. Quæ ubi præſes audiuit, Hoſpitis, inquit, filius es, hominis mihi amiciſſimi, qui me domi ſolitus eſt excipere, & donis proſequi. Scio te nil mentiri, tali parente natum. deq; ſella deſcendens, me amplexus exoſculatur, ac deducit domum. Interim meus aduenit frater, argentum afferens, aliaq; multa. Cū præſes adſtantibus omnibus me miſſum feciſſet, ad mare deſcēdimus. Præparata iam naui, commeatuq; impoſito, optimū factu ſum ratus, priuſquā abirem, fœminam conuenire quæ me aſinum adeò dilexerat. multo enim magis uirum me aſino pulchriorem fore ſibi charum exiſtimaui. Illa admodū læta me
B uidit, rei miraculo delectata, ac cœnare cubareq; ſecum hortata eſt. Exiſtimabam illam quæ aſinum dilexiſſet, multo maiorem in homine uoluptatem ſumpturam. Quum cœnaſſemus, unguēto ungor: coronaq; ex amantiſſimis roſis, ut quæ mihi formam hominis reſtituiſſent, impoſita capiti, quum tempus dormiendi iam nocte intempeſta adeſſet, ueſtes exuo adſtans nudus, ueluti rē gratam fœminæ facturus, quum pro aſino uirum haberet. At illa ut me nudū aſpexit, & ſingula hominem eſſe, in me expués, Abi hinc in malam rem, ait: abſcede ocyus, alibi dormiturus. Cum peterem quódnam ob erratū meum id diceret: Quoniam non te, ait, ſed aſinū dilexi, quócum non tecum cōcubui. Equi-
C dem arbitrabar te aſini ſolam ſpeciē depoſuiſſe: inſigne illud quod dilexeram, ſeruaſſe: tu uerò omiſiſti id, quod ſolum in aſino pulchrū uidebatur atq; utile, in ſimium quendam conuerſus. ſtatimq; uocatis domeſticis mādat, extra domū foras me nudum eiici. Ego ante domum nudus, coronatus, unctus, in nudo ſolo iacui. Diluculò mare uerſus reſpiciēs, nudus fratri narraui non abſq; riſu infortunium meum. Vento deinde flante nauē aſcendentes, paucis diebus in patriam uenimus: ubi Diis meæ ſalutis authoribus ſacra perſolui, ac in templo dona ſuſpendi: nō quòd ex canis podice (ut uulgò aiunt) ſed ex longa aſini peregrinatione, ac uix tandem in patriam redierim, ſalutem conſecutus.

D

## IVPITER CONFVTATVS, Vincentio Obſopœo interp.

### ARGVMENTVM.

*Summa dialogi huius eſt. Quandò fato ac neceſsitate quadam omnia in hoc mundo geruntur, eiq́ue etiam Dij obnoxij ſunt, ſuperuacaneam eſſe omnem religionem, ac cultum diuinum: ideoq; neque dijs ſacrificandum eſſe, neque ab illis quicquam ſperandum: imò ipſos illos non meliores aut etiam feliciores hominibus eſſe, ſed ſolùm fati ac neceſsitudinis iſtius ſempiternæ miniſtros, qui per ſe neque prodeſſe nobis, neque nocere poſsint. Nam ſi ulla illorum prouidentia, aut rerum humanarum adminiſtratio foret, neq; malos ac ſceleratos inultos manere, & pios bonos q́; beneficijs ac munere illorū prouehi debere. Nam quæ de ſupplicijs inferorū ac pœnis nocentum feruntur, ea ſi quæ ſint, eiuſmodi certè eſſe, ut immeritò & iniuſtè illis eueniant qui ea patiuntur, cum nemo ſua uoluntate, ſed ex prædeſtinato fatoq; impellente peccet. Fingitur autem Cyniſcus, uti intrepidus atq; impudentior paulo quiſpiam cū Ioue diſputare. Eſtq; hic dialogus ex illis unus, ob quos Lucianus propriè blaſphemus atque ἄθεος & uocatus eſt. Quid enim in rebus mortalium ſanctum aut inuiolatū uſquam erit, ſi religione ac metu Deorum è medio ſublato, hominibus perſuaſeris, ſiue benè ſiue malè agant, id neceſsitate quadam fatorum fieri, eoq; ipſos à crimine ſolutos atque innoxios eſſe?*

Interlocutores, CYNISCVS & IVPITER.

### CYNISCVS.

EGo uerò te Iupiter talium rerum gratia nunquam moleſtius conturbabo, extructas diuitias, aut multum auri pondus, aut imperii dignitatem à te poſtulans, quæ quidem uulgò non patum multis maximè

in uotis ſunt,tibi uerò largitu haudquaquam facilia.Itaque permulta eiuſmodi F
illis ſolicitè expetẽtibus, ſurdis auribus uideo te negligere.Cæterùm unum illud facillimum à te mihi uelim contingere. IVP. Quid hoc uerò rei eſt Cyniſce?neque enim indigentia diutius diſcruciaberis, maximè ſi rerũ mediocrium, ut ais,inopia conflictaris. CYN. Reſponde mihi ad quæſtionem quandã non difficilem. IVP. Exiguum profectò uotum,& præſtatu facile.Proinde quære quæcunque fert animus. CYN. Vide Iupiter: etenim ueriſimile eſt & tibi uidelicet Homeri atq; Heſiodi lecta eſſe poëmata. Dic ergo mihi, num uera credenda ſunt iſta quæ de Fato & Parcis illi conſarcinatis cecinerunt uerſiculis: & an nullo modo ea uitari queant, quæcunque illæ cuique naſcentiũ fatali de- G
creto adneuerint.IVP.Et ualde quidem uera ſunt iſta.Etenim in rebus humanis nihil eſt quod Parcarum diſpenſatione & conſilio non ordinetur: uerũ omnia quæcunque fiunt,dum ſub illarum colo circumferuntur, ſtatim ab initio unumquodque illorum certum & infallibilem ſortitur euẽtum,nec fas eſt aliter fieri. CYN. Proinde quoties Homerus alia in parte ſuæ poëſeos dixerit, Infera ne Parcis inuitis regna ſubintret,ac id genus alia,nugari uidelicet tũc illum dicemus?IVP.Et maximè. nihil enim extra Parcarum legem fieri credendum eſt,atque adeò præter linum.Cæterùm Poëtæ quæcunque ex Muſis ſuggeſta cecinerint,illa uera habenda ſunt.Porrò quoties à Deabus deſeruntur,ac H
per ſe aliquid literis ac memoriæ proditum protulerint,tunc à uero tota uia aberrant, neque non cum prioribus pugnantia atque contraria commemorant. Et ignoſcendum quidem facinus,ſi,cum homines ſint,ueritatem ignorẽt,præſertim illo digreſſo numine,quod præſens per illos canere ſolebat.CYN.Atqui hoc ſanè ita ſe habere dicemus.Ad hæc uerò & illud mihi reſpõde:Nónne tres ſunt Parcæ,nẽpe Clotho,Lacheſis,& Atropos?IVP.Rectè putas.CYN. Fatum ergo & Fortuna,cum & ipſæ Deæ ſint,multum uulgò celebratæ,cuiuſ-

*An idem Fortuna, Fatũ, & Parcæ.*

modi ſunt,aut quæ'nam unicuique illarum eſt potẽtia?An uerò æqualem cum Parcis ſortem obtinent, aut maiore quàm illæ in rebus humanis gubernandis I
potentia præditæ ſunt? Paſſim enim omnes affirmantes audio,Fortuna & Fato nihil uſpiam eſſe potentius.IVP.Haud fas eſt omnia tibi comperta eſſe,ô Cyniſce.Cuius ergo gratia hæc de Parcis me interrogaſti?CYN.Si prius mihi Iu-

*An & Iupiter Fato ſuccũbat.*

piter & illud expoſueris,num & in uos illæ imperium obtinẽt,& neceſſum ſit ex illarum lino uos pendere. IVP.Neceſſarium omnino, ô Cyniſce.quid ergo riſiſti? CYN. Commodùm Homeri illi uerſiculi in mentem mihi uenerũt, quibus te in Deorum concilio concionantem introduxit, & indignãter comminantem te catena quadam aurea omnia ſurſum ſubducturum. Etenim dixeras, catenam cœlitus te demiſſurum,ac tunc ſi uelint omnes Dii ex illa pen- K
dentes, quanuis certatim ſummo ſtudio te conarentur detrahere, nullo tamen modo te loco eſſent moturi.Te uerò, ſi lubitum foret, nullo negocio uniuerſos unà cum terraq; & uaſto gurgite ponti uelle ſubducere. Tunc equidẽ inuſitato & admirando membrorum robore pollere mihi uidebare:ac mirificè inhorreſcebam animo audiendo uerſiculos. Nũc autem te ipſum uideo unà cum catena & uerbis tuis minaciſſimis, à tenui filo,ut ais,pendentem. Videtur itaq; mihi multò iuſtius Clotho arroganter gloriari poſſe,quòd & teipſum in ſublime tractum, & ex colo pendulum uideat, quemadmodum piſcatores ex calamo ſubductos contuentur piſciculos.IVP.Haud compertum habeo quid iſtæ

tuæ

A tuæ ſibi uelint quæſtiunculæ. C Y N. Illud nimirum Iupiter: & per Parcas ac Fatum te obſecro, ne acerbè atque grauiter accipere uelis, ſi ueritatem ore liberiore protulero. Si enim iſta ut tu dicis, ita ſe habent, & Parcæ omnium rerum poteſtatem & gubernationem obtinent, & nihil à quoquam eorum quod illis decretum eſt, immutari poteſt: cuius ergo gratia uobis nos homines ſacrificamus? quamobrem hecatombas uobis ad aras adducimus, uotis expetentes bona nobis ueſtra largitione contingere? Neque enim uideo quem fructum ex tanta cura, & ſacrificādi ſtudio capimus, ſi neque malorum auerſiones ipſis precibus inuenire poſſumus, neque aliud bonum diuinitus datum conſequimur. I V P.
B Noui unde tibi iſtæ ſuppetant argutiæ, & immodeſtæ interrogatiunculæ, nempe ab execrandis & maledictis iſtis Sophiſtis, qui nulla prouidentia res humanas adminiſtrari garriunt. Itaque illi eiuſmodi crebris quæſtionibus impietatis ductu perquirunt in hoc, ut à ſacrificando & uotis nuncupandis auertant homines, tanquā uulgare quiddam eſſet. Nobis tamen earum quæ apud uos agūtur rerum, nullam curam eſſe, neq; quicquam omnino poſſe in his quæ in terris ſunt negociis, impudenter mentiuntur. Verùm enimuero nequaquam talibus diſputationibus implicati gaudebunt. C Y N. Non per colum Parcarum, ô Iupiter, ab illis perſuaſus hæc te interrogaui. Diſputatio uerò noſtra neſcio
C quo modo eò progreſſa, in hoc ipſum incidit, ac ſuperuacanea hominum ſacrificia eſſe confirmat. Rurſus uerò, ſi uidetur, paucis te interrogabo, tu porrò ne graueris, precor, ad quæſita reſpōdere: & uide ut maximè prouidenter reſpondeas. I V P. Roga, ſi tibi ocium eſt talia nugandi. C Y N. Aís ne omnia Parcarum nutu & decreto agi & fieri? I V P. Aio ſanè. C Y N. Vobis uerò relictam eſſe facultatem commutandi & reglomerandi? I V P. Nullo modo. C Y N. Vis ergo, ut quod ſequitur, inducam, ſiue clarum ac planum illud dixero, ſeu ſecus? I V P. Clarum utique eſt. Nam qui Diis ſacra faciunt, nulla neceſſitate adducti ſacrificant, ſed alternæ retributioni ſeruiunt, perinde ac ſi bona à nobis mercarentur, aut alioqui honeſto dediti colunt quod uiderint eſſe præſtātius. C Y N.
D Et hoc abūde ſatis eſſe ducis, potiſſimùm cum affirmes nullius utilitatis reſpectu fieri ſacrificia, uerùm bonitate quadam hominum præſtantiora colentium. At ſiquis ex Sophiſtis illis præſtò eſſet, haud dubiè ex te quæreret, quo nomine Deos hominibus potiores eſſe pronunciares, præſertim conſeruos hominū exiſtentes, eidemq; Parcarum imperio, quæ rerum ſunt dominæ, ſubiectos. Neque enim, niſi me fallit opinio, illi reſpōdebis, Deorum ſortem hoc eſſe potiorem habendam, quòd immortales ſint. Nā hoc ipſo nomine infeliciores dicendi ſunt. Homines enim & ſi aliud nihil, certè mors in libertatem uendicat: cæ-
E terùm uobis in immenſum huius rei incommoditas protenditur, perpetuæ ſeruituti mancipatis, quæ uario multipliciq; tractu ſub lino ſubinde circumuoluitur. I V P. Atqui, ô Cyniſce, hæc perpetuitas, & immenſa temporum ſeries, noſtra eſt felicitas: ac uitam omnibus bonis affluentem agimus. C Y N. Nō omnes pari felicitate fruimini, ò Iupiter, uerùm apud uos quoq; præfinita eſt quædam diſpar rerum fruitio, multis cōiuncta perturbationibus. Tu quidem feliciter & beatè agis per omnia, cum Deorum ſummus imperator ſies, poſſisq; & terram & mare ſubducere quaſi fune demiſſo: cæterùm Vulcanus claudus eſt, unus ex mechanicis camino & igne artem fabrilem exercens: Prometheus uerò quōdam etiam in crucem actus eſt. Quid autem patrem tuū commemorem, quem

etiamnum uinculis constrictum tartareis sub umbris agere constat? Quinetiam F
nefandis amoribus uos capi perhibent, ac uulneribus indignè uiolari: præterea
aliquando seruili conditione hominibus esse deuinctos, quemadmodū fratrem
tuum Laomedonti dicto audientem fuisse, Apollinem uerò apud Admetum
egisse in seruitio inficiari non potes. Hæc quum ita sint, non uidetur mihi soli-
da esse & syncera uestra felicitas: sed sunt quidem uestrum nonnulli felices &
egregiè beati, sunt rursus qui non item. Mitto enim ut latrocinio non secus at-
que nos dispoliemini, neque non à sacrilegis compilemini, atq; ex ditissimis ad
extremam rerum angustiam in puncto temporis redigamini. Non pauci uerò
ex uobis etiam conflati sunt, aurei aut argētei existentes, quibus uidelicet hoc G
fataliter decretum fuerat. IVP. Vide ut uerba contumeliæ plena in nos euo-
mas Cynisce: ac te fortasse illorum aliquando pœnitebit, intemperātis linguæ
pœnas sufferentē. CYN. Tolle minas ô Iupiter. certò enim persuasum habeo,
nihil me mali passurum, quod ante te mihi Parca sufferendum non destinaue-
rit: quoniam neq; illos ipsos sacrilegos supplicio per te affectos uideo, sed plu-
rimi manus uestras indemnes effugiunt. Opinor uerò in fatis non esse ut capti
scelerum pœnas expendant. IVP. Nónne dicebam aliquem esse illorum qui
disputationibus suis deorum prouidentiam tollerēt? CYN. Nimium pertime-
scis illos Iupiter, nec scire possum cuius gratia. Proinde omnia quæcunque di- H
xero, illorū doctrinā esse existimas. Ego uerò ab alio quouis potius q̄ à te ueri-
tatem peruestigarem. Cæterùm & hoc perlibenter ex te quæreré, quæ'nā ipsa
uobis esset Prouidētia: nunquid una ex Parcarū numero, an Dea quæpiam his
longè potentior, tanquā illarum regina? IVP. Iam & antè tibi dictū est, nullo
modo fas esse te harū rerum nihil nō nosse. Tu uerò sub initium cū dixisses te
unum quiddam quæsiturū, nullū finē facis apud me de rebus eiusmodi friuolis
ac scitu parū necessariis nugandi. Et iam quidem disputationis tuæ summā, quò
tendat, perspicio, nēpe ut planū facias in rebus humanis nihil fieri nostra prouī-
dentia. CYN. Non meū hoc quidem est, sed tu paulò antè constanter affirmasti I
Parcas esse, quarū dispensatione gubernarentur & efficerentur omnia: nisi iam
horum uerborū te pœniteat, ac quæ dicta sunt, reuocāda putes, propulsoq; fato
de habēda cura deliberaris. IVP. Nequaquā, sed Parca nostra ope effecta reddit
singula. CYN. Intelligo, ergo Parcarū famulos atq; ministros uos esse perhibe-
tis. Verùm & sic illæ sunt, quas cuncta prouidere certū est: uos autē non secus
atq; fabrilia quædā illarum instrumēta habēdi estis. IVP. Qua ratione isthuc di-
cis? CYN. Ea nempe, quemadmodū & ascia fabro lignario, & terebrum coo-
perando nonnihil affert ad artem perficiendam adminiculi. Nemo tamen, qui
quidem compos sit rationis, dixerit hæc ipsa esse artificem: neque nauis asciæ K
aut terebri opus dicenda est, sed eius qui nauem fabricauit. Non dispari ratione
singula fabricans fatū putādum est: cæterùm uos sororū fataliū asciæ & terebra
estis tantummodo. Et, quemadmodum non iniquum uidetur, homines multo
iustius Fato sacra facere debebant, ac ab illo bonorum largitionem postulare:
cum illi interim ad uos cursitent, prece ac muneribus deuenerantes. At neq; si
fatum sacrificiis & uotis colerēt, rectè mihi facere uiderētur. Neque enim opi-
nor ullo modo fieri posse, ut Parcis quoque hoc immutare liceat, neq; non ali-
quid eorū subuertere, quæ initiò illarū decreto immobili de singulis irreuoca-
biliter statuta sunt. Proinde nequaquā æquo animo sufferret Atropos, si quis in

contrarium

A contrarium ſtamen coli torſerit,laborē Clothus diſſoluens.IVP. Tu iam Cyniſce neque Parcas quidem ipſas ab hominibus colendas eſſe contendis,ſed uidere mihi omnia nō illibenter uelle cōfundere.Nos uerò, ut maximè aliam ob cauſſam nullam, certè ob diuinationem & oracula, neque non eorum prædictionē, quæ ſingula de quouis rato conſilio decreta ſunt, iure optimo colimur. CYN. In ſumma, nihil utilitatis affert,ô Iupiter, eorum præſcientia, quibus ea obſeruatione deuitare nullo modo cōceſſum eſt:niſi in hoc dicas,ut is qui certus ſit haſta ferrea ſe moriturum, mortē queat effugere, ipſa uidelicet in ciſtam concluſa. Atqui fieri non poteſt.ſiquidem educet illum Parca ad uenandum,& B haſtæ obiiciet. Ac Adraſtus emiſſa in ſuem cuſpide,ab illa quidē aberrabit:porrò Crœſi filium perempturus eſt,quaſi uiolēto quopiam Parcarum decreto feratur in iuuenem. Sed neq; illud quod Laio datum eſt, riſu caret, nempe illud, Caue ſis diis nolentibus prolem ſeras. ait enim, Nam ſobole ſuſcepta, occidet te filius. Etenim ſuperuacaneam atque adeò infrugiferam opinor eſſe admonitionem earum rerum quæ non poſſunt non fieri. Quippe poſt acceptum oraculum,& prolem ſuſcepit, ac deinceps à filio peremptus eſt. Quare non uideo quamobrem & mercedē exigatis propter uaticinium. Vt interim ſilentio præteream,quòd obliqua & ambigua,& quæ in utranque partem referri poſſunt, C non paucis reſpondere ſoleatis,non admodum clarè explicantes,num ille traiecto Hale ſuum ipſius imperium euerſurus eſſet,an Cyri. Vtrunque enim poteſt oraculum. IVP. Erat,ô Cyniſce,Apollini quædā aduerſus Crœſum cauſſa ſimultatis & iracundiæ, propterea quòd illum pertentauerat, carnes ouillas ac teſtudinem unà elixando. CYN. At enimuero cōueniens atque adeò æquum & bonum fuerat, ut cum deus eſſet, ab omni iracundia foret alieniſſimus. Verùm,ut mea fert opinio,fortaſſe ita in Fatis fuit,ut Lydus ille oraculo deciperetur, ac iam olim ne perſpicua futura inaudiret, illius ſtamini Parca adneuerat. Vnde liquet uaticinium quoque ueſtrum, illius maximam eſſe partem. IVP. D Nobis uerò nihil facis reliquum,ſed(ut uideo)nequicquam dei ſumus,qui neq; prouidentia aliqua res humanas diſpēſare ſoleamus, neque ſacrificiis digni eſſe uideamur, ſed reuera aſciarum terebrorumq; inſtar ſumus. Ac ſanè uideris me iure optimo ad hunc modum ſuperbè contemnere, quòd cum fulmine armatus ſim, ſuſtineam te impunè talia aduerſus nos contumelioſè differentē. CYN. Feri ô Iupiter, ſi mihi fatale eſt fulmine percuſſum interire: neque te ob ictum quicquam in ius uocabo, ſed potius ipſam Clotho,per te uulnus mihi incutiētem. Neque fulmen quidē ipſum accuſabo, quaſi tam infelicis ruinæ cauſſa mihi extitiſſet. Veruntamen hoc quoque uos interrogabo,nempe te & Fatū,cæE terū tu mihi illius loco reſpondeas uelim. etenim minis tuis hoc in memoriam mihi reuocaſti· Quî fit tandem ut omiſſis tot ſacrilegis, præterea tot criminoſis & uiolentis & periuris hominibus diſſimulāter poſthabitis,unam aliquam ilicem aut lapidem,aut nauis uelum nihil mali unquam per iniuſtitiā meritæ,fulmine feriatis?Non rarò quoque hominē frugi, & uiatorem ſpectatæ ſanctimoniæ?Quid uerò compreſſis labiis obticuiſti Iupiter?An fortaſſe ne hoc quidem me noſſe fas eſt?IVP. Sanè nefas eſt te iſta inquirere. Tu uerò extremè curioſus es, adeò ut me fugiat, quínam tibi uoluptati ſit iſtis me obtundere. CYN. Proinde neque hoc à uobis perquirendum mihi uideo, nempe à te & Fato & Prouidentia,quamobrem Phocion uir ſanctus & iuſtus,in tanta omniū rerum

*Confutat oracula & prædictiones,ab effectu & incertitudine.*

*Hiſtoria eſt apud Herodotum lib.1.*

*Eod.lib.*

inopia atque anguſtia diem ſuum obierit,tum etiam ante ipſum Ariſtides:Cal- F
lias autem & Alcibiades nepotes intemperantiſſimi,omnium affluentia exube-
rabant,neque non Medías multis ſceleribus coopertus,ac Charops Aeginetes
homo maſcula uenere extremè infamis, à quo matrem ſuam fame necatã pro
certo cõſtat. Contrà Socrates undecimuiris traditus eſt, Meletus uerò non itẽ.
Ad hæc cur Sardanapalus mollis atque effœminatus,deliciisq; totus fractus, re-
gnauerit, Perſarum uerò tot ac tanti uiri uirtute longè optimi atque clariſſimi
eius iuſſu in crucem ſubacti ſunt propterea quòd factis illius parum delectabã-
tur: ut taceam quæ in præſens fiunt. longum enim eſſet ſingulis percenſendis
immorari, quemadmodum mali & facinoroſi per omnem uitam facilè agãt, & G
feliciter omnibus rebus affluentes,cæterùm boni ducantur & ferãtur paupertate,morbis,& cæteris infinitis malis impliciti,ærumnoſè conflictantes. IVP.
An ignoras Cyniſce, quanta ſupplicia & cruciatus poſt hanc uitam prauos &
ſceleratos homines manere ſoleant, aut in quanta felicitate uicturi ſint boni?
CYN.Orcum mihi narras,& Tityos,& Tantalos.Ego uerò ſi quid talium re-
rum eſt, haud obſcurè cognoſcam ubi fato functus fuero. Quantum autem ad
præſens attinet, uelim ut quantumcunq; hoc temporis in uiuis mihi exigẽdum
eſt,ego interea omni felicitate perfunctus,tandem mortuus à ſedecim uulturi-
bus iecur meum depaſceretur:uerùm non ut hic in uita ſiti preſſus, quẽadmo- H
dum fertur Tantalus,in beatorum inſulis cum heroibus biberẽ, in Elyſio pra-
to conſtitutus.IVP.Quid ais?An non credis eſſe quædam parata ſupplicia, &
pœnas malis deſtinatas, & honores ac forum iudiciale ubi ſingulorum uita ha-
bita ratione cognoſcẽdi expẽditur?CYN.Audio Minoa quendam Cretẽſem
infrà talibus rebus cognoſcẽdis atque diiudicandis dare operam: ac mihi ſuper
illo quoque reſponde,ẽſt ne tuus,ut fertur,filius? IVP.Quamobrem uerò iſta
de illo quæris Cyniſce?CYN.Quos maximè afficit ſupplicio?IVP. Prauos ui-
delicet, cuius generis ſunt parricidæ & ſacrilegi. CYN. Quos autem ad he-
roum contubernium amandare ſolet? IVP. Nempe bonos,& ſanctitate uitæ I
præcellentes, quiq; ſemet uirtute excoluerunt. CYN. Cuius uerò gratia hoc
facit ô Iupiter?IVP.Propterea quòd illi ſupplicio,ii uerò honore remunerandi ſunt.CYN.Cæterùm ſiquis nolẽs & inuito animo mali aliquid deſignauerit,num & hunc ſupplicio afficiendum condemnat? IVP.Nequaquam.CYN.
Proinde neq; ſiquis inuitus boni aliquid fecerit,eum honore dignabitur?IVP.
Nequaquam. CYN. Itaque haud conuenit illi ô Iupiter ullum neque honore
ornare,neque ſupplicio afficere.IVP. Quî uerò nullum?CYN.Quoniam ni-
hil nos homines animo uoluntario facimus,ſed neceſſitate quadam ineffugibi-
li ad hoc compulſi:ſi tamẽ uera ſunt illa quæ antè confeſſus es, nempe Parcam K
eſſe omnium rerum cauſſam. Iam ſiquis alterum peremerit, Parca in culpa eſt,
quæ admiſit parricidium.Siquis ſacrilegio deorum fana compilauerit,facinus à
Parca ſibi iniunctum admiſit. Quocirca ſi Minos rectè uti uelit iudicio, multo
æquius Fatum pro Siſypho puniet, & Parcam pro Tantalo.Quid enim illi in-
iuſtè egerunt,quandò iuſſis dicto audientes fuerint? IVP. Amplius quidẽ uel
reſpondere tibi indignum facinus exiſtimo,talia præſertim interrogãti.Audax
enim es,& Sophiſta:ac iam quidem te relicto abeo. CYN.Debebam equidem
adhuc & hoc ex te quæſiſſe, ubínam locorum Parcæ degerent, aut quomodo
res tãtas tam exacta cura & cogitatione queant aſſequi, præſertim illis tantùm

tribus

A tribus exiſtentibus. Etenim laborioſam & minimè felicem atq; iucũdam uitam mihi uidentur agere, tantis implicitæ negociis. Et quemadmodũ ueriſimile eſt, ipſæ quoque fato parum propitio & fauente in lucem ſunt editæ. Itaq; ego, ſi mihi daretur optio, nequaquam cum illarum uita meam commutauerim, uerùm eligerem potius ut adhuc egentius agerem, quàm ut colo Parcarum aſſiderem, tantis negociis & difficultatibus referto, obſeruans ſingula. Cæterùm ſi tibi graue eſt ô Iupiter ad hæc reſpondere, etiam his cõtenti erimus ad quæ reſpondiſti. Satis enim eſt quòd de fato & prouidentia ſermonem nos non celaueris. Reliqua fortaſſe in fatis non eſt ut audiam.

B

## IVPITER TRAGOEDVS, Vincentio Obſopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Eiuſdem propè argumẽti & hic dialogus eſt, niſi quòd hic Epicureũ etiam quendam introducit, qui deos omnino negat ullos eſſe, nedũ prouidentia ſua mundũ gubernare: fortuituq; ac temere omnia geri contendit. Deinde & ipſa tractatio in plures perſonas ſpargitur, ac tota dramatica eſt. Principiò enim Iupiter fingitur audita diſputatione Timoclis Stoici & Damidis eius quem modo dixi, Epicurei, grauiter incẽſus, ac metu pariter atq; dolore cõmotus eſſe. Cuius rei cauſſam dũ cæteri ab eo inquirũt, eandemq; diſputationẽ ab ijſdem illis iterum inſtaurari audiunt, tandem conſilijs mutuò inter ſe collatis, generale deorũ omnium concilium ſuper eadẽ re congregandum decernitur. Conuocatis itaq; per præconẽ Mercurium uniuerſis, & ijſdem pro ſua cuiq; dignitate aſſignatis ſedibus, cum diu inter ſe de cõſeſſu altercati fuiſſent, poſtremò imperato ſilentio, Iupiter*

C *cũ magna perturbatione totũ negocium ac ſummã diſputationis illius exponit, admonẽs, & ob oculos imminẽte poſito periculo exhortãs, ut in cõmune omnes conſulere, & malo huic remedium aliquod quærere uelint. Primus igitur accepta dicendi poteſtate Momus, graui obiurgatione deorũ ſecuritatem ac negligẽtiam reprehẽdit, ut qui & malos euehi ſinant, & cõtrà bonos ac iuſtos opprimi, neq; reſponſa certa & expedita hominibus dẽt, neq; etiã poëtarũ ſcripta aboleri faciãt, per quæ, ſtupra, adulteria, bella ac ſeditiones ipſorũ euulgẽtur: quare quicquid huius accidat, ipſorũ culpa atq; inertia accidere. Atq; hinc oratione ad ipſum Iouẽ conuerſa, etiã exẽplis hæc confirmat. Poſt quem cũ alij alia cenſerent, omniũ ferè ſententias idẽ confutat: uel quòd per ſe abſurdæ & inutiles eſſent, uel quòd abſurdæ & incõmodæ ex ijs ſecutura. Præcipuè uerò Apollinis cõſiliũ reprehẽdit: cuius etiã oraculũ ſuper euentu & uictoria diſputationis huius prolatũ, ob uanitatẽ irridet.*

D *Ob quæ Hercules, cũ ipſe poſtremus ſententiã dixiſſet, audiretq; fatis prohiberi ſeſe quo minus ſacra ac tẽpla ſua ui cõtra impios tueri poſſet, eò tãdẽ redit, ut dicat ſe malle apud inferos eſſe, atq; ibi ab umbris metui, quàm inter deos cõtemni, ac pro nihilo haberi. Quæ dũ ita geruntur, interea noua occaſione fingitur Hermes ille Agoræus, qui Athenis ad porticum Pœcilen cõſecratus ſtabat, properè aduenire, ac nũciare diſputationem Damidis & Timoclis iterũ iam inceptã eſſe, & ad eam magnã hominũ multitudinẽ cõfluere. Relicto igitur cõcilio, ad auſcultandũ omnes cõuertuntur. Porrò tota Timoclis diſputatio in hoc uerſatur, Deos eſſe, ac prouidẽtia illorũ omnia gubernari: idq; argumẽtis hiſce cõfirmat. Primo ab ordine ac curſu rerũ naturaliũ, quæ omnes ſuis ac certis uicibus redeãt ac uariẽtur. Deinde authoritatibus & teſtimonijs poetarũ, Homeri & Euripidis. Poſt hæc cõmuni cõſenſu gẽtiũ, quæ deos uenerẽtur ſacrificijs & aris cõſtitutis. Inde & ab effectis, qa oracula dẽt, & fulmina Iupiter iaciat. Poſtea autẽ & à minori, collatione ac ſimilitudine à nauiũ gubernatoribus ſumpta, quòd ut illi nauigia ſua, ſic deorũ prouidẽtia mundũ adminiſtret. Vltimo etiã à ſigno & conſequẽti, quia aræ deorũ ſint, quæ nullo modo futuræ fuerãt, niſi & dij eſſent. Ad quæ ſingulatim reſpõdẽs Da-*

E *mis, primũ argumẽtũ de naturali rerũ ordine, à diuiſione diluit, etſi talia q̃dã fiant, nõ tamẽ cũ ordinẽ à Dijs ideo certũ cõſtitutũ eſſe, cõfutatione, ut appareat, nõ ſatis efficaci. Authoritates autẽ poetarũ, ab ipſorũ officio, & contrarijs teſtimonijs eleuat. Cõſenſum præterea gentiũ, ab eo, quòd quanquã deos colãt, nõ tamẽ eoſdem omnes, & quidã etiam fœda ac turpia pro Dijs habeãt, impugnat. Deinde oracula & fulmina eiuſmodi eſſe ait, ut hæc ex naturali cauſſa fiãt, Ioue iã olim in Creta ſepulto, illa autẽ ambigua & obſcura, nihil certi prædicant. Similitudinem uerò naucleri diſſoluit ex diſſimilitudine rerum comparatarũ, oſtendens diuerſa omnia in hoc mundo atq; in nauibus eſſe. Vltimum à ſigno locũ, ut frigidum ac friuolum, eludere tantũ ſatis habet.*

*Interlocutores, Mercurius, Minerua, Iupiter, Iuno, Neptunus, Venus, Coloſſus, Momus, Apollo, Hercules, Hermagoras, Timocles, Damis.*

QIupiter, quid animo cogitabũdo tecũ cõminiſcens loqueris, pallidus obambulãs, ac Philoſophi coloré uultu præ te ferens? Quin mecum MER.

iſta communicas,& me propter rerum difficultatem qua premeris, in cõſilium F
adhibes? Haud enim famuli tui nugas habebis contemptui. MIN.

Sanè magne parens,hominum rex atq; deorum,
Te precor en glaucis oculis Tritonia Pallas,
Fare age,ne celes,quò ſint hæc cognita nobis:
Quod te conſilium dubio ſub pectore uerſat?
Cur gemis?& tacito pallor ſubſurgit in ore? IVP. Nunq̃ grauis res ulla ſic
dici poteſt,Nõ paſſio,non ullus uſpiam dolor,Sed nec calamitas ulla ſic tragica
& mala eſt,Quæ ſit dolori cõferenda cœlitum. MI. O Phœbe,qualibus incipit
proœmiis! IVP. O peſſimũ genus mortaliũ,Tuq; ô Prometheu,me quibus af- G
flixti malis? MI. Quid eſt? nec enim celabis hæc domeſticos. IVP. O murmur in-
gẽs fulminis magnicrepi,Quid utilitatis addis aut affers mihi? MI. Cõpeſce ira-
cundiã,ſi tragica magniloquentia, quẽadmodũ illi,tibi pares eſſe nequeamus.
Neq; enim totum Euripidẽ deuorauimus, ut tibi dictis poëticis è fabula petitis
ſubſeruiamus. IVN. An nobis obſcurã eſſe opinaris triſtitiæ tuæ cauſſam,cuiuſ-
modi ſit? IVP. Noſti nequaq̃,etſi grauius quiddã boës. IVN. Noui ecaſtor do-
lorũ tuorũ ſummã,quibus diſcruciaris: neq; tamẽ uociferor aut coccizo,quippe
quæ iã ſæpenumero præter morẽ eiuſmodi per te ſim paſſa cõtumeliam. Valde
igitur credibile eſt iterũ aut Danaës cuiuſpiã,aut Semeles,aut Europæ inuentę H
amore te angi: deinde uerò aſſumpta imagine aut tauri aut ſatyri, aut aurũ te
factũ uelle per impluuiũ in ſinũ amatæ puellæ influere. Hoc enim haud dubi-
tanter ſignificãt crebri iſti tui gemitus,& ſuſpiria,neq; nõ lachrymæ. Præterea
pallor quoq; nõ alterius rei q̃ amoris argumentũ eſt certiſſimũ. IVP. O beata,
quæ res noſtras in amore & talibus ludicris ſitas eſſe opinaris. IV. Et quid aliud
te niſi hoc ſolicitat, Iouẽ exiſtentẽ? IVP. In extremũ diſcrimen res noſtræ per-
ductæ ô Iuno,& planè,ut eſt in prouerbio,in acie nouaculæ conſtitutæ ſunt,ut
aut colamur amplius,oblatis in terra ſacris fruentes,aut neglectui demur,ab o-
mnibus habiti contẽptui,ac nullius quidẽ momẽti eſſe uideamur. IV. Nũquid I
terra Gigãtes produxit iterũ? aut nunquid Titanes diſruptis uinculis, deuictaq;
cuſtodia rurſum aduerſus nos arma & uim parant? IVP. Cõfide. nam res inferæ
cœleſtibus extra omne ſunt periculũ. IV. Quid ergo aliud rei grauis & acerbæ
accidit? Neq; enim uideo,quandò talia nihil te cõturbãt, quamobrẽ nobis Po-
lus aut Ariſtodemus pro Ioue apparueris. IVP. Timocles ille Stoicus ô Iuno,&
Damis Epicureus heri neſcio quo initio in eã delati diſputationẽ de prouidentia
diſſeruerũt in magna probatorũ hominũ frequẽtia, & celebritate populari: id
quod omniũ maximè me conturbauit animo. Ac Damis quidẽ neq; Deos eſſe, K
neq; omnino eorũ quæ fierent,curam ullã habere,aut ea ordine gubernare,im-
pudenter affirmare nõ uerebatur: cæterũ optimus ille Timocles noſtras partes
omni ſtudio tueri conabatur. Deinde multa turba hominũ certatim accurren-
tiũ confluẽte, nullum finem ſortita eſt diſputatio. Etenim hoc fœdere inito ab
utriſq; diſceſſum eſt, ut in diẽ poſterum de integro reliqua nondũ diſcuſſa ac-
curatius examinarent atque perpẽderent. Et nunc omnes ſuſpenſo ad audien-
dum inhiant animo,uter uictoriam adepturus ſit, ac ueriora prolaturus. Vide-
tis periculũ, quàm omnibus modis in anguſtum res noſtræ coactæ ſunt. In uno
uiro periclitamur, & ex duobus alterũ euenire neceſſe eſt: ut aut omnia noſtra
habeantur contemptui,& ſolùm inania quædam uideantur uocabula: aut ut ea

pietate

A pietate colãtur,q̃ prius culta fũt,ſi Timocles diſputãdo ſuperior euaſerit.IVN. Periculoſiſſima profecto fũt illa,nec temere Iupiter more tragico propter illa efferebare.IVP. Tu uerò Danaës aut Antiopes alicuius potiundæ cogitatione me íplicitũ eſſe opinabare,cũ ita exanimatũ me eſſe cõſpiceres. Quid igitur ô Mercuri & Iuno & Minerua nobis faciẽdũ eſt?quin & uos cõſilii prõptè inuẽti partẽ expromitis?MER. Ego q̃dẽ coacto properè cõcilio hãc rẽ cõmuni õniũ deliberationi offerẽdã eſſe exiſtimo.IVN. Et ego huius accedo ſententiæ. MI. Atq; mihi diuerſũ uidetur ô pater,ne uidelicet excitato tumultu cœlũ terrore cõpleas,néue palã fiat hãc ob rẽ te tumultuari aut cõſternari animo. Cæte
B rũ priuato tecũ cõſilio effectũ reddas,ut Timocles diſceptãdo potiatur uictoria,Damis uerò omniũ riſui expoſitus atq; ſubſannatus ex diſputatione abeat. MER. Atq; iſta nõ manebũt obſcura & tacita Iupiter,cũ philoſophis í propatulo futura ſit diſceptatio. Ac tu quidẽ tyrãnũ agere uideberis, ſi de tãtis rebus ad õnes cõmuniter pertinẽtibus,cũ reliq̃s nihil cõmunicaueris.IVP. Quin ergo iã ut in cõcionẽ ueniãt proclamas,ut mox præſtò ſint omnes?MER. Rectè mones. Heus uos ſuperi ocyus in cõciliũ õnes cõuenite:ne cũctemini:cõfluite omnes:uenite maximis de negociis collaturi cõſilia.IVP. Adeóne nudis ô Mercuri uerbis & ſimplicibus,ad hæc ſolutis præconẽ agis,præſertí maximis de re-
C bus deos cõuocãs?MER. Et q̃nã alia ratione expetis Iupiter?IVP. Rogas? Aequũ eſſe opinor,ut præconiũ tuũ nõnullis uerſiculis ac magniloquẽtia poëtica exornes,ut hac ípulſi ſtudioſius & frequẽtius cõfluãt. MER. Sanè: uerũtamen hoc poëtarũ & rhapſodorũ eſt officiũ. Porrò ego minimè ſum poëticus, adeò ut præconiũ quoq; corrupturus ſim,ſi uerſiculis cõſarcinatis & malè cohærẽtibus proclamarẽ. Ac riſui ero õnibus ob uerſiculorũ ſtructurã parũ cõcinã. Itaq; & Apollinẽ in dãdis oraculis rideri à nõnullis uideo, dũ multa ſecuro animo inuoluit,& data opera obſcurat,ne õnino audiẽtes ocio indulgeãt, ſed expẽdãt uerſiculos. IVP. Proinde Mercuri Homericos uerſiculos pleroſq; ad-
D miſce præconio,quẽadmodũ ille nos cõuocare conſueuit. Credibile autẽ eſt illorũ te cõmeminiſſe. MER. Profectò nõ admodũ prõptè & callidè,tamen periculũ faciã. Ergo Deũm nemo nec mas nec fœmina deſit,
Inſuper Oceani ſint omnia flumina præſtò,
Omnes ſumma Iouis Nymphæ quoq; tecta frequentẽt.
Cuncti in concilium greſſu properate citato.
Vos quibus oblatis cedũt ſua munera ſacris,
Præterea quotquot mediæ ſeu fortè ſecundæ
Claſſis erũt, ſeu quos tenet ultima,ſeu qui
E Obſcura penitus diuorũ ſorte fruuntur
Degentes pingues cupidi nidoris ad aras.

IVP. Euge ô Mercuri,optimũ egiſti præconẽ,ac iã plenis uiis cõueniũt. Quapropter aſſumẽs illos in ſedes colloca,pro ſua quẽq; dignitate. Priores q̃dẽ ſedes occupẽt aurei,poſt hos locẽtur argẽtei,deinceps uerò ſubſequãtur quotquot ſũt elephãtini,his poſtremò ſuccedãt æneiatq; lapidei. Verũ í his etiã ipſis Phidiæ,aut Alcamenis,aut Myronis,aut Euphranoris,aut taliũ cõſimiliũ artificum gratia præhonorẽtur. Cæterũ uulgares illi nulla arte nobiles,longè alicubi cõcluſi in angulũ locentur cum ſilentio,cõplentes tantùm concionẽ. MER. Fient iſta ut imperas,ac ſua quiſq; ut par eſt ſede dignabitur. Atqui hoc neutiq̃ promptũ aut noſſe procliue eſt, ſiquis illorũ aureus fuerit,ac multitudine talentorũ

præpõderet,opere uerò nõ ita insignis sit,sed priuato penè ac uulgari,& mini- F
mè artificioso, si Myronis æneis ac Polycleti,& Phidiæ & Alcamenis lapideis
cõferatur,quónam locandus sit,si artẽ præferẽdam esse putas. IVP. Oportebat
quidem ad hũc modum fieri,sed tamen aurum anteferendũ est. MER. Intelli-
go,nempe iubes ut per opulẽtiores delectu habito, nõ ex optimatibus electim
*ἀπὸ τιμημάτων,hoc est,secundũ census. locẽtur,atq; etiam* à precio. Proinde uenite priora sedilia occupaturi uos aurei.
Attamẽ,ut uides Iupiter,soli barbari præsidebũt. Etenim cuiusmodinam Græci
sint,animaduertis,pleni quidẽ uenustate ac gratia, neq; nõ uultu honesto & li-
berali,& quantũ ad artificii præstantiam attinet,probè culti & perpoliti,nõ ta-
men nisi lapidei aut ænei uniuersi : aut qui ex illis maximis sunt ac sumptuosis- G
simis impensis fabricati,elephantini sunt,modicũ ab asperso auro splendorem
retinentes, quippe quo tantùm colorati sunt, pauloq; facti nitidiores : cæterùm
intus sublignei quidẽ illi,totaq; muscarum examina internè conuersantia coo-
perientes. Porrò autẽ ipsa Bendis, & Anubis ille, & propter hunc Attis, præ-
terea Mithres,in uniuersum ex solido auro conflati sunt,& graues, & multi re
uera precii. NEP. Et quî hoc tibi iustum uidetur Mercuri, ut Aegyptiũ illum
canino rictu deformem,mihi anteferre non uerearis, præsertim Neptuno exi-
stenti? MER. Rectè dicis:at te quidẽ ô Neptune Lysippus tantũ fecit æneum
& pauperem,quippe Corinthiis tunc aurũ non habentibus : hic autẽ omnibus H
metallis longè est opulentior. Vides itaq; patienter & placatè hoc tibi sufferen-
dum esse,si huic postponaris:neq; indignandum est,si is cui tantus nasus est au-
reus,tibi prælatus fuerit. VENVS. Proinde Mercuri, me quoq; assumptã transfer
ad Deos aureos qui præsident.sum enim aurea. MER. Minimè ô Venus,
quantũ quidẽ ego uideo : sed nisi prorsus hallucinor aut cæcutio, ex lapide cã-
Pẽthele pagus Atticus fuit, ad tribũ Antiochidẽ pertinens, ut Stephanus, & Penthelicus mõs ibidẽ, ubi latomiæ fuere, ut Pausanias in Atticis. dido ex mõte Pẽtheli excisо opinor,cũ ita uisum esset Praxiteli, Cnidiis Venus
facta tradita es. VE. Atqui grauissimũ simul ac fide digniſſimũ testem Homerũ
tibi producã,sursum ac deorsum suis in rhapsodiis aureã Venerem me esse per-
hibentem. MER. Sedenim ille ipse quoq; Apollinem prædiuitem & opulentũ I
esse affirmat: nihilo secus tamẽ iã ipsum * in extremis sedẽtẽ conspicies,à latro-
nibus cõtumelioſè affectũ,atq; etiam fidibus citharæ compilatum. Quare & tu
cõtenta esto,æqui boniq; consulens si non prorsus in locũ seruilem & sordidũ
detrusa,cõcioni interesse cogare.* COLOSSVS. Quis uerò mecũ in cõtẽtionẽ
descendere audeat,cum & solẽ me esse conspiciatis,& tanta mole spectabilem?
*Inter zeugitas græcè,quæ tertia classis Athenienſium erat. Cæterũ si nõ magno admodũ ingenio & artificio Rhodii me sculpere digna-
ti sunt,tamen & alios pari arte ad nostri archetypum sedecim deos aureos for-
mauerunt : quapropter ratione probabili omnium precioſiſſimus meritò æsti-
*Rhodium intellige,de quo Pli.li.34.c.7. mandus essem . Artis uerò atque operis præstantia & nobilitas,tanta pensatur K
magnitudine. MER. Quid uerò facto opus est ô Iupiter? siquidem & hoc non
mediocrem mihi affert iudicandi difficultatem. Etenim cum ad materiam ocu-
los deflexero,totus quidem æneus est: porrò cum apud animum meum perpẽ-
*Hippas,classis una erat Athenienſium. Vide Plutar. in Solone. do ex quot talentis cõflatus est,præter * hippada quingẽtos excusurus est mo-
dios. IVP. Quorsum uerò attinebat & hunc interesse concioni, sua magnitu-
dine aliorũ paruitatem expositurum cõtemptui; neq; non ob dignam sedẽ nos
perturbaturum? Verùm enimuero ô Rhodiorũ optime,& si maximè omnibus
aureis anteponendus esses,quomodo præsidere possis,nisi cæteri omnes exur-
gãt foras, ut soli tibi ad sedẽdũ locus pateat atq; sufficiat, omni spatio uel alteris

tantùm

A tantũ natibus occupato. Quocirca rectiſſimè feceris, ſi ſtans concioni intentus fueris, inflexo in concilium capite. MER. Ecce rurſus altera in diſcernendo mihi difficultas obiicitur. ærei enim eſtis utriq;, eiuſdemq; artificii, nimirum in Lyſippi officina uterq; formatus: & quod maximũ eſt, generis nobilitate pares, utpote Iouis filius Dionyſus ille cum Hercule. Vter ergo illorum anteferẽdus eſt alteri? ſiquidem de loco pugnant inter ſe, ut uides. IVP. Nimium uerò cunctamur Mercuri. iamdudum concionatũ eſſe oportuit. Quare in præſens quidem nullo habito diſcrimine ſeſſum eant promiſcuè, ubi cuiq; uiſum fuerit: deinceps uerò hiſce de rebus cogetur deintegro concilium, ac deinde certum ha-
B bebo qui mihi hac in re ordo conſtituendus ſit. MER. Sed ô Hercules, q̃ pro more ſolito tumultuãtur, cũ uociferatione quotidianam illam diſtributionem efflagitantes, Vbi eſt nectar? ubi relicta ambroſia? ubi ſunt hecatombæ? ubi ſacrificia? IVP. Compeſce illos Mercuri indicto ſilentio, ut intelligãt cuius gratia accerſiti ſint, eiuſmodi nugis poſthabitis. MER. Atqui non omnes græcam linguam capiũt, Iupiter: ego uerò uarias linguas minimè ſonare calleo, ut Scythis & Perſis & Thracibus ac Celtis intelligibilia prædicem. Conſultius itaque factu opinor, ſi manu ſigno dato, ſilentium impoſuero. IVP. Quin ergo facis? MER. Euge, Pythagoricis taciturniores tibi facti ſunt. itaque iam tẽpus eſt cõ-
C cionandi. Vides ut omnes oculos in te coniectos habeant, cupidè atq; deſideranter expectantes quidnã dicturus ſis? IVP. At quod ego patior Mercuri, cur tibi exponere uerear, filio exiſtenti meo? Haud tibi obſcurum eſſe reor, quàm impẽdiò audax ego ſemper & magniloquus in concionibus eſſe ſoleã. MER. Satis compertè noui, ac profectò magno metu conſternatus eram concionantem te audiens, maximè uerò quando minabare te terram ex ipſis fundamẽtis euulſam, & pontum unà cum diis ſurſum tracturum aurea illa catena ex alto demiſſa. IVP. Atqui nunc ô fili, neſcio quomodo, ſiue præ magnitudine periculorum impendentium, ſiue præ multitudine præſentium (cõuentus enim, ut
D uides, eſt frequentiſſimus) animus confuſa mente mihi penitus obſtupuit, planéque ſubtrepidat, & lingua conſtricta eſſe uidetur. Et quod omniũ eſt abſurdiſſimum, orationis quoque multum diúque meditatæ procœmium mihi excidit, quod adornaueram, ut exordio erga illos uterer belliſſimo atq; luculentiſſimo. MERC. Perdidiſti omnia ô Iupiter, cæterùm illi tuo ſilentio in ſuſpicionem uenient, ac grande aliquod malum ſe audituros expectabunt, cuius gratia tu ita lentè & cunctanter ad dicendum progrederis. IVP. Vis ergo Mercuri, Homericum illud procœmiũ illis occinam? MERC. Qualénam? IVP. O ſuperi dictis animos attendite noſtris. MERC. Apage. iam enim abunde ſatis
E iſta ſub initium nobis per contumeliam inculcaſti. Veruntamen, ſi conſultũ uidetur, uerſiculorum odioſam difficultatem miſſam facito: cæterùm unam aliquam ex Demoſthenis orationibus aduerſus Philippum habitis, quæcũque argumento tuo appoſitiſſima uidebitur, deſume, pauca quædam immutãs. Facies hoc multorum rhetorum exemplo, quibus idem facere nunc ſolenne eſt. IVP. Rectè ſanè dicis, conſarcinatam quandam rhetoricam, neq; non promptam & facilẽ, perplexis & animo hæſitantibus. Proinde facto aliquãdo principio exordiar. PRO magna pecuniarũ copia, ô uiri Dei, uos electuros opinor, ſi palam uobis fieret, quid tandem illud ſit, cuius gratia in hunc cœtum eſtis accerſiti. Quod cum ita ſit, conſentaneum eſt ut me dicentem attentis audiatis animis.

*Iliados 8.*

*Ex prima Odyſſeæ.*

Porrò ô Dii, præsens quidem tẽpus emissa uoce propemodũ loquitur, instan- F
tibus periculis omni conatu ac studio nobis occurrẽdum esse. Nos autẽ ad hæc
summa ope prouidenda parum solicitè affecti uidemur. Iam uerò quoniã De-
mosthenis subsidiaria uerba me deficiunt, hæc ipsa uobis manifestius declarare
statui, propter quæ perturbatus animo, cõuocata concione conciliũ coẽgerim.
Heri enim, ut nemini uestrum obscurum esse opinor, cũ Mnesitheus naucle-
rus ob seruatam ex undis nauem, quæ ad Capharei scopulos ferme illisa peris-
set, sacra persoluisset, accepti epulis in Piræo cõuiuium agitabamus, quotquot
nostrum à Mnesitheo uocati eramus ad sacrificiũ. Deinde oblatis libaminibus
uos alius aliò, quò cuiusq; ferebat animus, secessistis: porrò autem ego (necdũ G
enim profunda erat uespera) in urbem regressus sum, ut tempore pomeridiano
ocioſus ab animo deambularem in Ceramico: simul mecum sedula agitatione
Mnesithei tenue ac frugale, ne dicam sordidum, conuiuium perpendebam, qui
cum sedecim Deos epulis acciperet, solummodo gallum sacrificauit, sẽé qui-
dem illum, ac iam muco & pituita laborantem. Thuris præterea grana quatuor
iam prorsus putrida, adeò ut prunis iniecta statim extinguerentur, ut neq; sum-
mas nares emergente fumo contingeret, præcipuè uerò cum totas hecatombas
amplè & liberaliter polliceretur, iam naui appropinquãte scopulis certo inclu-
sa periculo. Interea dum hæc mecum uoluerem in animo, ad porticum Variam H
progrediẽdo delabor: ubi consistens, ex improuiso inusitatam hominum mul-
titudinem cõspicio, partim quidem illorum intra porticũ, partim uerò ipso sub
Ioue: insuper nonnullos uociferantes, ac mira peruicacitate disceptantes, inque
sedibus considentes. Tandẽ uerò rem ipsam facilè coniectura assequutus, nẽpe
Philosophos esse ex cõtẽtiosis illis & rixosis, uolui propius admoto gressu, ex-
ploratius intelligere quídnam illud esset cuius gratia inter sese tãtopere digla-
diarẽtur. Ac me illico nube ex crassioribus illis circumuolutum, illorum habi-
tu exornaui: prolixaq; barba attracta, per omnia nõ ineptè philosopho similem
turbæ memet immisi. Multis uerò qui mihi obsistebant, cubito è uia protrusis, I
ingredior, omnibus ignorãtibus quis essem. Cæterùm intra turbam iam consi-
stens, offendo Damin illum Epicureum, hominem perditissimum, ac Timoclea
Stoicum, uirorum longè optimum, pertinacissimè disceptantes. Itaq; Timocles
largo sudore perfluens, præ nimio clamore iam penè uocẽ amiserat: Dãmis ue-
rò risu sardonio diffluens, magis ac magis Timoclea exasperabat. Porrò omnis
illorũ sermo de nobis habebatur. Etenim execrandus ille Damis, humanarum
rerum nihil à nobis prouideri affirmabat, neq; eorum quæ in terris fierẽt, quic-
quã nobis curæ esse. breuiter, nihil aliud quàm in uniuersum nos nõ esse. Tãta
ui comprobandi eius ualuit oratio, erantq; nonnulli qui laudarent illum. Alter K
uerò, nempe Timocles, nostra optimè sentiens propugnabat, indignabaturq;,
ac omnibus modis hostem pugnis inuadẽs lacessebat, curã & sedulitatem no-
stram collaudans, ac planum faciens cum ex mundo, tum omnium rerum con-
uenienti ordine, Deos esse, quodq; per nos ordinatim disponerentur singula.
Nec defuerunt quibus & ille fuit admirationi, eius orationem non improban-
tibus. Verùm iam extremè defessus erat, ac grauiter & laborioſè loquebatur.
Vniuersa autem turba in Damin cõiectos habebat oculos. Cæterùm cum ego
Deorum existimationem periclitantem animaduerterem, iussi noctem ocyus
circumfusam cõuentum dissoluere. Abierunt ergo ex composito ut die poste-

A ro inchoatã de diis diſputationem ad finem deducerẽt. Inde ego multis mẽ domum abeuntibus comitem adiungens, inter eundum audiebam Damidis uerba certatim in cœlum ferri, atq; à pluribus ſupra modũ probari. Præſtò tamen aderant etiam qui dicerent nihil eſſe præiudicandum, ſed expectandum ſiquid in craſtinum ipſe quoque Timocles dicturus eſſet. Hæc ferme ſunt quorum gratia uos conuocari iuſſi. Non modica uerò ſunt hæc ô Dii, ſi ratione diligentius inita conſideraueritis omnem noſtrũ cultum, omnẽ glotiam noſtram ac prouentum ipſos eſſe homines. Porrò autem illi ſi perſuaſi in eam cogitationẽ diſceſſerint, aũt omnino deos non eſſe, aut ſi ſint, res tamen humanas nulla illorũ
B adminiſtrari prouidentia: periculũ eſt ne omnia nobis in terris negentur ſacrificia, ſubtrahantur munera, cultus intercipiantur, ac nequicquam ſublimes in cœlo collocati cum fame conflictemur, diebus feſtis & ſolennitatibus, & certaminibus, & ſacris, & ludis nocturnis & pompis orbati. Super tãtis itaque rebus in præſentia quidem æquum eſſe opinor ut omnes collatis conſiliis accuratè perpendamus ſi quam imminẽtibus periculis ſalutem inuenire queamus. Tum qua potiſſimũ ratione adiutus Timocles potiatur uictoria, ac ueriora dixiſſe uideatur, Damis uerò cõuictus atque confuſus auditoribus riſui exponatur. Cæterùm ego Timocli non admodum confido, quaſi per omnia deſtitutus auxilio
C uicturus eſſet, niſi nõnihil opis per nos illi allatum fuerit. Facito Mercuri præconium quod lege fieri cautum eſt, ut ſurgentes conſulant. MERC. Audi, ac ſilentio linguã cohibe, ne turba. Quem ex Diis maioribus animus ad cõcionandum impellit, quibus conſentaneum eſt? Quid ergo rei eſt? Nemo ſurgit in mediũ, ſed cuncti ora tenetis, fortaſſe earum rerum magnitudine, quæ expoſitæ ſunt, obſtupefacti. MOMVS. At uos ſic muti tellus fiatis & unda. Ego uerò ſi mihi cum quadã dicendi libertate copia fandi conceſſa fuerit, permulta haberẽ ô Iupiter quæ impræſentiarum conferrem in medium. IVP. Confidenter dic ô Mome, atq; interrito animo. Videre enim utile quiddam ad rem præſentem li-
D berè proloquuturus. MOM. Proinde ô Dei agite cuncti attẽtiſſimis eſtote animis. Ego enim iam olim admodũ expectabam in eam difficultatem res noſtras delapſuras, ac multos eiuſmodi Sophiſtas nobis ſuppullulaturos iamdudũ proſpexi animo, à nobis ipſis tam abominãdæ atq; inauditæ audaciæ cauſſam ſuſcipientes. Et ſanè per æquitatẽ indignum facinus eſt eam ob rem iraſci Epicuro, aut eius aſſeclis, eiusq; diſciplinæ ſucceſſoribus, ſi talia de nobis ſuſpicati ſunt. Quam enim æquam opinionem de nobis illis habendam eſſe contendat quiſpiam, quandò tantam omnium rerum perturbationem in uita uideant? Bonos quidem ex illis, ut quiſque agit uitam maximè inculpatã, potiſſimùm negligi,
E paupertate, morbis, ac iugo ſeruili indigniſſimè afflictos opprimi: cæterùm homines facinoroſos, nefariis ſceleribus contaminatiſſimos, honore & dignitate priores eſſe, diuitiis extructiſſimis affluere, melioribus imperitare? Quinetiam ſacrilegos nullis ſuppliciis mulctari, uerùm conceſſa impunitate tutò latêre: in crucẽ uerò ſubigi, ac uariis modis pulſari eos qui nihil mali ſunt cõmeriti per iniuſtitiam delinquentes? Hæc itaq; cum uideãt, iure optimo talem de nobis opinionem obtinent, nihil prorſus nos eſſe. Maximè uerò quando oracula prædicentia audierint, quale eſt illud, Traiecto Hale maximũ ſubuertes imperium. Haud quaquam planè manifeſtantia, num ſuum ipſius, an hoſtium imperiũ ſubuerſurus ſit. Et iterum, Vxorum Salamis chariſſima pignora perdes. Etenim &

*Alludit ad morem Athenienſium.*

*Herodotus libro 1.*

*Ibidem lib. 7.*

Perſæ,ut opinor, & Græci iuxtà è mulieribus editi ſunt. Cæterũ auditis etiam F
rhapſodis illis quòd & amori operam demus,quòd uulneremur & ſeruiamus,
quòd uinculis conſtringamur, quòd motis ſeditionibus diſſideamus, atque id
genus innumeris aliis rebus ſatis ridiculè ſimus impliciti,præſertim cũ beati at-
que immortales eſſe contendamus: quid uerò aliud perinde quàm riderent fa-
cerent,ne flocci quidem noſtrã diuinitatem æſtimantes?Nos porrò indignè fe-
rimus ſi qui ſunt homines non prorſus uecordes,& mentis inopes,qui iſta diſ-
ſerunt,ac omnẽ nobis prouidẽtiam extorquent è manibus: cum potius cõten-
tos nos eſſe oporteat,ſi nobis etiamdum nonnulli ſacra facerent,talia flagitioſe
delinquentibus.Ac mihi hoc loco,ô Iupiter (ſoli enim ſumus, nec ullus homi- G
nũ in hoc cœtu præſtò eſt,extra unũ Herculem ac Dionyſum & Ganymedem
& Aeſculapium,qui nothi ſunt,& Dii aſſcriptitii)cum ueritate reſponde,quã-
do uerò in tantum res humanæ tibi curæ fuere, ut habita ratione perpendiſſes
quínam illorũ praui & mali, aut iuſti ac boni eſſent ? Haudquaquã uerò in hãc
curam unquam te incubuiſſe dixeris.Itaque niſi Theſeus ex Trœzene Athenas
profectus, iugulaſſet in itinere maleficos, ſanè quantum ad te & prouidentiam
tuam attinet,nihil obſtaret quo minus uiuerent & Sciron & Pityocamptes, &
Cercyõ,aliiq; innumeri parricidiis & latrocinio uiatoribus negocium ualde ſe-
curi faceſſentes.Ac niſi Euryſtheus homo cum iuſtus,tum multum prouidens, H
ſingulari humanitate impulſus, ſingulis apud quoſq; diligenter exploratis, hũc
famulum ſuum emiſiſſet, hominem manu promptum, factisq; ſtrenuum, & ad
obeunda pericula ac labores ſuſcipiendos interritum, nunq̃ tibi ô Iupiter Ler-
næa Hydra in mẽtem ueniſſet, nunquã aues Stymphalides curæ fuiſſent,mul-
to minus equi Threicii.Quando uerò Centaurorum cõtumelioſæ temulentiæ
memor fuiſſes unquam? Atqui,ſi uerum proferendum eſt, tantùm compreſſis
manibus in Olympo deſidemus,tantùm hoc inconniuenter obſeruantes,ſiquis
litet atque ſacrificet, ac circa aras incẽſo thure uaporet.Porrò autem res cæte-
ræ temere iuxta fluxum feruntur,ut quiſque illas fortuitò attraxerit.Itaq; me- I
ritis noſtris digna ac iuſta patimur, atque etiam amplius patiemur, ubi homi-
nes poſt puſillum ſuſpiciẽtes animaduerterint nihil ſe utilitatis cõſequi tametſi
nobis ſedula pietate ſacrificarint,& oblatis libaminibus litauerint.Deinde bre-
ui uidebis ab ipſis Epicureis nos rideri contemptiſſimè, haberi pro abiectiſſi-
mis,Metrodoros uerò & Damidas ſuis diſpũtationibus inualeſcere,propugna-
tores autem noſtros ab illis iugulari.Quare noſtrarum erat partiũ,his rebus fi-
nem imponere,ac periculis emergẽtibus mederi,illisq; ſumma ope obniti,quo-
rum opera hæc eò perducta ſunt. Equidem quod ad me attinet,nõ ualde peri-
clitabor ſi deſpectus ero. Neq; enim olim in eorum cenſebar numero, quibus K
honos habebatur rebus ueſtris adhuc ſtantibus & florentibus, uobisq; oblato
ſacrificio fruentibus.IVPIT.Enimuero,hunc ô cœlites delirantem & nugan-
tem miſſum faciamus, ſemper aliàs quoque aſperum obiurgatorem agentem.
» Eſt enim,ut præclarè dixit admirandus ille Demoſthenes, criminari & inſecta-
» ri, atq; etiam obiurgare, cuiuis uolenti promptum ac facile. Cæterùm demon-
» ſtrare qua ratione rebus præſentibus commodiſſimè ſuccurratur,profectò cõ-
» ſultoris officium eſt non niſi impenſe cordati.Quod quidẽ uos alios ſedulò fa-
cturos etiam hoc tacente conſtantiſſimè perſuaſum habeo. NEP.Ego quidem
aliàs, quod uobis obſcurũ nõ eſt,ſub undis dego,& in profundo marinę Reip.

procurationem

A procuratione obiés,pro uirili quoad eius fieri poteſt,nauigãtes ſeruo,puppesq; ſurſum ac deorſum magna cura deduco, neq; nõ uiolentam uentorum rabiem mollio atque demulceo: nihilo ſecus tamen & earum quæ hic aguntur rerum cura me habet ſolicitũ. Proinde Damin è medio tollendum eſſe opinor,priuſquam ad contentionem deſcenderit,aut ictu fulminis,aut alia quapiam machina,ne diſputando uictor euadat. Siquidem perhibes illum Iupiter omnes perſuadendi uias ac artes callere. Quo facto illud quoque teſtatum faciemus, nos ſupplicium de illis ſumere, qui iſta aduerſus nos petulanter affirmãt. IVP. Ludis ô Neptune,aut præfiniti ordinis oblitus es? Nihil enim tale in noſtra manu
B ſitum eſt,uerùm Parcæ ſunt quæ cuique fatali lege decernunt, hunc quidẽ fulmine,alterum ferro,tertium febricula,quartũ tabe conſumptum interire. Etenim ſi meæ facultatis fuiſſet punire maleficos,dimiſiſſem ſcilicet nuper ſacrilegos nullo ictos fulmine ex Olympia,cum duos torti capillitii nodos mihi detondiſſent,ſex minas utrunque ponderantem? Aut tu ipſe diſſimulanter neglexiſſes in Geræſto piſcatorem illum ex Oreo,qui furtim tibi tridentem abſtulerat? Accedit his,quod etiam indignanter & iracundè ferre uidebimur hoc facto perturbati,& Damidis ſermones perhorreſcere,ac propterea ea inſidioſe moliti, ne nobis expectandum eſſet dum ille ex aduerſo cum Timocle com-
C poſitus congrederetur. Quod quid aliud quàm deſertam cauſſam uincere uidebimur? NEPTV. Atqui compendioſam ad parandam uictoriam ego me uiam excogitaſſe arbitrabar. IVPIT. Apage furioſum & illiberale conſilium ô Neptune,ac propemodum pingue & ſtolidum,de tollendo ante tempus aduerſario,ut nõdum cõuictus mortem oppetat,relicta in ambiguo diſputatione. NEPTV. Proinde uos aliud quod facto ſit præſtantius,excogitate, ſi mea cõſilia uobis tantopere repudianda uidentur. APOL. Si nobis quoque natu iunioribus,& nondum barbatis,per legem concederetur concionandi copia,fortaſſe utile quiddam & frugiferum afferrem in medium rei ſuper qua delibera-
D tis. MOMVS. Equidem ea nobis eſt ô Apollo de rebus ita arduis propoſita deliberatio,ut non ætatis reſpectu,ſed communis utilitatis ſeruandæ gratia omnibus quoque ſermo ſit propoſitus. Quàm uerò lepidũ eſſet atque feſtiuum, ſi in extremis periclitantes diſcriminibus, circa legis facultatem atque licẽtiam ambitioſe diſceptaremus? Cæterùm tu iam admodum cõcionator es legitimus, nempe iam olim ex ephebis egreſſus,præterea in duodecim uirorum tabulam relatus. Ac parum abeſt quo minus etiam in Saturni concilio uerſatus ſis. Quare non eſt quod iuueniliter te geras erga nos, uerùm ſumpta audacia confidenter quæcunque tibi optima facto uiſa ſunt, proloquere: neque propterea pu-
E dore afficiare, quòd imberbis exiſtens cõcioneris, præſertim cum ita profunda barba tibi ſit filius Aeſculapius. Quin etiam alioquì non indecorum tibi erit, id ætatis maximè ſpecimen aliquod ſapiẽtiæ exhibere,ne fruſtrà uideare in Helicone conſediſſe unà cum Muſis philoſophando. APOL. Atqui nequaquam penes te eſt ô Mome facultas eiuſmodi permittendi,ſed penes Iouẽ: qui ſi fandi poteſtatem mihi dederit, fortaſſe quippiam expromam non ineruditum aut inconditum,ſed quod ei quæ mihi in Helicone fuit conuerſationi reſpondeat. IVPIT. Dic inquam ô fili: iam enim permiſi tibi. APOL. Timocles ille uir profectò non malus eſſe uidetur,& pius,& qui diſputationes Stoicas ad unguẽ excuſſerit,unde compluribus quoque conuerſatur iuuenibus propter exactam

*Videtur alludere ad aram xij. deorũ, quæ Athenis fuit, cuius & Thucydides lib. 6. meminit.*

Philoſophiæ cognitionem,& mercedem non mediocrem hac ratione colligit, F
perſuadendi facultate impendiò pollens,quoties priuatim inter diſcipulos diſ-
ſerendo uerba facit: cæterùm in hominum frequẽti cœtu aut celebritate po-
pulari ad dicendum infantiſſimus & timidiſſimus exiſtit, uoce inſtructus uul-
gari ac planè barbara,ita ut ineptè & uitioſè dicendo in conuentibus,non rarò
auditoribus riſum excutere ſoleat,nihil aptè inductũ connectẽs, ſed argumen-
tis putidis & barbaris commiſcet omnia. Maximè uerò omniũ hoc illi uſu ue-
nit quoties eloquentiſſimus uideri geſtit. Enimuero alioqui quod ad ingenii
acumen attinet,uir eſt perſpicaciſſimæ intelligẽtiæ,& mẽtis planè diuinæ:quẽ-
admodum teſtãtur illi quibus res Stoicæ propius atque compertius notæ ſunt. G
Dicẽdo uerò atq; interpretando præ imbecillitate corrumpit pleraque omnia,
non ualde planum faciens quid ſibi uelit, uerùm ænigmatum inuolucris non
diſſimilia proponens obſcurat omnia. Ac rurſus multo inuolutiora ad quæſtio-
nes propoſitas reſpondere illi moris eſt. Porrò auditores parum intelligentes
quid affectata obſcuritate ſibi uelit,ferè ſubſannant eum. Cõſentaneum autem
eſſe opinor,perſpicuè & ſignificanter dicere:cui rei plurima cura impendenda
eſt,ut audientes,ea quæ loquimur,nullo cum faſtidio intelligãt. MO. Equidem
hoc rectè dixiſti Apollo, collaudatis iis qui in orationibus perſpicuitate utun-
tur:quanquã tu hoc ipſum in promendis atq; reddendis oraculis nõ admodum H
uſurpare ſoleas, ancipitia & ambiguitate intricata multa in mediũ ſecurè pro-
iiciens, adeò ut audientes alio ad interpretãdum oracula opus habeant Pythio.
Sed quid eſt quod adfers cõſilii?Quo remedio Timoclis in dicẽdo infantiæ ſuc-
currẽdum eſſe exiſtimas? APOL. Si quo modo patronũ illi ô Mome queamus
adiũgere aliũ,qui facultate dicendi polleat, eaq; pro dignitate eloquatur,quæ-
cunq; Timocles excogitata illi effanda ſuggeſſerit. MO. Nõ ſapit profectò hoc
quod dixiſti,pilos,ſed adhuc pædagogi eget adminiculo,de patrono in cõuen-
tu Philoſophorum adiungendo,ad præſentes interpretaturo quæcunq; Timo-
cli dictu neceſſaria uiſa fuerint: Damis uerò ipſe per ſe loquatur:porrò alter in- I
terpretis utatur opera,priuatim in aurẽ illi ſuſurrans quæcunq; ſibi placuerint:
cæterùm interpres rhetoricetur, cum neq; ipſe fortaſſe quicquam ex his intel-
lecturus ſit, quæ Timoclem ſuggerentem audierit. Hæc quomodo turbæ non
uideri poſſint extremè ridicula? Atqui hoc alia uia aggrediamur, quandò hac
parũ ſucceſſit. Tu uerò ô admirande(etenim & uatẽ eſſe te confirmas,ac mer-
cedẽ non mediocrẽ his præſtigiis cumulaſti, donec aliquando & lateres aureos
conſecutus es)cur non data iam occaſione in tempore aliquod egregium artis
tuæ ſpecimen exhibes, prædicens nobis penes quem ex Sophiſtis diſputaturis
futura ſit uictoria? Siquidem cũ augurii peritia excultus ſis,credibile eſt futura- K
rum rerum euentũ te prædiuinare poſſe. APOL. Quî hoc ullo pacto fieri poſſit
Mome,neque præſente nobis tripode, neq; thymiamatis, nec fonte augurali,
cuiuſmodi eſt Caſtalia? MO. Vide ut confutatus tergiuerſeris dum in anguſto
conſtringeris. IVPIT. Attamen dic ô fili,neque huic ſycophantæ calumniandi
occaſionẽ,tuaq; ſubſannandi cõcedas, quaſi omnis tua uaticinãdi peritia in tri-
pode & aqua & thure ſita ſit:adeò niſi hæc tibi præſtò ſint, omni arte priuatus
ſis. APOL. Equidem iſta in Delphis aut Colophone melius à me fieri poterant
ô pater, oraculis omnifariam, ut aſſolet, mihi præſentibus. Attamen uel ſic his
omnibus nudus imparatúſque tentabo prædicere utrum ſecutura ſit uictoria.

Suſcipietis

A Suſcipietis uerò haud dubiè, niſi uerſiculis incluſum oraculum protulero. MO. Dic modò. uide ut clara & aperta proferas Apollo, quæ nullo patrono egeant, aut interpretis requirát operam. Etenim nequaquam iam ouilla caruncula aut teſtudo in Lydia coquitur. Verùm quibus de rebus nobis ſit propoſita deliberatio, non te præterit. IVP. Quid ô nate dicturus es? Quàm uerò quæ oraculi prædictionem antecedunt, quàm plena terroris ſunt? nempe color pallore immutatus, oculi hinc inde mobiles, comarum ſemet erigentium horror, motus corporis furore incertus, ac omnino omnia numinis præſentiam teſtantia, plena ſunt myſteriorum atque terriculi. APOL.

*Alludit ad hiſtoriam Cræſi quæ eſt libr. 1. Herodo.*

B Percipe Faticani diuûm miracula Phœbi
Lite ſuper dura, quam conſtituêre Sophiſtæ
Clamoſi, largis armati uocibus omnes.
Multa quidem uarii alterno clamore tumultus
Miſcentes, ſtiua complebunt roſtra carinæ.
Aſt ubi iam curuo comprenderit ungue cicadam
Vultur, poſtrema cornices uoce ſonabunt,
Excipiet ſperata ſuos uictoria mulos.
Verùm aſinus feriet longo ſua pignora cornu.

C IVPIT. Cur autem ſublato cachinno riſiſti ô Mome? Atqui iſta minimè riſu proſequenda ſunt, quæ noſtris ceruicibus iam imminent. Deſine uerò ſedato riſu infeliciſſime, aut immodicis cachinnis præfocaberis. MO. Et quínam riſum queam comprimere ô Iupiter, tali tam claro & perſpicuo audito oraculo? IVPIT. Quin igitur & nobis interpretaris quídnam ſibi uelit? MO. Valde quidem aperta & liquida, ita ut nihil nobis opus ſit Themiſtoclis opera. Siquidem perſpicuè hoc teſtatur oraculum, hunc uidelicet eſſe præſtigiatorem, nos autem aſinos clitellarios, ac per Iouem etiam mulos, qui tam facilè perſuaſi, illius uerbis credamus, neque tantum habeamus mentis aut cerebri, quantum habét

*Alludit ad hiſtoriam Themiſtoclis quæ eſt apud Herodotũ lib. 7.*

D locuſtæ. HER. Ego uerò pater, tametſi inter ſuperos inquilinus ſim & adſcititius, tamen quæ noſtris rebus in præſens uſui fore uiſa ſunt, non grauabor exponere. Cum enim iam ad diſputandum in unum coierint, tunc ſi Timocles ſuperior euaſerit, ſinemus conuentus de nobis habiti diſceptationé progredi: ſin res ſecus ceſſerit, tunc ego ipſam porticum concuſſam radicitus ſuper Damin præcipitabo, ne homo execrandus ore blaſphemo amplius nos inuadat. MO. Hercules, heu Hercules, quàm immane & barbarum eſt quod dixiſti, & uehementer bœoticum conſilium, eadem opera uolens tot unà cũ ſceleſto Damide exitio abſumere, ad hæc ipſam quoque porticum unà cum Marathone & Mil-

E tiade atq; Cynægiro diruere? Et quónam pacto his collapſis rhetores amplius debito fungerentur declamandi officio, maximo ad conſcribendas orationes argumento priuati? Equidem iſta uiuenti tibi licuiſſet perpetrare: ex quo uerò in Deorum numerum relatus es, factus & ipſe diuinitatis particeps, didiciſti, ut opinor, ſolas Parcas effecta reddere poſſe talia, porrò nos eiuſmodi perficiendæ facultatis expertes eſſe. HERC. Proinde, quando leonem aut Hydram claua illiſa letho dedi, Parcæ per me iſta operatæ ſunt? IVPIT. Sanè uerò. HER. Ac nunc ſi quis contumelia petulanter me impeteret, aut templum nefario ſacrilegio compilaret, aut ſtatuam meam ſubuerteret, niſi iam olim Parcis uiſum foret, non conteram illum ſcilicet? IVPIT. Nequaquam. HERC. Ergo me

*Ibi enim illorũ effigies ex tota Marathonia pugna depicta erat, ut Pauſanias teſtatur.*

cum libertate dicentem quæ ſentio, audi ô Iupiter. Ego enim, ut Comicus ait, homo ſum agreſtis & ruſticus, ligonem ligonem uocans. Si ad hũc modum res noſtræ ſe habent: honoribus, nidori, ac ſacrificiorum ſanguini, quibus hic fruimur, lõgum ualere iuſſis, in Orcum deſcendam, ubi me nudum arcum habentem, ſaltem demortuorum umbræ & idola pertimeſcent, propter feras terribiles ac monſtra à me paſſim trucidata. IVPIT. Euge teſtem, quod aiunt, domo adductum. Conſeruaſti igitur Damidi iſta ad dicendũ ſubiiciens. Sed quis tanto accedit properandi ſtudio? nempe æreus ille eſt, probè politus, & exactè expreſſus, ſubligata in morem priſcorum coma. Magis uerò tuus eſt ô Mercuri frater, forenſis ille, cuius circa porticum Variam crebra eſt cõuerſatio: proinde pice oppletus eſt, quippe qui in dies ſingulos à ſtatuariis refingitur. Quid hoc nate, cur tanto curſu ad nos contendis? Nunquid nouarũ rerum quippiã è terris annuncias? HERMAGORAS. Ingens quiddam ô Iupiter, quodq; ſummã & maximã requirat operam & diligentiam. IVP. Quin ergo actutum expromis ſicubi aliquid fortè mali nobis ignorantibus ſubortum ſit? HER. Cum ad porticum iam fabricarer æreus, ac pérque dorſum perq; pectus iungerer, & factus ineptè corpori thorax meo appendêret, nec arte diſpari foret ex ære totus additus mihi balteus, turbam uideo tumultuantem accurrere, quá cum duo ſophiſtici certaminis ibant periti fronte triſti ac pallida pugiles, Damis, &. IVPIT. Parce precor optime Hermagora uerbis intonare tragicis. Noui enim quos dicis. Sed age hoc mihi expedi, num iam dudum conſertis manibus in pugnam deſcenderunt? HERM. Nondum, ſed adhuc in initio uelitaris pugnæ ac intra teli iactum conſtituti ſunt, funda iaculantes: & alternis eminus cõuiciis mutuò ſe petunt. IVPIT. Quid ergo nobis porrò faciendum eſt ô ſuperi? an non prolato capite auſcultandum? Quocirca Horæ oſtiariæ iam auferãt à ianua peſſulũ, ac deductis nubibus Olympi portas reſerẽt. O Hercules, quanta multitudo hominum ad audiendum confluxit! Cæterùm Timocles ille non admodum mihi placet, ita perturbato animo trepidãs, funditus hodie perditurus eſt omnia. Neque enim dubiis argumẽtis indicat, nullo modo Damidis impreſſionem ac impetum ſe perpeſſurum. Sed quod nobis factu eſt facillimũ, uota pro illo faciamus nobiſcum, at tacitè, ne Damis inaudiat iſta. TIM. Quid uerò ais Dami ſacrilege? nullos eſſe Deos, neque eoſdem quicquam in rebus humanis prouidere? DA. Non: ſed tu mihi prius reſponde, quo ſermone perſuaſus illos eſſe credidiſti? TIMO. Nequaquam, ſed tu mihi ô ſcelerate reſponde. DA. Non inquam, ſed tu. IVPIT. Hac equidem una ratione noſter præpollet multo maximè. nam uocalius & intenſius exaſperat omnia. Euge uerò ô Timocles, multa mala in hominem perditum ingere conuicia. In hoc enim omnis tua uis ſita eſt, ut maximè aliàs ipſis piſcibus mutioré te eſſe declaret, os tibi opprimẽs. TIM. Atqui per Mineruam, prior tibi nunquam reſpondebo. DA. Proinde ô Timocles, roga. Siquidem in hoc iam uiciſti, poſtquam iuraueris. Sedenim, ſi uidetur, citra blaſphemias. TIMO. Rectè mones ô execranda bellua. Nullane uidentur tibi ſuperi uti prouidentia? DA. Nulla. TIM. Quid ais? omnia ergo fortuitò contingunt, & citra Deorum prouidentiam? DA. Sanè uerò. TIMO. Neque ullius Dei cura quicquam ordinatur aut diſponitur? DA. Non. TIM. Cuncta uerò temere feruntur, & caſu fortuito? DA. Sanè. TIMO. Cæterùm uos ciues iſta audientes impune ſuffertis huius execrandas in deos blaſphemias,

nec

*Hermes agoræus, qui ad Pœcilã æreus ſtat, ut et Pauſanias annotauit.*

*Nam Homerus Horas cœli oſtiarias fecit.*

A nec ſceleratum hunc ſaxis obruitis? D A. Quid uerò hominum animos in me exaſperas ô Timocles? Aut quémnam te eſſe dicam, qui Deorum gratia magno aduerſus me ſtomacho exacerbatus es, præſertim illis ipſis nequaquã indignè ferentibus? Iã enim olim iſta audientes, nondum ulla re mala aut acerba me affecerunt. neſcio tamen ſi iſta audiũt. TIM. Audiunt iſta ô Dami, audiunt, cæterùm in aliud tempus grauibus ſuppliciis te excarnificandum reſeruant. D A. Et quando illi de me cogitando tantum à rebus ſuis ſibi ſumerent ocii, tot ac tantis, ut tu mihi perhibes, diſtricti occupationibus, res quæ ſunt per mundum innumeras diſponentes, adeò ut te quoque nondum ob tua nefanda periuria
B dignis ſuppliciis affecerint, neque nõ ob cætera nefaria flagitia, ne & mihi neceſſitate coacto ad conuicia & maledicentiam propter probra falſò obiecta cõfugiendum ſit? Et me hercule non uideo quo certiore argumento ſuam teſtatam facere poſſint prouidentiam ſuperi, quàm ſi te malum & nefarium malis exemplis cruciatum perderent. Atqui pro certo cõſtat illos peregre eſſe profectos, ſupra Oceanum fortaſſe ad inculpatos Aethiopas. Solent enim crebrò *Alludit ad Homeri locum Iliados. 1.* ad illos ire comeſſatum, & profectò nonnũquam inuocati. TIM. Quid ad tam impudentem & blaſphemam contumeliam tibi reſpondeam ô Dami? DA. Nimirum illud quod iam olim auidiſſimè audire deſiderabam, nempe qua ratione
C perſuaſus Deos prouidere exiſtimas. TIM. Equidem ipſo rerum quotidie accidentium ordine primùm ad hoc credendum inductus ſum, nempe quòd ſol ſubinde diurni ſpacii curſu ſuum iter conficiat: ad eundem quoque modum luna perpetuo tenore eat ac redeat. Tum alterna ſtellarũ uiciſſitudo, & plantæ è terra ſuccreſcentes, & animantia in dies ſingulos naſcẽtia. Quodq; eadem tanta induſtria procreata ſic alãtur, ſic moueãtur, ſic cogitent, ſic incedãt. Quodq; ea ſit ratio ædificandi, ea incidendi coria. Quæ omnia, aliaq; id genus innumera mihi clariſſima & certiſſima uidentur eſſe diuinæ prouidẽtiæ indicia. DA. Tu quidem Timocles quæſtionem diſcerpis. neq; enim clarum aut certum eſt, num
D horum quodq; diſponente prouidentia conficiatur. Cæterùm quòd hæc fiant, nec ipſe negauerim: non tamen ideo mox perſuaſus ſum ut credam iſta neceſſariò ac quodam coactu prouidentiæ fieri. Iã enim aliàs incepta ſunt, & nũc pari uiciſſitudine eademq; uia conſtituuntur: tu uerò harum rerum ordinem neceſſitatẽ uocas. Deinde uidelicet indignaris ſi quis à ſententia tua diſſentit, cum ea quæ fiant, enumeres, ac laudibus efferas, exiſtimans hiſce demonſtraſſe etiam unumquodq; illorum immutari poſſe prouidentia. Itaque iuxta Comicum hoc profectò quod adduxiſti, friuolum eſt. proinde aliud adducito. TIM. Equidem ego in ea ſum ſententia, ut putem aliam demonſtrationem huic rei
E comprobandæ mihi non eſſe adducendam: attamen ego te interrogabo, cæterùm tu mihi reſponde. Videturne tibi Homerus fuiſſe poëtarum præſtantiſſimus? D A. Et ualde quidem. TIMO. Huic ergo ipſi ego fidem habui, Deorum prouidentiam haud obſcurè aſſerenti. DA. Atqui ô admirande, poëtã me hercule excellentem fuiſſe Homerũ, omnes tibi haud difficulter aſſentimur: porrò autem teſtem ſuper hiſce rebus fide dignum aut hunc aut alium poëtam ullum eſſe, id uerò nullo modo concedimus. Neque enim ueritatis proferendæ curam illis fuiſſe conſtãter opinor, ſed ut audientium animos uerborum lenociniis atq; dulcedine demulcerent. Quapropter & uerſiculos cantillant, & fabularum inuolucris perſtrepunt, ac breuiter ſuper fumo machinantur omnia.

Perlibenter uerò ex te audirẽ,quibúſnam Homeri dictis maximè in hanc opi- F
nionem eſſes adductus. Nũquid iis, quæ de Ioue memoriæ prodidit,quomodo
illum inſidioſè petitum uinclis cõſtringere uoluerint & filia & frater & uxor
eius? Et niſi Thetis indignum facinus miſerata,Briareum Ioui in auxiliũ aduo-
caſſet,optimus ille Iupiter nobis conſtrictus atq; diſcerptus fuiſſet. Pro quibus
memor dati à Thetide beneficii,ludit Agamemnonem ſomnio quodam fallaci
immiſſo,in hoc,ut multi ex Achiuis hoſtili manu perempti occumberent. Vide
uerò q̃ non facile & promptum Ioui fuerit fulminis extorti incendio inflam-
mare Agamemnonem,niſi miſeris modis illum decepiſſet. Aut illa fortaſſe o-
mnium maximè tibi audienti fidem fecerunt quemadmodum Diomedes Ve- G
*Iliad.5.* neris manum uulnere uiolauerit, atq; etiam Martem ipſum Mineruæ impulſu.
Aliquanto uerò pòſt ipſi cælites furore collapſi,ſingulari inter ſeſe certamine
mixtim maſculi & fœminæ præliati ſunt. Ac Minerua quidẽ Martẽ ſuperatum
proſternit,quippe quem tardatum ac feſſum uulnere,opinor, quod paulò antè
à Diomede acceperat,adorta ſit. Cõtra Latonam ſteterat Cyllenia proles. Aut
*Iliad.9.* fortè ea quæ ſuper Diana nugatus eſt,probabiliter tibi dicta uiſa ſunt,quemad-
modũ ipſa nimium querula indignanter & malignè tulerit quòd ſola ad epu-
las cõuiuales ab Oeneo uocata non fuerat : ac propterea aprũ inuſitatæ magni-
tudinis ac roboris inauditi in regionẽ illius immiſit. Nunquid ergo talia legen- H
tẽ te perſuaſit Homerus? IVP. Papæ! quãta turbæ acclamatio ô ſuperi conſecu-
ta eſt Damin collaudantis! Noſter uerò hæſitanti & perplexo ſimilis eſſe uide-
tur. Proinde animo meticuloſo turbatus ſubtrepidat,ac planè clypeũ ſe abiectu-
rum haud obſcurè præ ſe fert. Et iam quidẽ circumfert oculos, ubínam ê turba
elapſus aufugiat. TIM. Proinde neq; Euripides quicquã ſani tibi dicere uidetur,
quoties in ſcenã introductis Diis perſpicuè indicat illorũ auxilio bonos ex he-
roibus ſeruari,improbos autem propter impietatem crudeliter perdi? DA. At-
qui Timocles philoſophorum generoſiſſime, ſi hæc facientes poëtæ tragici te
perſuaſerũt, neceſſum eſt alterũ ex his duobus conſequi,ut aut Polum & Ari- I
ſtodemum & Satyrum deos eſſe exiſtimes,aut Deorum perſonas eſſe hæc ipſa,
nempe calceos ac tunicas ad pedes uſq; porrectas,& chlamydes & chirothecas
& uentriculos & corpuſcula, aliaq; id genus innumera, quibus illi tragœdiam
exornare ſolẽt: quod ego abſurdiſſimum eſſe arbitror. Alioqui per ſe quoties
nulla neceſſitate urgente ſuam in fabulis opinionem explicat? Audiuiſti ne un-
quam & hæc ab illo prolata liberè: Vides ſupernum ſimul & immenſum æthe-
ra, Terrã humidis circa tenentẽ in brachiis? Illum Iouem arbitrare, necnõ hanc
deam. Et rurſus: Quicunq; Iupiter Deus ſit,neſcio, Niſi quòd Iouem ſermone
uulgi audiuerim. TIM. Proinde omnes homines &.gentes turpiter decipiun- K
tur deos eſſe exiſtimantes, eorúmque dies feſtos magna religione celebrantes.
DA. Euge ô Timocles, quoniam in memoriam mihi reuocaſti gentium opi-
nionem quam de diis obtinent. Ab illa uerò maximè licet intelligere quàm ni-
hil firmum & ſtabile in ſe habeat quæ de Diis fertur oratio. Multa enim eſt &
cõturbata opinionum confuſio,ac planè alii alia opinantur. Siquidem Scythæ
Acinaci ſacrificant, Thraces Zamolxidi homini fugitiuo, quem ex Samo ad
illos delatum eſſe cõſtat, Phryges autem Lunæ, Aethiopes diei, Cyllenii Pha-
leti,columbæ Aſſyrii,Perſæ igni, Aegyptii aquæ: ac omnibus quidẽ Aegyptiis
aqua pro Deo cõmuniter colitur. Cæterùm priuatim Memphitis quidem bos

deus

A deus eſt,Peluſiotis uerò cepe.Iam aliis ciconia aut crocodilus, aliis cynocephalus,aut feles,aut ſimia. Præterea uicatim, his quidem dexter humerus deus eſt, cæteris uerò è regione habitantibus ſiniſter. Item aliis dimidia pars capitis, aliis poculum ſamium,aut catinus. Nónne hæc tibi uidentur riſu proſequenda eſſe ô bone Timocles? MO.Nónne prædicebam ô Dii iſta omnia uentura in propatulum, ac fore ut exactè indagarentur? IVPIT. Dixiſti ô Mome,& nos rectè obiurgaſti. Ego uerò his omnibus diligenter emendatis mederi conabor præſenti euitato periculo. TIMO. Atqui tu ô deorum hoſtis acerrime, oracula & rerum futurarum prædictiones,cuius opus eſſe dices?nonne deorũ,eo-
B rundemq; prouidentiæ? DA. Tace uerò de oraculis uirorum optime, alioqui ex te quæram,cuius rei gratia illorum potiſſimùm mentionẽ feceris. Nunquid illius gratia, quòd Pythius Lydo reſpondit? Quàm uerò callidè ſermone uſus eſt ancipiti, cuiuſmodi ſunt quædam Mercuriales imagunculæ duplices, & utrinque ſimiles, ad quancunque illarum partem te uerteris, an potius Crœſus traiecto Hale,ſuum ipſius,an Cyri imperium ſubuerſurus eſt? Attamẽ non paucis talentis Sardianum illud exitium uocem hanc ambiguam mercatum eſt. MO. Hæc ipſa ô ſuperi uir iſte commemorat, quæ omnium maximè pertimui. Vbi nunc noſter eſt feſtiuus ille Citharœdus? Quin profectus tuam exi-
C ſtimationem ipſe tueris obiecta refellendo?IVP.Tu quidem nos mactas ô Mome, nequaquam in tempore nunc obiurgationibus increpans. TIMO. Vide qualia facias ô ſcelerate Dami,qui propemodum ipſa quoque Deorum ſimulacra unà cum aris non uerearis ſubuertere. DA. Haud omnes aras ſubuerti cupio,ô bone Timocles. Quid enim mali adferunt,ſi thymiamatum odore & fragrantia plenæ ſint? Cæterùm Dianæ aras quæ in Tauris ſubſtructæ feruntur, non illibenter funditus euerſas uiderem,ſuper quas ipſa uirgo conuiuium magna alacritate agitare ſolet.IVPIT. Vnde uerò nobis hoc inſuperabile malum obiicitur?Quàm nulli deorum parcit hic uir,nullius numen reueritus,ſed tan-
D quam ex plauſtro magna libertate omnes carpit ac lacerat, nulloq; diſcrimine in uniuerſos debacchatur,iuxtà ſontes atque innocẽtes? MO. Atqui perpaucos inter nos reperies ô Iupiter à culpa immunes. Statim uerò progreſſus homo unũ ex optimatibus inuaſurus eſt. TIM. Neq; Iouem ipſum audis ô Deorum impugnator cientem tonitrua? DA. Et quónam pacto ô Timocles non audirem tonitrua?Cæterùm num ciens tonitrua ſit Iupiter,ipſe melius calles,qui in Deorum immortaliũ concilio quondam cõuerſans,inde huc delatus es. Quanquam illi qui huc ex Creta frequenter commeãt,longè alia nobis atq; tu commemorare ſolent,ſepulchrũ quoddam illic oſtendi,iuxtaq; poſitam columnam
E indicantem non amplius Iouem tonare,ſed iam olim fato functum eſſe. MO. Enimuero hoc iam multò antè non ignorabam hominem dicturum. Quid ergo Iupiter ita albeſcens expalluiſti,ac dentes præ tremore cõcutis?Bonum habere animum cõuenit,ac tales homunciones magna mente contemnere. IVP. Quid ais ô Mome,contemnere? Nónne uides quanta hominum frequẽtia iſta diſſerentem audiat, tum quemadmodum iam perſuaſa iſta de nobis conſtanter credat,iamq; illos ſententiæ ſuæ diſſidentes abducat Damis ab aure reuinctos? MO. At tu Iupiter, quando lubitum eſt, aurea ex alto demiſſa catena, omnes illos unà cum terra & Oceano haud difficulter ſurſum trahere poteris. TIMO. Dic mihi hominum ſceleratiſſime,nunquámne nauigaſti? DA. Ac ſæpenume-

ro ô Timocles. TIMO. Proinde nonne ferebat id temporis uos uentus illapſus F
in carbaſum, ac puppim propulit, aut remigantes: cæterùm unus ſupernè aſſi-
ſtens gubernaculo, nauim regendo ſeruauit? D A. Maximè. T I M O. C. Dein-
de nauis nullo modo niſi gubernaretur, poſſet progredi: tu uerò uniuerſum
hoc omne citra gubernatoris & ducis operam temere ſurſum ac deorſum fer-
ri exiſtimas? D A. Euge ſignificanter iſta Timocles atque firmiter exemplo
corroboras. Sedenim ô Deorum amantiſſime, gubernatorem illum quidem ui-
diſti nunquam non ea quæ ex uſu ſunt nauigantium, conſiderantem animo, ac
ante tempus neceſſaria adornantem, neque non nautis quæ factu ſunt condu-
cibilia, imperantẽ. tota uerò nauis nihil habet inutile, aut temere importatum, G
quod illorum alicui neceſſitati non ſit addictum. Cæterùm tuus ille guberna-
tor, cui tu magnæ illius nauis regendæ curã attribuis, & eius cõnautæ, nihil cũ
ratione, nihil ex dignitate ordinãt aut inſtituũt: ſed ſi fuerit rudens, ad puppim
uſq; protẽditur, utriq; uerò pedes ad proram. Ipſæ autẽ anchoræ nonnunq; ſunt
aureæ, cætera pars plumbea. Quinetiam inferiora nauis colore uariegata ſunt,
porrò ſuperiora inuenuſta atque informia. Præterea ipſis ex nautis cernere eſt
hunc quidem inertem, & ab omni arte nautica alienum, & ad labores obeun-
dos meticuloſum, dimidia aut tertia parte drachmæ dignum. At uerò eũ qui ad
urinãdum ſit impiger, & ad excurrendum ad antemnas uſque appoſitus, quiq; H
ad gubernandum utilia omnia ad unguem calleat, hunc exhauriendæ tantùm
ſentinæ deſtinatum eſſe uidemus. Eadem quoq; rerum facies circa eos eſt, qui à
remigando immunes ſunt, ubi uerbero quiſpiam cæteris honore & præſiden-
tia prælatus iuxta gubernatorem ſedere atq; coli conſpicitur. Mox alius quiſ-
piam cinædus ſpurciſſimus, aut impiatus parricidio, aut contaminatus ſacrile-
giis, præ aliis habitis honoribus ueneratur, & nauis ſumma apprehendit faſti-
gia. Porrò autem non pauci ſpectatæ cum gratiæ tum probitatis uiri in ſeceſſu
carinæ in anguſtum locum coacti ab improbioribus, & quantum ad ueritatem
& rectam uiuendi rationem attinet, deterioribus, indignis modis calcantur pe- I
dibus. Conſidera uerò apud animum tuum, quemadmodum Socrates & Ari-
ſtides & Phocion nauigarint, qui ne uictu quidem neceſſario pro ſufficiẽti co-
pia inſtructi fuerint, neque pedes in nudas tabulas per ſentinam potuerunt ex-
tendere. Contrà quanta in omnium rerum ubertate & affluentia Callias atque
Midias & Sardanapalus molliter & luxurioſè uixerint ſuper omnes homines
aduerſus illos expuentes. Eiuſmodi uerò in tua naui contingunt ô ſapientiſſi-
me Timocles, propter quod etiam infinita fiunt naufragia. Atenim ſi guberna-
tor quiſpiam aſſiſtens uideret, ac ordine ſingula facienda imperaret, primũ qui- K
dem hequaquam ignoraret, qui boni, qui item mali eſſent ex nauigantium nu-
mero. Deinde cuique pro ſua dignitate conueniẽtem prouinciam obeundam
traderet, & locum melioribus in ſuperiore parte nauis apud ſe obtinendũ deli-
geret, infra uerò deteriorem peioribus. Præterea præſtãtiores quoque in con-
ſilium ſocios ſibi adiũgeret: tum ex nautis, quo quiſq; foret cũ manu tum men-
te promptior, illi quidẽ proræ regendæ curam delegaret, huic laterum tuẽdo-
rum officium daret, porrò autem alteri in omnes imperium credidiſſet. Cæte-
rùm ignaui ſegnities per diem quinquies cæſi in uinculis emendaretur fuſtibus.
Quare ô admirande periculum eſt ne exemplum quod de naui adduxiſti, ſub-
uerſum ſit, quippe quod gubernatorem malum & imperitum nactum ſit. MO.

Hæc

A Hæc quidem ex uoto ac iuxta fluxum ſuccedunt Damidi, & iam plenis uelis fertur ad uictoriam. IVPIT. Rectè putas ô Mome. Etenim nihil firmi Timocles excogitat, ſed communia illa & protrita & quotidiana, quæ nullo negocio refelluntur, alia aliis agglomerando ingerit. TIM. Proinde quandò exemplum de naui productum, parum firmum & uehemens tibi uiſum eſt: audi iam nunc ſacram (quod aiunt) anchoram, & quam nulla machina perrupturus es. IVPIT. Quidnam dicturus eſt? TIMO. Haud dubiè enim cognoſces num iſta ſyllogiſmis probabilibus collegero, & nũ aliqua ratione ea cõfutare queas. Etenim ſi ſunt aræ, ſunt etiam dii: atqui ſunt aræ, ſunt ergo etiam dii. Quid ha-
B bes quod ad iſta uel muſſites? DA. Vbi prius ad ſatietatem riſero, reſpondebo tibi. TIMO. At uideris nunquam ridendi finem facturus: attamen effare obſecro, quam ob rem iſta tibi dicta tam ridicula uiſa ſunt? DA. Propterea quòd non ſenſeris à tenui chordula anchoram tibi eſſe alligatam, præſertim ſacram exiſtentẽ. Siquidem ex hoc quod coniunctim inferre poſtulas, propterea deos eſſe, quia aræ ſunt, firmam exiſtimas ab illis impreſſionem te feciſſe. Quocirca quandô aliud te negas habere firmius, abeamus in præſentia. TIMO. Fateris ergo prius ex arena diſcedens te uictum eſſe? DA. Ita profectò ô Timocles. tu enim quemadmodum ii qui ad ſuppliciũ repetuntur ab aliquo, ad aras no-
C bis confugiſti. Itaque per ſacram illam anchoram ego iam oblatis ſacris aduerſus te libare cõſtitui, ac ſuper ipſas quidem aras, ne poſthac de his amplius contendamus. TIMO. Iſta quidem cauillaris illudendi mihi gratia, mortuorum deprædator ſceleſte, execrande, maſtigia, propudium. Neque enim nobis cõpertum eſt quo patre natus ſis: quomodo autem mater tua laſciua meretrix, pudicitiam in quæſtu habuerit, ſcimus: tum quemadmodum fratris cæde ac ſanguine manus tuas impiaueris: qui mulieres ingenuas mœchus infamis conſtuprare, ipſos uerò iuuenes corrumpere ſoles, homo gulæ ac uentri deditiſſime, atq; impudentiſſime. Ne igitur fuga te prius ſubducas, q̃ à me acceptis plagis con-
D tuſus abieris. Iam enim hac teſta tibi uulnus incutiam, omnibus modis ſcelerato ac nefario exiſtenti. IVPIT. Alter quidem, ô dii, riſu ac cachinnis diffluens diſcedit, alter uerò à tergo ſequitur affatim ingerendo conuicia, cauillis inſultantem Damin non perferens. Planeq; caput illius teſta obuerberaturus eſſe uidetur. Cæterùm uos quid ſuper his rebus faciendum conſulitis? MERC. Præclarè mihi illud Comicus dixiſſe uidetur: Graue paſſus es, nihil boni ſi cõſulas. Quàm enim hoc noſtris rationibus admodũ nocere poteſt, ſi pauci homines perſuaſi eam de nobis opinionẽ obtinentes abierint? Sunt enim permulti diuerſum ſentientes, plures profectò quàm Græci, nimirum promiſcua illa uulgi multitudo,
E inſuper omnes illæ gentes barbaræ. IVPIT. Atqui ô Mercuri Darii illud quod de Zopyro dixiſſe memoriæ proditum eſt, nimium pulchrè ſe habet. Quare ego quoq; unum talem præoptarim à me ſtare auxiliarẽ ſocium potius, quàm infinitas Babylonas mihi ſupereſſe.

## SOMNIVM, SEV GALLVS, Eraſmo Roterod. interp.

### ARGVMENTVM.

*Hoc dialogo diuitiarum atque potentiæ incommoda moleſtiasq; perſequitur, oſtendens quàm contrà tranquilla res paupertas ſit, ſi modò ſit ſorte ſua contenta.* Facit *autem hoc ueluti collatione quadam.* Nam *in priore quidem parte dialogi* Micyllus *ſomnium exponendo ſuum,* Eucratis *cuiuſdam opulenti cœnas, diuitias, luxum, & quæcunq; uulgo ſpecioſa & expetẽda uidentur, extollit, adiecto etiam encomio auri, tũ ab exem-*

*plis,tum ab effectu & usu & cæteris amplificatio. In posteriore autem parte Gallus, qui ex Pythagora in auem transformatus,cum hero suo Micyllo colloquens introducitur,diuitum cum priuatorum ac ciuium, tum regum atque potentũ molestias,curas & pericula recensẽt,quæ illis & belli & pacis temporibus,præterea etiam circa ualetudinem,quam luxus & crapulæ istæ labefactant,accidere solẽt,additis etiam exemplis eius rei,& hypotyposi quadam,dum fingitur idem ui pẽnarum suarum reseratis ædium foribus ad ipsas diutum cellas Micyllum perducere,& coràm illa quæ uerbis narrauerat,spectãda exhibere. Cæterùm omnia hæc ita rursum Lucianus agit,ut non minus interim Pythagoram quoque ut impostorem ac præstigiatorem quendam sugillet, quippe qui ridiculas & absurdas, & à natura quoque abhorrentes sui transformationes commentus fuerit,& multa eiusmodi, docendi simulatione tradiderit, quibus hominibus deceptis, solùm sibi auctoritatem compararit. Deinde & Stoicos eodem more suo corripit ut arrogantes ac fastuosos, qui in rebus friuolis sapientiam affectent, & officiorum obseruantes uideri cupiant,in cæteris uerò neque domesticis neque publicis hominum conuersationibus appositi atque idonei sint. Omnino autem festiuissimus iocus est, gallum cũ hero suo ridiculè adeo ac familiariter nugari, & interim tamen sapientius philosophari quàm quemuis in schola philosophum.*

Interlocutores, MICYLLVS, GALLVS.

MIC. AT te, sceleſtiſſime Galle, cum iſta tanta inuidentia,uoceq; tam acuta, ipſe perdat Iupiter,qui quidem opibus affluentem me, ac dulciſſimo in ſomnio uerſantem, & admirabili felicitate fruentem, penetrabile quiddã & clamoſum reſonans,expergefeceris,adeò ut ne noctu quidem effugere liceat paupertatem,uel te ipſo longè nocentiorem. Atqui ſi coniectandum eſt tum è ſilentio quod etiamdum ingẽs eſt, tum è rigore frigoreq; quod nondum me,quemadmodum aſſolet,antelucanò morſicat titillatq;(nam hic mihi certiſſimus gnomon aduentãtis diei) ne medium quidem adhuc noctis eſt. Sed iſte peruigil,perinde quaſi uellus illud aureum ſeruet,ab ipſa protinus ueſpera uociferari cœpit. Verùm haudquaquã impunè: ſiquidẽ mox penas de te ſumam,fuſteq; comminuam, ſi diluxerit modò. nam nũc negocium mihi faceres,ſubſiliens in tenebris. GAL. Here Micylle,equidem arbitrabar me tibi gratum eſſe facturum,ſi quoad poſſem alta nocte lucem anteuertiſſem,quò poſſes antelucanò ſurgens, quamplurimum operis conficere. Etenim ſi priuſquam ſol exoriatur,uel unicam feceris crepidam,iſthuc laboris lucro tibi acceſſerit ad parandum uictum. Quòd ſi tibi magis libet dormire, equidem tuo arbitratu quietem egero,longeq; magis mutus fuero piſcibus. Cæterùm tute uideto,ne per ſomnium diues,eſurias experrectus. MIC. O prodigiorum auerſor Iupiter,ô malorum depulſor Hercules: quid hoc mali eſt? Vocem humanam ſonuit Gallus. GAL. Hoccine tandem tibi prodigium uidetur,ſi eadem qua uos lingua loquor? MIC. Quid? an non hoc portentum? Sed auertite Dii malum à nobis. GAL. At tu mihi uideris admodum illiteratus eſſe Micylle, nec euoluiſſe Homeri poëmata,in quibus equus Achillis, cui nomẽ Xanthus, poſteaquam hinnitus longum ualere iuſſiſſet, medio in prælio conſtitit diſſerens,totosq; uerſus ordine recitans, non quemadmodum nunc ego proſa oratione loquens: quinetiam uaticinabatur ille,déque futuris edebat oracula:neque quicquam prodigioſum facere uidebatur:neque is qui tum audiebat, malorum auerſorem,ita uti tu facis,implorabat,quaſi rem abominandam & auertendam audiſſe ſeſe iudicaret. At quid tãdem facturus eras,ſi tibi nauis cui nomen apud Homerum eſt Argo, carina fuiſſet elocuta, ita ut olim in Dodonæa ſylua phagus per ſe loquẽs oraculum edidit? Aut ſi tergora direpta ſerpere uidiſſes,ſi carnes boum mugire ſemiaſſas,coctasq;,uerubus transfixas? Ego uerò quum Mercurii ſim aſſeſſor loquaciſſimi, deorúmque omnium facundiſſimi:

præterea

A præterea contubernalis uobis & conuictor: haud mirum uideri debet si sermonem humanum edidici. Quòd si mihi recipias taciturum te, haudquaquã grauabor ueriorem tibi causſam aperire, unde factum sit ut eadem qua uos lingua loquar,& unde mihi suppetat huius orationis facultas. MIC. Modò ne isthuc ipsum sit somnium Galle,quod ita mecum loqueris: sed dicito per Mercurium ô præclare,quid etiam aliud rei tibi sit in causſa ut istam linguam sones. Nam ut taceam,neque cuiquam proferam, quid attinet te solicitum esse? Quis enim fidem mihi sit habiturus,si cui narrem,me Gallũ hæc loquentem audisse? GAL. Ausculta igitur. nam orationem ex me audies omnium (sat scio) maximè no-
B uam atque incredibilem. Siquidẽ hic qui nunc tibi gallus appareo, non ita pridem homo fui. MIC. Profectò & olim istiusmodi quiddam de uobis inaudieram, adolescentulum quempiam fuisse Gallum, Marti adamatum, atque hunc deo compotasse,collusitasseq;, & in uoluptatibus gessisse morem. Itaque cum Venerem adiret Mars cum ea cubiturus,hunc quoque Gallum unà secum adduxisse. Quoniam autem Solem potissimum metueret,ne si è sublimi conspexisset,Vulcano se proderet:foris ad ostium adolescentulum semper relinquere solitum,cuius indicio certior fieret quando sol emergeret. Deinde Gallum aliquãdo somno correptum,excubias deseruisse inscientẽ,Solemq; nullo præsen-
C tiente imminuisse Veneri,ac Marti securè dormienti,propterea quòd confideret Gallum indicaturum fuisse siquis interuenisset. Itaque Vulcanũ à Sole edoctum,eos deprehendisse,implicitos atque irretitos iis uinculis quæ iam olim in illos fuerat fabricatus. Porrò Martem simul atq; dimissus est, indignatum aduersus Gallum fuisse,atque eum in auem transmutasse,iisdem armis,ut in capite pro galea cristam obtineret. Hác ob causſam,quò uos Marti purgetis,quum iam nihil opus,simul atque Solem exorientem sensistis, multò antè uociferari, atque illius exortum prænunciare. GAL. Feruntur quidem & illa Micylle: at quod ego sum narraturus, multo aliud quiddam fuit: atque adeò nuper admo-
D dum in Gallũ transformatus sum. MIC. Quónam modo? Nam isthuc maximopere cupio cognoscere. GAL. Audistin de Pythagora quodam Mnesarchida Samio? MICYL. Num sophistam illum dicis glorioſum,qui instituit ne quis uel carnes gustaret,uel fabas ederet; suauissimũ mihi edulium, salubre & parabile,à mensa submouens? Præterea autem qui mortalibus suasit ne intra quinquennium loquerẽtur? GAL. Scis nimirũ & illud,quemadmodum priusquam Pythagoras esset, Euphorbus fuerit? MICYL. Præstigiatorem & prodigiorum artificem hominem aiunt fuisse, ô Galle. GAL. Ille ipse ego tibi sum Pythagoras. Quare parce, quæso, mihi conuiciari, præsertim quum ignores quibus
E sim moribus. MICYL. At hoc rursum multo etiam quàm illud portentosius: Gallus philosophus? Attamẽ expone ô Mnesarchi gnate,quî factũ sit ut ex homine auis,ex Samio Tanagræus repentè nobis prodieris. Neque enim ista uerisimilia, neque omnino facilia creditu: quandoquidem duas quasdam res iam mihi uideor in te animaduertisse nimium alienas à Pythagora. GAL. Quas? MICYL. Alterum quidem, quòd garrulus es & obstreperus, quum ille silere in solidos quinq; annos (si memini) præceperit. Alterum uerò planè cum illius legibus pugnat. Etenim cum nõ haberem quod tibi obiicerem,fabas heri (sicut nosti) ad te attuli: ac tu nihil cunctatus protinus eas sublegebas: unde fit ut necesse sit aut emẽtitum esse te Pythagoram esse, quum aliud quiddã sis:

*Gallus adolescens in auem conuersus.*

*Pythagoræ metamorphoses & præstigiæ.*

aut si Pythagoras es,legem prætergressum esse te,iusq; uiolasse,quũ fabas ederis,perinde ac si caput patris comederis. GAL. Nõ cognouisti Micylle quæ sit harum rerũ caussa,neq; quæ ad unumquodq; uitæ genus conducant. Ego tum quidem non esitabam fabas,propterea quòd philosophus essem. Nunc contrà comesurus sim,quippe auitio congruas, neq; nobis repudiandũ pabulum. Verùm si molestum non est, audi quemadmodum è Pythagora cœperim esse id quod sum in præsentia, quamq; in multis uitæ generibus antehac uixerim, & quid ex unaquaq; transformatione sim cõsequutus. MIC. Narra quæso:nã mihi quidẽ auditu iucundissimũ fuerit, adeò ut si quis mihi deferat optionẽ, utrũ te ista narrantem audire malim,an rursum felicissimũ illud somniũ quod paulò G antè uidi,uidere,haud sciã utrum electurus sim:usqueadeo cognata germanaq; uidentur esse ista tua cũ suauissimis illis uisis:& ex æquo uos æstimo, te pariter ac præclarum illud insomnium. GAL. Etiamnum tu somnium illud quod dudum tibi uisum est,in animũ reuocas,& inania quædã obseruas simulachra,atque(uti loquuntur poëtæ)euanidam quandã felicitatem memoria consectaris? MIC. Imò illud scias Galle, ne ullo quidẽ tempore unquã uisi illius mihi uenturam obliuionem. Tantum mellis somnium aufugiens in oculis mihi reliquit, ut præ illo uix queam palpebras attollere,rursus in somnũ coëuntes. Itaq; qualem uoluptatem mouẽt pennæ in auribus uersatæ, talem titillationẽ mihi præ- H bent ea quæ uidi. GAL. Nouũ quendã Hercule mihi narras amorem insomnii. siquidem alatum quum sit ( sicut aiunt ) metasque uolandi præscriptas habeat somnium, iam sepia transilit, in oculis etiam uigilantis obuersans. adeò mellitum & euidens apparet. Quare peruelim audire cuiusmodi nam sit istud quod te supra modum delectat. MIC. Gestio narrare. Nã dulce est hoc ipsum meminisse,& cõmemorare de illo quippiam. Verũ heus Pythagora,quando tu narrabis de tuis trãsformationibus? GAL. Vbi tu Micylle desieris somniare, melq; illud ab oculis absterseris. Interim prior dicito,uti intelligã utrúm ne per portas eburneas,an per corneas tibi somniũ aduolarit. MIC. Neq; per has,neq; per il- I

*Insomniorum ratio ex Homero.*

las,ô Pythagora. GAL. Atqui duas has tantùm commemorat Homerus. MIC. Valere sinas nugatorem illũ poëtam,qui nihil de somniis intellexit. Pauperina fortassis somnia per istas commeant portas, qualia uidebat ille, neque id admodum perspicuè,quippe captus oculis. Mihi uerò per aureas quasdam portas dulcissimum hoc aduênit somnium,& ipsum aureum undiq;,& aureis circumamictũ,& auri plurimũ secum adducens. GAL. Desine optime Mida de auro fabulari. Nam dubio procul ex illius uoto istud tibi accidit insomnium, & solidas auri uenas mihi duxisse uideris. MIC. Multam auri uim uidi Pythagora, multam, quàm putas pulchri? quo fulgore coruscantis ? Quid tandem Pinda- K rus in illius laudem dicit?nam in memoriam redige,si quidem meministi,quum aquam præstantissimam dicens,postea aurum admiratur,idq; iure,statim in initio carminis unius omnium bellissimi. GAL. Num illud quæris?

Aqua est illa quidem optima:
Cæterùm aurum, uti candens
Ignis,ita enitens,noctibus eminet eximiè unum
Cæteras supra opes quæ
Gloriam ac decus addunt.

MIC. Per Iouem,isthuc ipsum. perinde enim ac si insomniũ meum uideat Pindarus,

A darus, ita prædicat aurum. Sed ut tandem cognoſcas quale fuerit, auſcultа iam ſapiẽtiſſime galle. Meminiſti ut heri nullum domi cibum acceperim: ſiquidem Eucrates diues ille fortè mihi in foro factus obuiam, lotum me in tempore ad cœnam uenire iuſſerat. GAL. Iſthuc equidem planè memini. Nam totum eſuriebam diem, donec mihi profunda tandem ueſpera domum reuerſus ſubuuidus, uinóque madens, quinque illas fabas proferres, non admodum opiparam cœnam gallo, qui quondã fuerit athleta, quiq; Olympia non ſegniter olim decertarit. MICYL. Aſt ubi reuerſus à cœna fabas tibi obieciſſem, obdormii protinus. Tum mihi, iuxta Homerum, ambroſia ſub nocte diuinum quoddã haud
B dubiè ſomniũ aſſiſtens. GAL. Sed prius quæ tibi apud Eucratẽ acciderint Micylle narra, & cuiuſmodi fuerit cœna, quæ'que ſuper cœnam acta ſunt omnia. Nihil enim prohibet te denuo cœnare, ſi ueluti ſomnium quoddam eius cœnæ reducas, & quæ tum ederis, rurſum commemoratione quaſi rumines. MICYL. Credebam moleſtum futurum me, ſi hæc quoq; retuliſſem: uerũ poſteaquam tu deſideras, en id quoque narrabo. Quum nunquam antehac in uita cœnaſſem apud ullum diuitem, ô Pythagora, heri bona quapiã fortuna in Eucratem incidi: atque ego quidem ſimul atq; dominum illum ſalutaſſem, ita uti conſueueram, ſubducebã me: ne pudori illi eſſem, ſi lacera in ueſte fuiſſem aſſe-
C ctatus. At ille, Micylle, inquit, hodie natalitia filiæ celebro, plurimosq; ad cõuiuium amicos inuitaui: uerùm quoniã aiunt quendam ex his incõmoda eſſe ualetudine, neq; poſſe pariter ad conuiuium noſtrũ accedere: tu eius loco uenito lotus: niſi ipſe fortè qui uocatus eſt, ſemet adfuturũ renunciarit. nam nunc quidem ambigit. Hoc ubi audiſſem, adorato diuite diſcedebam, omnes obſecrans deos, ut algidã febrem aliquã, aut laterum doloré, aut podagram morbi auctarium immitteret ualetudinario illi, cuius ego ſellæ occupator, cœnæq; uicarius & hæres eram uocatus. Interim hoc ſpacii quod uſq; ad balnei tẽpus interceſſit, longiſſimum ſeculũ eſſe iudicabam: dum ſubinde reſpicio quot pedum eſ- *Gnomonẽ horologij intelligit.*
D ſet litera, & quando illos iam lauiſſe conſentaneum eſſet. Hic ubi tempus tandem adueniſſet, ocyus me corripio, atq; abeo, nitidè admodũ cultus, ſic obuerſo palliolo, ut qua eſſet parte puriſſimum, ea uideretur. Offendo autẽ ad fores & alios complures, in quibus etiã illum (geſtabatur autem à uiris quatuor) cuius eram ſubconuiua uocatus, qui malè habere dictus erat, atque id etiam præ ſe ferebat, quòd afflicta eſſet ualetudine: nam ex alto gemebat, tuſſiebatq; ac ſcreabat uelut ex abdito: quodq; ægrè graderetur, totus pallidus ac tumens, annos natus circiter ſexaginta. Ferebatur autem philoſophus quiſpiam eſſe ex his qui apud adoleſcentulos nugas deblaterant. At barba mirè erat tragica, id eſt hir-
E cina, ſuprà q̃ credi poſſet tonſoris egens. Porrò increpante Archibio medico, quamobrem quũ ita eſſet affectus, adueniſſet: Nõ oportet, inquit, promiſſa deſerere, præſertim hominẽ philoſophum, etiam ſi mille urgeant & inſtent morbi. Putabit enim Eucrates ſeſe à nobis haberi ludibrio. Haudquaquam, inquam ego: imò collaudabit te, ſi domi potius apud te uelis emori, quàm in conuiuio animam unà cum phlegmate excreans. Atque ille quidem præ arrogantia diſſimulabat ſeſe dicterium audiſſe. Haud multò pòſt acceſſit & Eucrates iam lotus: conſpectoq; Theſmopolide (nam id erat philoſopho nomen) Præceptor, inquit, probè quidem factum abs te, qui ipſe ad nos ueneris: tametſi nihilo deterius tibi fuerat futurũ. ſiquidem etiam abſenti omnia ordine miſſa fuiſſent.

Hæc ſimul atq; dixerat,introgreditur,manus illi porrigẽs pariter & famulis in- F
nitenti. Ego igitur iam abire parabam:uerùm ille conuerſus,ubi diu ſecũ hæſi-
taſſet,poſteaquã me triſtem admodum uideret,Ades,inquit,tu quoq; Micylle,
ac nobiſcum cœna. Nam filium in mulierũ cõclaui unà cum matre conuiuium
agere iubebo, quò tibi ſit locus. Ingrediebar itaq;,quum parum abfuerit ut lu-
pus fruſtra hians diſcederẽ:uerùm ingrediebar pudefactus,quòd Eucratis filio-
lum è conuiuio uiderer expuliſſe. Aſt ubi iam tempus eſſet ut diſcumberemus,
primum tollentes Theſmopolin compoſuerũt, haud ſine negocio per Iouem,
quinq;(ſi Diis placet)proceri iuuenes, ceruicalia illi ſupponentes undiquaque:
quò nimirum in eodem habitu permanere,ac longum etiã tempus durare poſ- G
ſet. Deinde ubi nemo iam tolerare poſſet ut iuxta illum accumberet,me addu-
ctum reclinant,ut eadẽ in menſa eſſemus. Deinceps cœnabamus,ô Pythagora,
opiparã quandã & uariam cœnam, multoq; in auro, multo item argento. Po-
cula erant aurea,miniſtri formoſi:tum cantores,& concitandi riſus artifices. In
ſumma,iucundiſſima quæpiam erat uita:niſi quòd unum quiddã me uehemẽ-
ter malè habebat, Theſmopolis obſtrepens atq; obturbãs, uirtutẽ neſcio quam
mihi cõmemorans, docensq; quòd duæ negationes unicam efficerent affirma-
tionem:quodq; ſi dies ſit,nox nõ ſit. Nonnunquam & cornua mihi dictitabat
eſſe:atq; id genus multa philoſophabatur erga me,quibus eiuſmodi nihil opus: H
planeq; uoluptatem interpellatione minuebat, quum non ſineret exaudiri eos
qui cithara uoceq; canebãt. Habes galle de cœna. GAL. Non admodum ſuaui
Micylle: maximè poſteaquam cũ illo deliro ſene ſortitus eras accubitũ. MIC.
Audi nunc inſomnium. Viſus enim mihi Eucrates ipſe, quum orbus eſſet li-
beris,neſcio quomodo è uita decedere. Dehinc ubi me accerſiſſet,ac teſtamen-
tum condidiſſet, quo me in ſolidum hæredem omniũ ſcripſerat,paulo tempo-
*Diuitum ſpecioſa ac beata.* re ſuperſtes emori. Porrò ipſe uidebar adire facultates:& tum aurũ argentũm-
que ingentibus quibuſdam ſcaphis exhaurire,perpetuò ſubſcaturiẽs,& affatim
affluens:tum autem ueſtes,menſas,pocula,miniſtros,omnia mea,ut par erat,eſ- I
ſe. Poſtea candido uehiculo uectabar reſupinus, cunctis qui intuebantur,con-
ſpiciendus & admirandus. Accurrebant permulti, ac circumequitabant:com-
plures ſequebantur. Ego interim illius indutus ueſtitũ,& annulos gerens cir-
citer ſedecim digitis inſertos, epulum quoddam ſplendidum iubebam adorna-
ri, quo amicos acciperem. Iámque illi,ita ut in ſomnio fieri conſentaneum eſt,
aderant:iam epulæ erant cõportatæ: iam potus ex animi ſententia miniſtratus.
In his quum uerſarer, & aureis phialis præbiberem omnibus qui aderant ami-
cis:quum iam inferrentur bellaria,intempeſtiuo tuo clamore perturbaſti nobis
conuiuium,menſasq; ſubuertiſti,ac diuitias illas ita diſſipaſti, ut in auras euane- K
ſcerent. Num tibi uideor iniuria ſtomachatus in tenam uel treis noctes perpe-
tuas libentẽ adhuc ſomnium illud quod mihi accidit, uidere cupiam. GAL.
Adeóne es auri cupidus, & opum auidus Micylle? idque ex omnibus unum
admiraris, ac felicitatem unicam eſſe iudicas, ſi plurimum poſſideas auri? MI-
CYL. Equidem haud ſolus ita cogito Pythagora: quin ipſe quoque,tũ quum
Euphorbus eſſes, auro atque argẽto comis intexto prodibas pugnaturus cum
Achiuis,idque in bello,ubi ferrum quàm aurum geſtare ſatius fuerat. At tu e-
tiam tum uoluiſti calamiſtris auro internexis in periculum deſcendere. Atq; ob
eam(opinor)cauſſam,Homerus comas tuas Gratiis ſimiles dixit,quòd auro ar-

gentoq;

A gentoq; reuincirentur. Etenim longè nimirum meliores atque amabiliores uidebantur quòd essent auro religatæ, unaq; cum eo relucerent. Neq; isthuc nouum est auricome, si tu Pătho patre prognatus, aurum in precio habuisti: quin & ipse Deorum omnium hominumq; pater ille, Saturno Rheaq; progenitus, quum Argolicam illam puellă adamaret, ubi nihil inueniret amabilius in quod sese transformaret, neque quo Acrisii custodias posset corrumpere, audisti uidelicet ut aurum sit factus, atque ita per tegulas illapsus potitus est ea quă deperibat. Iam uerò quid tibi commemorem quàm multos usus præbeat aurum? & ut eos quibus adfuerit, formosos & sapientes & potentes reddat, decus &
B gloriam illis concilians? utq; nonnunquam ex obscuris & infamibus claros ac celebres repentè efficiat? Nam nosti uicinum mihi & eiusdē artificii Simonem, qui paucis antè diebus apud me cœnauit, quū legumen coquerē Saturnalibus, duasq; extorum cæsuras immitterē. GAL. Noui, Simonem illum breuem: qui fictilem ollulă, quæ nobis erat unica, suffuratus, peracta cœna abiit sub ala gestans. Nam ipse uidi Micylle. MICYL. Atqui quum eam sustulerit, tam multos ille deos postea iurabat. Sed cur nō prodebas, ac uociferabare tum ô Galle, quum nos furto spoliari conspiceres? GAL. Coccizabam, quod mihi solū licebat id temporis. Verùm quid Simon ille? Nam uidebare de illo dicturus ne-
C scio quid. MIC. Ei consobrinus erat uir supra modum diues, nomine Drimylus. is quoad uiuebat, ne obolum quidem donauerat Simoni. nam quî daret, quum ne ipse quidem pecunias attingeret? At simul atque mortuus est nuper, uniuersis illis opibus iuxta leges Simon ille, qui coria putria, qui patellam circumligebat, gaudens potitur, purpura ostróque circunte ctus: famulósque & currus, & aurea pocula, & mensas eburnis innixas pedibus possidet: ab omnibus adoratur: iámque nos ne aspicit quidem. Etenim nuper quum illum procedentem conspexissem, Salue, inquam, Simon. At ille indignè ferens, Edicite, inquit, mendico isti, ne uocabulum meum diminuat. neque enim Simon, sed
D Simonides appellor. Porrò (quod est omnium maximum) mulieres etiam illius amore capiuntur. Atque is quidē eludit eas, ac fastidit, & alias quidem admittit, comémque sese præbet: aliæ porrò quæ negliguntur, necem conscituras sibi minitantur. Vides quantas commoditates pariat aurum: quandoquidē eos qui sunt deformissimi, transfigurat & amabiles reddit, non secus atque cestus ille poëticus. Audis insuper & à Poëtis dictum,

O aurum auspicata res, & ostentum optimum. Et rursum,
Aurum est quod opibus imperat mortalium.

Sed quid interim risisti Galle? GAL. Quoniam tu quoq; per inscitiam Micyl-
E le simili modo falleris opinione de diuitibus, quemadmodum uulgus: uerùm (crede mihi) longè etiam ærumnosiorem uitam uiuunt, quàm uos. Hæc autem loquor, qui ipse & pauper, & diues aliquādo fuerim, atq; omne uitæ genus sim expertus. Porrò paulò pòst ipse quoq; hæc omnia cognosces. MIC. Per Iouem tempestiuum iam est ut & tu referas quemadmodum sis trāsfiguratus, & quid in unoquoq; uitæ genere perspexeris. GAL. Ausculta, hoc tantùm præmonitus, me neminē feliciorem in uita, quàm tu sis, unquā uidisse. MIC. Quàm ego sim ô Galle? Hanc felicitatem tibiipsi imprecor. Nam uidere me tibi ridendum proponere. Verùm age, narra, exordiēs ab Euphorbo, quo pacto fueris in Pythagorā transformatus: deinceps ordine ad Gallum usq;. Consentaneum enim

eſt te uarias res tum uidiſſe, tum tuliſſe, nimirū tam diuerſis uitæ formis. GAL. Quemadmodū initiò ab Apolline profecta anima in terrā deuolarit, & corpus humanū ſubierit, ut illic pœnā quandā penderet, id lōgum dictu futurum ſit: præterea neque mihi referre fas eſt, neq; tibi eiuſmodi audire. Verùm ubi Euphorbus factus eſſem. MIC. Sed ego priuſquam eſſem is qui nunc ſum, ô præclare, quiſnam eram? hoc mihi prius dicito, nunquid & ego uerſus fuerim itidem ut tu? GAL. Maximè. MIC. Quis igitur erā? ſi quo modo potes dicere. peruelim enim iſthuc cognoſcere. GAL. Tu formica fueras Indica, ex earū genere quæ aurum effodiunt. MIC. Et poſtea neglexi infelix uel paucula fruſta in uitam importare, quum illo eſſem alitus? Sed age, quid poſt hæc futurus ſim dicito: quandoquidē conſentaneū eſt ſcire te. Etenim niſi quid bonæ ſit rei, iam nunc ſuſpendero me ab iſta pertica in qua nūc ſtas. GAL. Iſthuc profectò nulla ratione poſſis cognoſcere. Cæterùm quū Euphorbus eſſem (nam ad illa redeo) in Troia pugnabā: atq; à Menelao necatus, aliquanto pòſt tempore in Pythagoram perueni. Porrò eouſque abſq; tecto perdurabam, donec Mneſarchus aliquando mihi domum ædificaret. MIC. Obſecro te, num abſq; cibo potuq́? GAL. Maximè. Nihil enim iſtis rebus opus, niſi corpori duntaxat. MIC. Illud igitur prius dicito, ea quæ ad Troiam geſta ſunt, num ita ſe habent, qualia fuiſſe dixit Homerus? GAL. Quinam ille ſcire potuiſſet, Micylle, qui quidem dū iſta gerebantur, ipſe Camelus erat in Bactris? Cæterùm ego tibi tantum effabor diuinitus, nihil id temporis eximium fuiſſe, neque Aiacem uſqueadeo magnum, neq; Helenam adeò formoſam, quemadmodum arbitrantur. ſiquidem uidi cādida quandam & procera ceruice, ut hinc cygno prognatam eſſe adſimularēt: cæterùm uehementer anum, æqualē propemodū Hecubæ. Hanc Theſeus primùm raptā in Aphidnis poſſedit. Is uixit Herculis ferme ætate. Porrò Hercules prius Troiam ceperat, patrum noſtrorum memoria, qui per id temporis maximè florebant. Nam hæc mihi Pāthus narrauit, ſe, quum eſſet admodum adoleſcens, uidiſſe Herculem. MIC. Quid autem Achilles? Num talis erat, nempe quauis in re præſtantiſſimus? An & iſthæc fabulamenta ſunt? GAL. Cum illo quidem congreſſus non ſum: neq; queam adeò compertè de rebus Græcorum dicere. Etenim quî ſcire potui, quū hoſtis eſſem? Certè Patroclum illius amicum, haud ita magno negocio peremi lancea diſſectum. MIC. Deinde te Menelaus minore negocio. Verùm iſtis de rebus ſatis: nunc res Pythagoricas refer. GAL. Illud in ſumma Micylle, ſophiſta quiſpiam eram (oportet enim uidelicet fateri uerū) alioqui non imperitus, neq; inexercitatus in honeſtiſſimis diſciplinis. Profectus ſum autem in Aegyptum, quò cū prophetis cōgrederer, de ſapientia communicaturus. Hic adyta ſubii, atq; ibi Ori & Iſidis libros perdidici. Pòſt rurſum in Italiam renauigabā, ac Græcos iuxta ea quæ in Aegypto didiceram, ita inſtitui, ut me proinde ac deū ſuſpicerent. MIC. Equidē inaudieram iſthæc: præterea quemadmodū creditus fueris defunctus in uitam rediiſſe, utq; aureū femur illis ſubinde oſtenderis. Verùm illud mihi dicito, quid tibi uenit in mentem, ut legem ſtatueres, uti neq; carnibus neq; fabis ueſcerētur homines? GAL. Ne perconteris iſta Micylle. MICYL. Quam ob rem ô Galle? GAL. Nam pudet hiſce de rebus uerum fateri. MIC. Atqui non conuenit uti id facere graueris apud hominem contubernalem & amicum: nam herū poſthac abſit ut dixerim. GAL. Nihil ſani, neque præclari quicquam erat: uerùm animaduertebam,

*Pythagorā ta cite perſtringit ut ſophiſtā & præſtigiatorem.*

A animaduertebã,ſi conſueta modò,ac eadem quæ uulgo tradũtur à multis, præcepiſſem,nõ fore ut mortales in admiratione adducerem,ſed quo peregriniora magisq; aliena propoſuiſſem, futurum ut hoc magis nouus,magisq; uiderer admirandus. Proinde inſtitueram in animo, nouæ quiddam rei deſignare,eiuſmodi propoſito decreto, cuius cauſſa eſſet inexplicabilis, quò uidelicet aliis aliud coniectantibus,omnes redderẽtur attoniti: quemadmodũ in obſcuris oraculis ſolet uſu uenire. MIC. Illud uide,ut rides me tu quoque,non minus atque Crotoniatas,ac Metapontícos,& Tarentinos, cumq; his alios,qui muti ſequũtur,tuaq; adorant ueſtigia, quæ tu calcata reliquiſti. Verũ ubi Pythagorã exue-
B ras, quem poſt eum induiſti? GAL. Aſpaſiam Miletenſem illam meretricem. MIC. Papæ! quid ego audio? Siquidem inter alia mulier quoq; fuit Pythagoras. Itáne fuit aliquando tẽpus,quo tu Galle generoſiſſime oua pariebas,cumq; Pericle rem habebas, iam Aſpaſia uidelicet, atque ex illo grauida facta es? Præterea lanam tondebas,tramamq; deducebas? Poſtremò meretricum in morẽ geſtiebas,uultumq; componebas? GAL. Iſta quidem omnia feci,tametſi non ego ſolus:uerùm & ante me tum Tireſias,tum Elati proles Cæneus. Proinde quicquid in me conuitii dixeris,tantũdem & in illos dixeris. MIC. Age igitur,utra tibi uita erat ſuauior,quum uir eſſes,an quum Pericles tecum haberet conſue-
C tudinem? GAL. Vides cuiuſmodi iſthuc eſt quod percõtaris? nempe cui ne Tireſiæ quidem expedierit reſpõdere. MIC. Atqui ſi minus fateare tu,tamẽ iſthuc Euripides ſatis explicuit,quum ait ſe malle ter ſub clypeo cõſiſtere,quàm parere ſemel. GAL. Imò præmoneo te paulò pòſt puerperã fore: ſiquidem & tu mulier es olim futurus,idq; ſæpius,longo nimirum ſeculorum orbe atq; recurſu. MIC. Non tu pendebis ô Galle,qui quidem omneis mortales Mileſios aut Samios eſſe ducas? Nam aiunt te etiam tum quũ Pythagoras eſſes,uenuſta forma decorum,ſæpius Aſpaſiam fuiſſe tyranno. Verùm age,ſecundum Aſpaſiam in quem uirum aut mulierẽ denuo renatus es? GAL. In Cratetem Cynicum.
D MIC. O Caſtor,& ô Pollux, quàm diſſimile! ex ſcorto philoſophus? GAL. Deinde rex: deinde pauper: paulò pòſt ſatrapes: dehinc equus,graculus,rana, aliaq; innumerabilia. perlongum enim fuerit ſingula recenſere. Poſtremò gallus,atque id ſæpius. nam hoc uitæ genere ſum delectatus. Interea & aliis diuerſis mortalibus ſeruiui,regibus,pauperibus,diuitibus: poſtremò nunc tecum uiuo: rideoq; quotidie,quum uideo te paupertatis tædio complorantem, eiulantemq;,ac diuitum admirantem fortunas,propterea quòd ignores quantum illis adſit malorum. alioqui ſi curas noris quibus illi diſtringũtur, teipſum profectò riſeris, qui antea credideris,eum qui ſit opulentus, ſtatim feliciſſimum eſſe o-
E mnium. MIC. Ergo Pythagora,aut quod maximè gaudeas appellari,ne cõfundam orationem,ſi te nunc hoc,nunc illo nomine compellem. GAL. Nihil intererit, ſiue Euphorbũ, ſiue Pythagoram,ſiue uocaris Aſpaſiã, ſiue Cratetem, quandoquidẽ iſta omnia ſum unus: niſi quòd rectius feceris,ſi (id quod impræſentiarum eſſe uideor) gallũ me uoces,ne auem hanc parui ducere contẽnereq; uideare,præſertim quũ tam multas contineat animas. MIC. Ergo galle,quandoquidem omnia penè uiuendi genera iam expertus es,atq; omnia cognita habes,age dilucidè mihi narrato quæ ſint peculiaria diuitũ ad uitæ rationem,quę pauperum propria: quò uidelicet cognoſcam,ueré ne iſthuc affirmes, me diuitibus eſſe feliciorem. GAL. En hunc ad modum interim perpẽde Micylle. Te

quidē non magnopere tāgit cura belli, ſiquādo rumor ſit aduētare hoſtes: neq; F
ſolicitus es ne in agros incurſantes populētur, nēue hortum proculcent, pro-
terantq;, aut uineas uaſtent: ſed ſimul atq; tubam audieris, ſi tamē audieris, de te
ipſo uno circunſpectas, quò deflexus ſeruari queas, ac diſcrimen effugere. Cō-
trà illi tum de ſeſe ſoliciti ſunt, tū animo diſcruciantur, quū de mœnibus quic-
quid opum poſſidebant in agris, id omne tolli deportariq; conſpiciunt. Ac ſiue
inferendū eſt aliquid in ærariū, ſoli accerſuntur: ſiue in prælium exeundū, peri-
clitantur, aut peditum turmis, aut equitū alis præfecti. Tu interim uimineū ge-
rens clypeū, expeditus ac leuis es ad ſaluti cōſulendum, paratus uictoriale con-
uiuium agere, ſiquādo uictor exercitus ſacra fecerit. Rurſum pacis tempore, tu G
quidē quum de plebe ſis, ingreſſus in concionem, tyrannidē in diuites obtines:
illi uerò trepidant pauitantq;, ac largitionibus choragiisq; te placant. ſiquidem
quò tibi balnea, ludi, ſpectacula, reliquaq; id genus abūde ſuppeditēt, ea omnia
curāt illi. At tu, cēſor & acerbus expenſor, perinde quaſi dominus, ne alloquio
quidem interdum dignaris illos. quod ſi tibi collubitum ſit, ingentibus ſaxis in
illos degrandinas, uel facultates eorū publicas facis: ipſe neq; calumniatorē me-
tuis, neq; latronem, ne tollat aurū, uel ædium cōſcenſo faſtigio, uel pariete per-
foſſo: neq; neceſſe habes rationibus occupari, neq; exactionibus: neq; tibi cum
ſceleratis diſpenſatoribus conflictandū eſt: neq; tantas in ſolicitudines diſtrahe- H
ris: uerùm ſimul atq; crepidam unam perfeceris, mercedemq; retuleris ſeptem
obolos, ſero ſurgis crepuſculo, & ſi libuerit, lauaris: tū empto ſaperda quopiā,
aut mænide piſciculo, aut paucis ceparū capitulis, temet ipſe oblectas, canēs ple-
runq;, optimaq; cum paupertate philoſophans, adeò ut eas ob res ſalubri ſis ua-
lentiq; corpore, obduruerisq; aduerſus gelu. ſiquidem labores qui te exacuunt
muniuntq;, certatorem haudquaquam contemnendum reddunt aduerſum eas
res, quæ compluribus inexpugnabiles eſſe uidentur. Atq; hinc nullus ex mor-
bis illis grauioribus impetit te. Quòd ſiquando leuis ceperit febricula: paulo
negocio eam medicatus, protinus exilis, inedia temet inde excutiens. Illa porrò I
fugit illico: quippe metuens te, quem uideat etiam frigore ali, ſaturumq; fieri,
ac medicorum certis illis recurſibus longum plorare renunciantē. At illi ex ad-
uerſo propter intemperantiam uitæ, quid tandē mali non habent infelices? po-
dagras, phthiſes, pulmonum exulcerationes, aquas intercutes. Nam hæc omnia
à ſumptuoſis illis conuiuiis naſcuntur. Proinde quicunque ex his Icari in mo-
rem (ut ferè faciunt) ſeſe attollunt, propiúſque ſe Soli admouent, haud cogitan-
tes quòd alas habeant cera agglutinatas, ingentem nonnunquam ſtrepitū mo-
uent. Cæterùm qui Dædali exemplo non admodum ſublimia neque excelſa
appetunt, uerùm humilia, terræq; uicina, adeò ut cera nōnunquam ſalis aſper- K
gine madeſceret, ii tutò plerunque ac citra diſcrimen tranſuolarunt. MICYL.
Moderatos iſtos & cordatos narras. GAL. Verùm aliorum Micylle naufragia
fœdiſſima conſpicias: nempe ubi Crœſus reuulſis alis riſum exhiberet Perſis,
conſcenſo rogo: aut Dionyſius quum abdicatus tyrānide, Corinthiorū in ur-
be ludi literarii magiſtrum ageret, poſt geſtum tantum imperium puellos com-
pellens ut ſyllabas connecterent. MICYL. Dic mihi Galle: tu quum rex eſ-
ſes (nam ais te regem quoque fuiſſe) cuiuſmodi tandem id uitæ genus experie-
baris? Mirum ni tum felix eras, quandoquidem id quod eſt bonorum omnium
caput, poſſidebas. GAL. Ne mihi in memoriam regeras ô Micylle: uſqueadeo

ſupra

A ſupra modum infelix tum eram. Nam quo ad res externas, quemadmodum dixiſti, planè fortunatus eſſe uidebar: at intus innumerabilibus curis diſtringebar. MIC. Quibus tãdem curis? Nam rem prorſus abſurdam neque credibilem narras. GAL. Equidem imperabam regioni neutiquã exiguæ Micylle, omniiugarum rerum feraci, tum incolarum frequentia, neque non urbium pulchritudine cum primis admirandæ: præterea fluminibus nauigabilibus, ac mari portuoſo commodæ. Ad hæc exercitus ingens, equitatus ſpectatiſſimus atq; excellens, ſatellitium haud exiguum, triremes, pecuniarum uis maior quàm ut poſſet numerari, uaſorum argenteorum plurima copia, reliquaq; omnis illa principa-
B tus tragœdia, ſtrepitusq; & apparatus ſuprà quàm credi queat, extructus atque accumulatus. Itaque quum prodirem, pleriq; adorabant, deũ quempiam intueri ſeſe rati: aliiq; trudentes alios concurrebant, quò me conſpicerent. nonnulli conſcenſis tectis, magni æſtimabant ſi plenè contemplari licuiſſet quadrigam, ſtragulam, diadema, tum anteambulones, & eos qui à tergo comitabãtur. Ego inter hæc mihi conſcius quantæ me res diſcruciarent, uerlarentq;: illos quidem propter inſcitiam uenia dignos iudicabam, at mei ipſius miſereſcebat, qui prægrandibus illis Coloſſis uiderer perſimilis, quales uel Phidias, uel Myron, uel Praxiteles fabricatus eſt. Etenim illorum quiſque quo ad ea quæ foris apparẽt,
C Neptunus ipſe eſt, aut Iupiter, mirificè decorus, auro eboreq; compactus: & aut fulmen, aut fulgur, aut tridentem fuſcinam dextra ſuſtinet: cæterùm ſi immiſſo capite quæ ſunt intus inſpicias, uidebis uectes quoſdam, paxillos, & clauos introrſum prominentes, neque nõ uimina, cuneosq;, & picem ſublitam, & aliam item id genus deformitatem intrinſecus inhabitãtem. Omitto recẽſere muſcarum muſtelarumq; uim, quæ nonnunquam in eis manſitant. Huiuſmodi quædam res nimirum regnum quoque uidetur. MIC. Nondum explicuiſti lutum & clauos, & uectes, quínam fuerint in imperio, neq; fœditatem illam plurimam quæ'nam ſit. nam iſtum ad modum uectari, tam multis imperare mortalibus, ac
D numinis inſtar adorari, hactenus quidem cum Coloſſi exemplo quadrat. Siquidem hoc quoque diuinum quiddam & admirandum: nũc autem quæ ſunt intra Coloſſum, exponito. GAL. Quid primo loco tibi referam Micylle? utrum metus, curas mordaces, ſuſpiciones, odium quo regem perſequũtur ii qui cum illo uiuunt, inſidias, atque eas ob res ſomnum rarum, & hunc ipſum pertenuẽ, ac plena tumultus inſomnia, cogitationes perplexas, ſpes ſemper improbas: an ocii penuriam, & occupationes, iudicia, expeditiones, edicta, fœdera, conſultationes? quibus rebus fit ut ne per ſomnium quidẽ aliqua re ſuaui frui liceat, uerùm ut omnibus de rebus ſolus diſpiciat neceſſe eſt, milleq; negocia ſuſtineat:

E Quippe nec Atriden Agamemnona dulcis habebat
Somnus, multigenas uerſantem pectore curas.

idq; quum reliqui omnes Achiui ſterterent. Adde quòd Lydum illum diſcruciat filius mutus: Perſam uerò Clearchus ad Cyrum deſciſcens: atque alium quempiam Dion cum Syracuſanis nõnullis ad aurem communicans. Rurſum alium quendam urit Parmenion collaudatus. Item perdiccã Ptolemæus, Ptolemæum Seleucus. Quin illa quoq; moleſtiam afferũt, amaſius per uim non ſpontè conuiuens, concubina alio gaudens, tũ ſi qui defectionem parare dicantur, aut duo quatuórue ſatellites inter ſeſe conſuſurrãtes. Porrò (quod eſt omnium grauiſſimum) amiciſſimi quiq; uel maximè ſunt formidandi, ſemperq; metuendum ne

quid magni mali ab illis exoriatur. Nam alius à filio ueneno necatus eſt: alius F
item ab amaſio. Alium ſimile quoddam fortaſſis mortis genus eripuit. MIC.
Apageſis, atrocia miráque ſunt iſta quæ narras ô galle. Mihi igitur multo ſit tu-
tius operæ cerdonicæ pronum incumbere, quàm ex aurea bibere phiala comi-
ter delatũ hauſtum, cæterùm cicuta aconitoq; temperatum. Nam mihi quidem
hoc unum eſt periculi, ut ſi paulum aberret ſimilion, deflectatq; à recta inciſio-
ne, ſummum ſecantis digitum exiguo ſanguine tingat: at iſti, quemadmodum
narras, lethifera agunt cõuiuia, atque id innumerabilibus in malis cõſtituti. De-
inde ubi cõciderint, perſimiles eſſe uidẽtur tragœdiarũ hiſtrionibus. Nã multi,
ſicut uidere licet, quoad Cecropes ſunt ſcilicet, aut Siſyphi, aut Telephi, diade- G
mata geſtãt, argenteisq; capulis gladios, comamq; uentilantẽ, & auro intertextã
chlamydem. quòd ſiquis (qualia nimirũ permulta ſolent accidere) impulſos il-
los media in ſcena præcipites det, riſum profectò moueant ſpectatoribus, uide-
licet perſona unà cum ipſo diademate contrita, uero autem actoris capite luxa-
to, cruribusq; maxima ex parte renudatis: ut iam interioris amictus quàm miſe-
ri ſint panni, fiat perſpicuum: ac cothurnorum quos pedibus induxerũt, appa-
reat deformitas, haudquaquam ad pedis modum reſpondentiũ. Vide ut me iam
ſimilitudines conferre docueris optime galle. Cæterùm tyrannis talis quædam
res tibi uiſa eſt eſſe: uerùm ubi equus eſſes, aut canis, aut piſcis, aut rana, quo- H
modo eam uitæ rationem ferebas? G A L. Iſtum quem nũc ſuſcitas ſermonẽ, &
*Nulla uita molestior humana.* longior ſit, neq; huius temporis. Illud autem unum in genere dixerim, nullam
ex omnibus uitam mihi non uiſam tranquillioré uita humana, naturalibus dũ-
taxat cupiditatibus & uſibus circunſcriptam. Siquidem publicanum equũ, aut
ſycophantam ranam, aut ſophiſtam graculum, aut popinatorẽ culicem, aut ci-
nædum gallum, atque id genus alia, quæ uos ſtudio comminiſcimini, haudqua-
quam inter illos uidebis. MIC. Quæ dicis ô galle, fortaſſis uera ſunt: uerùm nõ
me pudebit apud te fateri quod mihi accidit. Haud unquam quiui dediſcere cu-
piditatẽ illam à puero mihi inſitam, uidelicet ut diues euadã. Quin nunc quoq; I
ſomnium illud ob oculos uerſatur, aurum oſtentans: potiſſimùm autẽ ſceleſtus
ille Simon excruciat, qui quidem tantas inter opes delicietur. G A L. At ego te
iſto leuabo morbo Micylle, tametſi nox etiamdũ eſt. Surge modò, ac ſequere
me. Siquidem ad ipſum te Simonem adducam, atque in aliorum diuitum ædes,
quò nimirum uideas quomodo res habeant apud illos. MIC. Iſthuc quo pacto,
clauſis foribus? Num me parietes transfodere compelles? G A L. Nequaquam,
uerùm Mercurius, cui ſum ſacer, hoc optanti mihi largitus eſt, ut ſiquis longiſ-
ſimam caudæ plumam, quæ ob mollitiem inflectitur. MIC. Atqui duas habes
ciuſmodi. G A L. At dextram ex his auulſam cuicunque ego geſtandam dede- K
ro, is quoad uoluero, fores omneis poterit aperire, cunctaq; uidere, ipſe inuiſi-
bilis. MIC. Equidem ignorabam, ô galle, tẽ præſtigiarum quoq; peritum eſſe.
Porrò ſi mihi iſthuc ſemel præſtiteris, uidebis illico Simonis uniuerſas opes huc
deportatas. nam eas huc rediens transferam: at ille rurſum circumodet ebibẽ-
que putria coria, quibus conſueuit ſoleas compingere. G A L. Atqui nefas ſit
iſthuc facere. ſiquidem Mercurius illud mihi mãdauit, ut ſiquis pennam tenẽs,
iſtiuſmodi quippiam patrarit, uociferans furem proderem. MIC. Rem neuti-
quam ueriſimilem narras, nẽpe Mercurium, quum ipſe ſit fur, non ſinere alios
ut idem faciant. Sed tamen abeamus. Nam aurũ auferam, ſi modò poſſim. GAL.

Pennam

A Pennam prius reuellito. Quid hoc rei? ambas reuulsisti. MIC. Tutius hoc quidem ô galle, tum tibi minus fœdum sit futurum, ne altera caudæ parte mutilatus claudices. GAL. Age sanè. sed utrum Simonem prius adimus, an aliũ quempiam diuitum? MIC. Haud aliò, imò ad Simonem, qui uidelicet pro disyllabo tetrasyllabus esse affectet posteaquam diues euasit. Sed iam ad fores accessimus. Quid igitur deinceps facio? GAL. Pennam feræ admoue. MIC. Ecce autem, dii boni, ostium perinde atque claui resiliit. GAL. Perge porrò præcedens. Vides illum uigilantem ac supputantem? MIC. Video per Iouẽ, & quidem ad obscuram siticulosamq; lucernam. Præterea pallet, haud scio unde, galle, totusq; ex-
B aruit, atque extenuatus est, mirum ni curis. neque enim auditum est illum alio, qui malè habere. GAL. Auscultа quid dicat. siquidẽ intelliges quibus de caussis ad eum modum sit affectus. SIMON. Nimirum septuaginta illa talẽta tutò admodum sub lectica defossa sunt, neque quisquam alius omnino uidit. At uerò sedecim illa Sosylus equiso uidit me sub præsepe occultantem. Itaque de curando stabulo non est admodum solicitus, quãquam nec aliàs admodum laboris appetẽs. Verisimile est autem illum multo etiam his plura sustulisse. Nam unde alioqui Tibius heri tã ingens salsamẽtum illi obsonio proposuisset? Tum autem aiunt illum monile emisse uxori drachmis quinque. Heu misero mihi.
C Hi omnia mea dissipabunt bona. Quid quòd ne pocula quidem sat in tuto mihi recõdita sunt, quum sint multa? Vereor enim ne quis ea suffosso pariete tollat. Complures mihi inuident, atque insidias parant: præter cæteros autem Micyllus iste uicinus. MIC. Ita per Iouem. Nam tibi sum similis, ac patellas sub ala gesto. GAL. Tace Micylle, ne protinus ipso in furto nos prodas. SIMON. Optimum igitur fuerit, ut ipse insomnis seruem. Omnem obibo domum, in orbem obambulans. Quis iste? Video te per Iouem ô parietum perfossor. posteaquam es columna, bene res se habet. Pernumerabo denuo resossum argentum, ne quid fortè dudum me fugerit. En rursum obstrepuit mihi nescio quis. Nimi-
D rum obsideor, atque insidiis appetor ab omnibus. Vbi mihi gladius, si quẽquam deprehendero? Rursum aurum defodiamus. GAL. Sic tibi habent, ô Micylle, res Simonis. Sed abeamus ad alium quempiam, donec noctis adhuc aliquantulum supereſt. MIC. O miser, cuiusmodi uiuit uitam! hostibus eueniat ad hunc modũ diuites esse. Itaque pugno illi in maxillam illiso, uolo discedere. SIMON. Quis me pulsauit? Latrocinio despolior miser. MIC. Plora ac uigila, auriq; similis corpore reddaris, quandoquidem illi affixus ac deditus es. Nos autẽ, si uidetur, Gniphonem fœneratorem uisamus. Nam nec is procul hinc habitat. Ipsæ nobis suapte sponte fores patuerunt. GAL. Vides hunc quoq; curis inuigilan-
E tem, & usurarum rationes iterãtem digitis contortis? cui propemodum relictis his omnibus sit in silpham aut culicem aut muscam abeundum. MIC. Equidem uideo miserum ac uecordem hominem, ne nũc quidem multo meliorem uiuere uitam, quàm silphæ aut culicis. adeò totus & hic à curis & rationibus est extenuatus. Nunc ad alium eamus. GAL. Ad tuũ, si uidetur, Eucratem. En tibi fores per se patuere. Quin introimus? MIC. Paulò antè hæc omnia mea erant. GAL. At etiam nũc tu diuitias somnias? Vides igitur Eucratem ipsum quidem à famulo, uirum natu grandem? MIC. Video profectò quiddam haudquaquam uirile. Porrò altera ex parte ipsam item uxorem à coquo constuprari. GAL. Quid ergo? Num optaris & horum hæres existere Micylle, cunctáque

possidere quæ sunt Eucratis? MIC. Haudquaquã galle: imò fame citius interierim, quàm id genus quippiam patrarem. Valeat aurum & conuiuia. Duo oboli mihi potiores diuitiæ sunt, q̃ si à domesticis mihi domus perfodiatur. GAL. Sed iam nunc, quãdoquidem dies fermè diluxit, domum ad nos redeamus. Reliqua rursus aliàs uidebis Micylle.

## ICAROMENIPPVS, SIVE HYPERNEPHELVS,

### D. Erasmo Roterodamo interprete.

ARGVMENTVM.

*Quod suprà in specie, idem hic in genere tractat. Reprehẽdit enim in uniuersum omniũ homium tum priuatorum, tũ etiam regum ac principum, omnia facta ac studia, siue ea priuata sint, siue etiam ad cultum ac religionem deorum pertineant. præcipuè autem philosophos, ut semper aliàs, insectatur, quos indicat non modò circa res humanas incerta ac stulta docere, uerùm etiam de rebus sublimibus, de mundo, de deo, de prouidentia diuina, & id genus aliis, absurda atque impia quædam tradere, quæ neque uiderint ipsi, neque aliunde cognouerint.* Atque hæc omnia *sub* Menippi *nomine, quem aliàs quoque ut philosophis infestum atque inimicum exhibet. Hunc enim fingit, cum uideret hominum res incertas & ridiculas esse, cuperetq; ueritatem naturæ ac uirtutem cognoscere, ad philosophos sese contulisse. Qui cum multa quidem ac speciosa habitu ac uerbis pollicerentur, doctrina autem inter se diuersa atque aliena quædam traderent, neque ipsi sibi consentirent, pro ueritate nugas quasdam docendo: postremò consilij inopem, de cœlo conscendendo, ac ipsarum illarum rerum experimento capiendo cogitasse.* Assumptis igitur & afflictis aliis, Dædali *exemplo in cœlum subuolasse: ubi primùm circa* Lunam *facto ceu diuerticulo quodam, contemplatum esse omnia quæcũque in terris siue publicè siue priuatim & in occulto quoque geruntur, non modò à regibus & principibus, uerumetiam à ciuitatibus, populis, diuitibus & plebeis.* Deinde autẽ *in cœlo ea uidisse, quæ stultè ac ridiculè* Iupiter *circa hominum uota, sacrificia, iuramenta, & cætera officia dispensanda exercet, quæq; item alij* Dij *in conuiuijs, in concionibus, & cæteris, non quidem ipsi agere solent, sed à stultis & imperitis hominibus agere creduntur.* Vtrobiq; *autem grauem de philosophis querelam audiuisse.* Nam Lunam *quidem de contumelijs quibus ab illis afficeretur, conquestã esse: propterea quòd ab alijs lumen furtiuũ habere, ab alijs ceu speculum supra oceanum suspensa esse diceretur.* Iouem *autem omnem illorum uitam, mores, sectas, habitum, doctrinam, facinora domestica, & linguæ petulantiam, accusasse: præcipuè autem contra* Epicureos, *ut qui* Deos *omnino ullos negarent esse, incensum fuisse.* Porrò *tituli ratio hæc est, quòd ut* Icarus *alatus in altũ subuolasse dicitur, ita hic* Menippus *quoq; cœlum alatus conscendit, unde & alter titulus* ὑπερνεφέλου *additur, quasi dicas, eius qui supra nubes ascendit.* In primis memorabilis *& propria descriptio illa* Philosophorum *est, qua* Iupiter *in concilio deorum illos depingit.* Fuit autem, *ut hoc quoque addamus,* Menippus *quidem reuera* Cynicus philosophus, *natione* Phœnix *ac seruus natus, de quo* Laërtium *uide.*

### MENIPPVS. AMICVS.

MEN. TER mille igitur erãt stadia à terra usq; ad lunam, ubi prima nobis fuit mãsio. Porrò hinc sursum ad solẽ parasangæ ferme quingentæ. Rursum ab hoc usq; ad ipsum deniq; cœlum, arcemq; Iouis in edito sitam, tantum ferè spacii fuerit, quantum aquila probè, succinctè, atque expeditè queat uno die peragere. AMIC. Dic mihi per Gratias, Menippe, quæ sunt ista quæ de astris loqueris, ac tacitus tecũ supputas? Etenim iamdudũ te affectans, audio soles & lunas, præterea autem & magnifica ista, mansiones ac parasangas, peregrina quædam commemorãtem. MENIP. Ne mireris amice, si sublimia aëriaq; tibi uideor loqui. nam summam apud me reputo nuper actæ peregrinationis. AMICVS. Nimirum Phœnicum exemplo uiam stellis notaras. MEN. Haudquaquam per Iouem: quin magis ipsis in stellis sum peregrinatus. AMIC. Papæ! longum profectò somnium mihi narras. siquidem totas edormisti parasangas insciens. MEN. Quid ais? somnium tibi referre uideor, qui modò ab ipso Ioue ipse reuersus adsum? AMIC. Quid audio?

A audio? Itáne Menippus nobis à Ioue delapſus ades è cœlo? MEN. Ita ſanè: ego tibi ab ipſo illo ſummo Ioue hodie uenio, rebus interim dictu miris & auditis & conſpectis. Quod ſi non credis, equidem hoc ipſo nomine ſupra modũ gaudeo, cum ſupra fidem eſſe uideo meam felicitatem. AMIC. Et quo pacto diuine atque olympie Menippe, mortalis cum ſim ac terreſtris, queam non credere uiro qui nubes ſuperarit, quiq; ut Homericis dicam uerbis, iam ſis cœlitum è numero unus? Verùm illud mihi dicito, ſi moleſtum nõ eſt, quibus modis in altum ſubuectus es, aut unde nactus ſcalas tanta magnitudine? Nam quantum ad faciem ac formam attinet, non es admodum ſimilis illi Phrygio: ut coniectare
B poſſimus te quoque ab aquila raptum fuiſſe, quò pocillatoris alicubi munere fungereris. MEN. Non me clam eſt te iamdudum irridere. Neque uerò id omnino mirum, ſi narrationis nouitas tibi fabulæ uidetur aſſimilis. Cæterùm ad conſcenſum nihil mihi erat opus neque ſcalis, neq; uti pueri illius in morem ab aquila raperer: propterea quòd alæ mihi eſſent propriæ. AMIC. Iam uerò iſtud quod narras, uel ipſum Dædali factum ſuperat. Siquidem præter alia, nobis inſcientibus miluius quiſpiam aut graculus ex homine factus es. MEN. Rectè amice, neque procul à ſcopo conieciſti. Etenim illud Dædali de alis inuentum ipſe quoque ſum machinatus. AMIC. At interim omnium audaciſſime, nõ ue-
C ritus es ne tu quoq; alicubi in mare delapſus, Menippéum aliquod pelagus tibi cognomine redderes, quemadmodum ille Icarium? MEN. Nequaquam. Siquidem Icarus cum alas haberet cera agglutinatas, eaq; quamplurimum ad ſolem eſſet liquefacta: defluxis alis non mirum ſi décidit. At nobis citra ullam ceram erant pennæ. AMIC. Iſtud quî fieri potuit? Iam enim haud ſcio quo pacto paulatim me adducis ut uera uideantur quæ narras. MEN. Ad hũc ferme modum. Aquilam egregiè magnam, tum autem & uulturem ualidum arripui. His cum alas unà cum ipſis brachiis præſecuiſſem. Quin potius, ſi uacat, totius commenti rationem ordine tibi percenſebo. AMIC. Mihi quidem uel maximè uacat.
D adeò ſublimis à ſermone tuo pendeo: iamq; ad narrationis finẽ inhio. Ne uerò me negligas, per Iouem amicitiæ præſidem, auribus in aëre ſuſpenſum ob tuam narrationem. MEN. Auſcultа igitur. Neque enim ciuile fuerit, ſi ſpectem amicũ ore hiante relictum, eumq;, quemadmodum tu ais, ab auribus ſuſpenſum. Ego igitur cum expendens ea quæ ſunt in uita mortalium, protinus omnes res humanas reperiſſem ridiculas, humiles, inſtabiles, nempe opes, imperia, magiſtratus: contemptis his, atque horum ſtudio, adiectoq; animo ad ea quæ uerè ſunt bona: conatus ſum ab his tenebris emicare, & ad uniuerſi naturã ſuſpicere. Atq; hîc mihi multam attulit hæſitationem, primùm hic ipſe qui à ſapientibus appel-
E latur mundus. Neque enim inuenire poteram, neque quo pacto factus fuiſſet, neque quo opifice, neque quod eſſet illius uel initium, uel finis. Deinde cum particulatim contemplarer, multo etiam magis ambigere ſum coactus, quippe qui uiderem ſtellas temere per cœlũ diſiectas. Tum ſolem ipſum, quid tandem eſſet, ſcire geſtiebam. Super omnia uerò, quæ Lunæ accidebant, mihi uidebantur abſurda, ac planè mira: putabamq; cauſſam aliquam arcanam & inexplicabilem eſſe, cur illa ſubinde ſpeciem formamq; uariaret. Quinetiam fulgur emicans, tonitru erumpens, tum pluuia, nix, grando, è ſublimi demiſſa, uidebantur hæc quoque omnia cõiectu difficilia, quæq; nullis notis deprehẽdi poſſent. Itaque cum ad eum modum eſſem affectus, optimum factu ratus ſum, ut horum

unumquodq; à philoſophis iſtis perdiſcerem. Siquidem exiſtimabam illos ueri- F
tatem omnẽ docere poſſe. Quare cum ex illis præſtantiſſimos delegiſſem, quã-
tum mihi coniectare licebat è uultus auſteritate, éque coloris pallore, ac barbæ
profunditate (mirũ enim ut mihi ex ipſo protinus aſpectu ſublimiloquos quoſ-
dam, & cœleſtium rerum peritos uiros præ ſe ferebant) his ubi memet docen-
dum tradidiſſem magna pecunia (quam partim eueſtigio præſentẽ numeraui,
partim tum me perſoluturum ſum pollicitus, ubi ad philoſophiæ ſummam per-
uẽtum eſſet) non grauabar erectus ad nugas doceri, & uniuerſi diſpoſitionem
diſcere. At illi tantum aberant ut me priſtina liberarent inſcitia, ut in maiores
etiam dubitationes coniecerint: principia neſcio quæ, ac fines, tum inſecabilia, G
inania, ſyluas, ideas, atque id genus alia mihi quotidie offundẽtes. Verùm illud
interim mihi uidebatur omnium eſſe grauiſſimum, quòd cum nihil inter illos
conueniret, uerùm pugnantia diuerſaq; inter ſe omnia loquerentur: tamẽ po-
ſtulabant ut ſibi fidem haberem: ac ad ſuam quiſq; rationem me conabatur ad-
ducere. AMIC. Rem abſurdam narras, ſi uiri cum eſſent ſapientes, inter ſeſe de
rebus factioſe diſſidebant, neque de iiſdem eadem probabant. MEN. Atqui ri-
deres amice, ſi audieris illorũ arrogantiam, & in diſſerendo prodigioſam con-
fidentiã: qui quidem cum humi ingrederẽtur, nihiloq; præſtantiores eſſent no-
bis qui ſuper terram ambulamus, ne cernentes quidẽ acutius quàm quiuis alius H
*De cœlo & rebus ſublimibus.* adſtans, nonnulli cæcutientes etiam ſenio atque inertia: tamẽ & cœli terminos
perſpicere ſeſe profitebantur: ſolem quoque ipſum dimetientes: & ea quæ ſu-
pra lunam ſunt, aggredientes. Ac perinde quaſi ex ipſis delapſi ſtellis, ita & ma-
gnitudinem illarum & figuram explicabant. Ac ſæpenumero cum fortè ne il-
lud quidem certò ſcirent, quot ſtadiis à Megara abeſſent Athenæ: tamen ſpaciũ
quod intereſt inter ſolem & lunam, quot eſſet cubitorum, audebant pronun-
ciare: tum aëris altitudinem, maris profunditatem, terræ ambitum dimetientes.
Ad hæc circulos depingebant, ac triãgulorum figuras ſuper quadrangulos in-
ducentes: neque nõ ſphæras quaſdam picturatas, cœlum ſcilicet ipſum metien- I
tes. Iam uerò illud an non inſulſum, & inſignis arrogantiæ, quòd cum de rebus
uſqueadeo incertis loquantur, nihil tamen ita proponunt, quaſi cõiecturis du-
cantur: uerùm ſupra modum contendunt, neque ullum uincẽdi locum aliis re-
linquunt: tantùm non iureiurando confirmantes, Solem maſſam eſſe candefa-
ctam: incoli Lunã: ſtellas aquam potare, idq; Sole ueluti ſitula quadam per fu-
nem demiſſa uaporem è mari attrahẽte, atque illis omnibus ordine potum diſ-
tribuente. Nam quanta ſit in dictis pugnãtia, id haud difficile fuerit cognoſce-
re. Iam mihi ſpecta per Iouem, num illorum decreta inter ſe cõſentiant, ac non
*De mundo.* magis longiſſimis diſſita interuallis: quandoquidem primũ de ipſo mundo ua- K
ria eſt ſententia: cum aliis & ingenitus, & nunquam interiturus eſſe uideatur:
rurſum alii & opificem illius, & fabricãdi modum eloqui ſint auſi. Quos equi-
dem cum primis admirabar: propterea quòd cum Deum quendam rerum o-
mnium opificem præpoſuiſſent, non illud etiam adderẽt, uel unde is eſſet pro-
fectus, aut ubi loci conſiſteret cum omnia fabricaretur. Nam ante uniuerſi ex-
ortum non poſſis uel tempus uel locum imaginari. AMIC. Prorſus audaces
quoſdam Menippe homines, ac prodigiorum auctores mihi narras. MENIP.
Quid autem ſi iam audias, uir optime, quæ diſſerant & de ideis, & de incorpo-
reis: tum quæ de finito & infinito nugãtur? Nam & his de rebus acriter inter ſe

digladiantur,

A digladiantur,dum alii fine circumſcribunt uniuerſum:alii contrà finẽ illud neſcire exiſtimant. Quin inſuper quidam ex iſtis complures eſſe mundos demonſtrabant, damnantes eos qui de hoc uelut uno quopiam illorum diſputarent. Rurſum alius,neſcio quis uir,haudquaquam amicus paci,bellum rerũ omnium parentem eſſe cenſebat. Nam de diis quid iam attinet loqui? cum his Deus eſſet *De Deo.* numerus:illi rurſus per canes & anſeres ac platanos deierarent:deinde alii reliquis omnibus diis expulſis,uni ſoli rerum omnium imperium tribuebãt: ita ut mecum etiam animo diſcruciarer cum tantam audirem deorum inopiam. E diuerſo alii liberaliores,multos deos faciebant:ac diſſectis illis,hunc aliquem pri-
B mum deum appellabant: his ſecundas aut tertias diuinitatis partes tribuebant. Ad hæc alii incorporeum quiddam & informe putabant eſſe numen, alii corpus eſſe imaginabantur. Deinde non omnes erant in hac opinione,ut putarent diis eſſe curæ res mortalium:uerùm erant nonnulli qui eos omni cura liberan- *De diuina* tes,haud aliter atque nos cõſueuimus ætate defectos à miniſteriis dimittere:ni- *prouidentia.* hilo aliuſmodi eos inducunt,quàm cuiuſmodi in comœdiis induci ſolent ſatellitia. Iam alii ſuperantes hæc omnia, ne eſſe quidem ullos omnino deos credebant:ſed mundum nullo domino, nulloq; duce temere ferri ſinebant. Atqui cũ hæc audiebam, uerebar nõ habere fidem uiris altifremis,ac probè barbatis:ne-
C que tamẽ inueniebam ad cuius dicta me uerterem, ut aliquam illorum ſententiam nanciſcerer irreprehenſam, ac nequaquam ab alio ſubuerſam. Itaque planè tandem Homericum illud mihi uſu ueniebat. Nam ſæpenumero animus incitabat,ut huic alicui illorum crederem,ſed me mens diuerſa uetabat. In quibus omnibus cum perplexus hæſitarem, deſperabam futurum ut ſuper his uerum aliquid in terris audirem:cæterùm unica tantùm uia,uniuerſa dubitatione liberari poſſe,ſi ipſe alis aliqua ratione additis,in cœlum aſcenderem. Eius rei conficiendæ ſpem mihi præbuit primùm ipſa cupiditas: deinde fabularum ſcriptor Aeſopus:qui aquilis ac ſcarabeis,interdum & camelis cœlum adiri potuiſſe de-
D monſtrat. Verùm ut mihi ipſi alæ prouenirent aliquando, id nulla ratione fieri poſſe uidebatur: cæterùm ſi uulturis aut aquilæ alas induiſſem (nam has ſolas ſufficere ad humani corporis modum) futurum forſitan ut mihi ſuccederet experientia. Itaque correptis auibus, alteri dextram alam, porrò uulturi ſiniſtram amputaui: idque admodum ſcitè. Deinde quum obligaſſem, humeriſque loris ualidis accommodaſſem, tum ſummis pennis anſas quaſdam manibus inſerendis addidiſſem: mei ipſius periculum faciebam, primùm ſubſiliens, ac manibus interim ſubſeruiens, & anſerũ exemplo paulum adhuc à terra uolatu me ſuſtollens,inter uolandum ſummis interim pedibus ingrediens. Poſtea
E quum res ex animi ſententia ſuccederet, iam audacius etiam experimẽtum aggrediebar: conſcenſaque arce demiſi me ipſum per præceps, atque inde in ipſum ferebar theatrum. Mox ubi nullo periculo deuolaſſem, ſublimia iam & ardua cogitare cœpi:ac tollens me à Parnetho ſiue Hymetto,ad Geraníam uſque uolabam. Rurſum inde ad Acrocorinthũ ſubuolaui:deinde ſupra Pholoën & Erymanthum ad Taygetum uſque. Ergo quum tandem audax facinus ſatis eſſem meditatus,iamq; perfectus & altiuolus euaſiſſem, non amplius de pullis imitãdis cogitabam:uerùm conſcenſo Olympo,cibo quamleuiſſimo paſtus,inde rectà in cœlum tendere cœpi:initiò quidem oborta oculorum uertigine ob profunditatem:& poſtea ferebam & hoc quoq; facilè. Verùm ubi iam ipſi lunæ

uicinus essem, plurimumq; nubium essem emẽsus: sentiebam me defatigatum, F
maximè in ala sinistra, nempe uulturina. Huc igitur diuerti, ac super eam insidens requiescebam: in terram interim è sublimi respiciens, neque secus quàm Homericus ille Iupiter, nunc bellacium Thracum regionem despiciens, nunc Mysorum, mox (si libuisset) Græciam, Persidem, Indiamq;: ex quibus omnibus uaria quadam uoluptate perfundebar. AMIC. Ergo ista quoque narrabis Menippe, ne ulla prorsus peregrinationis parte fraudemur: quin potius siquid obiter in itinere conspexisti, fac ut hoc quoq; sciamus. Nam ego sanè haud mediocria dicturum te expecto, de terræ forma, deq; omnibus quæ in terra sunt, cuiusmodi tibi uisa sunt ex alto contemplanti. MENIP. At tu quidẽ rectè con- G
iectas amice. Quamobrem quatenus licet, conscensa luna inter narrandũ peregrinanti comes esto, simulq; mecum contẽplare totã terræ speciem, habitumq;. Atque initiò quidem admodum pusillã quandam terram mihi uidere uidebar, multo, inquam, luna minorem: ita ut ego repentè intentis oculis diu dubitarem ubinam essent tanti illi montes, ac tãtum mare. Quòd ni Rhodiorum colossum conspexissem, tum Phariam turrim, haud dubiè prorsus ubinam esset terra, me prorsus latuisset: uerùm ista quòd sint sublimia, præq; cæteris eminentia, præterea oceanus paulatim ad solem resplendescens, indicabant terram esse id quod uidebam. Mox ubi fixius intenderem oculos, iam mihi omnis morta- H
lium uita cœpit esse conspicua, nõ solùm singulæ nationes atq; urbes: sed planè uidebam nauigantes, bellantes, agricolãtes, litigantes, mulieres, feras, & ut summatim dicã, quicquid tellus educat alma. AMI. Ista quæ nunc dicis, haud quaquam sunt uerisimilia, ac secũ pugnantia. Etenim quũ paulo antè Menippe terrã requireres, propter ingens in medio interuallũ in arctũ contractam, adeò ut nisi colossus tibi feciisset indicium, forsitan aliud quiddã uidere te credidisses: quî repentè factus Lynceus, cũcta quæ sunt in terra, dignoscis, homines, feras, ac propemodum etiam culicum nidos? MENIP. Rectè tu quidem ad- I
mones: nam quod maximè dictum oportuit, id nescio quomodo præterii. Siquidem quum ipsam quidem terram conspectam agnoscerem, cæterùm reliqua non possem perspicere propter altitudinem, nimirum iam non pertingente oculorum acie: grauiter ea res me discruciabat, ac uehementer perplexum habebat. Ego quum ad hunc modum essem solicitus, ac propemodum etiam lachrymarer: adest à tergo sapiens ille Empedocles, ea specie, ut carbonarium quempiam esse diceres, cinere oppletus, atque exustus. Hunc ego quum uidissem (dicendum est enim) nonnihil perturbabar, ratus dæmonem aliquem lunarem uidere me. At ille, Bono, inquit, es animo Menippe.

Nullum ego sum numen: quid me immortalibus æquas? K

Sum Empedocles ille physicus. etenim ubi me præcipitem in crateras iniecissem, fumus ab Aetna raptum huc subuexit. Itaq; nunc lunam incolo, aëriuagus plerunq;: ac rore uictito. Adsum autem hæsitantiam istam tibi adempturus: nam illud (ni fallor) malè te habet, torquetq;, quòd non liceat tibi perspicuè terram cernere. Bene abs te factum est, inquã, optime Empedocles. ubi primùm deuolaro rursus in Græciam, tui memor sacrificabo tibi in fumario: atque in Nouiluniis ter ad lunam inhians uota faciam. Imò per Endymionẽ, inquit ille, haud huc accessi præmii gratia, sed affectio quædam mouit animum meum, quum te uiderem affectum molestia. uerùm scis quid facies, quò perspicax fias? Non per

Iouem,

A Iouem,inquam,niſi tu mihi forſitan caliginem amoueas ab oculis. nam in præ-
ſentia uideor nõ mediocriter lippire. Atqui me,inquit ille,nihil erit opus. E te-
nim ut acutè uideas, id ipſe tecum è terra allatum habes penes te. Quid igitur
eſt iſtud?inquam,neque enim noui. An ignoras,inquit,te dextram aquilæ alam
indutum eſſe? Scio, inquam,maximè, ſed quid alæ cum oculo? Quoniam, in-
quit, aquila inter animantia cætera acutiſſimi uiſus eſt: unde ſola ſolem aduer-
ſum obtuetur:atque ita demum eſt rex & ingenua aquila, ſi non conniuenti-
bus oculis aduerſos radios aſpiciat. Ita quidem aiunt,inquã. quare iam me pœ-
nitet, qui non meis exemptis oculis aquilinos inſeruerim cum huc aſcẽderem.
B Nam nunc ſanè dimidiatus aduenio, neq; omni ex parte ſatis regaliter adorna-
tus, quin magis adſimilis uideor nothis iſtis & abdicatis. Attamen in te eſt, in-
quit,ut protinus alterum oculum regalem habeas. Etenim ſi aſſurges,uelíſque
cohibita uulturis ala, alteram ſolam mouere, iuxta proportionem alæ dextro
oculo cernes acutè: quo minus altero cæcutias, nulla ratione ſuccurri poteſt,
propterea quòd ad partẽ pertineat deteriorem. Mihi,inquam,ſatis eſt ſi uel de-
xtra ex parte aquilino more cernam. Nihilo enim fuerit deterius, cum mihi nõ
rarò uidiſſe uidear fabros altero oculo melius etiã ad regulam exæquãtes ligna.
Hæc locutus,ſimul ea faciebam quæ præceperat Empedocles. Ille interim pau-
C latim ſubducens ſeſe,ſenſim in fumum euanuit. At ſimul atq; mouiſſem alam,
ingens lumen mihi circumfulſit, adeò ut cũcta fierent in conſpicuo, quæ hac-
tenus latuerãt. Deflexis igitur in terram oculis, clarè uidebam & urbes,& ho-
mines,& quæ fiebant: neque ſolùm ea quæ ſub dio,uerumetiam quæ domi fa-
ciebant,rati ſeſe à nemine uideri. Ptolemæum uidi cum ſorore rem habentem, *Regũ uita & mores.*
Lyſimacho ſtruentem inſidiãs filium, Antiochũ Seleuci filium nouercæ Stra-
tonicæ clanculum innuentem, Theſſalum Alexãdrum ab uxore tolli è medio,
Antigonum filii uxorem adulterio ſtuprantem, Attalo uenenum porrigentem
filium. Rurſum ex altera parte Arſacem interficientem mulierculam,& Arba-
D cem eunuchum gladium educentẽ in Arſacem. Porrò Spartinus Medus è con-
uiuio foras protrahebatur a ſatellitibus,calice aureo in frontem impacto. Atque
his ferme conſimilia tum in Libya,tum apud Scythas ac Thraces in regiis geri
licebat cernere,nempe adulterantes,occidentes,inſidiantes, rapientes,peiran-
tes,trepidantes, nonnullos ab intimis amicis prodi. Ac regum quidem negocia
huiuſmodi mihi ſpectaculum exhibebant. Cæterùm quæ factitabãt plebei,lon- *Plebeiorũ res ac ſtudia.*
gè magis erãt ridicula. Siquidem inter hos uidebam Hermodorum Epicureum
ob mille nummûm peierantem, Agathoclem Stoicum de mercede diſcipulum
in ius uocantem, Cliniam rhetorem ex Aeſculapii fano phialam auream ſuffu-
E rantem,Herophilum Cynicum in fornice dormientem. Quid enim alios com-
memorem,qui parietes perfoderent,qui lites agitabant,qui fœnerabãt, qui re-
poſcerent?Nam uarium quoddam & undique mixtum erat ſpectaculum. AMI.
Atqui rectè facies Menippe,ſi iſta quoque retuleris. Conſentaneum eſt enim te
ex his non uulgarem cepiſſe uoluptatem. MENIP. Ne fieri quidem poteſt
amice,ut cuncta ordine recenſeam,quum ſpectare modò iſta fuerit difficillimũ:
uerùm rerum faſtigia eiuſmodi ferme uidebãtur,qualia refert Homerus in cly-
peo, ubi erant conuiuia, nuptiæ'que, altera ex parte iudicia, & conciones:
rurſum alia ex parte ſacrificabat quiſpiam,in proximo uerò conſpiciebatur ali- *Gẽtiũ uitia & proprietates.*
quis luctum agens. Porrò quum ad Geticam reſpicerem, uidebam bellige-

rantes Getas. Rursum ubi ad Scythas deflecterem, cernere erat errãtes in plaustris. Mox ubi paululum in diuersam partem deflexissem oculum, spectabam agricolantes Aegyptios. Phœnix scortabatur, Cilix latrocinabatur, Lacon loris cædebatur, Athenienſis causſas agebat. Hæc omnia quum eodem tempore gererentur, cogita nunc cuiusmodi uisa fuerit rerũ confusio. Non aliter quàm siquis producat multos saltatores, uel potius multas choreas: deinde præcipiat ut omisso concentu propriam quisq; cantionem canat. Deinde si certatim canat unusquisque, & peculiarem suum cãtum absoluere studeat, uocisq; magnitudine uicinum superare contendat: cogita tecum per Iouem, cuiusmodi futurus sit eiusmodi cantus. AMIC. Modis omnibus Menippe ridiculus ac confusaneus. MEN. Atqui, Amice, hoc genus sunt omnes qui in terris choreas agũt, omnisq; mortaliũ uita ex huiusmodi constat discrepantia: quippe qui non modò sonent absona, uerùm & ornatu sint dissimili, diuersaque moueant, neque quicquam idem cogitent, donec choragus omnes è scena exigat, negans diutius choreas ducere oportere. Id ubi factum est, iam omnes sunt inter se similes, taciti, nec amplius confusam illam & incomposita canentes cantionem. Verùm in uario ipso ac multiformi theatro uidelicet ridicula erant quæ gerebantur omnia: præcipuè uerò mihi risum mouebant ii qui de agrorũ finibus contendebant, quique sibi placerent hoc nomine, quòd Sicyonium agrum colerent: aut quòd Marathonis eam partem haberent, quæ est iuxta Oenoën, aut quòd in Acarnania iugerûm mille possiderent: cum uniuersa Græcia, quemadmodum id temporis mihi è sublimi despiciẽti uidebatur, quatuor digitorũ spacium habere uideretur. Attica, nisi fallor, pro portione minima pars erat. Itaque perspexi quid esset reliquũ quod diuitibus istis animos tolleret. Etenim is qui inter hos quamplurimum agri possidebat, uix unam ex Epicureis atomis colere mihi uidebatur. Cæterùm ubi ad Peloponesum flexissem oculos, deinde terram Cynosuræ subiectam aspexissem, ueniebat in mentem, pro quãtula regione, quæ nihilo esset latior lente Aegyptia, tam ingens Argiuorũ ac Lacedæmoniorum multitudo cecidisset uno die. Porrò si quem cõspexissem auro superbientem, quòd annulos haberet octo, phialas quatuor, magnopere ridebam & hunc. Nam Pangæum uniuersum unà cum ipsis metallis, uix erat magnitudine micæ. AMIC. O te felicem Menippe, qui tam nouum spectaris spectaculum. Sed age dic mihi per Iouem, ciuitates, atque homines ipsi, quãti uidebantur ex alto contemplanti? MENIP. Equidem arbitror te sæpenumero formicarum concionem uidisse, aliquas in orbem obambulantes, nonnullas exeuntes, rursum has in ciuitatem redeuntes. Atque hæc quidem fimum exportat, hæc alicunde raptam fabæ tunicam, aut dimidiatum frumenti granum currens apportat. Consentaneum est autem pro ratione uitæ formicarum, esse apud illas & ædium fabros, & concionatores, & magistratus, & musicos, & philosophos. Sed urbes sanè cum ipsis uiris, formicarum nidis maximè uidebantur assimiles. Quòd si tibi uidetur humilius exemplum, uiros cum formicarum republica cõferre, uetustas Thessalorum fabulas specta. Reperies enim Myrmidonas, gentem bellicosissimam, è formicis uiros natos esse. Iam posteaquam satis spectassem omnia, satisq; risissem, excussi meipsum, subuolaui ad reliquos diuos Iouis altitonantis in ædes. Nondum stadium ascenderam, cum Luna, fœminea sonans uoce, Menippe, inquit, ita tibi contingant quæ optas: inserui mihi in re

quapiam

A quapiam apud Iouem. Dic, inquam. neque enim erit moleſtum, niſi ſiquid oneris ſit portãdum. Nuncium, inquit, quẽdam haud grauem, ac petitionem meo nomine Ioui perferes. Enecor, Menippe, & multa & intoleranda ab iſtis philoſophis audiẽs, quibus præterea nihil eſt negocii, niſi ut curioſi res meas exquirant, quæ ſim, quanta ſim, & quam ob cauſſam diſſecer, dimidiataq; fiam, curq; utrinq; gibboſa uidear. Tum hi me dicũt inhabitari: illi ſpeculi ritu ſupra mare ſuſpenſam eſſe. Alii rurſus quod quiſque ſecum excogitarint, hoc mihi tribuunt. Poſtremò ipſum quoque lumen aiunt mihi & furtiuum eſſe, & adulterinum, quodq; ſupernè à ſole proficiſcatur: neque finem faciunt, etiam cum
B hoc qui mihi frater eſt, committere me, & factionem inter nos ſerere conantes: neq; ſatis erat illis quæ de ipſo dixerunt ſole, ſaxum eſſe illum, & maſſam candentem. Et tamen quàm multarum rerum illis ſum conſcia, quas noctu patrãt turpiſſimas & execrandas, cum interdiu tetrici ſint, & aſpectu uirili, habitúque graues, & imperitorũ oculos in ſe coniectos habentes! Atq; ego cùm iſta uideã, ſileo tamen. Neq; enim decorum arbitror, retegere atque in lucem efferre nocturnas illas diatribas, & quam quiſq; in operto uiuat uitã. Quinetiam ſi quem conſpicerem adulterantem, aut furantem, aut aliud facinus quammaximè nocturnum audentem: continuò contracta nube tegebam, ne uulgò oſtenderem
C uiros ſenes ea gerentes, quæ neque barbæ prolixæ, neque uirtutis profeſſioni eſſent decora. At iſtis pro nihilo eſt oratione me diſcerpere, modiſque omnibus cõtumelia afficere, adeò ut (teſtis eſt mihi nox ipſa) ſæpius in animo habuerim, quàm poſſem hinc longiſſimè demigrare quopiam, ubi liceret curioſam iſtorum linguam effugere. Hæc igitur memineris ut Ioui renuncies: ſimulq; illud addas, ne fieri quidem poſſe ut hoc in loco durem, niſi phyſicos illos comminuat: dialecticis os occludat: Stoam demoliatur: Academiam exurat: quæ in Peripato habentur diatribis finem imponat. Siquidem ad hunc denique modum fiet, ut mihi paretur quies, deſinantq; me quotidie cõmetiri. Fient, inquam, quæ
D mandas. ſimulq; rectà ad ipſum cœlum tendebam, Nulli ubi comparent hominũmue boũmue labores. Etenim paulò pòſt ipſa etiã Luna mihi perpuſilla uidebatur è ſublimi. Tandem & terram obtexerat. Porrò relicto ad dextram ſole, per ipſas uolans ſtellas, tertio die ad cœlum perueni. Ac primùm quidem mihi uiſum eſt, protinus ita ut erã, introire: ratus facilè fieri poſſe ut fallerẽ, quippe dimidia mei parte aquila. porrò aquilam ſciebam iam olim eſſe Ioui familiarem. Pòſt apud me perpendebã, illos quamprimum deprehẽſuros eſſe me, qui alteram alam uulturinam indutus eſſem. Quapropter optimum factu ratus, nõ temere uenire in periculum, adiens pulſaui fores. At Mercurius audito pulſu,
E ac nomen percontatus meum, feſtinatò abiit, Ioui renunciaturus. Nec multò pòſt introſum accerſitus, magnopere pauitans ac tremens. Offendóque Deos omneis pariter conſidentes, nec hos abſque ſolicitudine. Nonnihil enim animos illorum turbabat nouus & inopinatus aduentus meus. Et quantum antea nunquam, expectabant futurum ut mortales omnes mox aduenirent ad eundem modum alati. Porrò Iupiter admodum terribili uultu toruoq; & Titanico me obtuens, inquit: Quiſnam es, & unde uenis? ubinam urbs tibi, quiue parentes? Hoc ubi audiſſem, propemodum metu ſum exanimatus. Attamen conſtiti ſtupidus, præque uocis magnitudine attonitus. Aliquanto pòſt ad me reuerſus, omnia dilucidè expoſui, ab ipſo exorſus capite, quemadmodum

concupiſſem ſublimia illa cognoſcere: quemadmodum acceſſiſſem ad philoſo- F
phos: quemadmodum pugnantia loquentes audiſſem: quemadmodum deſpe-
raſſem diſtractus illorum dictis: deinde meum inuentum, tum alas, reliquáque
omnia uſque ad ipſum cœlum. Poſt omnia addidi quæ Luna mandarat. Itaque
ridens Iupiter exporrectis aliquantum ſuperciliis, Quid dicas, inquit, de Oto
& Ephialte, cum auſus ſit & Menippus in cœlum aſcendere? At in præſentia
quidem te ad hoſpitii conſuetudinem inuitamus. Cras, inquit, ſuper his quo-
rum gratia huc aduenisti, dato reſponſo dimittemus. ſimulq; cum dicto ſurgés,
ibat ad eam cœli partem, unde maximè omnia poterãt exaudiri. Iam enim tem-
pus erat ut uotis audiendis conſideret. Atque interim inter eundum percon- G
tabatur me ſuper his negociis quæ eſſent in terra: ac primùm quidem illa: Quan-
ti nunc uænit triticum in Græcia: Et num ſuperior hyems grauiter uos tetigit:
Et num holera egent imbre copioſiore. Sub hæc rogabat, nunquis adhuc ſu-
pereſſet è Phidiæ genere: Et quam ob cauſſam Athenienſes tot annos Iouia-
lia intermiſiſſent: Et num in animo haberent Olympium ſuum abſoluere: Et
num eſſent comprehenſi qui templum Dodonæum ſacrilegio ſpoliaſſent.
Ad ea cum reſpondiſſem: Dic mihi (inquit) Menippe, de me uerò quam habent
homines opinionem? Quam, inquam, ô here, niſi maximè piam? nimirum o-
mnium Deorum regem eſſe te. Ludis tu quidem, inquit. Cæterùm ego cõten- H
tionem illorum probè noui, etiam ſi nihil fateare. Siquidem fuit olim tempus,
cum illis & uates eſſe uiderer, & medicus. In ſumma, unus eram omnia. Tu Io-
uis plenæ erant & uiæ omnes, ſimul & mortalium conciones. Piſa ac Dodona
ſplendidæ erant, ac conſpiciendæ omnibus. Porrò præ fumo ſacrorum nec at-
tollere oculos mihi licebat. Verùm poſteaquam Apollo apud Delphos conſti-
tuit oraculum, Aeſculapius medicinæ officinam Pergami, ſimul atque Bendi-
dium natum eſt in Thracia, Anubis templum in Aegypto, Dianæ apud Ephe-
ſios: ad iſta quidem concurrunt omnes, ſolennes conuentus celebrant, Heca-
tombas offerunt: mihi uerò tanquam ætate defecto, abũde magnum honorem I
habuiſſe ſe putant, ſi ſolido quinquennio ſacrificarint in Olympia. Proinde ui-
deas aras meas frigidiores, quàm ſint uel Platonis leges, uel Chryſippi ſyllogi-
ſmi. Huiuſmodi quæpiam cõfabulati, in eum peruenimus locum, ubi conſeſſu-
rus erat ad exaudienda uota. Erant autem ordine ſitæ feneſtræ, cuiuſmodi ſunt
ora puteorum, habentes opercula. iuxta unamquanque ſella poſita erat aurea.
Itaque Iupiter cum ad primam aſſediſſet, detracto operculo præbuit ſeſe pe-
tentibus. Optabant autẽ ex omni undique terra, diuerſa uariaq;. Nam ipſe quo-
que admotis pariter auribus ſimul audiebam uota. Erant autem huiuſmodi: O
*Vota mortalium.* Iupiter, contingat mihi regnum. O Iupiter, contingat cepas & allia mihi proue- K
nire. O Iupiter, utinam pater mihi breui moriatur. Rurſum alius aliquis dicit:
Vtinam exiſtam hæres uxoris. Vtinam nemo reſciſcat me ſtruxiſſe inſidias fra-
tri. Contingat mihi uincere litem, coronari Olympia. Porrò ex his qui nauiga-
bãt, hic optabat ut ſpiraret Boreas, ille ut Notus. Agricola optabat pluuiã, con-
trà fullo Solem. At Iupiter audiens, & ſingula uota diligenter expendens, non
omnibus pollicebatur, uerùm hoc conceſſit Saturnius, abnuit illud. Nam iuſta
uota per os feneſtræ ſurſum admittebat, admiſſa ad dextram ſtatuẽs: rurſus ini-
qua remittebat irrita, flatu deorſum redigens, ne poſſint ad cœlum accedere.
Super uno quodam uoto uidebam illum etiam ambigentem. Etenim cum eſ-

ſent

A sent duo qui diuersa peterent, æquales uictimas pollicitantes, non inueniebat utri potius annueret. Itaq; iam Academicũ illud illi accidebat, ut nihil statuere posset: uerùm exemplo Pyrrhonis suspensus hærebat etiam ac considerabat.

Porrò quũ iam satis uota proponentibus dedisset operam, ad proximam digressus sellam, & ad secundam fenestram, prono capite fœdera ferientibus ac iurantibus dabat operam. Vbi his quoque responsum esset, ac Hermodorum Epicureum fulmine comminuisset, ad proximam deinde sellam sese transtulit, de diuinationibus omnibus & auguriis auditurus. Hinc ad sacrificiorum fe-

B nestram transiit, per quam fumus ascendens, denunciabat Ioui nomen uniuscuiusque qui rem diuinam faceret. Rursum omissis his, uentis & horis mandabat quæ facere deberent. Hodie apud Scythas pluito, apud Libyes fulgurato, apud Græcos ningito. At tu Borea spira in Lydia. Tu Note quiesce. Zephyrus Adriani undas concitet. Tum in Cappadociã grandinis mille modii dispergantur. Tandem omnibus ferme ordinatis, discedebamus in eum locum ubi compotant Dii. Iam enim cœnæ tempus erat: meq; Mercurius arreptum iussit accumbere iuxta Panem & Corybantes, & Attin ac Sabazium, inquilinos istos & ancipites Deos. Interea panem exhibebat Ceres, Bacchus uinum, Hercules

C carnes, Myrtũ Venus, Neptunus Mænides. Simul interim & ambrosiam & nectar furtim degustabam. Nam optimus ille Ganymedes, ut est hominum amãs, siquando conspexisset Iouem auertere oculos, nectaris cyathum unum, nonnunquam etiam duos mihi infundebat. Dii uerò, quemadmodum alicubi dixit Homerus, & ipse opinor, ut ego, illic conspicatus, neque frumẽtum edunt, neque potant nigrantia uina: uerùm ambrosiam apponunt, & nectare inebriãtur: præcipuè uerò gaudent uesci sacrificiorum fumo, unà cum ipso nidore subuolante: ad hæc sanguine uictimarum, quem sacrificantes artis infundunt. Cæterùm inter cœnandum & Apollo cithara canebat, & Silenus Cordacem saltabat, & Musæ surgentes in medium, tum Hesiodi Theogonias nobis canebant,

D tum primam ex Pindaricis hymnis odam: deinde omnium saturi requieuimus quo quisque sederamus loco, satis uuidi potu.

At reliqui noctem diuíque hominesq; per omnem
Dormibant, me nequaquam sopor altus habebat:

uerùm mecum animo uersabam cum alia permulta, tum illa præcipuè, quî fieret ut Apollini tãto iam tempore non proueniret barba, aut quo pacto nasceretur nix in cœlo, quum sol semper adesset, unaq; conuiuium agitaret. Ac tum quidem pusillum obdormii: mane uerò surgens Iupiter, iussit indici concionẽ. mox quum adessent omnes, sic farier infit: Vti uos conuocarem, in causa fuit

E hospes hic, qui heri aduenit. Verùm quum alioqui iam olim mihi fuerit animus communicare uobiscum de philosophis, maximéque uerò à luna, hisq; de quibus illa queritur, commotus, statui haudquaquam diutius prorogare consultationem. Est enim hominum genus, quod non ita pridem in uita fluitare cœpit, iners, contentiosum, gloriæ auidum, iracundum, gulæ studiosum, stultum, fastuosum, contumeliosum, & ut uerbis Homericis dicam, Telluris inutile pondus. Isti igitur in sectas diuisi, ac uariis rationum labyrinthis excogitatis, alii sese Stoicos appellant, Academicos alii, alii Epicureos, alii Peripateticos, aliis item uocabulis his multo magis ridiculis. Deinde ubi uenerandum illud uirtutis nomen induerint, tum adductis in altum superciliis, promissaque barba,

*Contra philosophos.*

fucato habitu obambulant, deteſtandos mores ſecum circumferentes, ſimillimi F
nimirum iſtis Tragœdiarum hiſtrionibus, quibus ſi perſonas ſtolamq; illam auro ſparſam detraxeris, quod ſupereſt, id ridiculum eſt, nẽpe homũculus ſeptem denariis ad agonem conductus. Atqui huiuſmodi cum ſint, mortales quidem uniuerſos aſpernantur, de diis uerò abſurda prædicãt, contractisq; cœtibus adoleſcentulorum (quos nihil negocii ſit fallere) nobilem illam uirtutem oſtentãt, & uerborum ambiguitates docent, atque apud diſcipulos temperãtiam ſemper ac modeſtiã laudant, opes ac uoluptatẽ execrantur. Cæterùm ubi ſoli & apud ſeſe eſſe cœperint, quid attinet dicere quantopere ſeſe ingurgitent, quàm immodici ſint ad uenerem, quemadmodum autem etiam aſſium ſordes oblingãt? G
Iam illud eſt omnium grauiſſimum, quòd cum ipſi nihil agant, neq; publicum, neque priuatum, ſed inutiles ac ſuperuacanei deſideant: nuſquam in conſiliis, nuſquam numerentur in armis: tamen reliquos accuſant, ac uirulenta quædam dicta congerentes, neque non maledicta quædã meditati, obiurgant, proximisq; conuiciantur, adeò ut is inter hos primas tenere uideatur, qui clamoſiſſimus ſit, & impudentiſſimus, & ad maledicendum audaciſſimus. At ſanè ſiquis iſtum ſine fine iſta facientem, uociferantem, & cæteros incuſantẽ percontetur ad hunc modum: Tu uerò quid tandem facis? aut, quid per deos dicemus te ad uitam conferre? nimirũ reſpondebit, ſi modò recta ueraq; fateri uolet, hoc H
modo: Nauigare quidem, aut agros colere, aut militare, aut artem aliquã aggredi, ſuperuacaneum mihi uidetur: cæterùm clamo, ſqualeo, frigida lauo, incalceatus per hyemem obambulo: ac ueluti Momus ille, quæ ab aliis geruntur, calumnior: ac ſiquis diuitũ ſumptuoſius obſonarit, aut amicam habeat: id exquiro, atque indignor. Quòd ſi amicorum quiſpiam aut ſodalium morbo decumbat, curaq; & obſequio egeat, id ignoro. Hoc genus ſunt nobis, ô dii, hæ pecudes. Iã uerò qui ex his uocantur Epicurei, uehementer ſunt etiam contumelioſi, neq; mediocriter nos mordent, affirmantes neque diis eſſe curæ res mortalium, neq; omnino conſiderari à nobis quid apud illos agatur. Quas ob res tẽpus eſt ut de I
his conſultemus: propterea quòd ſi ſemel ualeãt hæc perſuadere iis qui ſunt in uita, non mediocriter eſurietis. Quis enim pòſt uobis rem diuinam faciat, cum nihil inde expectet emoluméti? Nam de quibus Luna hos accuſat, omnes audiſtis heri narrantẽ hoſpitem. Super his conſultate, quæ pariter & hominibus ſint quamutiliſſima, & nobis quamminimè periculoſa. Hæc locuto Ioue, frequẽs affremebat cõcio: mox clamatum eſt ab omnibus: effulmina, exure, comminue in barathrum, in tartarum, uti Gigantes. At Iupiter rurſum indicto ſilentio, Fiẽt iſta, inquit, quemadmodum uultis. Omnes comminuentur cum ipſa ſua dialectica. Quanquam in præſentia ſanè fas non eſt punire quenquã. Eſt enim Hie- K
romenia, ſicuti noſtis, quatuor hos menſes: iamq; inducias promulgaui. Itaque proximo anno ineunte uere mali malè perdentur formidando fulmine. Sic ait, atque ſuperciliis pater annuit atris. Porrò de Menippo hæc mihi uidentur, inquit, ut ademptis illi alis, nequando denuo redeat, à Mercurio deferatur hodie in terram. Hæc locutus dimiſit cœtum. Me uerò Cyllenius dextra aure ſuſpenſum, heri circiter ueſperã depoſuit in Ceramico. Audiſti omnia: omnia inquam amice, quæ è cœlo mecum affero. Quare abeo iam eadem hæc renunciaturus philoſophis in Pœcila inambulantibus.

# BIS ACCVSATVS, SEV FORA, Iac. Micyllo interp.

## ARGVMENTVM.

*Et hic Dialogus maxima ex parte cõtra philoſophos,idq; nominatim etiam inſtitutus eſt. Introducit enim iudicio inter ſe contendentes,primò Academiam & ebrietatem pro Polemone philoſopho,actione fugæ,quòd is cum antea per omnem ætatem ebrietati ac crapulæ deditus fuiſſet, audito fortè quodam Xenocrate, ſubitò relictis priore uita ac habitu,ad frugem redierit,ac philoſophari cœperit. Secũdò Stoam & uoluptatem pro Dionyſio Heraclienſi,iniuriarum: quoniam hic ab initio Stoicam profeſſionem ſecutus, mox cum morbo quodam correptus, ἐκκαθάρσιν iſtam quam Stoici docent, cum corpore ac ualetudinis affectione pugnare uideret, eamq; præſtare non poſſet, ad Epicureos defecerat. Tertiò mollitiem & uirtutem pro Ariſtippo, conſimili actione. Nam & hic cum ab initio Socratis auditor & uirtutis ſectator extitiſſet, poſtea uoluptatem ut finem bonorum aſſerere cœpit. Quartò menſariam Diogeni Cynico actionem fugæ intendentem, quoniam hic cum à principio quæſtum patris ſecutus,pro menſario ſeſe geſſiſſet, poſtea cum ob adulteratam monetam ſolum uertere coactus fuiſſet,Athenas uenit,& philoſophiam ſectari cœpit. Quintò pictoriam artem,Pyrrhonem ut deſertorem accuſantem,quòd ab initio pictor fuerat,poſtea autem relicta ea arte ad philoſophiam ſeſe contulerat. Videtur autem uelle Lucianus oſtẽdere & quàm ipſi homines abiecti ac uiles, quidam autem etiam perditi per ſe fuerint, qui apud alios de uirtute ac ſummis rebus philoſophari,& foris ſapientiæ titulo gloriari ſoliti ſint: & quàm à malis,interdum etiam turpibus principijs & cauſsis, ad tantarum rerũ profeſsionem proſiluerint, cum alium uidelicet ex ebrio ſubitò Academicum factum, alium ex impoſtore Cynicum,alium autem etiam ex propria affectione bonorum finem & uirtutis naturam æſtimaſſe oſtendit. Poſtremò autem & ſe ipſum à Rhetorica & à Dialogo reum fieri fingit:ab illa,quòd ea à qua plurimũ adiutus & nobilitatus fuerat,deſerta,ad Dialogum trãſierit.ab hoc autem, quòd ueterem eius characterem & modum egreſſus, iocoſa & comica argumenta, contra uetus Platonis exemplum,tractare cœperit. Quo iterum uidetur & ſtudiorum ſuorum & inſtituti rationẽ quandam exponere uoluiſſe, & pariter illis reſpondere quoque, qui ob ſcribendi genus, & dictionis nouitatem,ipſum fortaſsis nonnihil corripuerant, quemadmodum & ſuprà in Prometheo fecit. Ab exordio autem longam querelam Iouis de curis & officijs deorum præmittit, qua occaſionem inſtituto dramati quærit, & quaſi quandam uiam ad futuram actionẽ ſternit. Deinde & alterã Iuſtitiæ, quæ ſe in terras iterum à Ioue ad præſidendũ iudicijs uidelicet demitti grauatur. Vbi in genere quoq; philoſophorũ initia ſiue creationes, & cõtentioſas atq; clamoſas diſputationes perſequitur,adhibita ad hoc Panos perſona, utpote liberioris dei,& ipſam rem,ut eſt,πολυμερέστερον etiã narrantis. Titulus alter ab eo qui bis,hoc eſt,à rhetorica,& à Dialogo,accuſatur,ſumptus eſt,alter à toto argumento.*

Iupiter, Mercurius, Iuſtitia, Pan, Athenienſis, Alius, & Alius, Academia, Stoa, Epicurus, Virtus, Mollities, Diogenes, Rhetorice, Syrus, Dialogus.

ATQVE malè pereant, quicunque philoſophorum apud ſolos deos felicitatem eſſe dicũt. Quòd ſi igitur noſſent quàm multa nos hominum cauſſa patiamur, haudquaquam nos ob nectar aut ambroſiam beatos prædicarent, Homero uidelicet credentes, homini cæco, & præſtigiatori, beatos uocitanti nos, & ea quæ in cœlis geruntur, exponenti: cum ipſe ne illa quidem quæ in terris fiunt, aſpicere potuerit. Iam primũ certè Sol quidem hic iuncto curru totam diem cœlum circumuagatur, indutus igne, & reſplendens radiis, ne tantum quidem ocii habens, quantum ad ſcalpendam aurem, ceu dici ſolet, ſufficiat. Nam ſi uel paululum ceſſauerit inſciens, arreptis habenis equi, & à uia tranſuerſe euntes, omnia miſcere incendiis ſolent. Luna autem inſomnis & ipſa circumit, lumen exhibens iis qui nocturnis comeſſationibus atque laſciuiis indulgent, quiq; præter tempus à cœnis domum redeunt. Rurſus autem & Apollo negocioſam quandam artem profeſſus, parum abeſt quin totis obſurdeſcat auribus, tanta illi multitudine quotidie obſtrepente, atq; oracula efflagitante. Ac nunc quidem in Delphis illi eſſe neceſſe eſt, paulò autem pòſt Colophonem currendo petit. Inde & Xanthum tranſit, & curſu poſtea in Clarum abit, deinde uerò etiam in Delum, uel ad Brãchidas. Et in ſumma, ubicunque ſacerdos oraculorũ interpres, poſtquam de ſacro latice biberit, & lau-

IVPIT. Sol Luna. Apollo.

rum commanderit,ac tripodem impulerit,adeſſe iubet,impigrum ac ſtrenuum F
quamprimũ aſſiſtere neceſſe eſt,connectẽtem oracula, uel intercidere artis hu-
ius gloriam ſibi pati. Nolo enim dicere quàm multa,experiendæ artis,& pro-
*Alludit ad ea quæ de Cræſo ſcribit Herodotus lib. 1.* bandorum uaticiniorum cauſſa, inſidioſe quidam contra ipſum machinantur,
dum carnes agninas teſtudinéſque uno & eodem uaſe coctas illi apponunt:ut
niſi naſum acrem & acutum haberet, abiiſſet eo etiam deriſo Lydus ille. Nam
*Aeſculapius.* Aeſculapius quidem, cum ab ægrotantibus quotidie uexetur,& tuetur graue,
& tractat iniucunda, alienisq; ex malis proprias ſibi contrahit moleſtias. Quid
*Venti.* enim Ventos dicã plantas fouẽtes, & promouentes nauigia, iisq; qui frumen-
*Somnus, & Inſomnia.* ta uentilant,ac paleas ſecernũt,aſpirãtes? Aut Somnum,ad omnes uolantẽ? aut G
etiam Inſomnium unà cum Somno pernoctans,ac ueluti interpretem quẽdam
illius ſe gerẽs? Omnia enim hæc humanitate ac beneuolentia quadã erga mor-
tales dii operantur,& ad uitam in terris agendam ſingulis contribuunt. Ac cæ-
*Iupiter.* terorum quidem negocia adhuc mediocria. Ego uerò ipſe, omnium ille rex
ac pater,quàm multas moleſtias ſuſtineo? q̃ multa autem negocia habeo,tot ac
tantis curis diſtractus? Cui principiò quidem neceſſe eſt cæterorum deorũ ope-
ra inſpicere,quicunque aliquid commune in adminiſtrando imperio nobiſcum
agunt, ne deſides ſint, & ad res obeundas torpeſcant: deinde uerò ſeorſim ac
per me ipſum innumerabilia quædam peragere,eaq; quæ propè incomprehẽſi- H
bilia & inacceſſa ſint præ tenuitate ſua. Nõ enim ſolùm generalibus illis admi-
niſtrationibus,pluuiis uidelicet, grandinibus, uentis & fulguribus adminiſtra-
tis,ceu curarũ parte ſubleuato quieſcere mihi licet, ſed oportet me & hæc qui-
dem facere, & præterea autẽ aſpicere eodẽ tempore in omnes partes, omniaq;
contemplari,non ſecus atque illum in Nemea bubulcum,furantes,peierantes,
ſacrificantes,ſi quis libauit,unde nidor ac fumus aſcendat,quiſnã ægrotans aut
nauigãs inuocarit,& quod omnium acerbiſſimum eſt, uno eodemq; tempore
in Olympia Hecatõbæ adeſſe,in Babylone belligerãtes intueri,in Getis gran-
dinare,& in Aethiopibus conuiuari. Et tamẽ querelas ac reprehenſionẽ ne ſic I
quidem euitare facile eſt, ſed ſæpenumero dii quidem cæteri,atq; hominũ po-
pulus cauda criſtatus equina,dormiunt totam per noctẽ: me uerò Iouem uide-
licet placidus ſopor haud tenet unquam. Nã ſicubi uel paululum nictauerimus,
uerus illico Epicurus iſte eſt,qui nulla nos prouidẽtia,ea quæ in terris gerũtur,
proſpicere affirmat. Atque adeò periculum hoc haudquaquam contemnen-
dum,ſi homines ei hæc credent,ſed ſine coronis quidẽ templa nobis ſtabũt,ſine
nidore autem plateæ,ſine libamẽtis cratẽres,frigidæq; paſſim aræ. Et in ſumma,
ſine ſacrificiis ac uictimis omnia,multaq; fames futura. Proinde ueluti nauium
gubernatores,ſublimis ſolus in puppi ſtare ſoleo,clauũ tenens manibus:atq; alii K
quidem qui in naui uehuntur, inebriantur ſcilicet,& ſi fors ita ferat, etiã dor-
miũt:ego uerò inſomnis atq; ieiunus pro omnibus illis cura exerceor, & ſoli-
citus ſum mẽte animoq;,ſolo eo nomine honoratus,quòd omniũ dominus eſſe
uideor. Quare lubẽs equidem interrogarim philoſophos iſtos qui ſolos Deos
beatos prædicant,quando tandem & nectari uacare nos & ambroſiæ putarẽt,
innumerabilibus adeò implicatos negociis. Ecce enim præ cõtinuis occupatio-
nibus q̃ multas controuerſias intus repoſitas iam olim ſeruamus,ſitu adeò atq;
araneis iam propè corruptas,præcipuéque eas quas ſcientiæ atque artes aduer-
ſus homines quoſdã habent,admodũ antiquas illarum nonnullas. Illi uerò uo-

ciferantur

A ciferantur undique,& indignantur, ac iuſtitiam inclamant, méque ob tarditatem accuſant & pigritiam : neſcii uidelicet quòd haudquaquã negligentia aliqua,iudicia ultra diem extrahi atq; differri hæc contingit,ſed præ felicitate ſcilicet iſta,in qua uerſari nos credũt. Hoc enim nomine occupationes haſce perpetuas illi uocant. MERC. Et ipſe,Iupiter,multa huiuſcemodi audiens grauiter ferentes & indignantes illos,dicere tibi non audebam. At poſtquam tu ipſe de his mentionem incepiſti, eloquar ſanè. Valde indignantur, pater, & animo ferunt iniquo, atq; etiam manifeſtè quidem profiteri non audent, ſubmurmurant autem apud ſeſe,inclinati & incuruati accuſantes tempus:quos tamẽ con-
B ueniebat iam olim,propriis ſuis uiribus cognitis, cõtentum unumquemq; eſſe rebus iudicatis. IVPIT. Quid igitur uidetur Mercuri? Statímne illis forũ conſtituemus,& agendi poteſtatem dabimus:an uis ut in proximũ prorogato termino,diem illis dicamus? MER. Haudquaquam,ſed iam agendi copiam faciamus. IVPIT. Ita igitur facias. Tu quidem deuolans proclama quòd forum atque iudicium conſtituetur, hoc pacto, omnes quotquot actiones atque libellos ſuos obtulerunt, uenire hodie debere in uicum Martium. Illic autem iudiciorum quidem præſidem Iuſtitiam, ſortituram eſſe ipſis fora ſecundum rationem,ac litis æſtimationem,ex cunctis Atheniẽſibus. Quòd ſi quis autem iniu-
C ſtum putauerit factum eſſe iudicium,ſeq; ſententia grauatum, licere illi prouocanti ad me, deintegro tũ iudicio experiri,perinde ac ſi ſententia prorſum lata nõ fuiſſet. Tu uerò filia, aſſidens iuxta deas uenerãdas & graues,actiones ſorte diſtribue,& inſpice iudicantes. IVST. Iterúmne in terram? ut eiecta ab illis,denuo fugitiua è uita abeam? ubi iniuſtitiam ferre non potero irridentem. IVP. Bene ſanè ſperare decet. Omnino enim iam perſuaſeruut illis philoſophi, ut te iniuſtitiæ anteponãt,ac maximè filius ille Sophroniſci,laudato eo quod iuſtum eſt,& uelut omnium bonorum maximo comprobato. IVST. Proinde & ipſi illi quem dicis, admodum multum profuerunt habiti de me ſermones, ut qui
D traditus Vndecimuiris iſtis capitalibus,& in carcerem coniectus,aconitum miſer biberit, ne gallo quidem Aeſculapio perſoluto. In tantum prævaluerũt accuſatores contraria de iuſtitia philoſophãtes. IVPIT. Peregrina adhuc pleriſq; tum philoſophia erat, paucíque etiamdum philoſophabantur: quare meritò ad Anytum & Meletum fora tum inclinabant. At nunc an non uides quantum ubiq; palliorum & baculorum & perarum? & ut nuſquam non barba profunda,& libellus in ſiniſtra?atque omnes adeò pro te philoſophantur. Plena autem & ambulacra,turmatim atque gregatim mutuò ſibi obuiàm euntium, nemoq; prorſum eſt qui non uirtutis alumnus uideri cupiat. Multi igitur relictis arti-
E bus quas antea exercebant,ad peram proſilientes & pallium,& corpore ad ſolem ad Aethiopis modum infuſcato, ſubiti & extemporales quidam philoſophi ex coriariis aut fabris prodeuntes obambulant: teq; ac tuam uirtutem collaudant : ut iuxta prouerbium, citius aliquis in naui cadens ligno deſtituatur, quàm hic quocunque aſpexerit oculus,philoſophũ deſideret. IVST. At uerò, Iupiter,hi me territant,dũ inter ſe altercantur,& improbè ſe gerunt in iis ipſis quæ de me commemorant . Aiunt autem & plurimos eorum in ſermone quidem ſimulare me, re ipſa autem omnino ne in ædes quidem intrò admittere, ſed manifeſtè præ ſe ferre quòd excluſuri me ſint, ſi unquam ad fores illorum propius acceſſero. Nam iam olim iniuſtitiam ab ipſis hoſpitio acceptam eſſe.

*σεμνὰς θεὰς Erinnyes Atheniẽſes appellarunt.

IVPIT. Non omnes, filia, flagitiosi adeò sunt. Et abunde satis est si uel paucos F
quosdam bonos reperias. Verùm abite iam, ut uel paucæ aliquæ actiones hodie
finiãtur. MER. Abeamus, Iustitia, rectà uersus Sunium, paululum sub Hymet-
to ad siniſtrã Parnethis deflectentes, ubi duo illi uertices. Tu enim uideris obli-
ta iam olim esse uiæ istius. Sed quid fles, atque indignaris? Ne metuas. Non am-
plius eodem pacto res humanæ se habent, ac mortui sunt omnes illi Scirones,
Pityocamptæ, Busirides, & Phalarides, quos tunc pertimescebas. Nunc autem
Sapientia & Academia & Stoa tenent omnia, & ubiq; te quærunt, & de te dis-
putant, hiantes & expectantes sicunde ad ipsos iterum deuoles. IVST. Proin-
de tu mihi uerum Mercuri solus dicere poteris ( utpote qui cũ ipsis degas ple- G
runq;, & conuerseris unà tum in gymnasiis, tum in foro. nam & forensis quoq;
es, & in concionibus præconem agis) quales tandem sint: & num uidear apud
ipsos commorari ac permanere posse. MERC. Per Iouem: iniustè enim equi-
dem agerem, si ad te, sororem utique meam, non dicerem. Non enim parũ uti-
litatis ex philosophia perceperunt plerique ipsorum. Nam etiam si nihil aliud,
illud saltem consecuti sunt, quòd pudore ac reuerentia habitus, modestius pau-
lo delinquunt. Veruntamen & in flagitiosos quosdam ipsorum incides (decet
enim, opinor, uerum quod est, fateri) nonnullos autem & semidoctos, & propè
seruiles. Nam postquam acceptos eos alio colore infecit Philosophia: illi qui- H
dem quotquot ad satietatem usque tinctura imbiberunt, exactè boni probiq;
effecti sunt, nullo alieno colore permixti. Et ad suscipiẽdam te, tales quamma-
ximè appositi sunt. Quotquot autem præ ueteri squalore atque illuuie, minus
altè, quantum medicamenti illius, imbuendi uim habet, intrò receperunt: aliis
quidem meliores, sed tamen imperfecti, & semialbi, & quasi compuncti, parda-
liumq; modo, quod ad colorem attinet, uariegati euasere. Sunt autem etiã qui
cum solùm attigerint foris lebetem summo digito, ac fuliginis nonnihil sibi il-
leuerint, abunde putent & ipsi sese tinctos denuo esse. Tibi uerò certum est
quòd cum optimis cõuersandum erit. Sed interea dum sermones cedimus, iam I
appropinquamus Atticæ: quare Sunium quidem ad dexteram relinquamus, ad
arcem autem iam hinc declinemus. Ac postquã descendimus, ipsa quidem hic
alicubi super uicũ sede, ad Pnycen aspiciens, & expectans, donec ea proclama-
uero quæ à Ioue imperata sunt. Ego uerò cõscensa arce, facilius hoc pacto uni-
uersos ex alto, & unde exaudire uocẽ omnes possint, illos aduocabo. IVST. Ne
antea abieris Mercuri, q̃ dicas quisnã iste sit qui huc accedit, cornutus uidelicet
ac fistulã habens, & hirsuta crura. MER. Quid ais? an non nosti Pana illum, ex
Dionysi ministris omniũ maximè Bacchicum? Hic antea quidem habitabat in
Parthenio monte: temporibus autem illis quibus Dãtis cum classe aduectus est, K
& Barbari in Marathonem egressi, ultrò atque inuocatus uenit Atheniẽsibus
auxilium laturus. Et ex eo spelunca hac sub arce uelut præmio eius rei acce-
pta, habitat paulum infra* Pelasgicum, inter aduenas & inquilinos census. Ac
nunc quidem, ut ueri simile est, ex uicinis nos conspicatus accedit, salutatos ex-
cepturus. PAN. Saluete Mercuri, & tu Iustitia. MER. Et tu. IVST. Et tu utiq;
ô Pan, Musicorum studiosissime, & saltatorum inter omnes Satyros agillime,
Athenis autem & bellicosissime. PAN. Quid autem rei Mercuri est? aut quæ
uos huc necessitas appulit? MER. Hæc tibi enarrabit omnia. Ego uerò in ar-
cem hinc, & ad præconium faciendum abeo. IVST. Iupiter, ô Pan, demisit me,

ut

*Pnyce locus Athenis fuit ubi conciones haberi solebãt.*

**Locus in arce Athenien si fuit hoc nomine: cuius et Aristophanes meminit.*

A ut ſortitò diſtribuerem actiones forenſes. At tibi quo pacto res habent Athenis? PAN. In uniuerſum quidem haudquaquam pro dignitate apud ipſos ago, ſed multo deterius quàm ſperaram, & hoc, cum tantum depulerim tumultum illum à Barbaris exortum. Sed tamen bis aut ter quotannis aſcendentes, ſegregato ad hoc hirco aliquo coleato, grauiter ac multum olente, ſacrificant mihi: deinde epulantur carnes illas, me lætitiæ eius uelut teſtem adhibentes, ac tenui quodam honorantes applauſu: quanquam me nonnihil animo oblectat riſus ipſorum & luſus. IVST. In cæteris uerò, ô Pan, ecquid meliores, & ad uirtutem intenti magis redditi ſunt à philoſophis? PAN. Quósnam iſtos dicis philo-
B ſophos? num tetricos illos, ac triſtes uultu, congregatos pariter multos, quod ad mentum ac barbam attinet, non diſſimiles mihi, loquaces præterea? IVST. Atque admodum. PAN. Non ſanè intelligo neque quid dicãt, neque quæ ſit ſapientia illorum. In montibus enim uerſari ego ſoleo, & affectata iſta uerba atque urbana haudquaquam didici, Iuſtitia. Vnde enim in Arcadia ſophiſta uel philoſophus foret? Vſque ad tranſuerſum calamũ & fiſtulam doctus ego ſum: quod ad cætera attinet, paſtor, & ſaltator, & bellator etiam, ſi opus ſit. Sed tamen audio certè illos aſſiduè uociferantes, ac uirtutem neſcio quam, & ideas, & naturam, & incorporea quædam commemorantes, ignota mihi ac peregri-
C na nomina. Ac primùm quidem pacificè exordiuntur inter ſe ſermones: cæterùm procedente aliquantum diſputatione, intendunt uocem uſque ad tonum ſeu modum quem* orthium uocant, ut exinde, cum nimium diſtenduntur, atque eloqui magna contendunt, & facies illis rubeſcat, & collum intumeſcat, & uenæ extantiores appareant, perinde ut tibicinum ſolent quando anguſtam tibiam inflare ui quadam coguntur. Conturbatis igitur ſermonibus, & eo quod â principio inſtituerant, cõfuſaneo relicto, abeunt, cõuiciantes ſibi mutuò plerique, & ſudorem ex fronte incuruo digito abſtergentes. Atq; hic demum uincere uiſus eſt, qui ipſorum maximè clamoſus, aut confidẽtior aliis fuit. Sed tum
D populus iſte promiſcuus admiratur eos, & maximè ii quibus alioqui neceſſariæ rei nihil incumbit aut curæ eſt, qui tum aſtant confidentia atque clamore illorum excitati. Proinde mihi quidem homines quidam arrogãtes ob hæc uidebantur eſſe, atque ægrè afficiebar propter barbæ ſimilitudinem. Vtrum autem utile aliquid, atq; in commune cõducens, clamori ipſorum ineſſet, & num quid boni ex uerbis illis enaſceretur ipſis, dicere ſanè haudquaquam poſſum. Quanquam ſi conuenit utique depoſito metu quod uerum eſt proferre (nam habito ueluti in ſpecula quadam, ut uides) multos ipſorum ſæpenumero iam conſpicatus ſum circa profundã ueſperam. IVST. Suſtine, ô Pan: an non Mer-
E curius tibi iam proclamare uiſus eſt? PAN. Admodũ igitur. MER. Audite populus: forum atque iudiciũ, quod felix fauſtumq; ſit, conſtituemus hodie, menſis Februarii die ſeptima. Quicunq; igitur actiones detulere, in uicum Martium ueniunto. ibi Iuſtitia ſortietur fora, atque ipſa præſtò erit iudicantibus. Iudices ex uniuerſis Athenienſibus dabuntur. merces, tres oboli uniuſcuiuſque cauſſæ. numerus iudicũ, ſecũdum æſtimationem litis. Quotquot autem relictis actionibus priuſquam iudicio experiri potuere, fato functi ſunt, & hos Aeacus remittat. Quòd ſi uerò quiſpiam iniquè iudicatũ eſſe putauerit, appellatione facta denique experietur: ipſa autẽ prouocatio ad Iouẽ fiat. PAN. Papæ! qualis tumultus! quantum, Iuſtitia, exclamarũt! Vt autem ſeriò undique cõcurrunt,

*Tonus quidã Græcorũ Muſicorum fuit, cuius & Gellius meminit in Arione.*

trahentes ſeſe mutuò per accliue ſurſum uerſus Areopagum! Ipſe autem Mer- F
curius quoque iam adeſt. Quapropter uos quidem actionibus & iudiciis ope-
ram date, ſortimini & diſceptate pro eo atq; legitimum uobis eſt: ego uerò ad
ſpeluncam hinc digreſſus, fiſtula canam carmen aliquod amatoriū, quo Echo
ſoleo probris inceſſere. Cæterùm auſcultationū & orationū iudicialiū abun-
de habeo, quotidie contendentes ac litigantes in Areopago audiens. MERC.
Age Iuſtitia, aduocemus iſtos. IVST. Rectè dicis. Conferti ſiquidem, ut ui-
des, accedunt tumultuantes, & perinde ut ueſpæ circunſtrepentes uerticem.
ATHENIENSIS. Cepi te, ô ſceleſte. ALIVS. Sycophantam agis. AL. Dabis
tandem iam pœnas. AL. Conuincam te, quòd grauia atque indigna perpetra- G
ris. AL. Mihi primo ſortire. AL. Sequere ſceleſte ad Iudicem. AL. Ne ſuffoca
me. IVST. Scis quid faciamus, Mercuri? Cæteras quidem lites in craſtinum
reiiciamus, hodie autem eas tantùm ſortiamur, quæcunque ab artibus aut uitis
aut ſcientiis contra homines promulgatæ ſunt. Ac mihi has in medium profer
*Sortitio iudi-* actiones. MERC. Ebrietas contra Academiam pro Polemone, plagii. IVST.
*cum ſecūdum* Sortire ſeptem. MER. Stoa contra Voluptatem, iniuriarum, quòd amatorem
*genera actio-* ipſius Dionyſium, ſeductū ab ipſa abſtraxerit. IVST. Quinq; ſufficient. MER.
*num.* Pro Ariſtippo Mollities contra Virtutem. IVST. Etiam his quinque iudicent.
MER. Menſaria contra Diogenem, fugæ. IVST. Tres ſortire ſolos. MER. Pi- H
ctoria contra Pyrrhonem, ut deſertorem. IVST. Nouem cognoſcant. MERC.
Viſne & has ſortiamur Iuſtitia, duas uidelicet iſtas paulò antè, noſti, cōtra Rhe-
torem inſtitutas atque delatas? IVST. Antiquiores illas prius decidamus, hæc
autem poſtea continuò diſceptabuntur. MERC. Atqui ſimiles etiam iſtæ ſu-
perioribus ſunt, & id quod intenditur, etiam ſi recens ac nouum, affine tamen
illis eſt de quibus modò ſortiti ſumus: quare inter ea diſceptari quoq; dignum
eſt. IVST. Videris Mercuri indulgere nonnihil petitioni. Sed tamē ſortiamur,
ſi tibi uidetur: ueruntamen duas has ſolas. Sufficiunt enim hæ de quibus ſorti-
ti iam ſumus. Cedo ipſas actiones. MER. Rhetorica contra Syrum, malæ tra- I
ctationis. Dialogus contra eundem contumeliæ. IVST. Quis autem Syrus iſte
eſt? Neque enim nomen adſcriptum eſt. MERC. Ita ſortire: contra Rhetorem
Syrum. Nihil enim uetabit etiam abſq; nomine proprio. IVST. Ecce externas
quoque iam & peregrinas Athenis in Areopago ſortiamur, quas rectius fue-
rat ultra Euphratem diſceptatas fuiſſe. Veruntamen ſortire undecim, eoſdemq;
utrique liti. MER. Eia Iuſtitia, parce nimium adeò exhaurire fiſcum tot mer-
cede iudicum. IVST. Primi conſidento Academiæ & ebrietati iudicaturi. Tu
uerò aquam infunde. Prior autem dic tu Ebrietas. Quid taces & nutas? Audi
Mercuri accedens. MERC. Non poſſum, inquit, certamen hoc perorare, lin- K
gua mihi præ mero impedita atque illigata, ne etiam riſui me exponam in iu-
dicio. Aegrè autem, ut uides, conſtiti quoq;. IVST. Proinde patronum adducat
ex uehemētibus ac grauibus iſtis aliquē. Sunt enim multi qui uel trioboli gra-
tia diſrumpi parati ſunt. MERC. At nemo certè uolet manifeſtè patrocinari
Ebrietati. Verùm æqua utiq; hæc poſtulare uidetur. IVST. Quænam? MER.
Academia hæc ſemper in utranque parata atque inſtructa eſt orationem, idque
etiā exercet ſeſe, ut cōtraria probè poſſit dicere. Ea igitur, inquit, pro me prior
dicat, atque ita deinceps pro ſe ipſa uerba faciat. IVST. Noua quidem hæc. Sed
dic tamen Academia orationem utranque, quandoquidem hoc tibi facile eſt.

ACA.

A ACA. Audite uiri Iudices priore loco illa quæ pro Ebrietate afferuntur. Illius enim eſt id quod nunc dicitur. Iniuria affecta eſt miſera, ut cum maximè, à me Academia, mancipio quod ſolum habebat beneuolum ac fidele, quodq; nihil turpe eorum quæ ipſa imperaſſet putabat, ſpoliata, Polemone illo inquã, qui interdiu cum laſciuia ac petulantia per medium forum ferebatur, pſaltriam ſecum habens, & cantu perſtrepẽs, à ſummo mane ad ueſperam uſq; ebrius ſemper, & crapulæ indulgens, caputq; corollis ac floribus implicatum gerens. Atq; hæc quòd uera ſint, teſtes ſunt Athenienſes uniuerſi, qui ne unquam quidem Polemonem ſobrium uiderunt. Poſtquam autem infelix ille ad fores Acade-
B miæ quoque comeſſabundus & per laſciuiã illudens acceſſiſſet, perinde ut ad omnes ſolebat: mancipatum illum, atque è manibus Ebrietatis ui ereptũ, & ad ſe adductum, aquam bibere, ac ſobrium eſſe docuit, corollasq; capiti detractas diſcerpſit. Ac quoties bibendum atque accumbendum fuerat, uerba quædam perplexa ac miſera, & multa curioſitate referta, illi tradidit. Quare pro eo qui antea efflореſcebat in illo, rubore, pallidus miſer & incuruus corpore factus eſt, & cantilenis illis uniuerſis obliuioni mandatis, ſine cibo interdum & ſitibundus ad mediã uſque ueſperam ſedet, nugando uidelicet qualia multa Academia ego nugari doceo. Quod autem maximum eſt, etiam cõuiciatur Ebrie-
C tati, à me eò inductus, & innumera quædam mala de ea cõmemorat. Dicta ferme ſunt quæ pro Ebrietate adduci poſſunt. Iam uerò & pro me ipſa uerba faciam: & exinde peroratum à me eſto. IVST. Quid igitur ad hæc reſpondebit? Veruntamen infunde & huic parem uiciſſim. ACA. At hoc quidem pacto auditu admodum probabilia uidentur, uiri Iudices, quæ à patrono pro Ebrietate dicta ſunt. Quòd ſi autem & me eadem beneuolentia audietis, intelligetis ſanè quòd nulla ipſam iniuria affeci. Nam Polemonem hunc, quẽ ſeruum illa ſuum eſſe ait, natum haudquaquam ſeruiliter, neque ita ut ebrietatem referret, ſed familiarem mihi, & natura ſimilem, præreptum adoleſcẽtem adhuc atque tene-
D rum exiſtentem, adiuuante ad hoc Voluptate, quæ illi in pleriſque mutuã operam præſtat, corrupit miſerum, laſciuis comeſſationibus & meretricibus quaſi in deditionem tradendo: ita ut ne paululum quidem uerecũdiæ in eo remaneret. Atque ea quidem quæ illa pro ſe paulò antè dici putabat, pro me dicta eſſe exiſtimate. Circumibat enim miſer ille à primo ſtatim mane coronatus, ac crapula perditus, per medium forum, ſonantibus undiq; circum ipſum tibiis, nunquam ſobrius, laſciuus ac petulans in omnes, dedecus & contumelia maiorum & præterea ciuitatis totius, ludibrium autem peregrinorum ac hoſpitum. Poſteaquam autem ad me uenit, ego quidem forte quadam, ut conſueui facere, pa-
E tẽtibus foribus ad amicos qui tum præſentes erant, ſermones quoſdam de uirtute atque modeſtia faciebam. Ille uerò cum tibia & coronis aſtans, principiò quidem uociferabatur, ac perturbare nos tentabat, conuerſationem noſtram clamore ſuo interturbando. At poſtquam nos nullam illius rationem habebamus, paulatim (neque enim omnino aut extremè uino madefactus erat) reſipiſcere cœpit ad ſermones, & ſimul auferebat coronas, & tibicinam compeſcebat, & ob purpuram erubeſcebat: ac ueluti è profundo ſomno experrectus, cum ſeipſum aſpiciebat, quo pacto ornatus atque affectus eſſet, tum uitam ſuperiorem & anteactam damnabat. Et rubor quidem ille ex temulentia cõtractus defloreſcebat, euaneſcebátque: ipſe autem præ pudore eorum quæ fecerat,

erubescebat. Postremò ab illa aufugiens, ita ut erat, ad me transiit, neque uocãte F
me, neque cogente, perinde ut illa de me ait, sed ultro ac uolens, meliora hæc
nostra esse credens. Ac mihi iam ipsum huc aduoca, ut cognoscatis quo pacto
à me immutatus atque affectus sit. Hunc ego, uiri Iudices, ad me receptum, ri-
diculè omnino sese gerentem, & neque uocem edere, neq; consistere præ mero
ualentem, conuerti, ac sobrium reddidi, & ex uili mancipio uirum modestum
ac temperantem precioq; dignum Græcis effeci. Et mihi nunc ipse gratiã pro
ea re habet, & propinqui eius pro ipso. Dixi. Vos autem iam spectate, Iudices,
utri nostrum satius fuerit illum cõuersari. MERC. Agite itaque, ne cunctemi-
ni. ferte sententiam, atq; inde exurgite. nam & cæteros iudicare oportet. IVST. G
Omnibus calculis superat Academia, excepto uno. MERC. Nihil nouum aut
mirum si quis sit qui & pro Ebrietate ferat. Sedete nunc uos qui Stoæ contra
Voluptatem sortitò electi estis, ad iudiciũ de amatore ferẽdum. Infusa est aqua.
Heus picturata, ac uaricoloribus induta, tu iam dic. STOA. Haud equidẽ igno-
ro, uiri iudices, quàm contra formosam aduersariam oratio habenda mihi sit.
sed & uestrum plerosque uideo ad illam quidẽ aspicere, & eidem arridere, me
uerò contemnere, quòd uidelicet ad cutem usque tonsa sum, & uirile quiddam
obtueor, tetricaq; ac tristis appareo. Sed tamen si me dicentem audire uolueri-
tis, cõfido equidem multo iustiora, quàm hæc, dicturam me esse. Nã hoc ipsum H
illud est quod in præsentia accuso, quòd ita meretricio modo exornata, aspe-
ctus illecebris amatorem meum uirum tunc modestum ac temperantem, Dio-
nysium uidelicet, fraude circumuẽtum, ad sese auulsum hinc abstraxit. Et quam
præcedentes illi caussam iudicauerunt inter Academiam & Ebrietatem, quasi
quædam soror præsentis caussæ est. Examinabitis enim in præsentia, utrũ por-
corum more in terram deiectos uiuere nos deceat, uoluptati indulgentes, neq;
quicquam generosum in animo cogitantes: an uerò posteriore loco, eo quod
est delectabile, posito, prælata honestate, liberos liberè philosophari, neque do-
lorem ut ignauum quiddam pertimescentes: neque id quod dulce est, manci- I
piorum more sectantes, felicitatemq; in melle & caricis quærentes. Huiusmodi
enim illectamenta hæc stultis obiiciens, & labore ceu quadã larua perterrefa-
ciens, plerosque ipsorum ad se illectos adducit, inter quos & miserum illũ uelut
excusso iugo à nobis secedere fecit, cum ægrotãtem tacitè obseruasset. Neque
enim rectè ualentem ac sanum oratione sua unquam facilè adduxisset. Quan-
quam quid ego adeò aduersus illam indignata sim, quandò ne ipsis quidẽ diis
parcere soleat, sed administrationẽ ac prouidẽtiam illorum calumnietur? Qua-
re si rectè sapitis, Iudices, etiam impietatis pœnas de ipsa sumetis. Porrò audiui
equidem quòd neque orationem ipsa habere parata sit, sed Epicurum istũ pa- K
tronum pro se huc adductura. Adeò scilicet illudit etiam ipsi iudicio. Veruta-
men illa certè ipsam interrogate, qualẽsnam putet fuisse Herculẽ, ac Theseum
nostrum, num etiam illi indulgentes uoluptati, laborem euitarint. Nihil enim
prohiberet quo minus plena iniustitiæ terra foret, si illi laborem non sustinuis-
sent. Atque hæc dixi, ut quæ non admodũ longis orationibus delectari soleam.
Quod si utique uoluerit & parumper respondere mihi interrogata, celerrimẽ
cognoscetur quòd nulla sit. Veruntamen uos certè iurisiurandi memores, de-
cernite iam quæ iusta ac pia sunt: haudquaquam Epicuro fidem adhibẽtes, qui
deos dicit nihil eorũ quæ apud nos geruntur, attendere. MERC. Transi hinc.

Heus

A Heus Epicure,pro Voluptate dicito. EPIC. Haudquaquā prolixius apud uos, uiri Iudices,dicam. Nam multis uerbis ne opus quidē mihi eſt. Verùm ſi incantationibus aut medicamentis quibuſdam Voluptas eum quem Stoa hæc amatorem ſuum ait, Dionyſium uidelicet, coegit ab hac quidē abſtinere, ad ſe autem conuertere ſeſe, uenefica meritò uiſa eſt, & iniuriam feciſſe huic coarguitur,tanquam contra alienos amatores præſtigias ac dolos machinata. At ſi quis liber,in ciuitate libera,legibus non uetātibus, moleſtiam atq; acerbitatem quæ ab hac proficiſcitur,perolus,& felicitate quā quaſi caput laborum inde prouenire aiunt,pro nugis ac nihilo habita,obliquos & incuruos huius ſermones,la-
B byrinthiſque ſimiles reliquit, ad Voluptatem autem lubens transfugit,uerborum iſtorum retiis tanquam uinculis quibuſdam abiectis, haudquaquam ſtolida,ſed humana ſapiens, laboremq; ipſum,id quod eſt,malum, Voluptatem autem ſuauem ducens: excluderé ne eum decebat quaſi ex quodam naufragio ad portum enatantem,& ſerenitatis cupientem, præcipiti capite in laboré impellendo,& ceu dedititium,inopiæ atque egeſtati miſerum illum tradendo,idque cum ille ſupplicis inſtar ad Voluptaté tanquam ad miſericordiæ aram aliquam confugeret? Nimirum, ut paſſim ac multis iactatam illam uirtutem,cum multo ſudore in arduum progreſſus aſpiciat, atque exinde per omnem ætatem la-
C boribus exercitatus,demum poſt uitam peractam felix atque beatus fiat. Atqui quis quæſo iudex iuſtior in hac cauſſa fuerit,quàm ipſe ille qui & ea in quibus Stoa uerſatur,cognouit ut quiſquam alius, & cum antea ſolum illud quod honeſtum eſt,bonū putaret eſſe,poſtea quantum malum foret labor,cognito,id quod melius ex utroq; probauit eſſe,delegit? Videbat enim,opinor,eos qui de tolerandis ac perferendis laboribus multa cōmemorare ſolent,priuatim autem Voluptatem colūt, eò quidem uſque iuueniliter ſeſe iactare, domi autē ſecundum Voluptatis præcepta uitā degere, erubeſcētes quidem ſi deprehendantur remittere aliquid de firmitate & contentione,prodereq; profeſſionē ſuam,pa-
D tientes autē miſerè interea Tātali illud: & ubi latere ſeſe,ac tutò leges tranſgredi poſſe confidunt,hiātibus faucibus uoluptatem ingurgitātes. Proinde ſi quis ipſis Gygis annulum daret,ut eo inducto conſpici non poſſint, aut etiam Orci galeam: ſat ſcio quòd laboribus longùm ualere iuſſis, ad Voluptaté proſilirēt, & cuncti imitarentur Dionyſium: qui quidem antea quàm morbo correptus eſſet,ſperare ſolebat illos de tolerantia ſermones multum ſibi profuturos eſſe. At poſtquā dolere atq; ægrotare cœpit,ac labor re ipſa illū inuaſit,animaduertens corpus ſuum diuerſam à Stoa philoſophiam ſequi,& cōtraria ſtatuere,illi magis q̄ iſtis credidit:atque ita ſibi perſuaſit,homo cum eſſet,etiam corpus hu-
E manum habere ſeſe:uixitq; exinde non ut ſtatua illo utens, ſed hoc ſciēs,quòd quicūque aliter dicit,ac Voluptatem accuſat, uerbis quidē delectetur,animum autem illuc cōuerſum habeat. Dixi. Vos autem ob hæc ſententiā ferte. STOA. Nequaquam,ſed pauca etiam interrogare mihi permittite. EPIC. Interroga:reſpondebo enim. STOA. Malúmne putas laborem? EPIC. Etiam. STOA. Voluptatem autem bonum? EPIC. Atque admodum. STOA. Quid autē? Sciſne quid ſit differens,uel indifferens,& promotum,uel reiectum? EPIC. Maximè. MER. Negāt ſe Iudices intelligere, Stoa,diſyllabas iſtas interrogationes: quare ſilentium agite. Iam enim ſententiam ferent. STOA. Atqui uiciſſem ſanè,ſi interrogaſſem in tertia figura, eorum uidelicet quæ demonſtrari non poſſunt.

*Fuit hic Dionyſius Heracliēſis, filius Theophantæ, qui ab initio Zenonem & Stoicam profeſſionē ſecutus, mox cum ægrotus factus, doloris acerbitatem ſenſiſſet, ad Epicureos trā ſiit. Vide Laertium.*

*Hypocriſis Stoicorum.*

*Vide Ciceronem in lib. de finibus bonorum & malorum.*

IVST. Vtra ſuperauit? MERC. Voluptas calculis omnibus. STOA. Prouoco ad Iouem. IVST. Bona ſanè fortuna, ut lubet. Tu uerò alios accerſe. MER. De Ariſtippo contendentes Virtus atque Mollities, & Ariſtippus uerò etiam ipſe adeſto. VIRTVS. Priorem me dicere conuenit, Virtutem uidelicet. Meus enim eſt Ariſtippus, perinde atque indicant ſermones, & opera. MOL. Haudquaquam, ſed me potius. Meus enim eſt homo ille, quemadmodum uidere licet ex coronis, & purpura, & unguentis. IVST. Ne ambitioſe adeò contendite. differetur enim & hæc cauſſa eò uſque, dũ Iupiter de Dionyſio ſententiam feret. Non enim diſſimile quippiam hoc quoque uidetur eſſe. Quare tum quidem, ſi Voluptas uicerit, etiam Ariſtippum Mollities habebit. Vincente autem contrà Stoa, & hic erit Virtuti condemnatus. Proinde alii adſunto. Iſtud autem ne accipiãt hi, iudiciale præmium puta. Nam cauſſa hæc incognita & indiſcuſſa manſit ipſis. MERC. Fruſtrá ne igitur per lõgam adeò atque accliuem uiam aſcenderint uiri hi ſenes? IVST. Abunde eſt ſi tertiam etiam partem acceperint. Abite, ne indignemini, aliàs iterum iudicabitis. MERC. Diogenem Sinopenſem adeſſe tempus eſt. Ac tu itaque Menſaria dic. DIOG. At uerò niſi deſinat moleſta eſſe, Iuſtitia, non amplius de fuga mecum apud iudicem aget, ſed de multis atque altis uulneribus. Ego enim quamprimum adeò fuſte hanc cõtundam. IVST. Quid hoc rei eſt? profugit Menſaria: ille autẽ ſublato baculo inſequitur. Haud mediocre malum aliquod uidetur miſera illa acceptura eſſe. Pyrrhonem proclama. MERC. At pictoria quidem iamdudum adeſt, Iuſtitia: ipſe autem Pyrrho principiò ne aſcendit quidem huc. Ac uidetur hoc facere. IVST. Qua de cauſſa Mercuri? MERC. Quia nullum putat iudicium aut forum uerum eſſe. IVST. Proinde cõtumaciæ ipſum condemnẽt. At iam ſcriptorem proſæ orationis Syrum illũ accerſe. Quanquam nuper adeò actiones contra ipſum hæ delatæ ſint, & nihil neceſſe erat tantopere feſtinari, atque eas tam ſtatim diſceptari: ueruntamen quia ita uiſum eſt, priorem introduc Rhetorices cauſſam. Papæ, quàm multi ad audiendum conuenere! MERC. Meritò, Iuſtitia. Nam hoc ipſum quòd actio hæc minimè uetus aut obſoleta eſt, ſed noua ac peregrina, heri, quemadmodum ais, primùm intẽtata: deinde quòd & ſperant audituros ſe eſſe Rhetoricam quidem atque Dialogum per uices accuſantes, utriſque autem Syrum reſpondentem, multitudinẽ tantam ad iudicium contraxit. Veruntamẽ incipe tandem Rhetorica cauſſam dicere. RHETOR. Principiò quidem, uiri Athenienſes, deos deasq; precor omnes, ut quanta ipſe beneuolentia affectus ſum erga hãc ciuitatem, ergaq; uos omnes, tantã à uobis ad præſens certamen hoc conſequi poſſim. Deinde, quod eſt æquum maximè, id uobis in mentem à Diis immortalibus dari, ut aduerſarium quidem ſilẽtium agere iubeatis, me uerò, quemadmodum conſtitui, mecumq; ipſe deliberaui, accuſationem peragere poſſe faciatis. Cæterùm haudquaquam eadem in mentem uenit ſtatuere, quoties ad ea quæ paſſus ſum aſpicio, & ad orationẽ ac uerba quæ audio. Nã uerba quidem quamſimillima meis iſte ad uos faciet: res autem eò uſq; proceſſiſſe uidebitis, ut mihi iam neceſſe ſit ſpectare ne quid peius etiam ab ipſo mihi accidat. Atenim ut ne longiore proœmio utar, aqua iamdudum fruſtra effluente, accuſationẽ ipſam incipiã. Ego enim, uiri Iudices, hunc, cum admodum adhuc adoleſcẽs eſſet, neque non barbarè etiamnum loqueretur, ac tantùm non Candyn indutus, Aſſyriorum more incederet, circa Ioniam

inuentum,

*Diogenes hic Iceſij menſarij filius, adulterata moneta deprehenſus, ſolũ uertit, & Athenis ad philoſophos ſeſe contulit.*

*Ex oratione Demoſt. pro corona.*

A inuentum,errabundum adhuc,& quid de ſe ipſo ſtatueret,neſciẽtẽ,ad me re-
ceptum,educaui:& quia uidebatur mihi ingenio admodum prompto,& ad di-
ſcẽdum appoſito eſſe,meq; fixis in me oculis intueri ( nam & uerebatur adhuc
tum me, & colebat, ac ſolam in admiratione habebat ) relictis cæteris quot-
quot nuptias ambibant meas,diuites atq; formoſi, & quod ad maiores attinet,
etiam illuſtres, ingrato huic me ipſam deſpondi,pauperi uidelicet, & obſcuro,
& adoleſcenti:dote haudquaquã exigua inſuper allata, multis & admiratione
dignis orationibus.Poſt hæc adducto eo ad cõtribules meos,nomen eius in ta-
bulas tacitè retuli,ac ciuẽ reddidi:ut ii qui à ſpe deſpõſationis meæ exciderant,
B exinde ſuffocarentur. Porrò cum ipſi uiſum eſſet terrarum orbem circumua-
gari,felicitatemq; coniugii paſſim oſtẽtare:ne tum quidem à tergo relicta ſum,
ſed quoquouerſum ſequens, ſurſum atq; deorſum circũducebar, clarũq; ipſum
ac celebrem faciebam, ornando pariter & componendo. Atque ea quidẽ quæ
in Græcia & in Ionia acciderunt,mediocria ſunt:poſtquam autem & in Italiam
proficiſci ſtatuit, unà cum eo Ionium mare traieci : & poſtremò uſque in Gal-
liam unà progreſſa,diteſcere ipſum feci. Ac in longũ quidem uſque per omnia
mihi obtemperabat,& conuerſabatur mihi,ne unam quidem noctem extra le-
ctum à nobis diuertens. At ubi iam abunde uiaticum ſibi comparaſſe uiſus eſt,
C & quãtum ad famam & exiſtimationem attinet, rectè ſibi omnia habere credi-
dit:adductis ſuperciliis,& elatum præ ſe animũ ferẽs,me quidem neglexit,imò
uerò prorſus miſſam fecit:ipſum uerò barbatũ illum,ex habitu conſpicuũ,Dia-
logum uidelicet,quem philoſophiæ filium eſſe perhibent,ſuprà q̃ decet aman-
do,atq; admodum amatoriè proſequendo,natu,quàm ipſe eſt,grãdiorem:cum
eo nunc conſuetudinem habet.Neq; pudet ipſum libertatem quidem hãc ora-
tionis meæ,qua ueluti laxatis habenis ſoluta ac libera fertur, concidere, in par-
uas autem & per breuia cõmata tractandas quæſtiones ſeipſum includere.Ac
pro eo quod licitum ipſi fuerat,quodcunq; libuiſſet,plena ac ſonora uoce elo-
D qui,breues quaſdam ſentẽtiolas inter ſe implicare, & quaſi per ſyllabas nume-
rare. Vnde ſanè cõferta quidem laus aut multus applauſus haudquaquam ob-
uenerit ipſi, irriſio uerò auditorum nonnulla,& attollere manũ,intra fines ta-
men,& longè annuere capite, & ingemiſcere dictis. Talia nimirum ſunt qui-
bus generoſus iſte amatus me contempſit. Aiunt autem ipſum ne cũ iſto qui-
dem amaſio ſuo pacem agere,ſed & erga illum cõtumelioſe, opinor,ſe gerere.
Quomodo igitur nõ ingratus,atq; obnoxius iis quæ de mala tractatione ſanci-
tæ ſunt legibus cenſendus fuerit, qui legitimè quidẽ nuptã,à qua tanta accepit,
& per quam nobilis & clarus adeò eſt,ita ignominioſe reliquit,ac nouas atque
E alienas res appetiuit,idq; nunc,quando ſolã me cuncti mirantur,& ueluti præ-
ſidem ſuum,ſcripto teſtantur? At ego quidem repugno tot procis ambiẽtibus
me:& pulſantibus ianuam illis,ac nomine inclamantibus me uoce elata ac ma-
gna,neq; aperire uolo,neq; etiam exaudire.Video enim illos nihil amplius cla-
more iſto hinc auferre.Iſte uerò etiã ne ſic quidẽ ad me reuertitur,ſed ad ama-
ſium illum ſuũ reſpicit, & quid tandẽ boni,ô dii,ab eo accepturum ſe ſperans,
quem præter palliũ habere uidet amplius nihil?Dixi,uiri Iudices. Vos autem ſi
meo iſte orationis atq; uerborũ modo reſpondere uoluerit,ne permittite. Ini-
quũ enim foret meam cõtra me machæram acui. Sed iuxta amatum à ſe Dialo-
gum illũ reſpõdeat,ſi poteſt. MER. At hoc quidẽ non perſuadebis,Rhetorica.

Neq; enim fieri potest ut hic solus iuxta formã & morem dialogi respondeat, F
sed perpetua oratione ipse quoq; dicat. SYRVS. Posteaquam, uiri Iudices, hoc
quoq; malè habet aduersariam, si longiore paulo oratione utar, ipso quoq; eo
quod dicere possum, ab illa accepto, multa quidem uerba apud uos haudqua-
quam faciam: capita uerò ipsa dissoluendo, eorum de quibus illa me accusauit,
uobis uniuersum negocium exinde inspiciendum ac perpendendũ relinquam.
omnia enim quæcũque modò de me narrauit, ita ut sunt, ac uerè narrauit. Nam
& educauit me, & mecum unà quocunque abii profecta est, & Græcorum ci-
uitati adscripsit: eóque certè nomine etiam gratiam lubẽs egerim nuptiis istius.
Cæterùm ob quas causas relicta ea ad Dialogum hunc diuerti, de eo quæso, G
uiri Iudices, ut me paulisper audiatis. Ac me cómodi alicuius gratia nihil quic-
quam falsi dicere existimetis. Ego enim cum uiderem hanc haudquaquam am-
plius temperantem esse, neq; etiam in eo modesto habitu permanere, quo olim
ornatam ipsam Pæaniensis ille duxerat, comptam autem, & capillos mere-
tricio more collocantem, præterea fuco illitam, & genas cerussa quoque pin-
gentẽ: suspicari statim cœpi ac tacitè obseruare quorsum uerteret oculum. Ac
cætera quidem missa facio: singulis autem noctibus angiportus quidem noster
replebatur amatoribus temulentis, & lasciuè erga illã petulãterq; multa agen-
tibus, ac fores pulsantibus, quibusdam uerò etiam ui introò sese citra omnẽ mo- H
destiam ferre audentibus. Hæc autem ridebat, & iis quæ agebantur, delectaba-
tur, ac plerunq; uel de tecto prospiciebat, canentes illos aspera uoce cantilenas
quasdam amatorias auscultans: uel etiã apertis clàm foribus, dum me latere ista
putat, lasciuè se gerebat, & stuprabatur ab illis. Quod cũ ego ferre non possem,
accusare quidem ipsam adulterii nõ placebat: ad Dialogum autem hunc in ui-
cino habitantem accedens, rogabam ut is me recipere uellet. Atq; hæc illa sunt,
Iudices, quibus ego tanta iniuria Rhetoricam affeci. Quanquam etiam si nihil
tale ab ipsa commissum esset: tamen, puto, deceret me, uirũ iam propè quadra-
ginta annos natum, à tumultibus quidẽ istis & caussis agendis desistere, ac ui- I
ros iudices pati quiescere, cum Tyrannorũ accusationibus, tum optimatiũ lau-
dibus euitatis: in Academiam autem uel Lycéum ingressum, cum optimo hoc,
Dialogo uidelicet, unà deambulare, paulatim ac sensim cũ eo disputando. Mul-
ta adhuc habens, Iudices, quæ dicere poteram, in præsentia quiescam. Vos au-
tem sententiam iuriiurando iusto consentaneam proferte. IVST. Vter uincit?
MER. Omnibus calculis Syrus, excepto uno. IVST. Apparet rhetorem fuisse
aliquem qui contrarium tulit. Heus Dialoge, sub iisdem Iudicibus dic tu quoq;.
Vos autem sedentes manete, duplicem accepturi mercedem, pro utraq; uidelí-
cet lite. DIAL. Ego uerò, uiri Iudices, longiorem quidem proferre orationem K
apud uos haudquaquam statueram, sed breuibus uerbis, ut consueui, rem ex-
pedire: ueruntamen, uti lex est in iudiciis, ita peragam accusationem: quan-
quam imperitus planè, atque istarum rerũ indoctus sim. Atq; hoc ad uos exor-
dium peractum mihi sit. Quæ uerò per iniuriam & cõtumelioſe ab hoc passus
sum, ea ita se habent. Nam me, cum grauis antea ac uenerandus essem, ac de diis
pleraque, & natura, & uniuersi huius ambitu considerarem, sublimis supra nu-
bes alicubi per aërem incedens, ubi magnus ille per cœlum Iupiter alatum cur-
rum agens fertur: abstractum inde ipse, cũ iam in summa conuexitate uolarem,
atque ultra cœlum ascenderem, & alis confractis, æqualẽ & eiusdem conditio-

nis

A nis cum multitudine promiſcua fecit. Ac tragicam quidem illam atque modeſtam perſonam abſtulit mihi: comicam uerò aliam, atq; ſatyricam quandam impoſuit, ac tantùm non ridiculam. Deinde in eundem locum ad me adducta, cõcluſit mecum Conuicium, Iambum, Cynicam petulantiam: præterea Eupolin & Ariſtophanem, uehementes uidelicet uiros ad exagitandum grauia illa, & ad irridendum ea quæ præclara ac pulchra ſunt. Poſtremò autẽ & Menippo quodam ex antiquis illis canibus admodũ latratu facili ac prompto, ut uidetur, deinde mordaci atque aſpero quoque effoſſo, hunc quoq; ad me introduxit, terribilem reuera canem, & morſu latenter inuadentem, eò nimirum quòd etiam
B ridendo pariter mordeat. Proinde quomodo non graui cõtumelia affectus uidear, qui neq; familiari ac proprio habitu amplius cõſpicior, & comœdias agẽdo, ac riſus ciendo, argumentaq; aliena tractando, quaſi quendam hiſtrionẽ illi me gero? Nam quod omnium abſurdiſſimum eſt, temperatura quadam aliena ac noua mixtus ſum, & neque pedeſtris amplius ſum, neque in ſublimibus incedo: ſed planè Cẽtauri modo compoſitum quiddam ac peregrinum ſpectrum auditoribus appareo. MERC. Quid igitur ad hæc dices Syre? SYR. Inexpectatum equidem, uiri Iudices, certamẽ hoc apud uos ſuſtineo. Quiduis enim citius putaram Dialogum, quàm hæc de me dicturum eſſe. Quem ego ſuſceptum te-
C tricum adhuc pleriſque apparentem, & præ continuis interrogationibus præfractum ac durum, eoq; nomine uenerabundum quidem aliquid præ ſe ferentem, haudquaquã tamen omnino ſuauem, aut etiam multitudini acceptũ, principiò quidem ipſum per terram incedere ad humanum hunc morem aſſuefeci: poſtea autem ſqualore iſto multo abſterſo, & ridere ipſo coacto, ſuauiorem ac gratiorem aſpicientibus exhibui. Supra omnia autem Comœdiam cum ipſo coniunxi, ac per hoc multam illi beneuolentiam apud auditores conciliaui: qui antea ſpinas in eo iſtas metuentes, perinde ut Echinũ, in manus accipere ipſum fugiebant. Cæterùm noui ego quod maximè ipſum malè habet, nempe quòd
D nõ tenuia illa atque exilia ſedendo cum eo argutari ſoleo, ſitne anima immortalis uidelicet, & quot heminas Deus quando mundum fabricauit, ſynceræ & eodem modo ſeſe habentis ſubſtantiæ in craterem illũ in quo uniuerſa miſcendo temperabat, infuderit: & num Rhetorica politicæ particulæ imago, adulatoriæ pars quarta ſit. Delectatur enim neſcio quo pacto huiuſmodi argutias diſputando, perinde ut illi qui ex pſora libenter fricantur. Ac cogitatio iſta & cura, dulcis ipſi uidetur: ac magnificè ſe effert ſi dicatur quòd nõ cuiuſuis hominis ſit ea intelligere, quæ ipſe de ideis ſubtiliter & acutè ſpeculatur. Huiuſmodi uidelicet à me quoque poſcit, & alas illas quærit, ac ſurſum aſpicit: illa interim
E quæ ante pedes ſunt, nõ uidẽs. Nã cæterorũ certè cauſſa haudquaquã, puto, accuſauerit me, quòd ueſte hac Græca detracta, barbaricã ipſi induerim, & hoc, cũ barbarus ipſe uidear eſſe. Iniuriam enim feciſſem, ſi legibus præteritis in ipſum talia commiſiſſem, ac patrio ueſtitu graſſatorũ more ſpoliaſſem. Reſpondi Iudices, quantum poſſibile mihi fuit. Vos autem ſimilem priori ſententiam quæſo ferte. MERC. Papæ! omnibus decem uincis. Nam ipſe ille prior ne nunc quidem eadem cum cæteris ſentit. Nimirum conſuetudo hæc illius eſt, atque omnibus perforatum calculum ferre ſolet, nec facilè deſierit optimis quibuſq; inuidere. Sed uos quidem nunc abite bona cum fortuna: in craſtinum autem & de reliquis cognoſcemus.

*Platonẽ perſtringit in Phædone, Gorgia, & delegibus, &c.*

# LVCIANI

## DE PARASITO, SIVE QVOD ARS SIT PARASITICA, F
## Vincentio Obſopœo interprete.

Argumentũ. *Didaſcalici generis Dialogus, in quo contendit ac docet Paraſiticam artem eſſe, eamq; omnium aliarum præſtantiſſimam. Diſpoſitio & ſeries orationis plana eſt. Nam artem eſſe, principiò ex diffinitione artis oſtẽdit, ſingulis eius partibus cum Paraſitica cõparatis, uidelicet quoniã & ſua ac certa principia habeat, exercitationeq; & uſu cõſtet, & ob finem uitæ utilem, nempe uoluptatem, exerceatur. Quòd autem uoluptas utilis uitæ finis ſit, auctoritate ac teſtimonio Homeri defendit. Et quòd hic finis Paraſiticæ magis proprius quàm Epicureorum philoſophiæ ſit, comparatione ſtudiorum ac uitæ utrorumq; probat. Deinde uerò hanc omnium aliarum artium præſtantiſſimam eſſe, primùm in genere docet, collatis omnibus accidentibus, effectibus & cauſsis aliarum artium, cum ijs quæ huic artì accidunt. Poſtea ſeorſim etiam Philoſophiæ & Rhetoricæ, utpote artium cæterarum ſummis, & maximè laudatis, anteponit: Primùm quia illæ incertæ, aliis aliter de illis ſentientibus atque tradentibus, Paraſitica autem ubique eadem ac certa ſit. Deinde quia nuſquam reperiantur paraſiti affectaſſe philoſophiam aut rhetoricam: contrà autem paraſiticam rhetores ac Philoſophi plurimi. Poſtremò ab uſu eorum qui artes has ſectantur & profitentur, duplici uidelicet, altero in bellis, altero in pace. Vbi ad utrunque tempus philoſophos & rhetores inutiles & ineptos eſſe, multis exemplis & rationibus docet: contrà autem paraſitos idoneos ac paratos maximè, idq; ex Homero, & item ex hiſtoriis probat, addita etiam hypotypoſi, qua paraſitum ad prælium parantem & expedientem ſeſe deſcribit. Præterea & priuatam atque domeſticam utrorumque uitam inter ſe comparat, multo meliores atque etiam beatiores eſſe paraſitos oſtendens, quàm uel rhetoras uel philoſophos. Sub finem ipſam artem ex locis finalibus commendat quoque, & ipſius nominis honeſtatem etymologia & analogia defendit.*

### TYCHIADES. PARASITVS.

TYC. QVID tandem in cauſſa eſt Simo, quòd cum alii homines, ſiue ſerui H ſint, ſiue ingenui, quiſque artem quandam calleat, qua cum ſibi ipſi, tum aliis ſunt utiles: tu uerò, quantũ ego perſpicio, nulli rei aut negocio intentus es, unde aut tu aliquem fructum caperes, aut alteri benignè impertiẽdo, adiumento eſſe poſſis? PAR. Quid hæc tua ſibi uult interrogatio ô Tychiade? nõdũ enim capio. proindè planius ac manifeſtius me interrogato. TYC. Eſt'ne aliqua ars, cuius tu ſciens & peritus es, uidelicet Muſicæ? PA. Non per Iouem. TYC. Quid autem, Medicinæ? PAR. Ne illius quidem. TYC. Atqui Geometriæ? PAR. Nequaquam. TYC. Quid autem Rhetoricæ? Nam à philoſophiæ ſtudio uſque adeò abhorres, quantum ipſius uitii cõtagium à phi- I loſophia alienum eſt. PAR. Atque etiam, ſi fieri poteſt, adde quiddam amplius. Proinde ne animum inducas hoc te mihi ignoranti exprobrare. fateor enim me ignauum eſſe, atq; etiam tua opinione longè peiorem. TYC. Sanè, ſed haſce fortaſſe artes propter illarum magnitudinem atq; difficultatem nõ perdidiciſti: at ex popularibus illis quam tandem tenes? num architectonicã, aut ſutrinam? Neq; enim ea eſt rerum tuarum conditio, ut non talis alicuius artis egeas adminiculo. PAR. Rectè dicis ô Tychiade. neque enim ullam illarum calleo. TYC. Quam igitur aliam? PAR. Quam? Profectò, ut mea eſt opinio, generoſam, quam & te, ſi pernoueris, laudaturum planè exiſtimo. Eandẽ uerò opere atq; re ipſa K perpulchrè obire poſſe me dico, tametſi illam oratione explicare mihi nõ perinde promptum ſit. TYC. Quam tandem dicis? PAR. Nondum mihi uideor ſuper illa orationes ſatis ſtudioſe exercuiſſe. Quòd autem unius alicuius artis nõ rudis ſim, hoc planè iam noſſe potes. Quare nihil eſt quòd hoc nomine mihi ſies infenſior. Quamcunq; autem teneã, alio tempore audies. TYC. Verùm ego omnis moræ impatiens ſum. PAR. Fortaſſe ſi audires, inopinata tibi ars mea uideretur. TYC. Atqui propter hoc ipſum tanto impẽſius ſcire laboro. PAR. Alio tempore tibi exponetur, ô Tychiade. TYC. Nequaquam, ſed iam quamcunque tandem pernoſti exponito, niſi adeò te pudeat. PAR. Paraſiticam. TYC. Et

quis

A quis ita uesani atque dementis est animi,ô Simo,qui hanc artem esse prædicet? PAR. Ego.Si uerò ob hoc ipsum quòd aliam artem non teneam, tibi insanire uideor,huius ipsius causſam mihi putato fuisse insaniam,meq; iam durius increpandi finem facito. Aiunt enim hanc Deam cum aliàs difficilem esse habẽtibus,tum quòd delinquẽtes erratorum excusare soleat,quasi horum omnium magistram atque auctorem culpam uniuersam in se transferentem. TYC. Ergo Simo Parasitica ars est? PAR. Sanè ars : atq; ego illius auctor & inuentor sum. TYC. Proinde tu parasitus es? PAR. Tu quidem Tychiade probro me afficis. TYC. Atqui non erubescis te ipse Parasitum compellando? PAR. Sanè ue-
B rò: puderet enim me,nisi dicerem. TYC. Atque per Iouem,si tibi notores esse uelimus,erga alios te ignorantes quod tibi nomen esse testabimur? num Parasitum te esse affirmabimus? PAR. Hoc nomine compellantes longè magis me oblectabitis, quàm si Phidiam statuarium me esse dixeritis. Quippe mea arte non minus gaudeo, quàm ipse Phidias Ioue à se fabricato gauisus est. TYC. Atqui hoc mihi attentius consideranti,res perridicula perspecta est. PAR. Quæ nam? TYC. Si externè scribentes ad te in epistolis,hunc tibi adiiciamus titulum: Simoni parasito. PAR. Atqui impensius mihi gratificaberis,quàm si hoc titulo nobis scripseris, Dioni philosopho. TYC. Quantum tu quidem hac com-
C pellatione gaudere soleas, mihi parum curæ est. Sed & aliud quiddam absurdi considerandum uenit. PAR. Quódnam? TYC. Num & hæc in aliarum artium numero nobis recensenda sit, ut interrogante quopiam cuiusmodi ars sit, respondeamus,ueluti de grammatica aut rhetorica interrogati solemus, parasitica? PAR. Ego uerò Tychiade,longè iustius hanc quam profiteor, quàm ullam aliam,artem dicẽdam esse contendo. Quòd si tibi iucundum est auditu,ut opinor fore,sententiam meam explicare non grauabor,quanquam ad hoc nõ admodum, ut antè dixi, præparatus aut instructus sum. TYC. Tametsi sint exigua,ueritate tamen præcellent. PAR. Age,sub initium artem ipsam,quo fini-
D tionis genere describatur, ad calculos expendendam reuocemus. Ad hunc enim modum speciatim & aliis artibus pensitandis,assequemur num & hanc rectè teneamus. TYC. Quid ergo ars est, ut compertum habeas? PAR. Ars est, ut ego memoria teneo,quodam sapiente uiro audito, præceptionum exercitarum comprehensio, ad unum exitum uitæ utilem pertinentium. TYC. Rectè sanè illius auditi uerba commeministi. PAR. Iam si horum omnium particeps est Parasitica, consentaneum est & hanc nihil aliud quàm artem habendam esse. TYC. Ita profectò ars habenda est, si quidem hæc ita se habuerint. PARA. Age iam singillatim ad omnes artis species parasiticam accommo-
E dantes,num oratio illi consonet,considerabimus: sed non quemadmodum ollæ uitiosæ dum pulsantur,ne malignè resonẽt. Oportet itaque & hanc, quemadmodum omnes artes, præceptionum inuentionem in se complecti. Principiò enim præuidere atque discernere quis aptus & accommodatus sit eum alere : atque ita facto parasitandi exordio, haudquaquam pœniteat. Aut dicemus argentarios seu numularios artem quandam habere qua norint adulterina nomismata à probis sagaciter deprehendere: hunc autem citra artis adminiculum discernere posse adulterinos homines & probos, præsertim cum ueluti nomismata, hominum mores cuiusmodi sint, nõ statim pateant. Eadem hæc & sapiens reprehendit Euripides,dicens:

*Diomedes lib. 2. hãc finitionem Ciceroni adscribit.*

*In Medea.* At quo malus noſcendus eſt mortalibus, F
Innatus eſt nulli character corpori.

Ex quo & multo præclarior Paraſiti ars eſſe oſtenditur,qui res ita obſcuras & abditas magis q̃ uaticinãdi peritia perſpicit & cognoſcit. Noſſe uerò ſermones proferre accommodos,eaq; facere per quæ in familiaritatem adiũgitur, quibus ſemet quambeneuolentiſſimum ſuo alumno eſſe oſtenſurus ſit, nunquid non ſingularis intelligẽtiæ,atq; inuentionis uehemẽtiſſimæ tibi documentũ eſſe uidetur? TY. Admodum. PAR. Porrò autem in ipſis conuiuiis ut abeat per omnia plus habens, eosq; exuperans qui eam artem ſua negligentia ſibi non parauerunt, an hoc citra rationem & ſingularem ſapientiam Paraſitũ facere poſſe arbitraris? TY. Nequaquam. PAR. Quid autem? noſſe obſoniorũ ciborumq; uirtutes & uitia,num tu rudis & indocti cuiuſpiam cũrioſitatẽ eſſe exiſtimas? præſertim Platone generoſiſſimo ita dicente: Qui conuiuas epulis accepturus eſt, nec rei coquinariæ ſcientiam habuerit,eius in adornãdo conuiuio pertenue eſt iudicium. Quòd autẽ Paraſitica non cognitionẽ ſolam,ſed exercitationẽ quoq; ſibi uendicet, inde perdiſces facillimè,quoniam aliarum artium cognitiones,& dies & noctes,& menſes & annos ſæpenumero inexercitatæ permanent, non tamen artes ipſæ apud poſſidentes depereunt. At uerò Paraſiti cognitiones niſi quotidie in uſu ſint atque exercitio,perdunt non artem ſolam, ut opinor, H ſed ipſum quoque artificem. Paraſiticæ uerò utilitatem ad unum aliquem uitæ exitum tendentem uereor ne inſaniæ ſit perquirere. Ego uerò quàm edere & bibere, in uita mortalium nihil inuenio utilius aut præſtãtius,& citra quod uita non poteſt ſubſiſtere. TY. Maximè. PAR. Atqui ne eiuſmodi quidem res eſt paraſitica, cuiuſmodi eſt pulchritudo aut fortitudo, ut ars nulla eſſe uideatur, ſed quædam uis atque potentia. TY. Vera dicis. PAR. Verùm neque arte caret. Quod enim arte caret,nullo modo poſſidenti eſt conducibile. Age enim ſi tibi ipſe nauim in mari cõmiſiſſes fluctibus atq; procellis ingruentibus, gubernandi imperito,num euaſurus es incolumis? TY. Minimè gentium. PAR. Quid tandẽ obſtat? an quòd arte careas, cuius ope te ipſe ſeruare potuiſſes? TY. Sanè uerò. PAR. Proinde arte ſeruamur, imperitia uerò non item. TYC. Admodum. PAR. Ergo Paraſiticam artem eſſe conſtat. TYC. Artem profectò,quantum apparet. PAR. Atqui gubernatores quidem præclaros,& aurigas eximios de curru non rarò delapſos eſſe comperi, ac nonnullos illorum luxatos atq; delumbatos,porrò nonnullos prorſus extinctos : cæterùm Paraſiti naufragium nullus eſt qui poſſit producere. Proinde ſi neque ab arte remota eſt Paraſitica,neque facultas eſt aliqua,comprehenſio autem præceptionum exercitarum: eandem artem eſſe hodie nobis fatendum eſt. TYC. Quantum quidem ex hoc cõ- K iecturam facio. Sed in hoc tibi uigilandum eſſe intelligis,ut finem aliquem generoſum Paraſiticæ nobis attribuas. PAR. Rectè ſanè dicis. uidetur autem hac

*Paraſiticæ definitio.* finitione potiſſimùm explicari poſſe: Paraſitica ars eſt ciborum atque potuum, & ſermonum qui horum conquirendorum gratia dicendi ſunt, cuius finis eſt uoluptas. TYC. Videre mihi tuam artem præclarè definiſſe. Illud tamen etiam atque etiam conſidera,ne aduerſus philoſophos aliquos de fine tibi oriatur pugna atque contentio. PAR. Atqui abunde ſufficit hunc eſſe finem & felicitatis & Paraſiticæ: neque aliter apparet. Siquidem Homerus ille ſapiens Paraſiti uitam admirans tanquam ſolam beatam atque felicem,ita inquit:

Haud

A Haud ego finem ullum meliorem ultrà arbitror esse,
Quàm si mente omnis populus lætetur ouanti,
Iuxtà autem mensæ sint pane cibisq; repletæ,
Atque pocillator dulce è cratêre falernum
Fundens distribuat per pocula parua bibendum.

Iam quasi parum cumulatè hæc admiraretur, sentẽtiam suam longè pleniorem apertioremq; hisce uerbis facit, perfestiuè subiiciens:

Hic finis nobis pulcherrimus esse uidetur.

Haud aliud ex iis quæ dicit, beatũ ac felix, quàm parasitari existimans. Sedenim
B hæc uerba non cuilibet è uulgo attribuit, uerùm omnium sapientissimo. Et sanè si Vlyssi fuisset in animo Stoicos secuto laudare finem uirtutẽ, potuisset illud dicere quando Philoctetem ex Lemno adduxit, quando Troiam subuertit, quando Græcos fugam adornantes compescuit atque detinuit, quãdo Troiam ingressus est se ipse indecoris uulneribus flagellatum afficiens, ac sordido & planè Stoico indumento amictus. At tũc huius pulcherrimi finis nusquã commeminit. Cæterùm ne tunc quidem cum in Epicureorum uita cõstitutus apud uenustissimam Calypso uersaretur, illiq; liceret in ocio uoluptuosè & molliter uiuere, ac in omnibus deliciis Atlantidis lectum conscendere, neque non rebus
C quas animi libido ferebat, indulgere: illius pulcherrimi finis memor est, sed cum apud Phæacas parasitum ageret. Vocabantur autem tunc tẽporis parasiti Dætymones. Dætymones. Quomodo enim dicit? Dignum enim est ut iterum atque iterum suauissimorum uersiculorum recordaremur. neque enim ad satietatem audiri possunt, nisi sæpius repetantur:

Dætymones sedeant ex ordine. &,
Iuxta mensæ adsint epulis & carne repletæ.

Porrò Epicurus nimium impudenter hunc finem detractum parasiticæ, ad felicitatem suam detorsit. Quòd autem hæc res nõ absit à furto, quodq; Epicuro
D uoluptas nihil curæ sit, sed parasito, ita potes colligere. Ego uoluptatem existimo primùm tranquillum statum corporis: deinde neque mentem ulla perturbatione aut molesta cura onerari. Horum utrunque parasitus assequitur, Epicurus autem ne alterutrius quidem fit particeps. Etenim cũ curiosè satis de habitu terræ, de infinitis mundis, de magnitudine solis, atque distantiis, de primis elementis, atque etiam de diis, siue sint siue non sint, deq; ipso fine perquisitigãs, nunquam non digladiari soleat, semper cum aliquibus contentiosè dissidens: non humanis solùm, sed & mundanis uexationibus atteritur atque cõsumitur. At parasitus horũ omnium securus, omnia bene se habere existimans, credénsE que hæc meliori loco non esse posse q̃ sint, cum multa securitate & animi tranquillitate, nullo istiusmodi nugarum scrupulo illi facessente negociũ, edit suauissimè, ac dormit supinus, porrectis & manibus & pedibus, quemadmodum Vlysses rate ad patriã nauigans. Atqui non propter illa tantùm nulla in re Epicurus uoluptatis potitur, sed etiam propter hæc. Quippe Epicurus ille, quicũque tandem fuerit ille sapiens, aut habet quod edat, aut nõ. Si non, ille quidem uoluptuosè uiuet minimè, imò ne uiuet quidem. Sin autem habuerit, habebit aut à seipso, aut ab alio. Itaque si ab alio quod edat habuerit, parasitus est & ille, & non is quem se superbè uenditat. Sin à seipso, uoluptuosè non uiuet. TYC. Quomodo uerò non uoluptuosè? PARA. Si enim suppetiuerit illi apud sei-

pſum uictus copia, multa, ô Tychiade, eiuſmodi uitam conſequi neceſſe eſt. F
Vide uerò qualia. oportet enim eum qui uoluptate duce molliter & delicatè
uicturus eſt, omnibus incidentibus cupiditatibus abunde indulgere. Aut quid
tu ais? TYC. Et mihi idem uidetur. PARAS. Proinde ei qui re familiari am-
pliter inſtructus eſt, fortaſſe unde libidinem ſuam expleat, nõ ægrè ſuppetet: at
qui æſtiuè atque tenuiter munitus erit opibus, illi harum rerum potiundi nulla
ſupererit copia. Itaque ſi pauper fuerit Epicurus, ſapiens eſſe non poteſt, neque
unquam uoluptatis finem ſibi propoſitum conſequetur. Sed ne diues quidem
copioſæ pecuniæ dominus, cui per facultates ſuas cupiditatibus prolixè ſuppe-
ditare atque inſeruire promptum eſt, præfixum uoluptatis finem nanciſcetur. G
Quid ita tandem? Propterea quòd neceſſe ſit eum qui ſumptum de ſuo fecerit,
in multas atque adeò odioſas illabi moleſtias. Iam enim illi cum coco rixandum
erit, quòd parum opiparè atque apparatè edulia adornauerit. Aut ſi citra rixam
coci negligentiam diſſimulanter habuerit, tum ferculis inconditis, & minimè
delicatis ueſcitur, ac per hoc ſperata uoluptate priuatur. Aut iam illi cum do-
mus præfecto rem familiarem indiligenter accurante delitigandum eſt. An ue-
rò hæc ita ſe non habent? TYCHI. Per Iouem idem quoque mihi uidetur.
PARAS. Hæc ergo omnia ut Epicuro accidant neceſſe eſt. itaque nunquam
uoluptatis fine miſer ille potietur. At uerò paraſito neque cocus eſt ullus cui H
propter incuriam iraſceretur, neque ager, neque uillicus, neq; argentum, quo-
rum nomine famuli excuſationem perferens doleret: & tamen omnia habet, ut
edat & bibat, ſoli illi nulla re exiſtente qua ut Epicurus perturbaretur. Iã quòd
ars ſit paraſitica, & ex his iam dictis, atque aliis ſatis ſupérque oſtenſum eſt. Re-
liquum eſt ut planum faciam quàm ſit etiam omnium optima, & hoc quidem
non ſimpliciter, ſed primùm declarabo quàm communiter omnes alias artes
ſua anteire ſoleat præſtantia: deinde quàm etiam priuatim præcellat cæteras.
Communiter ad hunc modum præſtat aliis. Etenim uniuſcuiuſque artis ſtu-
dium, diſcendi adducere laborem, timorem ac uerbera neceſſe eſt, quæ qui nõ I
deprecetur, nullus unquam inuentus eſt. Hanc uerò artem cuius ego profeſ-
ſor ſum, ſolam, ut uidetur, licet ſine labore perdiſcere. Quis enim unquam à
conuiuio flens digreſſus eſt, ueluti quoſpiam uidemus puerulos à præceptori-
bus diſcedere? Quis proficiſcens ad conuiuium unquam triſtis atque ſeuerus
conſpectus eſt, quemadmodum illi qui ludos literarios frequentare ſolent? At-
qui paraſitus ſua ſponte, atque adeò uolens ad cœnam uadit, artis conſequen-
dæ omnium cupidiſſimus. Cæteri uerò qui aliis artibus perdiſcendis nauant o-
peram, eaſdem proſequuntur odio, ita ut nonnulli aufugientes, artes ſuas ſum-
ma deteſtatione repudient. Et cur non hoc quoque conſiderandum tibi ue- K
nit, quòd eos qui in aliis artibus feciſſent aliquod operæprecium, parentes his
potiſſimùm honorare ſolent, quibus paraſitum quotidie cohoneſtant? Elegan-
tes, ita me Dii ament, inquiunt, puer pinxit literas, date illi quod edat. Mali-
gnas literarum notas deſcripſit, nihil date illi. Adeò res & honore penſanda, &
ſupplicio punienda eſſe uidetur. Quinetiam cum cæteris artibus ita compara-
tum eſt, ut primum hoc poſterius habeant, poſtquam iam multo ſudore paratæ
ſunt, dulcem & expetitum uoluptatis fructum ſubminiſtrãt ſuis cultoribus, ad
quam rem multa eſt uia, nec minus aſpera. Cæterùm ſola ex omnibus paraſiti-
ca ſtatim initiò inter diſcendũ arte ſua fruitur, ac ſimul atq; incepta fuerit, quan-
tocyus

A tocyus eſt in quæſtu. Præterea reliquæ artes nõ ſaltem aliquæ,ſed omnes ſimul tantùm uictus conquirendi gratia inuentæ ſunt : at paraſito actutum parata eſt alimentorum felix copia, ſimul atq; artem exorſus fuerit. An uerò nõ animaduertis agricolam agros colere non colendi gratia,& fabrum fabricare nõ fabricandi gratia? At paraſitus nihil ſectatur aliud, ſed hoc ipſum quod illius negocium eſt,& cuius gratia ei negocio intentus eſt. At hæc cui obſcura ſint,neminem eſſe arbitror, quòd ii qui reliquarum artium exercẽdo tractant cõmercia, per omne tempus afflicti laboribus uiuunt ærumnoſe atque infeliciter, ac uix unum atque alterum diem feſtum per menſem agunt, propterea quòd ciuita-
B tes aliàs quidem per annũ,aliàs per menſem indicta ſolennitate dies feſtos agere ſoleant, & tunc animo remiſſiore lætari dicuntur : at paraſitus ferè ſingulos ſemper triginta dies agit in ocio. Omnes enim dies illi uidentur ſacri deorũ numinibus. Præterea quibus conſilium aut animus eſt reliquis uti artibus cũ aliqua laude & exiſtimatione,illi tenui frugaliq; uictu & potu utantur neceſſe eſt, tãquam qui morbis decumbunt impliciti. Nã qui uictu paulo copioſiore, potúque largiore ſemet inuitat & oblectat,ille ſtudio minimè eſt accõmodus. Accedit his, quòd reliquæ artes ſine inſtrumẽtis, magiſtro ſuo nihil fructus afferre poſſunt. Neque enim citra tibiam tibia canere, neque citra lyram pſallere,
C neque abſque equo equitare quiſquam poteſt. Porrò hæc uſqueadeo bona eſt, adeóque non oneroſa artifici,ut omnibus etiam inſtrumentis carenti,tamẽ uictum largè ſuppeditet,eaq; commodiſſimè uti poſſit. Et ſicut uidemus,alias artes perdiſcentes,magiſtris mercedem perſoluimus: hanc autem diſcentes,præmium accipimus. Præterea aliarũ artium omnium ſunt doctores quidã & profeſſores:cæterùm qui paraſiticam tradat aut doceat,nullus eſt,ſed quemadmodum Poẽſis iuxta Socratẽ, & ipſa quidem fato quodam accedit. Quinetiam illud apud animum tuum expendito,quòd alias artes,aut iter facientes aut nauigantes exercere nequeamus,hac uerò uti licet & in itinere,& inter nauigandũ.
D TY. Admodum profectò. PAR. Atqui ô Tychiade,reliquæ artes omnes huius opem mihi deſiderare uidentur,hæc uerò nullius alterius egens eſt adminiculo. TY. Quid autẽ?nonne qui alienas res accipiunt,tibi iniuſtè agere uidentur? PAR. Et quî non? TYC. Quomodo ergo paraſitus aliena accipiẽs,ſolus extra iniuſti noxiam habendus eſt? PAR. Huius quæſtionis cauſſam tibi non poſſum reddere:uerùm aliarum artium principia plerunque ſunt uilia atq; ſimplicia,paraſiticæ autẽ principium admodum generoſum & illuſtre eſt. Etenim omnibus modis iactatum ac tritum illud amicitiæ nomen, non inueneris aliud quàm paraſiticæ eſſe auſpicium. TYC. Quomodo dicis? PAR. Quoniam ne-
E mo inimicum aut ignotum hominem, ſed ne mediocriter quidem familiarẽ ad cœnam uocat:ſed neceſſarium eſt ut antè cum illo amicitiam cõtraxerit,quàm eum libationis & menſæ participem fecerit,atque ad huius artis myſteria admiſerit. Audiui ego ſæpenumero dicẽtes quoſpiam,Cuiuſmodi ille amicus eſt,qui neque edit neque bibit unquam nobiſcũ? quaſi eum qui unà cibum capiat atq; combibat, ſolum fidum amicum eſſe exiſtiment. Quòd autem ars ſit omnium præſtantiſſima, inde facillimè poteris cognoſcere. Etenim artes reliquas non tantùm grauiter laborantes, & ſudore perfluentes, ſed per Iouem ſedentes aut ſtantes exercent,quaſi artibus ſeruiliter mancipati ſint: at paraſitus ueluti addicto mãcipio ſua arte utitur, ueluti rex accumbens ocioſus ab animo. Illa autem

quorsum recenſere attinet,certiſſima felicitatis paraſiticę documenta,quòd ſo- F
lus iuxta ſapientem Homerum, neque ullam plantam inſerit manibus, neque terram uerſat aratro, ſed citra arationem, citraq; ſementem omnia paraſitando conſequitur? Præterea rhetori aut mathematico aut fabro ærario nihil obſtare uideo quo minus artē ſuam exerceat etiam ſi improbus fuerit aut morio: porrò autem paraſitum agere nemo poteſt,qui aut ſtultus fuerit,aut improbis moribus. TY. Papæ! cuiuſmodi rem oſtendiſti eſſe paraſiticam! Itaque & me iam ea inuaſit libido,ut paraſitus eſſe cupiam pro eo qui nunc in præſens ſum. PAR. Itaque quemadmodum omnibus aliis artibus potior ſit paraſitica cōmuniter, abunde mihi demonſtratum eſſe opinor. Age nunc deinceps quomodo priua- G
tim quoque excellat ſingulas,conſiderabimus. Vt autem hanc cum mechanicis aut manuariis artibus conferam,ineptum mihi eſſe uidetur, aut potius eius qui huiuſce artis dignitatem indignis modis ſubuerteret. Sed illud potius, quomodo maximas atque pulcherrimas ſua præſtantia exuperet, demonſtrandum eſt. Eſt autem in confeſſo apud omnes,rhetoricā atque philoſophiam cæteris longè celebriores haberi, quas plerique propter generoſitatem atq; cognitionem omnibus anteponunt. Proinde poſteaquam oſtendero & his longè potiorem eſſe paraſiticam,ſatis conſtabit eandem quoque cæteris artibus uniuerſis longè
*Odyſſ. z.* latéque præſtare, ueluti Nauſicaa corporis uenuſtate atque proceritate omnes H
præcellebat famulas. Equidem cōmuniter utraſque excellenter anteit, & rhetoricam,& philoſophiam. Primùm quantum attinet ad artis ſubſtantiam. Illa enim ſubſiſtit, hæc uerò minimè. Neque enim de rhetorica eadem omnium eſt
*Quintil. lib. 2. cap. 17.* ſententia, neque eandem idem omnes eſſe ſentimus, ſed nonnullis ars eſſe uidetur,nonnullis ab arte ſeiuncta. Plerique etiam prauitatem quandam artis ſeu impoſturam eſſe exiſtimant, alii aliud. Haud alia eſt hominum de philoſophia diſputantium opinio. Aliter enim Epicuro res philoſophicæ habere uidentur, aliter Stoicis,aliter Academicis, ſecus quoq; Peripateticis. Et quid multis opus eſt? Omnino alius aliam rem philoſophiam eſſe cōtendit & comminiſcitur: & I
ad hunc uſque diem neque illi ſuam obtinent ſententiam, neque ars illorū una eſſe uidetur. Ex quibus omnibus hanc mihi coniecturam facere licet, quòd ſtatim ſub initium illam artem eſſe negem,cuius nulla eſt ſubſtantia: quoniam cur tandem arithmeticam unam eſſe uidemus, quàm quòd bis duo & apud nos & apud Perſas ſint quatuor,nec diſcrepant hæc neque apud Græcos,neque apud Barbaros? At philoſophias uarias atque multiplices eſſe uidemus,præterea neq; fines neque principia illarum concordare. TYC. Vera dicis. Etenim unā philoſophiam eſſe aſſeueranter affirmant,ipſi uerò multarum ſunt auctores. PAR. Atqui in reliquis artibus,quanquam nonnihil diſcreparet, quiſpiam uerò pro- K
greſſus illud ignoſcendum eſſe contenderet, propterea quòd alioqui perfectæ eſſent,earumq; cognitiones nō forent ambiguæ aut mutabiles, certè ille repudiandus non eſſet. At philoſophiam quis tāquam neceſſariam ſuſtineret unam & ſimplicem non exiſtentem,ac ferè ubique ipſam ſecum diſcrepantem,longè magis quàm inſtrumenta quæ ſunt diuerſiſſima? Siquidem non eſt una philoſophandi ſcientia aut ratio,poſtquam innumeras eſſe cōſpicio. Multæ autē eſſe non poſſunt, quandoquidem philoſophia una eſt. Non diſparia de rhetoricæ quoque ſubſtantia quiſpiam dicere poſſit. Nam de una re propoſita omnes nō idem ſentire & dicere, ſed ſuper præceptionibus diuerſis pugnare ſententiis,

documentum

A documẽtum eſt certiſſimum ne principium quidem illius artis eſſe probabile, cuius non eſt una cognitio. Etenim quærere quid potiſſimũ ex illis æſtimanda ſit rhetorica, ac nondum fateri unam eſſe, omnem eius quod quæritur, tollit eſſentiam. Porrò autem ipſa paraſitica non perinde ſe habet, ſed & inter Græcos & inter Barbaros ſui nunquam diſſimilis eſt, ſed una atque eadem paraſitandi ratio ubique. Neque quiſpiam dixerit aliter hos, aliter illos exercere paraſiticam. Neque ſunt inter paraſitos, ut uides, diſcrepantium ſectarum auctores, cuiuſmodi ſunt aut Stoici, aut Epicurei, dogmata habentes pugnantia, ſed una omnibus apud omnes eſt profeſſio, operumq; & finis concordia. Itaque ut mihi
B uidetur, periculum eſt ne ex his omnibus iam à me adductis, paraſitica quoque ſit ſingularis & præcipua quædam ſapientia. TYC. Videre mihi iſta ſufficienter diſſeruiſſe. Quòd autẽ & in aliis philoſophia tua profeſſione paraſitica deterior exiſtimanda ſit, quomodo planum facies? PAR. Ergo illud mihi ſub initium dicta perneceſſarium eſt, nullum paraſitum unquam philoſophiam amaſſe: at paraſiticæ deſiderio permultos arſiſſe philoſophos teſtantur hiſtoriæ: quo deſiderio etiam nunc tenentur. TYC. Et quóſnam memorare potes philoſophos qui paraſiticæ operam dederint? PARA. Eos quidem ô Tychiade, quos neque tu ignoras, ſed data opera me quoque ignorare ciuiliter ſimulas, ueritus
C ne ea ex re dedecus illis potius quàm honorem conciliem. TYC. Non per Iouem hoc mihi in mentem uenerat, ô Simo, attamen uehementer animi pẽdeo quóſnam ei rei unquam ſeruiẽtes poſſis producere. PARA. O generoſe, equidem tu mihi rudis & imperitus eſſe uidere eorum qui philoſophorũ uitas memoriæ proditas ad poſteros tranſmiſerunt. omnino enim eoſdem quos dico legere potuiſſes. TYC. Atqui per Herculem iam mirabiliter audire geſtio qui tandem illi ſint. PARA. Ego tibi eoſdem demõſtrabo, & nominatim perſtringam, & quidem minimè malos, aut infimæ conditionis philoſophos, ſed ut ego opinor, ferè ex omnibus præſtantiſſimos, & de quibus hoc uel ſuſpicari indi-
D gnũ facinus eſſe putaſſes. Enimuero Aeſchines ille Socraticus, lõgis illis & lepidis dialogis ſummo ſermonis nitore atque munditia conſcriptis, ſemel uenit in Siciliam, eoſdem unà ſecum ferens, ut ſi quo modo fieri poſſet, eorum opera Dionyſio tyranno innoteſceret. Tandem uerò lecto Miltiade, uiſus ſibi non mediocrem adiunxiſſe & laudem & opinionem, reliquum tempus permanſit in Sicilia, paraſitans Dionyſio, Socraticis diſceptationibus lõgùm ualere iuſſis. Quid autem? nónne & Ariſtippus ille Cyrenæus unus ex præſtantibus & eximiis philoſophis tibi eſſe uidetur? TYC. Maximè. PAR. Et ille per id ætatis Syracuſis uerſatus eſt paraſitando apud Dionyſium. Itaque ex omni paraſitorum
E numero ille in maximo precio habitus fuit apud illum. Erat enim præter cæteros ad hanc artem ſingulari præditus induſtria: quare & coquos quotidie ad illum miſſitare ſolitus eſt Dionyſius, quò apparatius tanto magiſtro artem perdiſcerẽt culinariam. Ille ſanè uidetur etiam artẽ pro dignitate excoluiſſe. Quin etiam Plato ueſter generoſiſſimus, & ipſe nõ aliam ob cauſſam in Siciliã profectus eſt: ac ſanè pauculos aliquot dies paraſitatus, ſtatim ab incepta paraſitatione propter artis imperitiam elapſus eſt. Rurſus autem Athenas regreſſus, cũ uariis ſemet ſtudiis exercuiſſet & adornaſſet, deinceps ſecũda uice in Siciliam nauigando contendit, ubi iterum pauculos aliquot dies cœnatus, ob paraſitandi imperitiam Dionyſio excidit. Et hæc quæ Platoni in Sicilia parum ſcitè paraſi-

tanti accidit aduerſitas, perſimilis mihi eſſe uidetur Niciæ. TY. Et quis ea Simo F
de Platone tibi dixit? PAR. Equidem & alii complures, porrò autem Ariſto-
xenus Muſicus uir clarus atque memorabilis, & ipſe Nelei paraſitus fuit. Quòd
uerò Euripides apud Archelaũ paraſitum egerit uſque ad extremum uitæ diẽ,
Anaxarchus autem apud Alexandrum, planè tibi compertum eſt. Neq; Ariſto-
teles paraſiticam intactam reliquit, ſed eandem ut reliquas artes omnes exorſus
eſt. Philoſophos quemadmodum paraſiticæ operam dederint, oſtendi: paraſi-
tum uerò nemo unquam poteſt producere qui philoſophãdi captus ſit deſide-
rio. Et ſanè ſi felicitas putanda eſt, neq; fame diſcruciari, neque ſiti urgeri, neq;
algore torqueri: hæc nemini alteri quàm paraſito ſuppetunt. Itaq; philoſopho- G
rum non parum multos quiſpiam inuenerit & algentes grauiter & eſurientes,
paraſitũ uerò nequaquam. Aut alioqui paraſitus habẽdus non eſſet, ſed infelix
quiſpiam, aut mendicus circumforaneus, aut etiam philoſopho ſimilis. TYC.
Hæc equidem tibi ſatis ſuperq; diſputata ſunt. At philoſophia atque Rhetorica
etiam reliquis potiorẽ eſſe paraſiticam, quomodo comprobabis? PAR. Sunt in
uita humana tempora, ô optime, alia quidẽ pacis, ut opinor, alia uerò belli. Iã in
his omnibus modis neceſſarium eſt artes cuiuſmodi ſint manifeſtas fieri: ſed &
illi neceſſum eſt ut ſe aperiãt qui artibus ſunt imbuti. Primùm autẽ, ſi ita tibi ui-
detur, tempus belli ſubducta ratione excutiamus, & quinam ingruẽte bello o- H
mnium maximè tum ſibi ipſis priuatim, tum Reipub. ſunt utiles. TYC. Quàm
non mediocre uirorum certamen annuncias! Et ego iamdudũ apud me ipſe ri-
deo, cogitabundo animo mecũ conſiderans cuiuſmodi futurus ſit philoſophus
cum paraſito comparatus. PAR. Ne uerò nimia capiaris admiratione, néue hãc
rem cauillo aut ſubſannatione dignam exiſtimes, age hoc totum expreſſis typis
oculis noſtris ſubiiciemus. Annunciatum eſt ex improuiſo hoſtes in regionem
irruptionem feciſſe: perneceſſarium autẽ eſt collecta manu illis exire obuiàm.
neq; enim per ſocordiam committẽdum eſt ut impune abactis pecoribus agros
noſtros deuaſtent atque depopulentur. At dux belli denunciat ut ad delectum I
faciendũ iuuenes confluant, alii uerò diſcedant. Sint autem inter hos nonnulli
& philoſophi, & rhetores, & paraſiti. Itaq; initiò abiectis ueſtimentis exuimus
nos. Quippe qui armis induendi ſunt, antè ſe denudẽt neceſſe eſt. Proinde in-
tentis oculis ſpecta ô generoſe unumquenq; ex ordine, habitoq; delectu pro-
bato corpora. Itaq; illos propter uictus indigentiã haud dubiè uiſurus es tenues
atq; pallidos, & planè corpore horrido, quaſi iam cõfecti ſint uulneribus. Quî
ergo nõ ſummè foret ridiculum, affirmare eiuſmodi uiros perferre poſſe certa-
men, aut pugnam ſtatariam, aut impreſſionem, aut pulueré atq; uulnera, qui cu-
ratione aliqua refocillandi ſunt? At iam contrà ab illis regreſſus, paraſitum quo K
corpore appareat, contemplare. Nunquid non ille membris præditus eſt planè
gladiatoriis, ac colore uiuo atq; iucundo, neq; nigro, neque rurſus peralbo? Hoc
enim muliebre eſſet, illud ſeruile. Deinde animoſus quoque, terribile quiddam
obtuens, uultu minaci & rubicundo, quod paraſitorum eſt proprium. Neq; e-
nim cõſultum factu uidetur, hominẽ meticuloſum, aut fœmineis oculis prædi-
tum in aciem producere. Nunquid nõ igitur iſtiuſmodi ſit elegans & uiuẽs ar-
matus, elegãs etiam ſi honeſtè in prælio ceciderit? Sed quorſum iſtis collationi-
bus utimur, cum illorum exempla nobis in prõptu parata ſint? Vt enim ſimpli-
citer quæ ſentio eloquar, priorum rhetorum atq; philoſophorum partim extra

murum

A murum in bellum progredi nunquam ausi sunt. Quòd siquis etiam necessariò coactus militatū egressus est, illū ego deserta acie turpiter aufugisse dico. TY. Quàm admiranda omnia,& quàm nihil exiguū aut mediocre polliceris!PAR. Nihilo secus tamen orationem semel exorsus expediam. Equidem ex rhetorū numero Isocrates, ne semel quidem in bellū egressus est, at ne in foro quidem iudiciali unquam orationem habiturus ascendit,propter animi pusillanimitatē. Opinor uerò & ob hoc ipsum illi uocem defuisse. Præterea nonne Demades & Aeschines & Philocrates timore statim consternati bellū Philippo indicente,urbē atque seipsos hosti prodiderunt,neque non pertinaciter perseuerarunt
B Athenis illius res atque negocia semper administrantes? adeò ut siquis etiam alius Athenienſium eandem sequeretur bellandi rationem,protinus in illorum amicitiā adsciscebatur. At uerò Hyperides,& Demosthenes, & Lycurgus, qui paulo uidebantur cæteris animosiores,tametsi in concionibus subinde tumultuarentur,ac Philippum contumeliosis dictis proscinderent,quódnam memorabile facinus in eo bello quod aduersus illum gessere Athenienses,ediderunt? Equidem Hyperides & Lycurgus nunquam egressi sunt,sed neque uel modicum exerto è portis capite ausi sunt prospicere, uerùm intra murum clausi sedebant, iam apud se ipsi obsidionem perferentes,sententiolas atque senatuscō-
C sulta componentes. Sedenim antesignanus illorum atque coryphæus,nēpe Demosthenes,cui ista pro concionibus ciuiū auribus subinde occinere moris erat, Philippus Macedonum exitium,à quo ne mancipium quidē aliquis emere sustineret:ausus uenire in Bœotiam, priusquam uterque exercitus commixtus ad manus deueniret,abiecto clypeo aufugit,magna cum ignominia atque dedecore. An & hæc antea neminem commemorātem audisti,quæ nedum Athenienſibus pro certo cōperta sunt,sed & Scythis & Thracibus, unde illud piaculum profectum fuerat? TYC. Ista equidem mihi comperte nota sunt. At illi quidem fuerunt rhetores,quibus studio fuit concionari,& causas perorare,non uirtu-
D tem armis exercere. Quid autem de philosophis habes quod dicas? Neq; enim hos quemadmodum illos accusare potes ignauiæ. PAR. Illi equidem Tychiade, qui quotidianis dissertationibus multa de fortitudine disputare cōsueuerūt, uirtutis nomen nunquam non in ore habentes,multo quàm rhetores apparent fugaciores,ignauiores, atque etiam effœminatiores. Ad hūc uerò modum rem considera. Principiò quidem nemo est usquam qui pro certo affirmare possit ullum philosophum in bello oppetiisse: aut potius in uniuersum nunquā meruere stipendia:aut si meruerunt,omnes audita tuba aufugerunt. Equidem Antisthenes & Diogenes,& Crates,& Zeno,& Plato, & Aeschines,& Aristote-
E les,& illa uniuersa philosophorum turba,nunquam uiderunt aciem. Solus autem sapiens ex illorum numero Socrates sumpta fiducia in bellum quod ciuitati fuit aduersus Lacedæmonios,exire ausus,fuga inde saluti cōsulens,ex Parnethe in Taurei palæstram diuertit. Existimabat enim sibi longè fore tutius atque ciuilius sedenti cum pueulis studiosè exornari, ac unà sermonem sociātes sophisticis captiunculis illaqueare,quàm cum uiro Spartano manus conserere. TYCH. Ego uerò ista iam olim,ô generose,memorata accepi ab aliis,quibus per Iouem nequaquam uoluntas erat hæc illis illudēdi gratia exprobrare sicut tibi. Itaque parum gratiæ arti tuæ conciliare uidere,tantos uiros falsis cōtumeliis afficiendo. At si uidetur,age iam, ac mihi cuiusmodi uir parasitus in bello sit

expedi, & nũquid omnino ex ueteribus illis quiſpiam paraſitus fuiſſe creden- F
dus eſt. PARA. Atqui ô amice, neminem uſqueadeo Homericæ poëſeos rudem
atque imperitum eſſe exiſtimo, neque ſi prorſus à literis alienus aut idiota fue-
rit, qui neſciat apud illum ex heroibus omnium præſtantiſſimos paraſitos eſſe.
*Neſtor.* Siquidem Neſtor ille, à cuius lingua perinde ut mel fluebat oratio, regis para-
ſitus fuit. Sed neque Achillem, quemadmodũ & uidebatur eratq; corporis for-
ma atque uiribus excellentiſſimus, & iuſtiſſimus, neque Diomedem, neq; Aia-
cem Agamemnon tantis laudibus extulit & admiratus eſt, quanto laudis teſti-
*Iliad.β.* monio ornauit Neſtorem. Neque enim decem Aiaces ſibi dari exoptat, neque
decẽ Achilles. Quippe iam olim Troiam funditus exciſam cepiſſet, ſi eiuſmodi G
decem alios milites cuiuſmodi paraſitus ille fuerat, quanquam iam cõfectus ſe-
*Idomeneus.* nio, habuiſſet. Quin etiam Idomenea Iouis filium eadem ratione Agamemno-
nis paraſitum fuiſſe confirmat. TYC. Hæc equidem & ipſe nõ ignoro. Non-
dum tamen mihi intelligere uideor quomodo illi duo heroẽs Agamemnonis
paraſiti fuerint. PARA. Perlege ô generoſe uerſiculos illos quibus ipſe Aga-
memnon Idomenea alloquitur. TYC. Quóſnam dicis? PARA.

*Iliad.λ.* Semper tibi plenior uni
Stare ſolet cyathus, uelut & mihi, quando bibẽdi Eſt més ut potes.

Inde quod dixit, ſemper pleniorem adſtare cyathũ, non ita accipiẽdum eſt, qua- H
ſi ſemper poculum uino plenum Idomeneo & pugnanti & dormienti ſit pro-
poſitum, ſed quòd illi per omnem uitam ſoli cum rege cœnandi facultas con-
ceſſa fuerit, ſed non perinde ut aliis militibus certis quibuſdam diebus ad men-
*Iliad.ν.* ſam uocatis. Etenim Aiacem quòd ſingulari certamine cõgreſſus cum Hecto-
re, optimè ſe geſſerat, proceres ad Agamemnonem diuinum cœnatũ abduxiſſe
commemorat, tanquam propter uirtutem in pugna editam honoratum, admo-
dum ſera cœna apud regẽ apparata. At uerò Idomeneus atq; Neſtor ferè quo-
tidie cum rege cœnitabant, ut idem auctor teſtatur. Porrò Neſtor regum para-
ſitus mihi fuiſſe uidetur multa arte induſtrius. Neq; apud Agamemnonem pri- I
mùm hãc paraſitandi artem exorſus eſt, ſed multis retro temporibus apud Cæ-
nea atq; Exadium. Viſus uerò eſt neque paraſitãdi finẽ antè feciſſe, quàm Aga-
memnon diem ſuum obiit. TYC. Equidem ille præclarus & inſignis fuit pa-
raſitus. At ſi quos alios id genus heroas paraſitos fuiſſe noſti, hoc mihi nomina-
*Patroclus.* tim explicare ne pigeat. PARA. Quid igitur ô Tychiade, nonne & Patroclus
Achillis paraſitus tibi fuiſſe uidetur, præſertim cum nullo aliorum Græcorum
fuerit deterior aut ignauior neque animi neq; corporis dotibus, tametſi iuuenis
exiſtẽs? Mihi equidem nulla in re ipſo Achille uidetur fuiſſe inferior, ex eius o-
*Iliad.π.* peribus coniecturam faciẽti. Etenim Hectorem perruptis portarum obicibus, K
ac intra munitionem iuxta naues pugnantem, fortiſſimè repulit, & Proteſilai
nauim iam incenſam & ardentem extinxit, quanquam in ea eſſent non igna-
uiſſimi, uerùm Telamone nati & Aiax & Teucer, alter haſta ſtrenuus, alter ar-
cu ualens. Multos præterea ex Barbaris neci dedit: inter quos & Sarpedonem
Iouis filium Achillis paraſitus peremit. Proſtratus uerò occubuit nequaquam
ut alii, ſed ipſum quidem Hectorem uita ſpoliauit Achilles, at Achillem Paris,
unus unum. Porrò autem paraſitum & Apollo & duo uiri occiderunt. Ac iam
moriens eas uoces edidit, nõ quales generoſiſſimus Hector ille, Achillem ſup-
pliciter precatus ut cadauer eius ſuis ſepeliendum redderet: ſed quales par eſt

paraſitum

A parasitum expirantem emittere. cuiusmodi tandem?

Si mihi uiginti duro in certamine tales
Antè occurrissent, cunctos ego cuspide cæsos
Strauissem letho.

TYCH. At de his quidem abunde satis multa uerba fecisti. Cæterùm Patroclum non amicum, sed Achillis parasitum fuisse, quo pacto testatum facies? PARAS. Ipsum, ô Tychiade, Patroclum quòd parasitus fuerit, dicentem tibi exhibebo. TYCH. Admiranda dicis. PARAS. Audi igitur hosce uersiculos:

Ne mea Pelida condi patiare seorsim
B Ossa, sed amborum sint uno tecta sepulchro,
Sicut & antè domi nutriti uiximus una.

Et rursum eodem in loco:

Nam me susceptum Peleus studiosus alebat,
Nomine meq; tuum noto Theraponta uocauit.

hoc est, parasitum esse uoluit. Etenim si Patroclum Achillis amicũ dicere uoluisset, haud illum therapõta nominasset. Erat enim Patroclus liberalior, quàm ut Achillis seruus dici sustinuisset. Quos igitur dicit esse therapontas? qui neq; serui sunt, neq; amici, nempe parasitos: quo nomine & Merionẽ Idomenei theraponta compellat. Atque ita tunc parasitos dictos esse planè coniectura auguC ror. Quinetiam hoc considera, quamobrem Idomenea Iouis filium non dignatus sit Marti æqualem dicere, uerùm Merionem eius parasitum. Nõne uerò & Aristides, uir popularis existens & pauper, ut inquit Thucydides, parasitus fuit Armodii? nonne & amator? Sunt enim parasiti suorum alumnorũ peramãtes. Huius itaque parasiti opera, Athenienssium Reipub. tyrannide oppressæ libertas iterum recuperata est. Et nunc in foro stat æneus inter reliqua ciuitatis monimenta spectabilis. Illi equidem cum tanta uirtute claruerint, tamen parasitos agebãt. Tu uerò quónam animatum animo parasitũ in bello esse putas? NónD ne sub initium talis curato probè corpore sumpto ientaculo prodit in aciem, quemadodum & Vlysses fas esse cõtendit? Quippe cui statim sub auroręexortum pugnandum erit, ille prius cibum sumat necesse est. Et quo tẽpore alii milites, præ metu, hic quidem galeam diligenter adornat, ille thoracem curiosè induit, alius aliud quiddam malum belli suspicans trepidat: parasitus uultu prorsus hilaro & exporrecto indulget epulis: ac mox postquã in aciem progressus est, inter primos fortissimè dimicat: cæterùm qui alit parasitum, tum in ordine subsequitur, quem ille non secus atq; Aiax Teucrũ, clypeo defendit. Cupit enim impensius suum seruare alumnum parasitus, quàm seipsum tueri incoluE mem. Quòd si etiã in bello cæsus parasitus occubuerit, neq; imperatorem, neq; militum quenquam pudore afficit, tantùm existens cadauer, quali corporis dignitate quondam in sympossiis accumbere solitus est: adeò ut indignum sit facinus, philosophi cadauer huic appositum conspici, aridum & sordidum, prolixo barbitio informe, hominẽ prorsus miserãdum, & qui ante initum præliũ mortuus sit, imbellis atque inualidus. Quis uerò eam ciuitatem non extremè contemneret, cuius tã miserandos atq; infelices cerneret satellites? Quis non eam urbem cum robustis tũ animosis auxiliatoribus egere existimet, qui adeò pallidos & comatos homũciones inter militum cadauera dispersos intuitus fuerit, eosq; qui in excubiis stationes agitant, nullius in bello esse precii? Tales equidẽ sunt

Aristides. Iliad. v.

in rebus bellicis parasiti,cum philosophis atque rhetoribus comparati. Cæterùm in pace tantum præcellit philosophiam parasitica, quantum ipsa pax bello præstat. Ac primùm,si uidetur, pacis loca atque studia contemplemur. TYCHI. Nondum teneo quid hæc tua sibi uelit oratio. considéremus tamen. PARAS. Igitur forum & iudicia, & palæstras, & gymnasia, tum uenationes & symposia ego ciuitatis loca esse dixerim. TYCHI. Et rectè sanè. PARAS. Quòd autem parasitus in forum causas acturus non prodit, quodq; in iudiciis nulli clientulorum uocatus patronus præstò est,hanc ego subesse causam opinor, quòd ista loca magis sycophãtis & rabulis illis forẽsibus pateant atq; conueniant,quodq; nihil moderati in illis fieri soleat. Palæstras uerò atq; gymnasia unà cum sympositis parasitus frequentat sedulò,quibus solus ille ornamẽto est, atq; decori: quoniam quisnam philosophorum aut rhetorum exutus uestimentis in palæstra,dignè componẽdus esset cum parasiti corpore? Aut quis illorum conspectus in gymnasio,non potius probro atq; dedecore locum afficeret? Atqui ne in deserto quidem illorum quispiam irruẽtis alicuius beluæ impetũ sustineret : at parasitus earundem uim atq; ferociam fidenter expectat,ac sine negocio compescit,quippe qui easdem in conuiuiis cõtemnere didicerit. Sed neque ceruus neq; sus setis inhorrescens parasitum conterret,sed sue aduersus illum dentes acuente,parasitus aduersus suem cõtrà acuit terribilis. Cæterùm lepusculos magis insectatur,quàm ullus canis uenaticus. Porrò autem in cõuiuio quis cum parasito certamen susciperet,aut iocos ciente,aut comedente? Et quis magis conuiuarum tristitiam discutit? an ille cantillans ridicula,& ludens dicteriis: an homo potius nihil ridens, in sordida tritaq; lacerna accumbens, terram tristis intuens,quasi ad luctũ non ad sympositum uocatus ueniisset? Ac mihi profectò tale quiddã in sympositio uidetur esse philosophus,quod canis in balneo. Sed age istis posthabitis ad ipsam parasiti uitam nos conferamus, excutiẽtes atque comparantes illum . Primùm igitur quis est qui non uidet parasitum nunquam non cõtemptorem esse gloriæ,quippe cui nihil curæ est quam de se opinionem homines obtineant? At uerò ipsos rhetores atq; philosophos,nõ saltem illorum aliquos, sed in uniuersum omnes,fastu atq; gloria transuersos agi quispiã inuenerit,ac non tantùm gloriæ deditos,sed quod adhuc turpius est,argenti sitientissimos. Sedenim parasitus hoc erga pecuniam affectus est animo, quo non aliquis negligẽtiore erga lapillos passim proiectos in littore animatus est. Ac nihil illi inter aurum & ignem uidetur esse discriminis. Rhetores autem,& quod absurdius est,etiam illi qui philosophiæ professione se uenditant,tam auidè argento inhiant, quasi hac ratione maximam sibi nunc conciliarent & opinionẽ & auctoritatẽ philosophi. De rhetoribus quid multa attinet dicere? cum ille corruptus largitionibus causam orare soleat,alius dicendi artem profitens à discentibus mercedem exigit. Tertius à rege similiter præmium flagitat, non ob aliud,nisi quòd cum illo cõuersationem faciat: nec pudore suffunditur. Est præterea alius qui iam ætate confectus,nõ ob aliud peregre proficiscitur,quàm ut lucrum faciat,aut stipẽdio mereat, non aliter atq; Indus quispiam aut Scytha captiuus. Neque eundem pudet nominis, quòd merces sit illud quod accipit. Non solùm uerò his uitiis eos inuenies obnoxios,sed sunt adhuc alii degeneris animi affectus,quibus sunt pleniissimi,nempe molestæ perturbationes, iracundia, inuidentia, ac omnis generis concupiscentiæ. Parasitus autem his omnibus

uacans

A uacans affectibus,neq; iraſcitur,propter animi tolerantiam,tum etiam quòd illi nemo ſit cui iraſceretur. Atq; etiam ſiquando uictus mentis impotẽtia,indignatur,nihil tamen mali aut iniuriæ,iracundiæ impulſu deſignat perperã:quin potius riſum omnibus eius excandeſcentia excutit,ac oblectamento eſt cõuerſantibus. Minimè uerò omnium perturbatur triſtitia, aut ulla mentis moleſtia diſcruciatur. Etenim tam præſens illi paraſitica ſuppeditat aduerſus omnes moleſtias remedium,ut nulla etiam cauſſa exiſtat quamobrem afficiatur triſtitia. Neque enim illi ſunt opes,neq; domus,neq; famulus ullus,nõ uxor,nõ liberi,quibus pereuntibus habentem diſcruciari animo omnino neceſſe eſt ſi horũ iactu-
B rã fecerit. Atqui neq; gloriæ ullius eſt appetens,neq; opulentiæ:ſed nec formoſum quenq̃ deſiderat. T Y C. Veruntamẽ,ô Simo,planè conſentaneũ eſt illum ob uictus indigentiã perturbari animo. P A R. Ignoras,ô Tychiade,ſtatim initiò hũc non eſſe paraſitum,quicunq; laborat uictus inopia. Neq; enim fortis,inopia fortitudinis fortis perhibẽdus eſt:neq; ſapiẽs,ſapientiæ penuria ſapiens putãdus: alioqui paraſitus eſſe non poſſit. Nos enim de eo qui re ipſa paraſitum agit,loquimur, non de eo qui ſolum paraſiti nomen falſò obtinet. Iam ſi fortis nõ alia ratione,quàm præſente fortitudine fortis,& ſapiens præſente ſapientia ſapiens habendus eſt:ſequitur neque paraſitum,niſi paraſitandi facultas ſuppetat,para-
C ſitum eſſe poſſe. Quare niſi hoc illi ſuppeditatum fuerit ab alio,nequaquã paraſitus exiſtimandus eſt. T Y C. Proinde paraſitus nunquam alimenti laborabit inopia? P A R. Ita quidem apparet. Itaq; neque huius neq; alterius cuiuſpiam rei gratia diſcruciatur animo. Verùm omnes ad unum philoſophi pariter atq; rhetores,maximo ſemper in metu ſunt. Illorum igitur plurimos plerunq; ligno armatos in publicum prodire uidemus:quod procul dubio non facerent, niſi armatos metuerent. Quid quòd etiam ianuas probè oppeſſulatas cõcludunt,metuentes ne quis noctu domum ingreſſus,illis perniciem machinetur? At paraſitus ædiculę ſuæ ianuam quidem claudit,ſed planè incurioſe & temere,ne uide-
D licet uenti uiolentia irruens aperiat. Cæterùm noctu orto tumultu, non magis animo timore concutitur, quàm ſi nullus extitiſſet. Præterea per ſola loca iter faciens,nullo accinctus gladio ambulat. nihil enim prorſus uſpiam gentiũ metuit. At ego ſæpenumero uidi philoſophos nullius periculi ne ſuſpicione quidem exiſtente arcus apparantes. Sẽper enim baculis armati incedunt,atq; etiam ſiquando in balneas lotum abeũt,aut uocati ad prandium. Nullus uerò eſt qui paraſitum aut adulterii,aut uiolentiæ,aut rapinæ, aut alterius cuiuſpiam delicti inſimulare poſſit:quoniam qui talibus uitiis eſſet cõtaminatus,iam nõ amplius paraſitus foret perhibẽdus, ſed ſe ipſe grauiſſimæ iniuriæ exponeret. Itaq; adul-
E terium flagitioſe committens,unà cum perpetrato delicto etiam flagitii nomen incurrit. Quẽadmodum autẽ qui improbus fuerit,non bonus ſed malus habẽdus eſt,ſic quoq; paraſitus ſi quid turpiter in ſe admiſerit,illud ipſum quod fuerat abiicit,aſſumit autem id quod deliquit per flagitium. Cæterùm eius generis praua facinora permulta extant â philoſophis & rhetoribus turpiſſimè perpetrata,quæ nõ nobis tantùm cõperta ſunt,utpote quæ noſtro tẽpore ſaltem deſignata forẽt,ſed libris editis relicta monumenta habemus eorũ facinorũ quorum illi auctores extiterunt. Extat apologia Socratis, extat Aeſchinis atq; Hyperidæ,neq; nõ Demoſthenis. Ac ferme plurimorũ rhetorũ atq; philoſophorũ defenſiones etiam hodie leguntur. At nulla extat paraſiti apologia,nec ullus eſt

qui pro uero affirmare possit, parasito iniuriarum scriptam esse dicam. TYC. F
At per Iouem parasitus meliori quàm rhetores atque philosophi uiuendi conditione fruitur, fato tamen deteriore absumitur. PAR. Equidem longè diuersum est quod dicis. nam & fato multo feliciore functus è uiuis migrat parasitus. Quippe compertè exploratum habemus, philosophos ferè omnes, aut illorum maximam partem, malo extinctos esse exitio, nonnullos cõdemnatione iudicii in maximis flagitiis manifestò deprehensos, sumpto ueneno: alios toto corpore exustos, pleroscq; urinandi difficultate absumptos, alios ex fuga retractos atque occisos. At quis tãdem tali quopiam exitio parasitum sublatum esse referre potest? sed mors felicissima ferè illi contingit edenti atque bibenti. Quòd siquis e- G
tiam uiolenta morte defungi uidetur, mortuus auolasse creditur. TYC. Hæc equidem satis superq; tibi pro parasito contra philosophos decertata sunt. Superest ut & illud explices, num honesta & utilis sit hæc alenti possessio. Siquidem opulentiores mihi uidentur parasitos alere, tanquam officiosi, & beneuolè gratificantes illorum tenuitati: quod ego ei qui alitur, dedecus esse existimo. PARA. Quàm simpliciter fatuum te esse constat, ô Tychiade, si hoc nequeas intelligere, hominem diuitem, etiam si Gygis opulẽtiam possideret, solũ edentem, esse pauperem? Atq; ille progrediens in publicum nõ comitante parasito, mendicus est. Et quemadmodum miles sine armis habetur despectior, & uestis H
sine purpura uilior, & equus sine phaleris leuior: sic etiam diues egregiè & ampliter nummatus, lõgè apparet sine parasiti satellitio humilior atq; contẽptior. Atqui parasitus quoq; non parum ornamento est diuiti, diues parasito non itẽ. Alioqui neque probrũ est, ut tu ais, huic parasitari, ut præstantiori deteriorem. Quòd autem opulento utile sit parasitum alere, præterquàm quòd ornamentum non uulgare illi adiungit, etiam securitatem multam, parasiti præsentia & comitatus diuiti suppeditat. Neque enim quispiam temere pugna adorietur diuitem qui hunc illius lateri assistentem conspexerit. Sed neque metuendum est eum ueneno periturum, qui parasitum conuiuam habuerit. Quis enim auderet I
insidiis petere quempiã hoc præmandente atq; præbibẽte? Itaq; diues non tantùm à parasito ornatur, sed eius quoq; opera à maximis periculis tutus cõseruatur. Ita enim parasitus propter charitatis affectũ qua diuitem ex animo complectitur, omnibus semet obiectat periculis. Neq; tantùm concedit solum cibũ sumere, sed unà quoq; edens exoptat oppetere. TY. Omnia mihi, ô Simo, satis diserte disseruisse uideris, nec quicq̃ quod ad artem tuam commẽdandam pertinet, prætermisisti: neq;, ut tu dixisti, ad hãc rem inexercitatus accessisti, sed planè omnium instructissimus atq; exercitatissimus. Quod reliquũ est, scire gestio an parasiti compellatio nõ turpis & dedecorosa habenda sit. PAR. Vide quod re- K
sponsum à me exigas, si sufficienter super his uerba tibi feciſſe uideor. Respõde uerò mihi uicissim ad quæstionẽ, si rectè factũ existimas. Age ἄθι prisci illi quo uocarunt nomine? TY. Alimenti uocabulo. PAR. Quid autem ἀπεῖσθαι, nonne alere? TYC. Sanè uerò. PARA. Est ergo in confesso, neq; aliud esse parasitari. TYC. At illud ipsum Simo est, quod turpe esse apparet. PAR. Age iterũ mihi responde, quid tibi discriminis esse uidetur, aut utrisq; propositis utrũ electurus esses, num nauigare, an adnauigare? TYC. Ego quidem eligerem adnauigare. PAR. Quid autem, currere, an adcurrere? TY. Adcurrere. PAR. Quid autem, equitare, an adequitare? TY. Adequitare. PAR. Quid autẽ, iaculari, an adiaculari?

TYC.

A TYC. Adiaculari. PAR. Proinde non alia quoq; ratione pro edere parasitari sat scio quoque eligeres. TYC. Velim nolim sentẽtiæ tuæ refragari nõ possum. Ac te quidem in posterum, ueluti pueri, & sub auroram & à prãdio accedam, arti tuæ perdiscendæ operam daturus. Tu uerò eãdem docebis citra inuidiam ingenuè, quoniam primus tibi ero discipulus. Perhibent autem & matres primam prolem adamare impensius.

## ANACHARSIS, SEV DE GYMNASIIS, Vincentio Obsopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

B *Disputant de gymnasiis siue exercitijs adolescentũ, Anacharsis & Solon. Cuius rei occasio hæc fingitur. Quum Anacharsis Athenas ex Scythia profectus, ut & Soloncm (qui temporibus illis prosapientissimo habebatur) audiret, & Græcorum instituta ac mores cognosceret, forte inter cætera iuuenes Athenienses inter se luctantes, ac mutuò in luto ac puluere sese prosternẽtes ac uolutãtes aspiceret, ignarus quid agerẽt, aut quorsum ea contentio pertineret, rem & caussam à Solone perquirit: qui cum exercitandi genus esse diceret, & laudem ac præmia certaminum, corollas ac poma quædam cõmemoraret: ille ob tam paruas res tanto & tam acri studio illos inter se contendere, pro stulto ac deridendo putat. Proinde altero institutum hoc, ut suum, commendante, altero uerò ceu stultitiam atque dementiam quandam ridente, paulatim eò uenitur, ut Solon totam ciuitatis & informandæ iuuentutis rationem exponat. Ac primùm quidem, quibus disciplinis, quibusq; exemplis animos ac mẽtes ciuium informent, commemorat: deinde & corporum exercitium, & qui finis eorũdem,*

C *quæq; utilitas sit, recenset. atq; ea pars propria instituti argumenti est. Cæterùm quia finem, à dissimilitudine rerum & instrumentorũ, & quòd hæc puerilia, ad seria certamina ac bella parũ profutura uideantur, Anacharsis iterum confutat, monetq; ut iusta potius armorum exercitatione ad futuros casus sese parent: Solon solennium quoq; ludorum auctoritatem & instituta, deinde publicum morem, & postremò etiam Lacedæmoniorũ exemplum allegat: ubi tum ad Lacedæmoniorũ ludos, & puerorũ uerberationes, ita respondet Anacharsis, ut uideatur Lucianus reprehẽdendi magis causa illorũ mentionem facere, quàm quòd inhumanitatem atq; sæuitiam istam laudet. Porrò uidetur interim & illud uoluisse Lucianus, ostẽdere uidelicet rationẽ quandam qua iuuentus institui atq; informari ad rempub. bene ac rectè possit, cuiusmodi & pleraq; ea sunt quæ à Platone de legibus lib. 7. & 8. de educatione & institutione iuuentutis traduntur. Adeoq; breui isto Solonis sermone, omnia ferme ea Lucianus complexus est, quæ ille multis uerbis & libris uix absoluit.*

D ANACHARSIS. SOLON.

HAEC uerò, ô Solon, quãobrẽ uestri faciũt iuuenes? Partim enim illorum complexi mutuò se supplantant, partim uerò alius alium præfocat, ac uerberat, & cœno semet immiscẽt, uolutanturq; perinde ut sues. Atqui initiò statim exutis uestimẽtis (spectator enim assistebam) alter alterum uicissim & rasit, & unxit oleo, ualde pacatè & amiciter: deinde uerò nescio qua offensa dissociati, mutuò se de loco propulerũt innuentes, fronteq; arietantes concurrunt nõ secus atq; arietes. Et uide ut ille alterum sublatum cruribus, humi prostrauerit, deinde in eum illapsus suspiciendi *Luctu.*

E facultatem nõ permittit, in cœnum deorsum adigens. Postremò uerò iam illius crura secundum uentrem complexus, circumiecto gutturi cubito, miserum ærumnose præfocat. Alter autẽ eius obuerberat humeros, supplicans, ut opinor, illi, ne prorsus præfocetur. Sed ne olei quidem gratia agunt modestius, ne luti aspergine inquinarẽtur: uerùm obscurata unctione, & luto cõpleti, largo sudore perfluentes, copiosam ridendi materiã mihi exhibẽt, ueluti anguillæ è manibus elabẽtes. Rursus alii in aulæ area hoc ipsum sub Ioue facere consueuerunt, neq; tamẽ illi ipsi in cœno, sed profundã arenã subiiciẽtes in fossa conturbãt se mutuò: ipsiq; ultro spargũt puluerẽ, gallorum in morẽ, quò minus (ut mea fert ratio) in complexibus effugiant, arena omnẽ lubricitatẽ discludẽte, aduersariiq;

*Pancratium.* comprehẽsionem firmiorem in arido ſubminiſtrante. Cæterùm illi ſtantes ere- F
cto corpore pulueribus pleni, & ipſi mutuis ſemet afficiunt uerberibus, & cal-
citrant. Itaq; infelix ille & dentes expuẽti ſimilis eſſe uidetur: adeò illi os totum
& arena & ſanguine oppletum eſt, palma (ut cernis) in maxillam percuſſo. Sed
ne præſes quidem ille inter eos pacem componit, ac pugnam inducta concor-
dia diſſoluit. Etenim purpura coniecturam facio hunc eſſe unum ex illis prin-
cipem. Quin animoſe quoq; cohortatur & laudat eum qui alteri incuſſa in fa-
ciem palma plagã intulit. Porrò alii alibi omnes accelerantes in puluere ueluti
*Saltus.* currentes ſubſiliunt, eodẽ in loco permanẽtes: & in altum proſilientes, calce la-
ceſſunt aëra. Quocirca iſta perlibẽter ſcire uelim cuius compendii aut utilitatis G
gratia factitare ſoleant. Equidem omnino hæc res mihi uidetur eſſe inſania: nec
quenquã eſſe arbitror, qui me facilè perſuaſum ab iſta ſententia abducturus ſit,
ut nõ credam hos inſigniter deſipere quibus ſtudio eſt iſta facere. S O. Iſta me-
hercle ô Anacharſi non iniuria ita tibi uidẽtur, cũ & peregrina ſint, & multum
à moribus Scythicis abhorreant: quemadmodum & uobis non parum multas
diſciplinas & corporis exercẽdi ſtudia eſſe ueriſimile eſt, quæ nobis Græcis ab-
ſurda & aliena eſſe uiderentur, ſiquis quemadmodum tu illis ſpectandis arbiter
aſſiſteret. Atqui bonũ habe animum, ô amice. neq; enim iſta inſaniæ ſunt ope-
ra, neq; impulſu contumeliæ hi mutuò ſe obuerberant, inq; cœno uolutantur, H
aut ſemet conſpergũt puluere: ſed ineſt huic rei neceſſitas non iniucunda, neq;
mediocrem uigorem adiungit corporibus. Itaq; ſi diutius, ut te planè facturum
opinor, in Græcia uerſatus fueris, non in longum & tu unus ex eorum eris nu-
mero, qui cœno oppleti ſunt aut puluere. uſqueadeo res tibi uidebitur & uo-
luptuoſa, & utilis. A N A. Apage iſta à me ô Solon. Vobis hæc oblectaméta uti-
litatem afferant: me ſi quidẽ quis ueſtrũ ea affecerit contumelia, ſentiet me haud
nequicq̃ accinctũ eſſe acinace. Veruntamen dic mihi, quod nomen huic rei in-
didiſtis, aut quídnã operis hoc facere dicamus? S O. Locus ille, ô Anacharſi, à
*Gymnaſium.* nobis uocatur gymnaſium, eſtq; tẽplum Apollinis Lycii. Cernis autẽ eius ſimu- I
lacrum quod ſupra ſtatuam ſitum eſt, ſiniſtra quidẽ arcum gerens: dextra uerò
ſupra caput refracta, tanquã ex multa defatigatione Deum quieſcẽtem indicat.
*Certaminum ſpecies & no-mina.* Cæterùm exercitiorũ aliud quidẽ quod in cœno fit, Lucta uocatur. Illi uerò in
puluere quoq; luctantur. Porrò eos qui erecto ſtant corpore, ac ſemet uerberi-
buis mutuis onerãt, Pãcratio decertare dicimus. Sũt præterea & alia nobis eiuſ-
modi gymnaſia, & pugillatus, & diſci, & ſaltus, quorum omnia certamina ſole-
mus proponere: quorum qui palmã adeptus fuerit, is præſtantiſſimus ex omni-
bus eſſe iudicatur, ac certaminis tollit præmia. ANA. Cuiuſmodi uerò ſunt iſta
*Præmia uicto-rum.* præmia? S O. In Olympiis corona oleagina, in Iſthmiis pinea, in Nemeis ex apiis K
concinnata. Porrò autẽ in Pythiis poma ſacerdotes Apollinis proponere con-
ſueuerunt, cæterùm apud nos Athenienſes oleum ex oliua. Quid autem ſubla-
tis cachinnis riſiſti Anacharſi? an quia hæc tibi uiſa ſunt eſſe modica? ANA. Nõ,
ſed præmia omnibus modis clara atque præſtantia percẽſuiſti ô Solon, cum di-
gna iis qui ea proponunt in certaminibus ob munificentiam, tum etiam athle-
tis qui iſta nauiter conſequi ſtudeant. Itaq; pomorũ gratia atque apiorum tanta
antè laborioſe perferunt, & periclitantur, dũ indignis modis præfocantur mu-
tuò, ac inhoneſtis uerberibus cæduntur, ita ut nõ liceat ſine negotio potiri ma-
lis, ſiquem cepiſſet pomorum deſideriũ, aut coronari apio, aut ſertis pineis, cu-

ius

A ius nullo luto defœdaretur facies,neq; aduerſarii eius uentrẽ pede calcitraſſent.
SO. Atqui ô optime, nos non ad nuda tantùm dona intentos habemus oculos (etenim hæc ſaltem ſigna ſunt atque indicia uictoriæ,per quæ uictores cognoſcuntur)cæterùm quæ hæc comitatur gloria,quauis re digna uidetur eſſe uicto- *Finis exercitationis.*
ribus:pro qua conſequenda etiam in uentrem calcitrari, præclarum eſt uenan- *Gloria laborare paranda.*
tibus gloriam ex laboribus. Neque enim hæc citra ſudorem atq; laborem contingit mortalibus,ſed illius flagrantem deſiderio,oportet ſub initiũ multa dura perpeti:quibus nauiter perpeſſis,illi dulcis & tantopere exoptatus finis è laboribus expectandus eſt. ANA. Húncne finem ais ô Solon dulcem atque utilem,
B ut ab omnibus uiridi redimiti corona conſpiciantur, atque ob uictoriam laude uehantur,quorum paulò antè nemo nõ ob indigna uerbera miſertus eſt, cæterùm nunc mirifica felicitate perfruuntur ditati pomis atq; apiis?SO. Noſtrarum rerum etiamnum imperitus eſſe uidere:non multò uerò pòſt alia tua erit ſuper hiſce rebus ſententia,poſteaquam in frequentiſſimos Græcorũ conuentus profectus,uideris tantam hominum multitudinem collectam ad illorũ confluxiſſe ſpectaculum,ac theatra multis millibus hominũ repleta, athletas uerò ipſos diuinis efferri laudibus: porrò eũ qui præconis uoce uictor pronũciatus fuerit,ab omnibus propemodum deum exiſtimari. ANA. Hoc ipſum quod dixiſti ô So-
C lon,longè miſerrimum eſt,quòd non paucis præſentibus tã infanda patiuntur, ſed in tanta ſpectantium corona atq; celebritate,qui acceptæ contumeliæ teſtes ſunt oculatiſſimi,illi nimirũ eos felices eſſe pronunciabunt,quos uidẽt ſanguine perfluere,aut à ſuis aduerſariis compreſſo gutture prẽfocari. Hæc enim ſumma felicitas illorum præſtò eſt uictoriæ . Sedenim apud nos Scythas ſiquis, Solon,uel unũ è ciuibus pulſauerit,aut obuiàm factus è uia detruſerit, aut ueſtem diſciderit,graui mulcta in eũ animaduertunt ſenes,tametſi hoc ipſum uel paucis præſentibus arbitris quiſpiam paſſus fuerit. taceo in tam numeroſis ſpectaculis, cuiuſmodi tu percenſes in Iſthmo celebrari,aut Olympia. Cẽterùm athletarum
D mehercle uicem ex animo doleo, eorũ nomine quæ ab illis ſuffereda ſunt. Spectatorum uerò dementiam,quos tu ex omnibus locis optimos quoſque ad ludos uiſendos ais confluere,demiror magnopere,ſi negociis neceſſariis poſthabitis,hiſce rebus uacare non uereantur. Nondum enim illud poſſum intelligere, quídnam oblectamenti, quid uoluptatis denique hoc illis afferat, ſi uideant homines cædi uerberibus, atq; decertantes tum humi proſterni, inq; uicem à ſe mutuò cõteri. SO. Si iam tẽpus eſſet Anacharſi aut Olympiorũ aut Iſthmiorũ aut Quinquatrium, ipſa res perfacilè docuiſſet quàm nõ fruſtra aut temere harum rerum ſtudioſi ſimus. Neque enim quiſpiam ita nudè percenſendo rerum
E quæ ibi geruntur, uoluptatem illam tibi ita perſuaſerit, quaſi ipſe in mediis ſedens ſpectatoribus,uirorum uirtutes cerneres,& corporum excellentium formoſitates, & habiles admirandorum membrorum uigores, multáque præclara experientiæ documenta, & uim inexpugnabilem, & audaciam,& ambitioſam contentionem, & ſententias nullo modo uincibiles, atque indefatigatum pro conſequenda uictoria ſtudium. Sat enim ſcio te iſta ſpectantem nullum finem facturum laudandi & exclamandi & applaudendi. ANACH. Et per Iouem, ô Solon, etiam ridendi & ſubſannandi. Siquidem hæc quæ enumeraſti,nempe uirtutes, ac corporum habitudines & pulchritudines, & interritam audaciam, nullius magnæ rei gratia atque adeò nequicquã uobis perire uideo,

cum neque periclitetur patria, neq; regio incēdiis atq; populationibus diuexe- F
tur, neque amici aut domeſtici ad iniuriam rapiantur. Itaq; hoc magis mihi riſu
digni uidentur uiri illi,ut tu ais, optimi,fruſtra tanta ſufferentes, talibusq; diffi-
cultatibus conflictantes,& eas pulchritudines & heroicas corporum proceritā-
tes ita turpiter arena atque tumentibus uulneribus fœdantes, ut parta uictoria
pomo aut pinu potiantur.Sēper uerò mihi uoluptati erit taliū certaminum re-
cordatio.Veruntamē dic mihi,omnibúsne athletis talia cedunt præmia? SOL.
Nequaquam,ſed uni ex omnibus,qui cæterorum uictor extiterit. ANA.Ergo
Solon pro tam obſcura atque ancipiti uictoria tam multi ſemet inſanis confi-
ciunt laboribus,præſertim non ignorantes unum prorſus ex omnibus fore qui G
uictor declarandus ſit,reliquos autem uincendos,atq; nequicquam uerbera &
uulnera miſerè ſuſcepturos? SO.Videris ô Anacharſi,Reip.bene inſtitutæ ſta-
tum prorſus nihil intelligere.Neque enim alioqui noſtræ gentis ritus atq; mo-
res pulcherrimos in uituperationem poneres.Nam ſiquādo tibi curæ erit noſſe
quomodo omnium optimè adminiſtranda ſit Reſpub. tum qua ratione ciues
in ea quamoptimi reddendi ſint, laudabis haud dubiè & tu tunc illorum exer-
citia,neq; non ambitionem cui in hiſce gymnaſiis dediti ſeruiunt.Scies quoque
permultum fructus eos capere,qui his ipſis commixtus eſt laboribus,utcunque
nunc tibi inani ſtudio operam dare uideantur. ANA.Atqui ego,ô Solon,nul- H
lius rei gratia ex Scythia ad uos profectus ſum,tantum emenſus itineris,magno
Euxino atque tempeſtuoſo traiecto,quàm ut Græcorum leges perdiſcerem,ac
mores illorum præſens perſcrutarer, tū ut optimam Reip.formam multo ſtu-
dio cognoſcerem.Quapropter te mihi potiſſimùm ex omnibus Athenienſibus
atq; peregrinis amicum adiungendum curaui,poſteaquam inaudiſſem &.opti-
marum legū ſcriptorem, morumq; præſtantiſſimorum inuentorem te eſſe cō-
peri,neque non utilium inſtitutorum interpretem,in ſumma, totius Reip.for-
matorem.Itaq; haudquaquam tu cupidior es me docēdi,tuumq; diſcipulum fa-
ciendi,quàm ego ſum auidus diſcendi,adeò ut tibi & incibatus & ſitibūdus aſ- I
ſidens,quoaduſq; tu docendi laboribus par eſſe poſſis,dictis tuis inhians, audire
te ſuper Reip.inſtitutis & legibus diſſerentē concupiſcam.SO.Equidē omnia
breuiter perſtringere ô amice haudquaquā facile aut promptum eſt. Gradatim
tamen ac pedetentim ingreſſus cognoſces ſingula,cuiuſmodi nobis de diis, aut
parentibus,aut nuptiis, aut aliis uiſa atq; conſtituta ſint.Cæterùm quæ de iuue-
nibus decreuimus,tū quemadmodū illis utamur ubi iam primùm quod rectius
eſt, ſapere cœperint, & corpore maturiores facti, laborum patientes euaſerint:
hæc tibi in præſentia percenſere mihi deliberatum eſt, ut intelligas cuius gratia
hæc illis exercitia proponere ſoleamus, tū quamobrem aſſiduis laboribus eoſ- K
dem corpora exercere cogamus.Nō profectò certaminū ſaltem gratia,ut præ-
mia queant conſequi(ad ea enim celebranda omnino perpauci illorum perue-
niunt)ſed ob fructum longè maiorem, qui inde ad uniuerſam manat Remp.&
quo ipſi fruuntur cōſimiliter. Siquidem aliud quoddam cōmune omnibus bo-
nis ciuibus certamen eſt propoſitū,& corona non pinea,aut oleagina,aut con-
texta ex apiis,ſed quæ in ſe comprehēſim uniuerſam hominum felicitatem cō-
plectatur,nēpe libertatem dico,quæ cuiuſq; priuatim eſt, & cōmuniter patriæ:
præterea diuitias,gloriam, honoris ac dignitatis gradus ampliſſimos, ſolenni-
tatumq; patriæ fruitionem,rerum familiarum ſalutem: atque ut ſummatim di-
cam,

A cam, pulcherrima quæque quæ à diis immortalibus quiſpiam aſſiduis uotis ſibi dari ſoleat expetere. Ex iis omnibus ea quam dixi corona concinnata eſt, eaq; ex certamine paranda contingunt, ad quod hæc exercitia atque labores ducũt. ANA. At tu ô multis modis admirande Solon, cum talia ac tanta mihi percenſenda haberes præmia, poma atque apia cõmemoras, ac uirẽtem ſylueſtris oleæ ramum, & pinum? SO. Atqui ô Anacharſi, ne illa quidẽ tibi uidebuntur modica, ubi quæ dicturus ſum, intellexeris. Eodem enim conſilio fiunt & illa, ſuntq; planè partes quædam exiguæ maioris illius certaminis atq; coronæ per omnia felicis quam percenſui. Neſcio uerò quo pacto oratio noſtra confuſa narrandi
B ſerie, ordine penitus præpoſtero, horum prius commeminit quæ in Iſthmo atq; Olympiis & Nemea fieri conſueuerunt. Veruntamen nos (ſumus enim ocioſi, & tu, ut ais, audiendi cupidus es) facilè ad principium recurremus, ac commune illud certamen cuius adminiculo omnia hæc parari confirmaui. ANA. Præſtat equidem ita facere. Inter eundum uerò in longũ nobis profluxit oratio. Et fortaſſe his citius iam perſuadebor ne quem poſthac amplius ſubſannẽ, quemcunque oleaſtro aut apio coronatum grauius atque iactantius incedentem cõſpexero. Ac ſi uidetur, ſub illam opacam progreſſi conſideamus, ne illi diſceptantes ſua uociferatione nos cõturbent. Quin aliàs etiã Solis (quid enim diſ-
C ſimulem?) ſum impatiens, ita acuti & feruentis, & nudum caput infeſtãtis. Etenim tiaram domi conſultò mihi abſtuli, ne ſolus hic inter uos peregrino & inſueto habitu obambularem. Et iam quoq; anni tempus eſt quo ſydus illud feruentiſſimũ exoritur, quod uos Canem dicitis, omnia exurens, aëremq; ariditate & calore infeſtum faciẽs, Sole circa meridiem ſupra caput aſſiſtẽte, & eiuſmodi feruorem intolerabilem corporibus inducẽte. Itaq; demiror quî fiat ut tu, cum ætate ſis planè confecta, nõ perinde ut ego ſudore perfluas: neq; prorſus à Sole infeſtari uideris: neque uſpiam locum umbroſum exploras quem ſubires, ſed æſtũ facilè & patienter toleras. SO. Inanes illi & ſuperuacanei labores, ô Anar-
D charſi, & aſſiduæ in cœno uolutationes ſubaëriæ, præterea in arena miſeriæ, nobis hoc præſtant, ut feruentis Solis radios facilè contemnamus: neque amplius egemus pileo, ut Solem à contingẽdo capite prohibeat. Itaq; ſub umbram cõcedamus. Noli uerò iis quæ dicturus ſum, tanquam legibus mentem adhibere, ut per omnia fidem illis habeas, ſed ubicũque aliquid parum rectè tibi dixiſſe uidebor, ſtatim illud contradicendo refelle, ac uerba mea emẽdato. Etenim ab horum duorum alterutro me omnino haud aberraturum exiſtimo. aut enim tibi cõſtanter perſuadebo, ſi non diſſimulanter habueris quæ cõtradicenda ſunt: aut ego deintegro diſcam quàm nõ rectè de his ſenſerim atque ſtatuerim: quo
E nomine uniuerſa Athenienſium Reſpub. tibi prolixè aget gratias. Quantum me enim docueris, atque ad ſaniorem ſententiam ſuadendo pertraxeris, illam maximis beneficiis tibi obſtringes. Neq; hoc eam celabo, ſed ſtatim in medium adferam, ac ſtãs in ſenatu his uerbis uniuerſos compellabo: Ego quidem uobis, ô ciues Athenienſes, leges cõſcripſi, quas ego Reipublicæ utiliſſimas fore arbitrabar. At hic hoſpes (te ô Anachraſi digito commõſtrato) tametſi oriundus eſt ex Scythia, uir tamen multa ornatus ſapientia, aliter mihi perſuaſit, & diſciplinis uitæq; inſtitutis longè melioribus imbuit. Itaq; ob ſua in Remp. merita, ciuitate donetur, ac æneam illi ſtatuam apud reliquos huius urbis proceres erigite apud Mineruam. Perſuaſiſſimum uerò habe, ciues Athenienſes ſibi nequa-

quam dedecori fore exiſtimaturos ab homine peregrino atq; barbaro ea perdi- F
ſcere,quæ ſunt ex uſu Reip. ANA. Hoc equidé erat quod ego de uobis Athe-
niéſibus inaudieram,quòd in omnibus ferè ſermonibus naſuti eſſetis illuſores.
Vnde enim ego homo agreſtis & erro,qui omnem ætaté meam in plauſtris de-
gens contriui,ſubinde ſolum pro ſolo mutans, quiq; nunquam in ulla ciuitate
habitaui,neq; unquam ullam niſi nunc primùm uidi,de adminiſtrãda Rep.uer-
ba facerem, atq; adeò docerem homines indigenas hãc urbem clariſſimã opti-
mis legibus fundatam tantis temporibus incolentes? cum primis uerò te ô So-
lon?cui hoc,ut perhibent, ſtatim ſub initium ſtudio ac curæ fuit, noſſe quibus
procurationibus Reſp. quamoptimè adminiſtraretur,tum quarum legum præ- G
ſcripto utens,quamflorentiſſima atq; feliciſſima redderetur. Veruntamen & in
hoc tibi ut legumlatori mos gerendus eſt. Itaq; tibi contradicam ſiqua mihi pa-
rum ſcitè aut rectè proponere uideberis,tantùm in hoc,ut cuncta perdiſcã cer-
tius. Et uide ut iam euitato ſole ſimus in umbra,neq; deſunt ſedes percommo-
dæ & amœnæ in hoc frigido lapide. Dic igitur orationẽ exorſus ab initio,quã
ob rem ſtatim à pueris iuuenes exerceatis laboribus. Tum quemadmodum uo-
bis uiri optimi ex cœno illo & eiuſmodi euadãt exercitationibus. Inſuper quid
ad uirtutem conſequendam illis præſtet adminiculi puluis,& iſtæ in cœno uo-
lutationes. hoc enim uel omnium cupientiſſimè ſtatim ſub initium audire de- H
ſiderabam. Reliqua uerò in poſterum me docebis, ſingula ſuo tempore. Hoc
autem inter dicendum fac Solon cogites,ad uirum barbarũ te uerba facturum.
Dico autem ne de induſtria orationem nectendo obſcures, neq; impẽdiò pro-
ducas. Vereor enim ne prima mihi excidant,ſi nimiũ multa per te adducta fue-
rint. SOL. Tu quidẽ hoc,ô Anacharſi,longè melius conſtitues,ubicunq; parum
perſpicua tibi uidebitur oratio,aut alicubi prorſus à uero aberrare temere fluẽ-
do. licebit enim hanc tibi interrogãdo quotieſcunque libitum fuerit interpella-
re,eiusq; prolixitatẽ decurtare. Quanquam ubi nõ prorſus ab inſtituto aliena,
aut à ſcopo in totum abhorrentia dicũtur,nihil uetat orationem paulo longius I
progredi: quoniã & ſenatui Areopagitico, cui rerũ capitalium iudicia cogno-
ſcẽda ſunt,à maioribus uſq; accepto more ita factitare ſolẽne eſt. Ingreſſi enim
in Areopagũ cõſidunt,cædis aut uulneris ex deſtinato inflicti,aut incẽdii cauſ-
ſam cognituri: deinde utriq; iure contendentiũ dicendi copia permittitur. Di-
cunt uerò alternis uicibus,& qui litem intendit, & qui reus eſt, aut ipſi per ſe,
aut rhetorum ſibi cõducunt operam,quibus cauſſa oranda eſt. Illi ergo quam-
diu ea quæ ad rem attinent,dixerint, perferuntur à Senatu auſcultãte cũ ſilen-
tio. Cæterùm ſi quis meditato procœmio orationẽ exorſus fuerit,ut iudicũ ani-
mos aliqua beneuolentia ſibi propenſiores faciat,aut miſerationem,aut præci- K
puam aliquam orationis uim atq; potẽtiam cauſſæ adduxerit, qualia permulta
rhetorum filii machinantur, ut hiſce uerborum præſtigiis iudicũ præſtringant
oculos: progreſſus actutum præco illi indicit ſilentium, non permittẽs rheto-
ri ad ſenatum nugandi libertatem,ac uerbis cauſſæ inuoluendæ poteſtatẽ, quò
minus Areopagitę ea quæ facta ſunt,nudè queãt perſpicere. Itaq; & te ô Ana-
charſi in præſens quidem Areopagitam conſtituo,ac iuxta ſenatus legem à me
conditam auſculta,meq; ſilentio indicto compeſce ubi extra cauſſam inutiliter
rhetoricantem ſenſeris. Quamdiu uerò ea quæ ad cauſſam attinent,dicentur,
licebit orationem extendere. Neq; enim amplius ſole ſub ardẽti colloquimur,

ut

A ut magnopere dolẽdum ſit ſi in longum producta fuerit oratio. Sed & umbra
planè denſa eſt,& nos in præſentia ocium agimus. ANA. Perbenigna ſunt iſta
quæ dicis,ô Solon. Atque ego ob hæc magnam tibi habeo gratiam, quòd hac
orationis tuæ digreſſiuncula etiã ea quæ in Areopago fieri conſueuerunt,mihi
humaniter expoſueris,admiranda profectò,ac bonorum ſenatorum opera,ue-
ritati ſuffragantium. Iam igitur de illis diſſere,ac ego Areopagita (hũc enim me
eſſe uoluiſti) pro more iudicum ueſtrorum tibi dicenti dabo operam. SO. Pro-
inde paucis tibi antè audiendũ eſt, quam nos de ciuitate ac ciuibus opinionem
obtineamus. Siquidem nos ciuitatem non ædificia illa eſſe exiſtimamus,cuiuſ-
B modi ſunt muri,delubra,& alia,ſed hæc tãquam corpus quoddam firmum eſſe
atque immobile ad receptum & ſecuritatem hominum urbem incolẽtium. O-
mnem uerò uim atq; auctoritatem in ciuibus ſitam eſſe arbitramur. Hos enim
eſſe qui cuncta implent, ſingula ordinant, omnia perficiunt atque cuſtodiunt,
quali in nobis ſingulis gubernandis officio anima fungitur. Hoc ergo intelli-
gentes,ſanè ſedulam curam habemus ciuitatis corpus non negligẽdi,exornan-
tes illud, ut quammaximè niteat, cum intus uiſendis ædificiis adornatum, tum
externè munitis & firmiſſimis propugnaculis circunſeptũ. Cum primis uerò
omnem curam impendimus ut ciues & mente boni, & corpore efficiãtur ua-
C lidi. Tales enim ipſi ſibi prodeſſe in pace poſſunt, unà Remp. adminiſtrantes,
neque nõ in bello ciuitatis libertatem atque ſalutem ſeruare atque propugna-
re. Primam itaque illorum educationem matribus atq; nutricibus & pædago-
gis formandam permittimus, ut diſciplinis liberalibus eoſdem imbuant atque
educẽt. Cæterùm ubi iam honeſtatem per ætatem ſapere cœperint,ac unà cum
illis uerecundia & pudor & metus,neque non rerum præſtantiſſimarum con-
cupiſcentia enata fuerit,ipſaq; corpora laboris patientia uiſa ſunt,membrorum
robore ſolidiora facta,ac iuſtis uiribus conſiſtentia: tunc iã illos aſſumptos do-
cemus,aliis quidem animi diſciplinis propoſitis,aliter etiam erga labores perfe-
D rendos ipſorum corpora aſſuefacientes. Neq; enim ſatis eſſe exiſtimamus tan-
tùm natos eſſe,ut quiſque natus eſt,quantum ad corpus & animũ excolendum
attinet, ſed præceptionibus etiam & diſciplinis ad eos rectè inſtituendos nobis
opus eſt. Hac enim ſedulitate & iuuenum induſtria alitur atque augetur,animi
uerò & corporis uitia emendãtur. Huius rei exemplum ab agricolis ſumimus,
qui quamdiu plantæ adhuc ſunt humiles & teneræ, eas contegunt atq; fulciũt,
ne uẽti uiolentia accepto detrimento perfringantur. Vbi uerò iam iuſtum ro-
bur collegerint,tunc inutiles & ſuperfluos ramos amputant,easq; uentorũ ar-
bitrio mouendas atque agitandas permittentes, fructuoſiores efficiunt. Itaque
E mentem iuuenum primùm Muſica atque Arithmetica excolimus,ac literarum
formas pingere,eaſdemq; excellenter pronũciare docemus. Deinde ætatis pro-
greſſu adultioribus ſapientum uirorum ſententias,res olim foriter geſtas à ma-
ioribus,tum orationes quoque utiles uerſibus exornatas, quò tenacius atq; fi-
delius memoria teneant, illorum auribus frequenter occinimus. Illi autem au-
ditis fortium uirorum uirtutibus,& rebus memorabilibus,paulatim iſta deſide-
rare occipiunt,ac demum ad imitationem accenduntur; ut & ipſi celebrentur,
& in cœlum ferantur à natu iunioribus pòſt futuris: cuiuſmodi multa nobis ab
Heſiodo atque Homero luculẽtiſſimè perſcripta ſunt. Porrò autẽ ubi ad Reip.
procurationem ſe iam contulerint,illisq; publica officia obeunda ſunt. Sed hæc

fortaſſe à præſenti inſtituto diſcrepant. neq; enim quibus rationibus illorũ mẽ- F
tem excolere ſoleamus, ſub initium dicere decretũ erat, ſed quam ob rem hiſ-
ce laboribus eoſdem exercere dignum arbitraremur, explicare fuit in animo.
Itaque mihi ipſi ſilentium iniungo, non expectato præcone, neque te Areopa-
gita, qui, ut ego ſuſpicor, ductus reuerentia tanta extra cauſſam nugantem me
pertuliſti. ANA. Dic mihi Solon, cuius rei gratia Senatui uiſum eſt nulla pœna
afficiendos eſſe res maximè neceſſarias non dicentes, ſed ſilentio prætereũtes?
SO. Cur hoc ex me quæſiſti? nondum enim intelligo. ANA. Quoniam rebus
omnium pulcherrimis, & mihi auditu iucundiſſimis præteritis, nempe quibus
exornatur animus: exercitia non perinde neceſſaria, & labores corporũ per- G
cenſere cogitas. SO. Memor ſum eorum, ô generoſe, quæ initiò præfatus ſum,
ac orationẽ temere ab inſtituto aberrare nolui, ne citra ordinem effluẽdo, tuam
confunderet memoriam. Veruntamen & hæc quàm potero pauciſſimis per-
ſtringam. ſiquidem harum rerum accuratior diſputatio propriam orationẽ ui-
detur requirere. Proinde illorum mentes ſaluberrimis opinionibus imbuimus
atque formamus, communes leges exactè perdocentes, quæ in publico magnis
deſcriptæ literis, omnibus legendæ proponuntur, quæ fugienda, quæq; faciẽda
ſunt imperantes. Tum quòd integerrimorum uirorum conuictu utendum ſit,
apud quos ea quæ decent perdiſcunt: tũ iuſta facere, tum ex æquo inter ſe uer- H
ſari in Repub. neque ullam rem turpem peruerſe appetere, ſed rerum honeſta-
rum tangi deſiderio: nihil autem alteri per iniuriam facere. Illi autem de quibus
dixi ſapiẽtibus, Sophiſtæ atque Philoſophi apud nos appellãtur. Præterea ipſos
*Sophiſtæ & philoſophi.* quoque in theatrum collectim perductos erudimus, in publico comœdiarũ ac
tragœdiarum ſcenicis actionibus priſcorum uirorum uirtutes atque uitia ſpe-
ctantes, ut ab his auerſi, feruenti ſtudio ad illas complectendas contendant. Li-
beram quoque prauos ciues dicteriis inceſſendi atque inuadẽdi facultatẽ poẽ-
tis Comicis permittimus, quoſcunque turpia atque flagitioſa & Reipub. digni-
tate indigna exercentes intellexerint. Horum enim opera malè audientes, me- I
liores euadunt, ut poſthac uulgi reprehenſionem ob paria facinora effugiant.
*Tragicorũ & Comicorum differentia.* ANA. Noui quos dicas ô Solon, Tragicos, & Comicos, ſi illi ſunt latis & altis
ſubnixi calceamẽtis, aureis autem teniis per ueſtem uariegati, laruis uerò indu-
ti planè ridiculis, & magnùm hiantibus. Verùm ipſi intus intenſo clamore uo-
ciferabantur, incedebantq; neſcio quomodo ſecurè talibus induti calceamẽtis.
Et niſi fallor, tunc ciuitas celebrabat Dionyſia. Porrò Comici cæteris erãt hu-
miliores & pedeſtres, laruas tamen habebãt multo etiam magis ridiculas, quos
uniuerſum theatrum riſu proſequebatur. Sed enim alios altiores nemo nõ tri- K
ſti atque contracta fronte audiebat, eorumq;, ut opinor, omnes commiſerabã-
tur, tantas pedicas pertrahentium. SO. Non illorũ ô bone miſerti ſunt, ſed poẽ-
ta fortaſſe priſcam aliquam & miſerandam calamitatem in ſcenam adduxit ui-
ſendam ſpectatoribus, orationesq; miſerationis plenas audiente theatro tragica
actione habuit, quibus in luctum atque lachrymas auditores pertracti ſunt. Ve-
riſimile autem eſt & tibicinas te uidiſſe, tũ alios canentes in medio theatri con-
ſtitutos. Iam neq; hanc canendi rationem & uſum tibiarum inutilem eſſe cẽſe-
mus, uerùm iis omnibus atque eiuſmodi mentem acuentes meliores nobis red-
dimus. Cæterùm corpora, quod omniũ maximè audire deſideras, ad hunc mo-
dum exercemus: exutis (ut initiò dixi) ueſtimentis, primùm illa ad aërem aſſue-

facimus,

A facimus, non ampliùs tenera & imbecilla exiſtentia, omnibus eadem temporibus accõmodantes, ut neque feruentem ſolis æſtum grauiter ferant, neque rurſum algoris ſint impatiẽtia. Deinde ea ipſa oleo perungimus atque emollimus, ut habiliora firmioraq; reddantur. Siquidem abſurdum eſt ſi coria oleo emollita atque perũcta, ruptioni minus obnoxia, ac diutius duratura exiſtimamus, quæ iam ſunt emortua: corpus autem adhuc uita animatum, nequaquã melius fore uſu olei opinaremur. Mox uariis excogitatis exercitiis, ac ſingulorũ magiſtris conſtitutis, hunc quidem pugillatu, alterũ uerò pancratio decertare docemus, ut laboribus tolerandis aſſuefiant, pariterq; ictuum declinandorum pe-
B riti euadant, neq; metu auerſentur uulnera. Cæterùm hæc exercitatio duas maximas utilitates apportat iuuenibus. nam & animoſos eos reddit ad ſubeunda pericula, corporibus non parcentes, præterea ut proſpera utantur ualetudine, ſintq; per omnia robuſti, & laborum patientes. Quotquot autem illorum deiecto in terram uultu luctãtur, & ſecurè procidere, & promptè exurgere eadem diſcũt opera, ut & propellere, & tenaciter amplecti, & loco mouere, & præfocare, & in altum ſuſtollere poſſint aduerſarium. Quæ ſanè nõ ſunt inutilia habenda exercitia, ſed unum illud atque adeò maximum ſtatim initiò ſibi præparant. etenim firmiora fiunt & robuſtiora corpora, quæ talibus exercẽtur labo-
C ribus. Alterum uerò neque ipſum modicũ eſt. ex hoc enim conſequuntur peritiam, ſiquando in neceſſitatem adducti fuerint talium diſciplinarum in armis. Quippe in confeſſo eſt, quòd & hoſtem talis complexus, citius ſupplantatum proſternet, & prolapſus ipſe quamfacillimè noſcet exurgere. Hæc enim omnia ô Anacharſi ad uerũ illud certamen quod in armis peragitur, referre ſolemus: planeq; in eam opinionẽ deſcẽdimus, ut certò putemus, longè melioribus nos uſuros ita exercitatis, poſteaquam primùm illorum nuda corpora emollita atq; exercitata & robuſtiora reddidimus, neque minus leuia & habilia, eadémque aduerſariis grauia effecerimus. Intelligis enim, niſi fallor, cuiuſmodi illi armati
D futuri ſint, qui nudo ſaltem corpore terrorem hoſtibus incutiũt, neque immodicam oſtendentes corpulentiam, & ſegnem & candidam, aut nimiam quoque corporis macritudinem pallore deformatã, qualia ferè ſunt mulierum corpora ſub umbra marceſcentia, trepidantia, ac illico multo ſudore perfluentia, neque non ſub galea anhelantia, maximè uerò ſiquando (ut nũc) ſol ſub meridiẽ æſtu ſupra modũ calente feruerit. Cui enim rei quiſpiam uteretur ſitientibus & puluerem ferre nequeuntibus, quiq; ſaltem uiſo ſanguine ſtatim exanimantur, ac antè moriuntur, quàm intra teli iactum, atque ad manus cum hoſtibus uentum fuerit? Sedenim noſtri iuuenes partim rubore partim nigredine tẽperanter ſub
E ſole colorati, uultu planè maſculo, multum uigoris atque caloris & uirilitatis præ ſe ferentes, neq; nimium ſunt obeſi, neque rurſus nimium tenues & aridi, neq; nimio põdere *prægrandes, uerùm iuſto corporis modo formati, cũ inutilem, tum ſuperfluam carnium molem & abũdantiam ſudore abſumũt: illud autem quod robur præſtat & uigorem, citra mali admixtionẽ conſeruant. Quod enim ii qui uentilando purgant triticum, faciunt, illud nobis præſtant gymnaſia in corporibus, paleas ac ſpicas inanes flatu propellentia, purum autem fructum ſeparantia & accumulantia. Quocirca iuuenes noſtros firma proſperitate ualetudinis uti, ac quamdiutiſſimè in laboribus perdurare neceſſe eſt. Quinetiam talis ſerò ſudare incipit, & rarò admodũ morbis affectus decũbit: quem-

* prægraues, πάνυ βαρεῖς.

admodum si quis ignem allatum in triticum eiusq; stipulas & paleas iniiceret F
(rursus enim ad uentilantem regredior) dicto citius, ut opinor, cõflagrarent stipulæ, at uerò triticum modicè, neq; flamma admodum magna exurgente, neq; uno impetu, sed sensim atq; modicè suffumigãs, tẽpore tandẽ & ipsum incẽsum absumeretur. Ita neq; morbus, neq; defatigatio tale corpus corripiens, facilè arguerit, neq; superare potuerit. Etenim ab internis probè præparatum, nec malè munitũ est: externa quoq; ualde firmiter aduersus illa circunsepta sunt, quo minus uis morbi aut lassitudinis ad interna penetrare queat, tum neq; æstum, neq; algorem susc ipere aliquo detrimento corporis. Ad perdurandum autem in laboribus, multus calor intus influens, ueluti multo exercitio antè præparatus, atq; in usum necessarium repositus, præstat tolerantiam, illico membra uigore irrigans, eaq; cumplurimum nulla lassitudine uincibilia exhibet. Multorum enim & uariorum laborum præmissa exercitatio, nequaquam uires absumit, sed multis incremẽtis augere solet: dumq; subinde refouentur, fiunt etiam G
*Cursus.* maiores. Præterea in curriculo quoque iuuenes nostros exercemus, & ut longo alicui spacio cursu transmittendo sufficiant, assuefacimus: utq; in breui quã celerrimi sint, corporis leuitate uti quampromptissimè docemus. Neque uerò cursus in loco plano aut solido cõficitur, sed in profunda arena, ubi nulla firmitate planta figi potest aut sustentari, neq; suffulciri promptũ est, cedentibus sub- H
*Saltus.* inde ad singulos passus pedibus. Fossam quoq; trãsilire, si necessitas exigat, docemus, aut aliud quoddã impedimentum. Qua in re exercentur grandia plum-
*Iaculatio.* bi pondera habentes in manibus. Deinde hasta quoq; in longum proiicienda decertant. Vidisti uerò & alium quendã globum iacẽtem in gymnasio æneum atque teretem, in parui scuti figuram formatum, neq; lorum neque balteum habentem. At illum quoq; periculi faciendi gratia manu sustollebas iacentem in medio, uidebaturq; tibi grauis, & propter læuitatem comprehẽsu difficilis. Ita-
*Discus.* que illum sursum manu extortũ iaculantur in aërem, inq; longum, contendentes quinam ex illis eundem quamlõgissimè iactu promouerit, ac omnium alio- I
rum metas excesserit. Quæ res & humeros illorũ firmiores reddit, & brachia
*In arena & cœno lucta.* non mediocriter corroborat. Cæterùm quamobrẽ & arena & lutũ illis luctantibus substernatur, quæ initiò perquam ridicula tibi uisa sunt, nunc audi ô admirande. Primùm quidem ne in duro casus illis contingat, sed in loco molliore citra periculũ prostrati corruant. Deinde multa lubrica effugia accidere in cœno sudantibus necesse est, quam rem tu anguillis conferebas, sed quæ non sunt inutilia habenda aut ridicula. Nam & hæc plurimum ad robur & membrorum firmitatem consolidandam conferunt, quando ad hunc modum luctãdo alter alterum fortiter apprehendere coguntur, tametsi crebrò elabantur è manibus. K
Tenere enim perunctum oleo, & sudore perfluentem, excidere conantem, & è manibus effluere laborantẽ, ne tibi res uideatur esse modica, aut nullius momẽti. Et hæc omnia, ut à me antè prædictum est, in bello quoque non parum præstant utilitatis exercẽtibus, si aut amicus uulnere saucius sine negocio sublatus ex acie efferendus esset, aut hostis comprehensus sublimis rapiendus. Eam ob rẽ penè immodicè eos exercemus difficilioribus propositis, ut hoc facilius minora queant perpeti. Rursus arenã planè diuersa ratione utilem esse cẽsemus, ne dum complexibus implicantur, labantur. Postea quàm enim in cœno multo exercitio didicerunt compescere aduersarium quò minus elabatur è manibus

propter

A propter corporis lubricam comprehenſionem,etiam ipſi cõprehenſi effugiendi rationem multa aſſuetudine familiarem ſibi faciunt,præſertim cum tenentur medii. Quin ſudorem largiter ſemet effundentem arena quoque mihi uidetur cõprimere dum aſpergitur:utq; uis corporis par ſit laboribus,efficere:eſtq; uentis obſtaculo quò minus lædantur corpora,in tenera atq; denudata incumbentibus. Alioqui ſordes quoque corporis arena eluit,ac hominem longè candentiorem reddit. Et ego equidem perlibenter unum ex albis illis cuius conuerſatio ſemper ſub umbra fuit,& quencunque tu ex his qui ſemet in Lycéo exercent,eligeres,huc ſiſterẽ,ac cœno & puluere ablutis,te interrogarem,utrínam B potius ſimilis eſſe optares. Satis certò compertum habeo,te primo ſtatim aſpectu electurum,tametſi neutrius uitæ periculũ feceris,alteri potius eſſe ſimilem, quàm deliciis frangi atque diffluere,ac album eſſe præ ſanguinis inopia ad præcordia cõfugientis. Hæc ſunt ferè, ô Anacharſi,quibus iuuentutẽ noſtrã exercere ſolemus,exiſtimãtes eandem hiſce gymnaſiis optimam fore cuſtodẽ Reip. & cuius opera in libertate nos uicturos ſperamus, ſemper de hoſtibus,quicunq; nos adoriuntur,uictoriam reportantes:terribiles uerò finitimis exiſtentes,adeò ut illorum plurimi & potentiam noſtram pertimeſcãt,ac nobis tributum péndere ſoleant. Porrò autẽ in pace longè melioribus illis utimur,de nulla re turC pi ac flagitioſa contendentibus, neque ob inertiam ad mutuò inferẽdam iniuriã ſe conuertentibus,ſed circa iſta uerſantibus,inq; his ipſis exercitiis occupatis exiſtentibus. Et quod cõmune bonum dixi, ſummamq; ciuitatis felicitatem, ea eſt,quoties & ad pacis artes & belli ſcientiam quamoptimè atque diligẽtiſſimè iuuentus præparata fuerit, ſtudiis ac rebus pulcherrimis feruenti ſedulitate impendens operam. A N A. Proinde,Solon,hoſtibus uobis ingruentibus,oleo perũcti,& oppleti puluere,in bellum progredimini,nempe pugilatu inſtructi aduerſus armatos. Et illi uidelicet pertimeſcunt uos ac fugiunt, metuentes ne ipſis hiantibus arenam in os ſpargatis, aut fortè poſt tergum reſiliẽtes illorum D crura apprehendatis, eoſdemq; præfocetis iniecto circa collum cubito. Ac per Iouem illi petent uos arcubus, & iaculabuntur ſpiculis:at uos quemadmodum ſtatuas,telorum acies nõ penetrabunt:quippe ad Solis feruorem denigratos,ac multo ſanguine abundãtes. Neq; enim uos eſtis aut ſpicæ aut ſtipulæ,ut quamprimum plagis ſuccumbatis,ſed admodum ſerò,ac uix profundis confecti uulneribus,modico ſanguine cõmonſtrato. Talia enim ſunt quæ dixti,niſi exemplum à te adductum planè obaudierim. Aut fortaſſe Comicorũ & Tragœdorum potius armaturam aſſumetis,& ſi iuſſu ſenatus in aciem uobis exeundum fuerit,galeas illas hiãtes capiti imponetis, ut hoc magis terrori ſitis aduerſariis, E laruis ac terriculamentis anilibus eos exanimantes. Præterea calceos quoque peraltos illos pedibus accõmodabitis, qui ſi fugiendum uobis eſſet,leues ſunt. rurſus ſi alios inſectati fueritis,hoſtibus erunt ineffugibiles,tãta mole uobis aduerſus illos irruentibus. At uide potius ne iſta ueſtra arguta ſedulitas nugæ ſint, & ludicra puerilia, & inertium iuuenum ignauiæque deditorum exercitia. Si uerò uobis in animo eſt prorſus eſſe liberis, & per omnia felicibus, aliis uobis opus erit gymnaſiis,& uero in armis exercitio : neque cum aliquo alternis certaminibus iuuenes uobis componendi ſunt,ſed aduerſus hoſtes depugnandum erit certo cum periculo uirtutem exercentibus. Quapropter relictis puluere atque oleo,docete illos arcu contendere,& haſta uti: neque illis leuia dabitis ia-

*Arenæ uſus et commoda.*

cula,quæ uenti flatu feruntur,ſed ſit haſta grauis,quæ cum turbine atque ſibi- F
lo extorqueatur: præterea lapis prægrãdis,& gladius,& ſcutum ſiniſtræ inſer-
tum, & thorax,& galea. Nam ſicut in præſens inſtructi eſtis,dei cuiuſpiam be-
nignitate mihi ſeruati eſſe uidemini quò minus nondum periiſtis à perpaucis
ſaltem leuis armaturæ militibus irruentibus. Ecce enim ſi ſtricto ſaltem gladio
quo ſuccinctus ſum, ſolus in iuuenes ueſtros omnes irruerem, actutũ unà cum
clamore gymnaſium haud dubiè caperem, illis paſſim diffugientibus, ac nullo
contrà ferrum aſpicere audente, uerùm poſt ſtatuas aut columnas conſiſtentes
riſum mihi exhiberent,lachrymantes atq; trepidantes permulti. Tunc uerò ui-
deres illos non amplius rubeſcentes corpore, cuiuſmodi nũc ſunt in præſentia, G
ſed omnes illico expalleſcẽtes, tranſcoloratos præ formidine. Adeò multa pax
uos eneruatos effœminauit,ut non facilè ſaltem criſtã hoſtilis galeæ cõſpectam
ſuſtineretis. SO. At nequaquã talia de nobis prædicauerunt,ô Anacharſi,Thra-
ces,quotquot Eumolpum ſecuti bello nos laceſſiuerunt, neq; ueſtræ mulieres
quæ duce Hippolyta aduerſus urbem expeditionem inſtituerant. Neque item
alii quotquot in armis & acie uires noſtras experti ſunt. Cæterùm nos,ô beate,
non hoc cõſilio nuda iuuenum corpora exercemus, ut propterea eos in aciem
aduerſus pericula producamus: ſed ubi in hiſce ludicris quamoptimi atq; exer-
citatiſſimi euaſerint,deinceps & cũ armis exercentur, quibus longè promptius H
utuntur ad hunc modum antè inſtituti. ANA. Et ubínam locorum illud uobis
eſt gymnaſium,quod armorum uſui exercendo deſtinatum eſt? Neq; enim ego
uſpiam in urbe eiuſmodi cõſpexi,cum totum oppidum ſurſum ac deorſum di-
ligenter perreptaſſem. SO. Sed certò uidebis ô Anacharſi,multum nobis tem-
poris conuerſatus,tum unicuiq; permulta eſſe arma,quibus neceſſitate urgen-
te utimur,& criſtas,& phaleras,& equos,& equites fermè quartam partem ci-
uium. Siquidem ſemper armatum incedere, neque nõ acinace ſuccinctum eſſe,
ſuperuacaneum in pace eſſe exiſtimamus. Præterea mulcta cautum eſt,ne quis
in urbe,cum nihil neceſſe ſit,ferrum geſtet,aut armatus procedat in publicum. I
Vobis uerò non iniuriã ignoſcendum eſt,perpetuò in armis uiuẽtibus. Viuere
enim in loco aperto incuſtodito,facilè inſidiis obnoxium eſt,& hoſtium ualde
numeroſa eſt copia, neque illud certum, quo tempore aſſiſtens quiſpiam dor-
miẽtem è plauſtro pertractum iugulet. Ipſa quoque mutua infidelitas, & quòd
legibus nequaquam coërciti unam remp. incolitis, ferrũ uobis ſemper facit ne-
ceſſarium,ut in propinquo ſit ad propulſandam iniuriam, ſi quis uim alteri in-
ferre aggrederetur. A N A. Adeò uerò Solon ferrum geſtare nulla neceſſitate
adigente ſuperuacaneum eſſe cenſetis, ut & armis parcatis,ne in manibus fre-
quenter habentes corrumpantur,ſed repoſita cõſeruatis,ut neceſſitate uocan- K
te utamini: ſedenim iuuenum corpora nullo cogente periculo uerberãtes la-
boribus conficitis. Quinetiam ſudore abſumẽtes, nulli rei magnopere neceſſa-
riæ aut conducibili uires illorũ expromitis,ſed incaſſum in cœno atq; arena ef-
funditis. SO. Videris ô Anacharſi talem de robore corporeo opinionẽ obtine-
re,quaſi uino aut aquæ aut alii cuipiam rei humidæ ſimilitudine reſpõdeat. Itaq;
metuis ne quemadmodum ex uaſe Samio,robur clanculum effluens in labori-
bus,deinde nobis corpus inane & aridum diſcedẽdo relinquat, cum à nemine
intus repleatur. Atqui ad hunc modũ res ſe non habet,ſed quanto quis impen-
ſius exhauſerit,tanto copioſius influit, iuxta Hydræ fabulam, ſiqua unquã tibi

inaudita

A inaudita eſt,cui pro uno capite præciſo,ſemper alia duo renaſcebantur. Cæterũ ſi ab initio inexercitato corpore fuerit, parumq; firmo,neq; ſatis habuerit ſubiectæ materiæ,tunc illico fatigatione defeſſus,detrimento afficitur,atq; marceſcit,ueluti in igne ac lychno uſuuenire uidemus. Etenim eodem flatu & ignem potes incendere,inq; breui maiorẽ facere,nimirũ inflammans ſpiritu: ac lychni lumen extingues, non habens ſufficientẽ materiæ ſuppeditationẽ,quæ aduerſo flatui par eſſe poſſit. neq; enim ab altius acta radice productum fuerat. ANA. Hæc equidẽ,ô Solon,non admodũ intelligo. argutius enim iſta tibi dicta ſunt, quàm ut ego queam intelligentia aſſequi, exactam quandam curam & mẽtem
B acutè cernẽtem requirentia. Illud porrò omnino mihi reſponde, quam ob rem tandem non etiam in Olympicis certaminibus,& Iſthmiacis,& Pythicis,aliisq;, quando multi,ut ais,cõfluxerint iuuenes certantes ſpectaturi,in ipſis armis certamen conficiendum proponitis, ſed nudos in medium adductos, qui & calcitrẽtur,& uerberentur, oſtenditis,ac deinceps uictoribus mala aut oleaginã coronam præſtatis? Hoc enim ſcitu dignum eſt, cuius rei gratia factitare ſoleatis. SO. Quoniam opinamur, ô Anacharſi, hac ratione gymnaſiorũ deſiderium in iuuenibus magis accendi, ſi eos qui optimè ſeſe geſſerint,in illis honorari conſpexerint,& in medio Græcorum præconis uoce magnificè proclamari. Qua-
C propter etiam tanquam illi exutis ueſtimentis, optimi corporis æſtimandæ habitudinis curam non negligunt, ne denudati pudore afficiantur, ac ſe quiſque uictoria quamdigniſſimum præparet. Quinetiam præmia, quemadmodum à me prædictum eſt,non mediocria ſunt propoſita,nempe honorificum & laude plenum à ſpectatoribus teſtimonium,& eſſe clariſſimum,ac demonſtrari prætereuntium digito,inter æquales hunc uiſum eſſe etiam ſua opinione præſtantiſſimũ. Etenim non pauci ex ſpectatoribus quibus per ætatẽ etiamnum exercitatio coleda eſt, abeunt non mediocriter ex his uirtutis & laborũ amore inflãmati. Itaq; ô Anacharſi, ſi quis è cõmuni hominũ uita laudis & gloriæ amo- *Gloriæ ſtimu-*
D rem ſublatum eiiceret,quídnã amplius præclarę rei nobis ille faceret reliquum? *lus.* aut quíſnam facinus aliquod magnum & memorabile concupiſceret? Iam ex iis haud difficulter coniecturam facere potes, quales in bello pro tuẽda patria, defendendis liberis & uxoribus, & pro templis ſuſcepto futuri ſint arma habentes in manibus,qui oleagina corona aut pomis inducti, tanta cupiditate ad uictoriam conſequendam ferantur. Et quídnam dicturus eſſes ſi apud nos & coturnices & gallos gallinaceos compugnantes uideres, ac harum rerum ſpe- *Gallorũ gal-*
ctandarum & adornandarum ſtudium non mediocre? Rideres uidelicet, at tũc *linaceorum* maximè,ſi reſciſceres lege à maioribus lata illud nos facere, omnibusq; iuueni- *pugna.*
E bus ut interſint imperatum eſſe,ut ſpectẽt uolucres roſtris inter ſe depugnantes uſque ad extremam defectionem uirium. Atqui ne hoc quidem inſtitutum riſu dignũ eſt. Irrepit enim ſenſim in animos iuuenum impetus ad fortiter ſubeunda & contemnenda pericula,ne gallis ingeneroſiores atque ignauiores eſſe appareãt, néue defeſſi uulnera aut labores aut aliam difficultatem ferre recuſent. Cæterùm ut in armis harum rerum periculum faciant,utq; mutuis uulneribus ſemet conficientes ſpectemus, apage. ferinum enim illud eſſet,& omnibus modis crudele, ad hæc non minus damnoſum & inutile, mactare iuuenes præſtãtiſſimos, quorũ opera & uiribus longè melius aduerſus hoſtes uti queamus. Quia uerò ais, ô Anacharſi,te reliquam quoque Græciam uidendi gratia

peragraturũ,uide ut memoria teneas,ſiquando in Lacedæmona ueneris, ne & F
illos irrideas, neque putes eoſdem inutilibus uacare laboribus, quandò aut de
pila in theatro impetu facto collapſi, mutuis uulneribus ſemet deformauerint,
aut in locum circumcirca aqua obſeptum ingreſſi,ac in cohortes diſtributi,ho-
ſtili animo alter alterum inuaſerit, & ipſi nudi,donec pars alterutra diuerſam è
loco aquis circundato eiecerit,nempe Lycurgi aſſeclæ,ſectatores Herculis, aut
rurſus in aquã impulerint. Ab illa enim pax inſequitur,nec ullus amplius pul-
ſatur. Maximè uerò ſi uideris pueros ad aram flagellis ac loris cædi,ac ſanguine
defluentes & patre & matre aſſiſtentibus,non ut aliquẽ ex hoc facto dolorem
capiant, ſed minaciter interminantibus niſi uerbera perſeueranter tulerint, ac G
ſupplicantibus quoq; ut quamdiutiſſimè labori tolerando ſufficiant, néue uer-
berum difficultatibus cedẽtes ſuccumbant. Itaque permulti plagis ipſis immo-
riuntur, dedecoroſum exiſtimantes ſi etiamdum uiuentes in familiarium con-
ſpectu uerberibus ſuperati deficerent, aut corpore flagrorum ictibus cederent:
quos etiam ſtatuis in memoriam illorum erectis publicè à Spartanis honeſtatos
uidebis. Quando ergo iſta coràm oculatus arbiter intueberis,caue illos inſani-
re temere ſuſpiceris, neque dicas citra cauſſam iuſtam ac neceſſariã talibus eos
difficultatibus conflictari,neque urgente alicuius ſæua tyrannide,neque hoſti-
bus imminentibus. Dixerit enim haud dubiè Lycurgus Laconicarũ legum au- H
ctor pro illis tuendis tibi rationi ualde cõſentanea, quibúſnam cauſſis impulſus
pueros ita uerberibus affligendos ſtatuerit,neque inimicus illis exiſtens,neque
inuidentia adductus hoc faciens, neque ciuitatis iuuẽtutem nequicquam abſu-
mens,ſed uolens atque contendens reddere quãfortiſſimos,ac omni difficulta-
te ſuperiores eos,qui patriam ab iniuria eſſent ſeruaturi atque defenſuri. Quã-
quam uerò ipſe Lycurgus nihil dixerit,facilè tamen animaduertis,ut talis quiſ-
piam quondam in bello comprehenſus,nullam uocem Spartana magnitudine
indignam emiſerit,inimicis eundem diris tormẽtis torquentibus, ſed illos falſè
ſubſannans,flagellis cædebatur, cum uerberante infracta animi tolerantia con- I
tendens,utérnam citius uiribus deficeret. ANA. Num Lycurgus quoque,So-
lon,in iuuentute loris cædi ſolitus eſt? & an huius certaminis auctor exiſtẽs,ci-
tra periculum talia iuueniliter commentus eſt? SO. Cum iam prouectæ ætatis
eſſet,ciuibus Spartanis leges cõdidit,profectus è Creta. Aliquandiu enim apud
Cretenſes peregre egit,quoniam eoſdem audiuerat optimis legibus inſtructos
uiuere,quibus Minos Iouis filius legum ſcriptor extiterat. ANACH. Quam
ob rem igitur Solon,& tu non imitatus es Lycurgum,ac iuuenes loris proſcin-
dis? Etenim perpulchra hæc ſunt inſtituta, & uobis non indigna. SO. Quo-
niam nobis Anacharſi ſufficere uidentur iſta gymnaſia, quorum ipſi reperto- K
res extitimus, neque magnopere neceſſarium exiſtimamus peregrinorũ æmu-
latores eſſe. ANA. Nequaquã,ſed intelligis,ut opinor, quàm res ſit friuola fla-
gris obuerberare nudi ſcapulas,palmas utraſque ſuppliciter extendẽtis,ex quo
nulla proueniat utilitas neque priuatim ad eum qui cæditur,neq; item ad Rẽp.
communiter. Itaque ſiquando Spartam peregre profectus uenero quo tempo-
re iſta factitare ſolent, uideor me ſtatim lapidibus obrutum iri ab illis publicè,
ſingulos deridentem, ſiquando uidero pueros ueluti fures flagris onerari, aut
ueluti peculatorẽ, aut alium facinoroſum. Planè uerò illorum ciuitas mihi ui-
detur egere helleboro,quæ uſqueadeo ridicula à ſe ipſa pati conſueuit. SO. Ne

deſertam

A deſertam cauſſam ô generoſe, neque uiris abſentibus te ſolum dicentem uíncere inducas in animum. Neque enim deerit quiſpiam etiam Lacedæmone, qui harum rerũ cauſſam tibi promptiſſimè redditurus eſt. Verùm enimuero quandoquidem ego tibi noſtra ex ordine gymnaſia percenſui, quæ tibi non admodum placuiſſe non occultè tuliſti, uideor mihi non iniqua poſtulaturus à te, ut & tu uiciſſim me audiente percurras qua ratione uos Scythæ ueſtros iuuenes exerceatis, tũ quibus gymnaſiis educatos inſueſcitis, & quónam pacto eoſdem uiros ſtrenuos efficitis. ANA. Aequiſſima ſunt ô Solon quæ poſtulas. Ac ego quidem Scytharum leges tibi commemorabo, fortaſſe nõ admodum admiran-
B das illas, & quæ non multum ueſtris ſunt reſponſuræ. Neque enim uel in maxillam alicui plagam illidere auderemus, ſumus enim perquam meticuloſi: ſed tamen qualiacunque ſunt noſtra exercendorum iuuenum inſtituta, dicentur. Cæterùm, ſi uidetur, ea de re colloquium in craſtinum uſque differemus, ut ea quæ ipſe dixiſti, magis quietus apud me retractare poſſim, tum etiã ea quæ mihi dicenda ſunt, memoria percurrere. Itaq; quod nunc reſtat, in præſentia quidem abeamus. Iam enim inualeſcentibus umbris appetit ueſpera.

## DE LVCTV, Eraſmo Roterodamo interprete.

C OPeræprecium ſanè fuerit obſeruare ea quæ in luctu uulgo tum dicantur, tum fiant, item quæ dicantur ab iis qui eos conſolantur ſcilicet, quámque non ferenda putent lugentes ea quæ acciderunt, & ſibiipſis, & iis quos flent, cum haudquaquam pernouerint, maláne ſint iſta, ac dolenda, an contrà iucundiora melioráque iis quibus accidunt: ſed ex more & conſuetudine dolorem accerſunt. Itaque cum mortuus fuerit aliquis, faciunt ad hunc modum. Quin prius uolo tibi narrare quas habeant de morte ipſa opiniones. Sic enim palàm fiet qua gratia ſuperuacanea iſta moliantur. Vulgi quidem hominum multitudo, quos ſapiẽtes iſti uocant idiotas, Ho-
D mero, Heſiodo, reliquíſque fabularum auctoribus ſuper his fidem habentes, & illorum poëſim pro lege ducentes, locum quendam ſubter terram profundum eſſe putant, quem Tartarum uocant. Eum exiſtimãt magnum & ſpacioſum eſſe, caliginoſum atque opacum, qui tamen iſtis haud ſcio quo pacto illuſtrari uidetur, quò ſingula quæ illic ſunt, introſpiciãt. Tum regnare in hoc ſpecu Iouis fratrem, cui nomen Plutoni, ut mihi retulit quidam harum rerum mirè peritus, ob id eo uocabulo honeſtatum, quòd mortuorum copia diues eſſet. Porrò Plutonem hunc inferorum remp. & manium uitam conſtituiſſe in hanc formam. Nam ſorte obtigiſſe huic ut uita defunctis imperaret. Quos ubi de-
E miſſos receperit, arreptos uinculis ineffugibilibus coërcet, nulli prorſus permittens ut ad ſuperos redeat, præterquam admodum paucis ex uniuerſo æuo, idque grauiſſimis de cauſis. Interluitur autem regio illius fluuiis & magnis & horrendis uel ſolo nomine. Siquidem Cocyti, Phlegethontes, atq; huiuſmodi uocabulis appellantur. Quodq; eſt grauiſſimum, præiacet Acherontica palus, quæ prima excipit obuios, quam non poſſis neq; tranſmittere neq; tranſire ſine uectore: nam & profundior eſt quàm ut pedibus trãſiri poſſit, & ſpacioſior q̃ ut tranari queat. In ſumma huiuſmodi eſt, ut nec auiũ manes poſſint eã tranſuolare. In ipſo uerò deſcenſu, portaq;, quæ quidem eſt adamantina, Aeacus eſt, regis patruelis, cui mãdata eſt cuſtodia: iuxtaq; hunc canis triceps, ſæuus admo-

dū. Is aduenientes ſatis amicè pacateq; intuetur: cæterùm ſi quis conetur aufu- F
gere, latrat, territosq; in ſpecum redigit. Iam qui trāſmiſſa palude ingreſſi ſunt,
eos excipit pratum ingens, Aſphodelo cōſitum, ac fluuius memoriæ hoſtis: eó-
Lethe. que Lethe nomen eſt inditum. Nam hæc uidelicet priſcis illis mortalibus nar-
rarunt, qui illinc redierant, nempe Alceſtis & Proteſilaus, Theſſalus uterq;, ne-
que non Theſeus Aegeo prognatus, & Homericus Vlyſſes, teſtes admodum
graues, digniq; quibus habeatur fides, qui mihi non uidentur è fonte illo bibiſ-
ſe, alioqui non meminiſſent horum. Itaque Pluto & Proſerpina, ut aiebant illi,
remp. adminiſtrant, rerumq; omnium dominatum obtinent. Sed inſeruiunt his,
& in adminiſtrando principatu adiuuant, ingens turba, furiæ, pœnæ, terrores, G
ac Mercurius: quanquam is ſanè non adeſt perpetuò. Præfecti autem & ſatra-
pæ & iudices ſedent duo, Minos & Rhadamanthus, uterque Cretenſis, uter-
que Iouis filius. Atque hi quidem bonos ac iuſtos uiros, qui cum uirtute uitam
peregiſſent, ubi iam multi collecti fuerint, uelut in coloniam quandam emit-
tunt in campum Elyſium, uitam optimam inibi uicturos. Quòd ſi malos ali-
quos ceperint, hos Furiis traditos, in impiorum locum eiiciunt, pro ratione ma-
lefactorum puniendos. Quo quidem in loco quid tandem mali non patiuntur?
torti, exuſti, à uulturibus arroſi, rota circumacti, ſaxa ſurſum uoluentes. Nam
Tantalus ipſe ad paludem ſtat, in periculum adductus ne ſiti moriatur infelix. H
Rurſum alii mediocris uitæ (ſunt autem hi complures) uagantur in prato ſine
corporibus iam umbræ facti, & ad tactum ceu fumus euaneſcentes. Aluntur
autem uidelicet noſtris libationibus inferiiſque quæ ſepulchris inferuntur:
adeò ut ſi cui nullus ſit in terra reliquus amicus aut cognatus, hic mortuus ie-
iunus ac famelicus inter illos uerſatur. Hæc uſqueadeo ualidè uulgi animos
peruaſerunt, ut ſimul atque familiaris quiſpiam mortuus fuerit, primùm obo-
lum illi in os imponunt, traiectionis mercedem, quam uectori daturus ſit: nec
illud prius expendunt, cuiuſmodi nomiſma legitimum ſit ambulétque apud
inferos, & apud illos ualeat, Atticus, an Macedonicus, an Aeginenſis obo- I
lus. At ne id quidem cogitant, multo ſatius eſſe non poſſe naulum reddere.
ſic enim fiat, ut non recipiente portitore, poſtliminio redeāt in uitam. Poſt hæc
lotos eos, perinde quaſi tartarea palus non ſatis ſit idonea lauandis his qui illic
degunt, & unguentis optimis uncto corpore, iámque uicta graueolentia, tum
coronatos pulcherrimis floribus proponunt ſplendidè ueſtitos, ne uidelicet al-
geant per uiam, néue nudi conſpiciantur à Cerbero. Accedunt ad hæc mulie-
rum eiulatus, omnium certè lachrymæ, pectorū planctus, comæ dilaniatio, ge-
narum cruētatio. Aliis autem & ueſtis diſcerpitur, & puluis capiti inſpergitur,
adeò ut uiuentes miſerabiliores ſint mortuo. Nam illi humi uolutantur ſæpe- K
numero, & capita ſolo allidūt: hic uerò decorus ac formoſus, ac diligentiſſimè
coronatus ſublimis propoſitus eſt, & excelſus, uelut ad pompam adornatus.
Deinde mater, atque adeò pater quoq; ex mediis cognatis progreſſus, ac mor-
tuo circumfuſus, (nam finge iuuenem aliquem ac formoſum propoſitum eſſe,
quò magis in hunc competat actio fabulæ) abſurdas ac ſtultas uoces emittit, ad
quas mortuus ipſe reſponſurus ſit, ſi cōtingat uocem recipere. Ait enim pater,
flebili quadam uoce uerbum unumquodq; producens in longum: Fili iucun-
diſſime, periſti mihi, mortuus es, ante diem præreptus es, me ſuper hæc miſero
ſolo relicto. Non duxiſti uxorem, non paraſti liberos, non militaſti, nō coluiſti

agros

A agros, non ad ſenectam peruenisti. Non comeſſaberis poſthac, non amabis fili, neque cũ æqualibus in compotatione inebriaberis. Porrò hæc atque id genus alia dicet, quaſi putet filium adhuc rebus his egere poſt obitum, ac deſiderare quidem, uerùm potiri non poſſe. Sed quid hæc loquor? Quot enim ſunt qui equos ac cõcubinas, rurſum alii qui pincernas etiam in funere mactarunt, qui ueſtem, reliquúmque mundum pariter in rogum iectum exuſſerunt, aut unà cum cadauere ſepelierunt, perinde quaſi illic ſit uſurus, & apud inferos fruiturus? At ſenex iſte luctum agens, hæc omnia atque his etiam plura quæ dicit, neque filii cauſſa iactare uidetur, ut quem ſciat nõ auditurum, etiam ſi Sten-
B torem clamore uincat: neque rurſum ſua ipſius gratia. Satis enim erat illi, cogitare & cognoſcere uel ſine uoce. Nihil enim opus eſt ut quis apud ſeſe clamet. Supereſt igitur ut ad hunc modum deliret ob eos qui adſunt, cum neſciat neque quid acciderit ipſi filio, neque quò conceſſerit, imò cũ ne ſuam quidem ipſius uitam cuiuſmodi ſit perpenderit. Neque enim alioqui ceu rem acerbam grauiter ferret illum ex hac uita demigraſſe. Filius igitur huic ita reſponderit, exorato Aeaco atque Orco, quò liceat tantiſper è ſpecu proferre caput, dum patrem inſanientem compeſcat: Homo infelix quid clamas? Quid mihi moleſtus es? Deſine uellicare comam, ac uultus etiam cutem lacerare. Cur mihi con-
C uicium facis, ac miſerum appellas, & infortunatum, qui iam ſim te multo tum melior, tum felicior? Aut quid acerbi mihi putas accidiſſe? An quia non ſim factus ſenex talis, qualis es tu, capite caluo, facie rugoſa, incuruus genibus, ſegnis, in ſumma, totus ætate putris, multis expletis triacadibus & Olympiadibus, deniq; ad iſtum modum delirans apud teſtes tam multos? O demens, quid tibi uidetur in uita boni, quo poſthac non ſimus potituri? Nimirum* uſuras dicis, ac cœnas, ueſtémque, & concubitus: eoq; metuis ne rerum harum inopia pereamꝰ? Non cogitas autẽ longè bellius eſſe, non ſitire, quàm bibere: non eſurire, quàm edere: non algere, quàm ueſtibus abundare? Age igitur, quandoquidem ig-
D narus uideris, docebo te lugere uerius: iámque denuo incepto luctu, clama: Fili miſer, non amplius ſities, non amplius eſuries, nõ amplius algebis. Periſti mihi infelix, qui morbos effugeris, qui febrem iam non timeas, non hoſtẽ, non tyrannum. Non amor diſcruciabit te, non auocabit coitus, neque huius rei cauſſa bis aut ter quotidie perdes impenſam. Heu calamitatem, neque contemnẽris factus ſenex, neq; moleſtus eris iuuenibus, ſiquando conſpiciaris. Hæc ſi dixeris pater, an non putas te multo ueriora, magiſque ridicula dicturum, quàm iſta quæ modó? At uide ne illud te malè habeat, dum noctem quæ apud nos eſt, magna mq; cogitas caliginẽ, proinde metuis ne tibi præfocer, concluſus in mo-
E numento. Verùm in his illud oportet perpendere, oculis putrefactis, atq; adeò exuſtis (ſiquidẽ paulopoſt exurere me decreuiſtis) nihil opus erit nec ad tenebras nec ad lumen inſpiciendum. Atque iſta fortaſſis utcunque ferenda: uerùm eiulatus iſte ueſter quid mihi confert? aut quid iſta pectorum ad tibiæ modos percuſſio? aut quid mulierum immodica lamentatio? Quid autem ſaxum quod ſepulchro imponitur coronis ornatũ? Aut quid ualet quòd merũ infunditis? Num putatis illud ad nos deſtillaturum, & ad Orcum uſq; permeaturum? Nam de parentalibus ipſi quoque, ni fallor, uidetis, quod ex apparatu potiſſimùm ad nos redire debuerat, id fumo correptum ſurſum in cœlũ abire, neque quicquã iuuare nos, qui infernè agimus. Porrò quod ſupereſt, puluis eſt inuti-

* πόσεις, cõpotationes.

lis,niſi creditis nos cinere ueſci. Non eſt uſqueadeo ſterile neque infrugiferum F
Plutonis regnum, neq; nos deſtituit Aſphodelus, ut à uobis cibos huc deportemus. Itaque iuro per Tiſiphonen, iampridem mihi libebat uehementer exclamare ſuper his quæ & faciebatis,& dicebatis,ſed uetabat linteũ ac lanæ quibus mihi fauces obligaſtis.

Atque ita profato, mors ultima lumina clauſit.

Sed dicito per Iouem: Si cõuerſus ad eos mortuus ille,loquatur hæc cubito innitens, an non uidebitur rectiſſimè dicturus? Attamen uecordes iſti uociferantur,& accerſito quopiam lamentorum artifice,qui multas antiquas calamitates in unum congerat,certaminis adiutore & amentiæ chorago abutũtur,ubicun- G
que cœperit ille, ipſi ad melos eiulatu reſpondentes. Verùm quantũ ad lamen-
*Sepultura.* tationes attinet,omnibus eadem eſt ineptiendi conſuetudo. At deinceps ſepulturæ rationem in uarios diuidunt modos. Nam Græcus exurit, Perſa defodit, Indus adipe ſuillo oblinit,Scytha deuorat,muria condit Aegyptius. Atque hic quidem(rem à me uiſam narro)deſiccatum cadauer, cõuiuam & compotorem adhibet. Fit autem frequenter,ut Aegyptium aliquem indigentem pecunię,leuet egeſtate pignus frater aut pater in tempore factus. Nam libationes,pyramides,columnæ,tituli,ad breue tempus duratura,an nõ ſuperuacanea, & ludicris
*Ludi funebres.* ſimillima? Sunt uerò qui ludos quoque conſtituãt ad ſepulchrum, ac funebres H
orationes habeãt, perinde quaſi patrocinentur ac teſtimonium perhibeant defuncto apud inferos iudices. Poſt hæc omnia ſupereſt exequialis cœna. Iámque
*Cœnæ exequiales.* adſunt neceſſarii,ut defuncti parentes conſolentur,ſuadentq; uti cibum capiãt: quanquam illi per Iouem non illibentes ad id cõpelluntur,quippe perpetuum iam triduum enecti fame. Et quouſque quæſo flebimus? Sine quieſcant Plutonis manes. Quòd ſi tibi deliberatum eſt omnino flere, uel ob hoc ipſum cibus eſt capiendus, quò tanto luctui par eſſe poſſis. Tum denique,tum ex omnibus contexuntur duo uerſus Homerici:

Nam cœpit meminiſſe cibi Niobe auricapilla. Tum illud, I
Vita defunctos flere haud ſinit aluus Achiuos.

At capiunt quidem illi,ſed initiò pudibundi, uerẽteſq; ne poſt chariſſimorum obitum uideantur adhuc affectibus humanis commoueri. Hæc atque his longè magis ridicula reperiet,quiſquis obſeruarit ea quæ fiunt in luctu, propterea quòd uulgò exiſtiment mortem ſummum eſſe malum.

RHETORVM PRAECEPTOR, Bilibaldo Birckeimero interp.

ARGVMENTVM.

*Inſectatur hoc ſcripto* Lucianus *corruptam ſuorum temporum eloquentiam,& affectatum dicendi genus eorum qui ſe maximè facundos eſſe,atque egregiè perorare exiſtimãt, cum uerba quædã ex ultima uetuſtate repetita,& uix ipſi* Euãdri *matri intellecta,orationi paſſim admiſcẽt,aut uerius infarciunt: quales fuerũt noſtra ætate non pauci cum apud* Germanos *alicubi, tum præcipuè apud* Italos, *quibus maximè ea cura fuit ita loqui,ut à nemine intelligerentur. In quorum gratiam & ſuperioribus annis dialogus ille qui* Volſcorum *& Oſcorũ titulo ferebatur,editus apparet.* Cæterùm *ipſa oratio didaſcalica eſt.* Duas *enim uias ad eloquentiam conſequendam adoleſcẽti à quo(ut fingitur)ad id impulſus fuerat, præſcribit,priorem quidem aſperam ac duram,& uix longo tempore peragendam, ceterùm ueram ac rectam,quam non modò ad eloquentiam, uerùm ad omnem uirtutem parandam ingredi opus eſt ei qui uolet uel mediocrem laudem aſſequi. Alterã autem planam & expeditam,ſed quæ ad improbitatem & petulantiam,non uirtutem,perducat: quã ipſe ironica quadam epitrope cõmendat,ac adoleſcenti obeundam proponit,ſcilicet ad temporum ſuorum morẽ alludens,quibus ut quiſq; indoctiſſimus & impudẽtiſſimus erat,ita pro præcipuo ac ſummo habebatur. Vtrique autem uiæ doctorem quendam addit: alterum uidelicet,ea quæ recta ſunt,& ad ipſam rem pertinẽt, monen-*

*tem*

A *tem: alterum autem, quæ ad arrogantiam, improbitatem & temeritatem ſpectant, ueriusq; rabulam ac ſycophantam aliquẽ quàm oratorem efficiunt, docentẽ: qui primò quidẽ, quæ de ſe ipſo afferre conueniat diſcipulum, præcipit: deinde quibus maxime ſtudere publice, primùm in affectandis uerbis, & componenda oratione, deinde inter agendum, & in foro, & in frequẽtia hominũ: poſt hæc priuatim quoque, & domi inter ſuos idem debeat, docet. Quæ omnia eiuſmodi ſunt, ut mores ac uitia illorum temporum planè referãt, quemadmodum cum ex alijs pleriſque, tum ex Quintiliano multis in locis idem animaduertere licet, qui ipſe quoque huiuſmodi affectatores & arrogantes non ſemel perſtringit. Exemplum autem talis oratoris qualẽ hic deſcribit, ſupra in Lexiphane expreſſum habes, & hodie in multis coram & ob oculos uidere licet.*



B Ciſcitaris ô adoleſcens, quónam pacto rhetor euadere, & uenuſtiſſimum illud, ac oppidoquam honorificum nomen Sophiſta ipſe eſſe cenſeri poſſis. Tibi enim uiuendum eſſe negas, ni talem in dicendo uim quandam aſſequaris, ut inexpugnabilis ac intolerabilis exiſtat, omnéſque in admirationem & uenerationem rapiat, ac Græcis res celeberrimæ famæ eſſe uideatur. Ideo uias illuc perducentes, quænam tandem ſint, addiſcere cupis. Atque nulla inuidia, fili mi: præcipuè cum quiſpiam adoleſcens adhuc exiſtens, optima deſiderat, ignarus tamen unde hæc hauriat, ſitque res ſacra quædam conſilium, quemadmodum tu iam accedens, hoc expoſtulet. Igitur ex me audi, & admodum confide, quòd in perquam eloquentem euadas uirum, ita ut ea quæ deceant, & cognoſcere & ex-
C plicare poſſis, ſi tute interim memor eſſe illorum quæ à nobis audieris, aſſiduóque labore exercere, & alacriter uiam capeſſere uolueris. Ita enim ad optatum peruenies terminum. Cæterùm huius rei adeptio minimè eſt exigua, neque mediocri indiget ſtudio, ſed pro qua multos labores multáſque uigilias ſubire, ac quicquid euenerit, ſuſtinere decet. Conſidera igitur quótnam hucuſque, cum nullius eſſent momenti, ob ſermonem clari & opulenti, ac per Iouem nobiliſſimi quoque apparuere. Atqui ne timeas, neque ob ſperatorum magnitudinem deſperes, infinitos quoſdam labores ſubeundos exiſtimans. Siquidem mi-
nimè per aſperam quandam aut arduam, ſudoríſue plenam nos perducemus, ut
D ex ipſa media laſſus regredi cogaris, quandoquidem nil ab aliis differimus, qui per conſuetam illam deducunt, longam, inuiam, laborioſam, & ut plurimum deſperatam: ſed conſilii noſtri præcipuum hoc eſt, ut per iucundiſſimam pariter ac compendioſiſſimam facilémque & accliuem uiam, cum multa animi uoluptate deliciíſque inter florida prata umbráſque amœnas deambulans, ocio, ac greſſu placido, abſque ſudore in ſummo conſiſtas uertice, illícque citra laborem uenari, & per Iouem diſcumbens quoq; conuiuari poſſis, ac illos qui per aliam incedunt uiam, in aſcenſus cliuo ab edito deſpicias: quin per confragoſa & lubrica præcipitia uix ſurrepentes, ac nonnunquam in capita deuolu-
E tos, multáque uulnera cautium aſperitate accipientes. Tu uerò pridem antea in ſummo coronatus, feliciſſimus eris, breui uniuerſa quotquot in Rhetorica ſunt bona, tantùm non dormiendo accipiens. Atqui promiſſio hæc admodum magna eſt, uerùm per hoſpitalẽ Iouem ne diffidas, ſi facilè pariter & iucundiſſimè tibi hæc oſtendi poſſe aſſerimus. Etenim ſi Heſiodus cum pauca ex Helicone folia ſumpſiſſet, confeſtim Poëta egregius ex paſtore euaſit, atq; Muſarum numine afflatus, deorum & Heroum genus decantauit: cur rhetorem, qui multò infra poëtices eſt magniloquentiã, in breui creare impoſſibile erit, ſi quis compendioſiſſimã didicerit uiam? quemadmodum & ego tibi enarrare uolo Sidonii cuiuſdã mercatoris cõſilium, quod ob incredulitatem imperfectum reman-

sit,ac audienti inutile. Imperabat iam Alexãder Persis, postquam Dariũ in Arbelis pugna deuicerat,ac oportebat undiq; per imperium nũcios emittere, qui Alexandri ferrent edicta. Erat uerò ex Persis longissima in Aegyptũ uia.siquidem montana circũire oportebat, hinc Arabiam per Babyloniam intrare,inde longis emensis desertis uix tãdem in Aegyptum perueniebatur statiuis uiginti prolixis uiro expedito. Ferebat id ægrè Alexander,quoniã Aegyptios nonnihil tumultuari audiebat,nec habebat quo pacto quæ sibi agẽda uiderẽtur,Satrapis annunciare posset. Tum mercator Sidonius,Ego,rex,inquit,uiam haud longam ex Persis in Aegyptũ me tibi ostensurũ polliceor.etenim si quis montana hæc superabit (transgredietur autem triduo) cõfestim in Aegypto erit.Et sic se res habebat,uerùm Alexãder non credidit,sed deceptorem esse mercatorem existimabat.Ita quamplurimis promissiones admirãdæ incredibiles uidentur.Sed ne id tibi accidat,caue.etenim experiẽtia cognosces quòd nil prohibebit te Rhetorem censeri unius nec totius quidẽ diei, montem ex Persis in Aegyptum transgressum.Proinde Rhetorices primo imaginẽ sermone describere,& quemadmodum Cebes ille,utranq; uiam tibi ostẽdere uolo. Etenim duæ sunt quæ ad Rhetoricam perducunt,quam haud mediocriter mihi amare uideris.Illa itaque in eminenti residet solio, admodũ formosa,ac aspectu elegãti: in dextraq; Amalthéæ retinet cornu,fructibus omnifariis refertum. Ex altera autẽ parte adstãtes mihi diuitias aspicere uidetur, penitus aureas,ac perquã amabiles:iuxta quas gloria quoq; & uehementia consistunt:ipsam uerò laudes permultæ, pusillis Amoribus similes,ac undiq; cõfertæ circumuolitant,instar Nili, si quandoq; illum depictum uidisti,Crocodilo alicui,uel equo fluuiatili,quales multi sunt in eo, insidentẽ,paruulos autem puellos,Peches illos Aegyptii uocant,circa ipsum lusitãtes.tales & circa rhetoricã laudes. Tu uerò amator accedis, desideraus scilicet quamcelerrimè in summũ euadere,ut tibi ascẽdenti nubat,ac omnia ea possideas,diuitias,gloriã,laudes.lege etenim cũcta nubẽtis fiũt. Inde cum monti appropinquas,sub initiũ de ascensu desperabis,resq; tibi similis esse uidebitur quemadmodũ Aornos Macedonibus apparet,undiq; aspiciẽtibus prærupta,& uix auibus transuolatu facilis,Dionysio aliquo,aut Hercule, si complanari debeat,indigẽs. & ita tibi sub initium uidebitur.Inde paulò pòst duas quasdã uias cernes,uel potius altera semita est, angusta, spinosa & aspera, multũ sitis ac sudoris præ se ferẽs, quam iam antea Hesiodus perquam egregiè ostendit, ita ut nihil mei indigeas. Altera uerò lata est, florida, ac manantibus aquis irrigua, & penitus talis,qualẽ paulò antè dixi,ne cadẽ sæpius repetens,te qui iam Rhetor esse posses,detineã. Tãtùm hoc addendũ uidetur,quòd aspera illa & ardua,nõ multa uiatorũ retinet uestigia:& si aliqua,ualde uetusta.per illã ego miser ascendi, tantum laborans, cum haud necesse esset. Altera uerò undiq; plana,ac nil confragosi habens, qualissnã sit,à longè tantùm mihi apparuit: nõ tamen per illam incessi. Haud enim cũ adhuc iuuenis essem,quid optimum foret cernebam,sed poẽtam illum uera loqui existimabã,dicentẽ,Ex laboribus germinare bona. Illud uerò minimè sic se habebat.multos enim uideo absque labore maiori dignitate euectos, felici sermonum & uiarum electione tantùm. Cũ uerò ad ingressum perueneris, rectè noui te hæsitaturũ, quin iam dubitare ad quámnã sit uertendum. Quid igitur iam tibi faciundum sit ut facilè ad summum ascendas,fortunatus euadas,& nubas, omnibúsque admirabilis uidearis,

*Imago rhetorices.*

*Duæ uiæ ad rhetoricam.*

ego

A ego tibi expediam. Satis enim eſt me ipſum deceptum eſſe,& laboraſſe: tibi ue-
rò citra ſementem & arationem, tanquam Saturni ſeculo, cuncta prouenient.
Cõfeſtim igitur tibi ſe obuium feret uir quidam robuſtus, prædurus, greſſu ui-
rili,multum Solis in corpore oſtendens,aſpectu maſculo,uigilator,aſperæ illius
uiæ dux,nugas quaſdam uanas prædicans,ut ſe ſequaris cohortans,Demoſthe-
nis,Platonis,& aliorum quorundam ueſtigia demonſtrans,magna quidem, &
ſuper præſentia,uerùm iam obſcura,& ut plurimum à tempore obliterata. Ad-
det te beatum fore,ac lege Rhetoricam tibi nupturam,ſi per illa inceſſeris, ue-
luti eos qui ad bona pergunt.at ſi parumper tranſgrediaris, uel extra rectũ tra-
B mitem,aut inceſſu aliquorſum magis declines,te à uera uia & ad nuptias dedu-
cente aberraturũ. Inde te priſcos illos uiros imitari iubebit, inutilia ſermonũm
proponens exempla,nec imitatu facilia,qualia uetuſtæ ſunt conſtructionis He-
geſii,& quæ circa Cratetem,Neſiotem quoque,ſeuera,neruoſa & dura,diligẽ-
terq; à literis amputanda. Laborem autem,uigilias,& puræ aquæ uſum,ſqualo-
rem quoq;,hæc cuncta neceſſaria & ineuitabilia dicet. Etenim impoſſibile eſſe
abſque illis uiam perficere. Et quod omnium moleſtiſſimum,perlongum tem-
pus ad perficiendum iter tibi præſcribet,annos multos,nõ per dies,neq; trien-
nalia,ſed per integras numerans Olympiades,ita ut priuſquam audiẽs laborem
C ſubierit,& defatigatus fuerit,felicitati illi ſperatę longũ ualere dicat. Inſuper ob
hæc mala haud paruam expetet mercedẽ, ſed neq; dux eſſe incipiet niſi magna
prius acceperit. Et hæc tibi dicet ſuperbus,& uerè antiquarius ac Saturnius ho-
mo,mortuos uetuſtos ad imitationem proponens,ſermonéſque pridem defoſ-
ſos eruere dignum ducẽs,ac ſi maximum eſſet bonum,gladiorũ fabri,& alium *Demoſthenem*
Atrometi cuiuſdam grammatiſtæ filium imitari, & hæc in pace, neque Philip- *& Aeſchinem*
po ingruente,neque Alexandro cogente,quo tempore illorum ſermones uti- *intelligit.*
les ſunt uiſi:ignorans quæ'nam ſint nunc innouata,celeritas,laboris euitatio,&
uia ad Rhetoricam perquam compendioſa. Tu uerò haud acquieſcas, neq; illi
D mentem adhibeas,ne te ſuſcipiẽs alicubi præcipitet, uel demum priuſquam tot
labores exhaurias,in ſenium perducat. Sed ſi omnino amore flagras, ac celerri-
mè Rhetoricæ congredi deſideras adhuc uigens, ita ut illi diligentem operam
impendere poſſis, aſpero huic homini, & ultra mediocritatem uirili,longè dic
ualere:ipſum uerò aſcendere, & alios quotquot decipere poteſt,ſecum ducere
permitte,ut tandem anhelãtes, & multo ſudore perfuſos, deſtituat. Ad alteram
uerò perueniens uiam,alios quoq; multos inuenies,inter quos perquã ſapientẽ
quendam ac perpulchrum uirum, inceſſu molli, ceruice infracta, uultu effœ-
minato,uoce ſuaui, unguenta ſpirantem,ac ſummo digito caput ſcalpẽtem,ca-
E pillos quidem paucos adhuc, intortos tamen & hyacinthinos componentem,
perquam delicatum Sardanapalum quendam, uel Cinyram,aut Agathonem ip-
ſum, lepidũ illum tragœdiæ poëtam. Hæc ideo refero, ut ab iis eũ cognoſcas
ſignis, ac res tã diuina,Veneriq; & Gratiis amica, minimè te lateat. Sed cur hæc
dico? etenim ſi ad cæcutientem te accedẽs,ſolum quid proloquutus fuerit, Hy-
mettium os illud aperiens,& conſuetam uocem tantùm emittens, quamprimũ
intelliges eum nõ ex nobis quempiam,qui terræ fructu paſcimur, eſſe,ſed ſpe-
ctrum peregrinum, rore uel ambroſia enutritum. Ad hunc itaque ſi acceſſeris,
teq; ipſum tradideris, confeſtim Rhetor eris egregius ac conſpicuus, & ut ipſe
uocat,rex in ſermonibus citra laborem cõſtituẽris,orationis moderans quadri-

gas.etenim ſuſcipiens te,prima illa docebit.ſed potius ipſe te alloquatur.Siquidem ridiculũ, pro tanto rhetore me uerba facere, malum forſitan talium tãtorumq; mimum,ne alicubi cadens,heroa quem repræſentare conor,atteram.Te igitur compellabit,comã interim quæ adhuc reſidua eſt,demulcẽs, ſubridensq; iucundum illud & tenerum,quemadmodum aſſueuit,comicam Thaidem, uel Malthacen, aut Glyceram in emittenda uoce imitatus.Siquidẽ ruſticana eſt uirilitas,& minimè ad mollitiem & blãditias rhetoris apta.Dicet igitur de ſeipſo perquam modeſtè loquens : Num ô præclarè te Pythius ipſe ad me miſit, rhetorum optimum diiudicans,quemadmodum Chærephõti olim perquirenti oſtendit quiſnam ex tum uiuentibus ſapiẽtiſſimus eſſet?At ſi non ideo, ſed propter gloriam aduenis, quoniam audieris noſtra omnia eſſe perquam ornatiſſima,decantata,ſtupenda & mirè expolita:cõfeſtim intelliges ad quàm diuinum acceſſeris uirum:expectabis autem nihil tale uiſurũ, ſicuti hoc uel illud accipere: uerùm ſiquis Tityus,aut Otus,ſeu Ephialtes, lõgè ſuper illos tibi res uidebitur immenſa & admiranda.me etenim tãtum alios uocalitate excellere inuenies,quantum tuba fiſtulas,cicadæ apes,choriq; eos qui remiſſe cãtare aſſueuerunt.Poſtquam uerò & ipſe rhetor euadere cupis,idq; haud facilè ab alio addiſcere potes,ſolum ô gloriolæ ſtudiũ ea quæ dico ſequere, ac omnia imitare:leges quoq; quibus te uti iubeo,mihi diligenter obſerua.quin potius nil cunctatus iam accede:neq; admireris ſi ante rhetoricã prius ea non didiceris,quæ alia præexercitatio multo labore ſtultis & uanis inculcat hominibus(nullius enim eorum indigebis) ſed illotis pedibus(inquit parœmia)irrue, nil minus ideo habiturus, neq; ſi tritiſſimum illud literas ſcribere ignoraueris. Etenim ultra hæc omnia aliud quid rhetor eſt.Primùm igitur referam quódnam te domi digreſſum uiaticum ad peragendũ iter afferre oporteat,qualiterq; commeatũ inſtruere,ut illud perquã celerrimè perficere poſſis.Inde ego ipſe quędam procedenti per uiam oſtendens,nonnulla uerò admonens,ante ſolis occaſum rhetorem te ſupra omnes,qualis ipſe ſum,efficiam, indubitanter prima, media & nouiſſima eorum qui declamare conantur,poſſidens.Igitur quod maximum eſt,ignorantiam affer:dein temeritatem,audaciam præterea,& impudentiam:uerecundiam autẽ,manſuetudinem,mediocritatẽ & erubeſcẽtiam domi relinque. inutilia enim ſunt,& negocio perquã contraria.Præterea clamorẽ ualidiſſimum,ac cantum turpẽ, inceſſum quoq; qualis meus eſt. Siquidẽ hæc ualde ſunt neceſſaria, & ſola quodãmodo ſufficiũt.Veſtitus autẽ ſit conſpicuus & cãdidus,opus Tarentini operis,ut corpus trãſpareat.Crepida uerò attica, & muliebriter effigiata.Solea ſicyonia,ligamẽtis albis decorata.Sectatores uerò quamplurimi,libellúſque ſemper.Hæc te ipſum conferre oportet: at reliqua per uiam iam procedens uide & audi. etenim iam tibi leges enarrabo, quibus ſi uſus fueris, rhetorica te cognoſcet, & accedet, minimeq; auertetur, aut quapiam afficiet contumelia tanquam haud initiatum, & arcanorum ſpeculatorem quendam . Proinde formæ ac ueſtitus decori permaximam curã adhibere oportet. inde quindecim, uel non ultra uiginti, attica quædam ſelige uerba, hæcq; diligenter exercens, in ſumma lingua prompta habe, utpote,quippe, nempe, quoniamquidem, igitur,utique,& heus optime,ac talia: in omníque ſermone illa tanquam condimẽtum quoddam inſperge.Aliorum nulla tibi ſit cura, ſi his ſint diſſimilia,inconuenientia & incõcinna.Tantummodo purpura ſit pulchra ac florida,

licet

A licet pallium ex craſſioribus conſutū ſit pellibus. Deinde ubi obſoleta & peregrina, raroq; ab antiquis uſitata collegeris uerba, hæc expeditè in eos cum quibus cōuerſaris eiaculare. ita enim te populus ille magnus uenerabitur, & admirandum ſuſpiciet. Doctrinam igitur quæ eorum exuperat intellectum, expertam, tāquam ex peritia habitam nominabis. Buttubata nugatoria, pro ualde dices antigerio, pro cito toper, pro beſtiæ ſimilē belutum. Nonnunquā tu quoq; noua effinge, & monſtroſa cōpone nomina. nā poëtam ueriſificē appella, præſtantem præaſtantem, uenerabilē uenerando habilem, certamina agoniſmata. Cum uerò ſolœciſmum uel barbariſmum committis, unum tibi ſit remedium
B impudentia, confeſtimq; in promptu ſit nomen poëtæ cuiuſdam uel ſcriptoris qui nec eſt nec fuit unquam: ut cum ita dixeris, uir ſapiens eſſe cēſearis. Vocem uerò data opera altiſſimè tolle. Proinde uetuſta minimè perlegeris tute, neque ſiqua nugator Iſocrates, uel gratiarum expers Demoſthenes, aut Plato frigidus ſcripta reliquere, ſed orationes eorum qui paulò ante nos fuere, & quas haſce exercitationes appellant, ut illis inſtructus, ac tanquam ex penu depromēs, habeas quibus in tempore abuti poſſis. Poſtquam uerò orandum erit, præſentesq; argumenta quædā ac ſermonum occaſiones ſubiecerint, uniuerſa ea quotquot ſunt, cum indignatione dicantur, uilipendanturq;, tanquā nil penitus ex his ui-
C rile exiſtat. De illis uerò quæ tute eligeris, caue mediteris, ſed quicquid uerbi in linguam uenerit, effutias. Quin nec hoc tibi curæ ſit, ut primum quēadmodum primum eſt, debito proferas tempore, ſecundumq; dein, ac tertiū poſt illud: uerùm quicquid primum inciderit, primū quoque dicatur: & ſi ita euenerit, ocrea capiti, tibiæ uerò adaptetur galea. præterea accelera, & undiq; connecte. ſolummodo ne taceas. Quòd ſi de contumelioſo quodam uel mœcho Athenis uerba facies, quæ apud Indos ac Ecbatana gerantur, referas. In omnibus uerò ſit Marathō & Cynægirus, ſine quibus nil fiat: ſemperq; Athos nauigetur, & Helleſpontus pedibus teratur, & ſol à Perſarū ſagittis obumbretur, & Xerxes fugiat,
D & Leonides admirationi exiſtat, & Othryadę literæ legātur, & Salamis, & Artemiſium, & Plateæ, multa hæc & inculcata. In omnibus uerò pauca illa uerba immiſceantur, & tanquam floſculi interſpergantur, aſſidueq; in ore ſit utiq; illud, & quoniamquidē igitur: etiam ſi illis minimè indigeas. pulchra etenim ſunt etiam fortuitò prolata. Proinde & ſi aliquando canendi tempus eſſe uidetur, omnia canantur, & melos fiant. Quòd ſi aliquando canendi quoq; ignarus fueris, uiros qui iudicio præſident, exactè ſonoroſe nominans, harmoniam explere puta. At illud, heu malorū, ſępius repetatur, & femur percutiatur, & murmurillo interim ſuſurra, & dictis adgannias, ac incedēdo clunes exagita. Quòd ſi te
E haud laudent, indigneris, & eos conuiciis inſecteris. ſi uerò ſurrexerint, & ob pudorem exire parati iam fuerint, eos ſedere iube, ſitq; penitus res tyrānica. Vt uerò multitudo quoque ſermones tuos admiretur, ab Iliacis incipiens, uel per Iouem à Deucalionis, ſi uidetur, & Pyrrhæ nuptiis, ad præſentia ſermonē detorque. etenim qui hæc intelligant, pauci erunt: qui maximè, propter beneuolentiam tacebunt. Quòd ſi quid dixerint, ob inuidiā id facere uidebuntur: multitudo uerò & formam, & uocem, & inceſſum, & deambulationem, & cātum, & crepidas, & utique illud tuum admirabitur. Præterea ſudantē te & anhelantem cernēs, nil prohibebit quin te perquam aptum quēdam in ſermonibus certatorem eſſe credat. Proinde celeritas illa haud paruam defenſionem habet, ad-

*Qualem rhetorē & Martialis deſcribit epigram. li. 6. cuius initium, Non de ui, neque de cæde, &c.*

mirationemq; apud multos: ideo caue ne aliquando ſcribas,uel meditatus pro- F
cedas. Siquidem id manifeſtæ eſt redargutionis. Amici uerò ſemper applaudant, A
ac cœnarum preciũ exoluant,ſiquando te à memoria excidiſſe intelligant,ma-
nus porrigentes,& inter laudes tuas ſpacium præbẽtes,ut rurſus inuenire poſ-
ſis quod dicendum erat. Siquidem hoc tibi præcipuè curæ ſit,ut chorum habeas
domeſticum,tibiq; concinentem. Et hæc tibi in ſermonibus obſeruanda erunt:
dein uerò ubi proceſſeris,ille te ſtipãs,ſatellitum uices expleat,& de quibus di-
cis,interim conferat. Quòd ſiquis obuiàm factus fuerit, admirãda de te ipſo re-
feras,ac ſummis te laudibus extollas,grauemq; te illi oſtendas. quid enim Pæa-
nienſis in mei eſt comparationem? & utinam mihi cum ueteri quopiam certa- G B
mẽ foret! & alia huiuſmodi. Proinde,quod maximum eſt,& ad exiſtimationem
perquam neceſſarium,paulo minus prætermiſeram: omnia quæ dicũtur,irride:
& ſi quiſpiã bene loquutus fuerit,aliena & non ſua oſtentare uideatur. Quòd
ſi uel mediocriter contrà niti uoluerit, omnia carpantur. Præterea in auditoria
poſt cunctos ingredi oportet. id enim inſigne eſt, omnibusq; tacentibus, pere-
grinam quandam laudem, præſentium auditum auertẽtem & interturbantem,
inchoare: adeò ut omnes tantorũ nominum onere nauſeent,ac aures obſtruãt.
Interim manũ haud frequenter moueas. nam id facile. neque præterquam
ſemel, uel ut plurimum bis aſſurgas. Subſanna autem quamplurima, & palàm H C
oſtende minus tibi placere quæ dicuntur. Abunde autem reprehẽſionum occa-
ſiones Sycophanticis aures ſuppeditabunt. at in reliquis confidere oportet. ete-
nim audacia,& impudentia, mẽdacium quoque promptum,ac ſemper in labiis
ſummis periurium,& inuidia erga cunctos,odium quoque & blaſphemia,nec-
non calumniæ frequentes,hæc te in breui celebrem & conſpicuum reddent. Et
talia quidem ſint quæ manifeſtè ac palàm fiant: priuatim uerò res omnes per-
petrare uidearis,ludere,inebriari,ſcortari,mœchari,iugulare quoq;:& ſi non fa-
cis,coram omnibus tamen te facere iactita,literasq; aliquando à mulieribus cõ-
ſcriptas oſtende. Nam & pulcher eſſe uelis, præcipuaq; tibi ſit cura ut à fœmi- I D
nis celebrari uidearis. Nam per hanc uiam quamplurimi ad Rhetoricam uſque
aſcenderũt. Ideo & tu quoque per illam ad gynæcẽum uſque clareſcere pote-
ris. Atque iſtũd ne uereare,etiam ſi à uiris ob aliud quiddam amari uidearis, &
hoc barbatus,aut etiam per Iouem caluus iam exiſtens: ſed adſint qui etiam ob
id tecum conſuetudinẽ habeant. At ſi nemo alius fuerit, uel ſerui ſufficiẽt. Nam
hinc multa ad Rhetoricam utilia oriuntur: augetur impudentia, & temeritas.
Cernis etenim ut loquaciores ſunt fœminæ,impotentiusq; ac ſupra uiros con-
uiciis debacchãtur. Quòd ſi itaq; & tu ſimilia patieris, aliis longè præſtabis. Iam
uerò & uolſum eſſe maximè oportet per omnia. Quòd ſi nõ, illa prorſum uti- K E
que. Et ipſum autem os quoque ad cuncta libenter tibi diducatur,& lingua ſer-
monibus & reliquis quantum poteſt ſubſeruiat. poteſt autem nõ ſolum ſolœ-
ciſimum & barbariſmum cõmittere,nugari,peierare,conuiciari,criminari, mẽ-
tiri,ſed & aliud quid peragere noctu,& maximè quãdo unus tam multis ama-
toribus non ſufficies. Nam cũcta facere noſcat,ut expeditior reddatur,& peni-
tus à re nulla abſtineat. Hæc fili mi ſi rectè didiceris (poteris ſiquidẽ, nihil enim
ex his graue) confidenter polliceor te haud longo tẽpore rhetorem præſtan-
tiſſimum,nobisq; ſimilem euaſurũ. Quæ uerò ſequuntur,haud me dicere opor-
tet quanta tibi bona breui à Rhetorica aderunt. Cernis etenim me,qui è patre
ſordido,

A ſordido,nec penitus libero, quiq; ſuper Xoin & Thmuin ſeruitutem ſeruierit, natus ſum, matre uerò ſartrice,in biuio quodam.ipſe uerò forma non omnino illiberali eſſe uiſus,ſub initium ob uictus penuriam,cū infelici,ſuaui tamen cō-uerſabar amatore. At poſtquam uiam hanc quàm facilis eſſet conſpexi,& trā-ſgrediens in ſummum perueni,ſiquidem ò amicabilis Adraſtia, omnia quæ iam enumeraui uiatica abunde mihi ſuppetebant, audacia,ignorantia, impudentia. Primùm igitur haud amplius deſiderabilis appellor,ſed iam Iouis & Ledæ filiis cognomine ſimilis ſum effectus. Dein cum anu mihi contubernium fuit,quam primò uentris cauſſa amare ſimulabam,mulierem ſeptuagenariam, quæ adhuc
B dentes quatuor,& illos auro colligatos habebat. Veruntamen ob paupertatem certamen ſuſtinebam,ac frigida illa ex ſepulcro oſcula,perquam ſuauiſſima mihi fames reddebat.inde parum abfuit quin omnium bonorum quæ poſſidebat, hæres euaſiſſem, niſi execrandus quidam illi indicaſſet famulus, quòd ob eam tollendam uenenum comparaſſem. In caput igitur præceps eiectus,minimè tamen neceſſariis interea carui.Sed & rhetor eſſe uideor,ac in iudiciis me oſten-to,multa prodens,ac iudices corrumpēdo fatuis concilio hominibus. Vt plurimum uerò ſuccumbo,fores tamen obiter uiridi coronantur palma. his enim illecebris erga infelices utor:uerùm ab omnibus odio haberi,& morum prauita-
C te lōge prius quàm ſermonum eſſe inſignē,ac digito demonſtrarier,En ille qui cunctis flagitiis præcellere fertur,non parua mihi res eſſe uidetur. His te admonere uolui,longè prius per Venerem me ipſum admonēs,ac gratiam haud mediocrem mihi ipſi referēs,& egregiè quidem. Generoſus itaque hæc dicēs ceſſabit. Tu uerò ſi dictis acquieſces, iam illic eſſe puta,quò ſub initium peruenire deſiderabas,nec quicquam tibi impedimēto erit ſi leges has obſeruaueris ,quò minus in iudiciis excellas,apud multitudinem clareas, acceptus quoque ſis, & tibi nubat non uetula quædam comica, quemadmodum legislatori & præceptori illi tuo,ſed mulier pulcherrima Rhetorica ipſa,ita ut cū Platonis curru il-
D lo alato ueharis,magis te deceat de te ipſo loqui,q̄ illū de Ioue. Ego uerò,nam degener ſum & timidus, è uia uobis decedam, ac circa Rhetorices ſuperficiem nauigare deſinam, ignarus quo pacto ueſtra cum illa conueniant, quin potius iam deſino. Verùm citra puluerem uictores declarati, & admiratione digniſſimi,hoc ſolum reminiſcamini,quòd non feſtinatione illa ueſtra celeriores apparentes uictores euaſiſtis,ſed quia ad faciliorem & proniorem uiam declinaſtis.

## PHILOPSEVDES, SIVE INCREDVLVS,
### Thoma Moro interprete.

E

ARGVMENTVM.

*Diſputatio eſt de ui magica,de incantamentis,de ſpectris,& mortuorum animis,an ea uidelicet ſuper terram ambulent,ſeſeq; quibus libitum fuerit, oſtendant, cuiuſmodi & hodie quædam ſuperſtitione atque illuſionibus dæmonum uexati plerique credūt. Quanquam autem alia quadam ratione adductus* Lucianus *(eum enim intelligo ſub* Tychiadis *perſona ſententiam ſuam hic exponere) omnia iſta pro nugis & impoſturis ducat,nempe* Democriti *auctoritatem(ut ipſe innuit) ſecutus, qui animas à corporibus ſegregatas nihil eſſe cenſuerit,illa tamen interim contēdit,quæ & noſtræ ætatis ac religionis homines ſaniores paulo, ac prauis ſuperſtitionibus minus dediti plerique ſentiūt:uidelicet ſpectra atque phātaſmata huiuſmodi omnino nulla eſſe,aut ſi quæ etiam ſint,dæmonum illuſiones quaſdam eſſe, quæ ueritate ac rectis opinionibus munitis haudquaquā nocere poſſint. Deinde autem & magicas uires,& incantationes,non aliud quàm meras præſtigias eſſe, quibus imperitorum oculi ac mentes circumueniantur. Fingitur autem res apud* Eucratem *philoſophum agi, quò uidelicet iterum philoſophorum uanitatem perſequatur,ut qui ueritatem ac ſapiētiam apud alios profitentes,*

*ipſi interim apud ſeſe nugis & incredibilibus huiuſmodi rebus animo adhæreant, nullis certis rationibus in-* F
*nitentes, ſed febricitantium apparitionibus ac ſomnijs, & meris anicularum fabulis fidem dantes.* Tota enim *confirmatio philoſophorum exemplis & apparitionibus conſtat, quæ* Tychiades *partim ridendo, partim ab inconſequentibus & cauſſarũ defectu diluit.* Exordium *ab admiratione ſumitur, qua ille affectum mentiendi in pleriſque præſertim philoſophis & ſapientiæ profeſſoribus nulla probabili cauſſa impellente, miratur.* Titulus *ab utraque parte impoſitus eſt, hinc ab eo qui rebus huiuſmodi fidem negat: illinc ab ijs qui mendacia talia aſtruunt, & ex ijs quaſi quandam uoluptatem captant.*

## TYCHIADES AC PHILOCLES.

TYCH. PROTES mihi Philocles dicere quídnam id tandem ſit quod multos in mentiendi cupiditatem adducit, ut pariter gaudeant quum & ipſi nihil ſani loquuntur, & his qui talia narrant, maximè animum inten- G
dant? PHIL. Multa Tychiade ſunt, quæ nonnullos mortales mentiri compellunt, quia in rem uident cõducere. TYCH. Nihil ad rem hæc, ut aiũt. neque enim de his rogabam, qui quum uſus poſtulat, mentiuntur. Venia nimirum hi, imò laude plerique eorum digni ſunt, quicunque uel hoſtes fefellerũt, uel ad ſalutẽ tali quopiam pharmaco uſi ſunt in neceſſitatibus, cuiuſmodi multa Vlyſſes etiam fecit, ut & uitam ſuam, & ſociorum reditum redimeret. Sed de illis uir optime dico, qui nulla neceſſitate mendacium ipſum ueritati longè anteponunt, ipſa re uidelicet delectati, atque in ea ſine ulla idonea occaſione uerſati. Iſti ergo ſcire cupio cuius commodi gratia iſtud agunt. PHIL. O. An ali- H
cubi tales aliquos iam deprehendiſti, quibus hæc inſita ſit mentiendi libido? TYC. Et quidem admodum multi ſunt huiuſmodi. PHIL. Quid aliud ergo in cauſſa ſit quòd mentiuntur, niſi dementia? ſiquidem rem peſſimam optimæ loco præoptant. TYC. Hoc nihil eſt. nam ego tibi multos oſtenderim ad cætera prudentes, ac ſapientia mirabili: neſcio tamẽ quo pacto captos hoc malo, mendaciiq; ſtudioſos, adeò ut ego certè moleſtè feram, quòd uiri tales, omnibus cæteris in rebus optimi, gaudent tamen & ſe, & eos in quos inciderint, fallere. Nam ueteres illi, id quod tibi notius eſt quàm mihi, Herodotus, Cteſiasq; Cnidius, atq; his ſuperiores, deniq; Homerus ipſe, uiri celebres, mẽdaciis etiam I
ſcriptis utebantur, ut non ſolũ eos fallerent à quibus tunc audiebantur, uerùm uſque ad nos etiam mẽdacium per manus traditum perueniret, in pulcherrimis uerſibus metriſq; ſeruatum. Me ergo ſæpe illorum uerſuum nomine ſubiit pudor, ſiquando cœli ſectionem, ac Promethei uincula recenſent, Gigantúmque rebellionem, atque omnem illam de Inferis tragœdiam: & quo pacto ob amorem Iupiter in taurum & cygnum uerſus ſit: & quemadmodũ ex muliere quiſpiam in auiculam urſámue mutatus ſit: Pegaſos præterea, Chimærasq; & Gorgonas, ac Cyclopas, atque id genus omnia, admodum abſurdas monſtroſasq; fabulas, & quæ mentes afficere puerorum queant, qui laruam adhuc lamiamq; K
metuunt: quanquam poëtica ſint fortaſſe tolerabilia: at urbes iam gentéſque totas una uoce ac publicitus mentiri, an non hoc ridiculum? ueluti cum Cretenſes ſepulcrum Iouis oſtendere non pudet: Athenienſes Erichthonium editum è terra ferunt, primosq; illos homines in Attica olerũ more ex terra emerſiſſe. Hi tamen multo uerecundiores quàm Thebani, qui ex ſerpentis dentibus ſatiuos quoſdam progerminaſſe narrant. quòd ſiquis hæc, quum ſint ridicula, uera eſſe nõ credat, ſed ea prudenter examinans, Coroebi cuiuſpiã, aut Margitæ exiſtimet eſſe, ſiquis aut Triptolemũ credat in alatis draconibus per aërem uectum eſſe, aut Pana quendam ex Arcadia in Marathonem ueniſſe auxilio,

uel

A uel Orithyiam à Borea raptam esse,impius nimirum hic atque insanus uideatur eis:quippe qui tam manifesta ueraq; non credat. usqueadeo obtinet mendaciũ. PHIL. At poëtis Tychiade,urbibusq; fuerit fortassis ignoscẽdum:nam illi delectationẽ illam quæ ex fabula proficiscitur, ut quæ maxima sit illecebra, poëmatibus suis immiscent,qua potissimum erga auditores opus habẽt. Atheniensis uerò,Thebanique, & si qui sunt alii, pàtriæ suæ plus maiestatis ex huiusmodi figmentis conciliant. Quòd siquis fabulas auferat è Græcia,nihil obstiterit quò minus earũ narratores fame intereant, quandò iam nemo futurus sit hospitum, qui uerũ uel gratis audire uelit. At si qui nulla tali caussa, gaudent tamẽ men-
B dacio,hi omnino ridiculi meritò uideantur. TYC. Rectè dicis. nam ego protinus ab Eucrate illo celebri uenio,ubi multa incredibilia ac fabulosa quũ audissem,imò uerò medio in sermone discessi,non ferens narrationem tam supra fidem,sed me uelut furiæ quædam abegerunt,dum monstrosa multa atq; absurda referrent. PHI. Atqui Tychiade uir grauis Eucrates est,& nemo certè crediderit illum tam promissa barba,uirum sexagenarium,& qui præterea sit plurimum in philosophia uersatus, sustinuisse ut alium quenquam audiret se præsente mentientem, nedum ut ipse tale quicquam audeat. TYC. At nescis amice qualia referebat: tum ea quàm constanter asserebat:præterea q̃ sanctè in ple-
C risque iurabat,admotis etiam filiis, adeò ut ego quum eum respicerẽ,uaria mecum cogitarem, interdum quidem illum insanire, neque animo cõstare:interdum uerò ita cogitabam fugisse me quòd impostor esset, ac tantum temporis sub leonis pelle ridiculam quandam simiam circuntulisset:adeò absurda narrabat. PHI. Quæ'nam illa(per Lares)sunt Tychiade:nã cupio cognoscere quámnam præstigiaturam sub tam longa barba occuluerit. TYC. Solebam quidem etiam aliàs Philocles aliquoties eum interuisere,siquando uidelicet multo ocio abundarem. Hodie uerò quum opus esset mihi conuento Leonticho(est autẽ, ut scis,amicus mihi) edoctus à puero eum se ad Eucratem mane cõtulisse,ut eũ
D morbi inspiciendi caussa uiseret, amborum nomine,nempe ut & Leontichum cõuenirem,& Eucratem uiderem:(ignoraueram autẽ quòd ægrotaret)ad eum peruenio. At Leontichum ibi iam non inuenio (nam paulo antè, ut dicebant, exiuerat)alios uerò confertos reperio, in quibus erat & Cleodemus Peripateticus,& Dinomachus Stoicus,& Ion, nosti uirum?Illum dico qui ex Platonica doctrina magnam sui admirationem expectat,ut qui solus mentem uiri deprehenderit, quiq; eius oracula aliis quoque possit enarrare. Vides quos tibi uiros nomino,nimirum omni sapiẽtia atque omni uirtute præditos,utpote ipsum ex quaque secta caput,reuerendos hercle omnes,atque aspectu propemodum ter-
E ribiles. Aderat præterea medicus Antigonus,ut usui in morbo esset aduocatus opinor. Et melius iam habere se uidebatur Eucrates: ac morbus quidam ex familiaribus erat. humor enim rursus in pedes ei descẽderat. Sedere me ergo Eucrates in lecto iuxta se iussit uoce languidulè remissa paululum,quum me conspiceret:quanquam interim dum ingrederer,uociferantem eum ac uocẽ intendentem audieram. tamen ego admodum curiosè cauens ne pedes eius tãgerem, ubi me uulgaribus istis uerbis purgaueram, quòd eum ægrotarè nesciuerim: quod ubi resciissem,curriculò uenerim:adsedi propè. Et illis quidem sermo iam de morbo erat,& quædam iam antè dixerant, quædam uerò etiam tunc narrabant: præterea medicamenta quædam quisque proferebat. Cleodemus igitur,

Si quis ergo(inquit)ſiniſtra manu tollens humo muſtelæ dẽtem, ſic interfectæ F
ut antè dixi,in leonis pellem alligauerit,nuper excoriati, ac deinde circũ crura
poſuerit,illico ſedatur dolor.Nõ in leonis pellem, inquit Dinomachus,ut ego
audiui,ſed in ceruæ potius fœmellæ uirginis adhuc,& nõdum initæ.& res qui-
dem magis eſt hoc pacto credibilis. uelox enim cerua eſt,maximeq; ualet pedi-
bus:& leo quidem fortis eſt,pinguedóq; eius,ac manus dextra, piliq; qui recti è
barba prominent, magnam uim obtinent ſiquis uti nouerit cum proprio cuiq;
carmine:at pedum curam minimè pollicentur. Et ipſe quoque,inquit Cleode-
mus,olim ſic putabam ceruina pelle utendum,propterea quòd cerua uelox eſ-
ſet: at nuper uir quidam Libycus, peritus profectò in rebus huiuſmodi, contrà G
me docuit,ceruis oſtẽdens uelociores eſſe leones:quippe qui eas,inquit, etiam
perſequendo capiunt. Laudabant qui aderant,tanquam rectè dixiſſet Libycus
ille. Tum ego:Putatis,inquam, incantamentis quibuſdam ſedari talia? aut foris
admotis appendiculis,quum intus malum graſſetur?Riſerunt hunc ſermonem
meum:& palàm in me magnam damnabãt amẽtiam,qui apertiſſimas res igno-
rarem,& quibus nemo qui ſapiat,contradicat quin ſic ſe habeant. At medicus
certè Antigonus delectari mihi uiſus eſt hac rogatione mea. Iamdudum autem
neglectui habitus fuerat,opinor,quum opẽ Eucrati ferre ex arte uellet, denũ-
cians uidelicet uino ut abſtineret,atque oleribus ueſceretur, & uigorem animo H
omnino minueret. Cleodemus ergo ſubridẽs interim,Quid ais,inquit,Tychia-
de?incredibile tibi uidetur eſſe ut ex rebus huiuſmodi parẽtur quædam aduer-
ſus morbos remedia?Mihi certè uidetur,inquam ego:niſi naribus adeò muco-
ſis ſim, ut credam ea quæ foris applicantur, nihilq; cum his quæ morbos exci-
tant,intus communicant: per uerbula tamen,ut dicitis, ac præſtigiaturam ope-
rari:& quum appenduntur,ſanicates immittere.id profectò nũquam fieri poſ-
ſit, nec ſiquis uel in Neméi leonis pellem ſedecim muſtelas integras inſuerit.
Ego profectò leonem ipſum è doloribus ſæpe claudicãtem uidi in uniuerſa ſui
ipſius pelle. Nimium idiota es, inquit Dinomachus, neque unquam tibi curæ I
fuit ut diſceres quónam modo res iſtiuſmodi aduerſus morbos quum adhibẽ-
tur,conferunt:ac mihi uideris ne notiſſima quidem iſta recepturus,febrium ui-
delicet iſtarum profligationes, quæ certo quodam ambitu recurrunt, tum ſer-
pentum demulſiones,ac bubonum ſanationes,& cætera quæcunque anus etiã
iam faciunt.quòd ſi illa fiunt omnia,quur tandem non putabis hæc etiam ſimi-
libus rebus fieri?Infinita congeris,inquam,Dinomache,clauumq;,ut aiunt,cla-
uo extrudis. Neque enim conſtat ea quæ cõmemoras,eiuſmodi ui fieri. Quam-
obrem niſi reddita ratione perſuaſeris primùm natura fieri poſſe ut febris tu-
morq; uereatur aut nomen aliquod diuinum, aut dictionem aliquam barbari- K
cam,ob ídque ex inguine fugiat:aniles adhuc fabulæ ſunt quæcunque retuliſti.
Tu mihi uideris,inquit Dinomachus, quum iſta dicas, ne deos quidẽ eſſe cre-
dere. Siquidem putas fieri non poſſe,ut per ſacra nomina remedia morbis affe-
rãtur. Hoc,inquam ego,uir optime ne dixeris. nihil enim prohibet quo minus,
etiamſi maximè dii ſint,iſta tamen ſint uana. Ego uerò & deos colo, & mede-
las eorum uideo,& leuamenta quæ laborantibus conferunt, pharmacis uidelí-
cet atque arte medica reſtituẽtes. Itaque Aeſculapius ipſe eiusq; poſteri ſalúta-
ria pharmaca admouentes medebantur ægrotis,non leones aut muſtelas circũ-
ligantes. Mitte hũc,inquit Ion. At ego uobis mirabile quiddam narrabo:Eram

adhuc

A adhuc adoleſcentulus,annos natus ferme quatuordecim,quum quidam ad patrem meum uenit nuncians ei,Midam uitis cultorem ſeruum,etiam aliis in rebus robuſtum atque induſtrium, circa plenum iam forum à uipera morſum iacere iam putrefacto crure. Etenim dum ligaret palmites, ac uallis circumplicaret, adrepẽtem beſtiolam maximum ei pedis momordiſſe digitum. Tum illam quidem illico aufugiſſe, & ſeſe rurſus in latebram condidiſſe. Illum uerò eiulare perditum è doloribus. Hæc ergo quum nunciarentur, iam Midam ipſum uidebamus lectica domum à conſeruis apportari, inflatum totum, liuidum,ac ſuperficie tabefactum,uix iam ſpirantem. Pater ergo quum id moleſtè ferret,ami-
B corum quiſpiã, qui tum fortè aderat:Bono animo es,inquit. Ego enim uirum quendam Babylonium ex Chaldæis quos uocant, protinus huc adducam, qui ſanabit hominem. & ne diem narrando conteram,uenit Babylonius,ac Midam reſtituit, effugato ex corpore ueneno quadam incantatione, & ad pedem eius appenſo uirginis defunctæ lapillo,quem è columna exciderat. Atque iſtud quidem hactenus forſan mediocre fuerit. Tum Midas iam ipſe ſublato in quo allatus erat ſcabello,diſceſſit in agrum . tantum potuit incantatio, & columnaris ille lapis. At idem iſte Babylonius alia præterea diuina planè fecit. Nempe in agrum profectus manè, quum pronunciaſſet ſacra quædam ex uetuſto codice
C ſeptem nomina, ſulphure ac face luſtrato loco,in orbem ter obambulans, ſerpentes omneis inuitos exciuit quicunque intra eam regionem erant. Veniebãt ergo tanquam ad incantationem tracti ſerpentes multi, atque aſpides,& uiperæ, & ceraſtæ,& iaculi,phryníque,ac phyſali. relinquebatur autem unus draco annoſus,prorepere(ut opinor)ob ſenectam non ualens, qui non fuerat audiẽs dicto. At magus, Non adſunt omnes, inquit. Tum unum quendam ex ſerpentibus, eum uidelicet qui natu minimus erat, ſelectum legatum mittebat ad draconem : ac paulò pòſt uenit etiam ille. At poſtquam iam collecti conſtitiſſent, Babylonius in eos inſibilauit. Atq; illi repẽtè admodum omnes ab eius flatu in-
D cenſi ſunt, nobis interim admirantibus. Tum ego, Dic mihi,inquam,Ion : ſerpens ille legatus,iuuenem illum dico, utrum manu deduxit draconem,qui iam (ut ais) ſenuerat, an ille baculum geſtans innitebatur? Ludis tu quidem, inquit Cleodemus : at ego,qui & ipſe quoque olim minus talia credebam, quàm nũc tu(putabam enim nulla ratione fieri poſſe ut ea crederem)tamen quum uolantem primùm conſpicerem peregrinum illum barbarum(erat autem, ut ferebãt, ex Hyperboreis)credidi,ac uictus ſum, quum tamen multum diuq; repugnaſſem. nam quid facerem quum eum cernerem in aëre uolantem,atq; id interdiu, ac ſuper aquam ingredientem, atq; per medium ignem incedentem, idq; lentè
E ac ſenſim? Túne,inquam ego,iſta uidebas,uirum Hyperboreum uolantem, aut ſuper aquas ambulantem? Et maximè,inquit ille,carbatinas indutum,quo calceamẽti genere illi potiſſimùm utuntur. Nam minutula iſta quid attinet referre,quæcũq; fecit,quo pacto amores immiſerit,ac dæmones exegerit,mortuóſque marcidos in uitam reuocauerit,atq; Hecaten ipſam palàm cõſpectibus exhibuerit,lunamq; è cœlo detraxerit? Quin ego uobis referã quæ ab eo fieri cõſpexi in Glaucia Alexidis filio. Glaucias hic quum patris nuper defuncti ſubſtantiam ſuſcepiſſet, Chryſidem amabat Demæneti filiam: ac me quidem præceptore in diſciplina utebatur:ac niſi amor ille à ſtudio deduxiſſet eum,uniuerſam Peripateticorũ doctrinã perdidiciſſet : ut qui octo & decẽ quum eſſet an-

norum,iam absoluerat Analytica: tũ physicam auscultationem in finem usque percurrerat. Amore tamen uictus, mihi rem omnem significat. Ego uerò,quémadmodum par erat, quippe qui præceptor eram, Hyperboreum illum magum ad eum duco,cõductum quatuor illico minis in manum datis(oportebat enim præparari quiddam ad sacrificia) tum sedecim præterea, si Chrysíde potiretur. Ille uerò crescentem obseruans lunam (nam tunc ut plurimum huiusmodi sacra peraguntur) fossam cum effodisset in aperto quodam loco domus, sub dio circa mediam noctem euocauit nobis primùm quidem Anaxiclem Glauciæ patrem, ante septem menses uita defunctum. Succensebat autem ob amorẽ senex, atque indignabatur: tandem tamen ei permisit ut amaret. Postea uerò Hecaten quoque eduxit, afferentem unà Cerberum: tum lunam detraxit, multiforme quoddam spectaculum, & quod aliàs aliud apparebat. Primùm quidem muliebrem formam referebat: deinde in uaccam formosam uertebatur: postremò uerò catula uidebatur. Hyperboreus ille tandẽ quum finxisset quédam è luto Cupidinem, Abi, inquit, atque huc perducas Chrysidem. Ac lutum quidem protinus euolabat: paulò pòst autẽ affuit illa, pulsans ostium. Tum ingressa Glauciam complectitur, eum quaminsanissimè deperiẽs: & cum eo uersata est quoad gallos canentes audiuimus. Tum uerò luna subuolabat in cœlũ, atque Hecate subiit terram, cæteráque spectra disparuerunt: & Chrysidem tandem emisimus circa ipsum ferme diluculum. Hæc Tychiade si conspexisses, haudquaquam amplius dubitasses esse multa in carminibus istis cõmoda. Bene dicis, inquam ego. credidissem equidem, si uidissem ea: nunc uerò ignoscẽdum mihi puto, si qualia uos uidetis, acutè perspicere nõ possum: ueruntamẽ Chrysidem illam quam dicis, noui, mulierem planè meretricem, ac facilem: nec uideo sanè cuius gratia ad illam egueritis luteo illo legato, magóque ex Hyperboreis usque, atq; ipsa insuper luna, quippe quam uiginti drachmis ducere in Hyperboreos usque potuisses. mirificè enim sese offert ad hanc incantationem mulier, & cõtrarium quiddam spectris istis habet. Nam ea quidem æris ferriue sonum si audierint, fugiunt (nam id uos prædicatis) illa uerò si argentum uspiam sonuerit, accurrit ad tinnitum. Præterea ipsum etiam magum admiror, quòd cum ditissimas mulieres in amorem sui possit elicere, atque ab eis solida talenta suscipere, is tamen ob quatuor minas, admodum tantilli lucelli auidus, Glauciam amoris compotem fecerit. Ridiculè facis, inquit Ion, qui nihil credis. Ego te libenter ergo rogauerim quid de his respondeas, qui dæmoniacos liberãt erroribus, adeò manifestè spectra illa carminibus eiicientes. Atque hæc me dicere nõ opus est, uerùm omnes nouerunt, Syrus ille ex Palæstina, qui harum rerum artifex est, quàm multos mortales suscipiat qui ad lunã concidant, oculosq; distorqueant, spumáq; os oppleãt: quos tamen erigit, ac sanos remittit, magna accepta mercede diris eos malis liberans. Etenim quum iacẽtibus instet, rogauerítque unde sint in corpus ingressi, ægrotus quidem ipse tacet: at dæmon uerò respondet, aut lingua Græca loquens, aut barbarica, aut undecunque fuerit ipse: & quomodo & unde intrauit in hominem. Ille uerò adiurans eũ, ac ni paruerit, minitans etiã, expellit abigitq; dæmonem. Quin ego quoque dæmonem quendam exeuntem uidi, nigrum certè, & colore fumidum. Non magnũ erat, inquam ego, talia te Ion cernere, cui ipsæ etiam apparent ideæ, quas ueſtræ familiæ parens ostendit Plato: rẽ uidelicet spectatu tenuem, atq; euanidam, quantum

A tum ad nos homines luſcioſos. Itáne ſolus Ion,inquit Eucrates, iſtiuſmodi uidit,ac non alii etiam multi inciderũt in dæmones,alii noctu,alii etiam interdiu? Ego profectò non ſemel,ſed millies iam talia conſpexi:ac primùm quidem turbabar ad ea:iam uerò ob conſuetudinẽ nihil nouum aut prodigioſum mihi uidere uideor, maximeq; nunc, ex quo annulũ mihi Arabs dedit ex ferro de cruce quapiã ſumpto factum, carmenq; docuit nominibus multis plenũ: niſi fortè ne mihi quidem fidẽ ſis habiturus Tychiade. At quî fieri poſſit,inquam,ut Eucrati non credam,Dinonis filio,uiro in primis ſapienti,ac libere,quæ ſibi uidẽtur,domi in priuato ſuo cũ auctoritate narranti? Illud ergo de ſtatua,inquit Eu-
B crates, quæ omnibus qui in domo ſunt, ſingulis noctibus apparet tum pueris, tum adoleſcentibus,tum ſenibus,hoc,inquam,non à me duntaxat audieris,uerumetiam à noſtris omnibus. De qua ſtatua, inquam ego? Non uidiſti (inquit) quũ ingredereris,ſtatuam quandam in atrio collocatam,ſanè q̃ pulchram,opus Demetrii, qui ſtatuas humana ſpecie fingere conſueuit? Nónne illam dicis, inquam,quæ diſcum iacit, quæ inclinata eſt ad emiſſuri geſtũ, reflexa in eam quæ diſcum fert,altero pede modicè inflexo,quæq; ſe erectura uidetur unà cũ iactu? Non,inquit:nam unum eſt ex Myronis operibus ille diſci iactator quem dicis. Sed nec eã quæ eſt ei proxima: eam loquor,cui tæniis caput uinctũ eſt,formo-
C ſam illam. nam id Polycleti opus eſt. uerùm eas quæ à dextra ſunt egredientibus,omitte,inter quas & tyrãnicidæ illi ſtant,Critiæ Neſiotæ plaſmata.tu uerò an non ad aquam illam quæ influit,quampiam uidiſti uentre prominulo,caluã, ſeminudatã,uulſis quibuſdam barbæ pilis, inſignibus uenis uero homini ſimillimam? Pelichus dux Corinthius eſſe uidetur. Per Iouem,inquam,uidi quãdam â dextra Saturni,quæ tænias coronasq; aridas habebat,pectoreq; folia quædam inaurata. Ego,inquit Eucrates,ea inauraui,quum me ſanaſſet triduo,febre pereuntem. Erátne igitur etiam medicus, inquam ego, optimus iſte Pelichus? Eſt: neq; ride,inquit Eucrates:alioqui homo te haud multò pòſt inuadet. Noui ego
D certè quantum ualeat hæc quam tu rides ſtatua. An non eiuſdem putas eſſe immittere febres in quos uoluerit,quãdoquidem potis eſt eiicere? Propitia,inquã, placataq; ſit hæc ſtatua mihi, quæ tantum ualeat. Quídnam ergo aliud faciẽtem eam uiderunt omnes qui in domo ſunt? Quum primùm nox eſt, inquit, hæc è baſe deſcendẽs in qua ſteterat, in orbem totam domum circumit: & omnes occurrunt ei interdum etiam canẽti:nec quiſquam eſt quem unquã læſerit. diuertere enim tãtùm oportet:illa uerò præterit nihil intuentes infeſtans,quin & lauat ſæpe,& tota nocte ludit,ut ex ipſo aquæ ſtrepitu licet audire. Vide ergo,inquã ego,ne fortè nõ Pelichus hæc ſtatua ſit, ſed Talus potius Cretenſis,qui a-
E pud Minoẽm fuiſſe dicitur. nã & ille æreus quidam Cretæ cuſtos erat: quòd ſi non ex ære, ſed ex ligno facta eſſet, nihil eam prohiberet quin non opus Demetrii, ſed una potius ex Dædali machinis eſſe uideatur. è baſe nanque (ut ais) etiam iſta fugit. Vide,inquit,ô Tychiade,ne te poſthac ſcommatis huius pœniteat. Noui quidẽ ego quid illi euenerit qui obolos ſurripuit quos ei nouilunio quoq; ſuſpendimus. Prorſus atrocia,inquit Ion, oportebat accidere:quippe qui ſacrilegus erat. quomodo ergo illum ultus eſt ô Eucrates? Nam audire cupio, etiã ſi quammaximè Tychiades iſte diffiſurus eſt. Multi,inquit ille,ad pedes eius oboli iacebant,aliaq; item numiſmata,quædam argentea ad crus eius affixa cera,ac laminæ quoque argenteæ,uota cuiuſque,aut merces ob ſanationem eius

qui ab eo liberatus esset quum febre detineretur. At erat nobis seruus quidam F
Libycus sceleratus, equorũ curator. Hic noctu aggressus est ea auferre omnia,
abstulitq; ,digressam iam quum obseruasset statuam. At quum primùm reuer-
sus intellexit sacrilegio se compilatum Pelichus, uide quo pacto sese ultus est,
atque furti prodidit Libycum. Tota nocte atrium obambulabat in orbẽ miser,
exire non ualens, tanquam in Labyrinthum incidisset, quoad orta die iam de-
prehensus est ea tenens quæ furto abstulerat: ac tum quidem cõprehensus, pla-
gas non paucas recepit, nec temporis multum superstes malus malè periit, ua-
pulans, ut dicebat, singulis noctibus: adeò ut uibices postridie appareret in cor-
pore. I nunc,& post ista quoq; Tychiades Pelichum ride, ac me tanquam coæ- G
taneum Minoi iam delirare puta. At ô Eucrates, inquam ego, quamdiu æs e-
rit æs, operisq; plastes Demetrius Alopecensis fuerit, qui non deos, sed homi-
nes fingere consueuit, Pelichi nũquam statuam uerebor: quippe qui nec ipsum
etiam uiuentem, si mihi minaretur, admodum timuissem. Ad hæc medicus An-
tigonus, Et mihi ô Eucrates, inquit, Hippocrates æreus est magnitudine fer-
me cubitali: qui tunc duntaxat quum lucerna extincta sit, totam in orbem do-
mum ambit, perstrepens, ac pyxides euertens, pharmacaq; commiscens, atque
ostia circumuertens: maximéque siquando sacrificia prætermittimus, quibus in
singulos annos ei sacrificamus. Postulat ergo, inquam ego, etiam Hippocrates H
medicus iam ut sibi sacrificetur: indignatúrque nisi in tempore iustorum sacri-
ficiorum epulis accipiatur: quem nimirum decebat boni consulere si quis ei li-
bauerit, aut mulsum insperserit, aut caput coronauerit. Audi ergo, inquit Eu-
crates, istud certè etiam testibus probauero, quod ante annos quinq; *uidi*. Erat
ferme uindemiæ tempus. Ego uerò in agrum circa meridiem uindemiatum di-
missis operariis, in syluam solus abibam, cogitans interim quiddam *atque* con-
siderans. At postquam in saltum perueni, canum primò latratus insonuit. Ego
uerò Mnasona filium meũ cum æqualibus uenientem, ludere uenariq; (quem-
admodum solebat) coniiciebã. At res haud quaquam sic se habebat: uerùm pau- I
lò pòst facto terræmotu, sonoq; uelut è tonitru, mulierem aduenientem uideo
terribilem, proceritate ferme semistadiali. habebat autem in sinistra facẽ, in de-
xtra uerò gladium uiginti circiter cubitorum. Et infernè quidem pedibus erat
serpentinis, supernè uerò Gorgonem referens, uultu uidelicet, atque aspectus
horrore: pro coma quidem draconibus tanquam cæsarie circumcincta, aliis
collum amplectentibus, aliis etiam per humeros sparsis. Videte, inquit, amici
quo pacto etiam inter narrandum exhorrui. & simul hæc dicens Eucrates, o-
stendit omnibus brachii sui setas erectas metu. Ion ergo ac Dinomachus & K
Cleodemus uehementer inhiantes auscultabant eum, uiri senes, tanquam nari-
bus traherentur, adorantes apud se tam incredibilem Colossum, mulierem
semistadialem, Giganteum quoddam Mormolycium. Ego uerò considerabam
interim cuiusmodi erant hi qui cũ iuuenibus sapientiæ nomine uersentur, uul-
góque in admiratione habeantur: quum sola nimirum canitie barbaq; ab ipsis
differant infantibus, cæterùm etiam illis ipsis facilius ductiles ad credenda men-
dacia. Dinomachus ergo, dic mihi, inquit, Eucrates, illi canes deæ, quanta ma-
gnitudine erant? Elephantis, inquit ille, proceriores Indicis, nigri & ipsi, hirsu-
tiq;, sordido squalidóque uillo. Ego igitur quum uiderem, restiti, inuerso proti-
nus in interiorem digiti partem, quod Arabs mihi dederat, sigillo. Hecate ergo

percusso

A percuſſo draconicis illis pedibus ſolo,hiatum effecit maximum,& qui immani magnitudine penitus æquaret Tartarū. deinde paulò pòſt abiit in eū deſiliens. Ego uerò præſente animo porrecta ceruice inclinatus, inſpexi apprehenſa arbore quapiam quæ uicina ſtabat,ne obortis mihi tenebris ac uertigine,in caput præceps incideré: deinde conſpexi ea quæ in inferno ſunt omnia, Pyriphlegethōtem lacum, Cerberū,manes: adeò ut quoſdā etiam eorum agnoſcerem. Patrem ergo meum manifeſtè cernebam adhuc his ipſis amictum quibus eum ſepeliuimus. Quid agebant(inquit Ion) ô Eucrates animæ?Quid aliud,inquit ille,quàm per tribus familiasq; cum amicis cognatiſque uerſantur,in Aſphodelo
B collocati? Contradicant ergo etiam nunc(inquit Ion) Epicurei ſacro Platoni, eiusq; de anima rationibus. At tu nónne Socratem etiam ipſum Platonemq; uidebas inter manes?Socratē (inquit) uidi,neq; illum tamen euidenter, niſi quòd inde conieci, quoniam caluus ac uentricoſus erat. Platonem uerò non cognoui:nam apud amicos nimirum uera fateri oportet. Simul ergo atque ego omnia conſpexi, & hiatus coiit,& ex famulis meis quidam quærētes me,atque in his Pyrrhias hic, ſuperuenere hiatu nondum plenè obducto. dic Pyrrhia, an non uera narro?Per Iouem(inquit Pyrrhias)& latratum audiui per hiatum:& ignis quidem à face mihi ſuffulgere uidebatur. Tum riſi ego profectò, teſte latratum
C ignemq; in cumulum addente. Tum Cleodemus,Haudquaquam noua iſta, inquit, neque aliis inuiſa uidiſti. Nam & ipſe haud ira pridem quum ægrotarem, tale quiddam conſpexi. Proſpiciebat mihi curabatq; Antigonus hic, ac ſeptima dies erat,febrisq; ô qualis! incendio certè uehementior. Omnes ergo me relinquentes ſolū,clauſis foribus foris manebant. Sic enim iuſſeras Antigone,ſi quo pacto poſſem obdormiſcere. Tūc igitur aſtitit mihi iuuenis quidā uigilanti,pulcher admodū, ueſte circumamictus candida. Ac me quū excitaſſet, per hiatum quendam ducit ad inferos,ſicuti illico cognoui, Tantalum quū uiderem ac Tityū Siſyphumq;. At cætera uobis quid commemorem? Poſtquā uerò ad tribu-
D nal perueni(aderat autem & Aeacus,& Charon,Parcæq;,atque Erinnyes)quidam uelut rex(Pluto certè mihi uidebatur) aſſedit ſingulorum nomina percēſens,qui morituri erant,quos diem iam uitæ præſcriptum præteriiſſe cōtigerat. Iuuenis ergo me adducēs illi exhibuit. At Pluto tunc incanduit, & ad eum qui me ducebat, Nōdum illi completum eſt ſtamē,inquit. abeat ergo. Tu uerò fabrum Demylum adduc: iam ſiquidem ultra colum uiuit. Tū ego lætus recurrens,ipſe quidem iā febre liber eram:denūciabam uerò omnibus quòd Demylus eſſet moriturus. Manebat autē nobis in uicinia ægrotās etiam ipſe nōnihil, ut renunciatum eſt. Ac paulò pòſt audimus eiulatum eorum qui lugebāt eum.
E Quid miri eſt,inquit Antigonus? Ego etenim quēdam noui poſt uigeſimū diē quàm ſepultus eſt,reſurrexiſſe. Nam hominem & antequā moreretur,& poſtquam reſurrexit,ipſe curaui. Et quo pacto (inquam ego)in diebus uiginti neq; tabuit corpus,neq; præterea fame corruptū eſt,niſi fortaſſis Epimenidē quempiam tu curaſti?Hæc quum diceremus, protinus ingrediebantur Eucratis filii, è palæſtra redeuntes. Alter quidem iam ex ephebis exceſſerat,alter uerò annos natus erat circiter quindecim. Tum ſalutatis nobis iuxta patrē adſidebant in lecto,ac mihi quidem ſella illata eſt. Tum Eucrates tanquam è cōſpectu filiorum admonitus,Sic his frui mihi cōtingat,inquit,ſimulq; manum eis iniecit,ut apud te Tychiades uera narrabo. Felicis memoriæ uxorem meam horum matrem

nouerũt omnes quo pacto dilexerim. Nam declaraui his rebus quas in eam fe- F A
ci, non modò dum uiueret, uerùm etiam poſtquam uita functa eſt, quippe qui
mundum eius uniuerſum, ueſtemq; qua dum uiueret oblectabatur, in rogum il-
lius iniecerim. Septima uerò poſt mortem die, ego quidem hic in eundem le-
ctum incumbebam, quẽadmodum nunc, luctum eum mihi commitigás, quem
de illa conceperam. Legebam enim tacitus Platonis illum de anima libellum.
Ingreditur interim Demenete ea ipſa, atque adſidet iuxtà, quemadmodum nũc
Eucratides hic, minorem deſignans filium. Hic uerò illico tremuit admodum
pueriliter, ac dudum ad narrationem pallebat. Ego uerò (inquit Eucrates) ut
conſpexi, amplexus eam ſingultim lachrymabam. Illa uerò me uociferari non G B
patiebatur, uerùm incuſabat me, quòd quum ei fuiſſem in reliquis gratificatus
omnibus, è ſandaliis aureis alterum non cremaueram. ſupereſſe autem id dice-
bat, quod ſub arca ceciderat: atque ob id nos quum non inueniremus, alterum
tantùm cremaueramus. Nobis autem adhuc diſſerentibus ſceleſtiſſimus qui-
dam caniculus qui mihi in deliciis erat, in lecto cubans allatrabat. ea uerò ad la-
tratum euanuit. At ſandalium ſub arca repertum eſt: poſteaq; à nobis incenſum.
An hæc etiam Tychiades recuſabis credere, quum tam ſint euidẽtia, quotidié-
que obſeruentur? Per Iouem, inquam ego, digni fuerint quibus aureo ſandalio
nates puerorum more feriantur, ſi qui iſta non credant, atque uſque adeò im- H C
pudenter uero reſiſtant. Interea Pythagoricus intrabat Arignotus comatus ille,
ab aſpectu uenerabilis. Noſti illum doctrinæ nomine celebrem, qui cognomi-
natur ſacer. Atque ego quidem ut eũ conſpexi, reſpiraui: hoc ipſum quod pro-
uerbio dici ſolet, aduenisſe mihi ratus, nempe ſecurim quampiam aduerſus mẽ-
dacia. Occludet, inquam, eis ora uir ſapiens, adeò monſtroſa narrantibus. at-
que prorſus, iuxta uulgatum illud adagium, repentè Deum immiſſum eſſe mi-
hi hunc à fortuna putabam. Hic uerò poſtquam adſedit, aſſurgente ei ac cedẽ-
te Cleodemo, primùm de morbo percontatus eſt, ſeq; audiſſe dicebat Eucra-
tem iam ſe melius habere. At quídnam, inquit, inter uos philoſophamini? Nam I D
interim dum ingrediebar, ſubauſcultaui, ac mihi certè uidemini in re quapiam
pulchra conuerſari. Quid aliud, inquit Eucrates, quàm ut huic adamãtino per-
ſuadeamus (me demonſtrans) ut dæmones credat aliquos eſſe, phantaſmataq;,
ac mortuorum animas ſuper terram obambulare, & ſeſe, quibus libitum fuerit,
oſtendere? Ego igitur erubui, uultumq; deieci reueritus Arignotum. At ille, Vi-
de (inquit) Eucrates, num hoc dicat Tychiades, eorum tantùm qui uiolẽter in-
terierint, animas errare, ueluti ſiquis ſuffocatus, aut capite trũcatus, crucíue ſuf-
fixus fuerit, aut alio quopiam iſtiuſmodi modo è uita diſceſſerit: eas uerò quæ
fatali morte naturalíque diſceſſerint, haudquaquam amplius oberrare. Nam ſi K E
hoc dicat, non uſqueadeo abſurda dixerit. Per Iouem, inquit Dinomachus, ne
eſſe quidem iſtiuſmodi, nec præſentia cerni putat. Quid ais, inquit Arignotus
in me toruè aſpiciens, nihil horum tibi uidetur fieri? præſertim quum omnes (ut
ita dicam) uideant? Ignoſces, inquam ego, mihi, ſi non credo. nã ſolus omnium
non uideo. quòd ſi uidiſſem, profectò & credidiſſem, quemadmodum & uos.
Atqui, inquit ille, ſiquando Corinthum ueneris, roga ubi ſit Eubatidæ domus.
Atque ubi tibi fuerit indicata, nempe circa Craneum, in eam ingreſſus, dic ia-
nitori Tibio, uelle te uidere unde dæmonem Pythagoricus Arignotus quum
adduxiſſet, abegerit, ac deinceps habitabilem domum reddiderit. Quídnam hoc

erat

A erat Arignote? rogabat Eucrates. Inhabitabilis erat, inquit ille, diu propter terricula, quòd ſiquis inhabitaſſet, expauefactus illico fugiebat, exactus à quodam horrendo ac terribili ſpectro. Deciderat ergo iam, tectumq; rumpebatur, neque quiſquam erat omnino qui in eam ingredi fuerit auſus. Ego uerò ubi hæc audiui, libellos ſumens (ſunt autem Aegyptii mihi de talibus rebus admodū multi) ueni in domum circa primam uigiliam, dehortante hoſpite, ac ferme detinēte, poſtquam didicerat quò iturus eſſem, in certum, ut putabat, exitium. At ego ſumpta lucerna, ſolus ingredior, atq; in uaſtiſſimo atrio collocato lumine, humi ſedens tacitè legebam. Adeſt uerò dæmon ille, cum quopiam è uulgo ſe cō-
B greſſurum ratus, ac me quoque quemadmodum alios perterriturum, ſquallidus, hirſutus, ac tenebris nigrior. Atque hic quum adſtaret, undiq; me adſultim petens tentauit ſiquà poſſet expugnare, ac modò in canem, modò in taurum, modò in leonem uertebatur. At ego correpto in manum quammaximè horrēdo carmine, ſimulq; uocem imitatus Aegyptiam, & incantans eum, in domicilii tenebroſi angulum quēdam compuli. Ac quum animaduertiſſem ubi ſe in terram condidit, tum deſtiti. Mane autem deſperantibus uniuerſis, ac me quemadmodum alios mortuum ſeſe reperturos putantibus, præter omnium ſpem progrediens, Eubatidem adeo, feliciter illi annuncians quòd puram ſibi ac ſpectris
C liberam domum iam liceret incolere. Atque illum aſſumens, aliosq; multos (ſequebantur autem huius inopinatæ rei gratia) quum ad locum duxiſſem ubi cōdentem ſe dæmona conſpexeram, iuſſi ut ſumptis ligonibus matulisq; ſuffoderent. Atq; ubi id fecerant, inuētum eſt ferè ad paſſum defoſſum cadauer quoddam marcidum, oſſibus tantùm humana ſpecie cohærētibus. Illud igitur effoſſum ſepeliuimus, domus uerò poſtea turbari prodigiis deſiit. Hæc ubi narrauit Arignotus, uir prodigioſa ſapientia, ac reuerendus omnibus, nemo erat ex his qui aderant, qui non multam mihi imputaret inſaniam, qui talia non credam, narrante præſertim Arignoto. Ego tamen nihil ueritus neque comam, neq; il-
D lam quam de eo habebant opinionem, Quid hoc, inquam, Arignote? Etiam tu talis eras, in quo mihi ſola ſpes fuit, fumo plenus ac ſimulacris? Illud ergo nobis in te, quod dici ſolet, euēnit, ut theſaurum quum ſperauerimus, carbones offenderimus. At tu, inquit Arignotus, ſi neque mihi credis narranti, neq; Dinomacho, aut huic Cleodemo, neque ipſi Eucrati, dic age, quémnam digniorem cui his de rebus fides habeatur, exiſtimas, qui nobis dicat contraria? Per Iouem, inquam ego, uirum apprime mirabilem Abdera oriūdum illum Democritum, cui tam firmiter erat perſuaſum eiuſmodi nihil eſſe in rerum natura poſſe, ut quum ſe in monimento extra portas clauſiſſet, ibiq; degeret dies noctesq; ſcri-
E bens atque componens, iuuenéſque eum quidam illudere cupiētes, ac perterrefacere, nigra ueſte in modū cadaueris ornati, ac perſonis in capita affictis circunſiſtentes illum circunſilirent, crebrò ſubſilientes: hic neque eorum commenta pertimuerit, neque eos omnino reſpexerit, ſed inter ſcribendum, deſiſtite, inquit, ineptire. Adeò firmiter credidit animas nihil eſſe poſtquam è corporibus exierint. Hoccine ais, inquit Eucrates, dementem quempiam uirum eſſe Democritū, ſi quidem ſic exiſtimauit? Ego uerò uobis etiā aliud referam, quod mihi ipſi contigit, nō quod ab alio acceperim. fortaſſis etiā tu Tychiades quum audieris, cōpellēris accedere, ipſa narrationis ueritate coactus. Quum in Aegypto uerſarer adhuc adoleſcens, à patre uidelicet doctrinæ gratia tranſmiſſus,

*Simile habet Plinius in epiſtolis.*

*Memnon Aegyptiacus, de quo & Iuuenalis meminit.*

cupiebam nauigio profectus in Coptũ, illinc adiens Memnonẽ, miraculũ illud audire, eum uidelicet ſonũ reddentem ad orientẽ ſolem. Illum igitur audiui nõ hoc uulgari modo quo audiunt alii ſonum quempiam inanem, ſed mihi oracula etiam edidit Memnon ipſe aperto ore ſeptem uerſibus: quod niſi eſſet ſuperuacaneum, ipſos uobis uerſus recenſerem. Inter nauigãdum uerò incidit in nos unà nauigans uir Memphiticus quidam ex ſacris illis ſcribis, mirabili ſapientia, & qui uniuerſam Aegyptiorum doctrinã callebat. Dicebatur autem tres ac uiginti annos in adytis ſubterraneis manſiſſe, magiã interea doctus ab iſide. Pancratem dicis (inquit Arignotus) præceptorem meũ, uirum ſacrum, raſum, lineis indutum, doctum, pureq; lingua Græca loquentem, procerũ, ſimum, labiis promiſſis, cruribusq; gracilibus. Illum ipſum, inquit ille, Pancratẽ. Ac primùm quidem quis eſſet ignorabam: at poſtquam uidi eum, ſiquando in portum appuliſſemus, cum alia multa miracula facientem, tum crocodilis inſidentem agitaſſe, & cum feris uerſantem, illas uerò reuerẽtes eum, caudisq; adulantes, agnoui ſacrum quempiam uirum eſſe: paulatimq; comitate mea me in eius amicitiam ac familiaritatẽ inſinuaui, adeò ut omnia arcana mihi cõmunicaret. Ac tãdem mihi perſuadet, ut famulis omnibus in Memphide relictis, ſe ſolus ſequerer. neque enim defuturos nobis miniſtros. atque ex eo tẽpore ſic uitam duximus. Quum in diuerſorium quodpiã ueniremus, homo accepto piſtillo, ſcobináue, aut peſſulo, ueſtibus implicans, quum in id carmen quoddam dixiſſet, effecit ut ambularet, utq; aliis omnibus homo uideretur. Illud ergo abiens, & aquam hauriebat, & cœnam parabat, inſtruebátque, atque in omnibus commodè ſubſeruiebat miniſtrabátque nobis. Deinde poſtquam iam ſatis huius miniſterii fuit, ſcobinam rurſus ſcobinam, ac peſſulum peſſulum, aliud recitans carmen, reddebat. Hoc ego uehementer conatus non reperiebam quo pacto ab illo expiſcarer. Nam id mihi inuidebat, quanquam in aliis eſſet facillimus. At quadam die in angulo quodam tenebricoſo clam illo deliteſcens, ſubauſcultaui propius incantationem illam. Erat autem triſyllaba. Tum ille quum piſtillo mandaſſet quæ curanda erant, abiit in forum. At ego poſtridie illo apud forum occupato, acceptum piſtillum quum ornaſſem, ſyllabas illas ſimili modo pronuncians, aquam iuſſi ut hauriret. Tum impletam amphoram quum tuliſſet, deſiſte inquam, neque aquam amplius haurito, ſed rurſus eſto piſtillum. At illud mihi haud amplius iam obtemperare uolebat, ſed aquam hauriebat cõtinuè, quoad hauriendo totam domum nobis impleret. At ego quũ reſiſtere huic rei non ualerem, timebam autem ne Pancrates reuerſus (id quod etiam euênit) iraſceretur, correpta ſecuri piſtillum in duas partes diſſeco. At utraque pars amphoram ſumens hauriebat aquam, iámque unius loco duo mihi miniſtri eſſe cœperunt. Interea Pancrates ſuperuênit, ac re intellecta, illas quidem in ligna rurſus, quemadmodum ante carmen erant, mutauit. At ipſe me clanculum relicto, neſcio quò clanculum ſe ſubducens abiit. At poſſis iſtud etiam nunc, inquit Dinomachus, hominem ex piſtillo facere? Per Iouem, inquit ille, dimidia ex parte ſcio. nam in priorem formam nunquam à me reſtitui poteſt, poſtquam ſemel aquarius eſſe cœperit, ſed deferenda nobis domus eſſet aquæ iam impleta. Non deſiſtitis, inquam ego, huiuſmodi monſtroſa narrare uiri ſenes? Alioqui horum ſaltem adoleſcentium gratia incredibiles iſtas ac terribiles fabulas aliud in tempus omittite, ne clanculum terroribus ac prodigioſis fabulamentis impleantur.

Parcere

A Parcere ergo eis oportet,ne talia conſueſcant audire,quæ eos per totam uitam comitata perturbabunt, atq; ad omnem ſtrepitum meticuloſos reddent, poſteaquam eos omnigena ſuperſtitione impleuerint. Rectè admonuiſti me,inquit Eucrates,quum ſuperſtitionem dixiſti. Nam quid tibi Tychiade de rebus huiuſmodi uidetur,de oraculis loquor ac uaticiniis,& quæcunq; quidam numine afflati proclamant,quæue ex adytis audiuntur?aut quæ uirgo numeris eloquēs futura prædicit? an uidelicet nec talia credis? At ego quòd annulum quendam ſacrum habeo,Pythii Apollinis imaginē exprimente ſigillo,quodq; hic Apollo mecum loquitur, non dico, ne tibi uidear ad gloriam meam res incredibiles
B narrare. Cæterùm quæ apud Amphilochum audiui in Mallo,heroë mecum diu diſſerente,deumq; meis de rebus conſulente,tū quæ ipſe uidi,uolo uobis narrare: deinde ex ordine & quæ uidi in Pergamo, & quæ audiui in Pataris. Itaq; quum ex Aegypto redirem domum,audiremq; illud in Mallo uaticinium apertiſſimum ſimul ac ueriſſimum eſſe, tamen ſic oracula dare, ut ad rem reſpondeat his quæcunque prophetæ quiſpiam in ſchedulam inſcripta tradiderit, rectè me facturum putaui,ſi dum præternauigarem,experirer oraculum, deumq; de futuris quippiam conſulerem. Hæc adhuc Eucrate dicente, quum uiderem quàm longè res eſſet proceſſura, quodq; nō breuem incepiſſet de oraculo tra-
C gœdiam,ratus nō expedire uti ſolus contradicerem omnibus, relinquens eum ex Aegypto adhuc in Mallum nauigantem(nam & intelligebam moleſtam illis eſſe præſentiam meam, utpote qui diſſentirem, refelleremq; eorum mendacia)Atqui ego abeo,inquam, quæſiturus Leontichum. nam opus habeo cū eo congredi. At uos, quandoquidem parum ſufficere uobis res humanas putatis, ipſos etiam deos denique in fabularum uobis partem uocate. Atque hæc ſimul ac dixi, diſceſſi. Illi uerò alacres iam libertatem nacti,ut eſt ueriſimile, mutuò ſeſe epulis accipiebant, ac mendaciis ingurgitabant. Talibus ô Philocles apud Eucratem auditis, uenio per Iouem inflato uentre,non aliter quàm hi qui mu-
D ſto poti ſunt,opus habens uomitu. Tum libēter alicunde magno emerim pharmacum aliquod quod mihi obliuionē induceret eorū quæ audiui, ne me nonnihil earum rerum lædat inhærens memoria. nempe monſtra, dæmones,atque Hecatas mihi uidere uideor. PHIL. Quin mihi quoque ô Tychiade tale quiddam hic ſermo tuus attulit. aiunt etenim non ſolùm in rabiem uerti,atq; aquam formidare,quoſcunque rabidi canes mordeant,uerumetiam ſi quem mordicus homo morſus momorderit, illum morſum quoque non minus canino ualiturum,atque eū etiam eodem modo formidaturum. Quin tu ergo uideris,quum ſis ipſe apud Eucratem à multis mendaciis morſus,mihi quoque morſum illum
E communicaſſe,adeò mihi mentem dæmonibus impleuiſti. TYC. At bono animo ſimus amice,quum magnum aduerſus huiuſmodi res remedium habemus, ueritatem, rectamq; omnibus in rebus rationem: quo ſi utamur, nullis huiuſmodi uanis ſtultisq; mendaciis turbabimur.

## HIPPIAS, SEV BALNEVM, Vincentio Obſopœo interp.

### ARGVMENTVM.

*Balneum Hippiæ deſcripturus,principiò ipſum artificem à cognitione artium atq; peritia commendat. Orditur autem à loco communi, ita uidelicet proponens, eos eſſe potiſsimùm laudandos artifices, qui non ſolùm uerbis prolixè polliceri,aut de ſcientijs diſputare ſoleant, ſed qui ipſo opere, hoc quod profitentur, præſtare poſsint. hunc locum exemplis aliquot illuſtrat,deinde ad præſens inſtitutū accōmodat. Proinde,inquiens,etiam*

*mechanici artifices maximè laudãdi illi ſunt,qui non uerbis tãtùm opera aliqua deſcribũt,aut promittũt,ſed* F
*qui re ipſa illa quãoptimè atq; artificioſiſſime extruũt,qualis et Hippias hic unus eſt,id quod opus ab eo,nẽ-*
*pe balneũ extructũ,comprobat.atq; exinde ipſum balneum deſcribit,ſitum,elegãtiam, proportionabilitatem*
*operis, deinde & utilitatem & opportunitatem omnium cellarum,& lauandi in eo uſum commendans.*

EOS ego uiros ſapientes cum primis laude celebrãdos eſſe exiſtimo, quicunq; non orationes ſolùm magna induſtria elaboratas,ac ſingulis de rebus memoriæ proditas poſteris reliquerũt,ſed operibus quoque nõ diſſimilibus ea quæ orationibus ampliter & magnificè polliciti ſunt,confirmarunt. Quippe ægrotus, cui quidem pectus ſapit,nõ eos accerſit medicos, qui ſuper arte multa luculentè & excellenter diſputare noue- G
runt, ſed qui uſu medendi illam diu multúmque exercuerunt. Potior autem & maioris precii habendus eſt, ut mea fert opinio, muſicus qui pſallendi & pulſandæ citharæ peritia exornatus eſt,quàm is qui tantùm rhythmos & concentuum harmoniam iudicare nouerit. Quorſum enim attinet bellorũ atq; exercitus duces tibi enumerare non iniurià optimos & præſtantiſſimos hominum opinione iudicatos, quòd eorum uirtus nedum in inſtruenda acie,& militum animis tempeſtiua oratione accendendis & inflammandis eluxerit,ſed quòd in
præliis quoque fortiſſimè dimicando optimè ſe geſſerint, ac manu non ſecus quàm lingua prompti, memorabilia facinora ediderint: cuiuſmodi ex uetuſtis H
illis Agamemnonem & Achillem,ex paulo autem recentioribus Alexandrum & Pyrrhum fuiſſe cognouimus? Quorſum uerò iſta percenſui?Non quòd alia ratione hiſtoriam edere ſtatuens, harum rerum mentionem fecerim, ſed quòd ex mechanicis quoque eos laude & admiratione non indignos putem,quicunque uiſendis operibus aliquam ingenii famam ſibi parauerunt,eadémque opera artis ſuæ egregia monimenta poſt ſe reliquerunt: quandoquidem illi qui
*Sophiſtæ.* ſolis ſemet orationibus exercuerunt,multo iuſtius Sophiſtarum quàm ſapientium appellationem meruerunt. Talem multorũ relatu percepimus fuiſſe Archimedem,ac Soſtratum illum Cnidium, quorum alter de Ptolemæo ſubiuga- I
to uictoriam reportauit,ac Memphim, ſine obſidione,fluminis intercepti auerſione occupauit: alter ſingulari artificio hoſtium triremes abſumpſit incendio. Thales quoq; Mileſius ante illos Crœſo Lydorũ regi pollicitus exercitũ ſicco pede ſe traiecturũ,ſua induſtria in unius noctis ſpacio Alys fluuii alueũ à tergo exercitus deriuatum circunduxit, tametſi è mechanicorũ numero non fuerit, uerùm alioqui magna intelligentia & ſingulari ingenii acumine præditus. Etenim quod de Epéo fertur,cõmentum peruetus eſt,qui non tantùm Achiuis equi machinã fabricaſſe, ſed unà cum Græcorũ optimatibus in eam conſcẽdiſſe perhibetur. Inter hos & Hippiæ huius,quẽ noſtra memoria uixiſſe conſtat,me- K
miniſſe æquum puto, uiri dicẽdi facultate & ſtudio ita exercitati, ut cum quouis ex priſcis illis & ueteribus optimè cõferri poſſit, præterea qui ingenii acrimonia atque intelligentia multum præcelluerit, quíque interpretando multa perſpicuitate uſus ſit. Cæterùm opera ipſis orationibus longè præſtantiora exhibebat: & quæ arte ſua pollicitus fuerat, re ipſa abſoluta reddidit: neque uerò in talibus ſaltem profeſſionibus, in quibus illi qui ætate eum præceſſerunt, feliciter floruerunt, ſed iuxta geometricam quoque rationem propoſita (quod aiunt) linea triangulum rectè potuit deſcribere. Atqui aliorum quiſque unum quiddam ab arte decerptum & ſingulare opus exercuit, in quo parata ſibi ho-

minum

A minum opinione aliquis esse uisus est. Porrò ille primùm rebus mechanicis perpolitus, ne dimensionum quidem geometricarum rudis fuit, nec ab harmonicis & musicis alienus apparuit: ac unumquodque ex illis una eadémque opera ita perfectè cognitum demonstrauit, quasi in eo solo cognoscendo elaborasset. Multi uerò temporis res esset, eius laudare industriam circa radiorũ & repercussionum ac speculorum expressionem. Præterea quanta in Astronomia cognitione excelluerit, in qua omnes eos qui annis eũ anteiuerunt, pueros esse ostendit. Sedenim quæ nuper ipse uidi opera illius industria elaborata, quæq; mihi spectanti stuporem & admirationem incussérunt, ea nunc in præsens re-
B ferre non grauabor. Est enim argumentum cómune, & in nostra memoria admodum frequens, balnei substructio: solertia autem, & in communi illo argumento singularis admirationis spectatur industria. Locus erat prorsus inæquali deformatus planitie, decliuis & arduus, quem ille occupans ex utraque parte magnopere humilem, utrinq; soli altitudine æquauit, firmamentumq; munitissimum omni futuro operi subiiciens, fundamentorũ positione substruẽdi ædificii certitudinem confirmauit: fastigiis uerò magnopere præruptis & præcisis, & ad firmiorem coniunctionem complicatis, totum opus consolidauit. Cæterùm quæ substructa sunt, loci magnitudinem mensuræ quantitate nõ excesse-
C runt, sed ædificii proportionibus cõuenientissimè atque decentissimè respon-derunt, lucis ubique infusæ rationem constanter custodientia. Portarum altitudo latos ingressus retinens, supina magis quàm erecta ad ingredientiũ conuenientiam informata fuit. Ingredientem uerò statim domus communis excipit, sufficientẽ exhibens pedisequis & ministris conuersandi amplitudinẽ. Porrò ad læuam cameræ sunt ad delicias exercendas substructæ. Proinde & ista in balneo decẽtissimè sunt obseruata: Amœni & luce multa illustrati recessus. deinde domus illorum, quam quidem longè præstantiorem quàm ut lauacro cõueniat dixeris, perneceſſariam tamen ad melioris notæ homines & opulentio-
D res suscipiendos. Post hanc utrinque sufficientes exuentibus ad reponendũ uestitum habitationes. Ac media domus & fastigio excelsissima, & iucũdo lumine amœnissima, tres æquæ frigidæ piscinas in se cõplectitur, Lacẽno lapide exornata. Sunt etiam in illa statuæ geminæ ex albo lapide antiqui operis & artificii, altera quidem Sanitatis, altera uerò Aesculapii. Ingressos autem excipit domus sensim ac gradatim tepescens, calore non insuaui occurrente: quæ in longum porrecta, ac circumcirca orbiculatim extructa est. Post hanc ad dextram habitatio est magnopere amœna & elegans, copiã delicatis & uoluptuosis unctionibus exhibẽs, ex utraque parte habens aditus & ingressus lapide Phrygio
E ornatissimè decoratos, à palæstra ingredientes suscipiens. Quæ deinde hanc cõsequitur habitatio, omnes reliquas pulchritudine excedit & elegãtia, & ad stãdum sedendumq; accommodatissima, & ad diutius immorandum minimè noxia, tum ad uolutandum utilissima, & ipsa lapide Phrygio ad summum usq; fastigium expolita relucens. Deinceps uerò locus thermis dicatus, lauantes excipit, Nomade lapide extructus. Porrò interior habitatio omni amœnitate referta & elegantia, plurima luce conspicua est, ac instar purpuræ floribus & uenustate renitet. Ad hæc tria labra thermarum exhibet. Porrò autem tibi iam loto non integrum est per easdem habitationes regredi, sed ea quæ ad frigidam tendit uia, per uaporarium lento tepore calescens regrediendum est. Et hæc omnia

copioſo lumine illuſtrata, & multo diei intus lucentis ſplẽdore exornata ſunt. F
Ad hæc ipſa faſtigia ab ædificio non diſcrepantia, tum latitudines longitudinibus aptè cohærent: in ſumma, multa ubique relucet ſumma cũ elegantia & uenuſtas & gratia. Etenim iuxta elegantiſſimi Pindari præceptũ, opus exordientibus facie eleganti & ſplendida exornandum eſt. Hoc certè cum primis in huius domus ſubſtructione cũ ipſo lumine tum feneſtris obſeruatum eſt. Etenim ſapiẽs, ut reuera fuerat, Hippias habitationẽ frigido lauacro deſtinatam, ad Boream tendẽtem inſtituit, nec aëris meridiani expertem: reliquas autem multum feruoris & caliditatis requirentes, Notho & Euro ac Zephyri flatibus ſubiectas oppoſuit. Quid ad hæc tibi palæſtras memorem, & ueſtes aſſeruantium cõmu- G
nes habitatiunculas, compendioſam citra ambages uiam quæ ad lauacrum ducit, habentes, ſingularis utilitatis capiendæ, & incommodi uitandi gratia? Neq; uerò quis me ſuſpicetur opus modicum proponentem, orationis lenociniis atque uerborum ampullis extuliſſe. Siquidem in rebus communibus & publicis noua elegantiæ ſigna atque indicia excogitare, non mediocris aut cõtemnendæ ſapientiæ argumentum ego eſſe opinor: quo in numero & hoc opus admirandi illius Hippiæ opera ad unguem elaboratum meritò habendũ eſt, quodq; nobis ab illo oſtenſum eſt omnes balnei uirtutes complectens, utilitatem, opportunitatem, perſpicuitatem, menſuræ quãtitatem in omnibus aptè obſeruatam, nec loci neglectam commoditatem, tum tutũ lauãdi uſum exhibens. Præterea omnibus aliis induſtriæ atq; ſolertiæ officiis abſolutum, biuiorum & ambituum duplicibus receſſibus, multarumq; ianuarum patens egreſſibus. Quinetiam horarum gẽminis indiciis idem balneum exornauit, uno per aquam & ſonitum, altero per ſolem. His inquam uiſis, nec debitam & conuenientem tam illuſtri operi reddere gratiam, non inſipiẽtis ſolùm, ſed etiam ingrati, aut potius inuidi mihi uiſum eſt. Itaque ego pro uirili, cum opus ipſum, tum architectũ & artificem orationis meæ laudibus euexi & perſolui. Cæterùm ſi deus aliquando conceſſerit & lauandi copiam, non dubiũ eſt & alios permultos in laudum I
mearum partem mecum uenturos.

## ALLOCVTIO, SEV BACCHIS, Vincentio Obſopœo interp.

### ARGVMENTVM.

*Præfatio quædam eſt, quales & noſtri homines in enarrandis auctoribus, aut alijs rebus tractandis, ipſis operibus præmittere ſolent.* Et *extant ſanè etiam* Ciceronis *quædam ad idem exemplum compoſita.* Monet *autem* Lucianus *auditores ſuos, ne ſolùm compoſitionis nouitatem in ſcriptis ſuis ſpectent, néue ideo pro paruis aut contemnendis illa habeant, quia comica ac ſatyrica quædam ſub dialogi grauitate tractet, ſed magis ipſam rem ſpectent: ne idem illis, quod* Indis *olim, accidat, dum* Bacchi *exercitum ut muliebrem, & à re militari alienum contemnunt.* Deinde *autem & ueniam precatur ætati, ſi paulo uerboſior aut loquacior nonnullis forte uideatur, factum ſuum etiam hic collatione quadam* Indorum *cohoneſtans.* Omnino *autem multum gratiæ habent huiuſmodi præfationes, ſiue eas allocutiones eas uocare magis libet, ubi collationibus atque ſimilibus ſuis ipſa hypotheſis aptè reſpondet.* K

QVO tempore Bacchus aduerſus Indos ductare exercitũ inſtituit (nihil enim prohibet, ut mea fert opinio, fabulã uobis Bacchicam percenſere) ferunt uſqueadeo eum initiò ab Indiæ incolis fuiſſe cõtemptui habitum, ut accedentem etiam ſubſannarent. Magis autem temerariam illius audaciã miſeratione proſequendam eſſe opinabãtur, tanquam actutum ab elephantis proculcandũ, ſi acie inſtructa illis occurriſſet. Siquidem inaudiuerãt, ut ego exiſtimo, ab exploratoribus, abſurda & monſtroſa de illius

exercitu

A exercitu renunciantibus, quemadmodum eius phalanx & cohortes ex mulieribus insanis & furentibus collectæ forent, thyrso redimitis, pelles ceruinas indutis, & hastas quaspiam paruas gerentibus nulla acie ferri acuminatas, & illas ex thyrso confectas: tum scuta quæpiam leuia, & resonantia si quis saltem uel leuiter attigisset. Quippe clypeis assimilabãt & tympana. esse præterea in exercitu iuuenes quospiam agrestes & nudos, qui saltarent cordaca, caudas habentes & cornua, qualia ferè hœdis recenter natis solent succrescere. Ipsum autem ducem illorum in curru uehi iunctis pardalibus, imberbem admodũ, ac ne tantillum quidem per genas herbescente barbitio pubescentem, cornigerum, ra-
B cemis coronatum, mitra purpurea comam inuolutum, ac aureos cothurnos indutum. Cæterùm secundas ductandi exercitus partes obire duos alios, unum quidem breuis staturæ senunculum, corpore perobeso & uentricoso, simis naribus deformem, auribus magnis & arrectis, tremulum, scipioni innitentẽ, pandum asellum ut plurimum equitantem, amictum crocoto, & hunc uehemẽter fidum illius in ordinanda acie socium. Alterum uerò hominẽ monstrosum, inferioribus corporis partibus hircum referẽtem, crura crinitum, & cornigerum, profunda insuper barba insignem, iracundum, & animo ad furorem propenso præditum, altera manu ferentem fistulam, dextra uerò incuruum baculum, se-
C met attollentem, ac tota castra circunsaltantẽ, quem mulierculæ exterrere solent, comasq; uento diffusas concutere quoties accesserit, neque non uociferari Euohe: quo nomine, ut mihi coniecturam facienti uisum est, dominũ suum compellant. Itaque greges à mulieribus iam discerptos esse, & oues adhuc uiuentes dilaniatas: quippe illas crudiuoras esse planè uidebant. Hæc cum Indi & rex illorum speculatoribus annunciantibus cognouissent, sublatis, ut par erat, cachinnis ridebant: iámque nequaquam contrà exercitum educere, aut instructis ordinibus obuiàm procedere illis deliberatum erat, sed reputabant, si comminus mulierculæ in eos impressionem ac impetũ essent facturę, illis & uincere
D turpe esse, & mulieres insanientes neci dare unà cum duce effœminato, ac sene modico & uinoso, adiuncto etiam alio semiuiro milite, nudisq; saltatoribus per omnia ridiculis, facinus esse parum memorabile. Postea uerò quàm Bacchus regionem incendiis deuastare, & uiris deuictis ciuitates igne absumere, ac syluas incendere annunciatus est, iamq; in breui temporis spacio tota Indorum regio flammis conflagraret (etenim ignis Baccho iam usque à fulmine paterna sunt arma) ibi iam citra moram armis induti, coactis elephantibus & infrenatis, & turribus desuper positis aduersus illos mouerunt aciem, etiamdum hostilem exercitum extremè contemnentes, & iracundo animo ferocientes, neque non
E elephantis comminuere atque proterere properantes ipsis cum castris imberbem illum imperatorem. Postquam uerò propinquiores facti sunt, & utraque acies utrique esset spectaculo, Indi locatis ante exercitum elephantis phalangem adegerunt. Cæterùm Bacchus ipse in medio strenui imperatoris fungebatur officio, cuius dextrum cornu Silenus, siniſtrũ Pan regebat. Porrò autem Satyri manipulares constituti ordinibus instruendis erant intenti. Signũ omnibus erat Euohe. Statim uerò percussa tympana instrepuerunt, ipsaq; cymbala classicum cecinerunt. Ac è satyris quispiam correpto cornu carmen quod Orthium dicitur, occinebat. Tum Sileni asellus hianti atq; diducto rictu martium quiddam atq; terribile derudiit. Ipsæ uerò Mænades cum ululatu facto in eos

impetu incurſarunt,ſuccinctæ draconibus,atque ex ſummis thyrſis ferrũ denu- F
dantes. Indi autem & elephantes illorum illico declinantes,nullo ſeruato ordi-
ne in fugam ſe dederunt,neque intra teli iactũ conſiſtere ſuſtinuerunt. Ad po-
ſtremum autem omni ui capti atque ſubacti ſunt, & captiui abducti ab iis quos
paulò antè contẽptim ſubſannauerant, re ipſa experti q̃ non oportuerit prima
ſtatim fama adductos, peregrinũ exercitum cõtemnere. Sed quid ad Bacchum
ille Bacchus,dixerit aliquis? Quia permulti mihi uidentur (ac per Gratias uos
oro ne me inſanire aut prorſus temulentum eſſe ſuſpicemini, ſi mea cum Diis
immortalibus cõtulero) idẽ erga orationum nouitates cũ Indis perpeti,quem-
admodum & erga meas. Exiſtimãtes enim ſatyrica & ridicula quædã nimiúm- G
que comica apud nos audiri, talibus fidem habuere:atq; haud ſcio quam illi de
me opinionem induerunt. Alii ne exordium quidẽ aſſequuntur,quaſi nihil ne-
ceſſe ſit aures præbere uinoſis & laſciuis mulierculis, & ſaltationibus ſatyricis
ab elephantis deſcendẽtes. Alii uerò, tanquã alicuius rei gratia ueniſſent,thyrſi
loco inuento ferro,neq; ſic laudare audent, inaudita rei nouitate perterriti. At
ego fidẽti animo illis annuncio, quòd ſi in præſentia quoq;,ut antea facere cõ-
ſueuerunt,feſtiuitatem ſpectare ſæpe uoluerint,ac ueteres cõpotores recordati
fuerint conuiuiorum bacchanalium tunc temporis celebratorum,neq; Satyros
aut Silenos contempſerint, ſed æquo largius ad ſatietatem uſque ex cratẽre illo H
hauſerint: & illos bacchico numine afflatos indecorè inſanituros,neq; nõ per-
ſæpe nobiſcum Euohe dicturos. Itaque illi (liberum enim eſt audire) quicquid
animo ſuo gratum fuerit, faciant: at ego poſteaquam adhuc in India peregrè
uerſantur,ſtatui & aliud quiddam earũ rerum quæ illic agũtur, quod non ual-
de à Baccho abhorrebit, neque à præſenti inſtituto alienum erit, percẽſere. In-
ter Indos quos Machlæos uocant,qui læuum Indi fluminis littus, ſi ad fluxum
illius reſpexeris, incolunt atq; depaſcunt uſq; ad Oceanum porrecti: apud hos
lucus eſt in loco ſepibus obturato,& anguſto, circũtecto tamen. quippe thyr- I
ſorum & uitium ubertas ibi prouenientium, locum opacitate ſua pulcherrimè
inumbrat. Eo ipſo in luco tres fontes ſunt aquæ elegantiſſimæ & lympidiſſi-
mæ:quorum unus Satyris,ſecundus Pani, tertius Sileno ſacer eſt. Ingrediũtur
uerò in lucum Indi quotannis ſemel,diei ſolẽnitate deum celebrantes, bibũnt-
que de fontibus,non tamen indiſcriminatim omnes de omnibus,ſed iuxta ætа-
tem. Nã iuuenes ex eo qui Satyris ſacer eſt,uiri ex Panico,porrò ex Sileni fon-
te ii qui in mea ætate conſtituti ſunt. Itaq; quæ pueris de fonte bibentibus acci-
dunt,aut qualia deſignẽt uiri iam numine Panos afflati, perlongum eſſet enu-
merare. Cæterùm qualia ſenes faciunt ubi iam aqua pota inebriati fuerint, non
alienum eſſe opinor narrare. Senex ſimul atque hauſtam de fonte aquam bi- K
berit,ac eũdem iam Silenus ipſe inuaſerit,illico ad prodigium uſq; obmuteſcit,
hominem cui graue ſit caput, aut ebrium, per omnia referẽs. Poſt id ex impro-
uiſo uoce clara,& loquela graui, tum ſpiritu dulci rumpit ſilentium, ac ſubitò
è mutiſſimo fit loquaciſſimus. Sed nec obturato ore illum compeſcueris quò
minus cõtinuis uerbis diffluat, longasq; orationes contexat. Et profectò quæ-
Iliad.7. cunq; dixerit,prudenter & ornatè dicta ſunt,ac iuxta Homericũ illũ rhetorem
hybernis niuibus conſimilia differit. Neq; uerò ſufficienter eos cygnis ſecun-
dum ætatem conferre poſſis, ſed uocum denſitate cicadas imitantur ac refe-
runt,ac rotundum quiddam componunt in profundam uſque ueſperam. Inde

iam

A iam diſcuſſa ab illis ebrietate conticeſcunt,& ad antiquū morem redeunt. Cæterùm quod inter hæc maximè omniū admirandū eſt,nondum expoſui. Quòd ſi ſenex imperfectam quam inchoauit orationem reliquerit, neque,Solis occaſu interueniente,& temporis anguſtia excluſus,eādem ad finem deduxerit,deguſtata iterum in annum ſubſequentem aqua,deinceps cætera percurrens orationi inchoatæ adiungit,quæ ſuperiori anno dicentem non in tempore,deſtituerat ebrietas. Iſtis ego me ipſe ſcōmatibus Momi inſtar ludere uolui. Et per Iouem nequaquam amplius affabulationem adducam. Iam enim haud dubiè uidetis me fabulæ eſſe perſimilem. Quare, ſi quibus in rebus delinquentes hallu-
B cinati ſumus,in cauſſa fuit ebrietas. Sin prudēter & cordatè dicta ſunt quæ produximus,conſtat Silenum nobis fuiſſe placatum & propitium.

## PRAEFATIO, SEV HERCVLES GALLICVS,

### D. Eraſmo Roterodamo interprete.

ARGVMENTVM.

*Præfatio eſt eiuſdem rationis,cuius & ſuperior,niſi quòd quantum ad argumentum attinet,rationem & cauſſam hic reddit cur natu iam grādior adhuc in eloquētiæ exercitatione uerſetur,ſtudiū atq; ætatem ſuam exemplo eo defendens, & ut ipſe ait, etiam conſolans, quo apud Gallos ipſa eloquentia depingitur, nimirum* Herculis, *eiuſdemq; iam ſenioris imagine.* Fingit *autem imaginem ſeu typum eum à ſacerdote quodam* Gal-
C *lorum,quales ea ætate* Druidæ *fuiſſe perhibentur,explicatam, & ſingulorum picturæ eius membrorum rationem ſibi traditam eſſe,etiam* Homeri *atq; aliorum poetarum locis, utpote à perito* Græcarum literarū *additis.* De *quibus in ipſo orationis contextu ac ſerie uideri ſatius eſt,quàm hic pluribus immorari.*



Erculem Galli lingua gentis uernacula Ogmium uocant. Porrô deum ipſum noua quadam atque inuſitata figura depingunt. decrepitus eſt apud illos, recaluaſter, reliquis capillis, ſi qui reliqui ſunt,planè canis, cute rugoſa, & in aterrimum exuſta colorē, cuiuſmodi ſunt nautæ iſti ſenes. Charōtem potius,aut Iapetū quempiam ex his qui apud inferos uerſantur,diceres. In ſumma,quiduis potius quàm
D Herculem eſſe coniiceres ex imagine. Atque tali ſpecie quum ſit, tamen Herculis ornatum gerit,ut qui tum leonis exuuium indutus ſit,tum clauam dextera teneat,tum pharetram humeris aptatā portet,tum arcum tenſum læua prætendat. denique modis omnibus Hercules eſt. Hæc equidem arbitrabar in Græcanicorum deorum contumeliam perperam facere Gallos quū eum eiuſmodi fingerent effigie,quò nimirum illum talibus picturis ulciſcerentur, quòd olim in regionem ipſorum incurſaſſet prædas agens,id temporis, quū Geryonis armenta ueſtigans, Occidentalium gentium pleraſque regiones peruaſtaret. At nondum etiam dixi id quod erat in imagine maximè nouum atque mirādum.
E ſiquidem Hercules ille ſenex, ingētem admodum hominū multitudinē trahit, omnibus ab aure reuinctis:porrò uincula ſunt catenulæ tenues auro electróue confectæ, pulcherrimis iſtis monilibus adſimiles. Atqui quum uinculis uſqueadeo fragilibus ducantur,tamen neq; de fugiendo cogitāt,quum alioqui commodè poſſint,neque prorſus obnituntur, aut pedibus aduerſus trahentem obtendunt,ſeſe reſupinantes:uerùm alacres ac læti ſequuntur,ducētem admirantes, ultro feſtinantes omnes, & laxatis funiculis etiam anteuertere ſtudentes, perinde quaſi grauiter laturi ſi ſoluerentur uinculis. Ne illud quidem pigebit referre, quod mihi uidebatur omnium abſurdiſſimum. etenim quum nō inueniret pictor unde catenularū ſummas anſas necteret, uidelicet dextera iam cla-

uam,læua arcum tenente,ſummam dei linguam perterebrauit,atq; ex hac teli- F
gatis catenulis eos trahi fecit. Ipſe nimirum ad eos qui ducebantur, uultum &
oculos conuertebat,arridens. Hæc ego quum diutius aſſiſtens eſſem contem-
platus,admirans,hæſitans,indignans: Gallus quiſpiã,qui propius adſtabat,no-
ſtratium literarum non indoctus (id quod declarauit, quum Græcanicam lin-
guam abſolutè ſonaret,philoſophus opinor ex eo genere Philoſophorũ quod
apud illos eſſe fertur) Ego tibi,hoſpes,inquit,picturæ iſtius ænigma explicabo:
nam uidere uehementer ad eam attonitus ac ſtupefactus. Orationem nos Gal-
li nequaquam arbitramur eſſe Mercuriũ,quemadmodũ uos Græci, uerũ Her-
culi illam tribuimus, propterea quòd hic Mercurio longè robuſtior extiterit. G
nã quòd ſenex fingitur,nihil eſt quòd mirere.Siquidẽ una facundia cõſueuit in
ſenecta demũ abſolutum uigorẽ oſtẽdere, ſi modò uerum ueſtri dicunt poëtæ,

Obduci iuuenum denſa caligine pectus:
Contrà ſenectam poſſe quiddam dicere,
Rudi iuuenta melius ac præclarius.

Hinc uidelicet apud uos & Neſtoris lingua melle profluit, & Troianorũ con-
cionatores lirioëſſam edunt, uidelicet floridam quandam uocem : nam liria, ſi
ſatis commemini, flores appellantur. Proinde quòd ab auribus uinctos ad lin-
guam trahit ſenex hic Hercules, qui non aliud quàm ipſe eſt ſermo, ne id qui- H
dem debes admirari,qui quidem non ignores linguæ cum auribus eſſe cogna-
tionem. Neq; uerò ad contumeliã illius illud pertinet,quòd ea pertuſa eſt.nam
memini, inquit,& Iambicos quoſdam uerſiculos è cõmœdiis apud uos diſcere:

Siquidem uiris loquacibus
Extrema lingua perforata eſt omnibus.

Quin de eodem hanc in ſumma habemus opinionem,ut quicquid egit, id ora-
tione facundiaq; confeciſſe putemus,utpote uirum ſapientem,ac perſuadendo
pleraq; ſibi ſubegiſſe. Iam tela illius nimirum rationes ſunt acutæ,miſſiles,citæ,
atque animam ſauciantes: unde pennigera dicta uos quoque nominatis.Hac- I
tenus Gallus. Ac mihi quidem quum huc me conferens mecum inter eundum
perpenderem,num decorum iam eſſet,ut tam grãdis natu,quiq; iam pridem ab
his doctrinæ certaminibus memet abdicaſſem,rurſum me tam multorum iudi-
cum calculis exponerem iudicandum, in tempore ſubiit animum meum eius
picturæ recordatio. nam antehac uerebar ne cui ueſtrũ uiderer hæc admodum
pueriliter agere, quaſiq; præter ætatem iuuenari. Proinde ne quis Homericus
adoleſcentulus illud mihi impingeret dicens:

Aetas iam periit tua. Tum illud:
Ac te corripuit carioſa ſenecta,miniſter K
Inualidusq; tibi,& ſegnes tardiq; caballi.

Videlicet eo ſcommate pedes meos notans. Verùm quoties ſenex ille Herce-
les recurrit animo,ad quiduis adducor ut faciam, neque me pudet hæc audere,
quum ſim ipſi æqualis imagini.Itaque robur,celeritas, forma, & ſiqua ſunt alia
corporis bona,ualeant,cumq; his tuus ô Teie uates,Cupido,ubi me mẽto ſub-
cano uiderit,auro rutilantibus alis,ſi uidebitur,uel aquilas præteruolet,neq; la-
borabit Hippoclides, imò nunc uel maximè tempeſtiuũ fuerit facundia repu-
beſcere,florere,uigere,& quàm licet plurimos ab auribus ducere,ac ſæpius ar-
cu ferire: quandoquidem periculum non eſt nequando quis præter ſpem pha-

retram

A retram inanem reperiat. Vides quibus modis ætatem meã, meamq; ſenectutem ipſe conſoler animemq;, adeò ut non ſim ueritus nauim iam olim in terrã ſubductam, denuo reuellere, ſuisq; inſtructam armis, medium in pelagus demittere. Contingant autem à uobis ô dii, afflatus ſecundi, quandò nunc uel maximè præſente bono atque amico uento nobis eſt opus: quo ſi digni modò uidebimur, in nos quoque dicat aliquis Homericum illud:

Quos profert ſenior pannis è uilibus armos!

## DE ELECTRO, SEV CYGNIS, Vincentio Obſopœo interp.

B ARGVMENTVM.

*Et hæc ſuperioribus conſimilis præfatio eſt, in qua ſeipſum ac ſcripta ſua extenuat, adhibita ſimilitudine fabulæ eius quæ de electro ac Phaethonte, ac cygnis Eridani à poetis traditur: quam ut fictam ac falſam præſens experientia oſtẽdit, ita ſe uereri quoque ait, ne conceptam de ſe opinionem, auditorum præſentia imminuat, ac falſam coarguat. Commendat tamen interim eo nomine orationem ſuam, quòd ſimplex ſit, & minimè Cygnis illis Padanis ac fabuloſis, quod ad canoritatem ſpectet, ſimilis, neque etiam illorum fucatis ſcriptis, qui dum electrum atque aurum & ſpecioſa omnia affectant, Eridanum iſtum, ac cygnos poeticos, uanitate ac fumo longè excedant.*

C QVAM ſuper electro poëtæ commenti ſunt fabulam, ea & nobis planè perſuaſis fidem fecit, eſſe ſcilicet in ripis Eridani populos, quæ lachrymantes illud deſtillarent, Phaëthontem lugentes, eaſdémque Phaëthõtis ſorores fuiſſe populos: deinde iuuenis caſum luctu proſequentes, in arbores fuiſſe commutatas, atque etiamnum è lachrymis illarum electrum defluere. Hæc inquam cum poëtas canentes audiſſem, in ſpem ueniebam, ut ſiquando ad Eridani littora delatus eſſem, unam accedens ex arboribus, ac recluſo ſinu & cortice, nonnullas me ſuſcepturum lachrymas, ut ego quoque electrum poſſiderem. Et ſanè nõ multò antè alterius negocii cõficiendi gratia ea in loca iter habens deueni, & erat mihi commodùm traiiciẽdus Eridanus: neq; tamen cũ diligenter omnia loca circumcirca oculis obiiſſem atq; perluſtraſſem, aut populos uidi, aut electrum cõſpexi, ſed Phaëthontis nomen ne notum quidem erat incolis. Exquirente tandem me atque interrogante, Quãdo uerò ad populos electrum de ſe præbentes deueniemus? riſerunt nautæ, atq; manifeſtius ſi quid uellem iubebant proloqui. Et ego illis fabulam ordine percẽſui, Phaëthonta fuiſſe Solis filium, & hũc ubi iam adoleuiſſet, à patre poſtulaſſe, aurigandi copiam ſibi faceret, ut unius diei curſum & ipſe conficeret. Cæterùm patrẽ filii precibus annuiſſe, ac poſtulata præſtitiſſe, hunc autem inter aurigandum è curru delapſum & deiectũ periiſſe. Porrò illius ſorores lugentes eo loco alicubi, inquam, apud uos, ubi delapſus eſt, apud Eridanum in populos fuiſſe transformatas, & iam fratrẽ lugentes electrum lachrymando emittere. Quicunq;, inquiunt, hæc tibi dixit, uanum eum hominem fuiſſe apparet: teq; dolis produxit & mendaciis. Nos uerò neq; aurigam ullũ delapſum nouimus, neque eæ penes nos ſunt, quas tu iactas, populi. Quòd ſi quid eiuſmodi apud nos eſſet, num putas duorũ obolorum gratia nos ita laborioſè remigaturos, aut nauigia aduerſus fluminis impetũ tracturos, quibus promptum eſſet minori negocio & ſudore diteſcere, populorũ lachrymas colligentibus? Hæc cum dixiſſent, non mediocriter ſanè nautarũ dictis ſum pudore affectus. Confuſus autem obticui, quòd reuera puerile quiddam paſſus fueram, habita fide poëtis adeò monſtroſa mentientibus: quippe

quibus ſtudio eſt nihil ſani dicere, aut literis prodere. Vnica igitur hac ſpe,nec F
illa modica turpiter deceptus, indolui, non ſecus atque ſi è manibus electrum
deperdidiſſem: nimirum qui iam mecum deliberabam quomodo illo potiſſi-
mùm uti uelim. Porrò autem illud planè pro certo apud illos inuétum iri opi-
nabar, nempe cygnos complures in fluminis littoribus modulantes. Ac rurſus
nautas interrogo, adhuc enim nauigabamus: Atqui cygni quando tandé pro-
pter fluuium conſiſtentes,dulcem illum concentum uobis abſoluunt, ex utra-
que parte littoris? Siquidem & illos Apollinis aſſeſſores fuiſſe perhibent,ho-
mines canẽdi peritia & ſuauitate excultos & celebres,poſt id in aues eſſe com-
mutatos, eámque ob rem etiam nunc cantibus & modulis indulgere, necdum G
Muſices eſſe oblitos. Illi uerò ſublato riſu, Tu quidem,inquiunt,ô homo nun-
quámne hodie finem facies patriam noſtram & fluuium mendaciis infamandi?
Nos equidem ſemper remigandi ſtudio operam dãtes, ac penè omnem à pue-
ro ætatem laboribus in Eridano conſumentes, paucos nonnunquam cygnos
conſpeximus in fluminis paludibus,qui incomptam & inamœnam uocem, &
ſonum parum firmum edere ſolebant,ita ut coruos aut graculos cum illis col-
latos,Sirenas eſſe cõfirmare poſſis. Cæterùm dulce quiddam & optabile,ut tu
dicis,ne in ſomnio quidem canentes unquam audiuimus. Itaq; demiramur un-
dénam iſta de nobis conficta in hominum opinionẽ uenerint. In multis etiam H
aliis facile ac promptum eſt credentes decipere,iis quibus ſingula quæque iuſto
magnificentius narrare atque extollere moris eſt. Quare & ego nunc de mei-
pſo in metum uenio,ne & uos,qui nuper ueniſtis,ac nos primùm audiſtis, ele-
ctra quæpiam aut Cygnos apud me inuenturos ſperantes, tandem non multò
pòſt abeatis, & eos qui uobis magnifica de me ſunt polliciti,ſubſannetis, mul-
tas eiuſmodi uerborum diuitias in orationibus meis repoſitas affirmantes. At
ego Deos teſtor, talia me ipſum de orationibus meis ſuperbè & magnificè ia-
ctantem,neque à uobis neq; ab alio quoquã unq̃ auditum eſſe,neq; poſt quen-
quam ita inſolenter agentem auditurum fore. Neque tamen fieri potuiſſe ne- I
go,ut in alios non paucos incidas quoſpiam Eridanos, quorum orationes non
electrum ſolum, ſed aurum quoque deſtillat, qui longo interuallo uocis dul-
cedine cygnos ſuperant poëticos. Mea uerò dicendi ratio quàm ſimplex ſit,ac
minimè fabuloſa, uidetis,neque ullam habet modulationem admixtam. Quo-
circa uidendũ eſt ne idem tibi imprudenti contingat,maiore de nobis ſpe ani-
mo concepta, quod perſæpe ſolet accidere ſub undis aliquid ſpectantibus.ſi-
quidem exiſtimantes tantæ magnitudinis illa eſſe,quanta illorum apparent ob-
tutibus, dilatante umbra ſplendorem,quibus iam ſubtractis, multóque mino-
ribus inuentis,diſcruciantur animo. Iam ergo tibi prædictum ſit,ut effuſa aqua K
ac meis reuelatis, nihil magnum expectes te hauſturũ, aut te ipſe ob ſpem fal-
ſo conceptam condemnabis.

## MVSCAE ENCOMIVM.

### ARGVMENTVM.

*Declamatio eſt ex eorum genere quæ exercendi ingenij cauſſa tractari ſolent,adoxa pleraq;, & ipſo argumento dicentem parum iuuantia: qualia ſtatim ab initio inde ſophiſtas tractaſſe,etiam ex Iſocrate apparet, qui in exordio de laudibus Helenæ,inutilem ac intempeſtiuam in rebus friuolis, & à cõmuni uſu alienis,diligentiam illorum ob id reprehendit. Quanquam uidetur Lucianus diſcipulorum magis quàm ſui oſtentandi cauſſa, huiuſmodi argumenta tractaſſe: nempe ut horum exemplo etiam ad ſeria copioſiores, & ad inueniendum promptiores illos redderet. Et ex ſuperioribus præfationibus ſatis apparet, illis tum tẽporibus cum*

*hac*

A *hæc ſcriberet, rhetoricam publicè profeſſum eſſe, ſiue hoc in Gallia, ut quidem ex Hercule aliquo modo cõiecturam facere licet, ſiue etiam alio aliquo loco. Porrò autẽ tanta diligentia omnia perſecutus eſt quæcunq; de muſca dici aut inueniri poſſunt, ut uix aliud copioſius quicquã in hoc genere tractatũ reperias, adeò ut ſi explicare oratione, atq; amplificationibus illuſtrare ſingula uoluiſſet, planè illud quod ipſe in fine uereri ſe ait, ex muſca elephãtem feciſſet. Principiò enim quæcunq; ad corporis habitũ, formã ac membra, & ad uſum itẽ eorum pertinẽt, ita ſingillatim perſequitur quæq; ut nihil prætermiſſum poſsis dicere. Deinde uero & ad interiora, & ad animum tranſiens, prudentiam quandam & fortitudinem in illa commendat, adhibitis etiam ad hoc teſtimonijs Homeri. Poſtremò neq; illa intacta relinquit, quæ quaſi à fortuna accepiſſe uideri poteſt, ut reminiſcentiam iſtam, ob quam cum Hermotimo Pythagorico confert quoq; illam, deinde & uictus & diætæ rationem, & quòd aliquando ex hominibus tranſmutata fuit, & eodem nomine etiam fœminæ quædam appellatæ fuerunt: & alia quæ in contextu ac ſerie orationis facilè cuiuis apparent.*

B MVSCA eſt ſic minima uolucrum, ut poſſit cum muſcellis & culicibus comparari: ſed tanto illis eſt maior, quantũ ipſa ab ape relinquitur. Pennata eſt autem, non eo modo quo cæteræ uolucres, quarum hæ quidem pennas in toto habẽt corpore, hæ uerò uelocibus utuntur & pernicibus alis: ſed ex pelliculis ſunt illi pennæ, quemadmodum locuſtis & cicadis & apibus: ſed tanto molliores habet pennas, quanto Græca ueſte tenuior & mollior eſt Indica. Si quis muſcam diligenter inſpiciat quando in ſole alas expandit & concutit, uariis eam pictã coloribus ut pauones uidebit. Eſt illi
C uolatus non cõtinuo pennarum remigio, ut ueſpertilionibus: neq; ſaltu, ut locuſtis: neq; cum ſtridore, ut ueſpis & crabronibus: uerùm flexilis ad quamcunq; aëris partem ſe moueat. Adde quòd non uolat quietè & cum ſilentio, ſed cum cantu & melodia: non item immitè & ſæuè, quemadmodum culices & muſcellæ: neq; cum graui fremitu apum aut ueſparum horribilem oſtentans ſonum, & minacem, ſed tanto uolat his ſuauius muſca, quãto ſunt tuba & cymbalis tibiæ dulciores. In reliquo uerò corpore caput quidem tenuiſſimum collo continetur, & eſt uerſatile, non compactum & affixum humeris, ut eſt locuſtarũ. Oculi uerò prominent, qui cornu plurimũ habent. Pectus eſt bene compactum. Sunt
D ei innati pedes, non ut ueſpis adſtricti ualde & complexi. Aluus autem minuta eſt & ipſa, & thoraci etiam ſimilis, zonas latas & ſquamas habens. Vlciſcitur tamen non aculeo ut apis & ueſpa, ſed ore & proboſcide, quam & ipſa eodem modo habet ut elephanti: præpaſciturq; & aſſumit, & inhærens continet concauo uaſe in ſummitate proboſcidis: ex ipſa uerò dens foras prominet, quo pũgens bibit & lac. Sed dulcis & ſuauis eſt ipſi uel ſanguis non magno cum dolore hauſtus eorũ quos pupugit. Sexipes uerò eſt: quatuor ſolis incedit, duobus autem anterioribus etiam ut manibus utitur. Videres igitur ipſam gradientem quatuor, atque edulium aliquod tenentem ſublime manibus, more ualde
E humano, atque ut nos. Naſcitur autem non ſtatim talis, ſed uermis ab initio, uel ex hominibus mortuis, uel ex aliis animalibus: deinde ſenſim & pedes effert, & producit alas, fitq; ex reptili uolucris, & cõcipit paruum uermẽ, qui muſca fit: poſtea conuiua autẽ & contubernalis & cõmenſalis hominum, deguſtat omnia, præter oleum. mortem enim ei affert epotum oleum: & tamẽ breuis eſt uitæ. ualde enim anguſta data eſt illi uita. Luce plurimùm gaudet, & in hac ciuiliter uerſatur: nocte uerò quieſcit, & ſilentium agit, & neq; uolat, neq; cantat, ſed contrahit ſe, & non mouetur. Non paruam eſſe eius intelligentiam queo dicere, cum inſidiatorem & hoſtem ſuum araneũ effugiat. inſidiantem enim & obſeruat, & contrà intuetur, declinans illius impetum, ne capiatur irretita, & in

beſtiolæ incidens caſſes. Fortitudinem enim & robur ipſius non oportet di- F
cere,ſed Homerus poëtarum maximus cum quæreret quonam modo laudaret
Heroum optimum,non leoni,pardóue aut apro comparat robur illius,ſed au-
daciæ muſcæ,& intrepiditati,& conatus magnitudini. neque enim audaciã,ſed
*Iliad.1.* fiduciam eſſe illi refert: Quanquam eſt (inquit) repulſa,non deſiſtit tamen,ſed
eſt appetens morſus. Sic autem laudat magnopere muſcam & amplectitur, ut
non ſemel,neque paucis in locis de ea meminerit,ſed ſæpe exornat ſic carmina
*Iliad.4.* commemorata muſca: nunc enim gregarium eius uolatum ad lac exponit,nũc
autem Mineruam curanti matri dormientẽ infantem comparans quãdo à Me-
nelao telum repellit,ne ad lethalia loca incidat, muſcam rurſus ducit in exem- G
*Iliad.lib.2.* plum. Atqui pulcherrimo eas adiectiuo ornauit,cantatrices confertas appellãs,
& cũ gregem earum gentem uocat. Sic autem fortis eſt, quòd mordẽs aliquid
uulnerat,non hominis ſolùm pellem, ſed & bouis,& equi. elephãtem quoque
mœrore afficit, in illius ingreſſa rugas, & pro magnitudine proboſcidis lace-
rans. Coitus uerò & uenereorum & nuptiarum eſt ipſis multa libertas, nec,
ut galli,cum inſcenderit mas,ſtatim reſilit,ſed uehitur â fœmina diu,fertq; illa
ſponſum,conuolantq;,nec aërium illum coitum uolatu deſtruunt. Obtruncata
uerò capite muſca, plurimũ uiuit parte reliqua corporis, reſpiratq;. Quod au-
tem eſt maximum in natura ipſarum,non eſt ſilentio prætereundũ,quod Pla- H
to in ſermone de anima,deq; animorũ immortalitate ſolum præteriiſſe mihi ui-
detur. mortua enim muſca, ſuperinfuſo cinere reuiuiſcit, & noua ei generatio
quædam,atq; ab integro alia fit uita: ut uerè perſuaſum ſit omnibus,quòd illa-
rum quoq; immortalis eſt animus. ſiquidẽ & digreſſa reuertitur iterũ,& agno-
ſcit & ſuſcitat corpus, muſcamq; uolare facit, & uerificat de Hermotimo Cla-
zomenio fabulã,quòd ſæpe cũ reliquiſſet eũ anima, per ſe ipſam ibat peregre,
deinde reuerſa implebat iterũ corpus,& ſuſcitabat Hermotimum. Et quãquam
ocioſa & remiſſa eſt muſca,ueſcitur tamen quæ laborãtur ab aliis,& plena ubi-
que eſt ei menſa. nam ipſi & capræ mulgentur, & apis non minus muſcis la- I
borat q̃ hominibus: atq; huic coci obſonia condiunt,& deguſtat antequam ipſi
reges, deambulansq; per menſas unà cum ipſis cõuiuatur,& ſimul ueſcitur o-
mnibus. Tugurium autem ſeu nidum non in uno loco conſtituit,ſed errabun-
dum uolatum tollens,more Scytharũ ubi à nocte deprehenſa fuerit,ibi & do-
mum facit & lectum. In tenebris uerò,ut dixi,nihil operatur: neq; dignũ putat
aliquid latens efficere,neq; quid turpis facere exiſtimat,quod in luce factum,ſit
ipſi dedecori. Ait uerò fabula perpulchram olim mulierẽ fuiſſe muſcã, loqua-
cem tamẽ & garrulam & cantatricem, & in amore contendiſſe cũ luna ambas
eodem tempore Endymionis: deinde cũ dormientem adoleſcentulum aſſiduè K
excitaret,friuola loquens & cantans,& circa ipſum laſciuiens,ægrè illũ tuliſſe:
lunã uerò iratam in hoc animal tranſmutaſſe muſcã,& nunc propterea omni-
bus inuidere ſomnum,qui dormiunt, Endymionis memorem,& adoleſcentu-
lis præcipuè & teneris. Morſus autem ipſe & cruoris auiditas,non ruſticitatis,
ſed amoris eſt & humanitatis ſignũ. nã eo quo poteſt modo fruitur, & ex pul-
chritudine decerpit aliquid. Fuit etiam apud antiquos mulier quædam cogno-
mento muſca, poëtria perquã formoſa & docta, & alia perinſignis Athenien-
ſium meretrix,de qua ait poëta comicus: Ad cor uſq; eum muſca mordebat. Sic
autem neque comica gratia dedignata eſt,neque muſcæ nomẽ excluſit à ſcena,

neque

A neque pudebat parẽtes hoc nomine filias appellare. Tragœdia uerò magna etiam cum laude de muſca meminit,ſicut in his: Graue quidem & moleſtum eſt forti robore Saltare muſcam in uirorum corpora, ut cæde impleatur: uiros autem armatos hoſtilem haſtam timere. Multa etiam de Muſca Pythagoræ poſſem dicere,niſi nota omnibus eſſet hiſtoria. Naſcuntur & maximæ quædã muſcæ,quas militares multi appellant, nonnulli uerò canes, ſonitu aſperrimæ, & uolatu uelociſſimæ. Hæ & longiſſimæ uitæ ſunt, & tota hyeme incibatæ perdurant, contractæ præſertim & connexæ tectis & culminibus. In quibus & illud eſt admiratione digniſſimum,quòd utrunque & fœminarum & mariũ fa-
B ciunt,conſcendúntque uiciſſim, ut Mercurii & Veneris filius,qui miſta natura fuit,& duplici forma. Poſſem etiam adhuc multa dicere,ſed finiam orationem, ne uidear ſecundum prouerbium ex muſca elephantem facere.

## ADVERSVS INDOCTVM, LIBRORVM LONga ſupellectile tumentem,ſermo, Anaſtaſio interprete.

ARGVMENTVM.

*Acerba quadam irriſione obiurgat ex popularibus ſuis,ut uidetur,quendã diuitem, & multos undiq; libros commercantem,cæterùm indoctũ,& nullis bonis ſtudijs conuerſatũ. Illud oſtendens,quòd non librorum copia & ſpecioſa ſupellex,ſed aſſidua ac diligens lectio doctũ faciat. Atq; ab hac propoſitione ſtatim exor-*
C *ditur quoque,ut dicat errare illum, ſi quia libros multos ac precioſos habeat, propterea ſe putet inter doctos ac eruditos recenſendum eſſe. Rationes ſumuntur à cauſſis,& qualitate perſonæ,uidelicet quoniã ipſe prorſus literarum ignarus ſit, & non libri,ſed librorum lectio eruditos faciat, perinde ut nec arma militem, ſed animus præſens,& utendi peritia. Atq; hoc argumentum poſtea multis ſimilibus & exemplis per inductionem amplificat,quorum pleraque eiuſmodi ſunt,ut miram elegantiam ac feſtiuitatem habeant. Poſtea autem & factum illius in ſuſpicionem uocat, & à cauſſis finalibus criminatur, quas ipſas quoque ut uanas & indignas pleraſq; confutat & irridet,præcipuè ultimã,qua uidebatur Imperatoris ſeu regis,ut ipſe uocat, gratiam ambire: quam & à circunſtantijs perſonæ refellit, & ſtultitiam illius comparatione quadam depingit. Ad poſtremum grauiter atque acerbè obiurgat illum, & cõmonet quibus rebus relicto hoc inutili coemendorum librorum ſtudio,incumbere potius debeat,quò uidelicet & rei conſulat, ac famæ ipſe ſuæ.*

D AT crede mihi,quod tu putas,haud ex eo conſequêre quod agis. Perſuaſum enim cum habeas futurum,ut ſi omni ſtudio optimos undique libros coëmeris,ipſe quoque inter doctos ac eruditos ponaris: planè tibi diuerſum accidit, atque hoc demum argumento tua inſcitia & inertia uulgo proditur. Tametſi profectò optimos codices minimè cõparas, ſed ut quiſque à bibliopola laudatus eſt,fidem habes: ac prorſus qui hæc de libris mentiuntur,prædam te faciunt, iſtiſque codicum cauponibus pulchrè partus eſt theſaurus. Nam quo pacto tu queas dignoſcere ueteres ac eximios, aut futiles & putidos? niſi inde coniicias, quòd arroſi ac mutili,ínque his diiu-
E dicandis,blattis tineíſque utaris æſtimatoribus. quî enim credam liquidò ac certò hæc te poſſe peruidere? Et ut dem tibi hanc cognitionem perſpectam,ac tenere quæcunque Callinus pulcherrimè, aut ille laudatus Atticus omni cura abſoluta deſcripſerunt, quid hinc tibi commodi redit, hominum ineptiſſime? qui neque ſcriptorum ſpeciem cõſideras,neque profectò magis uti ſcis, quàm cæcus frui pueri uenuſtiſſima facie. Ac tu apertis quidem oculis, & mehercle ad tædium uſque libris incumbis, & nonnulla ualde feſtinata lectione percurris,ut ſæpe lumina os anteuortant, ſed hoc non etiam ſatis eſt, niſi noris uirtutem quoq; totius & uitia orationis,ſenſumq; ſcriptorum intelligas,& quæ ſtructura ſit uerborum, & quàm ad certam quandam minimeq; fallacem amuſſim

cuncta auctor exegerit, mox cernas ambigua, syncera parum ac cõcinna: quid F
mihi respondebis? Num hæc nosse te, cum nunquam didiceris? An uerò sicut
ille quondam pastor, aureum ramum à Musis tu quoque accepisti? Sed Helico-
na certè, ubi Musas habitare aiunt, nõ ita es à puero instructus, ut audieris opi-
nor unquam nominari, & meminisse Musarum tibi religio est. Nam cum pa-
store sanè, quanquam aspero & multo sole deformato, non piguit has congre-
di: at qualis es (quæso uerò te per Libanitidem, concede hoc mihi, ut quædam
tuorum facinorum prætermittam) talis inquam ne aspectum quidem, sat scio,
ferrent, at potius myrto uel malua cæsum sua sede eiicerent, ne Olmeũ aut Ca-
balli fontem, quibus gregibus sanè horumq; magistris sitim sedare permissum G
erat, polluas. Non credo te esse tam impotentem, tametsi in huiusmodi nimis-
quam es fortis, ut ausis affirmare bonis literis te fuisse imbutũ, aut studuisse un-
quam ut uerè probatos codices tibi faceres familiares, uel quòd hic tibi præ-
ceptor extiterit, aut ad illum discendi gratia te contuleris. Et nunc omnia illa
uno hoc te consecuturum spes est, si ingentem librorum aceruum congesseris.
Proinde si hoc es animo, age cõquire quicquid Demosthenes ille orator etiam
sua manu scripsit. Deinde Thucydidis historiam, quæ octies huius oratoris in-
dustria extat descripta. Iam ut tot tibi libri sint, quot Athenis in Italiã aduexit
Sylla, ut super his dormias, affixos tibi ubique circumferas, num ideo eruditior H
es futurus? Sicut enim adagio fertur, Simia est simia, etiam si aureum cultum ge-
stet. Et librum quidem semper in manu portas, legisque semper aliquid, quo-
rum tamen nihil penitus intelligis, sed asinus micans auribus lyram auscultas.
Quòd si librorum copia doctum redderet eum qui comparasset, preciosa pro-
fectò res erat, & uobis tantùm diuitibus propria, si quidẽ ueluti in foro paupe-
res nos superantibus daretur mercari: imò cum ipsis bibliopolis, quibus libro-
rum tanta copia est, qui distrahunt, doctrina & eruditione quis certet? quos ta-
men, si rem spectes, inuenies haud multò te bonis artibus præstare. nempe ser-
mone rustico utuntur, mente nihil ualent, quales meritò sunt qui in honesti & I
turpis contemplatione nunquam sunt uersati. & tu unum modò aut alterum
codicem redis mercatus, isti diu noctuq; in manibus uoluunt. quid ergo cõmo-
di hic expectas? aut cur non ipsæ cellulæ librariæ doctæ tibi uidentur, quæ tot
ueterum auctorum scripta complectuntur? Age uerò, si non est molestũ, pau-
lum quiddam responde, aut quia infantior es quàm ut possis, saltem annue uel
abnue ea quæ sum rogaturus. Quæso te, si quis tibia canẽdi artis ignarus pror-
sus, fortè sit nactus Timothei tibias, aut quas Ismenias septem talẽtis emit Co-
rinthi, án ne arte inflabit? uel nullus usus huic rei erit, qua scitè uti nequit? Re-
ctè sanè abnuisti. Nam neque quibus Marsya & Olympus cecinerunt, hoc effi- K
cient, ut concinnum quiddam inspiret, qui nunquam didicerit. Verùm si quis
Herculis arcus habeat, cũ Philoctetes non sit, qui solus tendere potuit, & quod
collimasset figere, quis tibi uidebitur? Num qui facinus edat dignum sagittandi
perito? Negas hoc quoque. Eodem pacto igitur & ratem gubernare ignorans,
& qui nunquan equum conscendit: ille si pulcherrimã & aduersus uentorum
procellarúmque impetus munitissimam sit nauem sortitus, hic uerò Centauro
satum, aut generosissimæ notæ equum, utrumq; derisum iri opinor, quòd neu-
ter suis bonis uti possit. Annuis? Obsecro uerò hoc etiam cõcede, si quis, uelut
tu es, indoctus, infinitos sibi libros acquirere laboret, censen' aliud hoc suo fa-

cto

A ćto quàm risus & iocos eruditis facturum? Quid cessas annuere? Nã argumentum clarum est, quiq; hoc ita fieri cernũt, uulgatum illud haud dubiè inclamãt: Quid cani cum balneo? Fuit non ita multò antè in Asia uir opulentus, cui calamitoso casu, cum per niuem iter faceret, putrefactus è frigore, usturis uterque pes deperierat. ille tam miserabilem fortunam expertus, infelicitatem solari cupiẽs, ligneos pedes truncis accommodabat, ac calceis indutus, undiq; seruis innixus incedere gaudebat. Vbi hoc insuper deridiculum comminiscebatur: crepidas pulcherrimas & nouas semper cura erat summa mercari, ut ita calceis speciosis ligna sua, nempe pedes, essent conspicua. Nunquid uerò his adsimilia fa-
B cis tu quoq;? qui cum clauda mente sis, ac siculneis sensibus, emis auratos soccos, quibus uix aliquis pedes integer rectè possit ingredi. Et quoniã inter alios tuos codices Homeri poesin sæpenumero repositam est cernere, accepto aliquis libro legat tibi secundum Iliados, cuius caue aliquid perpendas, nam nihil ad te, præterquam qui isthic depictus est uehementer absurdus homo, mutilo ac portentoso corpore, qui isthic concionatur. Therśites est. Ille inquam huiusmodi si adeptus sit Achillis arma, putásne propterea fortẽ iuxtà & decentem futurum, qui & fluuium transiliat, & alueum turbet trucidatoris Phrygum cruore: occidat post Lycaona & Asteropæum, Hectorem, cum ne Meliæ qui-
C dem pondus humeris sustinere queat? Negabis opinor, ac potius dices, dũ post clypeũ claudicaret, mox humi procũberet impar armorũ oneri, siquando sublato capite è galea prospectaret, suos istos intortos oculos ostendẽs, deinde loricæ subiecto gibbo uelut tuberes, & ocrearũ dum in terra repit, tractus: hæc inquam dices risum omnibus motura, & ipsum dehonestaturũ primùm panopliæ opificem, deinde etiam dominum. Tu uerò nũquid animaduertis prorsus idem tibi accidere, dum librum manu tenens progrederis, cuius aluta purpurea, bullulæ aureæ sunt, at tu barbara uoce legis, deformans & euertens scriptoris dignitatẽ? Hæc cũ facere te uident, non solùm eruditi ridere solent, sed tui etiam
D assentatores, quorum consuetudine unicè oblectaris, auersi se intuentes, à cachinno minimè abstinẽt. Age uerò, narrabo tibi quod Pythiis gestũ memoratur. Tarentinum quendam Euangelũ apud Tarentinos non obscuro loco natum, nec incelebrẽ, inuasit cupido uincẽdi Pythia: ubi in iis quæ nudi certamina ineunt, non posse fieri ut superior euaderet, quippe qui neque robore, neque pedum uelocitate esset præditus, facilè cogitauit. Verùm cithara & carmine omnibus præmia præreturum esse, persuaserãt pestes illæ quas apud se fouebat, laudantes & applaudẽtes ad exilissimum quenque cantus strepitum. Itaque uenit Delphos ueste auro insigni, & corona aureis lauri foliis plexa splen-
E dens. hæc uerò etiam smaragdis lauri fructui æqualibus uariegata erat. At cithara, uisu mirabile, apparatu diues, ex purissimo auro fabricata, annulis & gẽmis passim ornata, suisque locis, Musarum, Apollinis & Orphei imaginibus sculpta, spectatores suspensos animis tenebat. Iam autem uenerat dies quo in theatrum erat descendendum. conueniunt tres certaturi, obtigitq; sors Euangelo ut secundo loco caneret. procedit ille post Thespin Thebanum, qui non malè suas partes egerat, auro, smaragdis, beryllis, hyacinthis totus collucens. ipsa purpura, quæ auro contexta uisebatur, cõmendabat hunc cultum mirificè: quibus cũ iam stupentes reddidisset, ac noua quadam & incredibili spe replesset spectatores, cum omnino iam & citharã pulsare, & adcinere esset necesse,

perſonat agreſte quiddam, inersq; & incompoſitum: ſimul dum immodicè ci- F
tharam increpat, rumpit tres fides: cantus autem planè ineptus erat, & ſolutus, ita ut ab hominibus qui aderant, rideretur: ſed ludorum præfecti offenſi hominis temeritate, loris cæſum è theatro proiecerunt. Hic uerò iucundiſſimum erat ſpectaculum aureus ille Euangelus, cum per mediam ſcenam traheretur ab his qui uerbera infligebant, lachrymans, crura plagis cruentus, humi interim colligens delapſos dum unà uapulat, citharæ annulos. Exiguo autem temporis ſpacio interpoſito prodit Eumelus quidam Eleus, peruetuſtam citharam afferens, cuius lignei erant clauuli, ipſe ueſtem indutus uix unà cum ſerto decem denariorum precii. At ille & bellum edebat carmen, & ritè ſicut ars poſcebat, G
chordas feriens modulabatur. itaq; & uictor abibat præconis uoce proclamatus, ridens interim Euangelum, qui nequicquam cithara ac annulis iſtis ſeſe oſtentaſſet. Et aiunt ſic fuiſſe allocutum: Aurea lauro redimitus es Euangele, & quid ni? opibus enim uales. me uerò quia pauper ſum, Delphica oportet eſſe cõtentum. Veruntamen hoc commodi tuus tibi ornatus peperit, quòd cũ neminem tui miſereat, oderint omnes iſtas tam ineptè ſuperfluas delicias. Mirum uerò ni pulchrè tibi cum hoc Euangelo conueniat, quatenus ne tu quidé ſpectatorum cachinnos quicquam moraris. Arbitror autem non intempeſtiuum eſſe, ut lesbiam quãdam fabulam tibi narrem. Cum Orphea Threſſæ mulieres H
dilaniaſſent, ferunt, caput uatis unà cum lyra cum primùm Hebrus excepiſſet, in nigrum Pontum eiectum, ac ita ſimul nataſſe caput ac lyram, illo lugubre quiddam in Orphei necem canẽte, hac uentis chordas percellẽtibus aptos materiæ faciẽte modos, donec ad Lesbum appellerẽtur, ubi incolæ fluctibus utriſque ereptis, caput ſepulchro condiderunt, lyram autem ſuſpenderunt in templo Apollinis: in quo cum bene longum tempus fuiſſet adſeruata, multis annis pòſt Neanthus Pittaci Tyranni filius, cum quæ de lyra narrabantur, audiſſet, quòd beſtias hac demulſiſſet Orpheus, plantas & ſaxa mouiſſet, quódque ipſo iam cæſo tamẽ per undas lata, nemine modulãte reſonaſſet, capitur incre- I
dibili amore habendi hanc: quare ingenti pecuniarũ ui corrupto ſacerdoti perſuadet, Orphei lyram, alia ſuppoſita, ſibi det: qua accepta, parum tutũ ratus interdiu hac in urbe ludere: nocte ſinu occultam efferens, ſolus in ſuburbiũ pergit. Quò ubi uenit, lyram pulſare incipit, ac chordas perturbat, ſperans ſtolidus & imperitus artium iuuenis, fore ut diuinum aliquod carmen percuſſæ fides redderent, quo cunctos permoueret, & animi affectus quò uellet traheret, ut hoc nomine beatus haberetur, Orphei muſices hæres. Dum hæc agit, uicini canes, qui in eo loco erant plurimi, ſtrepitu exciti coeunt, ac infelicem iſtum citharœdum diſcerpũt: quod ipſum ſolum cum Orpheo cõmune habuit, poſt- K
quam canes adduxerat. Manifeſtiſſimè igitur oſtenſum hoc exemplo eſt, non lyram eſſe quæ homines & feras lenierit, ſed artem ac carmẽ, quæ præ aliis excellentia mater Orpheo contulerat, lyra nihil à quibuſuis barbitis differente. Quorſum uerò attinet Orphea tibi aut Neanthum proponere? cum noſtra ætate uixerit, & ni fallor, adhuc ſuperſtes eſt, qui Epicteti Stoici lychnum fictilem trecentis denariis mercatus eſt, ſperans futurum ſcilicet, ut ſi noctu ad iſtam lucernam legiſſet, mox Epicteti ſapientiam ſomniaret, & ſimilis efficeretur admirando ſeni. Sed nuperrimè alius quiſpiam Protei Cynici baculum, quem cum in flammam inſiluit, reliquerat, emit talento, cuſtoditúmque etiamnum

inter

A inter reconditas ac chariſſimas opes habet, oſtentatq; non ſecus ac Tegeatæ apri Calydonii tergus, & Thebani oſſa Geryonis,& Memphitæ Iſidis capillos. At ille tanti boni poſſeſſor,ipſum ſe quoq; ſtultitia & nugacitate ſuperauit. Viden' quàm peſſimè res tuæ habeant? & quòd caluariæ fuſte opus ſit? Ego uerò etiam Dionyſium quondam ſcripſiſſe Tragœdiam accipio, ſed qua nihil fuerit unquam minus elegans,aut magis ridiculum: quam cũ dediſſet legendam Philoxeno, nec ille adulari poſſet,ſed ſalibus inceſſeret ſcriptorem,ſępenumero in lapidicinas coniectus eſt. Cum autem Dionyſius cõtemni ſeſe, & uulgo fabulam eſſe comperiſſet, nulli operæ ac impenſæ pepercit, ut Aeſchyli pugillari-
B bus quibus ſua poemata deſcribere fuerat ſolitus, potiretur: quibus acquiſitis, iam ſe plenum ex Aeſchyli ceris numine,& planè attonitum putabat:& tamen in his longè abſurdiora ſcribebat, quale eſt Doricum illud: ἦκεν ἡ Διονύσου γυνή. Et iterum: ὄιμοι γυναῖκα χρυσίμην ἀπώλεσα. nam hoc quoque inde ſumptum eſt. Et hoc: αὐθὶς γὰρ ἐμπαίζουσιν οἱ μωροὶ βροτῶν. Hoc tamen poſtremum non parum rectius in te quadret, quàm Dionyſium,& propterea ceras inaurare debebas. Nanque obſecro quid conſequendi ſpes eſt,quòd libros uoluis,reuoluis,colligis,quod nõ decet reſecas,croco pingis,& polis cedro,amicis pellibus,bullulas infigis?ſic a-
C gis tanquam fructum inde percepturus,& factus es ſcilicet uehementer ex hoc mercatu melior,quippe qui ſic loqueris,ac potius qui piſcibus magis es mutus: uitam autem qualem uiuas,dictu fœdum eſt:hoc certè aiũt, tuam illam obſcœnitatem extremè odiſſe uniuerſos. quòd ſi librorum hæc eſſet culpa,fugiẽdum ab eis erat quammaximè procul. Duo autem cum ſint quæ à ueteribus ſcriptoribus petas, dicendi uirtutem,& honeſtè uiuendi rationes:dum quæ bona ſunt imitaris,quæ mala,deuitas: quandò neutrum ſpectatus es,quid aliud comparaſſe dicemus te,quàm ludum muribus,& tineis habitaculum,ac ſeruis,ſi negligẽtiores in codicibus curandis fortè fuerint, uerbera? Sed quod ſum nunc dictu-
D rus, haud ſcio an tibi ſummam ignominiam afferat: ſiquis forte fortuna te conſpicatus(ſicut ferè cerni amas)habentem in manu librum,roget,auctor quis ſit, orator,hiſtoricus,poëta:ac tu ex inſcriptione doctus,aptè dicas quæſitũ:poſtea, ita ut fit,dum ſermo familiaris progreditur ſæpe longius,ille laudet aliquid aut accuſet ſcriptorum,tu uerò non habeas quod reſpondeas, nonne optes tum ut tibi tellus dehiſcat, qui in tui perniciem uelut Bellerophontes codicem attuleris? Demetrius Cynicus cum Corinthi conſpexiſſet ineruditum quendam pulcherrimum librum legentem,opinor in Bacchis Euripidis locum, ubi nuncius Penthei fatum & factum Agaues exponit,arreptum codicem lacerauit: Satius eſt,inquiens,ſemel à me,quàm à te toties dilaniari Penthea. Scire autem perue-
E lim (quod ego nulla quantumuis diligenti animi cogitatione aſſequi poſſum) cuius rei gratia tanto ſtudio in hoc ſis uerſatus. Nam fructus & uſus cauſſa nemo putare queat,qui te uel mediocriter nouit: non certè magis quàm ſi caluus pectinem emat,aut ſpeculum cæcus,aut tibicinem conducat ſurdus,ſcortúmue ſpado,uel nauem qui nullum mare propinquũ habet,aut gubernator aratrum. Sed fortaſſis hac re tuas opes iactas, dum palàm facis, etiam in res tibi nihil utiles, ex immenſis diuitiis eſſe quod inſumas. Atenim quantum ego, qui & ipſe Syrus ſum,exploratum habeo,niſi te locupletis iſtius hominis teſtamento, dolo fraudeq; mala ſubingeſſiſſes,iamdiu uenum libris datis,fame tibi fuiſſet pereundum. At fieri poteſt ut nunc deinceps ideo libros undique accumules,quò

fidem facias assentatoribus tuis,quos audis quotidie prædicantes te non modò F
bellum & amabilem rhetorem,sed sapientem quoque & historicum,qui secun-
dum non inueniat. Fertur quoque orationes quasdam te in conuiuiis ex more
recitare,ac illos terrestrium ranarũ instar sitibundos exclamare, nec potare nisi
prius clamore differantur.Nã nescio quo pacto non est difficile naso te suspen-
dere,qui omnia credis, sicut illud nuper, te uni cuipiam regi assimilem, quem-
admodum Pseudalexander quondam,ac Pseudophilippus,& superioribus an-
nis Pseudonero, & si qui alii hoc modo mentiti sunt. Nec mirum est te homi-
nem insulsum ac stolidũ sic affici, & lectica uehi,aut illum regis incessum,uul-
tum,habitum denique totum studere imitari, gaudereq; siquis te huic conferat. G
Quid hoc mirum,inquam, quandò etiam Pyrrhus Epirota,alioqui uir clarissi-
mus,dicitur ita ab assentatoribus fuisse corruptus, ut se Alexandro illi similem
arbitraretur,quanquam istorum sacrilegorum opus palàm erat omnibus:Nam
Pyrrhi quoq; imagines iam circumferebantur, & tamen ille hoc erat persuasus,
expressam esse Alexandri figurã. Hactenus equidẽ cõtumelia affeci Pyrrhum,
quòd tecum comparaui:uerùm quod supereſt, pulchrè inter uos cõuenit.Nam
Pyrrhus postquam ita esse in animũ induxerat,nemo erat omnium qui diuer-
sum uel sentire uel loqui uellet, donec uetula quædam eius Lariſſæ hospita,id
quod res erat prolocuta, uesaniam hominis repressit. Ille enim cum Philippi, H
Perdiccæ,Alexandri, Cassandri,aliorúmque regum Macedonũ imagines pro-
tulisset,rogauit cuínam ex illis simillimus uideretur,omnino pro certo habens
fore ut Alexandro pronunciaret. At illa diu contata, tandem Batrachioni in-
quit.erat enim quidam in urbe cocus Batrachio nomine, Pyrrho perquam si-
milis. Tu quoque quem ex histrionicis cinædis referas, tacere malo : sed quòd
uniuersi dicant ingenti te correptum insania, qui illam imaginem tibi cõuenire
putes,hoc uerò sat scio.Itaq; nihil est noui si tam nullius artis pictor cũ sis,uiris
eruditissimis æquari te postulas, iis fidẽ habens,qui hoc te nomine laudibus ef-
ferunt.Quorsum uerò has nugas,cum causa sit in promptu istius tui librorum I
coaceruãdorum studii?tametsi,qui meus est stupor, nunc demum animaduerti.
Nam,quod opinare,prudenter hoc inuenisti,ideoq; in magnã spem erectus es,
regem intelligẽtem uirum,& in primis amantem doctorum, postquam didice-
rit quam des operam libros plurimos habere, in nulla planè re tibi defuturum.
Verùm heus mollicule,an tu putas tantum Mandragoræ oculis regiis offusum,
ut cum hæc audiat,nõ etiam habeat compertum, qualis tuæ diurnæ uitæ ratio,
quæ conuiuia,cuiusmodi noctes,qualibus & quibuscum cõsuetudinẽ agas?An
nescis multos regibus esse & oculos & aures? Et quę tu facis,adeò latent nemi-
nem,ut & surdis & cæcis sint cognita. Atque utinam loquentem possemus au- K
dire,ac lauantem daretur contueri: quanquam quia aliter putas, non attinet te
in publico uestibus exutis cerni. nec enim serui tui tacebũt quæ noctu indigna
relatu facinora edis.Respõde igitur mihi hoc quoq;:si Bassus ille noster Sophi-
sta,aut Batalus tibicen, aut iste Sybarita Cinædus Hemitheon, qui nobis præ-
claras illas leges cõdidit, quemadmodum omni spurcitiei genere furere opor-
teat,si istorum inquam unus aliquis leonina pelle circundatus, clauã manu te-
nens prodambulet, quid? Herculémne existimas,'quibus obuiàm factus sit,ha-
bituros?non equidẽ opinor,ut maximè ollis fortè cæcutiant.sexcẽta enim sunt
quæ repugnant:incessus,obtutus,uox, obliqua ceruix,uarius fucus, unguenta

quibus

A quibus uos ſoletis excolere: & omnino ſicut in prouerbio eſt, citius ſeptẽ elephantos ſub alis abſconderis, quàm unum cinædum. Iam cum leonina pellis hunc nõ occulat, tun' ſperas libello cõtectus poſſe latere? Sed fieri nequit quin te prodant alia illa ueſtri indicia. In ſumma, ignorare te uideo quòd bonam & ſplendidam famam non ab illis librorum inſtitoribus, ſed à ſe ipſo, & quotidianæ uitæ modo petere conueniat. An uerò confidis aduocatos ac teſtes probitatis futuros tibi Atticum & Callinum librarios? Caue putes, ſed ſæuos homines perdituros te, ſi Dii ſinant, ac ad extremam paupertatem redacturos: quẽ nunc tandem modeſtiorem, ac magis cogitantem, par erat iſtorum codicum uni cui-
B piam ex eruditis copiam facere, ſimulq; ex iſta nuper extructa domo migrare: iis etiam apud quos mancipia proſtant, reddere partem ſaltem multorum debitorum. Etenim his duobus præcipuam collocaſti operam, ut libros poſſideres raros, & adoleſcentes ualidos ac robuſtos mercareris. Proinde conſidera q̃ ſit res aurea cõſilium. Nam meo quidem iudicio rectiſſimum fuerit, ſi miſſa feceris ea quæ non magnopere ad te pertinent, ac illum alterum morbum curaris, & pro miniſtris (ſic tamen, ut ne perpetua emptione res domeſticæ deficiãt) adhibueris ingenuos aliquos, quibus ne tutum quidem ſit ſi abs te digrediantur, niſi precio hoc redimas, proferre omnia quæ uos inter comeſſandum deſi-
C gnatis, qualia nuper puſio tuus obſcœniſſima de te mane domo egreſſus narrabat, etiam ſigna oſtendens ſceleris. Ego uerò teſtes facio quotquot tum aderãt, quàm indignè tulerim, & uix manus continuerim, iratus tui cauſſa, maximè cũ unum atque alterum adduceret confirmaturos quæ dixerat, qui & ipſi eadem multo ſermone declamabant. In hos ergo uſus reconde argentum, bone uir, ut domi tutò iſta perpetrare poſſis. Nã quis nunc deinceps ab iſtis quibus te aſſuefeciſti, retrahat? Non facilè ceſſat canis corium rodere ubi cœpit. At illud alterũ, ne in poſterum libros commerceris, facilè obtinebimus. Doctus es, ſapiens es. Quicquid uſpiam antiquitatis extat, hoc tibi modò nõ in ſummis labris natat.
D omnem hiſtoriam tenes, omne orationis artificium, uirtutem, uitia, dictionum Atticarum uſum: ac planè ſcitus es, & in omni ſciẽtiarum genere primus, ob librorum aceruum. Nam quid uetat etiam me tibi ciconiam pinſere, quandò decipi te iuuat? Ego uerò perquam uelim fieri abs te certior, cũ tot tibi libri ſint, quibus potiſſimùm te occupes, Platonis, Antiſthenis, Antilochi, Hipponactis? Aut ſpretis his, magis rhetores in manibus habes, & Aeſchinis orationẽ aduerſus Timarchũ legis? An uerò iã antè hæc omnia tibi ſunt clara, nec eſt cur legas, at in Ariſtophane & Eupolide totus es? Scin' Baptas? percurriſti totã fabulam? Nam alicubi tetigit te poëta. nuncubi puduit te agniti flagitii? Hic autem ite-
E rum miramur quali animo, qualibus manibus libros uerſes. Quando? nũ interdiu? quod nemo unquam facere te uidit. At noctu. An cum iſtis aliis es intẽtus? aut ante ueſtra exercitia, quæ niſi cum caligine terra eſt obducta, aggredi non auſis? Miſſos uerò fac libros, ac tuam rem potius cura, quanquam hoc quoque indignum eſt, debuerasq; Euripidis Phædrã ſaltem uereri, quæ mulieribus ſuccenſet, ac inquit:

Nullas tenebras expaueſcunt conſcias,
Neue ædium uocem latebræ edant, timent.

Quòd ſi omnino decreuiſti tuo morbo blandiri, age abi, mercare libros, domi conclude, fruere partorum bonorum gloria, hac ſcilicet contentus: caue uerò

tangas, aut lecturus aliquid aperias, ne sit in ore tibi ueterum aliqua oratio aut F
poëma nihil malè de te meritorum. Non sum nescius hæc frustra à me disputari: & nugas esse meras, iuxta adagionem, Aethiopem lauare. Nam tu non cessabis libros coëmere, cum ab eruditissimis quibusque rideberis, quibus nō hoc agitur, ut libri niteant, & magnifici sint, sed ut utiles uerbis & sententiis uerborum. An uerò speras ista opinione tuam inscitiam posse occulere, & codicum multitudine permouere uulgus? Nescis autem quòd imperitissimi medici idem faciunt, qui eburneis uirgulis, & uasculis quibus sanguinem eliciunt, argenteis, scalpellisq; auro insignibus superbiunt: cum uerò horum iam usus est, ne in manus quidem rectè capere sciunt: alius autem quispiam in medium prolato phle- G
botomo, rubigine quidem ambeso, sed bene acuto, ægrum morbo leuat. Sed ut tuarum rerum magis iocosam faciam comparationē, ad hos mihi tonsores aspice, & inuenies eos qui artifices optimi sint, nouaculam tantùm ac forpicem & mediocre speculū habere. Sed ignaros artis, etiam si infinita specula & forpices proponant, non tamen latêre, artis quòd nihil calleant tonsoriæ. Accidit q; hoc risu digniſſimum, quòd plerique apud uicinos tondent, coram ipsorum speculis comuntur. Et tu alii quidem cui usus esset, commodare librum certè posses, ipsis uti non potes: tametsi nulli commodasti unquam, facisque hoc tantùm quod canis in præsepe, qui cum hordeo non uescatur, equum tamen uolentem H
pasci, haud sinit.

## DE NON TEMERE CREDENDO CALVMNIAE, Philippo Melanchthone interprete.

### ARGVMENTVM.

*Argumentum ac summam orationis titulus indicat, uidelicet quòd non temere credendū sit calumnie, propterea quòd multi proprijs affectibus aut commodis impulsi, innocentes sæpenumero & bonos uiros, apud eos qui facilè delationibus quibusuis aures & fidem adhibent, per iniuriam ac fraudem opprimāt. Oratio est didactica, nisi quòd circa finem etiam ad suasorium genus aliqua parte pertinere uideri potest, ubi consulit ac monet delatores non facilè admittendos atque audiendos esse, aut certè ea quæ deferuntur, diligenter perpen-* I
*denda, quòd ex huiusmodi calumnijs multa ac grauia mala ferme sequātur.* Orditur autem *à loco communi, ignorantiam puta pernicioſum malum hominibus esse.* Cui postea *institutum negocium accommodat, præcipuè uerò addens, circa calumniam. atque hinc proposito de quo dicturus sit, principiò ceu occasionem quādam futuræ descriptionis præmittit narrationem de* Apelle apud Ptolemæum *delato, & quo pacto idem* Calumniam *ultus sit, depicta eius imagine.* Atque exinde *ad ipsam rem accedens, definit primùm* Calumniam, *postea calumniatores quales sint, & ubi potißimùm uersentur, quibus rebus ac studijs intēti sint, & qualibus instrumentis quoque ad circumueniendos & opprimēdos innocentes utantur, describit.* Hinc *ipsum quoque qui traducitur, quis & qualis conditionis sit, & quid maximè in eo obseruetur, idque distributione quadam prosequitur, additis etiam exemplis quibusdam, atque similibus.* Postremò *& illum depingit qui calumniatori aurem præbet, qualem ferè esse contingat, & quid quisque faciat: tractata etiā per occupationem quæstione, an* K
*prout quisque uir dignior, aut famæ spectatioris erit, ita admittendus atque audiendus quoque magis sit, an prorsus nulli uni ac soli credendum.* Digna *sanè oratio, quæ in nobilium atque potentum parietibus & aulis ubique scripta ac picta, ceu dicitur, ob oculos ponatur.*

PErnicioſa res ignorātia est, & uariis modis noxia mortalibus, nō solùm communi hominum uitæ tenebras quasdā offundere, ac ueri cognitionem obliterare solita, sed priuatas quoque singulorum rationes miscens ac perturbans. Quo fit ut perinde atque qui in tenebris errant, imò haud aliter quàm cæci, iam huc, iam illuc impingamus. Quòd haud procul nobis & ante pedes est situm, non uidemus: formido est his capi, à quibus etiam quamlongißimè absumus. Denique in rebus humanis nihil tā faustè

feliciterq;

A feliciterq; agitur, quòd non error aliquis interpolet. Hinc ſunt innumeræ illæ tragicæ clades, fata Labdacidarum ac Pelopidum, aliæ item aliorū calamitates. ferè enim quicquid malorum ſcenæ ac pulpita clamant, ab ignorantia ceu tragico deo compoſitum proficiſcitur. Illa uerò cum aliàs poteſt plurimum, tum noxia eſt immodicè ſiquando in calumnias familiares, & mutua inter ſe amicorum crimina incidit, quibus ſolent & inteſtinis diſſidiis res domeſticæ, & odiis ciuilibus urbes funditus euerti. In natos ſæuire parentes, nati parētibus inſidiari, frater fratri, amans amanti, amicus item ab amico diuelli. Turbari demum omnia calumniæ uafritia. Itaque quo pacto caueri facilè poſſit, & qualiſnam ſit
B calumnia, unde originem trahat, quantum ferè efficiat, hac oratione uelut in tabella depingam. Porrò quam eius imaginem ſubiiciam, Apelli Epheſio pictori acceptam refero, dicatam, quum is apud Ptolemæum regem coniurationis quæ in Tyro auctore Theodota facta eſt, inſimulatus eſſet, quanquam neque Tyrum uiderat unquam, neque Theodotam nouerat, niſi quantum fama accepit eum Ptolemæi præfectum Phœnicen adminiſtrare. Verùm Antiphilus quidam artis gratiæq; Apelleæ æmulus, illum apud regem cōiurationis Tyriæ reum fecit, cum Theodota principe factionis uiſum familiariter congredi, cōuiuari, ſecretò item & in auriculam inter conuiuandū colloqui. Paulò pòſt & defeciſſe
C Tyrum, & Peluſium Apellis conſilio occupatum eſſe. Tum Ptolemæus præter modum, cum & aliàs non ſatis animi compos eſſet, aſſentatione inſuper tyrannica fractus, adeò excanduit, adeò admiratione calūniæ percitus eſt, ut coniecturis quæ cauſſæ fidem aut facerent, aut minuerent, neglectis, non animaduerterit calumniatorē Apelleæ artis æmulum eſſe, dein fortuna minori Apellē, quàm ut Peluſium prodere poſſet: hunc itē beneficiis regiis plus cæteris pictoribus auctum: neque interim percontatus num aliquando ille in Tyrios nauigaſſet. Quin ſtatim plectendus uidebatur. Regiā tumultu inſolito Rex perturbat, Apellen perfidum, ingratum, reum uiolatæ maieſtatis, inſidiatorem, coniu-
D ratum, clamat. Ac niſi quiſpiam è ſociis coniurationis qui capti tenebantur, & audax Antiphili ſcelus ſtomachatus, & infelicis Apellis miſertus, nihil ei cōmune cum ſeditioſis fuiſſe probaſſet, dubio procul Tyriorum malorum pœnā capite multatus ſoluiſſet, etiamſi nihil ſibi malè conſcius. Ptolemæus igitur collecto animo ſententiā mutauit, Apellen donauit talentis centum, addito in ſeruitutem Antiphilo calumniatore. Apelles contrà periculi memor, tali eſt imagine calumniam ultus. Ad dextram conſidet quiſpiam auribus prælongis inſignis, quales ferè illæ Midæ feruntur. Manum porrigit procul accedenti calumniæ. Circunſtant eum mulierculæ duæ, Ignorantia, ni fallor, ac Suſpicio. Adit
E aliūde propera Calumnia eximiè compta, uultu ipſo & geſtu corporis efferam rabiem, & iram æſtuanti conceptam pectore, præ ſe ferens, ſiniſtra facem tenēs flammiuomam, dextra ſecum adoleſcentem capillis prehenſum, manus ad ſuperos tendentem, obteſtantemq; immortalium deorum fidem, rapit. Anteit uir pallidus, in ſpeciem impurus, acie oculorum minimè hebeti, cæterùm planè iis ſimilis, qui ſontico aliquo morbo contabuerunt. Hūc facilè coniicias Liuorem eſſe. Quin & mulierculæ aliquot Calumniam ſequuntur comites, quarum eſt munus, dominam hortari, inſtruere, comere. interpres picturæ aiebat Inſidias ac Fallaciam eſſe. A tergo, lugubri habitu, pullata laceraq; Pœnitētia ſubſequitur, quæ capite in tergum deflexo, cum lachrymis ac pudore procul ueniētem Ve-

ritatẽ excipit. Hac Apelles tabula casus suos lusit. Iam & nos, si uidetur, Ephe- F
sii pictoris exemplo, recenseamus calumniæ rationes. Principiò nobis effigian-
*Calumniæ finitio.* da est & explicanda finitione quadam, quæ uice iconis fuerit. Est enim Calu-
mnia, delatio ementita odio, clanculum reo calumniatori credita, delato ad re-
spondendum ac refellendum non admisso. Quæ definitio personis, perinde at-
que comicum argumentũ, tribus cõstat, delatore, delato, & auditore calumniæ.
Singulorum partibus defungemur hanc acturi fabulam. Omnium, si lubet, pri-
mum producamus in medium, actus principem, & quasi præsultorẽ, auctorem
calumniæ. Is quidem quàm minimè bonus uir sit, ignorat nemo. Neque enim
quisquam uir bonus amico damnum dare caussatur. Nam boni uiri est, homi- G
num sibi animos conciliare studio bene merendi de amicis, neutiquam inimicis
criminandis. Vnde haud incommodè colliges, iniustum, sceleratum, impium, in
summa, damnosum rebus communibus calumniatorem esse. Nam quis est cui
non uidetur in uniuersum iustitiæ pensum æqualitas, & quod aiunt, Ne quid
nimis: inæqualitas, & item quod nimium est, iniustitiæ? Qui uerò clãculùm ab-
sentem insectatur, æqualitatis metas egreditur: quippe auditorem sibi totum as-
serit, aures eius anteuertit, obstruit, & inuias respõsuro, calumniis refertas, effi-
cit. Ea sanè extrema est iniuria uel optimorũ legumlatorum iudicio Solonis &
Draconis, qui iureiurando Senatum Atheniensem adstrinxere, ut pari benigni- H
tate gratiaq; tam reum quàm actorem iudex audiat, dum alterius caussam ho-
nestiorem intelligat. Scelestum & crudele iudicium esse, si quid statuatur antea
quàm cum accusatione comparata sit defensio. Ad hæc, sibi malè propitios deos
reddunt iudices isti, qui cum accusanti aures liberè indulserint, reo denegãt, aut
præstigiis capti delatoriis mussitãtes condemnant. Tãtum à iusto, æquo, bono,
legibus & iureiurando senatus bene constitutæ ciuitatis calumnia discrepat.
Iam si cui dubiæ fidei legum conditores uidentur, quorum decreta commonẽt,
iustitia, non studio partium iudicare, is longè optimi poëtæ impendiò scitã sen-
tentiam, imò uerò legem sacrosanctam audiat: I

Nec nisi librato dirimat sententia litem,
Parte quid ex utraque queat examine caussa.

Nimirum uates intelligebat, ex omnibus nullã esse neq; grauiorem neq; auda-
ciorem iniuriam, quàm indicta caussa quenquam mortalium damnare. Id uerò
ex omni parte calumniator molitur, uti cum furore ac uecordia hominis coram
quo res agitur, indefensum reum committat, defensurum parteis suas clãcula-
ria sectione arceat. Adeò enim hoc hominum genus obnoxium est formidini,
adeò nihil audet palàm, sed perinde atque qui ex insidiis transuersi hostẽ inua-
dunt, ex abdito alicunde specu iaculatur, ut nõ sit qui cõtrà uel mittere telum, K
uel manu cõtendere possit, hostisq; ignarus aduersarii, fraudisq; insçius pereat.
Quod profectò minimè fallax indicium est, in calũnia nihil inesse ueri, nihil sa-
ni prorsum. Nam qui accusaturus quempiam, sibi conscius est ueri, procul du-
bio & palàm audet aduersarium incessere, corrigere, purgantem crimen ferre:
ut in bello, qui iusta acie uincere hostem palàm potest, turpe ducit astu & insi-
diis certare. At hoc genus homines in aulis regiis spectare plurimos datur, opti-
matum fauorem hisce artibus ambienteis, ubi scilicet & inuidia crebra, & uariæ
suspiciones, & assentãdi criminandiq; occasio multiplex in promptu est. Siqui-
dem ibi quo pluribus plura spes ostentat, eo necesse est maiore inuidia, fæuiori-

bus

A bus odiis,æmulatione callidiore certari. Illic uideas licet,quàm acres alter in alterum oculos defigat,qua cura obſeruet, ueluti ſingulari certamine cõgreſſus, ſi quid uſpiam in alterius corpore forte fortuna nudum aut malè munitũ conſpiciat,quod ferire feliciter poſſit. Ita ſtudio cuique eſt,cum ipſe primus eſſe cupit,uti proximum deiiciat,exturbet,conuellat,proculcet. Hic ſiquis eſt uir frugi, temere euertitur,illuditur, denique ignominioſe exterminatur. Contrà qui aſſentandi paulo peritior eſt,& habiliore ad mẽtiendum ingenio probatur,ſuperat. Sanè omnino iuxta Homeri carmen eſt huius certaminis alea.

Vndique communi ſæuitur Marte,pariq;
B Victúſque uictorq; cadunt fato.

Alium ſubinde alius alia uia aggreditur, ut ferè fieri ſolet ſicubi de magnis agitur commodis,ſed per calumnias iter eſt ut compendiarium,ita minimè ſecurũ. Principia inuidiæ debent, inter ſpemq; metumq; fluctuanti: exitus nihil nõ miſerabile,tragicum,calamitoſum habet. Cæterùm quadruplatoris ipſum quoque ſtudium nequaquam facile eſt, ſimpléxue, quanquam ita fortaſſe uideatur, ſed arte multiplici,ſolertia peculiari, indefeſſa denique & accurata diligentia opus habet. Neque enim noxia fuerit calumnia,niſi in ſpeciẽ ſimilia uero narret: neque temere cũctarum alioqui rerum dominam Veritatem ſuperauerit, niſi au-
C ditorem argumentoſa & probabili actione,in ſumma,mille modis fallat. Porrò defertur is plerunque qui honore quodam alios præſtat, nempè iis inuidioſus qui ſpe illius fruſtrati ſunt. Quo fit ut omniũ telis affectetur,ceu obex qui uiam aſſequendæ dignitatis aliis intercluſerit. Séque primos tum ſinguli fore confidũt,ſi ſublimem iſtum loco demoliti ſint,ab amicis abalienarint. Tale quiddam in gymnico curſu fieri conſueuit, ubi ſiquis eſt curſor ingenuus, ſtatim ruptis carceribus primas affectans, & animum ad ſtadii metas adiiciens, ſpe uictoriæ è robore ſuo concepta,neque ſequenti incommodat,neque omnino laboris huiuſce ſociis quicquã ſtruit remoræ. Contrà qui malitioſus,imbellis, eneruis cõ-
D tendit curſu cum aliis,deſperatis uiribus in fraudem intentus agitur, atq; in uniuerſum hoc unicum ſpectat,quà currẽtem occupet,impediat, ac intercludat: & ni ſuccedat actus, non eſt ut ullo alio modo uincere poſſit. Haud aliter in ambiendis magnatum amicitiis accidit, ubi ſiquis feliciter anteuertit,in medias cõtinuò labitur inſidias,& incautus ab æmulis captus diſcerpitur. Hi deinde amari,coli,amici uideri incipiũt, uel ob id unum, quòd bonis incommodarint. Iam uti probabilem & dignam fide calumniam faciant, nõ quod fortuitò caſus oſtendit, prehenſant,ſed in hoc toti ſunt,ut accurato delectu obſeruent ne quid abſonum aut alienum à cauſſæ fide incidat. Adeò rationes eius quẽ criminan-
E tur,uniuerſas in peiorem partem trahunt,ſuſpectas reddunt,quò fidem addant accuſationi. Medicum inſimulant ueneficii,magnificum ciuem affectatæ tyrannidis,tyrãnum proditionis. Interdum auditoris affectus ſua calumniis diſcrimina ſuppeditat, cum quo ſi ueteratores iſti & nugiuendi ſuas technas comparẽt, aptè illuditur. Quòd ſi auditorẽ zelotypum norint: annuit,inquiunt,ille uxori tuæ inter epulas,& defixis in eam oculis alto ſuſpiria pectore duxit, uxor uiciſſim ſuaue quiddam & amatoriũ, alia item quæ ad ſuſpicionem adulterii faciũt. Sin poëticæ ſtudioſus,ea ſibi arte præter modum placeat, Philoxeno,aiũt,carmen tuum non probatur: hiulcum,lege ſolutum cenſetur. Ad religioſum: en ille de pietate deq; diis malè ſentit,ſacra deteſtatur, prouidentiã uniuerſi guber-

natricem pernegat. Tum auditor ceu œstro in auriculam immisso excandescit, F
ut pro re coniicere licet: & amicũ ab se, impos animi, re ipsa nondum contentè
cognita, missum facit. Talia ferè sunt quæ ab impuris istis confinguntur, uidelicet ad irritandos audiẽtium animos maximè accommoda. Tum qua parte singuli præstãt, eam potissimùm iaculis suis obnoxiam ii faciunt, ne quod auditor subita interturbatus ira, uero cognoscendo collocet ocium: deinde sese purgaturo non fiat hominis copia, quem criminis admiratio speciesq; ueri occuparũt.
Etenim dici non potest quàm instructa sit, quantumq; ualeat calumniæ facies,
siquãdo cum cupiditatibus auditoris conflictatur. Quondam apud Ptolemæũ,
cui Dionysio cognomen fuit, quispiam Demetrium Platonicum accusauerat, G
quòd in Bacchanalibus aquam biberet, solusq; omnium muliebribus nõ uestiretur: de quo, nisi accersitus ad regem mane palàm uino libasset, & instita muliebri amictus, ad numeros Dithyrambicos, cymbalorumq; modos saliisset, planè actum erat, quòd & regium exemplum non esset imitatus, & aspernaretur
Dionysiorum mollitiem. Apud Alexandrũ grauissimi criminis reus fiebat, qui
colere & adorare Hephæstiona nollet. nam posteaquam is uiuis excessit, amore uictus Alexander effuso animo ad reliquam funeris magnificẽtiam additum
uoluit, ut mortuus inter deos Hephæstion haberetur. Continuò ei templa ciuitates pleræq; dicarunt, delubra condiderunt, aras, sacra, ferias nouo Deo san- H
xerunt. Iusiurandum omnium religiosissimum Hephæstionis nomine fuit. Capitale erat siquis hac parte uel cõtaretur, uel neglectim coleret. Hic euiratus affectus, hæc uesania, fuit assentatoribus occasioni accendendi inflammandiq; regis. Narrabantur insomnia, uisæ Hephæstionis umbræ, prædicabantur illius responsa. Denique aræ & sacra dicata sunt familiari & malorũ uindici deo. Proinde cum his Alexander initiò mirè oblectaretur, tãdem ita captus est, ut fidem
quoque adhiberet, gloriaretúrque quòd non modò diis genitus esset, sed deos
quoque ipse faceret. Quo tempore quantum putamus amicorum Alexãdri afflixit Hephæstionis diuinitas! Si quibus non uideretur commune numen uene- I
rari, accusabantur, deportabantur, gratia regia excidebãt. Tum Agathocles Samius, qui primos aliquandiu ordines apud Alexandrum duxerat, magnis itẽ ab
rege honoribus auctus, parum abfuit quin cum leonibus committeretur, criminatus quòd illachrymasset præteriens Hephæstionis sepulchrum. Verùm Perdicca hominẽ seruauit, deos omneis, ipsumq; Hephæstiona iuratus, eum sibi in
uenatione augusta specie deum clarè uisum, mandasse ut Alexandro diceret,
parcendum esse Agathocli, qui non hoc lachrymasset, quòd aut uana sibi Hephæstionis diuinitas uideretur, aut mortem miseratus esset cõmunem: sed pri- K
stinæ consuetudinis & mutui amoris memoria permotum esse. Sic igitur affecto Alexãdro, locus assentationi & calumniæ aptissimus fuit. Nam perinde atque oppugnaturi urbes, non quà probè munitæ sunt alto, præcipiti ac solido
mœnium opere, hostes inuadunt: sed ubi sentiunt quamminimè defendi, muniri, muros accessu faciles, collapsos, hac omnibus uiribus certatim contendũt,
quò citra difficultatem irruere, ac potiri rebus queant: ita qui criminandis aliis desudant, quod in auditoris animo languidum, fragile, facile subactu uident, in
eam partem traducunt coguntq; machinas suas. Demum quando insultus hostileis nemo præsentit, nedum non obnititur, expugnant. Iam intra muros cuncta igni ferroq; deuastant, excidunt, populantur: qualia uero simile est capto &

in

A in ſeruitutem redacto animo fieri. Arma ſunt iſtis aduerſum abſentem, fallacia, mendacium, periurium, ſupplicium, impudẽtia: denique innumeræ impoſturæ, ac malitioſæ cautiones. Omnium maximè præſens, & longè efficaciſſima aſſentatio, calumniæ cognata, imò ſoror. Quippe nemo hominum tam generoſo eſt pectore, etiam adamantino ſeptus muro, qui cum calumniæ concedat, nõ idem aſſentatione uincatur. Hæc foris recti iudicii ceu fundamenta ſuffodit ac ſubruit. Intus coniurati cum hoſtibus proditores, irruentes adiuuant, manus porrigunt, portas aperiunt, & modis omnibus connituntur ut auſcultatorem calumnia ſibi ſeruum faciat. Sunt autem proditores de quibus dico, nouãdi cupido,
B natura humanis ingeniis cõſita, præſentium item faſtidium, ſequax eorum animus quorũ admiratione capitur. Neſcio enim quî fiat, ut omnes amore ſui immodico admiratio furtim rapiat, & ſuſpicionibus illectet. Quoſdam equidem cõperi ſtudio calumniæ adeò ſuauiter titillari auriculas, ut ſi pennis confrices. Proinde talibus adiuti ſociis calumniatores cum eruerint, cuncta pro uiribus euertunt: nec magno emitur uictoria, ubi nemo repugnat, nemo uim tormentorum ſuſtinet, aut iaculis iacula mutat: ſed qui auſcultat, ipſe ſeſe ſponte ſua in manus hoſtium dedit. Interim ignarus inſidiarum eſt qui accuſatur. Nam haud aliter qui deferũtur, atque qui captis urbibus pereunt, dormientes trucidantur.
C Et quod eſt in primis mirabile, neſcius ſe reum haberi, neque cuiuſquam ſibi ſceleris conſcius amico candidè congreditur, familiariter cõpellat, facitq; pro more, iam antè vndique circunuentus inſidiis miſer. Tum ille, ſi homo ingenuus eſt, & liber, confidenſq;, frangit iram, & effundit animum, defenſionem recipit, agnoſcitq; ſe fruſtra aduerſus amicum exacerbatum fuiſſe. Sin autem eſt indole ſeruili, & malè maſcula, audit quidem, & ſummis arridet labris, uerùm odit, & clanculum dentibus frendit: ac, ut inquit Poëta, Extruit iræ fundamẽta. Quo ego homine profectò nihil iniuſtius, nihil tetrius exiſtimo, qui admorſo labro bilem intus alit, odiumq; intra ſe conceptum auget, aliud in pectore clauſum,
D aliud in lingua expromptum habet, agitq; læta & comica facie tragœdiam meram, & nihil non triſte patientem. Id ille maximè patitur, quum ſimili delator uecordia apud eum cui parat inſidias, odium muſſando diſſimulauit, effecitq; ut amicus ei uideretur. Tum enim ne uox quidem delati, nedum non defenſio audiri ſolet. Tantũ fidei calumniæ facit, concepta de illorum amicitia opinio. Hic quanto ſatius erat perpendere inter amiciſſimos non rarò clam aliis graueis ſimultatum cauſſas intercedere. Sæpenumero item, quorum ſeſe reũ calumniator fieri metuit, ſocium inſimulat: ut quum anteuerterit accuſando, ſuſpicione culpę ac crimine elabatur. Atq; ideo ferè fit, ut quibus nos putent amicos, tantũ,
E inimicos nunquam calumniemur. Nam actioni quæ ipſa ſeſe præ ſe ferẽs actoris odium prodit, fidei nihil eſſe poteſt. Verùm quos uulgo amicos æſtimant, aggredimur, ceu auſcultatori ſpecimen fidei noſtræ daturi, ubi ſua ipſius cauſſa commoda ſalutemq; familiarium amicorum neglexiſſe uidemur. Eſt & genus aliorum, quibus tametſi compẽritur falſo criminatum apud ſe amicum, tamen cum credidiſſe pudet, neq; aſpicere illum, neque in gratiam redire audent: perinde ac ipſi iniuria ſint affecti, quòd alienam iniuriam nõ proſpexerint. Proinde multa ſunt humanæ uitæ mala ex eo quòd promiſcuè ac ſine diſcrimine calumniis creditur, quale eſt quod apud Poëtam ait Antia:

Bellerophontem occide, aut Prœte peribis,

natricem pernegat. Tum auditor ceu œstro in auriculam immisso excandescit, F
ut pro re coniicere licet: & amicũ ab se, impos animi, re ipsa nondum contentè
cognita, missum facit. Talia ferè sunt quæ ab impuris istis confinguntur, uidelicet ad irritandos audiẽtium animos maximè accommoda. Tum qua parte singuli præstãt, eam potissimùm iaculis suis obnoxiam ii faciunt, ne quod auditor subita interturbatus ira, uero cognoscendo collocet ocium: deinde sese purgaturo non fiat hominis copia, quem criminis admiratio speciesq; ueri occuparũt.
Etenim dici non potest quàm instructa sit, quantumq; ualeat calumniæ facies,
siquãdo cum cupiditatibus auditoris conflictatur. Quondam apud Ptolemæũ,
cui Dionysio cognomen fuit, quispiam Demetrium Platonicum accusauerat, G
quòd in Bacchanalibus aquam biberet, solusq; omnium muliebribus nõ uestiretur: de quo, nisi accersitus ad regem mane palàm uino libasset, & instita muliebri amictus, ad numeros Dithyrambicos, cymbalorumq; modos saliisset, planè actum erat, quòd & regium exemplum non esset imitatus, & aspernaretur
Dionysiorum mollitiem. Apud Alexandrũ grauissimi criminis reus fiebat, qui
colere & adorare Hephæstiona nollet. nam posteaquam is uiuis excessit, amore uictus Alexander effuso animo ad reliquam funeris magnificẽtiam additum
uoluit, ut mortuus inter deos Hephæstion haberetur. Continuò ei templa ciuitates pleræq; dicarunt, delubra condiderunt, aras, sacra, ferias nouo Deo san- H
xerunt. Iusiurandum omnium religiosissimum Hephæstionis nomine fuit. Capitale erat siquis hac parte uel cõtaretur, uel neglectim coleret. Hic euiratus affectus, hæc uesania, fuit assentatoribus occasioni accendendi inflammandiq; regis. Narrabantur insomnia, uisæ Hephæstionis umbræ, prædicabantur illius responsa. Denique aræ & sacra dicata sunt familiari & malorũ uindici deo. Proinde cum his Alexander initiò mirè oblectaretur, tãdem ita captus est, ut fidem
quoque adhiberet, gloriaretúrque quòd non modò diis genitus esset, sed deos
quoque ipse faceret. Quo tempore quantum putamus amicorum Alexãdri afflixit Hephæstionis diuinitas! Si quibus non uideretur commune numen uene- I
rari, accusabantur, deportabantur, gratia regia excidebãt. Tum Agathocles Samius, qui primos aliquandiu ordines apud Alexandrum duxerat, magnis ité ab
rege honoribus auctus, parum abfuit quin cum leonibus committeretur, criminatus quòd illachrymasset præteriens Hephæstionis sepulchrum. Verùm Perdicca hominẽ seruauit, deos omneis, ipsumq; Hephæstiona iuratus, eum sibi in
uenatione augusta specie deum clarè uisum, mandasse ut Alexandro diceret,
parcendum esse Agathocli, qui non hoc lachrymasset, quòd aut uana sibi Hephæstionis diuinitas uideretur, aut mortem miseratus esset cõmunem: sed pristinæ consuetudinis & mutui amoris memoria permotum esse. Sic igitur affe- K
cto Alexãdro, locus assentationi & calumniæ aptissimus fuit. Nam perinde atque oppugnaturi urbes, non quà probè munitæ sunt alto, præcipiti ac solido
mœnium opere, hostes inuadunt: sed ubi sentiunt quamminimè defendi, muniri, muros accessu faciles, collapsos, hac omnibus uiribus certatim contendũt,
quò citra difficultatem irruere, ac potiri rebus queant: ita qui criminandis aliis desudant, quod in auditoris animo languidum, fragile, facile subactu uident, in
eam partem traducunt coguntq; machinas suas. Demum quando insultus hostileis nemo præsentit, nedum non obnititur, expugnant. Iam intra muros cuncta igni ferroq; deuastant, excidunt, populantur: qualia uero simile est capto &

in

A in ſeruitutem redacto animo fieri. Arma ſunt iſtis aduerſum abſentem, fallacia, mendacium, periurium, ſupplicium, impudētia: denique innumeræ impoſturæ, ac malitioſæ cautiones. Omnium maximè præſens, & longè efficaciſſima aſſentatio, calumniæ cognata, imò ſoror. Quippe nemo hominum tam generoſo eſt pectore, etiam adamantino ſeptus muro, qui cum calumniæ concedat; nō idem aſſentatione uincatur. Hæc foris recti iudicii ceu fundamenta ſuffodit ac ſubruit. Intus coniurati cum hoſtibus proditores, irruentes adiuuant, manus porrigunt, portas aperiunt, & modis omnibus connituntur ut auſcultatorem calumnia ſibi ſeruum faciat. Sunt autem proditores de quibus dico, nouādi cupido,
B natura humanis ingeniis cōſita, præſentium item faſtidium, ſequax eorum animus quorū admiratione capitur. Neſcio enim quî fiat, ut omnes amore ſui immodico admiratio furtim rapiat, & ſuſpicionibus illectet. Quoſdam equidem cōperi ſtudio calumniæ adeò ſuauiter titillari auriculas, ut ſi pennis confrices. Proinde talibus adiuti ſociis calumniatores cum eruerint, cuncta pro uiribus euertunt: nec magno emitur uictoria, ubi nemo repugnat, nemo uim tormentorum ſuſtinet, aut iaculis iacula mutat: ſed qui auſcultat, ipſe ſeſe ſponte ſua in manus hoſtium dedit. Interim ignarus inſidiarum eſt qui accuſatur. Nam haud aliter qui deferūtur, atque qui captis urbibus pereunt, dormientes trucidantur.
C Et quod eſt in primis mirabile, neſcius ſe reum haberi, neque cuiuſquam ſibi ſceleris conſcius amico candidè congreditur, familiariter cōpellat, facitq; pro more, iam antè vndique circunuentus inſidiis miſer. Tum ille, ſi homo ingenuus eſt, & liber, confidenſq;, frangit iram, & effundit animum, defenſionem recipit, agnoſcitq; ſe fruſtra aduerſus amicum exacerbatum fuiſſe. Sin autem eſt indole ſeruili, & malè maſcula, audit quidem, & ſummis arridet labris, uerùm odit, & clanculum dentibus frendit: ac, ut inquit Poëta, Extruit iræ fundamēta. Quo ego homine profectò nihil iniuſtius, nihil tetrius exiſtimo, qui admorſo labro bilem intus alit, odiumq; intra ſe conceptum auget, aliud in pectore clauſum,
D aliud in lingua expromptum habet, agitq; læta & comica facie tragœdiam meram, & nihil non triſte patientem. Id ille maximè patitur, quum ſimili delator uecordia apud eum cui parat inſidias, odium muſſando diſſimulauit, effecitq; ut amicus ei uideretur. Tum enim ne uox quidem delati, nedum non defenſio audiri ſolet. Tantū fidei calumniæ facit, concepta de illorum amicitia opinio. Hic quanto ſatius erat perpendere inter amiciſſimos non rarò clam aliis graueis ſimultatum cauſſas intercedere. Sæpenumero item, quorum ſeſe reū calumniator fieri metuit, ſocium inſimulat: ut quum anteuerterit accuſando, ſuſpicione culpę ac crimine elabatur. Atq; ideo ferè fit, ut quibus nos putent amicos, tantū,
E inimicos nunquam calumniemur. Nam actioni quæ ipſa ſeſe præ ſe ferēs actoris odium prodit, fidei nihil eſſe poteſt. Verùm quos uulgo amicos æſtimant, aggredimur, ceu auſcultatori ſpecimen fidei noſtræ daturi, ubi ſua ipſius cauſſa commoda ſalutemq; familiarium amicorum neglexiſſe uidemur. Eſt & genus aliorum, quibus tametſi comperitur falſo criminatum apud ſe amicum, tamen cum credidiſſe pudet, neq; aſpicere illum, neque in gratiam redire audent: perinde ac ipſi iniuria ſint affecti, quòd alienam iniuriam nō proſpexerint. Proinde multa ſunt humanæ uitæ mala ex eo quòd promiſcuè ac ſine diſcrimine calumniis creditur, quale eſt quod apud Poëtam ait Antia:

Bellerophontem occide, aut Prœte peribis,

Qui mihi conatus præsigne auferre pudoris Fœminei decus. F
Cum ipsa prior adolescentem ad concubitum solicitasset, contempta, in hoc periculum induxit, ut cum Chimæra pugna cõgressus, parum abfuerit quin victrice bestia occumberet. Tanta pœna luenda fuit castitas pudórque iuuenilis, quem hospiti cõiunx adultera suspectum fecerat. Simile quiddam Phædra priuignum calumniata, effecit, ut filii caput pater Theseus execratum beluis marinis deuoueret: quanquam, ô superi, nihil prorsum deliquisset. At, inquiet quispiam, an non dignus est fide nõnunquam uir, cæterùm bonis moribus & recto ciuiliq; iudicio præditus, qui alter alterũ accusat? nõ licet tali, auscultemus, modò reliquis sibi malis artibus temperarit? Age inquã, éstne alius Aristide iustior? G B
ille tamen aduersatus Themistocli, contra eum populi animos exacuit, inuidia gloriæ popularis, ut aiunt, uellicatus. Aliàs uir bonus Aristides, uerùm homo erat, nec felle caruit, solebatq; amare alios, alios odisse. Iam si uerum est quod de Palamede ferunt, sapientissimus quidam Achiuorum, ac ad res alias gerẽdas accommodus, inuidia flagrãs, insidias parasse fertur cognato, amico, ad hæc eiusdẽ belli socio. Adeò naturæ hominũ familiare est hoc errore labi. Porrò quorsum attinebat & Socratem recensere, insimulatum apud populũ Athenienſem seditionis & impietatis? Quid Themistoclem aut Miltiadem tot partis uictoriis
suspicione proditionis notatos? Sunt enim exempla innumera, & uulgo iã pleraque non ignota. Quid igitur faciet uir prudens in re ambigua? sanè opinor H C
quod Homerus in Sirenum fabula docet, pernicioſas talium sermonum delicias nauigio prætereat, obturet aures, nec passim aperiat affectui cuipiam obnoxiis, sed ianitore sedulo ac fido adhibito, ratione uidelicet ac iudicio animi, recta dicentes recluſis foribus excipiat, inutiles nugas obdito pessulo arceat. Nẽpe ridiculum fuerit, datum ædibus ianitorẽ officio suo defungi, aures métemq; uulgo patere. Postea quàm ergo tale quiddam calumniatũ audieris, tute apud animum tuum rem ipsam perpende. Nihil attinet qualis sit qui accusat, nihil ad
rem faciũt alieni mores, nihil accusationis acrimonia: quin eo maiore cura rem I D
discute, quo instructior uenit delator: neq; item credere cõuenit iudicio & existimationi alterius, imò accusantis odio, sed suum ueri examen apud nos accuratè seruandum est, suæ item calumniatoris inuidentiæ partes dandæ. Denique quod utrinq; argumenta suaserint, statuẽdum. Tum uel odisse uel amare quem diligenter explorauimus, licet. Priusquam id factum sit, calumniæ concedere in primo statim congressu, hercle nimis quàm puerile est, ac indignum uiro, longeq; à iustitia semotum. At uerò horum omnium causſa una est ignorantia, tenebræq; illæ quibus suæ cuiusque hominis rationes moresq; obuoluuntur. Iam si deorum quispiam uitæ nostræ lumen afferat, futurum est ut euaneſcat calu- K E
mnia, fugiatq; in altum barathrum, nec usquam in humanis locũ inueniat, reddita nobis luce omnium uitæ studiorum, ueritatis beneficio.

## PSEVDOLOGISTA, SIVE DE APOPHRADE, hoc est die atro, Iacobo Micyllo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Inuectiua est in eum à quo derisus fuerat quòd Apophradis uerbo usus esset, ipsumq; diei atro comparasset. Continetur autem tota oratio duabus partibus, quarum priore ostendit, nomen Apophradis Græcũ & usitatum Græcis esse, & se rectè eo usum quoque esse, idque exemplis aliorum, qui similibus nominibus etiam*

A *alios nefarios ac deteſtabiles probroſe appellarunt. In altera autem uitam & mores, & item ſermonem ac dicendi genus illius inſectatur, oſtendens illum meritò ac dignè iſta uoce cognominari, utpote atrum ac deteſtabilem, & ab alijs quoq; ſimilibus antea appellationibus eodẽ modo paſſim notatũ, afficta etiã proſopopœia linguæ, expoſtulantis cum illo ſuper abuſu & fœdo miniſterio cui adhibeatur.* Exordium longius paulo eſt *ad attentionem ac docilitatem pertinens, captata interim & beneuolentia inſtituto ſuo, ab exemplo* Archilochi, *qui ſe eodem modo ultus fuerit. poſt exordium proſopopœia* Elenchi ex Menandri prologis *introducitur, qui argumentum rei & occaſionem ſcripti huius exponit. Titulus alter à materia de qua tractatur, alter ab ipſius qui accuſatur effectu ſiue opere ſumptus eſt, quòd falſò de uoce* Apophradis *iudicarat, eamque quaſi peregrinam ac barbaram deriſerat. Eſt enim* λογιστὴς *examinator,* ἐλεγκτὴς & κριτὴς *ſeu* δοκιμαστὴς, *ut* Heſychius *indicat.*

SCHOLIA.

B Βρωμολόγος à βρομᾶσθαι *fortaſſe, quod rudere ſignificat, &* λόγος. Ξοπομάθακος, μάθακος *uoce etiam* Ariſtophanes *utitur pro futili & nequã: unde hic* ξοπομάθακος *finxit.* ἐνοιμᾶσθαι *pro perorare uidetur ab affectatoribus poni.* ἀνθρακρατᾶς, *fortaſſis pro* ἀνθοφορᾶς. Vnde ἀνθεσφόρια *feſtum* Proſerpinæ. σφαλιζόμενος, *obſcurum an à* σφὺς λόγχη, *cum oculorum partem quæ pupillam cingit, ſignificat, accipiendum pro innuere, ut faciunt puellæ petis oculis. an ab eadem uoce cum fibulam & ornamentum muliebre ſignificat.* χειροβλημᾶσθαι *eſt manibus contrectare papillas mulierum, id quod* βλημάζειν *quoq; per ſe ſignificat.* Logius Mercurius *cognomine dicitur, quaſi eloquentiæ præſes.* De Ialemo Eraſmus *in prouerbijs.* De Philænide *ſuprà in* Amoribus *quoque mentio facta eſt.* λεσβιάζειν & φοινικίζειν, *obſcœnarum rerum uerba ſunt à moribus* Lesbiarum & Phœnicum *ſumpta.* Tricaranum, *arx ſiue caſtellum fuit* Arguorum, *ut* Suidas, Pollux, Phliaſius. Ἄτερον τῶν πινάτων, Alterum amicorum. *ſed* Ἄτερον *neutrũ eſt, cum* πίναξ *maſculino genere ponatur.* ἄτερ *nominatiuo caſu dicitur pro* ὁ ἕτερος, *nõ pro* τὸ ἕτερον. Ξιῶν μικτῶν, Triũ mẽſium, tempeſtas, uolo, effundo. *In quibus dum affectat* Atticus uideri, & numeros confundit, & uerbis obſoletis utitur.

Bis Coracis, *Alludit ad ſignificationem* κόραξ, *id eſt corui. fuere autem* Tiſias & Corax *primi inuentores artis* C Rhetorices, *ut & Cicero meminit.* Euripides *dicere ſolitus. Verſiculi* Euripidis *ſunt in* Bacchis, ἀχαλίνων στομάτων ἀνόμους ἀφροσύνας ὁ τλήμων ἄνευ χίας, *&c.*



T quòd ignorabas nomen Apophradis (hoc eſt diei atri) cuiuis facilè patet. Quomodo enim accuſares me ceu barbarum lingua ob hoc quòd de te dixi, Apophradi ſimilem eſſe te (nam mores tuos memini me cum tali die conferre) niſi prorſus ne audiſſes quidem nomen hoc? Ego uerò ipſam quidem Apophradem, quid ſibi uelit, quídque ſignificet, paulò pòſt docebo te. In præſentia autem Archilochi illud tibi dico, quòd uidelicet cicadam ala comprehende-
D ris. ſi modò de poëta quodam iambico Archilocho audiſti aliquando, qui genere quidem Parius fuerit, cæterùm homo ſupra modum liber & dicax, neque conuiciari unquam ueritus, etiam ſi quammaximè moleſtus futurus eſſet iis qui in Iamborum ipſius ocium incurrerent. Ille igitur cum malè à quopiam iſtorum audiiſſet, cicadam ait comprehendiſſe hominem alis: comparans ſe ipſum cicadæ Archilochus, inſecto uidelicet natura quidem ſtrepero, & nulla cogente neceſſitate, uocali: quoties autem etiam ala comprehenditur, altius quiddam ſtridenti. Tu quoq; igitur, inquit, homo infelix, quid tibi uis, qui poëtam loquacẽ contra te ipſum irritas, alioqui cauſſas & materiã iambis ſuis quæ-
E rentem? Atque hæc tibi quoque nũc interminor, haud equidem per Iouem me ipſum cum Archilocho conferens (unde enim hoc poſſem, ut qui longè adeò inferior illo ſim?) ſed quòd tibi cõſcius ſim, innumera quædam iambis digna abs te in uita perpetrata eſſe, ad quæ mihi uidetur ne Archilochus ipſe quidem ſufficere, aſſumpto etiam Simonide & Hipponacte, ut uel unum aliquod eorum quæ in te ſunt malorum deſcribant. Adeò ceu pueros quoſdam tecum collatos, malitia ſuperaſti & Orodœciden, & Lycamben, & Bubalum, quibus iambos ille ſuos conſumit. Atque adeò uidetur deus quiſpiam riſum iſtum tunc labiis tuis immiſiſſe, quando Apophradis huius mentio facta eſt: quò uidelicet ipſe quidem Scythis manifeſtior fieres quòd indoctus ſummopere eſſes, & cõ-

munia hæc & ante pedes posita ignorares, principium autem commodum atq; F
aptum orationis cõtra te instituendæ suppeditares homini libero, & iam olim
familiariter te, idq; exactè noscẽti, nihilq; uerituro quo minus omnia foras elo-
quatur: imò uerò præconum more proclamet quæcũque agis noctu & inter-
diu etiam adhuc nunc post multa illa superiora ac uetera. Atqui frustra fortas-
sis & superuacuum fuerit, certo atque erudiendi modo, ad te dicendi libertate
uti. Neque enim ipse unquam melior futurus facilè es ex ea obiurgatione, non
magis quàm scarabæus si monitus sit ut ne amplius in stercora huiusmodi uo-
lutet, cum ille semel istis assueuerit. Neq; etiam quenquam esse arbitror, qui ad-
huc ignoret ea quæ tu ausus aliquando fueris, quæq; homo ætate iam cõfectus G
in te ipsum iniquè delinquis. Nõ ita tutus, neque obscurè adeò malus es, neque
etiam opus quopiam est qui tibi pellem Leoninam detrahat, ut manifestus fias,
Canthelius siue Asinus tãtus existens: nisi uerò quis ex Hyperboreis paulò an-
tè ad nos huc profectus sit, aut in tantum Cumanus existat, ut nõ statim cõspe-
ctum te, asinum omnium contumelioſissimum agnoscat, non expectato dũ ru-
dentem etiam audiat. Ita iã olim & à me, & apud omnes, & sæpe, res tuæ pro-
clamatæ sunt, & famam inde haudquaquam exiguam nactus es, supra Ariphra-
den adeò, & supra Sybaritam Misthonem, & supra Chiũ illum Bastan, qui iis-
dem in rebus doctus atq; excellens fuit. Sed dicendũ tamen est, etiam si frigida H
atq; emarcida iam dicere uidebor, ne in eã culpam incidã, quasi solus illa igno-
rem. Imò uerò aduocandus nobis Menandri prologorum unus aliquis, Elen-
chus uidelicet ille, amicus ueritatis, & libertatis deus, haudquaquam obscuriſſi-
mus ille quidem eorum qui in scenam ascendunt, solis uobis inimicus, qui lin-
guam ipsius formidatis, & scientem omnia, & planè enarrantem, quorumcunq;
uobis cõscius est. Plausibile igitur hoc fuerit, si ille uoluerit, ante nos ingressus,
exponere auditoribus uniuersam fabulæ rationem. Proinde age ô Prologorum
atq; deorum optime Elenche, uide ut planè doceas atque informes auditores,
quòd uidelicet nõ frustra, neq; odii conciliandi gratia, neque etiam illotis, quod I
aiũt, pedibus ad orationẽ hanc peragendã accessimus: sed cum ut priuatũ quid-
dam ulciſceremur, tum quia illud quod cõmune est, hominẽ ob malitiam ac ua-
nitatem odio prosequeremur. Atque hæc sola præfatus, ac planè elocutus, pro-
pitius abi iterum è medio: cætera uerò nobis relinque. imitabimur enim te, &
coarguemus pleraq;, ut & ueritatis & libertatis gratia nemo te accusaturus sit.
Neq; uerò me, ô optime, apud ipsos cõmẽdaueris, neq; rursum quæ illi adsunt,
præeffuderis temerè. Non enim dignum est, Deus cũ sis, in os tibi uenire uerba
de rebus execrabilibus adeò ac detestandis faciẽda. Nam Sophista atq; impostor
iste dicendo (hæc iam prologus inquit) Olympiam aliquando uenit, orationem K
multo iam antea conscriptã recitaturus iis qui ad solennem ludorum celebri-
tatem conuenerant. Erat autem argumentum eius scripti. Pythagoras prohibi-
tus aliquando ab Athenienſibus communicare, ut opinor, cũ iis qui Eleusinia
sacra peragebant, tanquam barbarus, eò quòd ipse Pythagoras diceret, ante ea
tempora etiã Euphorbũ sese fuisse. Cæterùm erat oratio ea ipsius iuxta Aesopi
graculum, collectitia, ex uariis alienis pennis cõsarcinata. Itaq; cum uellet haud-
quaquã friuola ac uana dicere uideri, ex notis ac familiaribus quẽdã rogat (erat
autẽ homo ille Patrensis genere, circa lites & actiones forenses plerunq; uersa-
tus) ut postquam dicẽdi argumẽtum aliquod postulasset, Pythagorã ipsi statim
subiiceret.

A ſubiiceret. Ac ita tum fecit homo ille, & perſuaſit theatro, ut orationem illã de Pythagora audirent. Erat igitur, id quod conſequens tum fuit, iſte quidem ad agendum & exprimẽdum geſtu ſermonem, ualde ineptus, & à ratione alienus, connectens & agglomerans, ut par eſt, ea quæ longè antè meditata atque exercitata habuerat, tametſi impudentia, quæ quammaxima erat, auxiliabatur quoque, ac manum porrigebat, & cum eo unà certamen obibat. Riſus autẽ ab auditoribus undique multus. Ac alii quidem ad Patrenſem illum interea aſpiciẽtes, ſignificationem dabãt quòd haudquaquam clam ipſis eſſet quòd illius ope fallacia ac techna hæc compoſita eſſet: alii autem etiam ipſa ea quæ recitaban-
B tur, agnoſcentes, per totum illud auſcultandi tempus unum hoc opus agebant, ut ſe mutuò explorarent quo modo quiſque memoria teneret & dignoſceret unde quicque ex iis Sophiſtis qui paulò ante nos celebres fuere, in declamationibus ſiue meletis quas uocãt, deſumptum eſſet. Porrò inter hæc omnia etiam is qui orationem hanc ſcripſit, inter ridentes & ipſe erat. Cur autem nõ rideret ob manifeſtum adeò & ineptum atque impudens facinus? Ac fortè (eſt enim riſus intemperantior paulò) cum ille uoce ad canticum deflexa, lamentationem
quandam, ut ipſi uidebatur, Pythagoræ, decantaret: hic meus poëta, illud quod uulgo dici ſolet, Aſinum ad lyram, uidens, in cachinnum admodum ſuauem ſo-
C lutus eſt: quod alter conuerſus aſpexit. Et hoc eſt quod illos paulò antè inter ſe inimicos reddidit. Atque hinc erat quidem anni principiũ, imò uerò tertia dies â nouilunio magno, quando Romani iuxta ueterum conſuetudinem & ipſi preces quaſdam pro toto anno faciunt, & ſacrificia peragũt, pro eo ac ipſis rex Numa ſacrificandi ritus hos conſtituit, perſuaſiq; ſunt quòd eò potiſſimùm die uotis ac precibus Dii uacent, atque animum aduertant. In hoc igitur feſto, & calendis ſolennibus ridens Olympiæ tum ille, ſub Pythagora iſto ſuppoſititio conſpicatus accedentem execrabilem & arrogantem iſtum alienarum orationum hiſtrionẽ, (norat autem & mores eius exactè, & reliquam nequitiam, at-
D que impuritatem uitæ, & quæ facere diceretur, & quæ faciens deprehẽſus fuerat) tempus ad quendam amicorum inquit, uobis eſt diſcedere, atque hoc inauſpicatum ſpectaculum relinquere. Nam homo iſte obuiàm nobis factus, uidetur ſuauiſſimum hunc diem in apophradem nobis conuertere. Quo audito ſophiſta ille mox uerbum Apophradis, ueluti peregrinũ atque alienum à Græca lingua ridere cœpit, & hominem pro ſuperiore illo riſu uiciſſim ultus eſt, ut quidem ipſe putabat, & ad omnes dicebat: Hui Apophras? quid hoc autem eſt? fructus, an herba aliqua, an inſtrumentum? num igitur comeditur, an bibi-
tur? aut quid tandem eſt Apophras? Nam ego quidem neque audiui unquam,
E neque intelligo facilè quídnam etiam ſit quod ille dicit. Atque hæc tamen ille quidem putabat ſe contra hunc ualde acerbè dixiſſe, ac multo adeò riſu Apophradem ipſam arripiebat: cæterùm non animaduertebat quòd interim extremũ contra ſeipſum inſcitię teſtimonium proferebat. Huius igitur gratia orationẽ hanc ſcripſit is qui me huc ad uos præmiſit, ut uidelicet oſtẽderet, celebrem iſtum ſophiſtam, communia illa Græcorũ, & quæ illi etiam qui in officinis atque tabernis ſedent, ſcire ſolent, adhuc ignorare. Hactenus Elenchus ille. Ego uerò (iam enim ipſe ad reliqua fabulæ peragenda accedo) meritò debebam ueluti ex Delphico tripode tandem illa addere, qualia uidelicet facta tua in patria fuerint, qualia in Paleſtina, qualia in Aegypto, qualia in Phœnicia ac Syria, atq;

exinde deinceps in Græcia & Italia: & poſtremò quæ nũc Epheſi facis, quæ qui. F
dẽ uecordiæ iſtius tuæ quaſi quoddã ſummariũ ſunt & caput, & coronis mo-
rum. Poſtquam enim iuxta prouerbium, Ilienſis cum ſis, tragœdos conduxiſti,
tempus iam eſt ut propria tua mala audias. Imò uerò nondũ etiam, ſed de Apo-
*Veneris cognomina ſiant apud Suid.* phrade prius. Nam dic mihi per Pandemum, & Genetyllidem, & magnam ma-
trem, quo tandem modo reprehendendum ac riſu dignũ uidetur nomen Apo-
phradis? Non enim mehercle Græcorum proprium erat, ſed alicunde ex Gal-
lorum, aut Thracum, aut Scytharum commixtione uelut comeſſabundum in-
ductum: tu uerò (cuncta enim Athenienſium cognita habes) excluſiſti illud
continuò, & uelut per præconem è ciuitate Græcorũ eieciſti: & ex eo riſus iſte G
uidelicet, quòd barbarè ac peregrino modo loquor, & tranſgredior terminos
Atticos. At uerò quid aliud Athenienſibus ita familiare ac patrium, uti hoc no-
mẽ? dixerint illi qui huiuſmodi melius, quàm tu, ſciunt. Quapropter citius Ere-
chtheũ aut Cecropem peregrinos & aduenas apud Athenienſes eſſe probaue-
ris, q̃ Apophradis nomen oſtẽderis nõ proprium, aut nõ inibi natum, & genui-
num Atticæ eſſe. Nam multa quidẽ ſunt quæ & ipſi eodẽ modo cum cæteris
hominibus omnibus appellant: Apophradẽ autem ſoli illi atrã & abominabi-
lẽ, & inauſpicatã & nefaſtam, tibiq; ſimilẽ diem uocant. Ecce didiciſti iam obi-
ter quoq; ſignificationem Apophradis, & quis dies ater uocetur. Quando ui- H
delicet neq; magiſtratus de rebus cõſultant publicè, neq; lites in foro diſceptã-
tur, neq; ſacrificia peraguntur, neq; quicquam eorum quæ more & auſpicatò
ſolent, tractatur, is dies Apophras ſiue ater dicitur. Atque huiuſmodi dies apud
alios aliis de cauſſis indicti ſunt. Aut enim pugna aliqua magna ac graui ſupe-
rati ſunt, ac dies exinde tales quibus cladẽ eã accepere, pro nefaſtis & inauſpica-
*Præciſio.* tis ad res legitimas gerendas habendos cenſuerunt: aut mehercle etiam. Atqui
ineptum fortaſſis & intempeſtiuum utiq; iam fuerit dedoceri, ac denuo diſcere
talia, uirum ſenem adeò, ne illa quidẽ quæ his priora ſunt, ſcientẽ. Proinde hoc
omnino reliquum eſt, & ſi didiceris ipſum, omnia exinde nobis ſcies. Vnde e- I
nim heus tu? Nam cætera quidẽ etiam ſi ignorare ignoſcendum ſit, ea uidelicet
quæ extra communem uiam poſita, & obſcura hominibus priuatis atq; indoctis
ſunt: diem tamen atrum, etiam ſi uolueris, nominare aliter quàm Apophrada
non poteris. Nã hoc unum ac ſolũ nomen omnium poſitum eſſe dixerit quiſ-
piã. At uerò uetuſtorũ uerborum alia quidem uſurpanda ſunt, alia autem non
item, quæcũq; eorum uidelicet nõ ita multis cõſueta atq; uſitata ſunt, ut ne per-
** Fortaſſis, nõ intelligẽtium, legendum.* turbemus auditum, & uulneremus intelligẽtium* aures. Ego uerò, uir optime,
ſi ad te quidẽ uerba feciſſem, de te ita dicẽs, peccaſſem fortaſſis. Decebat enim, K
decebat inquam, aut Paphlagonum, aut Cappadocum, aut Bactrianorum uer-
bis conſuetis ac patriis tecum loqui, ſi intelligere deberes quæ dicerẽtur, & au-
diendo uoluptatẽ aliquam capere. Cæteris autẽ Græcis, opinor, ſecũdum Græ-
cam linguam conuerſari decet. Deinde etiam Atticis per ſucceſſionem tempo-
rũ multa uariantibus in lingua ſua, hoc nomen inter præcipua manſit, hoc mo-
do ſemper & ab omnibus ipſis dictũ. Ac ſanè cõmemorarem etiam eos qui an-
te noſtram ætatem eodem nomine uſi ſunt, niſi & iſto modo perturbaturus te
eſſem, peregrina & ignota tibi poëtarum oratorum & hiſtoricorũ uerba recẽ-
ſendo. Imò uerò ne ego quidem tibi eos dicam, qui illud uſurparunt, omnes e-
nim norũt: ſed tu contra ſi mihi unum aliquẽ ex ueteribus oſtenderis, qui no-

mine

A mine hoc uſus non fuerit,aureus,ut aiunt,in Olympia ſtatuêris. Atqui ſiquis ſenex adeò,& ætate confectus,huiuſmodi ignorat,uidetur idẽ mihi,quòd Athenæ ciuitas eſt Atticæ , & Corinthus in Iſthmo , & Sparta in Peloponeſo,ignorare. Supereſt igitur fortaſſis illud tibi ut dicas,ipſum quidem nomen apophradis noſſe te, cæterùm uſum eius ut intempeſtiuũ accuſaſſe. Age itaq; & de hoc reſpondebo tibi cõſentanea: tu uerò animum aduerte, niſi omnino parui facis ſi nihil ſcire uidearis. Nam & ueteres huiuſcemodi multa ante nos in eos qui tibi ſimiles erant tum,iactarunt. Erant enim tunc quoq;(ut eſt ueriſimile)moribus abominabiles quidam, & impuri, & perditi ingeniis. Atque alius quidem *Cothurnũ quendam appellabat, uitam illius comparatione hac perſtringens, ut inconſtantem & ambiguam, perinde ut calciamenti genus hoc eſt. alius au-

B tem Lypaën*,quòd cõciones turbare ſolebat,orator tumultuoſus exiſtẽs. rurſum alius Hebdomam,quòd perinde ut pueri ſeptimanis diebus ſolẽt, etiam ille in concionibus luderet & rideret,& ſerium ſtudiumq; plebis pro ludo ac ioco haberet. Ne dederis itaque & mihi,per Adonidem,comparare hominẽ perditum,& omni malitiæ innutritum,diei atro & inauſpicato. Nam nos & claudos ad dexteram declinamus,ac maximè ſi manè uideamus ipſos. Et ſiquis ſpadonem aut eunuchum aſpexerit, aut ſimiam quoque egreſſus domo ſtatim,

C conuertit pedem, & regreditur, ominans ſibi haudquaquam proſperas diei illius res atque actiones fore,præ malo hoc primo & inauſpicato omine. A principio autẽ,& in foribus,& in primo egreſſu, & mane primo totius anni, ſiquis uideat cinædum, & nefaria perpetrantem pariter & patientem,notum ob hęc, & eneruatum,& tantùm non ipſo nomine,quæ agit,præ ſe ferentem,deceptorem,præſtigiatorem,periurum,peſtem, cataſtam,barathrum, non effugiat,neq; talem diei atro comparet? An uerò tu talis non es? Haudquaquã negabis,ſi modò noui fortitudinem tuam iſtam,qui certè & animũ attollere ob hæc mihi uideris,uidelicet quòd tibi gloria iſta rerum tuarum nõ prorſum perit. Sed omni-

D bus notus es,& paſſim celebris. Quòd ſi autem etiam contrà ieris,& inficiaberis talem te eſſe,cui quæſo credibilia iſta dices? An ciuibus tuis? nam hinc ordiri æquum eſt. at norunt illi prima tua incunabula,& quo pacto tradideris te ipſum perdito illi militi, & cũ eo unà turpiſſimè ac flagitioſiſſimè oberraueris, omnia obſequẽs ac patiens, donec te,iuxta prouerbium,pannum lacerum,detritum & confectum extruſit. Etiam illa meminerunt,ut eſt cõſentaneum,quæ in theatro adoleſcens egiſti, quando ſaltatoribus ac mimis ſubſeruiebas, & in ducendis ordinibus ſeu choris quaſi quidam dux eſſe cupiebas. Quippe nemo ante te theatrum ingrediebatur, nemo ne nomen quidem fabulæ quod eſſet,

E renunciabat, ſed tu ornatè admodum,ſubligatis aureis crepidis, & indutus ueſte tyrannica,ante cæteros immittebaris,qui beneuolentiam à theatro poſtulares,coronas ferens,& cum plauſu rediens, honore tandem ab ipſis affectus. At nunc orator es, & ſophiſta: & ob hoc ſi audiant aliquando talia de te illi, iſtud ex Tragœdia uidelicet, Et ſolem geminum, & duplices ſe oſtendere Thebas putabunt: & in promptu atque in ore tum omnibus ſtatim notum illud erit: Hiccine ille,qui tum ? & quæ poſt illa ſequuntur. Proinde & ipſe rectè facis, qui omnino non aſcendis ad illos, neque in patriam crebrò uentitas, ſed fugis illam ultro, quanquam neque hyeme malam, neque æſtate moleſtam nimis, ſed pulcherrimam & maximam omnium in Phœnicia ciuitatum . Nam

*Hoc nomine notatus fuit Theramenes, de quo Xenophon lib. 2.

* ἀνατάραν uidelicet deducta uoce,quod moleſtare & uexare ſignificat.

coargui,& cũ iis qui uetera illa ſciũt ac meminerũt, conuerſari, laqueus reuera tibi eſt. Sed quid iſta fruſtra nugor? Quẽ enim tu unquam ueritus fueris? aut quid turpe putaueris eorum etiam quæ extrema ſunt? Audio autem & poſſeſſiones eſſe tibi apud illos magnas: nimirum miſeram illam turriculam, cum qua Sinopenſis illius dolium collatum, Iouis atrium uideri queat. Proinde ciuibus quidem tuis haudquaquam ullo modo perſuaſeris, ut nõ omnium deteſtabiliſſimum te credant, & cõmune adeò totius ciuitatis dedecus. Fortaſſis autem & cæteri habitantes in Syria, eadem de te cũ illis teſtabuntur, ſi te dicas nihil mali aut reprehenſione dignum feciſſe. Nam mehercle Antiochia quidem etiam ipſum iſtud opus uidit, quando adoleſcentem illum Tharſo uenientem abduxiſſes. Sed & detegere ipſa inhoneſtum fortaſſis mihi fuerit. Veruntamen norunt & meminerunt illi qui tum adſtabant uobis, atque aſpiciebant te quidem in genu inclinatum, illum autem noſti quid facientem quoq;, niſi omnino perpetua rerum obliuione laboras. At in Aegypto illi fortaſſis non norunt te, qui te poſt præclara iſta in Syria certamina, fugientem inde ob ea quæ modò dixi, ſuſceperunt, cum te ueſtiarii inſequerentur, à quibus ueſtibus precioſis comparatis, uiaticum tum habebas. Sed non minus Alexãdria quoque conſcia tibi eſt. Et per Iouem haudquaquam poſteriorem eam Antiochia cenſeri decebat, niſi quòd proteruitas iſta tua manifeſtior, & turpitudo flagitiorũ inſanior illic fuit, & nomen ob hæc maius, & ſuper omnia caput adapertum. Vnus tantùm fuit qui crederet tibi inficias eunti, quòd nihil tale commiſiſſes, ac poſtremus auxiliator tibi fuit, is qui ſtipendium dabat, uir inter præcipuos Romanorum. Nomen autem ipſum permittes mihi ut taceam, & hoc apud omnes eos qui ſciunt quem dicam. Ille igitur cætera quidẽ quæcunque ſuſtinuit in conuerſatione illa à te perpetrata, quid attinet dicere? At uerò quando te deprehendit in genibus adoleſcentuli pocillatoris Oenopionis iacẽtem, quid putas? credidit ne tibi talem te non eſſe, cum ipſum opus aſpiceret? Haudquaquam opinor, niſi prorſus cæcus fuit: uerùm apertam uoluntatis atque animi ſignificationem dedit, cum te ſtatim ex ædibus eiecerit, & eas expiamentis quibuſdam luſtrauerit poſt exitum inde tuum. Nam Achaia quidem & Italia tota referta eſt operibus tuis, & fama ea quæ ob illa conſecuta eſt. & ſanè gratulor tibi ob tam præclaram laudem. Quare ad eos qui mirãtur ea quæ nunc Epheſi abs te gerũtur, illud equidem dico, quod ueriſſimum eſt, quòd mirum foret ſi non mirarentur, ſi prima illa tua opera noſſent. Atqui nouum hic iſtud uidelicet cum mulieribus quoq; addidiciſti. An non congruum igitur, dic mihi, fuerit, hominẽ talem Apophradem appellari? Sed quid, per Iouẽ? num etiam oſculari ore inſuper uoluiſti nos ob talia facta? Iſtud igitur cõtumelioſiſſimè facis, & maximè erga eos quos minimè decebat, ſectatores tuos, quibus ſatis fuerat, illa ſolũ mala ab ore tuo percipere, uerborum uidelicet barbariem, & uocis aſperitatem, & indiſcretam atque inordinatam enunciationem, & à Muſis omnino alienam, & id genus alia: oſculari autem etiam te ſupra hæc, abſit, ô malorum auerſor Hercules. Nã ſcutum potius aut uiperam oſculari ſatius fuerit, quòd in morſu ibi omne periculum & omnis dolor, & medicus accerſitus facilè illum depulerit: à tuo autem oſculo, & ueneno iſto, quis quæſo uel ad ſacra uel ad aras accederet? Quis autem deus exaudiret etiam precantem? quàm multis luſtrationibus, multisq; fluminibus opus foret? At talis ipſe cum ſis, derides alios ob nomina ac uerba,

cum

A cum tu interim facinora talia ac tãta perpetrare ſoleas. Atqui ego quidẽ ſi Apophradis uocabulum ignorarem, erubeſcerem potius: nedum ſi dixiſſem, inficias irem. Te uerò nemo noſtrum accuſauit adhuc quòd φωμολόγος dixeris, & φοπομαϑλήτας, & ἐπιμιτρᾶν, & ἀϑηνᾶ pro Athenas deſidero, & αἰϑοχρατᾶν, & σφενδικίζειν, & χειροβλημαϑᾶς. Malum te malè perdat Mercurius Logius, unà cum ipſis uerbis. Vbi enim huiuſmodi ſcripta reperis? In angulo fortaſſis alicubi alicuius ex poẽtis iſtis Ialemo frigidioribus defoſſa, ſitu & araneis oppleta: aut alicubi ex libris Philænidos, quos in manibus crebrò habes: ueruntamen te atque ore tuo digna. Quia autẽ oris mẽtionẽ feci, quid diceres quæſo ſi te in ius uocaret lingua? Fingamus enim hoc pacto, ut te iniuriæ, aut quod modeſtius paulo foret, cõtumeliæ accuſaret, ita dicens: Ego te, ingratiſſime, pauperem atque inopem
B ſuſceptum, & uictu quoque carentem, principiò quidem in theatris celebrem feci, nunc quidem Ninum, nunc autem Metiochum, deinde paulò pòſt Achillem quoque exhibens. Poſt hæc autem docẽtem pueros ſyllabas nectere, longo tempore alui. Iam autem & alienas iſtas orationes uelut in ſcena exhibentem, ſophiſtam uideri feci, eamq; gloriam tibi, quam minimè conueniebat, adaptaui. Quid igitur tantũ habes quod imputare mihi poſſis, ob quod adeò contumelioſe me tractas, & iniungis mihi mandata quædam turpiſſima, & miniC ſteria execratione digna? Non ſatis mihi ſunt ea quæ per diem fiunt opera nefaria, mentiri puta, & peierare, & tot nugas atque ineptias exhaurire: imò uerò cœnum uerborum iſtorum euomere: ſed neque noctu me miſeram ocium ducere ſinis, ſed ſola ego omnia tibi facio, & proculcor, & contaminor: ac lingua perinde ut manu uti decreuiſti, & quemadmodum alienam contumelia afficis me, tantisq; malis obruis. Loqui, meum opus ſolum eſt: talia autẽ facere ac pati, quæ tu cogis, aliis partibus iniunctum eſt. Quare utinam & me aliquis, ceu philomelæ illam, execuiſſet. Nam mihi beatiores illorum linguæ uidentur, qui liberos ſuos deuorarunt. Huiuſmodi, per Deos, igitur ſi lingua diceret, proD pria aliqua aſſumpta ſibi uoce, ac barba tua uelut patrona aduocata, quid quæſo reſpõderes ipſi? Illa ſcilicet quæ & ad Glaucum nuper abs te dicta ſunt, cum ille te ob opus iam actum accuſaret, quòd ob hoc celebris breui tempore, & notus omnibus factus eſſes. Vnde ergo ita celebris? ob orationẽs ne redditus? At ſufficit quomodocunque clarum ac celebrem eſſe, deinde connumera-
re ipſi multas iſtas appellationes, quas paſſim apud uarias gentes adeptus es. Quo magis etiam miror quòd cum Apophradem audieris, ægrè tantopere tuleris, ob illa autẽ nomina nihil indigneris. Nã in Syria quidem Rhododaphne uocatus es: quamobrem autem, ita me Minerua amet, erubeſco dicere. quare
E quantum quidem in me eſt, obſcurum etiam maneat. In Palæſtina autem, ſepis nomine, ob barbæ opinor ſpinoſitatem, quoniam inter opus pungere ſolebat. adhuc enim tondebas ipſam. In Aegypto uerò angina dictus es: quod per ſe manifeſtum eſt. Nam aiunt te propemodum ſuffocatum eſſe, cum in nautam quendam craſſiorem ex iis qui in onerariis atque maioribus nauibus ſunt, incidiſſes: qui tibi poſtquã impoſuiſſet, etiam ipſum os obturauit. Nam Athenienſes quidem, optimi illi, obſcurius nomen nullũ dedere tibi, ſed literæ unius appoſitione te honorantes, Atimarchum appellarunt. Decebat enim & illud affectatum ac nouũ habere te. In Italia autem, papæ! heroicũ illud, Cyclops uocatus es, quòd aliquando etiam ad ueterem ornatũ ac modum illum, iuxta ipſa

*Proſopopœia linguæ expoſtulantis cum abutente.*

*Fortaſsis enim nomen illius Timarchus fuerat.*

Homeri poëmata, uersibus peragere tu quoq; turpitudinẽ illam affectasses. Ac F
ipse quidẽ iacuisti ebrius iam, mulctrale habẽs in manu, Polyphemus uidelicet
coire gestiẽs: adolescens autẽ mercede conductus, rectũ habens uectẽ, probè ad-
modum acutũ, quasi Vlysses quidã te inuadebat, excussurus uidelicet oculum.

Quem tamen haud tetigit, iuxtaq; elabitur hasta,
Et ferit extremum uibrata cuspide mentum.

Neq; enim absurdum aut ineptũ puto fuerit, cũ de te uerba faciamus, frigidiora
quoq; paulo hæc dicere. Tu uerò Cyclops ille, diducto ore, & quàm latissimè
licebat, hians, sustinebas ab illo tum occæcari tibi maxillam. Imò uerò quemad-
modum Charybdis, quærebas unà cum ipsis nautis & clauis & uelis totum il- G
lum absorbere Vtin, siue Neminem. Atq; hæc tum aspiciebant etiam cæteri qui
aderant. Deinde postero die una ea tibi defensio erat, ebrietas, & ad merũ con-
fugiebas. His igitur ac talibus nominibus opulentus cũ sis, pudore afficeris er-
ga Apophradem. Per deos itaq; dic mihi, quo pacto afficeris cum illa quoq; di-
cunt plerique, λεσβιάζειν & φοινικίζειν? num igitur & hæc perinde ut Apophradem
ignoras, & existimas fortassis etiam laudari te ab ipsis? An hæc quidem ut con-
sueta & familiaria nosti: Apophradem autem ut solam ignotam improbas, & à
catalogo uerborum tuorum excludis? Proinde non indignas pœnas nobis ex-
soluis, sed etiam muliebri cõsortio, & ad Gynæcea usque notus es. Nuperrimè H
igitur cũ nuptias quasdam Cyzici ambire ausus esses, probè admodum explo-
rata omnia habens optima illa mulier respondit: Haudquaquam, inquiens, ui-
rum eum accepero, qui ipse quoque uiro indiget. Et tamen in talibus rebus cõ-
stituto tibi, adhuc uerborum cura est, & rides conspuísque cæteros. Meritò sa-
nè. Neq; omnes similia tibi dicere possumus. Vnde enim, aut quis adeò in uer-
bis audax foret, ut cõtra tres adulteros pro gladio tridentẽ postulet? De Theo-
pompo autem ob Tricaranum in iudicio agente dicat tricuspide oratione i-
psum confeciſſe ciuitates præstantiores. Et rursum tridente interfeciſſe ipsum
Græciam: & esse Cerberum in oratione. Nam paulò antè & lucerna accensa I
quærebas fratrem quendam, ni fallor, mortuũ, & alia infinita, quorum ne men-
tionem quidem facere dignum est, excepto solo illo, quod qui audierunt, me-
moriæ retulere. Diues quidam opinor, & duo pauperes erant inter se inimici:
postea de diuite loquens, occidit, inquis, θάτερον τῶν πενήτων. Ridentibus autem,
ut par erat, iis qui tum aderant, corrigens uidelicet tu, & id quod erratum erat,
restituens, Haudquaquam, subiicis, sed ἄτερον αὐτῶν occidit. Omitto antiqua illa:
puta τειῶν μηνοῖν, & ἀπνευμία, & πέταμαι, & ἐκχέαι, & quæ alia præclara in oration-
bus tuis effulgent. Nã quæ paupertatis causſa facis, ô chara Adrastia, nemini ex-
probrauero. Ignoscendum enim, siquis fame coactus, depositò à ciue accepto, K
deierarit se illud haudquaquam accepisse: aut siquis impudenter postulat, imò
uerò mendicat, & furatur, & publicanorum more rapit. Haud equidem ista
dico. Neque enim inuidia ulla est quoquo modo depellere inopiam, sed illud
intolerabile tandem, pauper cum sis, in solas huiusmodi uoluptates omnia ea
profundere, quæ per impudẽtiam istam acquiris. Nisi si quid utique etiam lau-
dare mihi concesseris admodum urbanè abs te factum, quando cum Tisiæ ar-
tem noris, bis Coracis opus ipse peregisti, subreptis stulti illius senis trigin-
ta aureis. Ille autem propter Tisiam pro libro septingentas & quinquagin-
ta drachmas exoluit, deceptus uidelicet. Multa adhuc alia possem dicere,

sed

A ſed tamen cætera quidem uolens remitto tibi: illud autem ſolum adhuc uerbis addam. Age iſta quidē fac ut tibi lubet, néue deſieris huiuſmodi in te ipſe debacchari: ab illo autem caue. Non enim pium aut fas eſt, eandem Veſtam, eos qui talia committunt, inuocare, & amicitiam præbibere, eademq; obſonia attingere. Sed neque illud, ob uerba uidelicet oſcula: idq; cum iis qui tibi nō multò antè apophradē ipſum os effecere. Ac poſtquam ſemel admonitionem amicam exorſi ſumus, etiam illa, ſi uidetur, abs te amoue, unguēto puta canos iſtos inungere, & pice ſola illa quæ ſcis, uelli. Nam ſi morbus quidem aliquis urgeret, totum corpus curandum foret: nunc autem cum nihil ægrotas tu huiuſce-
B modi, quid attinet pura ac leuia & glabra illa tibi reddi, quæ ne aſpici quidem fas erat? Illud tibi unum relictum eſt, qui doctrinam ac ſapientiam præ te feras, cani uidelicet, & non amplius nigricare. Id tanquam operculum quoddā malitiæ ac deteſtabilitatis iſtius ſit. Proinde parce ipſis per Iouem, cum in hoc, tum maximè in barba ipſa, neque polluas hanc amplius, neque contumelia afficias: aut ſi prorſus hoc nequeas, noctu ſaltem, & in tenebris: interdiu autem apage. eſt enim omnino ferum, ac beſtiale. Vidésne quanto ſatius fuerat tibi camarinam immotam relinquere, neque Apophradem deridere, quæ tibi Apophradem & atram totā uitam reddiderit? An etiam amplius aliquid deſideras? Nam
C quod ad me attinet, nunquam quicquam deficiam. Nondum igitur ſcis quòd totum attraxiſti tibi plauſtrū, cum cōueniret, ô pæpalema (id eſt omnifariā ſcelerate) atq; cinæde, uereri te ſi quis homo hirſutus, & iuxta antiquū illud, Melampygus, acerbè ſolū intueretur te. Fortaſſis iam hæc quoq; ridebis, pæpalema quod dixi, & cinædum, perinde ut ænigmata quædā & griphos audiens. Ignota enim tibi ſunt tuorū operum nomina. Quare licet tibi iam etiam hæc cauillari, niſi tibi tripla atq; etiam quadrupla Apophras iam parta eſt. Accuſes autem teipſum ob hæc omnia, licet. Nā ut præclarus ille Euripides dicere ſolitus fuit, Oris indomiti, & ſtultitiæ & iniquitatis finis, infelicitas eſſe conſueuit.

D

## DE DOOMO, Iacobo Micyllo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Obliqua quædam domus laudatio eſt, cuius & ſitum & ſtructuram, & tecti cæterarumq; partium ornamenta, poſtremò etiam parietum picturas deſcribit, additis paſſim amplificandi gratia etiam ſimilitudinibus quibuſdam.* Atq; *hæc omnia ſub diſputationis ſeu contentionis quadam figura, qua de pulchritudine domus, utrum ea uidelicet ad inuitandum & iuuandum oratorem in ea dicentem plus proſit, an noceat, diſputatur. Cuius quidē affirmatiua pars priore loco tractatur, ab effectu & poteſtate pulchritudinis cōprobata, additis & exemplis & ſimilitudinibus eodē pertinentibus. Altera autē, ac negatiua, per proſopopœiam ſubiungitur. Fingitur enim alia quædā alterius oratio ſuperiorē refellere, & ſimilitudines, et quæ de ui pulchritudinis à ſuperiore afferuntur, per inuerſionem confutare, ipſa autē ſuam ſentētiam ab aliis elegantiæ ac pul-*
E *chritudinis effectibus, præterea & Herodoti teſtimonio, & ipſorum auditorum exemplo, confirmare. Ac in priore quidē parte ſitus domus & tecti, cæterarumq; partium elegātia depinguur: in poſteriore uerò parietum picturæ deſcribuntur, ut ex ea quoque re nouitas ac gratia quædam ſcripto accedat.*

ERgo Alexander quidem expetiuit in Cydno lauari, cum pulchrum adeò & perſpicuum fluuium eum conſpicatus eſſet, deinde & tutò profundum, & leniter cōcitatum, & æſtatis tempore gelidum, adeò etiā, ut ſi iam antea manifeſtū eum morbū quo poſtea ex illo ægrotare cœpit, præuidiſſet, non facilè ab illius lauacro abſtinere ſe potuiſſe uideatur. Domum autem ſi quis uideat mole maximam, forma pulcherrimam, luce clariſſimam, auro fulgentiſſimam, denique & picturis floridiſſimis, nō expetat

in ea orationem uelut teſtato relinquere,ſi fortè circa hoc ſtudium uerſetur,& F A
celebrari intus & inclareſcere,ac uoce illam implere,& quam maximè licet, e-
tiam ipſe pars quædam pulchritudinis illius eſſe, ſed ſtatim poſtquam diligen-
tius paulo contemplatus illam atque admiratus tantummodo fuerit,iterum in-
de abeat, mutam, & orationis expertem illam relinquens, neque alloquendo
quicquam uidelicet,neque ſermonem conferendo, perinde atque elinguis ali-
quis, aut qui inuidia quadam tacere decreuiſſet? At Hercle neque honeſti aut
ſtudioſi ullius officium hoc,neq; eius qui pulcherrimarum rerum amore tenea-
tur,ſed ruſticitas multa atque inſcitia eſt, & præterea amuſum certè & barba-
rum quiddã,ſuauiſſimis rebus ſe ipſum uelut indignũ abſtinere,& â pulcherri- G B
mis uelut exulem relegare, neque intelligere quòd non eadem circa ſpectacu-
la lex poſita ſit idiotis ſiue indoctis,& eruditis uiris:ſed illis quidẽ ſufficit com-
mune hoc,uidere ſolum,& circunſpicere,atque oculos circumferre,ac ſurſum
uerſus tectum ſpectare,manumq; attollere,& cum ſilentio uoluptatem capere,
præ metu ne quid non ſatis dignum iis quæ ſpectantur, dicendo proferat. At
qui cum eruditione ſiue iudicio aliquo ſpectat ea quæ pulchra ſunt, ille haud-
quaquam,puto,contentus erit uiſu tantũm, id quod delectabile eſt,decerpere,
aut mutus ſpectator pulchritudinis eſſe: ſed enitetur,quoad fieri poteſt, & im-
morari in eo,& oratione cõpenſare uiſum. Cæterùm compenſatio ea,non laus H C
modò domus (nam hoc quidem fortaſſis adoleſcentem illum inſularem dece-
bat,Menelai uidelicet domum cum admiratione quadam ſpectare,& cũ iis quæ
in cœlo pulchra ſunt,ebur & aurum ipſius cõparare,ut qui in terris pulchrum
aliud nihil uidiſſet) ſed & dicere in ea, & optimis quibuſque conuocatis, ora-
tionis ſpecimen exhibere, pars quædam laudis hoc quoque fuerit. Atque adeò
rem ſuauiſſimam arbitror eſſe, domum pulcherrimam ad ſuſcipiendas oratio-
nes adapertam,laudisq; & comprecationis plenam,paulatim ipſam quoq;,per-
inde ut antra,uoces referentem,& iis quæ dicuntur,reſpondentem,& proten-
dentem poſtrema ſermonis,& ultimis uerborum immorantẽ,imò uerò,quem- I D
admodum docilis aliquis auditor ſolet, ea quæ dicta ſunt,memoria repetẽtem,
& eum qui dicit,laudãtem,ac permutationem haudquaquam à Muſis alienam
cum ipſis facientem: quale quiddam accidit & ſpeculis paſtorum tibiis & cãtu
reſonantibus,uoce in contrarium repercuſſa,atque in ſe ipſam reuertẽte.Idio-
tæ autem & indocti putant uirginem quandã eſſe,quæ canentibus uel claman-
tibus hoc modo reſpondeat,in mediis alicubi præcipitiis habitantẽ,ac loquen-
tem intus de rupibus. Mihi itaq; uidetur unà cũ magnificentia domus ac ſum-
ptu,etiam dicentis animus attollere ſeſe,& ad perorandum excitari,utpote cui
ipſe quoque uiſus ſubminiſtrat ac ſubiicit nõnihil. Ferme enim intrò per ocu- K E
los permanat ac deſcendit ad animum uſque pulchrum aliquid, ad quod dein-
de ille exornatam & compoſitam orationẽ foras emittit. An uerò Achilli cre-
dimus,uiſum armorum intẽdiſſe illum contra Troianos impetũ, & poſtquam
idem illa experiendi tantùm gratia induiſſet,elatum fuiſſe,& ueluti ſublimem
ad belli deſiderium abreptum, orationis autem atque dicendi ſtudium nõ eo-
dem modo pulchritudine locorum accẽdi? Atqui Socrati quidẽ ſatis fuit plata-
nus illa ingenioſa, & herba uireſcens,& fons perſpicuus nõ longè ab Iliſſo,at-
que ibi reſidens, cum Phædrũ illum Myrrhinuſium uerbis eludebat, ac Lyſiæ
Cephali illius filii orationem redarguebat,tũ Muſas quoque accerſebat,crede-

batq;

A bátque uéturas eas eſſe in ſolitudinem, & coadiuturas ſe ad illam tùm de amore inſtitutam orationem. Neque uerebatur homo ſenex aduocare uirgines ad amores maſculos intelligendos. Nos autem in locum adeò pulchrum non putemus eas uel inuocatas uenturas eſſe? At ſanè nõ in umbra ſolùm, aut ſub Platani pulchritudine receptaculum hoc erit, neque etiam illa ad Iliſſum amœnitate relicta, Regis domum auream cum hac contuleris. Nam illius quidem admiratio omnis in magnificentia ac ſumptu conſiſtebat, ars autem, uel pulchritudo, uel delectatio, uel concinnitas partiũ, uel iuſta etiam proportio, nulla reſpondebat: neque etiam auro ſparſim ac modeſtè ornata erat, ſed erat ſpectacu-
B lum planè barbarũ opulentia mera, & inuidia aſpicientium, & felicitatis iactantia iis qui eam poſſidebãt: quod autem uerè laudares, nihil illi aderat. Neque enim ratio ulla erat Arſacidis pulchri, neq; oſtentationes ſuas ad uoluptatẽ comparabant, neque etiã curabant, laudaturíne eam eſſent ſpectatores, an non, ſed hoc ſolum, ut cum ſtupore quodã intuerentur. Non enim honeſti amantes, ſed diuitiarum ſtudioſi barbari ſunt. At huius domus pulchritudo, non ad barbaricos aliquos oculos, neq; ad Perſicam arrogantiam, aut regiam iactantiam comparata eſt: neq; pauperem modò ſpectatorem, ſed ingenioſum aliquem poſtulat, & cuius non ſolùm in uiſu iudicium, ſed & conſideratio aliqua atq; æſtima-
C tio uerba ſequantur. Nam quòd & ad pulcherrimam diei partem reſpicit (pulcherrima autem ipſius pars, & amabilis maximè, principium eſt) & ſolẽ proſpicientem ſtatim excipit, & lumine ad ſatietatẽ uſque repletur foribus adapertis, pro eo ac ueteres quoque templa ſua ſtatui, & ad ſolem aſpicere fecerunt. Deinde quòd & longitudo cum latitudine, & rurſum utraque hæc cũ altitudine iuſta proportione conſentiunt, & feneſtræ liberæ undequaq; à nulla parte impediuntur, & ad quodlibet anni tempus bene comparatæ atque appoſitæ ſunt, hæc, inquam, quomodo non ſuauia omnia, & multa laude digna? Præterea autem & tecti miretur quiſpiam illud, quòd in tam pulchro nihil affectatum aut
D nimium, in tam eleganti nihil quod reprehendere meritò poſſis, & quòd aurum quibus additum eſt, decorè atque concinnè reſpondet, neque ubi opus eo eſt, ibi immodicè aut ſuperfluè accumulatum, ſed perinde ut & mulieri modeſtæ ac pulchræ ſatis erit ad formam inſigniorem reddendã, uel circa collum tenue aliquod monile, uel circa digitum *annulus geſtabilis, uel de auribus ſuſpẽſæ inaures, aut annulus quiſpiã, uel tænia comã diffluentẽ colligans, quę tantum pulchritudini apponit, quantum ueſtitui purpura ſolet. At meretrices certè, & maximè deformiores, earum & ueſtem purpuream totam, & ceruicem auream facere ſolent, magnificentia uidelicet ſumptus iſta uenuſtatem atque
E amabilitatem quandam uenantes: & quod pulchritudini deeſt, appoſitione externæ delectabilitatis ceu quodam ſolamine compenſantes. Arbitrantur enim & humeros ſuos nitidiores apparere, reſplẽdentes unà cum auro: & pedis craſſitiem & inequalitatẽ, ſub aureo ſandalio tectum iri: faciemq; etiam ipſam amabiliorem fore ſi unà cum eo quod ſplendidiſſimũ, conſpiciatur. Ac illæ quidem hoc pacto. Modeſta uerò mulier, auro quidem pro eo ac ſatis eſt, & ad illa ſolùm quibus opus eſt, utitur: pulchritudinem uerò ſuam haudquaquam uerebitur etiam nudam exhibere ſpectandã. Proinde etiam huius domus tectum, imò potius caput, formoſum quidem per ſe ipſum quoque eſt, auro autem in tantum exornatũ eſt, quantũ & cœlũ noctu ſtellis certis ſpaciis inter ſe diſtantibus

* σφενδόνη *eſt in Græco, quod palam annuli ſignificat propriè.*

circumcirca ſplendet,certisq; item interuallis igne collucet. Quòd ſi totum ſo- F
ret igneum,haudquaquam certè pulchrum,ſed terribile nobis uideretur. Cæ-
terùm & hoc uidere licet,aurum hic haudquaquā ocioſum,aut delectandi mo-
dò gratia,reliquo ornatui interſperſum eſſe,ſed & fulgorem quendam non in-
iucundum de ſe præbere,& totam domum rubore ſuo uelut inficere. Quando
enim lumen diei incidens applicatur & cōmiſcetur cum auro,commune quid-
dam reſplendent, & duplicem ruboris claritatem ac rutilantiā exhibēt. Proin-
de ea quidem quæ ad faſtigium & uerticem domus pertinent,huiuſmodi ſunt,
ἐφόροφον, ut Ilia. 3. ἀίγλῃεντα. ut Homero aliquo laudatore opus habeant, qui illam uel celſitectam perinde
ac Helenes thalamum,uel ſplendoroſam uelut Olympum ipſum appellet. Re- G
liquum autem ornatum, & parietum picturas,& colorum pulchritudinem, &
uniuſcuiuſque euidentiam, & diligentiam & ueritatem, cum ueris aſpectu &
prato aliquo florido haud iniquum fuerit comparare: niſi quòd illa quidem
defloreſcunt,& emarceſcunt,& immutātur,& abiiciunt pulchritudinem: hoc
autem uer perpetuum,& pratum nunquam marceſcens,& flos immortalis,ut-
pote ſolo riſu apprehendente hæc, & decerpente ſuauitatem eorum quæ car-
puntur. Atqui tot ac talibus quis non uoluptate afficeretur ſpectandis? aut quis
non magnopere expeteret,etiam præterquàm poſſet, inter ea orationem ha-
bere? cum ſciat turpiſſimū eſſe ab iis quæ riſu percipiuntur,ſuperari atque à ter- H
go relinqui. Maximam enim alliciendi uim habet aſpectus pulchrorum,nō in-
ter homines modò,ſed & equus libentius opinor curſurus fuerit per campum
decliuem & mollem, placidè recipientem greſſum, & ſenſim cedentem pedi,
neque referientem,aut reſiſtentem ungulæ. Toto igitur tunc utitur curſu, to-
tumq; ſe ipſum tradens celeritati, certat etiam cum campi pulchritudine. Pauo
autem incipiēte uere ad pratum aliquod accedens,quando & flores prodeunt
non amabiliores modò,ſed & (ut ita dixerit quiſpiā) floridiores,& quod ad co-
lores & tinctura attinet,liquidiores: ipſe quoque extentis pennis,iisq; oſten-
ſis Soli, & ſublata cauda, eamq; undiq; circa ſe pandens, ſpectandos exhibet & I
illius flores,& uer illud pennarum, perinde ut prato ad huiuſmodi contentio-
nem & certamen ipſum prouocante. cōuertit quippe ſeipſum & circumagit,
& quaſi quandam pompam agit pulchritudinis ſuæ, quando uidelicet etiam
admirabilior apparet ad ſplendorem ſolis,uariantibus ſe coloribus,& paulatim
in alios atque alios tranſeuntibus, aliamq; ac nouam formoſitatis ſpeciē ſubin-
de recipientibus. Accidit autem hoc potiſſimū in circulis quos in ſummis pen-
nis habet,quorum quemlibet quaſi quædam irides circundant. Nam qui antè
æreus uiſus fuit,mox inclinante ſe paululum illo,aureus conſpicitur: & rurſum
quod ad ſolem cœruleum apparuit, ſi ſub umbram transferatur,uiride uidetur. K
Adeò ad luminis uiciſſitudinem,pēnarum ille ornatus uariatur. Nam quòd &
mare idoneum eſt ad prouocandum, & ad cupiditatem concitandam, quando
tranquillum uidelicet eſt,ipſi ſcitis, tametſi ego non dicam, quandoquidem e-
tiam ſi quiſpiam longiſſimè à mari continentē incolat, & omnino nauigatio-
nis inexpertus ſit, nihilominus tamen & ipſe cupit ingredi illud,& circumna-
uigare,& quàm procul à terra in altum deduci,ac maximè ſi uideat auram qui-
dem leniter à tergo proſequentem uelum, nauem autem placide ac leuiter per
ſummos paulatim fluctus labentem. Atque ob eam quidem rem etiam huius
domus pulchritudo idonea ſatis atque efficax eſt ad prouocandas orationes,&

ad

A ad excitandos dicentes, omnibusq; adeò modis celebrem aliquem reddendum. Proinde ego quidem hiſce credo, & iamdudum perſuaſus ſum, & in domū dicendi gratia ingreſſus ſum, pulchritudine illius ueluti *rhombo aut Sirene aliqua tractus, ſpem haud exiguam habens, etiam ſi antehac orationes meæ deformes atque inelegantes fuerint, exinde pulchras atque elegantes eas uiſum iri, perinde ac ueſte aliqua pulchriore exornatas. Cæterùm altera quædā oratio haudquaquam ignaua, ſed ualde generoſa quoque, ut ait, & inter loquendum refellebat me, & interrumpere ſermonem conabatur, & poſtquam dicēdi finem feci, haudquaquam uera hæc dicere me ait: ſed mirari ſe, ſi dicā aptio-
B rem eſſe ad orationes recitandas ac peragendas, domus pulchritudinem picturis atque auro exornatam. Nam ipſum contrarium planè euenire. Imò uerò, ſi uidetur uobis, ipſa huc accedens oratio, pro ſe tanquam apud Iudices uos dicat, quatenus conducibiliorem putet eſſe dicēti domum ſimplicem atque deformem. Ac me quidem iam audiſtis, atq; orationem meam: proinde opus non habeo de eadem re bis dicere. Iſta autem accedens iam dicat, & ego tacebo, atq; aliquantiſper locum ipſi dabo. Proinde uiri Iudices, inquit oratio, ille quidem orator qui antea uerba fecit, multis ac magnis modis domum hanc prædicauit, & oratione ſua ornauit. Ego uerò tantum abeſt ut illam reprehendere aut ui-
C tuperare uelim, ut etiam ea quæ ab illo prætermiſſa ſunt, addenda amplius mihi putem. Nam quo pulchrior illa uobis apparuerit eſſe, eo magis contraria eſſe dicentis commoditati atque uſui oſtendetur. Ac primùm quidem, poſteaquam mulierum & ornatus & auri mentionem ille fecit, mihi quoque permittatis quæſo eodem exemplo uti. Nam aio equidem, mulieribus formoſis non modò nihil conferre ad pulchritudinem ampliorem reddēdam, ornatum illū multum, ſed contrà aduerſari potius, quando uidelicet eorum qui fortè aſpiciunt illas, unuſquiſque auro & lapillis iſtis precioſis obſtupefactus, pro eo quòd laudare uel colorem, uel uultum, uel ceruicem, uel cubitum uel digitum debebat,
D relictis his, ad Sardium uel Smaragdum, uel monile uel armillas reſpicit, ut ob id meritò illa ita neglecta, dolore affici poſſit, propter ornatum ſeu mundum ſpectatoribus non habentibus ocium ac ſpaciū laudandæ illius, ſed obiter duntaxat ipſam intuentibus. Quod idem opinor neceſſe eſt etiam illi accidere, qui inter tam pulchra opera orationem recitare uolet. Latet enim inter magnitudinem pulchrarum rerum, quod dictum eſt, obſcuraturq;, & unà abripitur, perinde ac ſi quis lucernam allatam in rogum aliquem magnum iniiciat, aut formicam in elephante ſeu camelo ſpectandam exhibeat. Proinde hoc euitandum dicenti eſt. Præterea autem & uocem ipſam confundit, qui in uocali adeò &
E ſonoroſa domo dicit. Nam illa reſpondet, & ex aduerſo reſonat, & contradicit, imò etiam obruit atque abſcondit uocem dicentis, quale quiddam & tuba facit tibiæ, ſi pariter inflētur, aut hortatoribus mare, quoties illi ad ſtrepitū maris, remigationi accinere uolūt. Vincit enim magnitudo uocis, & ſupprimit id quod minus eſt. Iam uerò etiā illud quod dixit aduerſarius, quòd uidelicet excitet pulchra domus dicentem, & alacriorem reddat, quātum mihi quidem uidetur, diuerſo modo ſe haber. Obſtupefacit enim & perterret, & rationē conturbat, timidioremq; facit, cogitantem nimirum illud, quòd omnium turpiſſimum ſit, in loco pulchro ac ſpecioſo non pulchram ac ſpecioſam orationem quoque apparere. Index enim iſte profectò omnium manifeſtiſſimus eſt, non

*ἰυγγος.

aliter ac si quis armaturam pulchrã induat, deinde ante cæteros fugiat, notabilior uidelicet ex eo, quòd armis insignioribus ornatus. Atq; hoc quidem uidetur mihi etiam apud Homerum orator ille perpendisse, atque ideo formositatis minimã curam habuisse, quin magis homini prorsus etiã imperito se ipsum assimilasse, quò uidelicet maiori admirationi foret uerborũ & orationis ipsius pulchritudo, ex illa cum deformitate facta collatione, præsertim cum omnino necesse illud quoque sit, dicentis ipsius mentem circa intutum detineri, & cogitandi diligentiam ac curam langueſcere uisu superante, & ad sese uocãte, neque orationi uacare atque incumbere permittẽte. Quare quid restat ultrà quo minus deterius prorsum dicat talis aliquis, animo circa eorũ quæ uidentur laudes occupato? Omitto enim dicere, quòd & præsentes ipsi, & ad auscultandum introˆ assumpti, postquam ad talem domum accesserint, ex auditoribus spectatores fiunt: & neque iam Demodocus, aut Phemius, aut Thamyris, aut Amphion, aut Orpheus aliquis, is qui orationẽ habet, ita est, ut auellere cogitationes illorum à spectando possit: sed ut quisque ipsum modò limen transcenderit, ita frequẽti ac multa pulchritudine circumfusus, uerborum sanè illorum aut recitationis ne principiũ quidem exaudire uidetur: sed totus in spectãdo uersatur, nisi quis fortè omnino cæcus fuerit, aut noctu, uelut ille in uico Martio Senatus solet, ad auscultandum uenerit. Nam quòd uerborum uis longè inferior sit, quàm ut cum uisu certare queat, etiam Sirenum fabula cum illa de Gorgonibus comparata, facilè docuerit. Illæ enim mulcebant quidem præternauigantes, canendo, atque abblandiendo carminibus, & ad se delatos aliquandiu detinebant: & in summa, res ipsa, mora quadam opus habebat, atq; interim eas etiam præteruectus quispiam est, & carmen ipsum obturatis auribus prætermisit: at Gorgonum pulchritudo, ut quæ uiolentissima esset, & partibus animæ præcipuè sauciabilibus obuersaretur, statim attonitos reddebat aspicientes, ac mutos faciebat, & quemadmodum fabulæ placet, & fertur, in lapides illico præ admiratione conuertebantur. Quamobrem & illa quæ de pauone paulò antè ad uos dixit, pro me ipsa dicta esse existimo. Nam & illius in aspectu nõ in uoce delectatio est, ac si quis iuxta illum uel philomelam uel cygnum statuat, ac canere iubeat, inter canendum autem pauonem iacentẽ commonstret, sat scio quòd ad hunc deflexurus sit animus, longum ualere iussis illorũ canticis. Adeò inexpugnabile quiddam uidetur esse ea quæ per uisum uoluptas capitur. Atque equidem, si uultis, testem uobis adducam uirum doctũ, qui statim mihi testimoniũ feret, quòd multo magis superãt ea quæ uisu percipiuntur, quàm quæ auditu. Ac iam heus præco accerse mihi huc ipsum Herodotũ, Lyxi filium, Alicarnassensem. Et quia probè fecit, atque obediit, testimonium dicat accedens. Vos autem aduertite ipsum Ionica lingua uobis loquentem, perinde ut cõsuetum ipsi est. Vera ista, Oratio uobis hæc, Iudices, narrat, atque ipsi credite quæcunque de his uobis dixerit, uisum auditui præferendo. Aures siquidem fide minus digniores sunt, quàm oculi. Auditis testẽ, quæ dicit, & ut primas uisui tribuerit? ac meritò. Nam uerba quidem alata sunt, & euanescunt, pariter cum eo quando proferuntur, auolantia. At eorum quæ uidentur, delectatio, semper adest, ac præsens manet, & spectatorem ad se prorsus abducit. Proinde quomodo non difficilis ac grauis dicenti aduersaria fuerit domus ita pulchra, & ab omni parte conspicua? Quin quod maximum est, nondum etiam dixi. Nam

*Lib. 1. Herodoti.*

uos

A uos ipſi Iudices,& interea dum nos dicimus,ad tectū ſurſum aſpexiſtis, & parietes admirati eſtis:& picturas,ad unamquanque auerſi,examinaſtis,neq; quicquam etiam ueriti eſtis. Venia enim dignum eſt ſiquid humanū paſſi eſtis,præſertim erga tam pulchra ac uaria obiecta. Nam artis diligentia,& hiſtoriæ cum antiquitate utilitas, reuera illiciendi uim quandam habent, & ſpectatores eruditos requirunt. Et ut ne per omnia iſthuc oculos auerſos habeatis nobis relictis,age,quoad fieri poteſt,depingam illa uobis oratione. Delectabimini enim, ut puto,audientes quoque ea quæ oculis intuentes miramini. Ac fortaſſis ob id ipſum etiam laudabitis me,& aduerſario anteponetis,ut qui & ipſe demon-
B ſtrem hæc,& duplicem uobis uoluptatem pariam. Cæterùm conatus huius difficultatem uidetis, nimirum quàm graue ſit abſque coloribus & figuris & loco tam multas imagines in unum cōgerere. Eſt enim exilis planè pictura uerborum. Quare ad dexteram quidē ingredienti, Argolicæ fabulæ intermixtum eſt malum illud Aethiopicum: Perſeus uidelicet monſtrum illud marinum interficit,& Andromedam deponit,& paulò pòſt eandem ducet,atque inde diſcedet abducta ſecum illa. Atque hoc parergon quoddam, ſiue extra propoſitam rem additum fuit ad eum quo ad Gorgonas abiit uolatum. In exigua autem parte, multa imitatione expreſſit artifex ille, uerecundiam puta uirginis,
C & metum. Spectat enim & pugnam deſuper ex rupe, & adoleſcentis audaciam amatoriam, & belluæ uiſum intolerabilem. Atq; ea quidem accedit horrida ſpinis, & formidabilis hiatu oris. Perſeus autem ſiniſtra quidem oſtendit Gorgonem, dextra uerò enſe ferit. Et rurſum, quantum quidem belluæ illius Meduſam aſpexit, iam ſaxum eſt: reliquum autem quod adhuc animatum eſt, falcato enſe cæditur. Deinceps autem poſt hanc imaginem alia quædam pictura, iuſtiſſima illa quidem, depicta eſt,cuius primum exemplar uidetur mihi pictor ab Euripide uel Sophocle accepiſſe: (nam illi ſimilem quandam imaginem deſcripſere) adoleſcentes duo ſocii, Pylades uidelicet Phocenſis, & Ore-
D ſtes, cum iam uiderentur mortui eſſe, poſt regiam latentes, & clàm adeuntes, occidunt ambo Aegiſthum. Clytæmneſtra autem iam interfecta eſt, & in lecto quodam ſeminuda poſita iacet. Ac totum famulitium, facinore tanto obſtupefacti, alii quidem clamantibus ſimiles apparent, alii autem nonnulli quò fugam capiant, circunſpiciunt. Honeſtum autem quiddam pictor excogitauit, qui quod impium in hac re fuit,id oſtendit ſolùm, & quaſi iam peractum trāſcurrit: adoleſcentes autem in cæde adulteri immorari fecit. Poſt hæc autem deus eſt formoſus,& adoleſcentulus uenuſtus,amatorium quoddam ludicrum: Branchus puta in rupe ſedens tenet leporem, & alludit cani. Hic autem aſſi-
E lienti ad ipſum in ſublime,ſimilis eſt: & Apollo adſtās arridet. delectatur uidelicet utroque,& puero ludente,& cane ſaltum meditāte. Vltra hæc Perſeus iterum ſequitur,illa quæ belluæ marinæ cædem anteceſſerunt,aggrediens,& Meduſæ caput amputans,& Minerua protegens Perſeum. atq; hic quidem facinus iam peregit,factum autem ipſum nondum uidit in clypeo,Gorgonis imaginem uidelicet. uidit enim pœnam ueri aſpectus. In medio autem pariete ex aduerſo ianuæ,Mineruæ ædicula quædam eſt,& dea ipſa ex marmore candido: habitus autem haudquaquam militaris,ſed qualis fuerit pacem agentis deæ bellicæ. Deinde poſt hanc alia Minerua,nō marmorea illa quidem,ſed pictura rurſum, quam Vulcanus amans inſequitur,ipſa autem fugit,& ex ea perſecutione Eri-

chthonius naſcitur. Hanc conſequitur uetus quædam alia pictura: Orion portat Cedalionem, cæcus exiſtens. ille autem dum ita uehitur, indicat ipſi ferẽtem ad lucem uiam, & Sol apparens medetur cæcitatem. Vulcanus autẽ à Lemno opus hoc intuetur. Poſt hæc Vlyſſes ſequitur, inſaniens uidelicet, quando cum Atridis in expeditionem ire nolebat. Adſunt autem legati iam uocãtes ipſum. Atque ea quidem quæ ad ſimulationem pertinebant, probabilia omnia, uehiculum uidelicet, & iumentorum iunctorum abſurditas & repugnantia, & eorum quæ agebantur, inſcitia. ſed redarguitur tamen obiecto infante. Nam Palamedes Nauplii filius, intelligens rem, correpto Telemacho, minatur ſe eum interfecturum eſſe, ſtrictum tenẽs enſem: & ut ille inſaniam fingit, ita hic quoque iram cõtrà ſimulat. Vlyſſes autem ad metum hunc reſipiſcit, & pater fit, ſimulationemq; deponit. Poſtrema uerò Medea depicta eſt, æmulatione atq; inuidia flagrans, pueros aſpiciens, & graue quiddam meditãs. Tenet quippe iam gladium, miſeri autem illi adſtãt ridentes, nihil eorum quæ futura erant, ſcientes, & hoc, aſpicientes in manibus matris gladium. Hæc igitur omnia uiri Iudices an non uidetis quomodo abducant quidem auditorem, & ad ſpectandum auertant, ſolum autem relinquant dicentem? Atque equidem uerbis ea perſecutus ſum, non ut aduerſarium, pro audaci ac temerario eo habito, quòd rebus ita difficilibus ſeipſum uolens immerſit, damnetis, atque odio habeatis, ſolumq; eum cum ſuis orationibus relinquatis, ſed ut magis in certamen ipſi adſitis, & quoad fieri poteſt, conniuentes, ea quæ dicuntur audiatis, æſtimantes apud uos rei difficultatem. Vix enim etiam hoc pacto haudquaquã uidelicet Iudices uos, ſed auxiliatores habendo, poterit non omnino indignus magnificentia domus hac cenſeri. Quòd autem pro aduerſario hæc oro, ne miremini. Nam ex eo quòd domum hanc amem, & eum qui in ea dicit, quicunque tandem is fuerit, optarim equidem celebrari.

## MACROBII, Vincentio Obſopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Catalogus eſt μακροβίων, hoc eſt eorum qui ad longam ætatem peruenerunt, quem natalitij muneris loco Quintillo cuidam mittit, ſomnio ad hoc faciendum, ut ipſe ait, admonitus. Recenſet autem principiò totas hominum nationes ac genera quæ diutiſſimè uixerint: deinde tranſitione ad ſingulos facta, reges primùm ac principes, deinde & philoſophos, & Hiſtoricos, & Oratores, & Poetas, & Grammaticos, qui quammaximè longæui fuiſſe perhibentur, annumerat. Orditur autem à cauſſa qua ad hoc ſcriptum impulſus fuit, addita etiam commendatione operis ab utilitate quam ex huius lectione percepturus ſit Quintillus.*

Omniũ muneris loco, clariſſime Quintille, iuſſus apporto tibi longæuos: ſomnium inquã, quod iam olim uidi, & amicis narraui meis, quo die minori natu filio tuo nomen indidiſti. Cum autẽ nulla coniectura potuiſſem aſſequi, quósnam Deus hoc ſomnio longæuos tibi me afferre mandaret, equidem deos id temporis precatus ſum, ut uitã quàm longiſſimam tu & filii tui traduceretis, ratus ſcilicet hoc profuturum cum uniuerſo generi hominum, tum præ cæteris mihi, & meis omnibus. Siquidem hoc ipſo & mihi quiddam felicitatis Deus uiſus eſt prædicere. Conſideranti autem apud animum meum uenit in mentem, ut par erat homini in liberalibus diſciplinis uerſanti, deos hæc mihi præcepiſſe, ut aliquod eruditũ opuſculum, & ab ingenuis artibus profectũ ad te deferrem. Hanc itaq; aptiſſimam natalitiis muneribus offerendis diem exiſtimans, eos tibi dedico, quos ad longam ſenectutem ſana mente & integris corporis uiribus peruenisſe comperimus. Fortaſſe autem

A autem ex huius libelli lectione gemina ad te peruenire poteſt utilitas: una, ut & alacritatē animo & optimā ſpem cōcipias & te poſſe q̄diutiſſimè uiuere: altera, qua inſtitutionem ab exemplis capias, cognitis iis qui poſteaquā maximam ſui curam habuerunt, corporis pariter & animi ratione habita, ſummā ſenectutem ſine omni corporis incōmodo ſunt conſequuti. Homerus igitur Neſtorē prin- *Catalogus Macrobiorū.*
cipum Achiuorum ſapiētiſſimum uitam ſuam tribus ſeculis produxiſſe ſcribit, quem nobis & animo & corpore exercitatum commēdat. Et Tireſiam uatem poëtæ tragici ad ſex uſq; ætates hominum uitam prorogaſſe perhibent. Credibile eſt autem uirum diis immortalibus ſacrum, & moderatiore uiuēdi ratione
B utentem, longiſſima uita fuiſſe functum. Quin omnes nationes propter uictus rationem longæuæ fuiſſe inueniuntur: cuiuſmodi ſunt Aegyptiorū ſacri ſcribæ, & apud Aſſyrios & Arabas fabularū interpretes, & apud Indos Brachmanes, ad amuſſim philoſophiæ ſtudiis uacantes. Præterea quos Magos uocāt, genus illud uatidicum, & diis dicatū. Inſuper apud Perſas & Parthos, & Bactros, & Choraſmios, & Sacas, & Medos, aliasq; multas gentes barbaras, qui & firma corporis ualetudine ſunt præditi, & ualde diuturni, cū beneficio magicæ quam exercēt, tū quòd & ipſi accurata uictus ratione utantur. Iam uerò gentes quoque ætate omniū longiſſima utentes, ex quibus ſunt Seres, ad trecentos annos
C uſque uiuere, memoriæ proditum eſt. Cuius rei cauſſam nōnulli temperato aëri, nonnulli naturæ terræ, alii rationi uiuendi aſſignant. Siquidem aiunt omnes illas nationes tantùm aquam potare. Compertum eſt autē Athotas quoq; centum & triginta annos uiuere, & Chaldæos ultra centū annos egredi fama eſt, & eoſdem hordeaceo pane uti, tanquā perſpicacitatis pharmaco. Quibus perhibent ob hāc ipſam uictus rationem alios quoque ſenſus quàm cæteris hominibus eſſe ualidiores. Sed hæc de nationibus longæuis, & gentibus quas plurimum ætatis aiunt uiuere, nonnulli propter ſitum terræ, nonnulli propter aëris temperiem, nōnulli propter rationē uictus, nonnulli autem propter utrun-
D que. Cæterùm ego iure optimo longè meliorem ſpem tibi oſtendam, ſi planum fecero homines ubique terrarum & gentium, & ſub quouis aëre degentes, ad ſummam ſenectutem peruenire, qui cōmodis exercitationibus, & conuenientem ſanitati uiuendi rationem ſectantur. Facta autem huius narrationis ſectione, primùm obſeruatis uirorum ſtudiis, initiò Reges, & uirtute imperatoria claros homines memorabo, quorum unum ſummæ religionis pietas ad perfectiſſimum ordinem perducens, maximis beneficiis imperium & terram ipſius affecit. Ad hunc modum & tu longæuorum hominum naturæ & fortunæ animaduerſione intētus, tāto promptius ſperare poteris ſenectutem ſanā & lon-
E gam: & pari ſtudio hos ipſos æmulatus, tibi ipſe lōgiſſimam & prouectiſſimam uitam ratione uictus paraueris. Numa Pompilius Romanorum regum longè feliciſſimus, ac Deorū cultui deditiſſimus, ſupra octoginta annos uixiſſe traditur. Seruius autē Tullius, & ipſe Romanorum rex, ſimiliter ultra octoginta annos uixiſſe dicitur. Tarquinius nouiſſimus rex Romanorum eiectus in exilium Cumis conſenuit, ac ultra nonaginta annos firmiſſima ualetudine uſus uixiſſe perhibetur. Et hi Romanorū reges fuere, quibus & reliquos rēges adiungā qui ad ultimam ſenectutem peruenerunt, demonſtratis etiam illorū exercitationibus. In calce autem reliquos etiam Romanorum ad longiſſimam ſenectutē delatos adſcribam, adiectis etiam cæteris Italiæ populis, qui diutiſſimè uixerunt.

Etenim qui ſola hiſtoria noſtratē aërem calumniantur, probabilibus argumen- F
tis refelli poſſunt, adeò ut meliorē ſpē habere liceat, fore ut perfecti uoti com-
potes fiamus, & longiſſimam ac pleniſſimam tota terra mariq; dominantem ſe-
nectutem, iamq; in ſuis locis regnantem & ſeneſcentem conſequamur. Proin-
de Argāthonius Tarteſiorum rex centum & quinquaginta annos uixiſſe tra-
ditur, authoribus Herodoto hiſtorico, & Anacreonte poëta lyrico: tametſi hoc
quibuſdam fabuloſum uideatur. Agathocles Siciliæ tyrannus annos quinq; &
nonaginta egreſſus fato functus eſt, ſicut Democharis & Timæus literis prodi-
derunt. Hieron quoque Syracuſanorum tyrannus duos & nonaginta annos
natus, morbis tandem abſumptus obiit, cum regnaſſet annos ſeptuaginta, ſicut G
Demetrius Calliſtianus & alii memorant. Anteas autem rex Scytharum, qui
ad Iſtrum fluuium cū Philippo confligens in pugna occubuit, ultra nonaginta
annos egreſſus eſt. Bardylis uerò rex Illyriorum, qui ex equo in eo quod ge-
ſſit contra Philippum bello pugnaſſe dicitur, nonaginta annos cōpleuit. Teres
rex Dryſorum, authore Theopompo, duos & nonaginta annos agens mor-
tuus eſt. Antigonus autē Philippi filius luſcus rex Macedonū, in Phrygia cum
Seleuco & Lyſimacho confligens, multis acceptis uulneribus collapſus, anno
uno & octogeſimo uitam finiuit, ſicut narrat Hieronymus, qui cum eo milita-
uit. Porrò Lyſimachus & ipſe rex Macedoniæ, in pugna contra Seleucum ſuſ- H
cepta occubuit, octogeſimum annum conſequutus, ut idem Hieronymus te-
ſtatur. Antigonus uerò filius Demetrii, Antigoni Luſci nepos, quatuor & qua-
draginta annos regnum Macedoniæ tenuit: uixit autem octoginta, ſicut Me-
dius & alii ſcriptores teſtantur. Conſimiliter & Antipater patre Iolao genitus,
maxima fultus potentia, & qui multorum regum Macedoniæ tutelam egit, ul-
tra octogeſimum annum egreſſus exceſſit è uita. Ptolemæus autem Lago pa-
tre natus, inter reges propria fortuna feliciſſimus, imperauit Aegypto annos
octoginta natus. Viuus autem tradidit imperiū duobus annis anteq; moreretur,
Ptolemæo filio, cui cognomentum fuit Philadelpho, qui & paternū regnum à I
fratribus ſortitus eſt. Philæteros, qui primus condendi circa Pergamum prin-
cipatus author fuit, & eundē cum eſſet Eunuchus obtinuit, mortuus eſt octogin-
ta annos natus. Attalus autem cognominatus Philadelphus, & hic rex Perga-
menorū, ad quem etiam Scipio Romanorū Imperator uenit, duos & octoginta
annos agens, uitam reliquit. Mithridates rex Ponti, Ktiſtes appellatus, Antigo-
num Luſcū fugiens, in Ponto mortuus eſt, cū egiſſet annos quatuor & octo-
ginta, ſicut Hieronymus & alii ſcriptores prodiderunt. Ariarathes rex Cappa-
docum Hieronymi teſtimonio duo & octoginta annos uixit: atq; haud dubiè
ad grandiorem ætatem peruenire potuiſſet, niſi in pugna contra Perdiccā ui- K
uus captus, & in crucē ſublatus fuiſſet. Maior autem Cyrus rex Perſarum, ſicut
Perſæ & Aſſyriorum hiſtoriæ loquuntur, quibus etiā ſuffragari uidetur One-
ſicritus, qui res geſtas Alexandri Magni in hiſtoriam contulit, centeſimum an-
num aſſequutus, requirebat unumquenque amicorum: quorum cū plurimos
à filio ſuo Cambyſe interemptos comperiſſet, ac Cambyſes ipſius iuſſu hoc i-
pſum ſe feciſſe fateretur, partim ob filii crudelitatem probroſe affectus, partim
ſe ipſe tanquam iuſtitiæ & legum uiolatorē accuſans, maxima triſtitia cōturba-
tus uitam finiuit. Artaxerxes Mnemonis cognomentum ſortitus, contra quem
Cyrus frater exercitum duxit, imperiū Perſarum obtinens, morbis cōſumptus
deceſſit,

A deceſſit, annos ſex & octoginta natus, ſed ut Dinon ſcribit, quatuor & nonaginta. Artaxerxes alter Perſarum rex, quem patrum ſuorum memoria Iſidorus Characenus hiſtoricus regnaſſe tradit, cum annos tres & nonaginta uixiſſet, inſidiis fratris Goſethræ clàm obtruncatus eſt. Sinarthocles autem rex Parthyæorum annos nonaginta iam natus, à Sacauracis Scythis reductus ab exilio regnare incepit, & regnauit annos ſeptem. At Tigranes rex Armeniorũ, contra quem Lucullus pugnauit, quinto & octogeſimo anno morbo conſumptus periit. Hyſpaſines Characenorũ & regionum mari rubro adiacentiũ rex quinto & octogeſimo anno morbo correptus deceſſit. Tereus tertius poſt Hyſpaſi-
B nen earum nationum rex, cũ uixiſſet duos & nonaginta annos, morbo periit. Artabazus autem, qui ſeptimus poſt Tiræum Characenorum regnum tenuit, ſex & octoginta annos reductus à Parthis ab exilio regnauit. Et Mnaſcires rex Parthyæorum ſex & nonaginta annos uixit. Maſiniſſa uerò rex Mauritaniæ nonaginta annos uixit. Aſandrus autẽ à diuo Auguſto loco Etnarchi rex Boſpori declaratus, annum agens nonageſimũ, & equeſtri & pedeſtri pugna nullo inferior uſpiam eſt comperctus. Qui ut animaduertit Scribonio rem militarem commendatam, cibo abſtinens diem ſuum obiit, cum uixiſſet annos tres & nonaginta. Goęſus, ut Iſidorus auctor eſt, Characene regnũ tenuit, quo tem-
C pore Mano quoque imperauit Arabibus, centum & quindecim annos natus, poſtremùm morbo periit. Tot igitur ante noſtram memoriam memorãdæ ſenectutis reges fuiſſe maiores noſtri literis prodiderunt. His annumerãtur Philoſophi, & omnes qui ingenio & eruditione præſtantes fuerunt, qui aliqua ſui cura habita, ad extremam ſenectutem peruenerunt.

Eos itaque quos multa lectione didicimus, perſcribemus, ac initio quidẽ Phi- *Philoſophi.*
loſophos, quorum Democritus Abderites cẽtum & quatuor annos natus, cum alimento abſtineret, mortuus eſt. Xenophilus Muſicus, perhibente Ariſtoxeno, Pythagoricæ philoſophiæ cãdidatus, ultra quinq; & centum annos Athe-
D nis uitam traduxit. Solon autem, & Thales, & Pittacus, qui è ſeptem ſapiẽtum numero fuerunt, centum annos unuſquiſque uixit. Zenon uerò Stoicæ philoſophiæ auctor & princeps, octo & nonaginta. Hũc aiũt in concionẽ prodeuntem offenſo pede exclamaſſe: Quid me uocas? & domũ reuerſum inedia uitam finiſſe. Cleanthes Zenonis diſcipulus & ſucceſſor, nouem & nonaginta annos natus, tuberculum in labiis habuit. Cumq; decreuiſſet inedia uitam abſumere, allatæ ſunt ei ab amicis literæ. Ac mox adhibito cibo, & perfectis amicorũ poſtulatis, iterum cibo abſtinens, uita defunctus eſt. Xenophanes autem Dexino patre natus, Archelai phyſici auditor, unũ & nonaginta annos uixit. Xenocra-
E tes Platonis diſcipulus, quatuor & octoginta. Carneades nouę Academiæ fundator, annos quinque & octoginta. Chryſippus unum & octoginta. Diogenes autem Seleucus Tigrius, Stoicæ ſectæ philoſophus, duodenonaginta. Poſidonius Apamea Syriæ oriundus, lege autem philoſophus Rhodius, pariter & hiſtoricus, octoginta quatuor. Critolaus peripateticus ultra duos & octoginta. Plato philoſophorum ſanctiſſimus, unum & octoginta. Athenodorus Sandonis Tarſenſis, qui fuit Cæſaris Auguſti præceptor, cuius precibus Tarſis ciuitas uectigalibus leuata eſt, duos & octoginta annos agens mortuus eſt in patria. Huic Tarſenſis populus quotannis ſolennes honores ut heroi perſoluit. Neſtor uerò Stoicus, & hic à Tarſo ortum trahens, præceptor Cæſaris Tybe-

rii,duos & nonaginta. Xenophon Grylli filius uixit ultra nonaginta annos. Et phi celebres fuere philosophi. Ex scriptoribus autem historicis Ctesibius centum & uigintiquatuor annos egressus,inter deambulandum mortuus est,sicut narrat Apollodorus in Chronicis. Hieronymus uerò & in bellis uersatus, ac non paucis laboribus & uulneribus affectus, uixit ad annum quartum & centesimũ,sicut refert Agatharchides libro nono historiæ Asiaticæ. Ac hominem non mediocriter demiratur,quòd ad summum usq; uitæ diem ualuerit in colloquiis,& in sensibus ad sanitatem necessariis non defecerit. Hellanicus Lesbius octogintaquinque annos uixit. Similiter Pherecydes Syrus quinque & octoginta. Timæus Tauromenites sex & nonaginta. Aristobulus Cassandræus ultra nonaginta annos uixisse fertur,qui historiam suam quartũ & octogesimum annum agens orsus est conscribere, id quod ipse in operis sui principio testatur. Polybius autem Lycorta parte genitus, Megalopolitanus, rure rediens ab equo delapsus est, quo casu morbo correptus decessit anno secũdo & octogesimo. Porrò Hypsicrates Amisenus historicus,uir in multis disciplinis uersatus,annos duos & nonaginta uixit. Cæterũ è Rhetoribus Gorgias, quẽ quidam Sophistam uocant, annum agens octauum & centesimum,inedia uitã finiuit. Hunc interrogatũ caussam tam lõgæ senectutis, & ualetudinis in omnibus sensibus uigentis, respondisse aiunt, quòd aliorum conuiuia non sit sectatus. Isocrates sex & nonaginta annos natus sermonẽ scripsit Panegyricum. Iam uerò ingressus annum nonagesimum nonum, cum accepisset Athenienses in pugna apud Chæroneam commissa à Philippo esse superatos,quiritando Euripideum uersiculum recitauit,ad seipsum referens:

Sidonis urbis alta quondam mœnia
Cadmus relinquens.

Quibus cum adiecisset,fore ut Græcia in seruitutem prolaberetur,è uita decessit. Apollodorus autem rhetor Pergamenus, Cæsaris Augusti in diuos relati præceptor, quem unà cum Athenodoro Tarsensi bonis disciplinis imbuit, totidẽ quot Athenodorus annos,nempe duos & octoginta,uixit. Potamon rhetor non incelebris,annos nonaginta. Sophocles poëta Tragicus deuorato uuæ acino strangulatus est,cum egisset annos quinque & nonaginta. Hic à filio Iophonte sub finem uitæ in ius uocatus,& desipientiæ accusatus,recitauit Iudicibus Oedipum Colonæum, planum faciens ea fabula,quòd sanæ mentis cõpos esset. Qua audita,Iudices ingenium eius admirati sunt,ac filiũ insaniæ damnauerunt. Cratinus autem poëta Comicus,septem supra nonaginta annos uixit, atque sub finem uitæ cum docuisset fabulã Pitynen, eaq; uictor euasisset, haud ita multo pòst est mortuus. Non dissimiliter quoque Philemon Comicus septimum & nonagesimum annum agens decumbebat in lectulo quiescens:qui cum uidisset asinum ficus sibi præparatas deuorantem,prolapsus in cachinnos, & accersito famulo,multo & uehementi cum risu præcepit asino merũ ad sorbendum dari, atque ita risu suffocatus obiit. Epicharmus autem & ipse poëta Comicus, septem & nonaginra annos uixisse dicitur. Porrò Anacreon poëta Lyricus uixit annos quinque & octoginta. Et Stesichorus poëta Lyricus totidem. Simonides Cius supra nonaginta. Sedenim ex Grammaticis Eratosthenes Cyrenæus Aglai filius,quem non Grammaticum solùm,sed etiam poëtam meritò quis uocarit,& philosophum & geometram, duos & octoginta annos uixit.

A uixit. Quin etiam Lycurgus Lacedæmoniorū legū conditor,quinq; & octoginta annos uixiſſe dicitur. Tot impræſentiarum Reges & eruditos homines colligere potui. Quia uerò pollicitus ſum & Romanorum quoſdam lōgæuos, & Italos, qui ad ſummam ſenectutē peruenerunt,perſcribere: eos tibi Diis uolentibus præſtantiſſime Quintille in altero libro manifeſtabimus.

## PATRIAE ENCOMIVM, Vincentio Obſopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

B *Argumentum & genus orationis, ipſe titulus exponit.* Eſt *autem propoſitio & ſumma negocij, patriam omnium rerum eſſe digniſsimam & uenerabiliſsimam, ut quam & homines & dij reliquis rebus omnibus anteponant.* Argumenta *pleraque à ſignis & conſequentibus ſumuntur.* Oſtendit *enim quæcunq; homines faciunt,ea ad patriæ uel ornamentum uel defenſionem comparare, & quantumuis humili aut ſterili ſolo aliquis natus ſit,nihilominus patriam ſuam ſplēdidiſsimis ciuitatibus ac regnis anteponere : quemadmodum parentum quoque & liberorum inter ſe affectus eiuſmodi eſt,ut qualeſcunque ipſi ſint, tamen ſeſe omnibus alijs plus ament & colant.* Proinde *& legislatores cum grauiſsimè punire homines uellent, patriæ priuationem atque exilium,tanquam acerbiſsimam pœnam,inſtituiſſe.*

C IAM olim uulgi ſermone detritum eſt,nihil eſſe patria dulcius,proinde neq; iucundius quicquam. Eſt uerò hac aliquid uenerabilius aut diuinius? Siquidem quæcunq; diuina, quæcunq; ueneratione digna homines eſſe exiſtimant,horum cauſſa atque magiſtra eſt patria,quæ nos genuit,aluit atque inſtituit. Enimuero urbiū magnitudinem atque ſplendorem, ſumptuoſos præterea uariorum inſtrumentorum apparatus admirātur multi, patriam uerò pio amoris affectu proſequūtur omnes: neque quiſquam quamlibet potens, ita deceptus eſt alienarū rerum amœno & uoluptuoſo ſpectaculo,ut propter immodicam apud alios rerum cum uiſendarum tum admirandarum excellentiam,obliuiſcatur patriæ. Itaque quicunque felicis & ſplendidæ ciuitatis ſe ciuem eſſe iactat,ignorare mihi uidetur quam gloriam aut ho-
D norem patriæ tribuere oporteat. Neque occultè fert talis, ſe dolore affectū iri, ſi mediocrem patriam ſortitus eſſet. Mihi uerò iucūdum eſt,ipſum nomen patriæ reuerenter atque religioſè colere. Etenim ei qui ciuitates inter ſe collaturus eſt,peropus eſſe uideo, ſingularum amplitudinem accuratè expendere, earundémque elegantiam obſeruare, neque nō commerciorum ac rerum uenalium copiam conſiderare. Cæterùm ubi de urbium electione agitur,nemo utique poſthabita patria ſplendidiorē electurus eſt, uerùm in optatis habebit patriam quoque ſuam quammaximè conformem eſſe urbibus copioſis & felicibus:ipſam tamen,qualiſcunque tandem fuerit,delectu habito cæteris haud du-
E biè præpoſiturus eſt. Iſthuc uerò ipſum liberi quoq; faciunt probi & legitimi, neq; non patres, qui quidem fuerint non mali. Neque enim ſpectatæ honeſtatis & probitatis adoleſcens,alium patri ſuo honoribus præferet: neq; pater neglecto filio alium paterno affectu iuuenem cōplexurus eſt. At qui his inferiores ſunt patres,tantū tamen filiis ex ſe genitis non grauatim tribuunt,ut ſint & uita honeſtiſſimi,& dignitate ampliſſimi,appareātq; omnibus ſua opera quamoptimè educati atq; exornati. Porrò qui tali erga filium ſuum non utitur iudicio,ille patris oculos habere mihi uidetur minimè. Proinde nomen patriæ primum eſt, & omniū familiariſſimū. Etenim nihil eſt quod patre nobis ſit familiarius. Si quis uerò iuſtum habebit honorem patri, quemadmodum & lex &

natura imperat, ille patriæ quoque cõuenienter præcipuum honorem habitu- F
rus est. Siquidem ipse etiam pater peculiaris est patriæ possessio, ac patris pater,
tũ omnes qui ex illis numerosa retro serie generis domestici prognati sunt. Et
ad deos usq; paternos patriũ nomen protenditur. Gaudent uerò ipsi quoq; Dii
solo natalitio, ac uniuersas res humanas, ut par est, intuentur, suã possessionem
esse existimãtes totum terrarum orbem, atq; omnem Oceanum. In qua tamen
quisq; illorum terra natus est, hanc omnibus cæteris urbibus quanuis florẽtio-
ribus honore anteponere non dubitat. Quin etiam ciuitates quæ Deorũ ferũ-
tur esse patriæ, cæteris sunt uenerabiliores, & insulæ præcipuo loci genio di-
uiniores, apud quas Deorũ natiuitates & incunabula laudibus extollũtur. Itaq; G
sacra quoque illa superis gratiora esse existimãtur, quæ quisque ad domesticos
delatus locos offert atque sacrificat. Iam si patriæ nomen tanto in precio apud
Deos habetur, cur non iure optimo longè maiori in existimatione foret apud
homines? Siquidem quisq; nostrum in patria primùm iucundum illud solis lu-
men intuitus est non secus atq; Deum, qui tametsi omnibus gentibus commu-
nis est, unicuique tamen patrius esse existimatur, propterea quòd sub uitæ ini-
tium ab illo loco primũ auream illam solis lampadem conspexerit. Accedit his
quòd & uocem quisque suam in patria auspicatus est, primùm suæ gentis uer-
nacula lingua amabili balbutie sonare perdiscens, Deosq; cognouit. Porrò si H
quis talem sortitus est patriã, quæ ad res maiores perdiscẽdas alterius egeat ad-
miniculo, alium tamen disciplinarum gratiam acceptã feret patriæ. Neq; enim
urbis nomen cognouisset unquã, nisi patriæ beneficio & opera urbes esse co-
gnouisset. In ea uerò opinione sum, ut putem ab hominibus tãtùm in hoc sibi
parari omnium artium ac disciplinarum cognitionem, ne patriæ indecores, sed
seipsos huic utiliores informent. Insuper opes etiam possidentur liberalitatis
exercendæ gratia, ut communibus impensis patriæ inopiam subleuemus. Con-
sentaneum enim esse opinor, ne, cũ maximis beneficiis affecti simus, parũ grati
esse reperiamur. Sed si est qui uni officiose refert gratias, quemadmodũ æquum I
est, posteaquam beneficia non mediocria ab illo acceperit: multo magis conue-
nit quamcumulatissimè paria referre patriæ. Etenim super parentum ærumno-
sa afflictione in ciuitatibus leges sunt conditæ. Aequum uerò est communem
omnium matrem patriam esse existimare, huicq; pro nutricãdi officiis ipsarum
legum decreto iubente quamamplissimas gratias reponere. Cæterùm usque-
adeo patriæ negligens & immemor cõspectus est nemo, ut in alia Rep. ætatem
degens, omnem curam colẽdæ patriæ deposuisset. At etiam qui peregre mul-
tis iactati difficultatibus calamitose agunt, crebrò testantur rerum optimarum
omnium præstantissimam esse patriam: tum etiam egregiè felices, quanquam K
in cæteris omnibus per omnia bene & beatè uitam exigãt, tamen in hoc egen-
tissimos se esse opinantur, quòd patriæ fines non incolãt, sed extorres & pere-
gre agant. quippe peregrinationis probrũ non mediocriter eos discruciat. Vi-
demus quoque eos qui per tempus quod peregrè agendo insumpserunt, non-
nihil splendoris & gloriæ sibi adiunxerunt, aut paratis diuitiarum possessioni-
bus, aut dignitate & honoribus, aut celebri disciplinarũ atque ingenii testimo-
nio, aut laude uirtutis, omnes certatim ad patriam terram properare, quasi ne-
quaquã apud alios meliores sua ipsorũ bona essent cum aliqua laude ostensuri.
Ac tanto quisque maiori studio patriam cõprehendere approperat, quanto re-

bus

A bus maioribus dignus apud exteros habitus eſt. Proinde iuuenibus quoq; deſiderabilis & amabilis iuxtà eſt patria. Porrò autem homines iam ætate ac ſenio confecti, quanto maiori quàm iuuenes prudentia exculti ſunt, tanto uehementiori patriæ dulcedine ac deſiderio trahũtur. Quare unuſquiſq; è ſenum numero & feſtinat & in uotis habet maximè in ſolo natalitio uitam cum morte cõmutatã relinquere, ut quò loci uitã auſpicatus eſt, eodem iterũ & corpus terræ altrici humandum reponat, ac patriæ ſepulturæ participem ſe fore cognoſcat. Etenim graue & acerbum unicuique eſſe uidetur, peregre agentem ſe deprehendi, ac demum poſt mortem in aliena terra reconditum cineſcere. Cæterùm
B quanta erga patriam ſit uerè germanis ac genuinis ciuibus charitas, non certius aut facilius q̃ ex indigenis perdiſcitur. Siquidem peregrini & aduenæ, nõ ſecus atque nothi aut ſpurii, paruo in diſcrimine ponunt exilia, quippe quibus patriæ nomen prorſus ignotũ eſt, neque ullo animi beneuoli argumento proſequuntur, exiſtimantes nuſquam non rerum neceſſariarum copiam ſibi haud difficulter ſuppeditari, modum felicitatis in uẽtris ac gulæ fœdis & beluinis uoluptatibus ſitum habentes. Veruntamen quibus mater eſt patria, terram illam ſingulari amore proſequuntur, in qua in lucem editi, in qua nutriti ſunt. Quanquam modicam habeant, quanquam aſperam & ſterilem, quanquam unde terræ uir-
C tutem collaudent, non habuerint, attamen quo patria encomio potiſſimùm celebranda ſit, nequaquam animo perplexi hæſitabunt. Verùm tametſi nõ ignorauerint alios ſuam iactaſſe patriam ſuperbius ob agrorum fœcunditatẽ, ac pratorum uiridantium plantas omniiugas: neque ipſi tamen patrii ſoli laudis obliuiſcuntur, quam equis alendis aptam ſuſpicientes, numeroſa quoque ac robuſta pube fœcundam collaudant. Ad hæc maturat etiam reditum in patriam aliquis qui inſularis fuerit, tametſi apud alios bellè & feliciter uiuere poſſit, oblatam q̃ immortalitatem reſpuet, patriæ ſepulcrum perpetuitati præferens. Et uel patriæ fumus alieno igne ipſi luculentior eſſe uidebitur. Vſqueadeo uerò in uniuer-
D ſum res omnes quamlibet precioſas excellit patria, ut legum quoque conditores paſſim quiſque uideat maximis puniendis ſceleribus exilium pœnam conſtituiſſe, tanquam grauiſſimum & acerbiſſimum ſupplicium. Neque uerò ſolùm legislatorum conſuetudo ſic ſe habet, eorum uerò qui cum imperio exercitibus præſunt, aliter. neque enim maiore ac uehementiore exhortatione in pugnis militum perturbati accenduntur & inflammantur animi, quàm ſi pro tuenda patria ſe præliari cognouerint: nec ferè ullus eſt qui his auditis ignauus eſſe ſuſtineat. Etenim ſtrenuum & audacem ex meticuloſo quoque facit nomen patriæ.

*Alludit ad Palladis uerba Odyſſeæ. 2. de Vlyſſe. et itẽ lib. 9.*

## E DE DIPSADIBVS, Vincentio Obſopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Præfatio quædam eſt, cuiuſmodi & ſuperiores nonnullæ ſunt, qua ſtudium ſuum erga auditores, ſiue quicunque illi tandem fuere quibuſcum uerſatus tum fuit, collatione iſta cum* Dipſadibus *facta, declarat.* Vt *enim eos qui ab hoc genere ſerpentis percuſſi ſunt, inexplebilis quædam ſitis inuadit, ita ut quo ſunt plus potæ, plus ſitiantur aquæ, ut ille ait: ita ſe quoque deſiderio quodam inſatiabili teneri ait, & quo frequentius apud illos ſit, eo magis ac magis eſſe cupere.* Porrò *quod ad* Dipſadis *morſum, & ſitim iſtam lethalẽ attinet, habes conſimilem fermè deſcriptionem, atque exemplum* Auli cuiuſdam ſigniferi *in exercitu* Catonis, *qui eodem modo perijt, ut ille de quo epigramma præſentis narrationis teſtatur, apud* Lucanum *libro nono, ubi & cæterorum ſerpentium genera, de quibus hic mẽtio fit, enumerantur, addita etiam fabula cur* Libya *ſerpentibus ita abũdet atque infeſta ſit.*

EA pars Libyæ quæ ad Auſtrũ tendit,arena eſt profunda,& terra exu F
ſta ſolis ardoribus,deſerta ut plurimum,frugibus in totũ infœcunda,
campeſtris uniuerſa,non gramen,nõ fœnum, nõ plantam ullam nec
aquam habens,niſi ſicubi in terræ concauitatibus conſtiterint imbris
& pluuiarum reliquiæ,quæ tamen & ipſæ denſæ ſunt,& mali odoris, & homi-
ni ſitibundo minimè potabiles. Has igitur ob cauſſas inhabitabilis eſt. Aut quo
pacto tãdem inhabitari poſſit locus ita durus & implacidus, tum etiam aridus,
ac frugibus arboribúſque iuxtà infœcundus, quiq; tam moleſtis feruoribus ſit
ſubiectus,cum ipſe quoque calor & aër nimium ardens ſit,& igneus? Præterea
ipſa arena magnopere feruens regionẽ prorſus facit inuiam & inacceſſibilem. G
Soli uerò Garamantes iis locis finitimi,gens leuis atque frugalis,uitam degen-
tes in tentoriis, uenationibus ut plurimùm uiuentes,nonnunquam irrumpunt
uenantes iuxta ſolſtitium hybernum, ſidere maximè pluuioſo obſeruato,quã-
do uidelicet maior ardoris pars deferbuit & extincta eſt, & arena aſſiduis im-
bribus madefacta,& aliquo modo peruia reddita eſt. Venantur autem onagros,
& magnos ſtruthiones humi uolantes, cum primis uerò ſimias,aliquãdo etiam
elephantos. Hæc enim animantia ſola aduerſus ſitim perdurant, tum magno-
pere ſufferre poſſunt immodici & feruentis ſolis moleſtias. Sedenim Garaman-
tes poſteaquam commeatum quem ſecum ingredientes importauerãt,omnem H
conſumpſerunt, iterum ad ſuos diſcedunt poſtliminio,metuentes ne arena ite-
rum incenſa illis intercludat aut difficiliorem reddat reditum, deinde, quem-
admodum in reti comprehenſis & ſibi ipſis pereundum ſit unà cum præda. Si-
quidem omnis euadendi facultas ſublata eſt, ſiquando ſol ſubtracto humore ex
regione celerrimè exiccata,feruere inceperit ardentioribus radiis emiſſis, uelu-
ti ad humiditatem acuminatis. illa enim igni nutrimentum ſuppeditare ſolet. Et
ſanè hæc omnia quæ mihi hactenus dicta ſunt,feruor, ſitis, ſolitudo, ſterilis ſoli
infœcũditas,minus uobis uidebuntur grauia prę hoc quod dicturus ſum: & ob
hoc ipſum omnibus modis regio iſta fugienda eſt. Omnis enim generis is locus I
ſerpẽtes alit,permagnos & uarios,multitudine innumeros,forma terribiles,ue-
neno præſentiſſimo inexpugnabiles, & partim in cauernis ſubterraneis excu-
*Serpentiũ genera, & ab ijs pericula.* bãtes,ac in arenæ ſeceſſibus degẽtes: partim uerò ſupernè repentes, nẽpe Phy-
ſallos,aſpides,uiperas,ceraſtas,bupreſtes,iacula, amphisbænas,dracones, & du-
plex genus ſcorpionum, unũ terreſtre & pedibus ingrediens permagnũ, mul-
tis corporũ uertebris inſigne. alterũ aërium & uolatile, alis tenuibus,cuiuſmo-
di ferè ſunt locuſtæ & ueſpertiliones. Iſtiuſmodi auibus multis circumuolanti-
bus inacceſſibilis & infeſta redditur illa Libya. Cæterùm ſerpentum omniũ no-
*Dipſas, & eius natura.* centiſſimum,quos arena nutrit, Dipſas eſt,ſerpens non admodũ magnus,uipe- K
ræ ſimilis,uiolento ictu,ueneno craſſo,dolores illico inducẽs intolerabiles. Ar-
dores enim immittit inextinguibiles,& putredines,& totum corpus adurit in-
cendio. Et qui ab illa icti fuerint,clamant nõ ſecus atq; illi qui in ignem conie-
cti ſunt. Quod autem illos omnium uehemẽtiſſimè affligit & torquet,illud eſt,
nẽpe cruciatus ſerpenti reſpondẽs cognomine. eius enim morſum mox ſequi-
tur bibẽdi ſitis inexplebilis: & ultra modũ ſitiunt. Et quod maximè admirandũ
eſt,quanto plus biberint,tãto magis potum expetũt: ac ſubinde magis atq; ma-
gis potando creſcit bibendi deſideriũ. Neq; illorũ ſitim extinxeris,tametſi totũ
Nilum aut Danubium epotandum præſtiteris,uerùm irrigandi ſedulitate mor-
bum

A bum incendis:quemadmodum ſiquis oleo ignem conetur extinguere. Eã uerò incurabilis morbi cauſſam afferre ſolét medici, Venenum Dipſadis, cum craſſum eſſe conſueuit,poſteaquam potu rigatum fuerit,continuò mouetur atque incenditur,atque etiam humidius,ut par eſt,redditur,& per omnia mẽbra diffunditur. Ego uerò neminem unquam tali affectum morbo aut laborãtem uidi:& faxint ſuperi,ne unquam mihi cõtingat uidere hominem his conflictantem cruciatibus. Sed ne omnino quidem unquã ingreſſus ſum Libyam, & rectè mihi feciſſe uideor. Porrò autem epigramma quoddam audiui, quod mihi unus è familiaribus pro certo cõfirmabat ſe ipſum legiſſe ſupra ſtatuam uiri ad
B hunc modum fato functi: qui,ut aiebat,in Aegyptum iter faciens, magnã Syrtin præteribat. neque enim alia eò peruenienti uia patet. Ibi in littore obiter ad ſepulcrum eſſe delatum,ac propter fluxum ipſum adſtantem uidiſſe ſtatuã exitii rationem indicantem. quippe ſupra illam ſculptum eſſe hominem quẽdam, qualem ferè pingere ſolent Tantalum in media palude conſiſtentem, ac undas haurientem,nõ aliter ac ſi biberet. beſtiolam autem,nempe Dipſada, illi inhærentem, ac pedi eius implicatam. Tum mulieres quaſpiam aquam ferentes, eademq; opera non paucas illi eandem potandam affundentes. Inſuper oua quoque adiecta conſpiciũtur,qualia ferè ſtruthionum illorũ eſſe perhibentur,quos
C Garamãtas uenari ſuprà memoraui. Eſt autem epigramma aſſcriptum, quod & hic referre non alienum eſſe opinor,

Talia paſſus erat quoque Tantalus Aethope cretus,
Qui nullo potuit fonte leuare ſitim.
Tale nec è Danao natas implere puellas
Aſſiduis undis uas potuiſſe reor.

* ἀιθιοπ⊙ικὸν græcè, quod nigrũ uenenũ ſignificat.

Erant adiecta adhuc & alia quatuor carmina de ouis, quemadmodum ea tollẽs à Dipſade percuſſus ſit:ſed illa memoriter non teneo. Itaque oua colligunt,eáque ſtudioſe gentes uicinæ indagant, non edendi tantùm gratia, ſed illis euaD cuatis pro uaſis & inſtrumentis utuntur. plurimùm uerò ex illis pocula præparant. Neque enim figulinam exercere poſſunt, propter terram arenoſam. Cæterùm magnis & capacibus inuentis,etiam pileos ex illis conficiunt, ſemper ex ouis ſingulis geminos. cuiuſque enim pars dimidia aptum & ſufficientem pileum præſtat tegendo capiti. Ibi ergo iuxta oua dipſades inſidioſe excubãt,tum accedentem quempiam mox ex arena prorepentes morſu infelicem feriũt. Ille uerò ictus,illico incurabili morbo affectus,talia patitur,quę paulò antè à me relata ſunt,ſubinde bibens, ac uehementius ſitiens, cum tamen nunquam ſedata ſiti repleri poſſit. Hæc per Iouem non in hoc à me dicta ſunt, ut ambitioſe cum
E Nicandro contenderem,neque ut uobis planum facerem,quàm non neglectui dederim Libycorum ſerpẽtum noſſe naturas. Medicorum enim magis iſta laus eſt,quibus hæc neceſſariò comperta eſſe debent,ut in tali caſu egentibus opem ferre pro artis ſuæ profeſſione queant. At ego mihi uideor (& per Phidiam ne iniquo feratis animo comparationem ferinam exiſtentem) non diſſimile quiddam erga uos pati,cuiuſmodi illi patiuntur grauiſſimè,qui morſu dipſadis percuſſi ſunt. Quo enim crebrius ad uos itare ſoleo,hoc magis atq; frequentius ad uos cũdi me uexat cupiditas,& planè ſiti aduror intolerabili, uideorq; mihi tali nunquam expleri poſſe deſiderio. & quidem iure optimo. Vbi enim adeò claram & conſpicuam aquã poſſim conſequi? Quare ignoſcite,ſi & ego ictus ani-

mo, hoc morſu iucundiſſimo & ſaluberrimo prolixè & abūdanter me impleo, F capite ſcaturienti ſubiecto fonticulo, dummodò me non deficiant undæ à uobis influentes, néue effuſo audiendi ſtudio hiantem & ſitientem deſeratis. Nam quod ad meam erga uos ſitim attinet, nihil prohibebit ſubinde bibere. Etenim iuxta ſapientis Platonis ſententiam, rerum uenuſtarum nulla eſt ſatietas.

## DISSERTATIO CVM HESIODO, Vincentio Obſopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Cauillatio quædam poetarum eſt, qua* Heſiodum *uanitatis atque mendacij coarguit, quòd cum iactauerit ſe* G *à* Muſis *accepiſſe munus hoc, ut carmine celebraret & præterita, & quæ futura eſſent, nihil de futuris, quod quidem extet, uaticinatus fuerit, ſiue hoc inuidia quadam fecerit, communicare nolens alijs quæ ipſe accepiſſet: ſiue uanitate aliqua, qua cum nihil tale à* Muſis *didiciſſet, ad uulgus tamen huiuſcemodi de ſe iactarit. Ad hanc accuſationem fingitur poſtea* Heſiodus *reſpondere, ac primū translatione tueri ſeſe, qua cōmuniter poetæ omnes uti ſolent, cauſſam eius rei in* Muſas *reijciendo, ſi quid nouum, aut incredibile, aut cuius euētus conſecutus non ſit, carminibus ſuis fortè inſertum habeant.* Nam *id inſtinctu illo atque poetico furore fieri, & multa ſæpe, metrorum quoque gratia, dum in curſu opus eſt, eodem ſpiritu illo aſſumi, quorum ratio interdum reddi ſatis non poſſit.* Deinde autem *& abſolutè ſe defendere, recitando ex carminibus ſuis quædam, ubi futurorum rationem & prædictionem nonnihil attigerit. Quæ tamen iterum refutans* Lucianus, *poſteriora quidem oſtendit non ſatisfacere definitioni & officio uaticinandi, cū quiuis agricola eiuſmodi quoque poſſit, qualia ille prædixit. priora autem, quæ de poetico furore, & de* Muſarum *inſtinctu reſpondit, aliquo modo recipit.* H *Porrò fabula unde occaſio cauillationis huius nata eſt, in principio* Theogoniæ *habetur. Ibi enim de ſe ipſo ait* Heſiodus, *paſcenti ſibi ſub* Helicone *oues, aſtitiſſe* Muſas, *& dato ſceptro ex* Lauro, *inſpiraſſe canendi uim, "ἵνα inquit, κλείοιμι τάτ' ἐσόμενα, πρότ' ἐόντα, hoc eſt, ut carmine celebraret futura pariter & anteacta.*

AT poëtam præſtantiſſimū eſſe te Heſiode, & hoc ipſum à Muſis unâ cum lauro te accepiſſe, cum ipſe palàm in iis quæ à te edita ſunt indicas (ſunt enim diuina, & admirationis plena omnia) tum nos rem ita ſe habere conſtanter credimus. Illud tamen non iniurià nos incertet pendentes animi, quánam re de teipſo prædicta, quaſi propter hoc diuinum illum cantū à deabus acceperis, ut celebrares ac laudibus illuſtrares præterita, & I futura prædiceres. Quippe alterum excellenter admodum extuliſti, Deorū genealogiam percenſendo, ad uſque primos illos, nempe chaos, & terram, & cœlū, & amorem. Præterea autem heroidum matronarumq; uirtutes, tum rei ruſticæ inſtituta, ad hæc quæcūque ad ortum & occaſum Vergiliarum, & arationis ac meſſis & nauigandi tempora attinent, breuiter omnia alia pulcherrimè executus es. Alterius autē, quod & multo interuallo hominū uitæ erat accommodatius & utilius, Deorumq; munificentiæ conuenientius, dico autem futurorum prædictionem, ne principium quidem attigiſti, uerùm eam parte prorſus obliuioni traditam ſilentio inuoluiſti, nullo modo tua poeſi aut Calchanta, K aut Telephum, aut Polyidum, aut Phinea imitatus: qui etſi uaticinādi peritiam à Muſis non ſunt cōſecuti, multa tamen prædixerunt, nec eoſdē piguit reſpondere egentibus. Itaque harum trium cauſſarum una te fuiſſe præpeditum & implicitum ualde ueriſimile eſt. Aut enim mentitus es, quanquam dictu acerbum hoc ſit, Muſas tibi fuiſſe pollicitas fore ut futura queas prædicere. Aut illæ quē admodum pollicebantur, futurorum ſcientiam tibi præſtiterūt, tu uerò inuidiæ morbo adductus, acceptum munus à uirginibus celas, & in ſinu ſeruas conditū, neque illius egentes participes reddere uoluiſti. Aut ea de re multa tibi cōſcripta ſunt, ſed quæ nōdum in lucem edidiſti, haud ſcio in quódnam tēpus aliud

horum

A horum uſum promẽdum reſeruans. Illud autẽ nullo modo auſim dicere, quòd cum Muſæ duas res ſe tibi præſtituras promiſerint, alterum reddiderint, dimidium autem promiſſionis negando retractarint. Dico autem rerum futurarum cognitionem, maximè uerò iſta priores in promittendo partes obtinente. Itaq; hæc ipſa alicui ab alio potius quàm à te perdiſcenda ſunt Heſiode. Valde enim conſentaneum eſt, quemadmodum Dei bonorum largitores ſunt, ſic & nobis amicis atque diſcipulis ueſtris quamueriſſimè iis de rebus certitudinẽ exponere quæ uobis notæ ſunt, ac omni nos animi hæſitatione liberare. HESIODVS. Poteram equidem, ô bone, facile ac promptum reſponſum reſpondere ſuper
B omnibus quæ me interrogaſti, nimirum nihil eorum quæ mihi carminibus decantata ſunt, meum eſſe, ſed Muſarum. Et æquum fuerat, ut ab illis dictorum neque non omiſſorum rationem poſtulaſſes. Ego uerò ſuper iis quæ mihi priuatim explorata ſunt & comperta, dico autem pecora paſcendi & regendi, & à ſtabulis agendi, & mulgendi rationem, tum etiam ſiqua ſunt alia paſtorũ opera & officia, me rectiſſimè tueri poſſim: cæterùm ipſæ deæ ſua munera quibuſcũque uoluerint, & quantum ea rectè tribui poſſe exiſtimauerint, præſtare cõſueuerunt. Neque enim opinor oportere à poëtis ad uiuum uſque leuia quæque perſcrutãtes poſtulare ut ſyllabatim omnia exactiſſimè & dicta & ſcripta ſint. *Quatenus poetarũ dicta accipienda.*
C Et ſi in curſu poëſeos aliquid per imprudentiam influens, poëtæ memoriam fefellerit, illud perpendere acerbum eſt. Sed non ignorandum eſt, nos poëtas metrorum & concinnitatis gratia nonnihil ſuperuacuũ interſerere. Quædam uerò ipſius carminis tenor ſæpenumero plana & polita exiſtentia, haud ſcio quo modo recipiat. Atenim tu maximo quo præditi ſumus bono nos uiolenter diſpolias, nempe libertate, ac ea qua in fingẽdo utimur facultate. Alios equidem ornatus poëſeos, quibus paſſim culta & compta eſt, non perſpicis: palos autem & ſpinas quaſpiam excerpis, ac anſas intentandæ ſycophantiæ ſtudioſe rimaris. Atqui hoc tibi nõ ſoli ſtudio eſt, neque me ſolum inſectaris, ſed & alii nõ pauci
D eadem in Homero collega meo flagellant & calumniantur, impenſe tenuia & extremè modica quæpiam calumniantes. Porrò autem ſi cauſſa cedentem me oporteat rectiſſimã in medium afferre defenſionem, age ô amice, perlege Operum & Dierum opus à me conſcriptum. Planè enim comperies quanta in eo ipſo poëmate è uatidico & prophetico ſpiritu prædicta ſint, ſucceſſus manifeſtante laborum rectè atq; tempeſtiuè factorum, ac omiſſorum diſpẽdia. Et illud:

Demeſſas in corbe feres intra horrea fruges,
Et te ſpectabunt mirantes tritica pauci.

Ac rurſus quanta bona conſequantur rus & agros rectè & in tempore colen-
E tes. Et hoc ſanè utiliſſimum in uita uaticinium eſſe exiſtimatur. L V C. Enimuero hoc, ô admirande Heſiode, nimium paſtoraliter à te dictũ eſt, & uerè Muſarum inſpirationem mihi referre uideris, quãdò ipſe uerſiculos tuos aliter tueri nequeas. Nos autem eiuſmodi uaticinationem neque à te neque à Muſis expectabamus, quoniam talia longè certius noſtri nouerunt agricolæ, ac nobis de illis quamoptimè uaticinarentur, fore ut ſi Iupiter largis imbribus terram irrigarit, manipuli uberes proueniant: ſi Solis ardores ſata exuſſerint, & arua ſitierint, nihil obſtare quo minus & fames illorum ſitibũdam ſiccitatem ſubſequutura ſit. Tũ quòd æſtate media terra aratro ſubigenda non ſit, propterea quòd nulla utilitas arandi laborem exceptura ſit, effuſis temere ſeminibus. Neq; ſpi-

cas adhuc uirides esse demetendas, quippe fructum inanem inuenturos esse ru- F
sticos. Sed neq; illud ualde eget uaticinio, quòd nisi semina inuolueris, & mini-
ster rastrum habens, terra obducat illa, auiculas aduolaturas, ac omnem futuræ
messis spem intercepturas. Etenim talia siquis agricolarũ adhortationes & do-
cumenta dixerit, haudquaquam à uero aberrabit, cæterùm à uaticinio mihi lõ-
gè lateq; esse uidentur, cuius opus est, obscura ac nullo modo uspiam apparen-
tia præcognoscere, exempli gratia quòd Minoi prædictũ est, in uase mellis ple-
no eius filium suffocatũ iri. Tum Achiuorum quoq; proceribus, Apollinis ira-
cũdiæ caussam præsignificasse, & anno decimo fore ut Ilium captum à Danais
excinderetur. Hæc equidem uaticinii officia sunt peculiaria. At siquis & ea quæ G
tu iactas, illi adscribere uoluerit, & ille me quoq; uatem rectissimè dicere pote-
rit: prędicã enim & uaticinabor uel sine aqua Castalia, & lauro, & tripode Del-
phico, quòd siquis hyberno gelu sæuiente, & ad hæc Ioue pluente & grandi-
nante nudus obambulauerit, hunc algor non modicus inuasurus est: & quod
adhuc priorem uaticinii certitudinem lõgè exuperat, calores quoque hyberna
frigora subsecuturos: aliaq; id genus permulta, quorum meminisse ualde ridi-
culum est. Quare eiusmodi & apologias & uaticinia missa facito: illud autem
quod initiò dixisti, fortasse indignum non est suscipere: nempe quòd nihil eo-
rum quæ abs te dicta sunt, noueris, sed afflatus quispiam diuinus suggessit tibi H
uersiculos, neque ille admodum firmus existens. Siquidem quædam promisso-
rum non plenè perfecta reddidit, quædam uerò inabsoluta prorsus reliquit.

## NAVIGIVM, SEV VOTA, Iacobo Micyllo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Irridet hoc dialogo* Lucianus *cupiditates & stulta hominum uota, ut qui in ijs rebus plerũque felicitatem ponant, eaq; sibi expetant, quæ si ipsis contingant, plurimum & molestiæ & periculorum quoq; interim habituri sint.* Ita *enim fingitur hic* Adimantus *primo diuitias, post hunc* Samippus *potentiam & imperium, postremus autem* Timolaus *uoluptates, & quicquid mundo plausibile uidetur, optare.* Quorum omnium uota Lucianus *ita confutat, ut ostendat quiduis potius quàm felicitatem in his rebus positam esse.* Argumẽti autem I
*huius occasio à noua & inusitata nauis magnitudine nasci fingitur, quæ cum fortè tum ex* Aegypto *frumentum in* Italiam *portaret, tempestatibus acta,* Athenas *in* Piræum *appulsa fuerat.* Hanc *cum* Adimantus *(ut fingitur) conspicatus esset, & de numero frumenti quem portaret, deq; annuo quæstu quem domino faceret, audisset, inita secum ratione, ut si tantos quotannis reditus ipse caperet, felicissimum ac beatissimum sese putaret, interim dum à* Luciano *ob stultitiam deridetur, cæteris quoque personis, optandi cuique quod uellet, occasionem ac facultatem præbet.* Estq; *hæc ueluti narratio quædam totius* Dialogi. *Ad quam antequam uenitur, persona quoque* Adimanti, *& nauis magnitudo, & tempestuosum circa* Chelidonias *mare, dialogi gratia describuntur.* Exordium *à* Timolai *studio trahitur, qui ad famã nauis à* Corintho Athenas *spectandæ eius gratia uenisse fingitur.* Eiusdem *autem argumenti satyra quoque est apud* Iuuenalem *decima, in qua & ille suo more cupiditates & inania uota hominum insectatur.*

K

## LYCINVS, TIMOLAVS, SAMIPPVS, ET ADIMANTVS.

LYC. AN NON dixi quòd citius latuerit uultures cadauer pridianum ac marcidum in propatulo positum, quàm spectaculũ aliquod nouum & inopinatum, Timolaum, etiam si Corinthum illum oporteat sine respiratione curriculo abire? Quamobrem autem ita spectandi cupi-
dus es tu, & ad huiusmodi res adeò impiger? TIMOL. Quid enim aliud con-
ueniebat facere quoque, Lycine, cum ocium alioqui agerem, audito nauem
adeò ingentem, & mensuram omnem excedentem, in Piræum appulsam esse,
unã uidelicet earum quibus ex Aegypto in Italiam frumẽtum importari solet?

Arbitror

A Arbitror autem & uos, te uidelicet & Samippum hunc, non ob aliam cauſſam ex urbe huc progreſſos eſſe, quàm ut nauigium hoc uideretis. LYC. Per Iouem, & Adimantus quoque Myrrhinuſius unà nobiſcum. Sed neſcio ubínam ille nunc ſit, inter multitudinem ſpectatorum alicubi errans. Nam uſque ad nauem quidem unà uenimus, & aſcendentes in ipſam, tu quidem opinor Samippe præibas, ſequebatur autē Adimantus: deinde ego poſt illum, utriſque ipſum manibus apprehendens. Ac me per totas ſcalas ſubuehebat ille, manu ducens, ſubligatum crepidis, cum ipſe abſque calceis incederet. Sed poſtea non amplius ipſum uidi, neque intus in naui, neque poſtquam inde iterum deſcendimus.

B SAMIP. Noſti Lycine ubi nos reliquit ille? Quādo opinor formoſus ille adoleſcentulus ex interiore parte nauis progrediebatur, niueo ac puro amiculo indutus, religata poſt tergum coma, ad utrāque frontis partem reducta. Proinde ſi ego Adimātum rectè noui, arbitror uenuſtum ac dulce adeò ſpectaculū conſpicatum, longum ualere iuſſo Aegyptio fabricatore, per nauigium circumcirca præeunte, adſtitiſſe lachrymātem, quemadmodum conſueuit. Admodum enim procliuis ad lachrymas homo eſt, quod ad amores attinet. LYC. Atqui nō adeò formoſus, Samippe, adoleſcens ille mihi uiſus eſt, ut etiam Adimantū uelut attonitum in ſe cōuerteret, quem tot ſubinde Athenis formoſi ſectātur, in-

C genui omnes, loquendo garruli, & palæſtram ſpirantes, quibus etiam illachrymari non ignauum eſt. Hic autem præterquam quòd colore fuſco eſt, etiam labia habet prominētia, & gracilia nimis crura, loquiturq; diſſolutum & incompoſitum quiddam continuatis & agglomeratis inter ſe uerbis, Græcè quidem, ſed ad patrium morem concitato ſtrepitu, & inflexo uocis accentu. Coma autem & ille poſt tergum conuolutus capillus, haudquaquam liberum eſſe ipſum arguit. TIMOL. Hoc quidē nobilitatis ſignum, Lycine, eſt Aegyptiacæ, coma uidelicet. Cuncti enim illorum pueri ingenui capillum à tergo collectū gerunt, uſque dum ex ephebis excedunt: quemadmodū & Pallenæ* maiores no-

D ſtri, quibus pulchrum uidebatur comam nutrire ſenes quoq;, redimitos crobylli textura, ſub aurea cicada religata. SAMIP. Euge Timolaë, quòd nos commonefacis Thucydidis commentariorū, quæq; in proœmio de ueteri noſtra luxuria dixit ille in Ionibus, quādo illi tum unà cum cæteris in coloniam miſſi fuere. TIMOL. At nunc demum in mētem mihi uenit Samippe, ubi à nobis relictus fuerit Adimantus, quando uidelicet iuxta malum aliquādiu ſtetimus ſurſum ſpectantes, numerantes coria alia aliis ſuperimpoſita, & mirantes aſcēdentem per funes nautam, deinde per antennam ſupernè tutò adeò currentem, apprehenſis antennarum clauis ſeu cornibus. SAMIP. Rectè dicis. quid igitur

E oportet facere nos hic? utrum expectare ipſum? an uis ut ego ad nauigium iterum abeam? TIMOL. Nequaquam, ſed pergamus. Nā ueriſimile eſt prēteriiſſe illum iam, recipientem in urbem ſeſe, poſtquam nos amplius inuenire non potuit. Quòd ſi minus, at uiam ſaltem nouit Adimantus: neque metuendū eſt ne à tergo relictus, à nobis ſeducatur. LYCIN. At uidete ne agreſte nimis fuerit, relicto poſt nos amico, ipſos hinc abire. Sed eamus tamen, ſi idē hoc Samippo quoque uidetur. SAMIP. Atque admodum uidetur, ſi fortè apertā adhuc palæſtram deprehendere poſſimus. Sed interea dum ſermones cedimus, quanta nauis hæc? centum & uiginti cubitos in longitudinē porrecta, latitudine autem ſupra quartam maximè partem menſuræ huius patens. Tum à ſummis foris

*Pallenem hic pagum Atticū accipio.

*Locus eſt in primo Thucydidis, ubi de colonijs Ionū tradit* τῶν κατὰ τοιάκοντα ἐτῶν μάλιστα μέγιστα.

ad fundum uſque, quà profundiſſima eſt, eo loci uidelicet quò ſentina defluit, F
nouem & uiginti cubitos alta. Præterea autem quantus malus, quantamq; ſuſ-
tinet antemnam? quanto autem rudente utitur, atque aſtringitur? Vt autem ipſa
*Ornamentum in anſeris modum effigiatũ, uide Lazarũ de nauiũ partibus.* quidem puppis paulatim aſſurgit inflexa, atq; aureum anſerculum ſupernè ha-
bens impoſitum: è regione autem æqua proportione prora prominet, in ante-
riorem partem longè porrecta, cognominẽ naui deam, Iſidem uidelicet, utrinq;
additam habens. Nam cætera quidem ornamenta, uti picturæ, & ueli flammeus
ille atque paraſius color, & ante hæc anchoræ quoq;, & uertẽdi circumagen-
*Fortaſſe quali Paraſius uſus fuit.* dique inſtrumenta, & habitationes illæ poſt puppim, omnia admiratione digna
uiſa mihi ſunt. Iam & nautarum multitudo, cum exercitu comparari poſſet. Di- G
cebatur autem tantum frumenti numerum portare, quãtus in annuum uictum
ſufficere omnibus in Attica facilè poſſet. Atque hæc omnia paruus quidam ho-
muncio, ſenex iam, conſeruabat, tenui adeò pertica tanta gubernacula cõuer-
tens. Commonſtratus enim mihi fuit caluaſter quidam criſpus, Heron, opinor,
nomine. TIMOL. Mirabilis, quod ad artem attinet, ille, quemadmodum di-
cebant ii qui cum eo nauigant, & rerum marinarum ſupra Protea illum doctus.
Audiſtis autem quomodo huc appulerit nauem? qualia acciderint nauigantibus? aut quemadmodum ſtella ipſos ſeruarit? LYC. Haudquaquam Timolaé.
Quin hoc ipſum abs te libenter nũc audierimus. TIMOL. Ipſe nauclerus nar- H
rauit mihi, homo probus, & ad conuerſandum ingenuus. Aiebat autem cum à
Pharo ſoluiſſent, flatu non admodum uehementi ſeptimo die eò fuiſſe proue-
ctos, ut iam Acamantem uiderent. Exinde Zephyro ex aduerſo ſpirante tranſ-
uerſos abreptos fuiſſe ad Sidonem uſque. Inde autem tempeſtate magna iacta-
*Chelidoniæ, & quàm difficilis circa eaſdem nauigatio* tos, decimo tãdem die per anguſtias illas ad Chelidonias perueniſſe, ubi parum
abfuit quin omnes ſubmergerentur. Noui autem, aliquando etiã ipſe naui præ-
teruectus Chelidonias, quanti ſe eò loci attollãt fluctus, & maximè flante Afri-
co, ſiquãdo aſſumpſerit & Auſtri partem aliquam ſecum. Nam ab eo loco cõ-
tingit diuidi Pamphyliũ mare à Lycio, & fluctus ipſi, utpote multis ac uariis un- I
dis circa promontorium illud uelut interſecti (præruptæ autem rupes ſunt, &
acutæ, & incurſionibus aquarum exaſperatæ) & procellas excitãt terribiliores,
& fragorem edunt immenſum. Ac fluctus ſæpenumero tanti attolluntur, ut i-
pſius ſcopuli altitudinem exæquent. Talia igitur ſe quoque tum deprehendiſſe
atque expertos eſſe nauclerus aiebat: inſuper etiam nocte exiſtente tum, & te-
nebris profundis. Cæterùm cum ad ploratum ipſorũ dii tãdem flexi atq; incli-
nati fuiſſent, ignem apparuiſſe ipſis ex Lycia, ita ut locũ illum manifeſtè cogno-
*Ita Græcis appellantur Caſtor & Pollux nauigantium numina.* ſcere poſſent, & ſtellam quãdam ſplendidam, Dioſcurorum uidelicet alterum,
in ſumma parte mali conſediſſe, nauemq; ad ſiniſtram in altum iterum direxiſ- K
ſe, cum iam præceps in rupem deferretur. Atque ex eo, cũ iam ſemel à recta uia
excidiſſent, per Aegæum nauigantes, ſeptuageſimo die quàm ex Aegypto ſol-
uerunt, aduerſus Eteſias per obliquum & tranſuerſè actos, in Piræum heri ap-
pulſos huc eſſe, eò uſque uidelicet ad inferiorem partem abreptos, quos cõue-
niebat Creta ad dexteram relicta, ſupra Maleam tenendo curſum, iam in Italia
eſſe. LYC. Per Iouem, mirabilem quendam gubernatorem narras, Heronem
iſtum, aut Nerei potius æqualem, qui tantum à uia aberrarit. Sed quid hoc? an
non Adimantus ille? TIMOL. Admodum Adimantus ipſe. Vocemus igitur
hominem. Adimante. Te inquam Myrrhinuſium illum, Strobichi filium. LYC.

Ex

A Ex duobus alterũ illi accidit uidelicet.aut enim ſuccenſet nobis,aut obſurduit. Nam omnino Adimãtus ille eſt,neq; alius quiſquã. Admodũ igitur planè iam uideo,& ueſtem ipſius & inceſſum agnoſco. Etiam tonſura illa ad uiuum uſq;, arguit hominem. Sed tamen acceleremus obambulationẽ hanc & greſſum, ut aſſequamur hominem. Quòd niſi ueſte apprehenſum te conuertiſſemus Adimante,nunquam puto hodie clamãtes nos exauditurus fuiſſes. At etiam cogitabundo ſimilis uideris,neſcio quid magnum,ac minimè contemnendũ,tecum ipſe animo & cogitatione,ut uidere,uolutans. ADIM. Nihil equidem acerbum aut graue, Lycine,ſed mihi noua quædam cogitatio inter eundum in mentem
B ueniens,ut ne audirem uos fecit, dum intentè adeò ac tota mẽte in illam uelut defixus incumbo. LYC. Quænam iſta? ne enim graueris dicere,niſi omnino ex arcanis iſtis aliqua fuerit. Atqui initiati ſumus & nos,ut ſcis,& celare quæ audimus,didicimus. ADIM. At erubeſco equidem apud uos dicere. adeò iuuenile uobis uidebitur,ſat ſcio,id quod nũc cogito. LYC. Num amatorium quiddam eſt? Neq; enim hoc profanis nobis narrabis,ſed ſplendida admodum face etiam ipſis luſtratis,initiatisq;. ADIM. Nihil,ô præclare,iſtiuſmodi,ſed opulentiam quandam mihi ipſi fingebam,quam inanem felicitatem plerique uocare ſolent: atque in ipſa adeò acie opum & deliciarum uerſanti mihi,ſuperueniſtis. LYC.
C Proinde illud quod in procliui eſt,Communis Mercurius,aiũt. Ac in medium allatas huc diuitias iſtas depone. Aequum enim eſt nos quoq; parte aliqua frui uoluptatum Adimanti,amici cum ſimus. ADIM. Relictus equidem à uobis fui ſtatim à principio cum primùm nauem conſcendiſſemus, poſtquã te Lycine in tuto collocaſſem. Nam metiente me anchoræ magnitudinem,neſcio quorſum uos à me diſceſſiſtis. Attamen cum omnia perluſtraſſem, interrogaui quẽdam ex nautis, quantum mercedis ac lucri communibus rationibus nauis ea referret domino in ſingulos annos. Ille autem, duodecim,inquit,talẽta Attica,etiam ſi quis communiora tantùm computaret, & ad minimam ſummam redigeret.
D Exinde igitur rediens mecum ipſe cogitabam,Quòd ſi nunc deorum quiſpiam nauem hanc de repente meam eſſe faceret,qualem & quàm beatam uitã acturus eram? qui & amicis benefacturus,& interdum quidem ipſe in ea nauigaturus,interdum autem ſeruos emiſſurus, deinde ex duodecim illis talẽtis & domũ ædificaturus eſſem in loco maximè opportuno,paulò uidelicet ſupra porticum pictam,relicta paterna illa,quã apud Iliſſum habeo, & ſeruos coẽmpturus,& ueſtes,& uehicula,& equos. Iam autẽ nauigabã quoq;,& felix ab omnibus iis qui nauem conſcenderant,prædicabar,à nautis autẽ formidabar,& tantùm non rex quiſpiam exiſtimabar,cũ interea dũ ea quæ in naui ſunt cõpono,
E & ad portum à longè aſpicio,ſuperueniens Lycine opulentiã hanc omnẽ ſubmerſiſti mihi,nauemq; ipſam bene ac ſecundo uoti uento labentem,ſubuertiſti. LYC. Proinde ô generoſe,correptũ me abduc hinc ad Imperatorẽ,ueluti piratam aliquem,aut demerſorem,ut qui tantum naufragiũ effecerim,idq; etiam in terra,in uia uidelicet qua ex Piræo in urbẽ itur. At uide tamen quo pacto te cõſolabor pro hoc lapſu. Quinq; enim,ſi placet,pulchriora adeò,& maiora Aegyptio iſto nauigia poſſidere te facito:&,quod maximũ fuerit, etiã talia,quæ demergi non poſſint. Deinde etiã quinquies tibi ex Aegypto per ſingulos annos frumentũ fortaſſis importẽt. Atq;,ô nauclere optime,iã nunc præ te fers quàm nobis tum intolerabilis futurus ſis. Nam cum unius etiam nauigii iſtius domi-

nus exiſtens,exaudire clamantes nos haud uolueris,quid ageres ſi quinq; poſ- F
ſideas ultra hoc,tribus uelis inſtructa, & tempeſtatibus inuicta?nempe ne aſpi-
ceres quidem amicos. Proin tu quidem ſecunda nauigatione utere,ô præclare,
nos autem in Pireo ſedebimus, eosq; qui uel ex Aegypto uel Italia nauigabũt,
interrogabimus, eccubi magnum illud Adimanti nauigium,Iſidem puta,quiſ-
piam uiderit. A D I M. Vides. propterea equidem grauabar dicere quidnã eſſet
quod in animo mecũ ipſe cogitabam, ſat ſciens quòd riſu & dicacitate proſe-
cuturi eſſetis uotum meũ. Quare ſubſiſtens hic aliquantulũ,dum uos progreſſi
fueritis, cum naue mea iterum hinc nauigabo. Nam multo ſatius eſt cũ nautis
me colloqui,q̃ hic à uobis irrideri. LYC. Nequaquam.nã tecum illam conſcen- G
demus etiam ipſi ſubeuntes. ADIM. At ſcalas ſubtraham,ingrediẽdo uos præ-
uertens. LYC. Proinde nos adnatando ſequemur uos. Ne enim putes tibi qui-
dem facile eſſe tanta nauigia poſſidere,cũ neq; emeris illa,neq; ædificaueris:nos
autem non poſſe à diis petere ut per multa ſtadia indefeſſis nobis liceat natare.
Atqui primùm etiam in Aeginam ad feſtũ Dianæ,ſcis quàm parua nauicula o-
mnes ſimul amici,quatuor quiſq; datis obolis traiecerimus, & tamẽ nihil ægrè
ferebas quòd tecum nauigaremus : nunc autem indignaris quòd tecũ cõſcen-
ſuri ſumus,& ſcalas præingreſſus ſubtrahis. Nimirũ luxu diffluis Adimãte,& in
ſinum non inſpuis,neque agnoſcis quínam ipſe ſis,qui nauclerum nũc agis. H
Adeò te ſublimẽ euexit domus iſta, in pulcherrimo urbis loco ædificata,& ſer-
uorum multitudo. Atqui ô præclare,per Iſidem quæſo,etiam Niliaca ſalſamen-
ta,tenuia iſta dico,memineris nobis huc ex Aegypto apportare,aut unguẽtum
à Canopo aliquod,aut Ibin ex Memphide. quod ſi uerò nauis etiam ſufficiet,ex
pyramidibus quoq; unam. TIM. Satis iocorum,Lycine. An non uides quo pa-
cto erubeſcere Adimantũ feceris,multo adeò riſu nauigio inundato, ita ut iam
ſuperfluat,neque amplius ad id quod influit,reſiſtere poſſit? Et quoniam adhuc
multum nobis uiæ ad urbem uſque reſtat,diuiſo in quatuor partes itinere, ſuo
cuiq; attributo ſtadio,poſtulemus à diis quæ cuiq; maximè uidebũtur. Ita enim I
& nos laborem eundi fefellerimus,& pariter lætitia quadam afficiemur, perin-
de ac ſomnio aliquo ſuauiſſimo ultro nobis obiecto, quod nos quoad ipſi uo-
luerimus,beet. Nam penes unumquenq; ipſum menſura uoti erit, & dii omnia
exhibendo ſubminiſtrent,etiam ſi alioqui natura incredibilia fuerint. Et quod
maximum eſt,demonſtratio quædam erit hæc res, quínam omnium optimè di-
uitiis ac uotis uſurus ſit. Indicabit enim quiſq; qualisnã futurus fuerit, ſi ei diui-
tiæ tãtæ cõtigiſſent. SAMIP. Pulchrè me hercle Timolaë, atq; adeò obſequor
tibi,& cum tempus uocauerit,optabo quæcunq; uidebitur. Nam ſi Adimantus
uult,ne interrogandum quidem opinor,ut qui in naui alterum pedem habeat. K
Oportet autem & Lycino idem uideri. LYC. Ac diteſcamus ſanè,ſi hoc potius,
ne inuidere etiã cõmuni fortunæ uidear. A D I M. Quis igitur primus incipiet?
LYC. Tu Adimante,deinde ſecundo loco Samippus hic,poſt quem Timolaus.
Ego uerò paulò antè quàm ad Dipylum perueniemus, circa extremũ ſemiſta-
dium uidelicet uotum meum incipiam,idq;,quoad fieri poteſt,breuiſſimè per-
curram. ADIM. Proinde ego quidem neq; nunc à naui diſcedam, ſed ſi modò
licet,etiã amplius aliquid uoto adiiciam, Mercurius autem* quæſtuoſus ille an-
nuat omnibus. Sit enim nauigiũ,& quæ in eo ſunt,mea omnia, & onus quod
fertur uidelicet, & mercatores,& mulieres, & nautæ, & ſi quid aliud ſuauiſſi-
mum

* κερδῶος cognomentum Mercurij eſt, ἀπὸ τοῦ κέρδους, eò quòd lucris præſit.

A mum fuerit ex cunctis facultatibus. SAMIP. At te ipsum oblitus es in naui habens. ADIM. Puerū istū, inquis, Samippe, comatū? Et ille igitur meus sit: quantum autem frumenti est, totus ille numerus in aurum signatum uertatur, fiantq; totidem Darici. LYC. Quid hoc Adimāte? Submergetur tibi nauigiū: nō enim idē pondus est tritici, & æqualis numero auri. ADIM. Ne inuideas quæso Lycine, sed postquam ad te peruenerit uotum, Parnethen, si placet, totam auream facias licet, atque ego tum tacebo tibi. LYC. At ego, quò magis in tuto ipse nauigares, hoc agebam, ne uidelicet unà cum auro omnes periretis. Ac quantum ad uestras quidem res attinet, mediocre periculum hoc futurū erat: adolescen-

*Scilicet aurei, ut Philippici.*

*Mons est Atticæ.*

B tulus autem ille formosus suffocabitur miser, cum natare nesciat. TIMO. Bono animo sis Lycine. Delphines enim ipsum tergo subeuntes, in terram deportabunt. An tu putas citharœdum quempiam ab illis seruatum esse, accepisséque mercedem hanc carminis sui: deinde & alium quendam puerum mortuum, in Isthmum â Delphine eodem pacto apportatum: Adimanti autem seruum hūc nouitium nullum habiturum Delphinem amatorem? ADIMAN. Etiam tu Timolaë imitaris Lycinum hunc, & ingeris conuicia, & hoc, cum tu ipse huius rei dux & caput sis. TIMO. Melius enim fuerat uerisimilia magis te fingere hæc, & alicubi thesaurum sub lecto effodere aliquem, ne tibi negociū ipse ex-

C hiberes, dum aurum è naui in urbem transferes. ADIMAN. Rectè dicis. Effodiatur igitur thesaurus sub Mercurio illo marmoreo, qui nobis in aula est, medimna uidelicet mille auri signati. Statim itaque, iuxta Hesiodum, ædes principiò quammaximè insignes habitarem, deinde quæ circa urbem sunt, omnia iam coëmissem, præterquā quæ in Isthmo, & apud Delphos, & Eleusine sunt. Præterea quæ ad mare iacēt, & circa Isthmum nonnulla quoque certaminum gratia, siquādo ad Isthmia proficisci lubitum esset, & Sicyonium campum: & in summa quicquid usquam in Græcia foret uel consitum nemoribus, uel irriguum fontibus, uel fœcūdum frugibus, id omne breui adeò tempore Adiman-

D ti sit. Aurum autem concauū nobis sit ad cibum ex eo capiendum, pocula uerò haudquaquam leuia, ut Echecratis illa, sed duorum talentorum unumquodq; pondere. LYC. Quo pacto ergo pocillator plenum porrigat tibi poculū adeò graue? aut quomodo tu accipies ab eo, nisi cum magno negocio, non scyphum illo, sed Sisyphiū quoddā pondus attollente? ADIM. Mi homo, ne mihi disturba uotum. Ego uerò etiam mensas totas aureas facturus sum, & lectos aureos: si uerò non tacueris, etiam ipsos ministros. LYC. Vide modò ne quemadmodum Midæ, & panis tibi & potus aurum fiat, & diteſcendo miser pereas, fame ista preciosa enectus. ADIM. Tua igitur magis uerisimiliter compones paulò

E pòst Lycine, postquam ipse optare incipies. Cæterùm ad hæc uestis quoq; purpurea mihi sit, & uictus quāmaximè delicatus: somnus, quoad fieri potest, suauissimus: amicorum salutationes, & petitiones: & quod uulgo faciunt, omnes me uereantur & adorent: atq; alii quidem primo statim mane ad fores sursum ac deorsum obābulent, inter ipsos autē & Cleænetus & Democrates, illi supra modum. Atq; accedentibus quidem ipsis, & ante alios introrecipi uolentibus, ianitores septem astantes, ingentes barbari, in frontē statim impingant ianuam, perinde atque ipsi nunc aliis faciunt. Ego uerò, quando uisum fuerit, prospiciēs quemadmodum sol, illorum quidem nonnullos ne aspiciam quidem: si uerò pauper quispiam, qualis ego uidelicet fui ante repertum thesaurū, illum huma-

niter complectar,ac lotũ ad cœnam ſub tempus uenire iubebo. Diuites autem F
iſti rumpentur,aſpicientes uehicula,equos,& pueros formoſos circiter bis mil-
le,ex omni ætate delectos, ut quiſque fuerit maximè floridus. Deinde & cœ-
nas in auro appoſitas ( uile enim argentum, & nihil ad noſtram fortunam ) ac
ſalſamentũ quidem ex Hiſpania, uinum autem ex Italia, oleum uerò & ipſum
ex Hiſpania,mel autem noſtrate nouum,& igni nondum admotum. Præterea
obſonia undequaque allata, ſues uidelicet, & lepores,& quæcunque uolatilia,
gallina ex Phaſide,& Pauo ex India,& gallus Numidicus. Qui uerò unũquod-
que apparant,ſophiſtæ quidam ſint,circa bellaria & ſapores exercitati. Quòd ſi
cui autem præbibero, ſcyphum aut phialam poſcens : ille qui ebiberit, auferat G
ſecum & poculum. Diuites uerò iſti qui nũc ſunt, præ me Iri uidelicet & men-
dici omnes uideantur: neq; amplius tum argenteã iſtam ſcutellam aut ſcyphum
Dionicus in pompa ſpectãdum præbebit, & maximè poſtquam uidebit ſeruos
etiam meos tam multo argento uti. Ciuitati autem hæc apud me uelut exem-
ptitia erunt. Ac pecuniarum quidem diſtributiones,ſingulis mẽſibus drachmas
ciui quidem centum,inquilino autem quinquaginta dabo. Publicè uerò ad or-
namentum urbis theatra ædificabo, & balnea: & mare uſq; ad Dipylum intro-
mittam, atque ibi portum aliquem extruam, aqua per foſſam magnã introdu-
cta,ut nauigium meum propius appelli, & ex Ceramico apertè conſpici poſſit. H
Amicis autem uobis, Samippo quidem uiginti medimna auri ſignati adnume-
rare diſpenſatorem iubebo : Timolao autem quinque chœnices : Lycino uerò
chœnicem ſolam,eamq; etiam circunſcriptam,eò quòd loquacior eſt,& uotum
meum irridet. Atq; hanc uiuere uitam uolebam,ſupra modũ diteſcens,& deli-
catè agens,omnibusq; uoluptatibus copioſe fruens. Dixi. Ac mihi Mercurius
perficere ea,& ad euentum perducere uelit. LYC. Scis igitur Adimante,ut tibi
ex tenui admodum trama puer iſte Plutus ſuſpenſus ſit : ac ſi fors aliqua rupe-
rit illã,omnia euaneſcent,& carbones tibi theſaurus iſte erit? ADIM. Quomo-
do dicis hoc Lycine? LYC. Quoniam,ô optime,incertum eſt quantum tempo- I
ris uicturus ſis. Quis enim ſcit an adhuc appoſita tibi mẽſa iſta aurea,priuſquam
manum admoueas, & pauonem aut gallum Numidicũ deguſtes,exhalata ani-
mula abiturus ſis,uulturibus & coruis omnia illa relinquens? An uis ut enume-
rem tibi alios quidem ſtatim priuſquã diuitiis fruerẽtur, mortuos,alios autem
etiam uiuos,iis quæ poſſidebant,ſpoliatos atque exutos à deo aliquo qui huiuſ-
modi rebus inuidebat ? An non audis Crœſum & Polycratem, multo te opu-
lentiores cum fuerint,breui adeò tempore à bonis illis omnibus excidiſſe ? Sed
ut tibi miſſos hos faciam,num tibi ualetudinem adeò firmam putas fore,atque
conſtantem? An non uides multos diuitum infeliciter ætatem agere,doloribus K
ac morbis uexatos? ac alios quidem ne uadere quidem poſſe, alios autem cæ-
cos eſſe,aut intus labore aliquo affectos? Nam quòd ne alteram quidem tãtam
opulentiam poſſidere uelis, atq; eadem cum Phanomacho diuite iſto pati,pari-
terq; ut ille mulieroſus eſſe,ſat ſcio, etiam ſi nullus ipſe dixeris. Omittã interim
dicere,quàm multas inſidias cum diuitiis cõiunctas norim. Præterea & prædo-
nes,& cædes,& odium quod apud multitudinẽ obeundum eſt. Vides nimirum
cuiuſmodi rerũ cauſſa extiterit tibi theſaurus iſte. ADIM. Semper tu mihi, Ly-
cine, aduerſarius es: quare neq; chœnicem etiam accipies, ut qui perpetuò uo-
tum meum infecteris. LYC. Atqui hoc quidem iam communi diuitum more

detrectas,

A detrectas,& promiſſum reuocas.Sed tu Samippe iam opta.SAMIP.Ego uerò (Arcas enim ſum ex Mantinea,ut ſcitis,in cõtinente uitam agens)nauem quidem haudquaquam poſtulabo mihi contingere,ut quam ciuibus meis ſpectandam exhibere impoſſibile ſit.neq; ſcrupuloſe adeò cũ diis rationem inibo,theſaurum petens,& aurum ad menſuram accumulatũ: ſed (poſſunt enim omnia dii,etiam ea quæ maxima uidentur eſſe,& lex uoti quam Timolaus tulit,iubet nihil uereri poſtulare,tanquã illis nihil non annuentibus)poſtulo uidelicet rex eſſe,non qualis Alexander Philippi filius,aut Ptolemæus,aut Mithridates, aut ſi quis alius accepto à patre regno imperauit,ſed mihi principio à prædãdi cõ- *Votum imperij & potentiæ.*
B ſuetudine exorſo,ſocii & coniurati circiter triginta fideles admodum & audaces adſint. Deinde paulò pòſt trecenti accedentes nobis alii ſuper alios. Poſtea mille,& nõ multò pòſt decies mille, poſtremò tota armatorum ſumma quinquaginta millia. Equitum autẽ circa quinq; millia ſit. Ego uerò ſuffragiis cunctorum antepoſitus & electus, Imperator optimus eſſe uidear, qui & hominibus præcam, & rerum adminiſtrationem geram. Vt hoc utique ipſo iam maior ſim cæteris regibus, utpote qui uirtute cæteris antepoſitus,exercitui imperem, non per ſucceſſionem hæreditariam ab alio in regnum introductus. Nam hoc Adimanti theſauro non diſſimile foret,& ipſa res haudquaquam eodem modo
C ſuauis,ut cum aliquis uidetur ipſe per ſe ipſum potentiam ac principatum aſſecutus eſſe. LYC.Papæ Samippe!haudquaquam exiguum aliquid tu quidem, ſed ipſum adeò caput bonorum omnium poſtulaſti, uidelicet aciei tantæ optimus ipſe iudicatus à quinquaginta millibus. Talem ſcilicet nobis Mantinea,& tam admiratione dignum regem atque imperatorẽ,interim dum non animaduertit, enutriuit. Verùm age regna,præi militibus, & exorna equeſtrem exercitum,pariter & uiros clypeum geſtantes. Cupio enim ſcire quónam profecturi ſitis tam multi ex Arcadia,aut contra quos miſeros primos expeditionem facturi.SAMIP.Audi Lycine.Imò uerò ſi tibi placet,ſequere unà nobiſcũ. Præ-
D fectum enim alæ conſtituam te equitum quinque millium.LYC. At pro honore quidem iſto ô rex,gratiã tibi habeo,ac Perſico more procumbens adoro te, circumactis poſt tergum manibus uenerãdo tiaram rectam iſtam, atque ipſum diadema. Tu uerò ex ualidis iſtis aliquem,præfectum equitum deſigna. Nã ego tibi à re equeſtri ualde alienus ſum, neque omnino equum ullum aſcendi ante hunc diem. Proinde metuo ne tubicine claſſicum intonante,decidens ego, in tumultu à tot ungulis conculcer,aut etiã equus ferocior exiſtẽs, arrepto freno in medios hoſtes efferat me,aut deniq; oporteat me alligari ephippio,ſi manere ſuper illud debeã,frenumq; tenere. ADIM. At ego tibi Samippe ducã equites,
E Lycinus autem dextrum cornu habeat. Meritus autẽ ſum qui maximos honores abs te conſequar, ut qui te tã multis medimnis auri ſignati donauerim.SAMIP. Ipſos interrogemus equites,Adimãte,num recipere te uelint præfectum ſuum. Cui igitur placet,equites,Adimantũ hunc præfectum ueſtrum eſſe,manum attollat. Omnes,ut uides, Adimante, ſuffragantur tibi. Proin tu quidem equitatui præſis, Lycinus autem dextrum cornu ducat. Timolaus porrò hic ad ſiniſtram ordinabitur. Ego uerò mediã aciem regam, pro eo atque legitimum eſt Perſarum regibus, quando ipſi aſſidere ſibi aliquos uolunt. Sed progrediamur iam rectà uerſus Corinthum,quà per montana itur,cõprecati Iouem Regium. Ac poſtquã ea quæ in Græcia ſunt,omnia ſub poteſtatem redegerimus

(neq; enim quiſquam erit qui nobis reſiſtet,aut arma opponet,cum tam multi F
ſimus,ſed abſq; ſudore ac puluere uincemus)conſcenſis triremibus, & equis in
naues impoſitis(apparatum autem eſt in Cenchreis & frumentū ſatis multum,
& nauigia quæ ſufficiant,cæteraq; ad hãc rem omnia)traiiciamus per Aegæum
in Ioniã,& exinde ibi ſacris Dianæ peractis,ac ciuitatibus nullo defendente ca-
ptis,præfectisq; ibidem facilè relictis,in Syriam pergamus,per Cariã itinere fa-
cto,inde per Lyciam,& Pamphyliam, & Piſidas, & utrãque Ciliciæ oram,ma-
ritimam uidelicet & montanam, donec ad Euphratem peruenerimus. LYC.
At me,ô rex,ſi placet,ſatrapam aliquem Græcis relinque. Formidoloſus enim
ſum,neque domo longius abire facilè ſuſtinuero: tu uerò uideris etiam contra G
Armenios & Parthos exercitum ducturus eſſe, gentes bellicoſas,& ſagittandi
perquam peritas. Quare alteri alicui dextrum cornu committe: me uerò An-
tipatrum quempiam in Græcia relinque,nequis etiam ſagitta me transfigat ea
parte qua nudus maximè ero,miſerum me feriens,circa Suſa uel Bactra alicubi
phalangem ducentem tibi. SAMIP. Aufugis Lycine,ac deſeris ordinem,meti-
culoſus uidelicet exiſtens: atqui lex iubet caput amputari ei,ſi quis ordinẽ de-
ſeruiſſe deprehendatur. Sed quoniam apud Euphratẽ iam ſumus,& fluuius ipſe
ponte iunctus eſt, & quæcunque à tergo reliquimus,bene ac tutò nobis ſe ha-
bent,omniaq; à præfectis tenentur,qui à me cuique genti impoſiti ſunt,alii au- H
tem etiã abierunt,Phœniciã interea nobis & Palæſtinen,& exinde Aegyptum
quoque adiuncturi: age tu primus Lycine tranſi,dextrum ducens cornu. De-
inde ego ſequar, & poſt me Timolaus hicce. poſtremus autem equeſtrem duc
exercitum Adimante. Ac per Meſopotamiam quidem nullus nobis obuiã fuit
hoſtis,ſed ultro ſeipſos & arces,homines dediderunt. Etiam ad Babylonem ac-
cedentes,præter ſpem intra muros recepti ſumus,ac urbẽ ipſam tenemus. Rex
autem ad Cteſiphontem commorans,aduentum noſtrum accepit. Proinde Se-
leuciam profectus, exercitum comparat, & equites quamplurimos undecun-
que accerſens,& ſagittarios,& funditores. Renunciant itaque ſpeculatores,ad I
centum myriadas hominum bello aptorum congregatas eſſe, & ex his uigin-
ti qui ex equis iaculantur. Neque tamen adhuc neque Armenius adeſt, neque
ii qui ad Caſpium mare habitant, neque Bactriani, ſed ii tantùm qui in uicino
degunt, & in ipſo quaſi ſuburbio regni. Adeò facilè tot myriadas ille rece-
pit*. Tempus igitur iam eſt ut uideamus quídnam oporteat nos facere. ADIM.
At ego quidem cenſeo oportere uos, pedeſtrem uidelicet exercitum, proficiſci hinc ad Cteſiphontem: nos autem,equites puta,manere hic,& Babylonem aſſeruare. SAMIP. Etiam tu metu effœminaris Adimante, poſtquam propius periculo uentum eſt. Sed quid tibi uidetur Timolaẽ? TIMOL. Omni- K
bus copiis eundum hoſti obuiàm eſſe,neque expectandum dum illi melius ſe-
ſe pararint, auxiliis undique ipſis accedentibus: ſed dum adhuc in itinere ſunt
hoſtes, adoriamur ipſos. SAMIP. Rectè dicis. Tu uerò Lycine quid cenſes?
LYC. Equidem tibi dicam. Poſteaquam defeſſi iam ſumus contendendo, &
abſque intermiſſione iter faciendo,quando in Piræum mane deſcendimus, &
nunc autem triginta propè ſtadia proceſſimus, deinde & ſolis ardor frequens
(nam iam circa meridiẽ maximè eſt) hic alicubi ad oleas, ſuper columnã iſtam
inſcriptionibus inſignitam reſidentibus, quieſcendum pauliſper eſſe. Deinde
reſurgentibus inde iterum eundum, & reliquum uiæ ad urbem abſoluendum
eſſe.

*Vt ille, cui Macedoniam commiſit Alexander dum in Aſiam traijceret.*

**κατιαξι græce, quod aliàs fregit ſignificat.*

A esse. SAMIP. Etiámne Athenis,ô beate,tibi esse uideris,qui circa Babylonem in campo ante muros inter tot milites sedes de bello deliberans? LYC. Submonuisti. Ego uerò sobrium esse me putabam, at tu in eo, ut sententiã proferrem. SAMIP. Accedamus igitur,si tibi uidetur. Ac ut uiri fortes in periculis sitis facite,neq; prodatis patrios spiritus. Iam enim & hostes uidelicet pugnam capessunt. Quare tessera quidem Enyalius esto. Vos autem postquam classicum cecinerit tubicen,cum clamore inuadentes,& clypeos hastis pulsantes,properate cum aduersariis manũ conserere, ac cominus pugnate, atque intra teli iactum consistite, ut ne plagas accipiamus, dum illis spacium feriendi eminus concedi-
B mus. Et quoniam ad manus mutuò iam uẽtum est, siniſtrum quidem cornu & Timolaus in fugam uerterunt eos quibúscum congressi sunt, Medos. Media autem acies,& quod circũ me est,æquo adhuc Marte pugnat. Persæ enim sunt, & inter eos ipse rex. Vniuersus autem equitatus Barbarorum in dextrum cornu nostrum fertur. Quare ô Lycine & ipse uir fortis sis,& eos qui tecum sunt, exhortare ad fortiter excipiendam & sustinendam impressionem. LYC. O fortunam. Aduersum enim me equites cuncti, solusq; idoneus ipsis uisus sum qui contrà ferar. Ac mihi uideor,si uim adhibeant,transfugiturus esse, in palæstram hinc currens,belligerantes etiamnum uos relinquens. SAMIP. Nequaquam.
C Vincis enim & tu ipsos iam parte quadam. Ego uerò,ut uides,etiam singulari prælio cum rege congrediar. Prouocat enim me,& pugnam detrectare omnino turpe fuerit. LYC. Per Iouem etiam uulneraberis statim admodum ab eo. Nam hoc quoque regium est,uulnerari de regno dimicantem. SAMIP. Bene dicis. Leue tamen, & uix summam cutem perstringens uulnus hoc, neq; etiam in aperta corporis parte, ut ne cicatrix quidem deformis apparitura sit postea. Cæterùm uides quo pacto ipse incursando una adeò plaga & ipsum & equum emissa hasta transegerim: deinde amputato capite, & ablato diademate, rex adeò ipse factus iã sim,& ab omnibus adorer? Barbari igitur adorent nos,ego
D uerò iuxta Græcorum legem imperabo,atq; unus Imperator nominabor. Post hæc igitur cogitate quàm multas quidem ciuitates cognomines mihi ipsi conditurus sum,quàm multas autem etiam destructurus per uim captas,siquæ contumelioſe aliquid in regnum fecerint. Omnium autem maximè Cydiam istum diuitem persequar,qui cum mihi uicinus tam esset,eiecit me agro,transcendẽs paulatim in interiora finium. LYCIN. Define tandem Samippe. Tempus enim est,te quidem post pugnam tantam superatam, Babylone conuiuium celebrare,& uictoriæ sacra peragere (iam enim extra præscriptũ stadium,opinor,processit tibi imperium) Timolaum autem uicissim optare quicquid uoluerit. SA-
E MIP. Quid igitur Lycine? qualia tibi postulasse uideor? LYC. Longè,ô præclarissime regum, laboriosiora & uiolentiora, quàm quæ Adimantus: quippe cum ille quidem in deliciis uersaretur,& duorum talentorum pocula aurea compotoribus porrigeret, tu uerò etiam uulnerabaris singulari prælio dimicans, & metuebas, & curis distinebaris, noctu, interdiúque. Non solùm enim ea quæ ab hostibus fierent, formidanda tibi erant, sed & insidiæ innumerabiles, & inuidia eorum quibúscum uiuebas, & odium, & adulatio. Amicus autem nullus uerus, sed ad metum omnes uel spem beneuolentiam simulantes. Fruitio certè uoluptatum ne per somnium quidem, sed gloria solùm, & purpura auro uariegata, & fascia candida circum frontem,& satellites præeuntes.

*Martis cognomentum est ἀπὸ τῆ ἐνυοῦς.*

Cætera autẽ,labor intolerabilis,& acerbitas multa. Et aut reſponſa dare ab ho- F
ſtibus uenientibus oportet,aut ius dicere,aut mittere ad ſubditos edicta. Et uel
gens aliqua defecit,uel incurſiones fiunt ab iis qui extra imperium degunt. Ti-
mere itaq; oportet omnia, & habere ſuſpecta. Et in ſumma, ab omnibus magis
quàm à te ipſo beatum prædicari. Nam illud quoque an nõ humile & abiectũ,
quòd & ægrotas eodem modo cum priuatis,& febris in nullo diſcrimine habet
te regem,neque etiam mors metuit ſatellites tuos , ſed ſuperueniens quando-
cunq; ipſi lubitum fuerit, ducit plorantẽ te, nihil uerita diadema iſtud? Tu ue-
rò ille ſublimis adeò ex alto decidens,abreptus è ſolio regio,eandem uiam abis
cum multitudine,eodemq; honore cum cæteris inter gregẽ mortuorum agita- G
ris,tumulum excelſum ſupra terram, & columnam in longum porrectam, aut
pyramidem æquis ac rectis angulis aſſurgentem poſt te relinquens,ſerotina ui-
delicet & tum inſenſibilia magnificentiæ ſpectacula. Statuæ autem illæ & tem-
plum quæ ciuitates erigunt colentes, & magnũ illud nomen, omnia paulatim
defluunt atq; abeũt neglecta. Quòd ſi autẽ quammaximè etiam in longiſſimũ
perdurarint,quis quæſo fructus eorum amplius fuerit, cum ſenſu careas? Vides
qualia quidem etiam uiuus negocia habiturus ſis,metuendo uidelicet,& cogi-
tando,& laborando:qualia uerò & illa quoque quæ poſt mutationem ſequen-
tur. Sed iam tuum erit Timolaë, optare:ac ut ſuperes iſtos, uide,quẽadmodum H
decet uirum intelligentem,& rebus uti ſcientẽ. TIMOL. Attende igitur Ly-
cine,num quid reprehẽſione dignũ optabo,& quídnam arguere quiſpiam me-
ritò poſſit. Nam aurum quidem,& theſauros,& medimna nummorum,aut re-
gna, & bella, & terrores pro imperio, quæ tu meritò reprehendiſti, haudqua-
quam poſtulabo. Caduca enim hæc,& multis inſidiis referta: & plus moleſtiæ
*Votum omnis fortunæ & felicitatis.* in ipſis eſt, quàm dulcedinis. Cæterùm Mercurium ego uolo obuiàm mihi ue-
nientem dare nõnullos annulos,qui huiuſmodi uim habeant,primùm quidem
ut rectè ſemper ualeam, & corpore ſanus ſim, & inſauciabilis, & nulli pertur-
bationi obnoxius. Secundum autẽ,ut ne conſpici poſſit is qui eũ induerit, qua- I
lis ille Gygis fuit. Deinde alium quendã,ut robore ſuperem uirorũ decem mil-
lia:atq; onus quod alioqui decẽ millia hominũ mouere ſimul uix poſſent, ego
ſolus facilè in humeros attollere poſſim. Præterea autẽ & uolare poſſim,longè
â terra in ſublime ſublatus,& ad hoc quoq; annulum quendã habeam. Iam uerò
& in ſomnum reſoluere quos uoluero,& omnem ianuam accedẽti mihi aperi-
ri,laxata ſera, & dimoto obice. hæc ambo unus annulus poſſit. Et quod maxi-
mum eſt, alius quiſpiam ſit ſupra omnes ſuauiſſimus, qui me amabilẽ faciat in-
dutus,& pueris formoſis & mulieribus,& populis totis,neque quenquã amo-
ris expertem eſſe ſinat, & cui non deſiderabiliſſimus ipſe uidear, atque in ore K
ſim, ita ut multæ mulieres dum amorem pati nequeunt, ſeipſas etiam ſuſpen-
dant,& adoleſcẽtuli ad inſaniam redigantur mei deſiderio, adeoq; ſeipſos bea-
tos eſſe putent,ſi quem ipſorum uel aſpiciam ſolùm: ſi uerò contemnam,etiam
illi mœrore pereãt:& in ſumma,ſupra Hyacinthum, aut Hylam,aut Phaonem
Chium illum ſim. Atque hæc omnia habeã non in breue tempus ac ſtatim mo-
riturus, neq; etiam ad menſuram humanæ uitæ uiuens,ſed annos mille,ſubinde
iuuenis ex iuuene renaſcens,uiuendo exigam,circa decimumſeptimum quen-
que annum exuens ſenectutem, perinde atque ſerpẽtes. Nihil enim deerit mi-
hi,cum hæc habebo. Siquidem omnia quæcunq; alii habent,mea futura eſſent,

quatenus

A quatenus & fores aperire poſſem, & ſopire cuſtodes, & ipſe ingreſſus inuiſibilis eſſe. Quòd ſi apud Indos aut Hyperboreos ſpectaculum aliquod mirum ac nouum foret, aut res aliqua precioſa, aut quicquid eſu uel potu dulce: nihil ueritus, ſed ipſe eò aduolans, fruerer omnibus ad ſatietatem uſque. Et quia Gryps alata fera, aut Phœnix auis apud Indos à cæteris uideri nequit, ego uerò etiã illud uiderem. Et fontes Nili quoq; ſolus ſcirem, & terræ quicquid inhabitabile eſt, & ſiqui Antipodes ex aduerſo nobis habitant, auſtralem terræ partem dimidiam tenentes. Præterea autem & ſtellarum naturam, & Lunæ, & ipſius Solis, facilè noſſem, ut qui ab igne illorum lædi non poſſem. Et quod omniũ ſua-
B uiſſimum fuerit, uno eodemq; die annunciare Babylonem poſſem quísnam in Olympiis uiciſſet: & ſi fortè in Syria pranſus eſſem, cœnare in Italia. Si quis autem inimicus mihi foret, ulciſci etiã iſtum, ex obſcuro iniecto in caput eius ſaxo, ita ut diminueretur ei cerebrum. Amicis autẽ contrà benefacere, offundendo dormientibus ipſis aurum. Ac ſanè ſi quis ſuperbus foret, aut tyrannus diues contumelioſus, ſublatũ ipſum ad ſtadia uiginti per præcipitia ſupernè deiicerem. Cum puſionibus autẽ nemine prohibente conuerſari mihi liceret, quippe cum & uideri non poſſem ingreſſus, & omnes in ſomnum reſoluerem, ſolis illis exceptis. Quale uerò etiam illud foret, quòd belligerantes tutò ſpecta-
C re poſſem, extra teli iactum in altum ſublatus? Et ſi uiſum fuiſſet, adiungendo me uictis, & ſopiendo uictores, fugientibus uictoriam ſubminiſtrarem, ex fuga uidelicet reuerſis. Et in ſumma, ludum quendam facerem uitam humanam, omniaq; adeò mea forent, ac deus uiderer cæteris. Atq; hæc ſumma felicitas eſt, quæ neque perire, neque inſidiis peti poteſt, & maximè cum bona ualetudine per longam ætatem. Quid igitur eſt Lycine, quod in hoc uoto culpare queas? LYC. Nihil, Timolaë. neque enim tutum fuerit aduerſari uiro alato, & qui robore multa hominum millia ſuperat. Verũtamen illud interrogabo te, ecquem alium uideris inter tot gentes quas uolando oberraſti, ſenem iam uirum men-
D te à ſtatu ſuo ita dimota, qui annulo exiguo uectus, totos adeò montes digito mouere potuerit, amabilem omnibus, idq; cum caluus eſſet, & naſum haberet ſimum? At uerò etiam hoc reſponde mihi: Cur tandem non unus annulus omnia tibi iſta poteſt, ſed tã multis reuinctus incedes, ſiniſtra grauata per ſingulos digitos? imò uerò excedit numerus, & neceſſe erit etiam dextram ferendo oneri ſuccedere. Atqui uno adhuc neceſſario maximè opus eſt, qui te indutũ à ſtultitia cohibeat, multa iſta inſolentia deterſa. aut an hoc quidem etiam Elleborus abunde poteſt, meracior uidelicet hauſtus? TIMO. At prorſus Lycine etiam ipſe optabis tandem iam aliquid, quò diſcamus qualia tu poſtulaturus ſis,
E irreprehenſibilia uidelicet, & quæ accuſari nequeant, quandoquidem cæteros calumniaris omnes. LYC. At non opus habeo uoto ego. Venimus enim iam ad Dipylum, & optimus hic Samippus, dum circa Babylonem ſingulari prælio dimicat, & tu Timolaë dum in Syria quidem prandes, in Italia autem cœnas, etiam ea ſtudia quæ ad me pertinebant, abſumpſiſtis, rectè ſanè facientes, præſertim cum nõ probẽ in breue tempus diteſcere opulentia quadam quaſi ſubuentanea, deinde poſt paulum mœrore affici, dum nudam aliquã maſſam panis comedam: quale uobis non multò pòſt accidet, poſtquã felicitas quidem iſta uobis, multæq; diuitiæ auolantes euaneſcent, ipſi autem digreſſi à theſauris & diadematibus iſtis, tanquam ex ſuauiſſimo aliquo ſomnio excitati, domi diſſimilia

omnia reperietis,perinde ut hiſtriones regum perſonas agentes,qui ex theatro regredientes, plerique fame conficiuntur, idq; cum paulò antè Agamemnones aut Creõtes fuerint. Mœrore igitur afficiemini,uti conſentaneũ eſt,ægroq; animo ea quæ domi uobis ſunt aſpicietis, & maximè tu Timolaẽ,quando neceſſe tibi erit idem pati quod Icarus olim, ut ſoluta uidelicet pennarum textura,de cœlo delapſus,humi incedere cogaris,amiſſis annulis illis omnibus,ultro de digitis effluentibus. Mihi uerò etiã hoc abunde ſatis erit, pro omnibus theſauris,ipſaq; adeò Babylone, ſuauiter admodum ridere ad ea quæ uos optaſtis, tam præclara ſcilicet,& hoc,cum ipſi philoſophiam laudetis.

## TRAGOPODAGRA, Ioanne Sinapio interprete.

### ARGVMENTVM.

*Argumentum fabulæ tale eſt.* Peragunt *encomium & laudes* Podagræ, *ſacerdotes,poteſtatem dea carminibus celebrantes. Ad quorum inuocationem cum ipſa quoque dea adeſſet,ſuumq; numen ut inſuperabile & inuictum prædicaret: nunciatur interea medicos quoſdam* Syros *deam contemnentes, ac uires ipſius eleuantes,medicinam,à patre uidelicet acceptam,contra illam uulgo polliceri.* Indignata itaque dea,arrogantiamq; ac temeritatem hominum non ferẽs,immiſſis tortoribus ſuis miſerè illos excruciare atque uexare cœpit. Qui cum medicina ſua fruſtra adhibita, doloris uehementiam atque acerbitatem ferre non poſſent, ſupplicantes deæ,uictos ſeſe,artẽq; ſuam nullam eſſe confitẽtur. Exorata igitur dea tortores ſuos reuocat,ac uictrix palmam refert. Proloquitur Podagricus quidam,malum & cruciatum immedicabilem deteſtans. Fabula uerò in uniuerſum idem illud innuit,quod Ouidius,cum inquit: Tollere nodoſam neſcit medicina podagram. tum quòd & uanitatem Iudæorum ac Syrorum nonnihil taxare uidetur,ut qui contra omnes morbos quantumuis incurabiles,medicinam pollicerentur: quale & hodie quidam ex eadem gente uulgo faciunt.

Perſonæ,Podagricus,Chorus,Podagra,Nuncius,Medici,Tortores.

### LOQVITVR PODAGRICVS.

*Trimetri Iambici.*

O Triſte nomen,ô diis odibile,
Podagra,lachrymoſa,Cocyto ſata,
In Tartari ſpecubus opacis edita,
Erinnys utero quã Megæra ſuo tulit,
Et uberibus aluit,cuique paruulæ
Amarulentæ,in os lac Alecto dedit.
Ergo quis abominabilem te dæmonum
Produxit in lucem exitio mortalibus?
Quòd ſi luunt errata manes mortui,
Si luce commiſſi rationem nox petit,
Nec Tantalus ſiti,nec Ixion rota
Volubilis,nec Siſyphus onere lapidis
Cruciandus in Stygii fuit Ditis domo,
Tuis ſed omnes omnium ſcelerum reos
Aptare decuit membrifragis cruciatibus.
Vt corpus affectum & fatigatum meum
Manibus ab extremis ad infimas pedum
Plantas,ſanie tetra, fluenteq; fellea
Per membra bile,& impetuoſo flamine,
Suis ubique ſtringitur meatibus
Porisq; clauſum me premit doloribus!
Per ipſa currit ignea peſtis uiſcera,
Carnemq; uorticibus populatur ignium,

Aetnæ

A Aetnæ uelut crater facibus exæſtuans:
Aut Sicula uallis æquorearum rupium,
Aeſtibus ineuolubilibus, ubi fluctuans
Sinuoſa ruinas unda ſcopulorum ferit.
O omnium mortalium opinionibus
Incogitabile malum, ut omnes perditè,
Quicunque una ſpe ſtolidi, te leniter
Mulcere medicariq; cupimus, fallimur!

CHORVS.

B *Dimetri catalectici omnes.*

Iuga Dindymi Cybeles
Phryges ululante uoce,
Tenero frequentare Atti
Solent, modisq; ſiſtri
Phrygii, ſuper iuga Tmoli
Comon celebrare Lydi,
Et perciti furore
Reſonant ſuis in armis
C Euantis orgia rythmis
Cretenſibus Corybantes,
Clangit quoque tuba duro
Marti, modulans tumultus
Depreſſa bellicoſos:
Sed nos tui podagra
Myſtæ, tibi ſacramus
*Vernum tempus aptum podagræ. Celſ. lib. 4. cap. 24.* Ineunte uere, luctus,
Vbi graminifera paſſim
D Herbis uirere prata,
Et in arboribus tenellæ
Zephyro reflante frondes
Inceperint uigere,
Malè nuptaq; cum per ædes
Hominum ſtrepens hirundo,
Nocturna perq; lucos
Itin gemit, querelis
Vbi triſtibus philomela.

E PODAGRICVS.

*Trimetri Iambici.*

O ægritudinis opifer & comes meæ,
O tertii gerens Bacule uicem pedis,
Tremulum mihi ſuffulcias oro gradum,
Iterq; dirigas, leuia & ueſtigia
Firmes pedum, poſſint ut inniti ſolo.
Age miſer ex ſtratis tua membra corripe,
Et culmen ædium relinque umbratile,
Nigramq; ab oculis excutiens caliginem,

Prodi foras,& ad rutilum Solis iubar
Auram ſerenam ſpiritu læto trahe,
Ter quinque præteriere nunc ſolidi dies,
A ſole cum procul in tenebris abditis
Incompoſito in lecto cubans diſtorqueor.
Adeſt animus,adeſt uoluntas ſæpius
Vt in pedes me coniiciam,fores petes,
Sed corpus imbecille uota deſerit.
Atenim propera mea mens,quoniam te non latet
Egena uita podagrici,qui cum uelit
Obambulare,non queat,uiuentium
Hunc exime numero,& refer inter mortuos.
Sed eia.
At qui ueniunt hic qui baculos manibus mouent?
Capita coronati foliis ſunt Acteæ,
Cuiúsue dæmonum celebrant feſtum chorum?
An Phœbe Pæan numen extollunt tuum?
At Delphica nulla cingit illos laurea.
An fors canitur laus aliqua Bacchanalium?
Sed non adeſt ſignum comis hederaceum.
Age qui,uel undénam uenitis hoſpites,
Exponite nobis,ueraq; fateamini:
Et quam deam celebretis amici,dicite.

CHO. At tu quis es,uel unde nos interrogas?
Vt enim baculus greſſusq; nobis indicant,
Myſten uidemus inſuperabilis deæ.

POD. Vnus quidem & ego ſum,deam non dedecens,

CHORVS.

*Dimetri partim catalectici,partim acatalectici.*

Venerem ſacræ deam Cypri
Ex ætheris ortam ſemine
Nutriuit in æquoreis aquis
Nereus decentem fabricam,
Iunoq; coniunx & ſoror
Tonantis,ulnas candida,
Apud Oceani fontes uagis
In ſinubus educata
Nutrice fuit à Tethyde.
Summoq; uertice cerebri
Eſt uirginis interritam
Enixus indolem,pater
Cœleſtium Saturnius,
Virtute claram Palladem.
Sed hanc deam beatam
Primam cubitis Ophion ſenex

A In delicatis protulit.
Cum desiit tenebrosa lux,
Et orta lucifera fuit
Aurora, iubarq; lucidum
Solis: podagræ tum simul
Apparuit potentia.
Te prodeuntem ex ilibus
Parcæ, statim Clotho abluit,
Totusq; risit ætheris
B Fulgor, tonuitq; serenum
Cœlum, beatus at aluit
Hanc in papillis lacteis
Largus pater ipse Pluton.

PODAGRICVS ET CHORVS.

POD. Sed qualibus sacris ministros excitat?
CHO. Nihil cruoris ab ore ferri fundimus,
Nec ulla seta de ceruice uellitur,
Nec terga talis perstrepunt sonantibus,
C Nec frusta crudæ pascimur carnis boum.
Cum uere florem tenuis ulmus germinat,
Et insidet ramis loquacula merula,
Acuta tunc mystis sagitta figitur
Per membra, clàm, latens, & intima penetrans,
Pedem, genu, cauosq; nodos ossium,
Talosq;, coxarumq; uertebra, femora,
Manus, scapulas, & brachia, & imas artuum
Cauernulas, tumidasq; digitorum bases,
D Omnia uorat, depascitur, urit, occupat,
Inflammat, emollit, dea donec iusserit
Aufugere morbum, & esse modum doloribus.
POD. Ergo unus & ego, nescius licet, fui
Deæ sacratæ numine tali percitus,
Ergo benigna ueniat apparens dea,
Simulq; cum mystis, & ego hymnos ordiar
Solitum podagricis modulaturus melos.

CHORVS.

E *Dimetri.*

Tranquilliter igitur & sine
Ventis sit æther, quilibet
Laudes canat podagricus.
En strata diligens dea,
Suas ad aras aduenit
Baculo gradum suffulciens.
Salue deûm mitissima,
Tuosq; benigna respice
Lætante lumine famulos,

Huiusq; ueris tempore
Paulum dolores mitiga.

PODAGRA.

*Trimetri Iambici.*

Quis eſt hominum,cui non ego inſuperabilis
Regina morborum Podagra nota ſim?
Quam nulla thura,nulla fumigatio,
Nec fuſus apud aras cruor,aut donaria
Suſpenſa templis diuitum placabilem
Reddunt: nec ipſe uincere ſummus omnium
Pæan deorum medicus arte ſua poteſt,
Apollinísue filius Aeſculapius.
Ex quo ſiquidem mortalium fuit genus,
Omnes meas retundere uires geſtiunt,
Omnemq; turbant pharmacorum induſtriam.
Plantaginem terunt,apiiq; ſemina,
Foliaq; lactucarum,& agreſte peplion,
Et marrubium,amnicolamq; potamogeitona;
Alii Cnidas terunt,aliiq; ſymphyton,
Lentes alii de ſtercore lectos illinunt.
Hos cocta paſtinaca,foliaq; perſica,
Hyoſcyamus,papauer,& bulbi iuuant,
Cortexq; pomi punici,malicorium,
Et pſyllion,thus,ellebori radix,nitrum,
Et mixta uino telis,& collamphacos,
Et gyrine,ſimulq; galla cupreſſina,
Et panis hordeaceus, atque braſſicæ
Crudæ folia,gypſus gari liquaminis,
Et ſtercora ſylueſtris capræ, fimus hominis;
Farina fabarum,ſios quoque lapidis Aſii.
Alii rubetas,quique uocantur aranei
Mures, lacertas atque muſtelas coquunt,
Ranas, hyænas,tragelaphos,uulpeculas.
Cuius metalli non pericla ſumpta ſunt?
Quis non probatus humor eſt mortalibus?
Aut cuius inexplorata lachryma eſt arborum?
Animalium omnium oſſa,nerui,tergora,
Adeps,cruor,medulla,lotium,merda,lac.
Bibunt alii numero quaterno pharmacum,
Alii per octo,perq; ſeptem plurimi.
Alius bibens ſacram,repurgari ſtudet,
Aut carminibus animum adhibens illuditur.
Iudæus excantat fatuum nactus alium.
Rurſus alius à fonte remedium petit.
Sed omnibus illis nil niſi plorare impero:
Et ſic facientibus uel irritantibus

Occurrere

A Occurrere ſoleo magis iracundior.
Qui uerò contra me nihil eius cogitant,
Illis facilem & tractabilem me præbeo.
Nam qui meis communicat myſteriis,
Primùm quidem ſtatim bona uerba dicere
Docetur, oblectareq; ſalibus & iocis
Dictisq; facetis ſe ſalutantes ſolet.
Deinde cum geſtatus intrat balnea,
Fit ridiculus, ſit & uoluptas omnibus.
B Aten enim quam dixit Homerus, illa ſum
Ego, per hominum capita molliter ambulans,
Plantas pedum teneras habens: ueruntamen
Pleriq; me mortalium podagram uocant,
Quoniam pedum captura ſum, ποδῶν ἄγρα.
Sed agite Myſtæ, qui mea colitis ſacra,
Celebrate laudibus inſuperabilem deam.

CHORVS.

*Dimetri Anapæſtici.*

C O nympha ingenium adamantinum habens
Multipotens, animo dea ualido,
Audi uota tuorum ſupplicum
Magna potentia, uis tua magna,
O Regina opulenta Podagra,
Quam Iouis horret pernix telum,
Quamq; profundi fluctus pelagi
Trepidant, quam quoque trepidat, ſceptra
Qui gerit infera Stygius Pluton,
D O gaudens nodis, lectigrada,
Curſiuetans, talorum tortrix,
Calcicrematrix, malehumitanga,
Oſſitremenda, genufraga, pernox,
Articulos cruciandi cupida,
Curuigenuflexa, potens Podagra.

*Trimetri Iambici.*

PERSONAE.

*Nuncius. Podagra. Medici. Tortores.*

E NVN. Domina peropportuna te fers obuiam:
Audi, neque enim tibi nuncium fero friuolum,
Sed ſocia uerbis ipſa res adiungitur.
Nam ciuitates, ut ſtatueras, undiq;
Lento pede ueſtigans, tibi ſcrutabar domos
Cunctas, ut aduerterem ſi quis tuam
Potentiam non debito more coleret,
Aliosq; tuarum ui manuum ſat repperi
Regina domitos, mente bona quieſcere.
Iſti ſed audaces duo, confidentia

Freti ſua, non deſierunt dicere
Ac deierare, uim tuam uenerabilem
Non eſſe, ſed exortem uolunt mortalium
Te generis ac uitæ. Religans igitur pedes
Mox faſciis, uehementer approperans, die
Iam denique quintà ueni, laſſus itinere.
Nam tota fermè duo ſtadia pertranſii.
POD. Quàm ſubitus ades ô nuncie uelociſſime!
Sed cuius obſecro regionis terminos
Duros & inuios reliqueris, explica
Clareq; refer, ut celeritatem intelligam.
NVN. Quinque graduum ſcalas reliqui primitus,
Tremulas quoq;, luxatis trabium compagibus.
Deinde ſternax me excipit mox area,
Duris renitens ad pedes impulſibus.
Quod iter ubi confeci grauibus ueſtigiis,
Stratam ſilicibus ingrediebar ſemitam,
Ituq; ſcrupulis acutis aſperam.
Hinc incidens in lubricam & planam uiam,
Dum propero progredi, ſolutum retrahit
Calces malè firmas illico cœnum retro,
Quà tranſeunti liquidus è membris mihi
Sudor fluebat, æger ut feſſum gradus
Deficeret: inde laſſus omni corpore,
Latam quidem, aſt tutam minus inſiſto uiam,
Variis & hinc & inde me uehiculis
Vt currerem, cogentibus & urgentibus.
Quare celeriter ſubleuans ſegnem pedem,
Tranſuerſus occurſum fugiens, ceſſi loco,
Donec citis quadriga tranſiret rotis.
Myſtes enim tuus nequibam currere.
POD. Non gratis hæc rectè tibi res geſta ſit,
Mi nuncie. tuæ nanq; promptitudini
Parem rependam gratiam precio pari.
Atque hoc adeò gratum tibi ſit præmium,
Poſthac triennio ſemel modò leues
Tentare te noſtros dolores perferam.
Sed uos ſceleſti, diis & inuiſiſſimi,
Quínam, uel à quibus parentibus editi,
Audetis obniti podagræ potentiæ,
Cuius ſuperare uim nequit Saturnius?
Heus dicite peſſimi: quoniam heroas ego
Quamplurimos domui, ſapientes ut ſciunt:
*Heroes podagrici.* Priamus pede celer ille, canitur podagricus.
Periit Achilles podagricus ille Pelei,
Et Bellerophontes podagricus me pertulit.

Podagricus

A Podagricus & Thebanus erat dux Oedipus,
Et ex Pelopidis podagricus erat Plesthenes:
Et filius Pæantis etiam podagricus
Dux præfuit classi.fuit & alius celer
Dux Thessalorum,qui simul atque prælio
Victus ceciderat Protesilaus,præfuit
Classi,podagricus licet & æger foret.
Ithacæ quoque principem Laërtæ filium
Vlyssem,ego,non spina necuit trigonos.
B Nunquam ergo gauisuri ô calamitosissimi,
Pœnam patiamini meritis uestris parem.
MED. Syri quidem genere Damasceni sumus:
Multa fame uerò coacti & inopia,
Terram & mare peragramus,errantes, uagi.
Habemus autem quod pater unguentum dedit,
Per hoc mala consolamur ægrotantium.
POD. Cedo,quod unguentum? quis illius habitus?
MED. Sacrum tacendi ius mihi iurandum datum,
C Me talia dicere tibi planè non sinit,
Nec ultimum morientis edictum patris,
Qui iussit hanc celare nos uim pharmaci,
Quod sæuientem te quoque scit compescere.
POD. An igitur,ô execrabiles,malè perditi,
Vllius usquam tanta uis est pharmaci,
Meam quod inunctum uim sciat compescere?
Sed sine,paciscamur age tali fœdere,
Et experiamur ánne uirtus pharmaci
D Futura sit superior,an flammæ meæ.
Huc ô seuera statim undique conuolantia
Tormenta,præsides meæ uesaniæ,
Ocyus adeste, tuq; soleas infimas
Pedum,sub ipsos usque digitos urito,
Tu calcibus insili,profundam tu riges
A fœminibus ad genua tabem felleam,
At uos manuum repentè flectite digitos.
TOR. En imperata singula tibi fecimus.
E Iacent,miseriq; clamitant grauissimè,
Per omnia torti membra tuis complexibus.
POD. Nunc agite ô hospites,uideamus optimè,
An illitum uos nunc muniet hoc pharmacum.
Nam si palàm aduersum fuerit illud mihi,
Mundum relinquens,abditos terræ sinus
Subibo, & infimos abyssos Tartari,
Obscura & ignota omnibus mortalibus.
MED. En unximus,leuat neque dolores tamen.
Podagricus. Heu proh dolor,heu tabesco miser atque pereo.

Omnia populatur membra mea cæcum malum,
Non Iuppiter fert tale telum fulminis,
Non ulla sic procella sæuit æquoris,
Non impetuosi tanta uis est turbinis.
An asperos sustineo morsus Cerberi?
Num uirus Echidnæ membra mea depascitur?
An tunica sanie tincta Nessi sanguinis?
O dea miserere. nam neque meum pharmacum,
Nec aliud inhibere poterit cursum tuum:
Victrix sed omnium omnibus es suffragiis.
POD. Desinite nunc tormenta, dolores cedite:
Mecum quia cœptæ litis illos pœnitet,
Et norit unusquisque me solam omnium
Illachrymabilem & immedicabilem deam.

CHORVS.

*Hexametri μείζονι & Anapæstici Dimetri.*

Non uis Salmonei contendere cum tonitribus.
Ausa Iouis, pœnas euadere salua potuit:
Verùm animo repressa, repentéq; fulmen Dei
Fumigero stygias detruditur icta sub aquas,
Nec satyrus Phœbo congressus Marsya tulit
Inde uoluptatem, cum diripit undique cutem
Pythius illius, non præmia grata referens
Litis habet memorem, luctu quoq; fœta Niobe,
Nanque & adhuc lugens Sipylum, rigat uda lachrymis
Mœonis ad lites Arachne, quia Pallada uocat
Perdita, nunc scelus id testantia stamina plicat,
Impar enim est diuorum affectibus humana uis:
Vt Iouis, ut Latonæ, ut Pallados, ut Pythi.
Mites ergo feras cruciatus atque faciles,
O celebris, cunctisq; locis dea nota podagra,
Ferq; leues, & acutos, & breuiter noxios
Absque dolore, nec intolerabiliter, bene suos
Qui teneant fines, sint exiguumq; ualidi,
Quiq; gradum non impediant facientibus iter,
Multæ sunt formæ miserorum,
Sed podagricos soletur morbi
Exercitium & consuetudo.
Quare æquanimiter nobiscum
O quotquot in hac estis naui,
Cruciatus ex animo eiicite.
Quòd si quæ placeant, non fiunt,
Et iter non placitis dii inueniunt,
Quisquis es hic cui morbus grauis est,
Te ludi rideriq; feras,
Nam hæc huius ludi natura est.

OCYPVS.

# OCYPVS, Iacobo Micyllo interprete.

*Mimesis est græcorũ grãmaticorũ, qui huiusmodi inscriptiones fabularum præmittunt, ut apud Euripidem, Aristophanem &c. uidere licet.*

ARGVMENTVM.

*Ocypus Podalirij & Astasiæ filius fuit, pulchritudine ac uiribus præstans, gymnasiorumque & uenationum in primis studiosus. Hic cum sæpe uideret eos qui à rigida podagra detinerentur, irridere illos cœpit, dictitans nihil esse prorsum, cur illi tantos dolores præ se ferrent. Indignatur itaque dea, ac pedes illius inuadit. Qui cum ab initio constanter ferret, ac morbum detrectaret, tandem à dea totus prosternitur, & supinus decumbit. Scena quidem siue actio fabulæ apud Thebas esse intelligitur. Chorus autẽ ex populoribus eius loci podagricis cõstituitur, qui omnes Ocypum pariter coarguũt. Fabula est ex ijs quæ pro ualde urbanis habentur. Interlocutores fabulæ sunt, Podagra, Ocypus, Nutritor, Medicus, Labor, Nũcius. Proloquitur autẽ Podagra. Poema imperfectum & mendosum est, &, ut Erasmus addit, ne micam quidem Lucianici salis habens.*

POD. Rauis hominibus, & inauspicati nominis
Podagra uocor, mortalibus dirũ malum:
Quæ uinculis adstringo neruorũ, pedes,
Ingressa clàm sub artuum compagines.
Ridere uerò soleo eos quos torqueo,
Dum proloqui ueram mali causſam haud uolũt,
Aliamq; fictam in promptu habẽt, qua se tegant.
Quilibet enim se decipit mendacio,
Luxatum alicubi, aut grauiter allisum pedem
Dum dictitat, ueramq; causſam supprimit.
Quod enim ipse celat, & latere alios cupit,
Hoc tempus inuito arguit eo pòst tamen:
Ac tum domitus, ueroq; nomine me uocans,
Gestatur ab amicis, triumphus omnibus.
At uerò ad hanc rem adiutor est Labor mihi.
Neq; enim sine hoc ego sola quicquam potuero.
Proinde mordet me illud, & præcordia
Tangit mihi, quòd cum ille causſa sit omnibus
Malorum, & omnes excruciet, nemo tamen
Incessat ipsum maleficis conuiciis,
Sed ab omnibus (ita est dementia)
Me prosequuntur imprecationibus,
Quasi hoc mea modo effugere possint uincula.
Verùm quid ista nugor, & non protinus
Qua gratia huc aduenerim ad uos, proloquor,
Iram euomens hanc intus omnem, ut est, meam?
Nam cursor hic (si diis placet) generosus,
Elatus animo præter alios Ocypus
Contemnit, & nullam esse me demens ait.
Ego autem, ut mulier, ira acerbè percita,
Illum uicissim acerbo & immedicabili
Adorta malo, ut mos est meus,
Ictu illico talum pedis certo petens.
Ac nunc quidem dirus labor locum eum tenet,
Plantamq; terebrat infimam stimulis suis.
At ille, ceu cursu aut palæstra offenderit
Pedem, magistrum decipit, miserum senem,

Sed bilioſum ægrè mouens captum pedem
Progreditur infelix domo ipſus huc foras.
OCYP. Vnde autem acerbus iſte per pedes mihi
Sine uulnere improuiſus accidit dolor,
Qui neque gradi me,neque loco ſtare patitur?
Intendo uerò neruum,ut arcum olim ſolet
Iaculator,inde dum ſagittas emouet:
Cogitq; tandem uis iniqua proloqui.
Cedit dolentium ultimum iam tempori.
NVTR. Attolle te ipſum quæſo fili,& alleua,
Ne fortè concidens pro eo atque claudus es,
Tecum pariter & me trahas pronum ſolo.
OCYP. En teneo te abſque pondere,& tibi pareo:
Aegro pedi inſiſtens,doloremq; opprimens.
Nanq; iuniori turpe,pueros inter,eſt,
Obmurmurans miniſter,inualidus ſenex.
NVTR. Ne ne quid huius ſtultè,ne mihi obiice,
Ne faſtuoſe me laceſſe uti iuuenis,
» Illud ſciens,quòd iuuenis eſt quiuis ſenex
» Quoties neceſſitas & opus hoc poſtulant:
Ac crede dicenti,ultimum hoc ſi ſubtraham,
Stabo ſenex,at tu iuuenis cades humi.
OCYP. At tu,parum ſi offenderis,ſenex,cadis,
Et hoc,dolor cum nullus etiam te premit.
Siquidem parata in ſene uoluntas ſemper eſt,
Sed res & opus haudquaquã in eo itidem uigẽt.
NVTR. Quid hæc ſophiſticando ineptias agis?
Quin potius unde morbus hic cauam pedis
Aduſque plantam uenerit tibi,diſſeris?
OCYP. Dum curſitando exerceo me,atque ibi leuem
Pono pedem,currens retorſi,atque incidi
In hoc malum,implicitus dolore quo uides.
NVT. Denuo igitur curre,uti monebat qui ſedet
Barbamq; ſub tonſore uellit hiſpidus.
OCYP. Ergo ubi palæſtra exerceor,* parembolam
Dum iacere luctando uolo,hanc plagam tuli.
Hoc utique tandem credere uolo te mihi.
NVTR. At qualis ipſe miles es,cedo,ut iacens
Parembolam,percuſſus hanc plagam feras?
Mendacium nectendo,falſa prædicas.
Eadem iſta diximus aliquando nos quoque,
Fatendo ueritatem amico nemini.
At nunc uides ut cuncta *
Quaſſansq; facilè intorquet huc illuc labor.
MED. At ubi,ubi reperiam inclytum Ocypum, uiri,
Ex pede laborantem,& uacillantem gradu.

Medicus

*De hoc loco Eraſmum uide in prouerbio: Curre denuo.*
*Quid parẽbole inter palæſtritas proprie ſit,alibi nõ reperio. Videtur tamen æquiuocatione hic uti,& priore loco tacitã & ſubdolã luctantiũ interſitionem pedũ ſignificare,poſteriore autem uel uallum, uel cohortẽ aut manum ſubſidiariã,quæ in ipſa pugna cæteris ordinibus inſeritur: de qua ſignificatione Suidas & Heſychius meminerunt, & Pollux quoque.*
**Haud ſcio an hic quoque deſit quippiam, cum poſteriora uerba à choro magis, quã à Nutritore fieri uideantur: & Medicus quoque poſtea nõ unum, ſed multos compellat.*

A Medicus enim cum ſim,ex amico quopiam
Audiui eum uehementer affici malè
Dolore,qui conſiſtere pede ipſum haud ſinit.
Sed ipſus hic propè iacet ante oculos meos,
Stratus ſupino per cubile corpore.
Saluere iubeo per deos te,ac tuum.
Quid iſtud Ocype? dic mihi,forſan
Si fortè enim cognoro,forſan remedium
Adhibebo tam ſæuo dolori,atque iſtius
B Tantam mali cauſſam leuabo ſcilicet.
OCYP. At me uides,ô* ſoter,& Soteriche
Tubæ ipſius nomen gerens,Soteriche.
Sæuus dolor pedem mihi arrodit malè,
Greſſumq; timidè facio,& haud planum pede.
MED. Vnde,aut quid accidit expedi,aut quibus modis?
Nam medicus audiens rem ut eſt,dempto metu
Melius adit: non audiens,errat ferè.
OCYP. Dum genere curſus neſcio quo exerceor
C Arti ſtudens gymnaſticæ,plagam tuli
Percuſſus à quodam meorum æqualium.
MED. Cur triſtis igitur ceſſat inflammatio
Locum per ipſum?aut cur neq; impoſitas habes
Tinctas ſalubri faſcias aſpergine?
OCYP. Quoniam haud amo ex lana illigata uincula,
Vt quæ afferant deformitatem inutilem.
MED. Quid ergo tibi uidetur? incîdam pedem?
Nam ſi hoc feres,ſcias licet, quamplurimum
D Exhauriam tibi ſecando ſanguinem.
OCYP. Fac quicquid inuenire nunc nouum potes,
Vt me hoc pedum dolore quàm citò liberes.
MED. Et ſectionem acutam,& æriferream,
Cruoribibulam,ſemicuruam infero tibi.
OCYP. Heus,ſine,ſine.
NVTR. Soter quid agis?ut ne tibi Soteria
Contingat ulla,qui facinus iſtud facis.
Adhibere ferriſatum laborem ſuſtines?
Malumq; nil planè ſciens,infers pedi?
E Falſus etenim audiſti opera quæ audiſti modò.
Nam neque palæſtra iſte,neq; curſu,ut dictitat,
Certando læſus eſt.id ex me ergo audias.
Principiò enim ſaluus quidem uenit domum,
Pòſt autem edens multum,& bibens miſer,
Solus,ſuper lectum cadens,ſomnum capit:
Ac deinde noctu expergefactus occipit
Clamare quaſi perculſus aliquo dæmone,
Vt omnibus clamore eo incuteret metum.

* *Id eſt ſeruator. ſic enim demulcendi cauſſa medicum uocat.et Soterichus à Soter deductiũ eſt, aliàs propriũ quoq;.*

Dicebat autem,unde hoc malũ mihi? heu miſer. F
Fortaſſe dæmon potitur aliquis pede.
Noctu inſuper ſolus quoque reſidens toro,
Ceu præco,lamentando proſequitur pedem.
Aſt ubi diem iam gallus intonat tuba,
Acceſſit,& triſtem mihi impoſuit manum,
Plorans,febricitans,corpori innitens meo.
Tibi uerò,quæ dixit prius,mentitus eſt,
Sæua hæc uolens morbi tegere myſteria.
OCYP. Verbis ſenex armatus omnis ſemper eſt, G
Nil iactitans non,aſt opere præſtans parum.
Nam qui dolet,falſumq; amicis diſſerit,
Similis edenti maſtichen famelico eſt.
MED. Deludis omnes tu,aliaq; aliis implicas,
Dicens dolere te,aſt ubi doleas,tacens.
OCYP. Quónam ergo pacto ediſſeram cauſſam tibi
Huiuſce morbi,qui doleo grauiter quidem,
Verùm nihil ſcio,niſi quòd doleo modò?
MED. Atenim abſque cauſſa cum dolet aliquis pedem, H
Poſthac inania uerba fingit,ut lubet,
Sciens graue illud,quo implicatus eſt malo.
Ac nunc quidem conſiſtis in acie mali:
Vbi uerò & alterum pedem inuadet dolor,
Flebis gemens.at dicere unum tibi uolo,
Hoc illud eſt,nolis,uelis,hoc illud eſt.
OCYP. Quod illud autem?quódue nomen habet?cedo.
NVTR. Nomen quidem habet è duplici factum malo.
OCYP. Hei mihi,quid hoc?dic obſecro te,dic ſenex. I
NVTR. Ab eo loco principium habet,ubi nunc doles.
OCYP. Pedis igitur principium habet,quantum dicis.
NVTR. Huic adde ſæuæ nomen Agræ,Doricum.
OCYP. Quo me ergo pacto miſerum adhuc?
NVTR. Eſt ſæua nempe,namq; parcit nemini.
OCYP. Soter,quid ais?quid me autem?
MED. Sine me parum,ſtulte,tui ego gratia.
OCYP. Quid hoc mali autẽ,aut quid tibi accidit graue?
MED. In graue malum incidiſti & incurabile. K
OCYP. Proin claudicantem uiuere hinc neceſſe me eſt?
MED. At eſſe claudum,nihil erat,néue hoc time.
OCYP. Quid peius autem?
MED. Iacere utroque te impeditum pede etiam.
OCYP. Heu,unde nouus inuaſit hic mihi dolor
Etiam alterum pedem,huicq; compatitur malè?
Quóue penitus modo obrigui ut ire hinc uolo?
Formido uerò dimouere pedem nimis,
Stultus,quaſi infans derepente exterritus.

Sed

Sed obſecro te per deos Soteriche,
Vt ſiquid ars poteſt tua, nihil inuidens
Medeare mihi. ſin minus, ego pereo funditus.
Nanque intus excrucior, doleoq; per pedes
Tanquam ſagitta fixus ex arcu leui.
MED. Equidem remota ambage uerborum procul
Hac, qua medici alii ſolent uti modò,
Ipſaq; re nullam ſalutis ferre opem,
B Cuncta patienti breuiter exponam tibi:
Principiò ineuitabile in malum miſer
Planè incidiſti. non enim compactilem
Ferroq; fictam pede ſubiſti compedem,
Sed ſæuam & abditam omnibus prorſus malam,
Cuius hominum natura non tulerit onus.
OCYP. Eheu miſer, uæ uæ mihi,
Vnde hic mihi tacitus pedem terebrat dolor?
Suſcipite me manibus priuſquam concidam
C Perinde uti Satyri ſub ulnas Bacchicos.
NVTR. Equidem ſenex ſum: at ecce tibi pareo tamen,
Iuuenemq; te longæuus ipſe manu rego.

*Cætera deficiunt.*

## DIALOGI MERETRICII, Iac. Micyl. interprete.

ARGVMENTVM.

*Vt in ſuperioribus dialogis, breuioribus quidem illis, Lucianus cum ſuperorum tum inferorum res irridet, ſumpta, ut uidetur, occaſione partim ex Homero, & cæteris epicis, partim ex Tragœdiarum quoque ſcriptoribus, ita in hiſce meretricum colloquijs, mulierum quoque uitia, amores, uariamque laſciuiam perſequitur,*
D *idq; accepta eius rei occaſione atq; materia ex Menandro, & eius ætatis comœdis. Eadem enim & illic argumenta tractata eſſe, ex Latinorum Terentij ac Plauti conuerſionibus cõiecturam facere licet. Quòd ſi autem in re non uſq; adeo graui aut periculoſa etiam diuinare licet, uidetur Lucianus exercitandi quoq; gratia huiuſmodi luſitaſſe, quippe qui ijs quibus aliquando rhetoricã tum alibi, tũ in Gallia quoq; profeſſus eſt, huiuſmodi quaſi exempla quædam propoſita uoluerit. Ita enim accuratè hic ubiq; Atticã elegãtiam ac proprietatem cuſtodiuit, ut prorſus ad imitationẽ hæc cõpoſuiſſe uideatur. Neq; uerò hoc loco crimini nobis uerterit quiſpiam, quaſi meretricia hæc, & infanda etiam nonnulla, latina facta, iuuentuti legenda proponamus. Nam præterquam quòd ſuſcepto operi ſeruiendum fuit, etiam illud defendere nos debet, quòd ex ſapientioribus quoque dixiſſe quidam fertur, Mala cognoſcenda eſſe, non ut faciamus, ſed ut facilius euitemus.*

## GLYCERA ET THAIS.

### GLYCERA.

E MIlitem iſtum, Thais, Acarnanem, qui dudũ quidem Abrotanum habebat, pòſt autem me amauit, purpuratum iſtum dico, noſtine ipſum, an oblita es hominis? THA. Quid ni noſſem, Glycerium? nam & potauit nobiſcum ſuperiori anno in feſtis Arualibus. Sed quid iſtud? uideris enim neſcio quid de illo narratura eſſe. GLYC. Gorgona ipſum, ſceleſtiſſima iſta, quæ ſe amicam eſſe meam ſimulabat, ſubductum uerbis, à me abſtraxit. THA. Et nunc tibi quidem ille amplius non conuerſatur, Gorgonam autem amicam ſibi parauit? GLYC. Ita eſt, ô Thais: atque hæc res nõ mediocriter dolore me afficit. THA. Malum quidem hoc eſt, Glycerium, haudquaquam nouum aut mirũ tamen, ſed cõſuetum adeò, ac fieri à nobis meretricibus

ſolitum. Proinde neque mœrore affici nimium decet, neque accuſare Gorgo- F
nam. Neque enim tibi Abrotanum ob hoc prius ſuccenſuit, quanquam amicæ
inter uos eratis. Cæterùm illud miror, quidnam adeò laudet in ea miles iſte, niſi
ſi omnino cæcus eſt, qui non uiderit capillitium illam rarum habere, & in mul-
tam uſque frontem deductum: deinde & labia liuida, atque emortua, collũ au-
tem exile, & extãtes in eo uenas, longumq; naſum. Vnum ſolum habet, quòd
procera eſt, & recta, & ridet admodum illecebroſum quiddam. GLYC. An tu
putas, ô Thais, propter pulchritudinem amaſſe illam Acarnanem? an neſcis
quòd uenefica eſt Chryſarium, mater illius, Theſſalas neſcio quas incantatio-
nes ſciens, ac lunam deducens? Aiunt autem ipſam uolare quoque noctu. Illa G
igitur in inſaniam uertit hominem, pharmaco quodam ei temperato, ac bibere
dato: & nunc uindemiant ipſum. THA. Tu quoque Glycerium, alium ali-
quem uindemiabis, iſtum autem ualere ſine. •

## MYRTIVM, PAMPHILVS, ET DORIS.

### MYRTIVM.

DVcísne Pamphile, Philonis naucleri iſtius filiam? Iam enim uxo-
rem duxiſſe te aiunt. Tot autẽ iuramenta quæ iuraſti, & lachry-
mæ iſtæ, breui adeò momento omnia euanuerunt? & nunc Myr- H
tii oblitus prorſum es? idque etiam Pamphile, cum octauum iam
menſem ex te prægnans ſim? Quippe hoc uel ſolum ex tuo amo-
re conſecuta ſum, quòd mihi tãtùm impleuiſti uterũ, & me non ita multò pòſt
liberos alere oportebit, rem meretrici grauiſſimam. Neque enim exponam in-
fantẽ, & maximè ſi maſculus naſcatur, ſed Pamphilo ei nomine impoſito, ego
quidem ſolamen quoddam amoris habebo: tibi uerò exprobrabit aliquãdo ac-
cedens ad te ille, quòd perfidus fueris in miſeram ipſius matrẽ. Cæterùm Pam-
phile, haudquaquam formoſam uirginẽ ducis. Vidi enim nuper ipſam in Theſ-
mophoriis unà cum matre, nondum etiã ſciens quòd propter ipſam Pamphi- I
lum uiſura amplius non eſſem. Proin tu quoque antea ipſam contemplare, fa-
ciemq; & oculos ipſius uide, ne te poſtea diſcruciet, quòd cæſios eos admodum
habet: neque etiam quòd diſtorti ſunt, & ſe mutuò aſpiciunt. Imò uerò Philo-
nem uidiſti, patrem puellæ. faciem igitur illius noſti: quare nihil amplius opus
erit filiam quoque uidere. PAM. Adhuc, Myrtium, nugantem te audio, uirgi-
nes, ac nuptias neſcio quas nauticas commemorantem? Egon' autem ſimã ali-
quam, aut formoſam ſponſam noui? aut omnino quòd Philon Alopecenſis (il-
lum enim opinor te dicere) filiam habet nubilem? At neque patri amicus ille
eſt. Memini enim de pacto nautico nõ multò antè iudicio illum cum illo con- K
tendere. Nam talentum, opinor, debens patri, exoluere nolebat. Pater autem
apud eos qui controuerſias nauticas diſceptant, accuſauit illum: adeóque ægrè
tum exoluit illud, imò neque totum, ut pater dicebat. Quòd ſi autem uxorem
ducere etiam decretũ mihi eſſet, Demeæ ſcilicet filia relicta, eius qui ſuperiore
anno exercitum duxit, idq; etiam cum conſobrina ea mihi ſit, Philonis iſtã ne-
ſcio quam uxorem ducerem? Tu uerò unde iſta audiſti? an fortè ipſa hoc effin-
xiſti, nouas quaſdam zelotypias meditando, & cum iis perinde ut cum umbris
nequicquam digladiando? MYRT. Proinde uxorem Pamphile non duces?
PAM. Inſanis Myrtium, aut certè temulenta es. Atqui heri non ita multum
inebriati

A inebriati fuimus. MYRT. Doris hæc mœrore iſto affecit me. Nam cum fortè miſſa eſſet ut lanas coëmeret mihi ad uẽtrem,& uota pro me faceret,Lesbiam ait fortè conueniſſe ſe. Quin potius ipſa huic,Dori,narra quæ audieris,niſi tute finxiſti ea. DORIS. At malè diſpereã,hera,ſi quicquã mentita fui. Nam poſtquam eò loci ubi curia eſt,ueneram,obuiam fit mihi forte Lesbia,ſubridẽs, atque ait: Amator ueſter Pamphilus uxorem ducit,Philonis filiam. Ac ſi credere nollem,iuſſit ut in angiportum ueſtrum intrò aſpicerem,ubi omnia corollis & ſertis ornata eſſent, præterea & tibicinæ,& tumultus, & qui Hymæneũ canerent,nonnulli. PAMPH. Quid igitur?aſpexiſti intrò? DOR. Atque admo-
B dum,uidiq; omnia quæ illa dixit. PAM. Intelligo errorem: neque omnia tibi Dori mentita Lesbia eſt,& tu uera Myrtio quoque renunciaſti,niſi quòd metu fruſtra ambæ territæ eſtis. Neq; enim nuptiæ illæ apud nos fiunt,ſed in mentem nunc uenit mihi quod ex matre audiui quando à uobis heri domũ reuerſus fui. Nam illa mihi, Pamphile, inquit tum, æqualis hic quidem tuus Charmides,uicini huius Ariſteneti filius,uxorẽ iã ducit,& reſipiſcit. Tu uerò quouſque tandem cum amica conſuetudinẽ habebis? Talia ego tum audiens,per negligentiam tranſmittebam,atque in ſomnum prolabebar. Deinde mane exurgens,domo ſtatim exiui,ut nihil eorum ſciam quæ Doris poſtea uidit. Quòd ſi
C autem mihi non credis,denuo abiens hinc Dori diligenter inſpice,non porticum,ſed ianuã ipſam,utra coronis ac ſertis exornata ſit. deprehendes enim non noſtram illã,ſed uicinæ eſſe. MYR. Seruaſti me Pamphile. Strangulaſſem equidem me,ſi quicquã tale factum fuiſſet. PAM. At factum non eſt,neq; ita inſaniero ego,ut Myrtii oblitus eſſe uidear,præſertim iam uterum ex me ferentis.

## MATER ET PHILINNA.

### MATER.

D INſanáne fuiſti Philinna, aut quid tibi accidit tandem in cõuiuio heri? Venit enim ad me Diphilus mane lachrumãs, & narrauit mihi ea quæ indignè à te paſſus fuerit. Ebriam enim fuiſſe te, & in medium progreſſam ſaltaſſe ait ipſo prohibente,poſtea autem etiam oſculatam fuiſſe Lampriam ſodalem ſuum,ac poſtquam ſuccenſuerit tibi,relicto ipſo ad Lampriam trãſiiſſe,illumq; amplexatam eſſe. Seſe uerò diſperiiſſe cum hæc fierent. Sed neque noctu opinor concubuiſti cum eo, relicto autẽ lachrumante ſola in proximo grabatulo iacuiſti, cantillans,atque ægrè faciens illi. PHIL. At ea quæ ipſe fecit,mater,haudquaquam narrauit tibi. neque enim patrocinareris ipſi,contumelioſo adeò exiſtenti, qui me quidem dimiſſa, ſermones ſub-
E inde conferebat cum Thaide Lampriæ amica,cum ille nondum adeſſet. Poſtquam autem uidebat indignè ferre me, atque ego nutu admonebam hominem eorum quæ faciebat, ille ſumma auricula apprehenſam, & ceruice ad ſe reclinatam Thaidem etiam oſculatus eſt,ita impreſſo ore,ut uix inde labia retraheret. Proinde ego quidem lachrumabar,ille uerò ridebat,ac Thaidi multa in aurem clàm ſuſurrabat,de me uidelicet. Et Thais quoque ad me aſpiciens,ſubridebat. Vbi autem aduenire Lampriam animaduertebant,ac tandẽ mutuis oſculationibus explerant ſeſe,ego quidem cum ipſo tamen accubui,ut ne in poſterum etiam hoc cauſſari poſſet. Thais autem exurgẽs,ſaltauit prima,nudatis in multum uſque talis,perinde ac ſi ſola pulchros eos haberet: ac poſtquam deſiit,

Lamprias quidem tacebat,neque quicquam uerbis addidit: Diphilus autem ſu- F
pra modum laudabat concinnitatem,ac geſtus æquabilitatem, eò quòd in nul-
lo adeò defeciſſet, quodq; aptè ad citharam & motus & planta reſpondiſſent,
De Calamide ſtatuario Plinius lib. 34. cap. 8. & alia infinita,perinde ac ſi Calamidis Soſandrã laudaret,& non Thaidé,quam
tu quoq; ſatis noſti, cum nobiſcum lauaret nuper,qualis ſit. Ipſa autem Thais
qualia in me ſtatim probroſe dixit? Si quam enim,inquit,non pudet gracilium
crurum quæ habet,exurgens ſaltet etiam ipſa. Hic tibi quid dicam mater? ſur-
rexi equidem,atq; ſaltaui. Quid enim facere conueniebat? perferre ſcilicet,& ſi-
lentio ſcomma illud tacitè confiteri? ac Thaidem permittere ita in cõuiuio re-
gnare? MAT. Aemulatio hæc quidem,filia,grauior paulo fuit. Nam ne curare G
quidem iſta oportebat. ſed tamen dic quæ poſt hæc conſecuta ſunt. PHIL. Cæ-
teri quidem igitur laudabant, Diphilus autem ſolus,ſupinus in tergum iacens,
ad lacunar ſurſum aſpiciebat ſcilicet,donec ſaltando defeſſa ego quieui. MAT.
Quid autem quòd Lampriã oſculata eſſe diceris, uerúmne iſtud fuit? quid ta-
ces? Non enim hoc quoque uenia dignum eſt. PHIL. Atqui uiciſſim illi ægrè
facere uolebam. MAT. Deinde neq; concubuiſti unà cum illo,ſed etiam cantil-
laſti lachrumante illo. An nõ intelligis filia, quòd mendicæ atq; inopes ſumus?
neq; meminiſti quàm multa ab illo accepimus,aut quo pacto ſuperiore hyeme
uiuendũ nobis fuiſſet,niſi hunc nobis ipſa adeò Venus obtuliſſet? PHIL. Quid H
tum igitur? an ob id tolerarem hæc,& contumelia ab ipſo afficerer? MAT. Ira-
ſcere quidem,ne autem uiciſſim cõtumelioſa fueris. An neſcis quòd contume-
lia affecti amatores,amare deſinunt,& ſe ipſos obiurgãt? Tu uerò omnino diffi-
cilis ſemper erga hominem fuiſti. Ac uide,ne iuxta prouerbium,funiculum ni-
mis intendendo,abrumpamus aliquando.

## MELISSA ET BACCHIS.

SI quam fortè noſti,Bacchi,anum, quales multæ Theſſalæ perhiben-
tur eſſe incantatrices, & amabiles uideri facientes,etiam ſiqua prorſum odio digna mulier exiſtat, eam acceptam ad me adducas quæ- I
ſo. ita tibi rebus tuis optatò frui liceat. Nã ego ueſtes omnes, atque
omne aurũ hoc libenter amiſerim, ſi ſolùm uideam iterum ad me reuerti Cha-
rinum,odio Simmichen perinde habentem,atque me nunc habet. BAC. Quid
ais Meliſſa? non amplius tecum cõſuetudinem habet,ſed ad Simmichen diuer-
tit Charinus, cuius gratia tantas iras parentum ſuſtinuit,cum diuitẽ illam uxo-
rem ducere negaret, quæ quinque in dotem talenta, ut dicebatur, illi allatura
erat? memini enim me iſta ex te audire. MELIS. Cuncta hæc euanuerunt,Bac-
chi,& iam quintus dies eſt ex quo illũ prorſus ne uidi quidem: ſed potãt apud
æqualẽ Pammenem ipſe & Simmiche. BAC. Acerba ſanè hæc Meliſſa tibi ac- K
cidunt. Sed quid adeò diſſidium hoc inter uos conciliauit? Videtur enim haud-
quaquam exiguum iſtud eſſe. MELIS. Quod ad ſummam rei attinet,prorſum
ne dicere quidem poſſum. Paulò autem antè,cum ex Piræo rediret (deſcende-
rat enim opinor eò,ut debitum quoddã exigeret,à patre miſſus uidelicet) neq;
me aſpicere uolebat ingreſſus, neq; etiam recipiebat accurrẽtem me,uti cõſue-
tum inter nos erat,ſed repellens à ſe, amplexari uolentem, Abi,inquit,ad nau-
*Locus fuit Athenis, ubi meretrices habitabant, et al- clerũ Hermotimũ; aut ea quæ in parietibus in* Ceramico ſcripta ſunt,lege,ubi
nomina ueſtra columnis inciſa ſunt. Tum ego: Quemnam,inquam, quẽ mihi
Hermotimum narras? aut quas columnas dicis? Ille autem nihil reſpondens,at-

que

A que etiam incœnatus dormiebat,auersus à me iacens. Quàm multa hic me putas machinatam fuisse,amplectendo,conuertendo,atque etiã osculando auersi illius ceruicem? At ille ne ullo quidem pacto se deliniri passus est,sed si mihi,inquit,plus satis molesta fueris,abibo hinc,etiam si nox intempesta sit. BAC. Attamen noras Hermotimum? M E L. At me uideas ô Bacchi miseriorem multo quàm nunc sum, degere, si ullum ego nauclerũ Hermotimum usquam noui: nisi quòd ille quidem summo mane à me abiit, statim ad galli cantum experrectus,ego uerò memineram quod in pariete quodam in Ceramico scriptũ aiebat nomen istud esse,atque ob id misi statim Acidem,quæ illud uideret. Illa ue-
B rò aliud quidem nihil reperit, nisi hoc solum inscriptum ad dexteram ab ingressu supra Dipylum, Melissa amat Hermotimum. & rursum inferius paulò: Nauclerus Hermotimus amat Melissam. BAC. O adulescentes curiosos ac petulantes! Intelligo enim. Aegrè facere quispiam Charino uolẽs,inscripsit hæc, zelotypum uidelicet ipsum esse sciens. Ille autem statim ut legit,credidit. Quòd sicubi igitur ipsum uiderem,dicerem: Imperitus rerum est,ac puer adhuc. MEL. Vbi uerò uideas illum, qui cum Simmiche conuersatur,se ipsum cum illa concludens? Parentes autem etiamnum apud me quærunt ipsum. Sed si quã anum habere,Bacchi,ut dixi, possim, ea apparens fors seruaret me. B A C. Est quæ-
C dam uenefica,mea tu,ad hanc rem maximè idonea,Syra natione,cruda adhuc, & bene compacta,quæ mihi aliquando Phaniam,cũ & ille mihi temere ita succenseret,reconciliauit, idq; post totos menses quatuor, cum ego iam planè desperassem. Ille autem incantationibus cõpulsus,rursum ad me rediit. MELIS. Quid igitur poscebat anus ea,si modò adhuc meministi? B A C. Non magnam accipit mercedẽ,Melissa,sed drachmã,& panem: & impositos præterea oportet esse cum sale obolos septem, & thyum, & facem. Ista uerò anus accipit, & cratêrem quoque misceri illi oportet,bibereq; illam inde solam. Oportebit autem & ipsius uiri aliquid adesse,uti uestẽ,aut crepidas,aut pauculos crines, aut
D id genus aliud quippiam. MELIS. Habeo crepidas illius. BAC. Hisce igitur ex palo suspensis,infrà suffitum thyo facit,aspergens igni salem quoque. Pronunciat autem amborum nomina ad hæc,& illius uidelicet,& tuum. Deinde è sinu proferens rhombum,huc illuc conuertit,incantationem quandam dicens uolubili lingua,barbara uidelicet atque horrenda nomina. Hæc illa tum fecit, ac non multò pòst Phanias, cum illum pariter & æquales ob hoc reprehenderẽt, & ipsa Phœbis, quícum rem habebat tum,multũ postularet,uenit mihi incantatione ista prorsum attractus. Præterea autem etiam odii conciliandi medicamentum hoc contra Phœbidem docuit me, ut uidelicet uestigium ab illa im-
E pressum obseruarem,& in sinistrum illius, pede meo dextero insisterem, cõtrà autem in dexterum illius, sinistro meo,atque ita dicerem,Conscendi te,ac superior sum. fecíque ita ut illa tum præcepit. M E L I S. Ne morare Bacchi,ne morare,sed uoca iam Syram illam. Tu uerò Aci panem & uerbenas,& cætera omnia ad incantationem quæ pertinent,appara.

*ter,ubi bellò cæsi sepeliebantur. Suid.*

*θύον, ὄνομα δέ τι ἄρου, inquit Hesychius. huius suffitu in sacris utebantur.*

## CLONARIVM ET LEAENA.



OVA quædam de te audimus Leæna, Lesbiam uidelicet Megillam diuitem illam amare te perinde ut uirum,& coire uos,nescio quid mutuò uobis facientes. Quid istud? erubuisti? Sed dic mihi, ueráne ista sunt? L E AE N. Vera,Clonarium: pudet autem dice-

re. Alienum enim quiddam eſt. CLON. At per Cererem, quid hoc negocii? aut F
quid ſibi uult mulier? Quid autem etiam agitis quando coitis? Vides, haudqua-
quam amas me: neque enim celares me talia. LEAENA. Amo equidē te, quan-
tum ullam aliam. Mulier autem illa, uirilis ſupra modum eſt. CLO. Non intel-
ligo quidnam etiā dicas, niſi ſi Tribas quæpiam eſt. Tales enim in Lesbo per-
hibent mulieres eſſe, quæ à uiris quidem pati illud nolint, cū mulieribus autem
ipſæ perinde ac uiri ſolent, cōgrediantur. LEAENA. Tale quippiam eſt. CLO.
Proin mea Leæna, iſtud ipſum etiam expone, quo pacto uidelicet ab initio ſo-
licitauerit te, quóque modo etiam adduci te ut illi morem gereres, paſſa fueris,
& quæ deinceps conſecuta ſunt. LEAENA. Compotatiunculā quandam in- G
ſtituerant ipſa & Demonaſſa Corinthia iſta, diues ipſa quoque, & in eadē arte
cum Megilla exercitata: aſſumpſerántque me, ut cithara ipſis canerem. Poſt-
quam autem ſatis cecineram, & iam intempeſta nox erat, cubitumq; ire conue-
niebat, ipſæ autem iam ebriæ erant: tum Megilla, Age, inquit, Leæna, iam enim
dormire æquum eſt, hic nobiſcum unà cuba, media inter utrāque. CLO. Con-
cubuiſti ne? Quid tum poſtea factum eſt? LEAENA. Oſculabantur me primò
perinde atque uiri ſolent, non ipſa modò labia applicantes, ſed os ſubaperientes
quoque. Deinde & amplexabantur, & papillas atterebāt mihi. Demonaſſa au-
tem etiam mordebat inter deoſculandum. Ego uerò quídnam rei eſſet, haud- H
quaquam etiam coniectura conſequi poteram. Cæterùm parua interiecta mo-
ra, Megilla cum iam incaluiſſet, comam, ut illam quidem fictitiam habebat, à ca-
pite reiecit, ipſa autem iacebat omnino ſimilis atq; æquiparanda gladiatori ali-
cui uehementer uirili, atq; robuſto, ad uiuum uſque cute detonſa. Ac ego qui-
dem ubi aſpexi, perterrita ſum. Illa uerò, Leæna, inquit, ecquem adoleſcentem
unquam uidiſti ita pulchrum? At nō uideo, inquam ego, ullum hic adoleſcen-
tem, Megilla. Tum illa, ne me, inquit, effœmines, aut mulierem facias: Megillus
enim uocor ego, & iam olim Demonaſſam hanc uxorē duxi, eſtq; ea uxor mea.
Riſi equidem ad hæc, Clonarium, atque, proinde Megilla, latuiſti, inquam, tu I
nos, uir exiſtens, quemadmodum Achillem aiunt inter uirgines abſconditum
latuiſſe: habesq; uirile illud, ac Demonaſſæ facis idem quod uiri ſolent? Idē ego
Leæna, inquit, nō habeo, ſed neque opus eo admodum habeo. Peculiari autem
modo ſuauius aliquanto conuerſari me uidebis. At num Hermaphroditus es,
inquam ego, quales multi perhibentur eſſe, utrunq; membrum habentes? (Ad-
huc enim, Clonarium, ipſam rem ignorabam) Neque hoc, inquit illa, ſed per o-
mnia uir ſum. Tum ego, Audiui, inquā, ex Bœotia tibicina quadam Iſmenodo-
ra nomine, cum illa quæ* Epheſtria apud ipſos dicuntur, enarraret, fuiſſe The-
bis quendam ex muliere uirum factum, qui idem & uates optimus fuerit. Num K
igitur & tibi tale aliquid accidit? Haudquaquam Leæna, inquit, ſed nata equi-
dem ſum ſimilis uobis aliis, ſententia autem & lubido, cæteráque omnia uirilia
mihi ſunt. Proinde ſufficiens tibi, inquā, lubido eſt? Tū illa: Præbe igitur Leæna
inquit, & cognoſces me nihilo inferiorem uiris eſſe. Habeo enim quiddā aliud
pro uirili illo. Sed præbe, uidebis enim. Præbui itaque, Clonarium, cum illa diu
multumq; ſupplicaret, atq; etiam monile daret ex precioſioribus illis quoddam,
& uelamina aliquot tenuiora Atq; exinde ego quidem illam perinde ac uirum
complectebar. Illa autem & faciebat, & oſculabatur, & anhelabat, uidebaturq;
mihi ſupra modum adeò uoluptate affici. CLO. Quid faciebat Leæna? aut quo
modo?

*Epheſtris, ueſtimenti genus militaris eſt, unde epheſtria deriuari uidentur. utrum autem poēma, aut canticum, aut etiam feſtum aliquod apud Thebanos fuerit, dubitari poteſt.*

A modo? hoc enim quæſo ut maximè dicas. LEAEN. Ne quære accuratius omnia. turpia enim ſunt. quare equidem, per Vraniam, haud facilè dixero.

## CROBYLE ET CORINNA.

QVod igitur Corinna mea, haudquaquam ita graue fuerit, ceu tu putabas, ex uirgine mulierem fieri, id iam didiciſti uidelicet, quippe quæ cum adoleſcẽte quidem formoſo fueris, minam autẽ pro prima mercede abſtuleris, pro qua ſtatim monile cõparabo tibi. COR. Ita amabo. Habeat autem & lapillos aliquos pellucidos, quale Philænidis eſt. CROB. Erit ſanè tale. Sed audi etiam cætera ex me, quæ te oportet facere, & quo pacto
B accommodare te uiris. Nam alia nobis uictus ratio nulla eſt, filia, ſed per duos hoſce annos, ex quo pater tuus piæ memoriæ defunctus eſt, an neſcis quo pacto uitam egerimus? At quãdo ille adhuc uiuebat, abunde nobis omnia ſuppetebant. Artem enim ferrariam exercebat, magnumq; adeò nomen eius erat in Pyrẽo: ac pleroſque audire licet deierantes, quòd poſt Philinum ferrarius talis opifex alius amplius nõ ſit futurus. Poſt mortem autem eius, principiò quidem diuẽditis forcipibus, & incude, & malleo, duabus minis, ex illis tum uitam ſuſtẽtauimus. Poſtea autem, aliàs quidem texendo, aliàs autem tramam deducendo, interdum etiam ſtamina nẽdo, ægrè uictum parabam. Te uerò, filia, enutrie-
C bam, ſpem expectans. COR. Minam iſtam dicis? CROB. Non, uerùm ita rationem inibam, quòd cum ad iſtam ætatẽ perueniſſes, & me facilè alere poſtea, & te ipſam exornare poſſes, diues uidelicet ipſa futura, & ueſtes habitura purpureas, & ancillas pediſequas. COR. Quomodo hoc, mater? aut quid dicis? CROB. Si cum adoleſcentibus rem haberes, & unà potares cum ipſis, & pro mercede concumberes. COR. Quemadmodum Daphnidis filia Lyra? CRO. Ita. COR. At illa meretrix eſt. CRO. Nihil graue hoc. Nam & tu perinde ut illa, opulenta eris, multóſque amatores habebis. Quid lachrumaris Corinna? An nõ uides quàm multæ ſint, & ut ab omnibus magno ſtudio ambiantur me-
D retrices? Deinde & quantum pecuniæ accipiant? Daphnidem igitur, ô chara Adraſtia, noui ego, cũ pannoſa ac lacera incederet, priuſquam uidelicet illa ad adultam ætatem perueniſſet. At nũc uides qualis prodeat, ut illi aurum, & ueſtes floridæ, & ancillæ quatuor. COR. Quo pacto autem hæc acquiſiuit Lyra? CRO. Principiò quidem exornando ſeipſam eleganter, deinde facilem atque hilarem gerendo ſe erga cunctos, non eò quidem uſq; ut in cachinnum facilè ſolueretur, quemadmodum tu ſoles, ſed arridẽdo ſuaue ac blandum quiddam. Poſtea autem & conuerſando ſapiẽter ac dextrè, neque decipiens ſi quis eam accedit, aut accerſit, neque etiam obiurgans atque increpans uiros. Ac ſiquando ad cœnam quoque abit accepta mercede, neque inebriatur (ridiculum
E enim hoc, & oderũt uiri tales) neque ineptè ac ruſticè oppletur obſonio, ſed attingit quidem ſummis digitis: tacitè autem edendo non obturat utranque maxillam ingeſtis buccellis. Prẽterea autem & bibit modeſtè, non affatim, & uelut ore dehiſcente, ſed remiſſe ac placidè. COR. Etiamſi forte ſiti afficiatur, mater? CRO. Imò præcipuè tum, Corinna: & neque plus æquo loquitur, neque acerbè ullũ ex iis qui unà adſunt, perſtringit. Ad ſolum autem eum à quo conducta eſt, aſpicit. Et ob hoc illi amãt ipſam. Ac poſtquam cubitum eundum eſt, nihil neque petulans nimis, neq; ineptum & incompoſitum facilè admittit, ſed ex cunctis unum hoc maximè obſeruat, ut illum alliciat ad ſeſe, & amatorẽ ſui

faciat. Hoc enim nomine cuncti ipsam laudãt. Quòd si igitur & tu eadem hæc F didiceris, beatæ nos quoque erimus. Nam cætera quidem multò ipsa. Sed nihil ô chara Adrastia addam amplius: uiuas modò. COR. At dic mihi mater, ii qui mercede nos conducunt, omnésne tales sunt, qualis est hic Eucritus, cum quo heri cõcubui? CRO. Non omnes, sed alii quidem meliores, alii autem etiam durieres, magisq; uiriles: nonnulli uerò non adeò liberali forma quoque præditi. COR. Et cũ hisce igitur concũbere oportebit? CRO. Maximè uerò, filia. Nam hi quidem plura quoque dant: formosi autem, hoc ipsum solùm formosi uideri uolunt. Tu uerò eius quod plus est, rationẽ semper habeas, si breui cupis cũctas demonstrare digito te, ac dicere: An non uides Corinnam Crobylæ filiam, ut G excellenter diues est, & terq; quaterq; beatam matrẽ suã reddidit? Quid ais? faciésne ista? Facies, noui ego, facileq; adeò cunctis anteibis. Nunc autem abi ut laues, si forte ueniat etiam hodie adolescẽs ille Eucritus. ita enim pollicitus est.

## MATER ET MVSARIVM.

ERgo si talem amatorem posthac inueniamus, Musariũ, qualis Chærea hic est, immolare oportebit nos,* Publicæ quidẽ Veneri capram candidam, Cœlesti autem, & ei quæ in hortis est, iuuencam utrique: sertis præterea coronare etiam opum largitricem: & in summa, beatæ ac ter felices erimus. Quippe uides nunc ab adolescente isto quàm multa acci- H piamus, qui obolum quidem nunquam ullum tibi dedit, neque uestem, neque soleas, neque unguentum, sed excusationes apud illum semper, & pollicitationes, & spes longæ, & illud crebrum, Si pater, &, si dominus fiam paternarũ possessionum, &, omnia tua. Tu autem etiam iusiurandum dedisse ipsum ais, quòd legibus uxorem te sibi facturus sit. MVSA. Iurauit enim, mater, per Cererem & Proserpinam, & Mineruam. MAT. Et credis illi scilicet? & ob hoc paulò antè, cum non haberet unde daret symbolum, annulum dedisti illi, me ignorante: ille uerò uendito eo, potando absorbuit. Et rursum duo monilia ista Ionica, quorum utrunque pendebat duos Daricos, quæ tibi Chius ille nauclerus Pra- I xia attulerat, Essesi cõmercatus. Debebat enim tum Chærea cœnam collatitiam unà cum adolescentibus æqualibus dependere. Nam uela & tunicas quid attinet dicere? Et in summa, lucrũ adeò quoddam nobis, & magna utilitas iste obuenit scilicet. MVS. At pulcher est, & imberbis, & amare se ait, & lachrymatur. Præterea & Dinomaches, Lachetisq; filius est Areopagitæ illius, dicitque uxorem me ducere uelle se: denique magnæ spes ab ipso nobis factæ sunt, si senex ille solùm oculos clausisset. MAT. Proinde Musariũ, ubi soleis aut crepidis opus erit, & sutor didrachmam poposcerit, dicemus & nos illi, Argumẽtum quidem non habemus, tu autem spes quasdam modicas à nobis accipe. Et rursum ad pistorem eadẽ hæc. Et cum pensionẽ domus deposcemur: expecta dice- K mus, uidelicet dũ Laches * Colyttensis moriatur. Exoluemus enim tibi tũ post nuptias. An non pudet te, quòd sola meretricum neq; inaureis habes, neq; monile aliquod, neq; uestẽ * Tarẽtinam? MVS. Quid igitur mater, fortunatiorésne illæ me, & pulchriores sunt? MAT. Non, sed prouidẽtiores, noruntq; meretricari, neque credunt uerbis modò, & adolescentulis, in summis labris iusiurandum gerẽtibus. Tu uerò fidelis es, & amans uiri, neq; admittis aliũ quenquam, præterquam solum hunc Chæream. Ac nuper quando agricola ille Acarnensis ueniebat duas minas ad te afferens, imberbis ipse quoq; (uini autem precium

hoc

*τῇ Οὐρανίᾳ καὶ τῇ Ἐγκτικῇ. Cognomẽta autem Veneris sunt, Pandemus, Vrania, & Hortensis. Priorum etymon reddit Pausanias in Bœoticis. Hortensis autem à loco dicitur, cuius itẽ Pausanias meminit in Atticis.*

*Pagi Attici nomen est Colytta.*

** Hæc tenuis ac pellucida quæ là fuit, ut Pollux lib. 7. cap. 17.*

A hoc retulerat,à patre ad id miſſus)tu uerò etiam ſubſannaſti hominem: dormis autem cum Adonide ſcilicet iſto tuo Chærea. M V S. Quid igitur? An decebat relicto Chærea recipere me operarium iſtum fœtidum,atque hircum olentem? Leuis mihi, ut aiunt, Chærea, & porcellus Acarnanius. M A T. At eſto ſanè ille agreſtis,& malè oleat,quid autem? Cur neque Antiphontem Menecratis filium,minam tibi pollicentem,recipere uoluiſti? An non formoſus erat, & urbanus,æqualis Chæreæ? M V S A. At interminatus fuerat Chærea ambos nos iugulaturum eſſe ſe,ſi me cum illo unquam deprehenderet. MAT. Quàm multi autem & alii eadem hæc minantur! An tu igitur ſine amatoribus ob hoc
B manebis? & pudicè ages,perinde ac ſi nõ meretrix,ſed Cereris ſacerdos quæpiam fores? Ac cætera omitto,hodie uerò *Aloa ſunt: quid tibi igitur dedit,quin celebritatem hanc perageres? M V S A. Ah, non habet, mater mea. M A T. Quid? an ſolus iſte artem nullam aduerſus patrem inuenire poteſt? non ſeruum immittere,qui illum decipiat? non à matre ipſe poſtulare,minitando ſe in militiam hinc nauigaturum eſſe,niſi accipiat? Verùm ſedet nos atterẽs,ac uana ſpe producens,neque ipſe quicquam dans, neq; à dantibus accipere ſinens. Tu uerò,ô Muſarium, an putas te octodecim annorũ ſemper fore, aut eodem animo futurum Cheream? Quãdo ipſe quidem diues erit,mater autem opimas aliquas
C ac bene dotatas nuptias ipſi inueniet, an ille tum, putas, meminerit lachrymarum iſtarum? aut ſuauiorum, aut etiam iuriſiurandi alicuius,cum dotem quinque fortaſſis talentorum aſpiciet? M V S. Meminerit ille: cuius rei argumẽtum illud utique,quòd neque nunc uxorem duxit, ſed cũ à patre cogeretur,ac uim propè pateretur,tamen negauit ducere. M A T. Vtinam non decipiaris,ſed tamen admonebo te,Muſarium,aliquando horum.

*Hoc eſt feſta meſsis, ſeu triturationis, eadẽ quæ ſuprà Arualia expoſuimus.

## AMPELIS ET CHRYSIS.

D SI quis,ô Chryſi, neque zelotypus eſt,neque iraſcitur, neq; alapas inflixit aliquando, aut capillos conſcidit,aut ueſtes lacerauit, pro amatoré ne adhuc habendus uidetur? C H R. Proinde iſta ſola amantis, Ampeli,indicia? A M P E. Maximè: ſiquidẽ hæc uiri feruentis ſunt. Nam cætera illa,oſcula,& lachrymæ, & iuſiurandum,& crebrò uentitare, incipientis & adhuc creſcentis amoris ſigna. Cæterùm totus hic ignis zelotypia cõſtat. Quare ſi te,quemadmodum dicis,Gorgias alapis cædit,& zelotypus eſt, benè ſperes licet, optesq; ut eadem ſemper faciat. C H R. Eadem autem? quid ais? ut ille me ſemper percutiat alapis? A M P. Non, ſed ut ſemper illi ægrè ſit ſi non ad ſolum ipſum aſpicias: quoniam certè niſi amaret te,cur quæſo iraſceretur etiã ſi quem alium amatorem habeas tu? C H R. At equidem nõ habeo: ille uerò nequicquam ſuſpicatus eſt diuitem iſtum me amare,ex eo quòd men-
E tionem eius fortè aliquando feci. AMP. Atque hoc ſuaue ſanè eſt,putare illum à diuitibus obſeruari ac coli te. Ita enim maiori dolore afficietur,magisq; æmulabitur & contendet,ne potiores ipſo apud te ſint riuales. C H R. At uerò ille quidem ſolùm iraſcitur,& alapis cædit, nihil autem dat. A M P. At dabit poſtea. Nam zelotypi uel maximè dolore afficiuntur. C H R. Neſcio quo pacto alapas accipere me uis,ô mea Ampeli. A M P. Haudquaquam ego: ſed, ut arbitror,maximi amores inde naſcuntur, etiam ſi audiat ſe negligi. Quòd ſi autem perſuaſum illi fuerit,ſe ſolum habere te,elãgueſcet neſcio quomodo lubido illa. Atque hæc tibi dico,quæ iam annos uiginti totos meretricium quæſtum

exercui. Tu uerò annos, ut arbitror, decem & octo nata es, aut pauciores etiam. F
Quod si autē uis, narrabo etiam quæ mihi acciderūt aliquando, nō adeò multos ante annos. Amabat me Demophātus, fœnerator ille, mométaneo ac leui quodam amore, neque ingemiscens, neque lachrumans, neque etiam intempestiuè ac sera nocte ad fores uentitans, sed illud solū, interdum dormiens mecum, idq; etiam post longum interuallum. Posteaquam autem uenientem aliquando excluſi (nam tum Calliades pictor intus erat, datis decē drachmis) principiò quidem abiit, uerbis me insectatus. Postquam autē multæ dies iam transiissent, neque ego ad illum mitterem (rursus autem tum Calliades intus erat) incalescens tum tandem Demophantus, etiam ipse ad rem inflammatur. Atque adstans aliquando, cum ianuam obseruasset apertam, flebat, percutiebat, minabatur se occisurū esse, lacerabat uestem, omniaq; faciebat. Et postremùm talento dato habebat me solus totos octo menses. Vxor autem ipsius cunctis dicebat, medicamentis à me ipsum ad insaniam redigi. At hoc igitur medicamentum zelotypia erat. Quare ô Chrysi, & tu utere contra Gorgiam eodem medicamento. Porrò diues adolescentulus hic erit, siquando patrem ipsius mori continget. G

## DORCAS, PANNYCHIS, PHILOSTRATVS, POLEMON.

H

DOR. PEriimus ô hera, periimus. Polemon ex militia reuersus est, diuitiis onustus, ut aiunt. Vidi autem & ego ipsum sago purpura prætexto & fibulato indutum, & seruos pedisequos unà cum eo multos. Ac amici ut aspexerunt, concurrebant ad ipsum, salutaturi uidelicet. Interea autem seruum conspicata à tergo sequētem, eum qui cum ipso profectus fuerat, interrogabam, ac, dic mihi Parmeno, inquiebam, salutato prius ipso, quo pacto nobis egistis? & nunquod operæprecium bellorum cōsecuti, huc reuersi estis? PAN. Non decebat hoc statim, sed illa primùm, Quòd quidem seruati estis, multa diis gratia, & in primis Ioui Hospitali, & Mineruæ militari. Cæterū I hera semper rogitare solebat quídnam ageretis, & ubi essetis. Quòd si autem etiam hoc addidisses, quòd & lachrumaretur, & mētionem Polemonis faceret semper, satius id fuerat multo. DOR. Præfata equidem sum statim à principio cuncta hæc: ad te autem non putaui opus esse, uerùm illa dicere uolui, quæ audiui. Nam ad Parmenonem certè ita incepi: Eccubi, Parmeno, tinnierunt uobis aures? Semper enim reminiscebatur uestri hera cum lachrymis, & maximè siquando ex pugna uenerat quispiam, multiq; mortui esse dicebātur, euellebat tum crines, & pectus percutiebat, & lugebat ad unumquodq; nunciū. PAN. Rectè Dorcas. ita decebat. DOR. Deinde non multò pòst interrogabam illa K quoque ordine. Ille autem, Admodum splendidè, inquit, reuersi sumus. PAN. Ita autem etiam ille, nihil præfatus quòd meminerit mei Polemon, aut desiderio affectus fuerit, aut optauerit saluam atque incolumem me iterum deprehēdere? DOR. Atq; adeò multa huiuscemodi dicebat. Quod igitur caput rei est, narrauit diuitias multas, aurum, uestes, seruos, ebur. Nam argentum quidem afferre ipsum dicebat non ad numerum, sed ad mensuram, multos uidelicet medimnos plenos. Habebat autem & ipse Parmeno annulū in digito paruo maximum, ac multangulum, lapillusq; incrustatus in eo erat ex tricoloribus illis quidam, rubebatq; supernè. Reliqui autem ipsum, cum adhuc pararet mihi dicere,

A cere quo pacto Alyn transiissent, & ut occidissent Tiridatem quendã,& quomodo uersatus ipse Polemon in pugna contra Pisidas esset:accurriq; domum, ut hæc tibi renunciarem, ut quid de omnibus rebus faceres, deliberares ipsa tecum. Nam si ueniens Polemon ( ueniet enim haud dubiè postquam à se notos ac salutantes illos amouerit)ac rescisces, deprehenderit Philostratũ apud nos intus,quid putas quæso facturum *ipsum* esse? PAN. Inueniamus Dorcas ex re præsenti tum consilium, atque salutem aliquam. Nam neq; hunc ablegare honestum fuerit, ut qui taliẽtum nuper dederit, & præterea mercator quoque est, & multa pollicitus:neque rursum utile,Polemonem talem ac tantum redeun-
B tem non recipere. Nam præter hæc etiam zelotypus est: & cum pauper adhuc intolerabilis adeò fuerit,quid nunc non putes illum facturum? DOR. At etiam accedit.PAN. Deficio ô Dorcas,consilii inopia,ac tremo. DOR. Sed & Philostratus accedit. PAN. Quæ igitur fiam? quomodo me autem terra absorbeat? PHIL. Quid?cur non potamus Pannychi? PAN. Perdidisti me,ô homo. Tu uerò salue Polemon, post longũ adeò oculis oblatus iterum meis. POL. Hicce igitur quísnam est,qui huc ad nos accedit? taces? Euge abi ô Pãnychi. Ego ue-
C rò ex Pylis intra quintum diem huc aduolaui, approperans uidelicet ad talem mulierem. Ac meritò sanè hæc mihi accidunt,tibiq; adeò gratiam habeo. neque enim posthac amplius abs te diripiar. PHIL. Tu uerò quísnam es, bone uir? POLEM. Nimirum audis,quòd Polemon ego,Sterienſis ille,ex tribu Pandionis,qui Tribunus militum à principio fui, nunc autem totius dux legionis, amator Pannychidis,cum eam adhuc humana sapere putarem. PHIL. At nunc, Tribune*, Pannychis hæc mea est,talentumq; à me accepit. Accipiet autem &
D alterum iam, ubi onera seu merces distraxerimus. Ac nunc Pannychi sequere me, istum autem apud Odrysas Tribunatum gerere sine. DOR. Libera hæc quidem est, sequeturq; non,nisi uolet. PAN. Quid faciam Dorcas? DOR. Intrò ire melius. Nam Polemoni adesse irato,haudquaquã facile aut tutum est, et magis incendetur æmulando. PAN. Si placet,eamus intrò. POL. At prædico uobis,quòd hodie postremum potabitis,aut ego frustra adsum,tãtis cædibus exercitatus. Thracas huc Parmeno. PAR. Armati adsunt,cingentes angiportum phalange. Ac in fronte quidem,qui grauis armaturæ sunt, in utroq; autem latere funditores & sagittarii, cæteri à tergo locati. PHIL. Tanquam infantibus nobis hæc ô stipendiarie minitaris, ac laruis nequicquam nos territas. An tu uerò unquam gallum aliquem gallinaceum occidisti?aut etiam bellum uidisti?Castellum,ut multum,præsidio tenuisti,fortasse dux manipularis*quispiam,
E ut tibi hoc interim gratificando concedam. POL. At uerò scies paulò pòst,ubi nos acie in dextrum conuersa aduentare spectabis,armis resplendentes. PHIL. Aduentate modò conferti,atque instructi. Ego uerò & Tibys iste (nam hic solus me sequitur)iaciendo cum saxis,tum testis ostraceis,ita dispergemus uos,ut neque quò uertamini,scire tum possitis.

*Eædem Thermopylæ aliàs.*

** Ξεναγὸς græce, hoc est externi & conductitij militis ductor proprie. Suidas tamẽ Ξεναγίαν & χιλιαρχίαν pro eodem sumi ait.*

** Λιμοπύρτης à λιμοπύρα, quã eãdem & λοχίαν Suidas uocat.*

## CHELIDONIVM ET DROSE.



On amplius uentitat ad te,Drose,adolescẽtulus ille Clinias?Nõ enim uidi longo iam tẽpore apud uos ipsum. DRO. Non amplius, Chelidoniũ. Nã præceptor prohibuit ipsum amplius ad me accedere. CHE. Quínam iste?num exercitorem istum puerorũ Dioti-
mũ dicis?Nã is certè amicus mihi est. DRO. Nõ,sed perditissimus iste philoso-

phorum, Aristænetus. CHELID. Tetricum istum dicis & hirsutum, profunda F
barba, qui cum adolescentibus consueuit deambulare in porticu picta? DROS.
Illum equidem, uanum iactatorem, quem utinam pessimè perire uideam, barba
tractum à carnifice. CHEL. Quid autem accidit illi cur talia persuaderet Cli-
niæ? DROS. Nescio, Chelidonium. Sed cum antea nūquam ullam noctem in-
termiserit quin mecum dormiret, ex quo rem cum muliere habere cœpit (pri-
mùm autem mecum habere cœpit) tribus istis diebus proximis ad angiportum
hoc ne unquam accessit quidem. Postquam autem ex eo contristari cœpi (nam
nescio quo pacto mihi ægrè quiddam ob illum accidit) Neuridem misi, quæ il-
* Alias porti- lum circunspiceret, aut in foro commorantem alicubi, aut in palæstra*. Ea au- G
cu, παιδικῆς e- tem rediens, deambulantem uidisse se ait cum Aristæneto, atque innuisse illi à
nim græcè ha longè. Illum autem erubuisse, deiectis in terram oculis, neque aspicere amplius
betur, quod ut ad ipsam uoluisse. Atq; exinde ambos ad urbem iisse. Ipsa uerò ad Dypilū usq;
corruptū pu- secuta, cum ille prorsus neque cōuerteret sese, domum rediit, nihil planum aut
to, sic rursum παρακύψαι, uel πα- certum habens quod renunciaret. Quo me igitur pacto post illa tum affectam
ρακύψαι legen- putas? quæ coniecturam facere nusquam poteram, quídnam esset quod adole-
dum puto. scenti huic accidisset: sed ita mecum dicebam: Númnam ægrè illi aliquid feci?
aut num quam aliā amat, me perosus? aut num pater uetuit ipsum? Multa adeò
huiusmodi mecum ipsa uoluebam. Porrò autem circa multam uesperam uenit H
Dromo, literas has ab illo afferens. Accipe Chelidonium, ac lege. Scis enim li-
teras uidelicet. CHE. Age uideamus. Ac literæ quidem ipsæ non admodū plā-
nè scriptæ, sed incompositæ, & malè coagmentatæ, properantiam quandā scri-
bentis indicant. Sic autem sonant: Quo quidem pacto amarim te, mea Drose,
testes facio deos. DRO. Væ uæ miseræ mihi, neque salutationem à principio
adscripsit. CHE. Et nunc autem non odio aliquo, sed necessitate coactus dese-
ro te. Nam me pater Aristæneto tradidit, ut philosophiæ dem apud illum ope-
ram. Atque ille (cognouit enim cuncta quæ ad nos pertinēt) multis admodum
obiurgauit me, inhonestum esse dictitans, cū meretrice rem habere me, Archi- I
telis & Erasicleæ filium. Longè enim melius esse, uirtutē anteponere uolupta-
* μὴ ὥραιος ti. DROS.* Vt nunquam ad maturitatem perueniat nugator ille, qui talibus
γένηται, græcè. adolescentem instituit. CHEL. Quamobrem necesse mihi est parêre illi. Asse-
quitur enim me, diligēter ubique obseruans: & in summa, ne aspicere quidem
alium quenquam præter ipsum solum mihi licet. Quòd si uerò temperanter &
pudicè uiuam, ipsiq; per omnia obtemperem, pollicetur prorsus beatum fore,
præclarumq; ac fortem me redditurum esse, laboribus ad hoc antè præexercī-
tatum. Hæc tibi uix adeò scripsi, me ipsum suffuratus paululum. Tu uerò feli-
citer mihi uale, & memineris Cliniæ. DROS. Quid igitur uidetur tibi epistola K
hæc, Chelidonium? CHEL. Quod ad cætera quidē attinet, Scythica, ut aiunt,
oratio: illud autem, Memineris Cliniæ, spem quandam adhuc reliquam præ se
fert. DROS. Etiam mihi ita uidetur. Proinde pereo amore. Cæterùm Dromo
dicebat etiam pæderastem quendam esse Aristænetum, & prætextu doctrinæ
consuetudinem habere cum pueris uenustissimis, & priuatim orationem habe-
re cum Clinia, pollicitationes quasdam faciendo, quòd uidelicet diis similem
illum redditurus sit. Quin & amatorios quosdam sermones philosophorū ue-
terum ad discipulos suos idem, inquit, cum illo legit, & in summa, totus circa
adolescentem est. Interminatus autem etiam est, patri Cliniæ ista se dicturū esse.

CHEL.

A CHEL. Oportebat, Droſe, Dromonem ipſum ineſcare, ac lautius paulò accipere. DROS. Ineſcaui hominem, & præter hoc autem etiam meus eſt. Nam & ille guſtauit Neuridem. CHEL. Bonum animum habe. Omnia rectè fiét. Ego uerò etiam inſcribere in pariete uolo in Ceramico ubi Architeles deambulare ſolet, Ariſtænetus corrumpit Cliniam. ut ex hoc quoque aliquid concurrat ac faciat ad delationem Dromonis. DROS. At quomodo id clàm facies, ne deprehẽdaris? CHEL. Noctu, Droſe, carbone alicunde ſumpto. DRO. Rectè ſanè. Commilita modò, atque auxiliare, mea Chelidonium, aduerſus arrogantem ac uanum iſtum Ariſtænetum.

B TRYPHAENA, ET CHARMIDES.

AMICA autem quiſpiam accepta, & quinque drachmarum mercede data, auerſus dormit, lachrumans ac gemens? Sed neque potaſti lubenti animo, opinor, neq; cœnare ſolus uoluiſti. Flebas autem etiam inter cœnandum. aſpiciebam enim, & nunc autem non deſinis ululare, perinde atque infans aliquis. Iſta igitur, ô Charmide, cuius gratia facis? Ne quæſo me celes, ut uel hac parte conſequar aliquid ex nocte hac, quam totam hucuſque tecum uigilaui. CHARMID. Amor me perdit Tryphæna, neque malum hoc amplius ſuſtinere poſſum. TRYPH. At quòd me quidem non
C ames, manifeſtum eſt. neque enim ita negligeres me, cum probè habeas: atque abs te repelleres, quoties amplexari te uolo, denique etiam quaſi quodã ſepto interpoſita ueſte intercluderes, metuẽs uidelicet ne te tangam. Sed tamen quæ nam illa eſt, dic mihi. Fortaſſis enim etiam ipſa nonnihil ad amorem iſtum tibi contulero. Scio enim quo pacto cõueniat huiuſmodi res adminiſtrare. CHAR. At uerò noſti atque admodum probè ipſam, & rurſum illa te quoque: neque enim obſcura adeò meretrix eſt. TRYPH. At nomen mihi cedo, Charmide. CHARMID. Philematium, ô Tryphæna. TRYPH. Vtram dicis? duæ ſiquidem ſunt. Illámne ex Piræo, quæ nuper adeò mulier facta eſt, quam Damyllus
D amat, eius qui nunc exercitum ducit, filius: an alteram, quã cognomento decipulam uocant? CHAR. Illam equidem, atque adeò captus ab ea & comprehenſus miſer ſum. TRYP. Ob illam itaque plorabas? CHAR. Atque admodum. TRYPH. Multum autem temporis amaſti illam, an nuper adeò cœpiſti? CHAR. Haud nuper adeò, ſed menſes propè ſeptem ſunt, à Dionyſiis uſque uidelicet, ex quo primùm illam uidi. TRYPH. Vidiſtíne autem totam ipſam diligenter, an faciem ſolùm, easq; corporis partes quæ in aperto ſunt? & quæ uidiſti, Philematiíne erant, atque ita uti conueniebat eſſe mulierem quinque & quadraginta annos iam natam? CHAR. At uerò deierat illa, ſecundũ ſupra ui-
E geſimum modò ad proximum Decembrem completurã eſſe ſe. TRYP. Tu uerò utrum credis iuriiurando illius, an propriis oculis? Contemplare enim diligenter, ſuſpiciens aliquando ad tempora illius, quo loco ſolo ſuos crines habet: nam cætera, impoſtura mea. Circa tempora autem quoties medicamentũ quo infici ſolet, langueſcit, ac uim ſuam remittit, albeſcit plerunque. Quanquam quid hoc attinet? Coge aliquando ut nudam quoque ſpectandam ſe tibi exhibeat. CHARMID. At nunquam mihi in hoc conſentire uoluit. TRYPH. Meritò ſanè. Sciebat enim abominaturum eſſe te canos ipſius capillos. Cæterùm tota à collo ad genua uſque Pardali ſimilis eſt. At tu lachrumabaris, quòd cum tali non coires? Fortaſſis autem etiam ægrè tibi faciebat, & ſuperbam gerebat

ſeſe. CHAR. Sanè uerò Tryphæna: & hoc quanuis tam multa à me acciperet. F
Ac nunc quidem poſtquam mille petenti, facilè ac ſtatim dare nō potui, utpote qui patrem habeam parcum & tenacem, Moſchione intrò ad ſe recepto, me excluſit. Ob quæ, dum illi uiciſſim ægrè facere uolo, te aſſumpſi. TRYP. At ego, per Venerem, haudquaquam ueniſſem, ſi quis prædixiſſet mihi, ob id ſolum aſſumptam eſſe me, ut alteri ægrè facerem, præſertim Philematio huic, capulo uidelicet. Verùm abeo. Iam enim tertium hoc cecinit gallus. CHAR. Ne tu utique tam ſtatim, mea Tryphæna. Nam ſi uera iſta ſunt quæ de Philematio dicis, coma uidelicet ſuppoſititia, & quòd tingitur, & uitiligines illæ, ne aſpicere quidem amplius illam potuero. TRYP. Interroga matrem, ſiquando cum illa lauit G
fortè. Nam de annis etiam anus narrare tibi poterit, ſi modò uiuit etiamnum.
CHAR. Proinde poſtquam talis illa eſt, auferatur quidem iam è medio ſeptum hoc, amplexemur autem mutuò, atque oſculemur nos, ac tandem uerè coëamus, Philematium autem longè ualeat.

## IOESSA, PYTHIAS, ET LYSIAS.

INſoleſcis igitur ô Lyſia aduerſum me? Et rectè ſanè, quandoquidem neque argentū unquam abs te popoſci, neque uenientem excluſi, alterum intus eſſe dictitans, neque decepto patre, aut ex matris rebus aliquo ſubtracto, coëgi te mihi afferre quip- H
piam, perinde atque aliæ facere ſolent: ſed ſtatim ab initio inde, nulla data mercede, atque aſymbolum recepi te intrò. Noſtíne quàm multos amatores reiecerim? Ethoclem uidelicet, eum qui nunc inter ſenatores eſt, Paſſionem nauclerum, & coæqualem tuum Meliſſum, quanquam etiam nuper adeò pater eius mortuus eſſet, ac dominus ipſe factus bonorum omnium. Ego uerò te, Phaonem ſcilicet meum, ſolum habebam, neque aſpiciens neque admittens alium quenquam præter te. Arbitrabar enim ſtulta ac demens, uera illa eſſe quæ iurabas, & ob hoc animum tibi aduertens, perinde ac Penelope illa, pudicè ac caſtè agebam, clamante atque increpante ob hoc matre, & apud I
amicas accuſante me. Tu uerò poſteaquam intellexiſti me obnoxiam habere te, uti quæ iam ex te peperiſſem, nunc quidē ad Lycænam alludebas intuente me, nimirum ut ægrè mihi faceres: nunc autem iuxta me accumbens, Magidiū laudabas, pſaltriam iſtam uidelicet. Ego uerò ob hæc lachrymor, & ſentio contumeliam. Paulò autem antè, quando compotabatis Thraſo & tu & Diphilus, aderant & tibicina Cymbalium, & Pyrallis, ea quæ inimica mihi eſt. Tu uerò cum hoc ſcires, Cymbalium quidem quinquies oſculatus es, id quod non admodum curæ mihi erat, (teipſum enim afficiebas contumelia, talem oſculando) Pyrallidi autem quàm multa innuebas, ac bibens illi quidem poculū commonſtrabas, puero autem reddens, in aurem iubebas, ut niſi Pyrallis id poſtula- K
ret, alteri nemini infunderet. Poſtremò autē etiam demorſo malo, quādo Diphilum alias res agere uidebas (loquebatur enim cum Thraſone tum) inclinās te quodammodo, collimatè adeò iaculabaris illud in ſinū ipſius, ne latēre quidem me cupiens. Illa autē exoſculata, inter mamillas ſub faſcia inſertabat illud. Iſta igitur cuius gratia facis? Qua te autē ſiue magna ſiue parua iniuria affeci aut etiam offendi ego? quem alium cunque intuita ſum? an nō ad unius ingenium & morem tuum uiuo? Haud ſanè præclarum aut magnum hoc, Lyſia, facis, miſeram mulierculam, & in te inſanientem, mœrore implicans. Eſt dea utique

aliqua

A aliqua Adraſtia, ac talia uidet. Tu uerò aliquãdo mœrore afficieris, ubi fortaſſe audieris de me aliquid, quòd iaceã uidelicet aut laqueo à me ipſa ſuffocata, aut in puteum præcipitata, aut quemcunque tãdem mortis modum inuenero, dum ne amplius ita coràm & ob aliorum oculos moleſtiis afficiar. Ac tum pompam utique duces tu, perinde ac re magna ſplendidaq; peracta. Quid me toruè aſpectas, ac dentibus infrendis? Nam ſi quicquam eſt cur me accuſes, dicas licet. Pythias hæc inter nos iudicet. Quid hoc? ne reſponſo quidem dato abis hinc, me relicta? Vides mea Pythias qualia patiar à Lyſia. PYT. O feritatem. Nam quòd nullis neque lachrymis flectitur, lapis ſanè, non homo eſt. Quanquam ſi utique
B ueritatẽ conuenit dicere, tute Ioëſſa perdidiſti ipſum, quæ ſupra modum amaſti hominem, idque etiam palàm feciſti illi. Oportebat autem non nimis æmulari ipſum. Inſolentes enim fiunt cum hoc ſentiunt. Ah deſine lachrymari miſera: & ſi me audies, ſemel atque iterum exclude uenientem. Videbis enim inflammari ipſum denuo prorſus, & uiciſſim inſanire uero pacto. IOES. At ne dixeris quidem, apage. Vt ego excludam Lyſiam? Vtinam ne ipſe à me deficiat modò. PYTH. At rurſus huc reuertitur. IOES. Perdidiſti nos, Pythias. fortaſſis audiit te de excluſione uerba facientem. LYS. Non huius cauſſa, Pythias, huc reuerſus ſum, ut quam ne aſpexero quidem amplius, talis cum ſit, ſed tua
C gratia, ut ne damnares me, ac diceres fortè: Irreconciliabilis hic Lyſias eſt. PYT. Atque equidem dixiſſem Lyſia. LYS. Ferre igitur me uis Pythias Ioëſſam hãc, quæ nunc lachrymatur, cum ipſe ſuperuenerim ei aliquando cum adoleſcente concumbenti, & à me deſciſcenti? PYTH. Lyſia, in uniuerſum quidem meretrix eſt. Cæterùm quando uerò deprehendiſti ipſos concumbentes? LYS. Sextus, ni fallor, dies hic eſt, per Iouem, ſextus utique. fuit enim ſecunda menſis incipiẽtis, hodie uerò eiuſdem ſeptima eſt. Pater igitur cum ſciret me iam olim amare, probam hanc ſcilicet, concluſit me domi, dato ianitori mandato, ne aperiret. Ego uerò (non enim ferebam ab huius congreſſu prohiberi me) Dromo-
D nem iuſſi, acclinantem muro atrii, qua parte humillimus erat, in tergum recipere me. Nam hoc pacto minore negocio aſcenſurus eram. quid multis opus eſt? tranſcendi, ueni, atrium offendi occluſum diligenter. Iam enim nox erat media. Itaque neq; pulſaui tum, ſed attollens ſenſim ianuam (iam autem & antea idem aliquoties feceram) tranſuerſum acto cardine, tacitè ac ſine tumultu ingreſſus ſum. Dormiebant autem omnes, atque ego exinde contrectato pariete (ut fit in tenebris) ſuper lectum adſtiti. IOES. Quid narras, ô Ceres? propè enim deficio. LYSIAS. Poſtquam autem animaduertebam non unum eſſe anhelitum: principiò quidem putabam Lyden cum ipſa unà dormire, cæterùm aliter mul-
E tò res erat, Pythias. Nam ubi contrectare cœpi, deprehendi imberbem quendam, admodum tenerum, ad cutem uſq; detonſum, unguẽta etiam ipſum olentem. Hoc ubi ſenſi, ſi quidẽ & gladiũ ueniens mecum attuliſſem, non ita quieſſem tũ, ſat ſcitote. Quid ridetis Pythias? an uerò riſu digna dicere uobis uideor? IOES. Hoccine igitur Lyſia acerbum adeò tibi fuit? Pythias hæc mecũ dormiebat. PYT. Ne dicas illi Ioëſſa. IOES. Cur nõ dicam? Pythias erat, ô chariſſime, à me accerſita tum, ut unà mecũ dormiret. Aegrè enim erat mihi, quòd te non habebam. LYS. Pythias autem? ille ad cutem uſque detonſus? atque exinde intra ſex dies hoſce tantam iterum produxit comam? IOES. Ex eo cum morbo laborauit, tonſa eſt, Lyſia. defluxerant enim illi tum crines, nunc autẽ fictitiam

comam impoſuit. Oſtende Pythias, oſtende ita rem habere ſe,ac fidem illi fac. F
Ecce tibi aduleſcentulum iſtum mœchum, quem zelotypia proſequebaris.
LYS. Quid igitur? an non conueniebat hoc? præſertim amantem, & qui ipſe
contrectauerat? IOES. Proinde tu quidem iam perſuaſus es ut credas. Vis au-
tem & ipſa uiciſſim tibi ægrè faciam,ut quæ meritò uiciſſim iraſcar tibi? LYS.
Nequaquam,ſed bibamus iam, Pythiasq; hæc unà nobiſcū. Aequum enim eſt
adeſſe ipſam reconciliationi faciendæ. IOES. Aderit. Qualia autem propter
te paſſa ſum,ô generoſiſſime aduleſcentum Pythias?PYT. At idem ipſe recon-
ciliaui quoq; uos: quare non eſt cur mihi ſuccenſeas,niſi iſtud quæſo uide Ly-
ſia,ne cui de coma quicquam dixeris. G

## LEONTICHVS, CHENIDAS, ET HYMNIS.

### LEONTICHVS.

IN pugna autem cōtra Galatas,dic Chenida quo pacto ipſe qui-
dem ante cæteros equites curſu præuectus fuerim,equo inſidens
candido,Galatæ autem,tametſi fortes alioqui bellatores,trepida-
rint continuò ubi aſpiciebant me,neque quiſquam amplius ſub-
ſiſtere ſuſtinuerit. Ibi igitur tum ego lancea quidem emiſſa trā-
fixi præfectum alæ ipſorum unà cum equo. Contra eos autem,qui cōferti ad- H
huc reſiſtebant (erant enim nonnulli qui perſiſtebant, phalāge quidem ſoluta,
in quadrangulam autem aciem aggregatis ipſis) progreſſus,arrepto gladio, ac
totis animis facto in illos impetu,in fugam quidem conuerto circà ſeptem eo-
rum qui in prima acie pugnabant,equi incurſu:gladio autem impacto manipu-
larii unius ducis caput in duas partes diſſeco unà cū ipſa galea. Vos autē Che-
nida paulò pòſt ſuperueniſtis,fugientibus iam illis. CHEN. Nam cum,Leon-
tiche, circa Paphlagoniam ſingulari prælio cum ſatrapa illo congreſſus es, an
non tum quoque præclarum facinus ac magnum edidiſti? LEONT. Pulchrè
cōmonuiſti facinoris haudquaquam etiam illius ingeneroſi. Nam ſatrapa ipſe I
cum corpore quidem eſſet maximus, inter grauis autem armaturæ milites pu-
gnator haberetur optimus,cōtemptis uidelicet Græcis, in medium proſiliebat,
ac prouocabat ſiquis cum ipſo ſingulari prælio decertare uellet. Ibi igitur tum
cæteri quidem perculſi atque perterriti erant, Manipularii uidelicet, Præfecti,&
Centuriones, & ipſe etiam Imperator, quanquam homo eſſet minimè alioqui
ingeneroſus aut ignauus. Nam Ariſtarchus tum imperator exercitum ducebat,
Aetolus, idemq; iaculator optimus. Ego uerò tribunatum adhuc tū gerebam,
ſed tamen nihilominus fidens animo,& dimotis à me ſociis,qui me increpādo
retinebant. Metuebant enim mihi,aſpicientes Barbarum quidē ipſum reſplen- K
dentem armis inauratis, magnam autem atque terribilem indutum galeam, &
præterea lanceam quoque ui multa librantem. CHE. Nimirum ego quoque
tum metui Leontiche,& ſcis quo pacto inſtabam tibi precādo, ne præ aliis pe-
riculo cōmittere te uelles. Nā mihi uita hæc ingrata futura erat te morte amiſ-
ſo. LEON. At ego tum præ cæteris auſus,proceſſi in medium,non peius neq;
ipſe Paphlagone illo armatus,ſed totus adeò auro collucens. Quare clamor ſta-
tim coortus eſt & à noſtra parte,& à barbaris. Agnoſcebant enim etiam illi me
uidētes,& maximè ex pelta,& phaleris,& criſtis. Dic quæſo Chenida, cuinam
me tum omnes aſſimilabāt? CHE. Cui autem alteri,quàm Achilli per Iouem
Thetidis

A Thetidis & Pelei filio. Ita decebat quidem te galea, efflorebat autem purpura: pelta uerò etiam fulguris modo coruſcabat. LEONT. Poſtquam autem ad manus uentum eſt, Barbarus ille prior uulnerat me modicè, quaſi perſtringens haſta paulum ſupra genu. Ego uerò adacta per clypeum lancea, totum utrinque pectus illius tranſuerbero: atque exinde accurrens, ceruicem quoq; gladio amputo facilè: armáque illius referens inde redeo, caput quoque unà ſumma fixum lancea portans, cæde uidelicet lotus ac madens. HYM. Apage Leontiche, fœda ſceleratáque hæc, atque adeò horribilia de te ipſo narras: neque uerò te amplius ne aſpexerit quidem aliquis, cruore ac tabo ita gaudentem, ne-
B dum bibat tecum, aut concumbat. Ego certè igitur hinc abeo. LEON. Quin duplam accipe mercedem. HYMN. Non potero cum uiro cædibus polluto concumbere. LEON. Ne metuas, Hymni. Nam illa tum in Paphlagonia geſta ſunt, nunc autem pacem hic ago. HYMN. At homo deuotus & execrabilis es, & cruor ex capite Barbari illius, quod in lancea fixum portabas, in te deſtillabat. Egóne igitur ut talem uirum amplectar & oſculer? abſit, ô Charites. neque enim iſte talis carnifice melior. LEON. At uerò ſi me uidiſſes in armis, ſat ſcio, amaſſes Hymni. HYMN. Audiens ſolùm hæc, Leontiche, nauſeo, atque horreo, ipſasq; illas umbras uidere mihi uideor & ſimulacra occi-
C ſorũ, & præcipuè miſeri illius manipularii præfecti, cuius tu caput in duas partes diſſecuiſti. Quid putas igitur ſi ipſum opus aſpicerem, & cruorem manantem, & iacentium cadauera? Emoritura certè mihi uideor, ut quæ nunquam ne gallum quidem gallinaceum occidi uiderim. LEON. Adeóne autem ingeneroſa Hymni es, & puſillanimis? Ego uerò oblectatũ iri te putabam audiendis iſtis. HYM. At huiuſmodi narrationibus oblecta ſiquas Lemniades inueneris, aut Danaides. Ego autem hinc ad matrem curriculò abibo, dum adhuc dies eſt. Sequere & tu Gramme. Tu uerò uale, Tribunorum optime, & occiſor, quotquot etiam uolueris. LEON. Mane quæſo, Hymni, mane. Abiit. CHEN.
D Nempe Leontiche puellam ſimplicem territaſti, concutiendo criſtas, & incredibilia quædam præclarè facta cõmemorãdo. Ego uerò ſtatim uidebam quo pacto expalleſcebat, cũ tu adhuc illa quæ circa manipulariũ facta eſſent, narrares: cõtrahebatq; uultum, & exhorrebat aliquantũ, poſtquã etiam diſſecuiſſe te caput illius dicebas. LEON. At ego me illi amabiliorem eò uiſum iri putabam. Sed & tu me perdidiſti Chenida, qui ultra hæc etiã de ſingulari certamine ſubmonuiſti. CHEN. An nõ decebat me quoque mentiri tecum, quando cauſſam arrogantiæ iſtius uidebam? Tu uerò longè terribiliora omnia feciſti. Eſto enim amputaris infelicis iſtius Paphlagonis caput, cur idem etiam lanceæ affixiſti, ita
E ut cruor in te deſtillaret? LEON. Vnum hoc impurum ac deteſtabile re uera, Chenida. Nam cætera quidem non omnino malè confícta fuerant. Abi igitur, ac perſuade illi ut redeat, mecumq; dormiat. CHEN. Quid igitur? dicámne quòd omnia iſta mentitus fueris, dum generoſus ipſi uideri affectas? LEON. Turpe hoc, Chenida. CHEN. At uerò alio pacto non redibit facilè. Proinde alterum ex his elige, ut uel odio habearis, dum præclarus bellator uideri cupis: uel mentitum eſſe te iſta confitearis, & cum Hymnide dormias. LEON. Difficile ſanè utrunque eſt, ſed tamen Hymnidem habere malo. Abi itaq;, ac dic illi, Chenida, mentitum quidem eſſe me, non tamen omnia.

# LVCIANI

## DORIO ET MYRTALE.



Vnc me excludis ſcilicet Myrtale? nunc, quando ad inopiam perueni propter te? At quando tam multa ad te afferebam: amator, uir, dominus, denique nihil non eram. Poſteaquã igitur ego quidem exhauſtus ac ſiccus planè iam, tu uerò Bithynum iſtum mercatorem inueniſti, qui te amet, ego quidem excludor, & ante fores ſto lachrumans: ille autem tota nocte oſculatur, & ſolus intus eſt, & quaſi quoddã ſacrum peruigilium tecum peragit, iamq; etiam prægnantem ex eo eſſe te ais. MYR. Iſta me enecant, Dorio, & maximè quando dicis quòd multa dederis mihi, & ad inopiam propter me redactus ſis. Rationem igitur ſubduc quæſo omnium G eorũ quæ iam inde à principio ad me attuliſti. DOR. Rectè ſanè, Myrtale, ſubducamus rationem. Principiò igitur calceos attuli tibi Sicyonios, duarum drachmarum precio. pone duas drachmas. MYR. At concubuiſti quoque noctes duas. DORIO. Et quando ex Syria ueniebam, alabaſtrum unguenti ex Phœnicia, duarum etiam iſtud drachmarum, ita me ſeruet Neptunus. MYR. At ego tibi, cum hinc nauigares, paruam illam tuniculam dedi ad femora uſque demiſſam, quò remigando utereris, quã Epiurus proreta, quãdo dormierat mecum, per obliuionem hic intus reliquerat. DOR. Verùm cognitam illam in Samo nuper à me rurſum abſtulit Epiurus, non ſine multo (prò dii) certamine. Ce- H pas autem ex Cypro, & ſaperdas quinque, & percas quatuor, quãdo ex Boſporo nauigauimus, attuli tibi quoque. Quid ergo? etiã panes octo nauticos in caniſtro, ſiccos, & cortinam caricis plenam ex Caria, & poſtea ex Pataris ſandalia inaurata, ô ingrata. Etiam caſeum aliquando memini afferre me tibi ex Gythio. MYR. Quinque fortaſſis drachmarum, Dorio, omnia hæc. DOR. O Myrtale, quantum equidẽ potui, homo nauta, & mercede operam nauibus locans. Nunc enim etiam lateri præfectus ſum dextero, & tu nos cõtemnis? Nuper autem quando* Aphrodiſia celebrabãtur, an non drachmam quoque ante pedes Veneris pro te poſui auream? & rurſum matri pro calceamentis drachmas nu- I meraui duas, & Lydæ huic in manũ aliquoties, nunc duos, nunc quatuor obolos? Hæc omnia in unum computata, ſubſtantia certè uiri nauitæ fuerunt. MYR. Cepæ illæ uidelicet, & ſaperdæ, Dorio? DOR. Ita certè. Neque enim plura aut maiora ferre potui. Non enim remis locarem operam, ſi diues forem. Cæterùm matri meæ ne caput quidem unum allii unquam attuli. Libenter autẽ ſcirem, quænam tibi à Bithyno iſto dona darentur. MYR. Principiò tunicam hãc uides? eã ille emit, & monile hoc craſſius. DOR. Illéne? An nõ ego te iam olim habere noram? MYR. At quod tu noras, multo tenuius erat, neque ullos ſmaragdos habebat. Deinde & inaureis has, & tapetem. Nuper autem etiam duas minas. Et penſionem domus quoq; pro nobis exoluit, nõ ſandalia Patarica, & caſeum Gythiacum, & id genus nugas. DOR. At illud non dicis, cum quali ipſo K concumbas, qui annos omnino ſuprà quinquaginta natus uxorẽ duxit, caluus uidelicet, & colore ſimilis carabo. Neque etiam dentes illius uides? Nam gratiæ quidem, ô Dioſcuri, illius multæ, & præcipuè quoties cantat, & delicatior paulo eſſe cupit, aſinus ad lyram, ut dici ſolet. Sed tu fruere eo, digna utiq; exiſtens, ac puer uobis naſcatur patri ſimilis. Ego uerò etiam ipſe inueniam Delphidem aut Cymbalium aliquam, meæ conditionis, aut etiam uicinam ueſtram hanc tibicinam, aut omnino ullam aliquam. Tapetas autem, & monilia, & duarum

*Id eſt, Veneris feſta, uel ſacra.*

A rum minarum mercedem non omnes habemus. MYRT. Beatam igitur illam, quæ te amatorem habebit Dorio. Cepas ſiquidem illi feras ex Cypro, & caſeum ſcilicet quando ex Gythio nauigabis.

## COCHLIS ET PARTHENIS.

QVid ploras Partheni? aut unde fractas haſce tibias affers? PAR. Miles Aetolus iſte magnus, qui Crocalen amat, alapis cecîdit me, cũ deprehendiſſet canentem apud Crocalen, à riuale ſuo Gorgo conductam, idémque tibias haſce fregit mihi, ac menſam inter cœnandum euertit, crateremq; effudit quoque irrumpens: ipſum autem agreſtem illũ Gor-
B gum ex ſympoſio capillis abſtractũ, uerberarunt circunſtantes, ipſe miles (Dinomacho, opinor, nomen illi eſt) & commilitonum ipſius alter quidam. Quare equidem neſcio an ſuperuicturus etiam homo ſit. Nam illi pariter & cruor multus è naribus manabat, & tota facies eius intumuerat, ac liuida erat. COC. Quid? inſaniitne homo, an hæc temulentia quædam fuit, & ex ebrietate inſolentia? PAR. Zelotypia quædam Cochli fuit, amorq; adeò enormis. Crocale autem duo, opinor, talenta popoſcerat ab eo, ſi ſe ſolam habere uellet. Ea igitur poſtquam Dinomachus non dabat, ipſum quidem uenientem excluſit, illiſa illi etiam ianua, quemadmodum ferebatur: Gorgum autem, Oenoënſem quẽdam
C agricolam prædiuitem, iam diu ipſam amantem, hominem uidelicet facilem ac probum, intromittens, potabat cum eo, me quoque aſſumpta, ut tibia canerem apud ipſos. Cæterùm cum iam procederet conuiuium, ego quidem perſonare cœpi carmen quoddam Lydii generis, ac toni: ruſticus autem ille ſurgebat iam ut ſaltaret, & Crocale autem etiam manibus applaudebat, omniaq; adeò iucũda ac ſuauia erant. Interea uerò ſtrepitus exauditur, & clamor quidam, ianuaq; domus exterior effringitur. Nec multò pòſt irruerunt adoleſcentes quaſi octo, admodũ robuſti ac ualidi, & Megarenſis ille unà inter ipſos. Illico igitur euertebantur omnia, & Gorgus, quemadmodum dixi, uerberabatur, humiq; iacens
D etiam pedibus proculcabatur. Crocale autem, neſcio quo pacto, clàm ſubduxerat ſeſe, & ad uicinam Theſpiadem effugerat. Mihi uerò Dinomachus inflictis alapis, Diſpereas, inquit. & ſimul tibias cõfractas abiecit. Et nunc currens abeo ut hæc dicam hero meo. Abit autem & agricola, circunſpecturus amicos quoſpiam in urbe, qui Megarenſem illum magiſtratibus tradant. COC. Hoc nimirum eſt frui militaribus iſtis amoribus, plagas & actiones ſuſtinere: cætera uerò, Duces eſſe ſe & Tribunos iactitant, & ſi quid dandũ ſit, expecta, aiunt, dum tributum conferatur, dumq; ipſe ſtipendium accipiam, atque omnia tibi conficiam. Pereant itaque arrogantes iſti iactatores. Nam ego certè rectè facio, quæ ipſos penitus non admitto. Piſcator mihi quiſpiã obueniat, aut nauita, aut agri-
E cola, æqualis conditionis, qui adulari ſciat parum, & afferat multum. Criſtas autem concutientes iſti, & prælia commemorantes, nihil aliud, Partheni, quàm inanes crepitus.

## DE MORTE PEREGRINI, Vincentio Obſopœo interp.

### ARGVMENTVM.

*Inſectatur hic Lucianus id quod aliàs quoque libenter facit, arrogantiam et inſanam gloriæ cupiditatem, præcipuè Philoſophorum, ut cuius gratia plerique omnia audeant, neque quicquam intentatum relinquãt. Atque eius rei exemplum, Peregrini huius mortem deſcribit, qui ut famam aliquam ſui relinqueret, in Olympijs cõſtructo rogo, ſeipſum in ignem ultro coniecerit, atque ita extinxerit. Quanquam autem potiſſimùm ea com-*

*memorat,quæ circa mortem illius acta ſunt,id quod etiam inſcriptio ac titulus pollicentur,interim tamen & F*
*uitam eiuſdem & facinora perſequitur,à quibus progreſſus ille,ad hoc genus ſtudiorum poſtremò ſeſe con-*
*tulerit, & hoc ſub aliena perſona,à qua ipſum etiam modum & cauſam mortis,in qua præcipuè nitebãtur*
*ſectatores illius,refelli ac refutari facit,nimirum ut eam inuidiam à ſe ipſo remoueret.* Apparet enim illis tum
*temporibus* Peregrini nomen nõ ita leue aut uile apud multos fuiſſe,*præſertim imperitiores,quibus facti hu-*
*iuſce nouitas admirationem incuſſerat,quemadmodum & ex* A. Gellio *animaduertere licet, qui ipſe quoque*
*honorificam illius mẽtionem facit libro.xii.cap.xi.* Videturq; omnino Stoica quadam animi pertinacia,*uitæq;*
*tædio mortem ultro ſibi conſciuiſſe, quemadmodum & alios quoſdam eiuſdem profeſſionis uiros feciſſe ali-*
*quando legimus.* Sed quòd idem hoc in Olympijs *potiſſimùm,et frequentiſſimo hominũ conuentu fecit,ambi-*
*tionis argumentũ præ ſe fert,ac reprehenſioni locum dedit.* Et eſt ſanè *eiuſmodi res ambitio,ut multos eò de-*
*mentiæ adigat,ut dum gloriam nimis auidè captant,in ſummam interim temeritatem & infamiam præcipi-*
*tentur, nihil neque penſi neque moderati habentes, dummodo famam tantopere ambitam poſt ſe relinquant:* G
*cuiuſmodi* Proteos *utinam nec noſtra ætas quoſdã tuliſſet,* ἀλλὰ τάντην καμακρίτην μὴ κινητέον, φασί. *Cæterùm fuit*
*hic* Peregrinus,*philoſophus quiſpiam ex ſeuerioribus illis* Stoicæ *diſciplinæ profeſſoribus* (Lucianus Cynicum
*uideri uult*)*patria* Parianus, *ex* Ponto,*temporibus* Traiani *uiuens, æqualis* Epicteto, Dioni, Muſonio, *& cæt.*
*quem ſe* Gellius *uidiſſe quoque ait* Athenis *extra urbem in tugurio quodam habitãtem.* A *principio* Chriſtia-
*norum quoq; religionem aliquandiu ſecutus fuit, ſed mox ad philoſophiam relapſus,ab illis,ut* Luciano pla-
*cet,propter ritus ipſorum neglectos atque præteritos repudiatus.*

## LVCIANVS CRONIO SALVTEM.

INfelix ille Peregrinus,aut(quo nomine potiſſimũ delectari uiſus eſt ſe ipſe nominando) Proteus,illud ipſum Homerici Protei paſſus eſt. H nihil enim non gloriæ gratia fieri ſuſtinuit: cumq; infinitis mutationibus transformatus eſſet, poſtremùm ignis quoq; factus eſt. Vſque adeò gloriæ cupiditate tenebatur. Et nunc optimus ille in carbones & fauillas redactus eſt poſt Empedoclem, niſi quòd hic temerarium facinus celare conatus,clanculũ in cratêras ſe dedit præcipitẽ: porrò generoſus ille populoſiſſimo Græcorum conuentu obſeruato, ingentiſſimáque pyra conſtructa, tot ac tãtis teſtibus conſciis inſiluit,ac orationes nonnullas ſuper hac re ad Græcos habuit aliquãto antè quàm hoc auſus eſt. Videor itaque mihi uidere te nimium huius ſenis deridentem arrogãtiam,aut potius exclamantem, qualia par eſt te exclamare: O inſipientem inſipientiam,ô ærumnoſam gloriã:aliaq; quæ de illis ferè dicere cõſueuimus. At tibi quidem hæc eminus & longè tutius dicta ſunt:ego uerò iuxta rogum ipſum, inſuper antè quoque in copioſa auditorum multitudine eadem dicere non reformidaui, nonnullis equidem grauiter ferentibus, quotquot ſenis arrogans conſilium admirationem incuſſerat. Erant autem aliquot alii,qui & ipſi huius gratia ridebant. At ego propemodum à Cynicis diſcerptus eſſem,uelut Actæon â canibus,aut conſobrinus eius Pentheus à Bacchis. Cæterùm totius rei apparatus talis erat. etenim Poëtam haud dubiè qualis fuerit noſti,tum quantas per omnem uitã tragœdias in lucẽ dederit, ſupra Sophoclem & Aeſchylũ. Ego uerò ubi primùm in Elin ueniſſem,illorum certa- K mine eò illectus atq; perductus,ſtatim Cynicum quendam inaudiui, magna & aſpera uoce conſueta illa ac uirtutem ex triuio intonantẽ, omnesq; indiſcriminatim dicteriis & conuiciis inuadentem:tandem uerò in Proteo eius uociferatio deſiit. Hæc quemadmodum dicebantur,pro mea uirili cuncta tibi ex ordine percẽſere conabor. Tu uerò hæc planè ita ſe habere cognoſces,quippe qui ipſis uociferãtibus nõ ſemel adſtitiſti. Proteum,inquit,audet quiſpiam ambitioſum dicere,ô terra,ô Sol,& flumina,& mare,& patriæ,Hercules?Proteũ,qui in Syria uinclis colligatus fuit,qui in patria quinque millia talẽtorum ultro reliquit,

qui

A qui ex urbe Roma eiectus est, quem Sole longè illustriorem esse constat, qui cum ipso Olympio commissus decertare possit. At quia ignis adminiculo è uiuis se subducere statuit, hoc ambitioni eius & uanæ gloriæ quidam imputant. Nónne uerò ad hunc modum è terris discessit & Hercules? nonne ita Aesculapius & Dionysius fulmine? Nonne postremùm & Empedocles ita in cratêras semet immisit præcipitem? Hæc ubi dixisset Theagenes (hoc enim nomine uociferator ille uocabatur) rogabam quendam ex assistentibus, quid hoc de igne aut Hercule aut Empedocle ad Proteum attineret. Atqui, inquit ille, breui semet ipse flammis absumpturus est Proteus. Quomodo, inquam ego, aut cu-
B ius gratia? Deinde cum ille omnem rem mihi exponere insisteret, Cynicus in tantum uociferabatur, ut nullo pacto eius audiendi copia mihi relinqueretur. Audiebam itaq; reliqua ipsum effundentẽ, ac laudibus mirificis Proteum extollentem. Etenim Sinopea, aut præceptorem eius Antisthenem, ne conferre quidem cum illo dignatus est, sed neque ipsum Socratem. Prouocabat autem & ipsum Iouem in certamẽ, deinde cum uisum esset illi similes eos quodammodo inter seipsos seruare, eiusmodi finem orationi imposuit. Duo hæc, inquit, præstantissima opificia ætas nostra uidit, nimirum Iouem Olympium, & Proteum: quorũ quidem illius architectus fuit Phidias, huius uerò opifex natura. At nunc
C ex hominum cõmercio ad superos hæc statua migratura est, cæterùm per ignẽ abiés, nos orphanos in terris destituet. Hæc ubi cum multo sudore disseruisset, lachrymatus est satis ridiculè, capillosq; uellebat è capite, subparcens tamen, ne radicitus extraheret. Ad postremum abductus est à quibusdam Cynicis tristem ac lachrymantem consolãtibus. Hoc abducto alius illico concionaturus ascendit, nõ cunctatus donec multitudo dilaberetur, sed ardẽtibus adhuc sacris turbam continebat. Ac sub initium quidem effusissimè ridebat, uidebaturq; illud ex intimis præcordiis facere: deinde ad hunc modum orationem suam exorsus est: Posteaquam maledictus Theagenes sceleratissimis orationibus suis lachry-
D mando finem imposuit, ego diuersa ratione à risu Democriti exordiar. Ac iterum sublatis cachinnis, in risum uberem solutus est, adeò ut nostrûm plerosque ad cõmunem risum pertraheret. Deinde sedato risu, conuertens seipsum: Et quídnam aliud, inquit, ô uiri nobis peræque faciendum est, adeò ridiculas orationes audientibus, uidentibusq; uiros ætate decrepita uilissimæ gloriolæ gratia tantùm non saltantes in medio? Vt autem rectius intelligatis cuiusmodi nam illa sit statua quæ flammis abolebitur, audite me, qui ab initio eius mentem callidè animaduerterim, omni eius uita diligenter obseruata. Nonnulla uerò à ciuibus quoque suis memorata percepi, quibus non potuit non exactissimè per-
E spectus & cognitus esse. Etenim hoc naturæ figmẽtum & opificium, Polycleti canon, ubi firmata iam ætate in uirum adolescere incepisset, multis in Arme- *Vita Peregrini, & res acta.*
nia uitiatis per adulterium mulierculis, non parum multa susceptit uerbera. Denique uerò per tectum exiliens & elapsus, fuga salutem redemit, raphano oppletas nates auferens. Exin puero quopiam formoso per uim constuprato, tribus nummorum millibus à pueri parentibus, cum tenuis essent fortunæ, fœditatis impunitatem mercatus est, ne ad præfectum Asiæ duceretur. Hæc atque eiusmodi missa mihi faciẽda esse uidentur. etenim lutum adhuc informe erat, ac nondum perfecta statua nobis formata. Cæterùm quibus iniuriis confectũ ætate parentem affecerit, admodum auditu dignum esse opinor, & memoratu ne-

ceſſarium. Et ſanè omnibus uobis cõpertum atque auditũ eſſe reor, quomodo F
ſenem præfocauerit, nequaquã ſuſtinens eum ultra ſexaginta annos iam ſene-
ſcentem. Poſta uerò q̃ tanti ſceleris fama diuulgata eſt, arreptáque fuga ſe ipſe
condemnaſſet, incertis uagans ſedibus oberrabat, terram terra commutando.
Qua in peregrinatione & mirificam illam Chriſtianorum ſapientiam perdidi-
cit, circa Palæſtinã ſacerdotibus & ſcribis illorum conuerſans. Ac ſanè nõ mul-
to in tempore pueros omnes illos præ ſe eſſe oſtendit, propheta, ac ſacrificio-
rum princeps, & Synagogæ ſocius, breuiter omnia ſolus exiſtens. Præterea li-
brorum nonnullos expoſuit, nonnulli uerò & ſua induſtria conſcripti ſunt. Ac
ueluti deum hunc ipſum perhibebant. nam eo & legum auctore utebantur, & G
præfectum illum declarabant. Itaque etiamnum magnum illum hominem re-
uerenter colunt, nempe illum qui in Palæſtina crucifixus eſt, quoniam primus
nouum illud myſterium in hominum uitam inuexerat. Tunc uerò cõprehen-
ſus etiam ob hoc ipſum Proteus in carcerem illapſus eſt. Quæ quidem res ipſi
non mediocrem dignitatem cum ad inſequentem uitam, tum ineptias & glo-
riam, quarum erat amantiſſimus, cõciliauit. Itaque poſtquam in carcerem con-
iectus eſt, Chriſtiani hanc rem grauiter & indignè ferentes, nullam non impen-
debant operam, & planè mouebant omnia, tentãtes ſi quo modo illum furtim
poſſint eripere. Deinde animaduertentes hunc conatũ fruſtra eſſe, nihil tamen H
ex altero quo captiuus egebat obſequio intermittebãt, uerùm omnia cum ma-
gna fide & diligentia præſtabant. Ac mane quidem illico uidere erat iuxta car-
cerem præſtolantes anus uiduas quaſpiã, & orbos puerulos. Illorum uerò pars
etiam unà intus cum illo ſomnũ capiebant, corruptis pecunia cuſtodibus. Exin
omnis generis cœnæ inferebantur uariæ, ac ſacri inter ſeſe ſermones diceban-
tur. Atqui optimus ille Peregrinus (adhuc enim hoc nominis obtinebat) nouus
quoque Socrates ab illis nominabatur. Quin etiã in Aſia pleraſque urbes fuiſſe
conſtat, à quibus uenerunt quidam laturi auxilium, Chriſtianis mittentibus ex
publico, neque non collocuturi, & uirũ conſolaturi. Incredibile uerò eſt, quan- I
tum ſtudium & celeritatem in hoc oſtendant, ſi quid tale uulgo innotuerit. Il-
lico enim nulli rei parcunt. Proinde Peregrino quoque multæ tunc opes ab il-
lis mittebantur, ſub uinculorum prætextu, nec uulgarem rerum prouẽtum lu-
crifaciebat. Et enim haud dubitãter ſibi perſuaſerũt infelices illi, ſe omnino im-
mortalitate fruituros, perpetuoq; uicturos eſſe. Quam ob rẽ & morte magno
contemnunt animo, ac non pauci ſua ſponte ſemet occidendos offerunt. De-
inde primus quoque illorum legislator eorum perſuaſit animos, quemadmo-
dum omnes inter ſe fratres eſſent. Poſtea uerò quàm ſemel à nobis deſciuerũt,
Græcorum deos conſtanter abnegant, ſolum autẽ Crucifixum illũ impoſtorem K
adorantes, ſecundum illius leges uiuendi rationẽ inſtituunt. Proinde apud illos
omnia ex æquo habentur contemptui, exiſtimanturq; eſſe communia, quæ ci-
tra fidem exactè exploratam in communem uſum à quoquam deferente ſuſci-
piũt. Quòd ſi quis præſtigiator, aut alioqui homo promptus & uerſutus, & rei
faciendæ appoſitus eos acceſſerit, breui admodum opulentus efficitur, quippe
qui hominum idiotarum ſimplicitate callidè queat abuti. Cæterùm Peregrinus
tandem liber dimiſſus eſt ab eo qui id temporis præſidem agebat in Syria, uiro
non mediocriter Philoſophiæ cõmercio gaudente. Qui cum illius ſubolfeciſſet
arrogantiam, quòd iam ſtatuiſſet mortem oppetere, ut per hoc præclaræ famæ

gloriam

A gloriam apud posteros relinqueret,dimisit illum,ne dignum quidē ratus eundem esse supplicio.Ille uerò exin domū regressus,comperit paternæ cædis memoriam nondū fuisse sopitam,sed multos supersse, qui mira peruicacitate accusationem aduersus illum adornarent.Dissiparat itaque maiorem possessionum suarum partem in peregrinationem, ac tantū relicti erāt agri ferme quindecim talentorum. Nam tota substantia quam pater reliquerat,triginta talentorum summam non excessit,non,ut omnibus modis ridiculus Theagenes illam tribus millibus dignam falsò confirmauit. Tanti enim neque tota Parianorum urbs,tametsi quinque ciuitates sibi uicinas adiungeret,uenderetur,unà
B cum ipsis hominibus & iumentis, & reliqua supellectile. Vigebat itaque eius etiamdum flagitium & accusatio in recenti hominū memoria. Nec ita diu habitauit in patria,sed statim aduersus eum quispiā insurrexerat. Potissimùm uerò ipse populus indignabatur, senem frugi,ut illi quibus uisus erat,perhibent, familiariter lugentes, qui tam crudeliter & impiè fuerat occisus. Sedenim sapiens ille Proteus ad hæc omnia non oscitanter intentus erat, quínam aliquid inuētum comminisceretur,unde uim & periculum à se declinaret. Progressus ergo in mediam Parianorum multitudinem,nutriebat uerò iam comam,sordido amictus pallio,pera ex humeris suspensa, & baculū manu tenebat: erat au-
C tem omnino instructus more tragico.Talis itaque cū ciuibus suis apparuisset: uniuersam,inquit,substantiā,quam sibi beatæ memoriæ pater reliquisset,se uelle illis publicam dimittere.His auditis,homines egeni & inopes,neque non ad distributionem auidè inhiantes,protinus exclamauerunt, illum unicū esse Philosophum,unicum amantem patriæ,unum qui uerè Diogenis & Cratetis esset æmulus. Porrò autem inimici necessariò quiescebant. Etenim si quis conatus esset mentionem paternæ cædis facere,illico petebatur lapidibus.Secunda itaq; susceptа peregrinatione egreditur uagaturus,satis sibi uiatici in Christianis repositū esse existimās,à quibus quaquauersum incedebat,stipatus,in omni age-
D bat rerum abundantia. Atque ad hunc modum aliquantum temporis alebatur. Tādem admisso nescio quo aduersus illos flagitio (siquidem uisus erat,ut opinor,aliquid ex interdictis comedisse) non recipiētibus amplius illis, magna rerum difficultate perplexus, per recantationem opinabatur opes suas iterū à ciuitate repetēdas esse: missisq; literis,uoluit iussu regis denuo cūcta auferre.Cōtrà deinceps missa legatione etiā à ciuibus,nihil actum est,sed iussus est stare rebus semel ab ipso cōstitutis,præsertim à nemine ad hoc per uim cōpulsus. Post id tertiam in Aegyptum peregrinationem instituit ad Agathobulū iter faciens, ut admirando studio semet exerceret,tondens capitis dimidium,ac uultū limo
E oblinens.Postea in magna circunstantis populi corona,tractans in manibus uirilia,hoc tanquam medium & indifferens esse demonstrabat.Exin uerberabat, & uerberabatur ferula circa nates. multáque alia iuueniliora more mirifico ac præstigioso designabat.Cæterùm ad hunc modū instructus & exercitatus hinc soluit in Italiam : egressusq; è naui,statim omnes homines insectatus est linguæ petulātia, cum primis uerò regem,quem nouerat natura placidissimū & mansuetissimum: qua re impulsus,tutiori debacchabatur in omnes audacia. Etenim regi,ut par erat, parum curæ erant conuicia & blasphemiæ, neque ullum ex iis qui philosophiæ se tradiderant,propter uerba supplicio afficere dignabatur,cū primis uerò eos qui rationem conuiciis impetendi alios artem sibi peculiarem

feciſſent. Porrò autem Peregrinus tanta dicendi licentia non mediocrem ſibi F
gloriam comparabat. Itaque apud homines idiotas in magna erat admiratione
& reuerentia propter arrogantiam, donec is qui Reipub. procurationem ob-
ibat, uir ſapiens, eiectum eum ablegaſſet, cum præter modum hac libertate ni-
miſq; petulanter abuteretur, dicens, urbi nihil opus eſſe tali philoſopho. Quare
hoc quoq; de illo memorabile eſt, dum in ore erat omnibus, philoſophus pro-
pter dicendi libertatem, ac immodicam linguæ licentiam eiectus. Atenim iam
*Muſonius.* exactus oppido, cum Muſonio ac Dione & Epicteto conſuetudinem habuit,
*Dion.* cumq; aliis quotquot non diſſimili infortunio mulctatos eſſe nouerat. Ad ex-
*Epictetus.* tremum ita regreſſus in Græciam, modò probroſis dictis Elienſes impetebat, G
modò Græcos ut aduerſus Romanos arma ſumerent, ſolicitabat, modò uirum
induſtrium, & multa dignitate præditum turpiter inuadebat, propterea quòd
ille præter alia quibus de Græcis erat optimè meritus, etiam hac in re non uul-
garem præſtitiſſet Græciæ & opem & operam, quòd aquam in Olympiam de-
duxiſſet, ac primus populum ad feſtiuitatẽ confluere ſolitum, ſiti pereuntẽ ſub-
leuaſſet. In hunc ergo Peregrinus linguæ procacitate adductus, turpia uerba
euomere nõ ceſſabat, quaſi Græcos hac mollitie effœminaret: Oportet ſpecta-
tores Olympiorum ſitim fortiter tolerantes perdurare. Ac per Iouem nõ pauci
illorum mortem oppetebant, uehementibus morbis impliciti, interea propter H
loci ſiccitatem in magna & promiſcua multitudine emergentibus. His ita di-
ctis, de eadem aqua potare ſolebat, adeò ut propemodum ab omnibus accurrẽ-
tibus lapidibus fuiſſet obrutus, niſi tunc commodùm ad Iouis ſimulachrum ar-
repta fuga generoſus ille ſe cõtuliſſet, ac ita præſenti diſcrimini uitata morte ſe
ſubtraxiſſet. Cæterùm in proxima Olympiade orationem per quadriennium
quod interfluxerat, multa cura meditatam atq; compoſitam, ad Græcos habuit,
laudes eius qui aquam deduxerat, ac fugæ ſuæ tunc factæ defenſionem comple-
ctentem. Iam uerò ab omnibus certatim cõtemptus negligebatur, nec erat am-
plius perindè in precio & admiratione. Siquidem friuola & exoleta erant quæ I
moliebatur omnia, nec quicquam poterat amplius nouiter commentum aut
excogitatum producere, quod ſtuporem & admirationem incuſſiſſet acceden-
tibus, & quo ille ſibi dignitatem atque auctoritatem conciliaſſet, cuius ſub ini-
tium amore nõ dicendo extremè ambitioſus flagrabat. Ad extremum hoc te-
merarium & audax de pyra facinus commentus eſt, eáque de re in Græcorum
multitudinem ſermonem iam ſparſit, quòd ſtatim à prioribus Olympiis ueluti
in diem poſterum flammis ſemet ipſe traditurus eſſet. Et nunc hæc ipſa multis
adornat præſtigiis, ut fama eſt, eruenda foſſa, ligniſque comportandis, ac mi-
ram & inuſitatam tolerantiam promittendo. Erat uerò illi, ut mea fert ſenten-
tia, omnino mors expectanda, nullóque modo è uita profugiendum. At ſi im- K
mobili propoſito prorſus conſtitutum habet mortẽ cum uita commutare, con-
ſentaneum mihi uidebatur, ne hoc igne fieret, neque his quæ ſunt in tragœ-
diis, uteretur, ſed alia aliqua mortis permutatione, quum infinitæ ſint, electa, è
uiuis diſcederet. Quòd ſi tamen igne, tanquam re quapiam Herculea, tantope-
re delectatur, cur non potius per ſilentium electo quopiam monte multis arbo-
ribus conſito, in eo ſe ipſe concremauit ſolus, uno aliquo, cuiuſmodi eſt Thea-
genes, Philoctete aſſumpto? Ille autem in Olympia præſente magna homi-
num frequentia, non in tabernaculis ſe ſolum uidebit, alioqui haud indignus

exiſtens

A exiſtés per Herculem,ſicut par eſt homines parricidas ac impios malefactorum pœnas dare. Quin etiam nimium cunctanter ac ſerò illud facere uidetur,quem iam dudum oportebat in Phalaridis taurũ illapſum, dignum nefariis factis exhauſiſſe ſupplicium,nec tantùm ſemel in flamma hiſcentẽ ſubitò expirare. Etenim à multis hoc pro certo confirmari audio,nullam mortem eſſe uelociorem aut properantioré,quàm eam quæ per ignem illata fuerit. Solùm enim os aperiendum eſt,& ſtatim efflatur anima. Atqui & ille,ut opinor,eam quoque ſpectaculi dignitatem ſecũ uolutat in animo, rem uidelicet grauem & præclaram eſſe, ſacro in loco comburi,ubi ne ſepelire quidem alios morientes religioſum
B ducitur. Audiuiſtis enim,niſi fallor, quemadmodum iam olim quidam cupiens glorioſum & celebre apud poſteros nominis ſui monimẽtum relinquere, cum nullam aliam uideret ſibi relictam eſſe innoteſcendi rationẽ, Epheſiæ Dianæ templum abſumpſit incendio. Tale quippiam & hic ſecum molitur in animo. tanta gloriæ cupiditate tantùm non miſer ille contabeſcit. Sedenim aiunt illum hæc ipſa hominum gratia facere,ut eoſdem mortis contemptum doceat,ac in rebus arduis tolerantiam. Ego uerò perlibenter interrogarem nõ illum, ſed uos, nunquid etiã maleficos & facinoroſos eius diſcipulos fieri cupiatis in eiuſmodi tolerantia perdiſcenda,ac morte contemnenda,tum afflictionibus & cæ-
C teris terroribus fortiter perferendis? Atqui certè compertũ habeo iſta uos minimè uelle aut cupere. Quo igitur pacto hoc Proteus diſcernit, ut bonis tantùm hac in re ſit profuturus, nec malis & nefariis hominibus maiorem ad contemnenda pericula,& ſceleratiora audendi animũ additurus? Eſto ſanè ad hoc tantùm cõcurſuros eſſe,qui in optimam partem hanc rem ſaltẽ ſpectaturi ſint, proinde ego uos iterum rogabo: Cupitis ne liberos ueſtros illius æmulos fieri? Haudquaquã dicetis. Atqui hoc ipſum quærebam, num quis ex diſcipulis eius eundem imitaretur? Theagenem itaque in hoc quiſpiam iure optimo accuſare poſſit,quòd cum in aliis per omnia uiri æmulus eſſe ſtudeat,hac in parte tamen
D præcedentem præceptorẽ minus ſequatur,itérque cum eo faciat,ad Herculem, ueluti perhibẽt,abeunte,præſertim cum in breui poſſit ſummè ac omnibus numeris felix euadere, per præceps ſaltem in ignem illapſus. Neque enim in pera aut baculo, aut ſordido pallio circumferendo,æmulationis ſumma ſita eſt, ſed hæc extra periculum poſita ſunt, & imitatu facilia, & cuiuſuis hominis. Ipſum finem & caput æmulari conuenit,ingenti uidelicet pyra ex truncis ficulneis & maximè uiridibus congeſta,fumo ſemet præfocari. Siquidem ignis non tantùm Herculis & Aeſculapii proprium æſtimandum eſt,ſed ſacrilegorum quoque & parricidarum, quos iudicio condemnatos,hoc ipſo ſupplicio affici uidemus: ita
E ut longè præſtabilius eſſe putem, uobis fumo præfocatis oppetere. Hoc enim uobis tandem ut peculiare & proprium adſcribi poteſt. Alioqui etſi Hercules tale quippiam auſus eſt,doloris & morbi impatientia impulſus hoc fecit,dum à ſanguine Centaurico,ueluti teſtis eſt tragœdia,infectus abſumeretur. Cæterùm ille qua cauſſa incitatus ſe ipſum in ignem ferens præcipitat? Per Iouem ſcilicet ut animi tolerantiam hoc argumento notã faciat, non ſecus atque Brachmanes. Illis enim Theagenes præceptorem ſuum aſſimilare cõtendit. Quaſi uerò non etiam apud Indos inueniantur homines uecordes & ſtolidi, uanæq; gloriæ extremè dediti. Attamẽ quãdò ita fert animus,imitetur illos. Atenim illi ignem inſiliendi morem non habent, ueluti Oneſicritus claſſis Alexandrinæ guber-

nator ait,cum Indum ardẽtem,ſicut fama eſt,conſpexiſſet. Verùm poſteaquam F
congeſta atque incenſa pyra cõuenerint,propè aſſiſtentes immobiles lentè aſ-
ſari fortiter ſuſtinent. Deinde ingreſſi iuxta habitum,ardent,ne tantillum qui-
dem poſt accubitũ ſe auertẽtes. Cæterùm ille quid adeò magni aut præclari de-
ſignat facinoris,ſi illapſus ſuffocatur, à flammis ſubitò & uiolenter diſcerptus?
Neque enim eam,ut opinor, ſpem concepit in animo,ut ſemiuſtus ab igne re-
ſiliat,niſi hoc,quod à nonnullis audio,inſidioſe ſtruat,ut infrà quoque in foſſa
pyra profunda ſit. Sunt præterea qui illum transformatum iri confirment, eiq;
rei comprobandæ iam percenſent ſomnia, tanquam Iupiter conceſſurus nõ ſit
ut ſacer locus cæde contaminetur. Atqui eam ob rem planè ſecurus ſit animi. G
Ego enim iurare non dubito,nullum profecto deorum grauiter & indignè la-
turum, ſi Peregrinus malo & infelici fato peſſimè interierit. Sedenim neq; fa-
cile neque promptum iam illi eſt à propoſito regredi. Siquidem qui cũ illo ha-
bent cõſuetudinem,miſerum omnibus modis incitant, & in ignẽ compellunt,
non ſinentes eundem timore conſternari aut trepidare: quorum ſi duobus diſ-
cerptis in ignem incideret, ſolum hoc præclarè & cum multorum gratia face-
ret. Quinetiam hoc inaudiui,ſe amplius Proteum nominari nolle,ſed Phœni-
cem,quòd & Phœnix auis Indica iam ſummo cõfecta ſenio, pyram dicatur in-
ſcendere. Sedenim uana comminiſcitur mendacia,oracula quædam uetera per- H
cenſens,ac ſi deum quempiam noctis cuſtodem illum fieri oporteat. Ac iam nõ
obſcurè aras quoque deſiderare uidetur, aureisq; donariis ſe honoratũ iri pla-
nè ſperat. Et per Iouem haudquaquam abſurdum factu æſtimandũ eſt,ſi in tan-
ta ſtultorum hominum multitudine inueniantur etiam qui prædicare non ue-
reantur quòd per ipſum quartana ſint liberati,quódque noctu in dæmonẽ no-
cturnum inciderint. Porrò autem execrandi illius diſcipuli oraculum quoque,
ut opinor, & adytum iuxta pyram machinabuntur, propterea quòd & Pro-
teus ille Ioue natus,huius nominis propater, uaticinio celebris habitus eſt. Ne-
que teſtari dubito certò futurum confirmans,ut ſacerdotes quoque illi conſti- I
tuantur flagellorum,aut incendiorum,aut alicuius alterius rei monſtrificæ. Aut
per Iouem feſtiuitas illi nocturna ſacrificabitur,aut feſtum facibus iuxta pyram
celebrandum. Cæterùm Theagenes nuper,ut quidam mihi ex familiaribus re-
tulit,ait Sibyllam quoque ea de re iſta prædixiſſe. Et cur non ipſos percenſea-
mus uerſiculos?

» Aſt ubi iam Proteus Cynicos longè optimus inter,
» Per loca ſacra Ioui rutilum ſuccenderit ignem:
» Tunc omnes quotquot fructu ueſcuntur agrorum,
» Noctiuagum,ut iubeo,placate heroa colentes K
» Conceſſa Alcidæ ac Vulcano ſede propinquum.

Hæc quidem Theagenes ex Sibylla ſe audiſſe falſò prædicat. Cæterùm ego illi
Bacidis oraculum cõtrà memorabo. Ait autem ad hunc modum Bacis nimium
uerè uaticinatus:

» Poſtquam multiplici Cynicus cognomine Proteus
» In flammam ſeſe per præceps iecerit acrem,
» A furiis uanum propter compulſus honorem,
» Protinus occiſi,uiuum quicunque ſequuntur,
» Vulpicanes alios imitari fata decebit.

A At quicunque metu trepidus uitauerit ignem,
„ Quamprimum ſaxis populo lapidetur Achiuo:
„ Ne dum friget iners, nugas producat acutas,
„ Vſuram exercens, & plena & diuite pera,
„ In patria nummoſus habens ter quinque talenta.

Quid uobis uidetur uiri? nunquid Bacis deterior uiſus eſt uates eſſe quàm Sibylla? Sed iam tempus eſt admirandis illis diſcipulis Protei circunſpiciendi, ubi potiſſimùm ſemetipſos purgent in aërem. Hoc enim ipſi cõbuſtionem uocãt. Hæc cũ dixiſſet, certatim ab omnibus circũſtantibus ſuccłamatũ eſt, Cõburan-
B tur iam illico flammis digniſſimi. Ac ille quidem deſcendit ubertim ridẽs: porrò Neſtorem, nempe Theagenem, non latebat uociferatio, uerũ exaudito clamore uenit illico. Cúmque dicturus aſcendiſſet, magna uoce exclamauit, innumera mala de eo percenſens qui deſcenderat. Minimè uerò compertum habeo quódnam illi optimo nomen fuerit. Cæterùm ego relicto illo uociferatione ſe rumpente, abibam uiſurus athletas. Iam enim certaminum iudices & arbitri in circo eſſe dicebant. Et hæc quidem acta ſunt in Elide. Cum autem ueniſſemus in Olympiam, maior ibi multitudo aderat Proteum accuſantium, quàm eius inceptum laudantium, adeò ut non pauci illorũ conrixantes ad manus de-
C uenerint: donec progreſſus ipſe Proteus infinita hominum frequentia deduceretur, relicto à tergo præconũ certamine: ubi orationes quaſpiam de ſe ipſe habuit, nimirum quibus exercitiis uitam ſuam tranſegiſſet, quibúſque in periculis uerſatus fuiſſet, tum quantas & quàm duras difficultates philoſophiæ gratia per omnem ætatem pertuliſſet. Itaque multa eius generis erant, quæ ille diſſeruerat. Ego uerò ſaltem pauca quædam præ circunſtantium multitudine audiebam. Deinde metuens ne in tanta turba comprimerer, poſteaquam multos idem patientes cernerem, abii, longũ ualere iubens ſophiſtam ſemet perimentem, ſuiq; funeris epitaphium ante mortem recitantem. Sedenim tũc etiam hoc
D inaudieram. Dixerat enim, aureæ uitæ, auream quoq; ſe uelle imponere coronidem. Cõſentaneum autem eſſe, ut qui Herculeam uitam exegiſſet, Herculeam quoque mortem oppetens è uiuis diſcederet, aëriq; miſceretur. Ac eam quidem utilitatem, inquit, ſtatui præſtãdam eſſe hominibus, ut commonſtrem illis, qua ratione & mentis conſtantia mortis acerbitas reſpuẽda ſit. Itaq; oportet omnes homines mihi morienti Philoctetas præſtò eſſe. Iam qui imprudentiores erant ex illis, lachrymas profundebant, exclamantes: Serua te Græciæ ſaluum atq; ſuperſtitẽ. Cordatiores uerò uociferabantur: Perfice quæ facienda decreuiſti. Horum itaque diuerſo ſtudio ſenex non mediocriter perturbatus eſt, ſperãs omni-
E no ſe ab omnibus retentum iri quò minus in ignem ſe mitteret præcipitẽ, ſed inuitum & nolentem illis reſiſtentibus in uita ſe manſurũ. Ac ſanè cum præter ſpem atq; ſententiã accidiſſet, ut illi quæ arrogantia inductus facienda decreuerat, ea quoq; opere comprobãda forent, maiorem in modum expalluit. Cumq; iam mortui cadaueris ſpeciem uultu ac colore præ ſe ferret, per Iouem timore impendiò magis perculſus, ſubtrepidauit etiam. Ego uerò, ut opinor, iam quæris quãtum riſerim. Neq; enim commiſeratione mihi dignus uidebatur, homo ita miſerè ambitioſus, ita anxiè gloriæ cupidus ſupra omnes quotquot unquã hoc uitio laborauerunt. Nihilo ſecus tamen â multis ſtipatus deducebatur, ac gloriæ amẽti deſiderio in præceps rapiebatur, ſubinde oculos in multitudinem

admirantium reiiciens, ignarus miſer quòd eos quoque qui ad crucem duce- F
rentur, aut in carnificis manibus tenerentur iam occidendi, multo plures ſub-
ſequerétur. Finitis autem certaminibus Olympicis, quæ omnium pulcherrima
fuiſſe cognoui (iam enim quater præſens interfui) cū currus inopia laborarem,
multis diſcedētibus inuitus relinquébar. Cæterùm Proteus exitioſum ſibi ſpe-
ctaculum ſubinde protrahens, noctem demum poſtremum tempus ei rei deſti-
nauit, quando ſe ipſum eſſet concrematurus. Sub noctem itaq; mediam aſſum-
ptus à quodam familiari, cum è ſtrato ſurrexiſſem, conceſſi rectà in Arpinam,
ubi pyra erat. Ad id loci uiginti erāt ſtadia ab Olympia per Hippodromum ad
auroram euntibus. Quum primū uerò eò uentum eſt, offendimus pyram altè G
cōgeſtam, in profundum uerò ad magni cubiti altitudinem egeſtā. Crebræ fa-
ces præſtò erant, aridis inſuper ſarmentis & ſtipulis pyra erat intexta, ut quàm
primùm igne ſuſcepto in flammam erumperet. Poſtea uerò quàm luna exorta
eſt (oportebat enim & hanc huius pulcherrimi facinoris ſpectatricem adeſſe)
prodiit ille eo quo ſemper more ſolebat exornatus, ac cum illo reliqua Cyni-
corum multitudo. Hic generoſus quiſque ex patribus facem in manu tenens,
non ſegniter ſubminiſtrabat. Inſuper ipſe quoque Proteus face armatus ince-
debat. Mox aggreſſi alius aliunde admotis facibus maximum ignem ſuccende-
runt, nempe facibus & ſarmentis copioſo igni ſuppeditantibus. Ille autem (nūc H
uerò fac maximè attento ſis animo) depoſitis pera & pallio, ac baculo illo Her-
culeo, in extremè ſordido adſtitit amiculo. Deinde poſtulato thure, ut in ignem
ſpargeret, quidam illi porrexit: quo in ignem coniecto, & uerſis ad meridiem
oculis (etenim ipſe quoq; meridies ad huius tragœdiæ partē attinebat) ſic exor-
ſus eſt: O materni atque paterni dæmones, ſuſcipite me propitii. Quibus dictis
*Peregrini mors.* actutum in ignem inſiliit, nec amplius à quoquam uiſus eſt, ſed à flamma, quæ
multa erat, circumfuſus diſparuit. Iterū te optime Cronie, fabulæ cataſtrophen
ridentem uideo. Ego uerò maternos dæmones inclamantem per Iouem non
admodum accuſabā. At cum paternos quoq; inuocaret, recordatus eorum quæ I
de patris interfecti cæde dicta fuerant, riſum continere non potui. Porrò au-
tem Cynici rogum circunſtantes, nullas quidem profundebant lachrymas, cæ-
terùm ipſo ſilentio non uulgarem perturbati animi ægritudinem indicabant
ignem inſpicientes, donec unà cum illis affectus graueolētia, abeamus, inquam,
ô ſtolidi. Neque enim uoluptuoſum hoc eſt ſpectaculum, ſenem aſſatum uide-
re, præſertim cum ita malo odore omnium nares impleātur. An expectatis dum
pictor quiſpiam accedens uos depingat, quemadmodum in carcere iuxta So-
cratē ſocii depicti ſunt? His auditis illi indignabantur, & me conuiciis proſcin-
debant. A nonnullis quoq; illorum ad fuſtes concurſum eſt. Deinde uerò cum K
eſſem illis comminatus, me correptos per uim quoſpiam in ignem præcipita-
turum, ut præceptoris ſequantur ueſtigia, à cœpto deſtiterunt, & pacem ege-
runt. Ego autem à pyra regreſſus, equidem uaria meo cū animo, ô amice, uol-
uebam, identidem mecum reputans cuiuſmodinam res eſſet gloriæ ſitis & cu-
piditas, quippe qua ſola quoq; magni alioqui uiri & admirandi omnes ex æquo
caperentur, nedum hic Proteus, cuius omnis uita parum prudenter inſtituta, eò
tantùm tēdebat, ut aliis admirationi eſſet, & ſtupori, prorſus flammis non indi-
gni. Exinde multis occurrebam, & ipſis ſpectatum euntibus. Etenim exiſtima-
bant adhuc ipſum uiuum relictum iri. Siquidem & hoc priori die fama ſparſe-
rat,

A rat, tanquam ad ſolem orientem ſalutaturus, quemadmodum aiunt factitare Brachmanas quando pyram ſint inſcenſuri. Itaque multos illorum ab incepto itinere abſterrui, dicens omnem rem iam eſſe confectam, quibus ne hoc ipſum quidem dignum erat diligentia & ſi ipſum uidiſſent locum, ac nõnihil ab igne reliquiarum inueniſſent. Hic mihi, ô amice, infinita erant negocia, dum omnibus percenſeo quærentibus, & ſingula exactè indagantibus. Quoties ergo uideram eminentis auctoritatis & gratiæ uirum, illi omnem rem nudè & ſimpliciter ut acta erat, quemadmodum tibi, commemorabam. Cæterùm erga homines bardos & ſtupidos, & ad audiendum ſuſpenſo animo inhiantes, magnificis
B & tragicis uerbis efferebar, quòd poſteaquã pyra fuiſſet incenſa, & ſemet Proteus inieciſſet, facto ſub initium ingenti motu, cum horrendo concuſſæ terræ mugitu, uultur è flamma ſubuolans, rectà in cœlum iuiſſet, magna uoce humana dicens: Reliqui terram, in Olympum commigro. Illi his auditis obſtupeſcebant animis, ac adorabant perhorreſcentes: meq; interrogabãt, utrónam, ad auroram, an ad occaſum uerſus ſubductus eſſet uultur. Ego uerò quodcunque fortè ſuccurrebat, reſpondebam illis. Porrò ubi ad frequentem hominum celebritatem ueniſſem, in uirum canum incidi, & per Iouem, quãtum ad uultum & barbam, & reliquam grauitatem attinebat, quantiuis precii, qui cum alia de
C Proteo circunſtantibus percenſeret, etiam hoc adiecit, quòd eum poſteaquam combuſtus eſſet, aliquanto antè in ueſte candida uidiſſet, ac nunc eundem hilarum in porticu Heptaphono, hoc eſt, ſeptem uocibus perſtrepente, obambulantem reliquiſſet, oleaginis ſertis coronatum. Ad extremum ſuper omnia addidit etiam uulturem, perſanctè deierans quòd ipſi ex pyra ſubuolans fuiſſet conſpectus, quem ego paulò antè uolantem dimiſeram, in hoc, ut hominum ſtolidorum & ſtupidorum mentem dementaret atq; deluderet. Conſidera uerò reliqua, quæ propter ipſum (ut ueriſimile eſt) breui euentura ſint. Qualéſnam apes locum non ſunt frequentaturæ? Quæ uerò cicadæ non acceſſuræ?
D Quæ cornices non aduolaturæ, quemadmodum ad ſepulchrum Heſiodi, & ſimilia? Sedenim imagines quoque ab ipſis Elienſibus reliquíſque Græcis miſſas eſſe confirmabat. hoc profectò ſat ſcio, breui non paucas erectũ iri. Aiunt præterea omnibus ferme ciuitatibus celebrioribus ipſum ſcriptis epiſtolis miſiſſe teſtamenta quædam, & exhortationes ac leges: ac quoſpiam propter hæc ipſa legatos ex familiaribus elegiſſe, funeris ſui nunciis & curſoribus declaratis. Hic finis uitæ fuit infelicis illius Protei, uiri, ut breui oratione cuncta perſtringam, qui ad ueritatem nunquam reſpexit: propter gloriam uerò & hominum laudem aucupandam, omnia ſemper & dixerit & fecerit, adeò ut in
E ignem quoque ſe per præceps ſaltu miſerit, quando laudum titillatione haudquaquam amplius perfuncturus erat, quippe quas mortuus ſentire nõ poterat. Vnum adhuc ſi addidero, uerborum finem faciam, ut abunde habeas quod rideas. Siquidem illa iam olim noſti, quippe quæ ſtatim ut ex Syria domum ueni, ex me denarrante audiſti, ut à Troade unà cũ illo nauigarim, præter alias quas exercebat inter nauigãdum delicias, etiam puerum formoſum perſuaſit ut Cynicæ ſectæ ſe addiceret, uidelicet ut eſſet etiam illi Alcibiades. Et quemadmodum cõterritus ſit ſub noctem in medio Aegæo, oborta caligine, magnisq; fluctibus inſurgentibus, utq; cum mulieribus turpiter eiularit admirandus ille, uiſus ſibi potior eſſe, quàm ut morte oppetere debeat. Atqui aliquãto antè quàm

diem ſuum obiit,ante nouem ferme dies plus quàm fat erat,ut opinor,cũ auariter deuoraſſet, ſub noctem uomuit,ac febricula ualde uehementi ſubitò correptus eſt. Hæc mihi Alexander medicus denarrauit;accerſitus in hoc,ut eum inſpiceret. Ait ergo ſe illum ſemet humi uoluentem deprehendiſſe,æſtuantem morbum perferre non ualentẽ,ac frigidã ualdè deſideranter poſtulãtem:ſe uerò non dediſſe. Dicebat quoque ſtrã ad illum dixiſſe ſeſe:quòd ſi prorſus mortis amore & cupiditate teneretur;ipſam ultro breui ad ianuam eſſe uenturam, ita ut ignis ſibi ſuperuacaneus ad hanc maturandam eſſe uideretur. Ad quæ ita reſpondiſſe Proteum aiebat: Atqui haudquaquam perinde celebris & glorioſa oppetendæ mortis futura eſt ratio,cũ omnibus communis ſit. Hæc quidẽ Alexander. Cæterùm ego quoque illum nõ ita multos ante dies unctum conſpexi, quemadmodũ præ pharmaci amarulẽtia fleuerit. Vidẽsne ut non omnino Aeacus cæcutientes ſuſcipiat? Non abſimile ſiquis iamiam in crucem aſcenſurus,digiti uulnuſculo medeatur. Quid tibi facturus fuiſſe uidetur Democritus,ſi horum ſpectator contigiſſet? Nunquid pro dignitate uirũ deriſiſſet? Et unde tantus miſero riſus ſuppetiſſet ? Proinde,amice, ride & tu ipſe, ac tum maximè & effuſiſſimè,quoties alios eundem admirantes audieris. G

## FVGITIVI, Bilibaldo Birckheimero interprete.

H

### ARGVMENTVM.

*Rurſum inuehitur hoc dialogo* Lucianus *in* Philoſophos,*quos ſub fugitiuorum nomine non ſolùm ipſos per ſe homines facinoroſos ac perditos pleroſque oſtendit, uerumetiam à turpibus principijs, nullis honeſtis ſtudijs,nulla diſciplina inſtitutos,ſed ſolùm uentris & ocij gratia,quò cum maiori ignauia ac ſecuritate, libidini atque alijs uitijs inſeruire poſſint,ad hanc profeſſionem prorumpere docet. Fingitur autem* Iupiter *cum* Mercurio *de eo quod nuper in* Olympijs *circa* Proteum *acciderit,ſermonem habere(quæ occaſio dialogo eſt) atque ibi inter narrandum* Philoſophiam *aduenire, multa querentem ac deteſtantem de moribus et uitijs recentiorum ac nuper natorum* Philoſophorum, *ut qui non ipſi modò nihil dignum hac profeſſione agant aut tractẽt, uerumetiam iniuriam ac fraudes,quibus alios circumueniant, ſub hoc ſpecioſo titulo tegant:expoſita interim prima origine, qua de cauſſa* Philoſophia *primùm in terras à* Ioue *demiſſa fuerit, qui homines philoſophari primùm cœperint,& quale poſtremũ hoc hominũ genus ſub hac profeſſione ſeſe uenditare ſoleat.Qua querela* Iupiter,*pro eo ac par erat, commotus,* Mercurium & Herculem *unà cum* Philoſophia *ad puniendos huiuſmodi impoſtores demittit,qui, ducente* Philoſophia, *in* Thraciam *deueniunt,atque ibi fugitiuos quoſdam ſeruos, philoſophorum nomine ſeſe tuentes, & quandam* Laconici *cuiuſdam uxorem, libidinis cauſſa ſecum circumferentes, indicante & adiuuante ad hoc etiam* Orpheo *poeta,comprehendunt, & malè multatos dominis ſuis in ſeruitutem reſtituunt.* Vtrum *autem ex uero aliquo facto occaſionem argumenti huius* Lucianus *traxerit,incertum eſt: loci certè ac nominis mentio, quam ille ſubobſcure facit, tale aliquid innuere uidentur.* Et *fuere illis tum temporbus præter* Epictetum & Menippum,*de quibus notũ eſt,et* Macrobius *quoque libro* Saturnalium primo *meminit,etiam alij quidam, qui à ſeruis ad philoſophiam progreſſi ſunt, quorum haud dubiè nonnulli non tam uirtutis ſtudio,quàm ignauiæ & ſecuritatis gratia, quemadmodum & noſtra ætate non paucos uidimus,ad hoc uitæ genus excitati fuere.* I

K

### Interlocutores,Apollo,Iupiter,Philoſophia,Hercules,Mercurius, Viri,Dominus,Orpheus,Fugitiuus,Maritus.

APOL. VEráne quæ dicũt, Pater, quôd in ignem quidã ſe ipſum corã Olympiis iniecerit,homo iam ſenex,nec ingeneroſus ad talia præſtigiator? Siquidem ita nobis Luna retulit,ſe illum ardentẽ uidiſſe dicens.IVP. Et admodum uera,ô Apollo, atque utinam nunquam facta fuiſſent. APOL. Num adeò bonus ſenex erat,& indignus qui in igne periret?IVP.Et illud forſitan. Cæterùm multam me tum memini inſuauitatẽ, ob nidoris,qualem ab toſtis humanis corporibus exhalare par eſt,fœtorẽ pertuliſſe. etenim ni confeſtim

A confeſtim in Arabiam,ut habebam, diſcedens abiiſſem, ob fumi,certè ſcias,fœditatē periiſſem:& tamen in fragrantia tāta, aromatumq; copia, necnon thuris abundantia, uix mihi nares odoris obliuiſci, & graueolentiam illam dediſcere uolebant:ſed & nunc cum tantùm recordor,quaſi nauſeo. APOL. Quídnam ô Iupiter, uolebat cum ita ſe ipſo abuteretur? aut quódnam inde bonum, ſi in rogum incideret,ac carbonatim deflagraret?IVP. Atqui fili,nonne in hoc Empedoclem ante ipſum criminari uideris,qui in Sicilia & ipſe in cratēras inſiluit? APOL. Melancholiam quandam moleſtam dicis. Cæterùm iſte quānam tandem deſiderii cauſſam habebat? IVP. Ipſius tibi ſermonem referam,quem co-
B ram Panegyri, cum mortis genus defenderet, habuit. dicebat enim,ſi memini. Sed quænam eſt iſta quæ accelerans aduentat, perturbata,lachrymans? magna uidetur iniuria affecta. Atqui Philoſophia eſt,ac nomen meum,ſe ipſam deplorans ærumnis plena, inuocat. Cur filia lachrymaris?aut cur uitā relinquens adueniſti? num tibi rurſus Idiotæ,ut olim, ſtruxere inſidias,cum Socratē ab Anyto accuſatum interfecere?ideóne illos fugis?PHI. Nil tale,ô pater,uerùm turba illa ingens me laudat,honoreq; dignam cenſens ueneratur, & tantùm nō adorat,tametſi non admodum quæ dico intelligat. Hi uerò,quónam modo dicam? familiares, & qui ſe amicos eſſe aſſerunt,ac nomen meum induêre,illi me gra-
C uiſſimè læſerunt. IVPIT. Philoſophíne tibi inſidias quaſdam ſtruxere? PHI. Minimè,pater. nam & illi pariter mihi iniuria ſunt affecti. IVPIT. A quibus igitur iniuriam perpeſſa es, ſi nec Idiotas,neque philoſophos incuſas? PHIL. Sunt nonnulli,ô Iupiter,inter multitudinem & philoſophantes medii, forma, aſpectu & inceſſu nobis ſimiles,hisq; ornati. hi mihi ſubeſſe gloriantur,ac nomen noſtrū præ ſe ferunt,diſcipulos, ſectatores ac cōtubernales ſe noſtros eſſe dicentes:at uita eorum ſceleſtiſſima, ignorantia,temeritate & petulātia penitus eſt referta: nobis iniuria haud parua. ab illis ô pater iniuria affecta profugi. IVP. Moleſta hæc, filia. uerùm qua re potiſſimùm te læſere? PHIL. Conſidera pa-
D ter,num parua. etenim cum uidiſſes humanā uitam iniquitate & iniuſtitia plenam, tanquam ignorantia & uiolentia agitatam, & perturbatam,tu rerum humanarum, quòd tanta caligine conflictarentur, miſeratus, me in terram demiſiſti, iniungens ut omnem adhiberem diligentiam, quò homines à uiolentia & mutuis deſinerent iniuriis,ac non beluarum ritu uiuerent,ad ueritatémque reſpicientes,pacatius inter ſe degerent. Dicebas etenim cum me demitteres,quæ nam homines agunt, qualitérque,ô filia,ob ignorantiam ſint affecti,tute quoque cernis. Ego uerò,quoniam eorum me miſeret,te,quam ſolam tātis erroribus mederi poſſe arbitror,ex omnibus nobis elegi, ac ut illos cures,demitto.
E IVP. Noui,multa talia tum dicebam:at tu iam dicere perge quomodo ſub initium te deuolantem homines ſuſceperint,& quæ nunc ab ipſis pertuleris. PHI. Perrexi igitur pater,non confeſtim ad Græcos, ſed quod longè mihi difficilius opus eſſe uidebatur, Barbaros uidelicet inſtituere & docere,hoc primū aggrediendum eſſe cenſebam. Intermiſſis igitur Græcis, tanquam qui facilè ſubigi poſſent,ac celeriter,ut putabam, frenum ſuſcepturi, iugóque collum ſubdituri forent,ad Indos primô moui,gentem omnium quæ uiuunt,maximam:illíſque haud grauatè perſuaſi, ut ab elephantis deſcendentes,mecum conuerſarentur: quemadmodum Brachmanes, felix hominum genus, Nechræis & Oxydracis finitimi,qui omnes mihi ſubduntur, ac noſtris uiuunt inſtitutis,ac omnibus

*Qui primi philoſophari cœperint. Brachmanes.*

*Gymnoſophiſtæ.* circumhabitantibus honorati,mortisq; genere moriuntur admirando.IVPIT. F
Gymnoſophiſtas dicis:de quibus inter cætera & hoc audio,quòd in rogum ingentem aſcendentes, ſponte comburuntur,minimè uel forma aut cathedra excidétes.ſed nihil magni hoc.nam & ego nuper in Olympiacis ſimile quiddam fieri conſpexi.quin & te cū ſenex conflagraret,adeſſe decuiſſet.PHI. Haud ad Olympia,pater,aſcēdi,execrandorū illorum quos dicebam,metu,quoniā multos eorum abire uidi, tanquā concilio maledicerent,latrantesq; domus poſteriora clamore implerent:ita ut nec illum quemadmodum occubuerit uiderim.

*Aegyptij.* Poſt Brachmanes igitur confeſtim in Aethiopiam,inde in Aegyptum deſcendi,& cum ſacerdotibus & prophetis illorum congreſſa ſum.Quos cum diuina G

*Chaldæi. Scythæ. Thraces. Græci.* docuiſſem, in Babylonem perrexi, Chaldæos & Magos initians. Inde in Scythiam,poſtea in Thraciam, ubi Eumolpus & Orpheus mecum congreſſi ſunt, quos etiam in Græciam præmiſi,Eumolpū quidem ut Græcos initiaret(etenim cuncta diuina à nobis didicerat) Orpheum autē ut in cantando muſica eos cogeret:quorum ueſtigia confeſtim inſecuta ſum:ac ſub initium cū ueniſſem,non admodum Græci me amplectebantur,nec tamen penitus excludebant. Paulatim uerò cum eis conuerſata,ſeptem ex omnibus amicos & diſcipulos collegi, & alium ex Samo, alium uerò ex Epheſo, ex Abdera quoque alium, omnino

*Sophiſtæ quales,& unde.* paucos.Quibuscum Sophiſtarum genus,neſcio quo pacto,mihi ſubpullulauit, H neq; mea abſolutè æmulans,nec tamen penitus diſcrepans,ſed tanquā Hippocentaurorum genus,compoſitum quid,& mixtū, in medio ſuperbiæ & philoſophiæ errans,neq; ignorantiæ finē imponens,neq; fixis oculis nos intueri ualens,ſed tanquā hebetudine cæcutiētes,obſcurū quid, & dubiam noſtri imaginem umbrámue quandoq; cernens, nihilominus tamen exactè cuncta ſe noſſe exiſtimat. Hinc illa inutilis & ſuperuacanea apud eos ſapiētia,& ut ipſi arbitrātur,inexpugnabilis,accenditur: arrogātes quoq; & dubiæ,necnon abſurdæ reſponſiones: inextricabiles præterea & labyrintheæ interrogationes. Quòd ſi ab amicis meis prohibentur & redarguuntur,indignantur,ac contra illos con- I
ſpirant, tandemq; in ius rapiunt, & ad cicutam bibendam tradunt. Et quanuis fortaſſe tū confeſtim fugere,nec amplius eorum cōuerſationem tolerare oportuiſſet:Antiſthenes tamen,& Diogenes,ac paulò pòſt Crates,Menippus quoque,mihi,ut parumper diſceſſum meum differrē,perſuaſere:quod utinam nunquam factum eſſet.non enim tanta poſtea fuiſſem perpeſſa. IVP. Sed nondum mihi,ô Philoſophia,enarras quemadmodum iniuria ſis affecta,uerùm tantummodo indignaris.PHIL.At qualiter,nunc,ô Iupiter,audi:Sceleſtum quoddam hominum genus eſt,& ut plurimū ſeruile ac mercenarium, haud nobiſcum ob negociorum multitudinem à pueris cōuerſatum.ſeruitutem enim ſeruiuit, aut K
ſub mercede operam locauit,aut alias artes exercuit,quales par eſt homines tales addiſcere,coriariam,fabrilem,fullonicam,aut lanam excutere,ut mulieribus ſit accommoda,& ad filandum apta,ductilisq;,cum illæ tramam uertunt,uel liciū circunuoluunt. talia igitur in puerili exercentes ætate, nec nomen cognouere noſtrum. Poſtquā uerò annos uiriles ingredi cœpere,ac reuerentiā quæ à quamplurimis amicis exhibetur meis,conſpexerunt, quemadmodumq; homines loquendi eorum libertatem tolerant,& correpti gaudent,ac conſulentibus obtemperant, increpantes denique formidant: hæc omnia tyrannidem haud paruam eſſe arbitrabantur. Verùm addiſcere quæ profeſſioni huic cōueniunt,

longum

A longum erat,ſeu potius impoſſibile ualde:artificia uerò tenuia,& quæ uix cum ſummo etiã labore neceſſaria ſuppeditare poſſent:nonnullis etiã ſeruitus moleſta,& quomodocunq; erat,intolerãda uidebatur.Re igitur diligẽter perpenſa,ancoram nouiſſimam,quã nauigãtes ſacram appellant, uiſum eſt demittere. ad optimã itaq; ſocordiam declinantes, audaciam quoq; & ignorantiam ac impudentiam in auxilium aduocarũt,quæ potiſſimùm cum eis in certamen irent. Conuicia præterea noua excogitarũt,ut prompta eſſent,ac ſolas decertationes has in ore haberent. Qualiãnã ad philoſophiã cernis uiatica? proinde & formæ ſtudent,ac oppidoquam eleganter ſe exornant, planeq; ita mecũ agunt,quem
B admodum Aeſopus Cumanum illum aſinum feciſſe refert,qui cum leoninam induiſſet pellem,& aſperè derudiſſet,ſe quoq; leonem eſſe uideri cupiebat: & erant fortaſſis nonnulli qui ei crederent. Noſtra uerò admodum,ut noſti, ſunt facilia,& ad imitãdum leuia(de externis loquor)haud enim magni eſt negocii, uel ueſtem ſibi tritam circundare,aut peram collo ſuſpendere,ſeu lignũ in manibus geſtare,uel uociferari,aut potius rudere,ſiue latrare,ac omnibus maledicere. Equidem ſecuritatem,quòd nihil ob talia paſſuri eſſent,formæ reuerentia præſtare tenebatur. Libertas uerò etiam inuito domino prompta.qui ſe cõprehenſos abducere conabatur, baculi experiebatur uiolentiam. Cæterùm farina
C non amplius pauca, neq; placẽta ut antea tenuis,obſonia uerò nequaquam ſolita,cepéue agreſte,ſed carnes omnifariam,& uinũ quod ſuauiſſimum:quin & aurum cũ uolunt,paratum.etenim circumerrantes tributũ colligunt,uel ut ipſi dicũt,pecora detondent,multosq; dare exiſtimant uel habitus ueneratione,aut metu ne malè audire cogantur. Siquidem & hoc quoq;,ut arbitror,præuidere, quò ex æquo inter rectè philoſophantes collocarẽtur,nec eſſet qui talia diſcerneret & diiudicaret, ſi tãtùm exteriora eſſent ſimilia, quandoquidẽ nec principium redargutionis ſuſtinent:ueluti ſi dicatur,quis ille ſic ornatus,& tã repentẽ?ſed cõfeſtim clamitant,& ad eorum arcem, maledicentiã ſcilicet,cõfugiunt,
D lignúmque promptum eſt. Proinde ſi opera quæris, ſermones multi. quòd ſi à ſermonibus iudicare uelis,uitam conſiderandã eſſe cenſent. Tali igitur impoſtura ciuitas repleta eſt uniuerſa,& maximè ſub Diogenis,Antiſthenis,& Cratetis titulo, necnon canũ prætextu. Cæterùm quod natura optimũ eſt in canibus,ueluti cuſtodia,uel domus tutela, aut herilis amor, ſiue memoria, minimè imitantur,uerũ latratu,guloſitate,rapina, uenereis,crebris adulationibus, dantium blanditiis, menſarum deniq; frequentatione, his perquam diligenter elaborant. Atqui paulò pòſt quónam hæc euadant,uidebis.omnes enim ex officinis exilientes,artes relinquent deſertas,cum cernunt ſe laborantes,& operibus
E deſudantes,ab aurora ad ueſperum uſq; defatigatos, uix tamen mercede tali uitam ſuſtentare poſſe:ſegnes uerò & ſubdolos homines,abunde in omnibus uiuentes, tyrannicè quidem poſtulantes, ac promptò accipientes,& cum nõ acceperint,indignantes,neq; ſi acceperunt,laudantes.hoc Saturnium eis uidebitur ſeculum,ſponteq; mel ipſum ex cœlo in ora influere. Proinde res minus eſſet moleſta,ſi cum tales ſint, nulla alia nos afficerent iniuria. Nunc uerò cũ admodum caſti & ſeueri ab extra & in publicis appareant, ſi puerum nacti fuerint formoſum,uel mulierem ſpecioſam, aut quid ſilẽtio dignum ſperant,qualiãnã faciunt? Nonnulli uerò & hoſpitum ſuorum adulterantes uxores abducunt, Ilienſis illius iuuenis inſtar, tãquam & ipſæ quoq; philoſophaturæ eſſent,

Inde cõmuniter illas uniuerſis coeuntibus proſtituentes, Platonis ſe legem im- E
plere arbitrantur, haud intelligentes quo pacto ſacer ille mulieres communes eſſe debere cenſuit. Quæ uerò in conuiuiis agunt, quemadmodum inebriẽtur, longum eſſet recenſere: & hæc faciunt, quomodo putas, dum ipſi ebrietatem, adulteria, luxuriam, & auaritiam reprehendunt. Nil igitur magis inter ſe inuenies contrarium, quàm illorum ſermones & opera: quemadmodum cum adulationem odio habendã aſſerunt, & tamen adulandi gratia gnathonicã uel aſſentationem ipſam exuperent. Alios uera loqui hortantur, cũ ipſi nec linguam niſi mentiẽdo mouere poſſint. Voluptates omnibus ſermone inimicæ, Epicurusq; hoſtis, opera uerò omnia propter illas patrare audent. Iræ præterea uehe- G
mentia, leuiſſimarumq; rerum perturbatione, necnon indignationis facilitate, etiam nuper genitos infantulos ſuperant. Non paruum igitur riſum ſpectatoribus mouẽt, cum quouis etiam fortuito caſu adeò illis ira ebullit. Colore autem liuidi uidentur, impudens quid & abominabile præ ſe ferentes. Os uerò ſpuma uel potius ueneno eſt refertum: ne tu illic cum fœda illa euomitur illuuies, deprehẽdaris, caue. Proin aurum uel argentũ, Hercules, neque poſſidere dignantur. obolus ſufficit ut lupinos emant. nã potum fons ſeu riuus ſuppeditabit. At paulò pòſt non obolos uel drachmas paucas, ſed totas poſtulant diuitias, adeò ut mercator quiſpiam tanto impleri onere poſſet, quantum illis ad quæſtũ Phi- H
loſophia confert. Inde poſtquam ad ſatietatem uſque corraſere, ac frumentati ſunt, infelicem illam abiicientes lacernam, agros nonnunquam, ac ueſtes molles, pueros quoque cincinnatos, necnon inſtructas domus totas emunt, Cratetis peræ, Antiſthenis lacernæ, ac Diogenis dolio, longum ualere dicentes. Talia cum idiotæ cernunt, Philoſophiam iam cõſpuunt, omnesq; tales eſſe arbitrantur, ac doctrinam meam reprehendere non deſinunt, adeò ut longo iam tempore impoſſibile mihi fuerit uel unum ex eis conciliare: ſed planè Penelopes illud patior. etenim quantũ ego texo, tãtum rurſus eueſtigio diſſoluitur. Ignorantia uerò & Iniuſtitia, cũ opus noſtrum inextricabile, laboremq; cernunt ina- I
nem, minimè à riſu temperant. IVPIT. Proh ô dei, qualia nobis Philoſophia ab execrandis illis perpeſſa eſt? quapropter cõſiderandi tempus adeſt, quid faciundũ, uel quo pacto è medio ſint tollendi. Cæterùm fulmen eos iaculatione unica, morsq; auferet cita. APOL. Ego tibi pater aurem uellam. nam & ipſe iam arrogãtes, & à Muſis alienos, Muſarum gratia indignatus, odi. fulmine ſiquidem aut tua dextra minimè illi digni ſunt. Mercurium autem, ſi uidetur, pœnę exactorem ad illos demittemus. is, tanquam qui & ipſe inter diſciplinas uerſatur, celerrimè eos qui rectè philoſophantur, & qui minus, cognoſcet: dein hi quidem, ut par eſt, laudabuntur, illi uerò quemadmodũ ex tempore uidebitur, ple- K
ctẽtur. IVPIT. Rectè dicis Apollo. ſed & tu Hercules, unà Philoſophiam ipſam pariter ducentes, properiter in uitam abite, certamenq; decimumtertium iſtud, nec paruum, te abſoluere putato, ſi tam ſceleſta & impudentiſſima extirpaueris animalia. HER. Atqui pater Augiæ fimum repurgare præſtaret, quàm cum talibus manus conferre. eamus tamen. PHI. Inuita quidem: ex patris tamen ſententia ſubſequendum eſt. MER. Deſcendamus, quandoquidem haud paucos ex illis hodie cõteremus. Cæterùm ô Philoſophia, quónam tendere oportet? tu enim ubi uerſantur, noſti. an perſpicuum eſt quòd in Græcia? PHI. Minimè, niſi admodũm pauci, qui rectè ô Mercuri philoſophantur. Illi uerò Attica haud in-

digent

A digent paupertate,ſed ubi auri & argenti eruitur copia,ibi nobis ſunt quærendi. MERC. Nunquid igitur confeſtim in Thraciam abeundum? HERC. Bene dicis. ego uos in uia deducã. nam cuncta Thracum, utpote qui ſæpius illuc acceſſerim,cognoui.& nunc huc mihi flectatis. MERC.Quónam dicis? HER. Videtísne Mercuri & Philoſophia,montes duos maximos,omniumq; pulcherrimos? maior Hæmus eſt,oppoſitus uerò Rhodope:at campus interiectus,perquam fertilis,ab utriuſque confeſtim radice ſe pandens,& colles quoſdam tres perpulchros aſſurgentes,minimè aſperitate deformes, tãquam ſubiectæ ciuitatis arces uarias. & iam uobis ipſa apparet. MERC. Ita per Iouem ô B Hercules, maxima,& omnium formoſiſſima. etenim à longè illius reſplendet pulchritudo.quin & fluuius quidam maximus præterlabitur, opportunè illam alluens. HERC. Hebrus eſt,ciuitas uerò Philippi illius opus: proin nos iam contege,nebuláque inuolue,ut bona deſcendamus fortuna. MERC.Ita fiet. Cæterùm quid facere oportet ut animalia indagentur? HERC.Hoc quidem tuum iam Mercuri opus. nam præco es. ne igitur præconium enunciare cunctaris. MERC. Haud difficile hoc, uerùm illorum nomina ignoro. tu igitur Philoſophia,quo nomine ſint appellandi,inſuper & ſigna profer.PHI.Sed neq; ipſa manifeſtè quínam uocentur noui, quoniam nullum mihi cum his conſor- C tium. Cæterùm nõ aberrabis ſi eos à poſſidendi deſiderio,uel Poſſidonios,aut Poſſidippos,ſeu Poſſicleos, uel Poſſitũdos,aut Poſſidoros nominaueris.MER. Bene dicis. ſed quínam hi ſunt qui & ipſi circunſpectant? atqui accedunt, & quid loqui uelle uidentur.VIRI.Poteſtís ne ô uiri, uel tu optima,nobis indicare,num ternos pariter uideritis præſtigiatores, ac mulierem quandam Laconicè corpus ornatam,aſpectu maſculo,ac penè uirili?PHI.Papæ! hi noſtra quærunt.VIRI.Quomodo ueſtra? etenim Fugitiui illi omnes: nos uerò præcipuè mulierem pro mancipio ab eis abductam deſideramus.Intelligetis autẽ cúrnam ipſos quæramus. MERC. Igitur pariter enunciemus præconium. Num quis D mancipium Paphlagonicũ,ex Sinopenſibus barbaris,nomine tale,quale à poſſeſſionibus imponitur,perpallidum, corpore hirſutum,barba horridũ,pera inſtructum,lacerna indutum,iracundum,ineruditum,uoce aſperum,maledicum, ſub imaginaria libertate uiuens,indicare poteſt?DOMINVS.Noui,heus tu, quod prædicas mancipiũ.Illi enim apud me Scarabeus nomen erat,caluaſtrum: barbámque uellebat,& artem meam nouerat.in fullonia enim ſedens officina, flocculos abradebat,qui ex ueſtimẽtis ſuperflui pullulabãt.PHI.Ille ipſe ſeruus tuus eſt,ac nunc philoſopho ſimilis uidetur,ac perbellè ſeipſum fullonia expoliuit.DOMINVS.Proh audaciam,Scarabeus philoſophari dicitur? VIRI.De E nobis uerò nullus ſermo.MER.Atqui omnes inueniemus,quoniam,ut aiunt, indifferenter cum muliere concumbunt.PHI.Sed quíſnam ô Hercules ille alter eſt,qui contrà tendit,pulcher,& citharam geſtans? HERC. Orpheus,qui mecum Argos nauigauit, omnium nautarum iucundiſſimus. Nam ad cantum ſuum remigantes, nullatenus laborabamus. Salue optime & perquam canore Orpheu,qui nullibi unquam Herculis oblitus es. ORPH. Nequaquam,ſed & Philoſophia,Hercules,& Mercuri ſaluete.ſed tempus eſt ut mihi præmium indicii perſoluatis.ego enim planè quémnam quæratis,noui.MERC. Nónne igitur,Calliopes fili, ubínam ſit,monſtrabis? cum enim ſapiens exiſtas,minimè ut arbitror,auro indiges. ORPH. Rectè dicis.proin ego uobis dogmum quam

*Thraciæ hypotypoſis.*

*Philippi ciuitas.*

inhabitat,oſtendero, ipſum uerò minimè,ne malè ab eo audire cogar. ſummè F
enim ſceleſtus eſt,ac uni huic rei ſtudet. MERC. Oſtende ſolùm. ORPH. En
proxima hæc. ego uerò,ne ipſum uideam,è pedibus uobis abeo. MERC. At-
tende,an non mulieris uox eſt,Homeri quid connectentis? PHI. Ita per Iouem.
ſed quidnam dicat,audiamus.

FVG. Non minus ille mihi eſt hoſtis,quàm ianua Ditis,
Aurum mente colens,uerbis contraria ſentit.

* Scarabeus. MER. Nonne igitur cantharus * tibi odio habendus,qui
Praua gerens hoſpes,quanuis ſimularet amicum?

MARIT. De me carmen hoc,cuius uxorem G
Abduxit fugiens,fuerat qui acceptus amicè.

FVG. Ebrius,atque canis facie,ſed pectore ceruus,
Conſilio ignauus,ſed longè ignauior armis,
Therſites uecors,prauarumq; optima pica,
Regibus illicitè & fruſtra contendere ſuetus.

DOMI. Iure execrandi carmina hæc.

FVG. Ante canis,retroq; leo,medioq; chimæra,
Impetum exhalans grauiter trinicanis acris.

MARI. Hei mihi uxor, qualia à tot perpeſſa es canibus? quin ipſam ex ipſis H
concepiſſe ferunt. MERC. Confide, Cerberum tibi quendam aut Geryo-
nem pariet,ut Hercules ille rurſus alium habeat laborem. Sed obuiam pergunt,
ita ut fores pulſare neceſſe non ſit. DOMI. Teneo te Scarabee? ſiles iam,age
uideamus quid tibi pera contineat, lupinos forſitan, uel panis fruſta. MERC.
Minimè per Iouem,uerùm zonam auream. HERC. Ne mireris. nam ſub ini-
tium in Græcia ſe Cynicum eſſe dicebat,hic autem planè Chryſippeus eſt: igi-
tur non diu poſthac Cleanthem ipſum uidebit. à barba etenim,cũ tam ſceleſtus
*ληκυθίων. ſit,ſuſpẽdetur. DOMI. Tu uerò ô ſcelerate,nonne Doliolum* fugitiuus meus
*ληκυθίων. exiſtis? certè,non alius. proh riſu digna res! quid dehinc haud fiet? & Doliolum* I
quoque philoſophatur. MERC. Nunquid tertius ille domino caret? DO.
Minimè,uerùm ego dominus ſponte in rem malam ipſum dimiſi. MERCV.
Quamobrem? DOMI. Quoniam teterrimè fœtet,nomine uerò Odoriſpirum
appellabamus. MERC. Hercules malorum depulſor, audisne? dein pera &
baculum. Atqui tu uxorem recipe. MARI. Minimè,quandoquidem nec ſi mi-
hi libellum ex ueteribus in utero geſtaret, reciperem. MER. Quo modo libel-
lum? MAR. Aliquid eſt uir optime,triceps libellus. MERC. Haud abſurdè,
quandoquidem ex Comicis trigaleatus quidam. HERC. At dehinc tuum eſt
iudicare. MERC. Ita mihi uidetur,mulierem hanc, ne monſtrum aut multica- K
put pariat,retro in Græciam ad uirum reuerti debere, & fugitiuulos hos duos
*ληκυθίων. dominis reddi, ut diſcant quæ antea: Doliolum* quidẽ ſordidos abluere pan-
niculos,Odoriſpirũ autem rurſus ueſtimẽta reſarcire lacera,malua tamen prius
flagellatum. Inde & hunc picatoribus tradi,ut pereat,uulſus primò: inſuper pu-
denda pice inquinari, poſtea in Hæmum ſublatum nudum, pedibusq; colliga-
tum,in niue deſtitui. SCARA. Heu malorũ,ah,ah,papæ, eheu. DOMI. Quid
hoc eſt? tragicas interſeris uoces? ſed ad picatores iam ſequere,prius tamen leo-
ninam exue pellem,ut planè aſinus eſſe cognoſcaris.

SATVR-

# SATVRNALIA, Eraſmo Roterodamo interprete.

## ARGVMENTVM.

*Saturnalia, feſta Romæ fuerunt in honorem Saturni inſtituta, quæ menſe Decembri, initio à decimoſexto calend. Ianuarij facto, per proximos dies ſeptem peragebantur. In ijs neque bella gerenda ſuſcipiebantur, neque pœnæ à nocentibus ſumebantur, ſed licebat ſeruis, pileatis (quod ſignum libertatis erat) per urbem liberè uagari, atque aleæ uacare, & cum ipſis dominis etiã cibum capere. Pauperes autem à diuitibus cõuiuijs quoque accipiebantur, ijdemq; inter ſe dona mittebant: quorum quæ mittebantur, xenia: quæ uerò referebantur, apophoreta uocabant. Id quod cũ ex alijs ſcriptoribus, tum ex Martiale præcipuè apparet, qui poſtremos ſuos libros illorum titulis inſcripſit quoque. Quoniã igitur tum (ut eſt ueriſimile, omniaq; in deterius abeunt tempore) pauperes à diuitibus non eodem modo ut à principio, æqualiter accipiebantur, uinoq; alij uiliore, atque epulis uixdum guſtatis, ſemiieiuni & eſurientes interim è conuiuio diſcedebant, deinde neque munera eodem precio, quo olim, referebant: occaſionem inde ſumpſiſſe Lucianus uidetur, ut conſuetudinem illam pro ſuo iure ac modo exagitaret, atq; hæc, tanquam & ipſa Saturnalitia quædã munera, legenda proponeret. Quanquam neque hic ab ingenio ſuo quicquam recedit, pariterq; & deos & homines more ſuo inceſſit. Nam Saturni fabulam quoque perſequitur, & uecordiam ipſius coarguit, ut qui pro liberis ſaxa deuorarit, & compedibus uinctus degat, à Ioue regno depulſus. Et Iouem ipſum accuſat, ut qui citra delectum & inæqualiter bona fortunasq; hominibus diſtribuat, malos euehẽdo, & contrà bonos deprimẽdo. Atq; hæc ſummatim per tota Saturnalia tractantur. Cæterùm primo hoc dialogo ritum et originẽ ſacri huius potiſſimùm tradit, ficto Sacerdotis & Saturni colloquio, quorum alter quidem diuitias à deo poſtulat: alter autem dum diuitias largiri, ſuæ poteſtatis eſſe negat, interea quatenus ipſe regnet, & quid præſtare ſoleat, denique cur hoc feſtũ inſtitutum ſit, exponit, refutata interim etiam fabula quæ de liberis deuoratis, & amiſſione regni, & captiuitate ipſius uulgo iactatur. Inſequenti autem Chronoſolone, leges Saturnaliorum conſtituit, primam uidelicet de ritu ac modo peragendi feſti, & de ijs quæ in eo agere fas ſit. Secundam de accipiendis atque tractandis pauperibus, deq; muneribus à diuitibus ijſdem mittendis. Poſtremam de modo & ratione conuiuiorum, quæ apponi uidelicet debeant, & quantum à quoque bibi, & quouſque ludo utendum ſit. Et hæc omnia cũ longa præfatione, qua legibus hiſce auctoritatem à perſona & mandato ipſius dei parat. Inſcribitur autem Chronoſolon, ut uidetur, ab exemplo, quòd eodem modo & apud Athenienſes olim Solon ille leges dictauit. Poſt hæc in epiſtolis, in prioribus quidem de mutandis rebus, & inſtituenda æqualitate agitur. Nam pauper quiſpiam petit à Saturno, ut cũ diuitibus agat, quò depoſitis in medium opibus, ex æquo ſe quoque frui illis patiantur, aut certas utique ueſtes & pecunias, & cæterà ad feſtum peragendum pauperibus mittant. Primùm quia abſurdum et inconueniens ſit, ita inæqualiter agere: deinde quòd contra uetus exemplum, quo Saturni temporibus omnia æqualia fuiſſe perhibeantur: addita etiam collatione diuitum, & hypotypoſi quadam morum ac uitæ illorum. Poſtremò comminantes ſe omnia mala illis imprecaturos eſſe, niſi hæc quæ petãt, fiant. Contrà autem Saturnus increpat pauperẽ, qui ea à ſe poſtulet, quæ ſuæ poteſtatis nõ ſint. ſed tamen reſpondet, ſe cum diuitibus hoc nomine agere uelle, addita poſt hæc longa commonitione, qua pauperes, ut ſua ſorte contẽti ſint, hortatur, oſtendẽs plus moleſtiæ & periculorũ diuitias quàm uoluptatis ſecũ habere. In poſterioribus autem agunt inter ſe Saturnus et diuites de æqualitate in cœnis habenda: ac prior quidẽ Saturnus exponit diuitibus quæ à pauperibus ad ſe ſcripta ac poſtulata fuerint, admonens illos, ut benigniores erga ipſos ſe gerant, atque æqualitatem recipiant, argumentis à ſigno & conſequentibus: tum commodis, ſi faciant, tum periculis, ſi detrectent, adhibitis. Contrà autẽ diuites extenuata accuſatione pauperum à conſueto, reſpondẽt, ſe quidem feciſſe pro eo atq; æquum & honeſtum fuerit, ſed illos ita immodeſtos et intemperantes ſe gerere, ut eos decætero omnino excludendos cenſuerint. Veruntamen ex illius conſilio denuo admiſſuros ſe eos eſſe, ſi ex pacto recipiant, ſe nihil contumelioſe aut intemperanter poſthac facturos eſſe.*

## SACERDOS ET SATVRNVS.

DIC mihi Saturne, quãdò tu quidem hoc tempore regnare uideris, tibiq; & ſacrificatum & litatum eſt à nobis, quid potiſſimũ abs te pro immolatis hoſtiis poſtulare debeam, quod poſtulatum feram? SAT. Iſtud quidem te ipſum perpendere oportuit, quid tibi foret optandum: niſi qui princeps ſit, eundem & uatem eſſe uis, ut norit quid maximè collubitum ſit animo tuo petere. Cæterùm ego, quantum facultas feret, non abnuã uotis tuis. SAC. Quin iſtud iam olim mihi perpenſum eſt:

desidero enim uulgaria ista,ac passim obuia,uidelicet opes,multã auri uim,utq; F
uiris imperem,utq; multa possideã mancipia,uestes splendidas ac delicatas,tum
argentum & ebur,breuiter si quid est præterea rerum precioſarum. Hæc igitur
mihi da optime Saturne,ut & ipse nonnihil emolumenti ex tuo sentiam impe-
rio,nêue solus per omnem uitam earũ rerum sim expers. SAT. Illud uide,iam
postulas quod nõ est meæ potestatis. neque enim mearum partium est ista dis-
tribuere. Quare ne grauiter feras, si quæ petis, non assequeris: quin magis ista
à Ioue postulato,quum ad eum imperii uices redierint, id quod breui futurum
est. Nam ipse præscriptis conditionibus rerum administrationem ab illo susci-
pio. Est autem uniuersum imperium meum,septem duntaxat dierum, quorum G
si ius excesserit, illico priuatus reddor, ac uelut unusquilibet de plebeia multi-
*Ritus Satur-naliorum.* tudine. Nec tamen in his ipsis septem diebus serium quippiam aut publicũ tra-
ctare mihi permissum est,uerùm potare,inebriari,uociferari,ludere,certare tes-
seris,creare reges,famulos in conuiuium adhibere, canere nudum,lasciuo cor-
poris motu saltitare,nonnunquam & in gelidam aquam dare præcipitem,facie
fuligine oblita. Hæc uti faciam,permissum est. Cæterùm magna illa,puta diui-
tias & aurum,Iupiter ipse dilargitur,quibus illi uisum fuerit. SAC. Imò ne ille
quidem,Saturne, admodum facilè ac lubens id facit,adeò ut me iam uox dese-
cerit,magno clamore hæc ab illo flagitantem. At is nihil prorsus audit, uerùm H
ægidem obuibrans,ac fulmen intentans, toruumq; obtuens,pauefacit instãtes.
Quòd siquando etiam annuerit alicui,diuitemq; reddiderit, mirũ quàm id nul-
lo delectu facit, ut aliquoties præteritis probis ac sapientibus uiris, sceleratis ac
stultis hominibus opes offundat, uerberonibus atque effœminatis, cuiusmo-
di sunt isti plerique. Quanquam equidem cupio cognoscere quænam sint ista
tuæ potestati permissa. SAT. Haudquaquam parua,neque omnino cõtemnen-
da,si quis uniuersi imperii uim expendat: nisi fortè tibi paruum esse uidetur,ut
in tesserarum ludo uincas, cum quæ cæteris alea in unionem uoluatur, tibi se-
nionem semper in summo latere ostendat. Nam hinc sibi plerique uictum pa- I
rant uel ad saturitatem usque,quibus propitia ac secunda aspirarit tessera. Rur-
sum alii nudi enatarunt,naue elisa,fracta ad tam minutum scopulũ,puta aleam.
Adde his, potando quammaximè hilarescere,ac modulatius alio uideri canere
in conuiuio. Præterea reliquis ministris in aquam præcipitatis (nam ea pœna est
parum dextrè ministranti) te & uictorem pronunciari, atque ei quem uiceris,
præmia præripere. Vides nimirum quàm ingens sit bonum: quemadmodũ &
illud,quum talo uictor solus omnibus rex præficeris,ut non solùm ipse nõ feras
ulla ridicula imperata,uerumetiã ipse possis aliis imperare: huic ut turpe quid-
dam de se ipso uociferetur: illi ut saltet nudus,utq; sublata in humeros tibicina K
ter domum obambulet. An non hæc quoque munificentiæ meæ non exiguæ
sunt argumenta? Quòd si causaberis regnũ hoc nec uerum esse, nec stabile,in-
scitè feceris,quũ uideas meipsum, qui ista dilargior, exigui temporis imperium
tenere. Ex his igitur quæ meæ facultatis est præstare, nempe de taxillis, de re-
gnando,de canendo,deq; reliquis quæ modò recensui, audacter quæ uoles pe-
tito,nihil ueritus ne te ægide aut fulmine territem. SAC. Atqui istis nihil mihi
est opus, Titanum optime. Tu tamen illud mihi respondeas uelim,quod maxi-
mè cupiebam cognoscere: quod si mihi dixeris, satis magnam gratiam pro sa-
cro persolueris, quin & in reliquũ tempus quæ debueris,cõdono. SAT. Roga

modò,

A modò,equidem reſpondebo,ſi fortè quod rogaris,ſciero. SAC. Illud in primis, num uera ſunt iſta, quæ de te audimus, quemadmodum deuoraris liberos tibi ex Rhea natos,utq; clam illa ſubducto Ioue, ſaxum infantis loco ſuppoſitum, tibi deuorandum tradiderit: deinde puer adultus te regno expulerit, bello ſuperatum, mox arreptum in tartarum præcipitarit, uinculis iniectis tũ tibi, tum omnibus copiis auxiliaribus quæ tecum in acie ſteterãt? SAT. Quid dixti? Niſi feſtum celebraremus, eſſetq; licitum inebriari, atque in dominos impune cõuicia iacere, intelligeres profectò mihi permiſſum eſſe iraſci, qui quidẽ iſtiuſmodi roges, nihil reueritus adeò canum ac ſenem deum. SAC. At ego hæc Saturne, *vide Macrobium lib. 1. Sat. cap. 8.*

B non ex me ipſo dico: quin & Heſiodus & Homerus (nolo enim dicere, reliqui propè mortales omnes) eadem de te credunt. SAT. An tu putas uel paſtorem illum, uel hunc ampulloſum, uerè quippiam de me ſciſſe? Rem ad hunc conſidera modum. Eſt'ne quiſquã homo, non dicam deus, adeò durus, ut poſſit ipſe uolens ſuos deuorare liberos? niſi ſi quis eſſet Thyeſtes, qui ab impio circunuentus fratre comederet. Sed finge eſſe qui poſſit, quî fiat ut ignoret ſeſe ſaxũ edere uice pueri? niſi fortè dentibus ſit huiuſmodi, ut dolere non queant. Imò neque bello conflximus, neque Iupiter per uim imperium occupauit, ſed ego illi uolens & ultro rerum adminiſtrationem tradidi, ceſſiq;. Porrò neque uin-

C ctum eſſe me, neque in tartaro eſſe, uel ipſe uides opinor, niſi prorſus oculis captus es, quemadmodum Homerus. SAC. Sed quid tibi accidit Saturne, ut imperium deponeres? SAT. Ego tibi dicam in ſumma: Senex iam & podagroſus quum eſſem ob ætatem (unde etiam factum eſt ut plerique mihi compedes eſſe finxerint) impar eram uiribus ad tã multa huius ætatis facinora punienda. nam erat aſſiduè mihi ſurſum ac deorſum curſitandum obarmato fulmine, quo ſacrilegos, periuros, ac raptores exureré. Eratq; negocium plenũ laboris, quodq; iuuenem deſideraret. Itaque mihi cõſulens, Ioui locũ dedi. Quanquam & alioqui rectè facturus mihi uidebar, ſi partitus filiis (nam erant) imperium, ipſe ple-

D ramque uitam conuiuiis per ocium traducerem, nihil neceſſe habens, neq; uota faciẽtibus operam dare, nec ab iis qui contraria petunt, moleſtia affici, neque tonare, neque fulminare, neque grandinem aliquoties immittere. Sed ſenilem hanc ac iucũdiſſimam dego uitam, meracius bibens nectar, atque interim cum Iapeto reliquiſque æqualibus diis confabulans. At regnat quidem ille mille diſtrictus negociis, niſi quòd hos pauculos quos dixi dies mihi uiſum eſt excipere, in quibus recipio principatum, ut mortalibus in memoriam reducam cuiuſmodi fuerit me regnante uita, cum citra ſementem citraq; arationem cuncta illis prouenirent. Hordeum tum quidem ariſtæ, ſed panis paratus, carnes apparatæ, ac

E uinum fluminũ inſtar fluebat, tum fontes mellis, lactisq;, propterea quòd mortales omnes probi eſſent, & aurei. Hæc, inquã, mihi cauſſa fuit cur exigui temporis imperium gerã, atque ob id undique plauſus, cãtiones, luſus, æqualitas omnibus ſeruis æquè ac liberis. neque enim me regnãte quiſquam erat ſeruus. SAC. At ego Saturne coniecturam iſtam ad ſeruos, & eos qui boias terũt, referebã, quaſi ob eam cauſſam tibi fabula tribueret erga hos humanitatẽ, quòd memor teipſum aliquando ſeruitutem ſeruiſſe, ac geſtaſſe compedes, eos magnifaceres, qui ſimili eſſent fortuna. SAT. Non tu deſines iſtiuſmodi nugari nugas? SAC. Bene mones, itaque deſino. Quin illud etiam mihi reſponde, talis ludere, in uſu fuit tui quoque ſeculi mortalibus? SAT. Erat ſanè, at non de-

positis talẽtis,ac decem nummûm millibus, quemadmodum uos facitis,uerùm ut plurimo nucibus, ne uidelicet diſcruciaretur qui uictus eſſet, néue ſemper ploraret ſeſe unum omnium non habere quod ederet. SAC. Et rectè quidem illi. Nam quo tandem præmio certaſſent ipſi talis,quum ipſi toti eſſent aurei?

*Digreſſio in præſentes mores.*

Itaque te loquente,tale quiddam mihi uenit in mentem,ſi quis unum aliquem ex aureis illis uiris,in hanc noſtram ætatem adductũ uulgo oſtenderet,quid illi tandem eueniret?Nempe miſerum(ſat ſcio)diſcerperent, haud aliter incurſantes,quàm in Pentheum Mænades, aut in Orpheum fœminæ Thraciæ, aut in Actæonem canes,interq; ſeſe decertarent,quantã quiſque maximã poſſet portionem auferre,ut qui ne in feſto celebrando à lucri ſtudio temperẽt,quin ipſo etiam feſto ad lucri abutuntur incrementum. Itaque alii quidem tibi primitias immolant, amicos in conuiuio deprædantes. Alii uerò tibi conuiciantur, cum nihil ad rem pertineat. tum ipſas comminuũt teſſeras, perinde quaſi illis ſit imputandum, quod illi ſuapte ſponte faciunt. Sed dic mihi & illud, quid tandem cauſſæ fuit ut deus uſq; adeo imbecillis ac ſenex, tempus inamœniſſimum delegeris,cũ iam nix omnia occupat,plurimus ſæuit Boreas,cumq; nihil non gelu concretũ eſt, arent arbores nudæ decuſſis frondibus,ſqualent horrentq; uacua floribus prata,cũ incurui contractiq; mortales,perinde quaſi extremo confecti ſenio,ad focum ferme deſident,interea tu feſtum diem agis?neq; enim accommodum ſeni tempus,neque ſatis idoneum genio indulgentibus.SAT.Sed heus tu,permulta quidem à me ſciſcitaris,cum potare iam oporteat.Itaque non exiguam temporis portionem tuis rogationibus mihi de feſto perdidiſti, dum iſta mecum philoſopharis, nõ admodum ad rem pertinentia.Quare nunc iſtis tandem omiſſis,conuiuium agitemus,plaudamus,ac liberam agamus uitã.Deinde priſco more depoſitis nucibus, ludamus teſſeris, ac reges ſuffragiis creemus,ipſiſq; ultro pareamus. Siquidẽ ad eum modum effecerimus ut uerum uideatur prouerbium quod dicunt, ſenes repueraſcere.SAC.Imò cui iſta quæ dicis,non probantur Saturne, precor ut ei nec tum bibere liceat,cum ſitit.Itaque bibamus,quandoquidem & primo colloquio ſatis à te reſponſum eſt. Proinde uideor mihi rectè facturus, ſi noſtram hanc confabulationem, & quæ ipſe interrogarim,& quæ tu propitius reſponderis,literis prodita tradã amicis legenda,ſi qui ſunt digni qui tua dicta accipiant.

## CRONOSOLON, ID EST, SATVRNALIVM

Legumlator,Eraſmo Roterodamo interprete.

HAec ait Cronoſolon ſacrificus, & idem uates Saturni, earúmque legum conditor, quæ quidem ad feſtum pertinent. Quid pauperes facere oporteat, id alio miſſo libro illis ipſis præſcripſi. Neque dubito quin eas leges ſeruent, alioqui obnoxii futuri pœnis quæ grauiſſimæ decretæ ſunt in eos qui minus paruerint. Vos autem diuites,uidete ne hæc mandata prætergrediamini, neque negligatis. Nam ſi quis ſecus fecerit, is ſciat ſe non me neglecturũ legislatorem, ſed ipſum potius Saturnum,qui me condendis feſti ſui legibus delegit, haud ille quidem in ſomnis uiſus,ſed nuper cum uigilante palàm congreſſus.Erat autem neq; compedibus uinctus, neque ſitu obſitus,qualem eum pictores fingunt,exemplar à deliris poëtis mutuati, uerùm falcem quidẽ tenebat præacutam, cætera uerò & hilaris

A hilaris erat,& ualidus, regioq; apparatu. Atque hac quidē ſpecie mihi uiſus eſt. Cæterū quæ locutus eſt,planè diuina ſunt,& in his hæc digna quæ uobis prius exponam. Nam ubi me uidit animo mœſtum inambulantem, mox intellexit, quippe deus, quænā eſſet moleſtiæ cauſſa, uidelicet grauiter me ferre paupertatem,ut qui non pro temporis ratione unicam ueſtem haberem,cum iam eſſet gelu,multusq; flaret Boreas, glacies,ac nix, aduerſus quæ ego minimè cōmunitus eram. Multo magis autem, quòd cum feſtum inſtaret iam proximè, reliquos uiderem apparantes quæ ad uictimas quæq; ad conuiuia requirebantur, mihi uerò ipſi res non admodum ad feſtum inſtructas eſſe. Iam à tergo accedēs,
B aureq; prehenſa,ac uellicata (nā hac ſpecie ſeſe mihi conſueuit oſtēdere) Quid iſtud ſibi uult(inquit)Cronoſolon ? uidere mihi ſolicitus. An non æquum,inquam,here,cum impios ac ſceleſtos homines opibus ſuperfluere, & ſolos deliciis frui uideam,ipſe uerò,mecumq; complures alii docti,cū inopia, ſummáque rerū penuria uitam degimus? Ne tu quidem here curas his rebus finem imponere,& ad æqualitatem reuocare. Tum ille,Cætera quidem,inquit,haud facile fuerit innouare, quæ uobis à Clotho reliquisq; Parcis accidūt : porrò paupertatis malum uobis corrigam, quatenus ad feſtum attinet. Sit autem hæc corrigendi ratio. Abi Cronoſolon,ac mihi leges aliquot conſcribito,oſtendens quid
C obſeruandum ſit in feſto,uti ne diuites inter ſeſe feſtum celebrēt, ſed uobis ſua bona impertiant. At non noui,inquā,leges conſcribere. Quin ego,inquit, docebo te. Moxq; ingreſſus,ordine me docuit. Deinde cū cūcta perdidiciſſem: Et illud,inquit,illis dicito, niſi ſeruarint hæc, tum ego profectò ſine cauſſa falcem hanc acutā circumfero. Alioqui ridiculus ſim,ſi cum patrem Cœlum execuerim,non item caſtraro diuites iſtos,quicunque leges meas uiolauerint,ut iā euirati, Cybeli matri ſeſe adiungant cum tibiis ac cymbalis. Hæc ille minabatur. Quare rectè facietis,ſi leges nō prætergrediamini. Lex prima:Ne quis quid intra feſti tempus agito, neque publicum,neque priuatum, niſi quæ ad luſum,ad
D uoluptatem,animiq; oblectationem pertinebunt. Obſoniorum & bellariorum artifices ſoli in opere ſunto. Aequalitas omnibus eſto,ſeruis,liberis,pauperibus, diuitibus. Iraſci,indignari,minariue ne cui liceat. Rationē exigere ab iis qui res curant Saturnalitias,ne id quidem fas eſto. Ne quis argētum ueſtémue expendito,néue inſcribito ſolennitatis tempore. Ne quis exerceatur,néue literis operam dato,aut recitato,niſi ſi quæ ſint urbana lepidaq;, quæ dicacitatem reſipiāt ac iocum. Lex ſecunda: Multò ante feſtum diuites ſingulorum amicorum nomina in tabella ſcribunto. Porrò pecuniam paratam habento ad decimam partem annuorum fructuum. Præterea quicquid illis ſupereſt ueſtium,& quicquid
E eſt cultus pinguioris, quàm ut ipſis conueniat. Ad hæc argenteorum uim non modicam. Atque hæc quidem in promptu ſunto. Cæterùm ante ſolennitatem porcellus circumagitor,atque ex ædibus eiiciuntor ſordes,auaritia & quæſtus, & ſi quæ id genus alia ſunt pleriſque diuitū domeſtica. Deinde ubi domū perpurgarint,tum rem diuinam faciunto Ioui diuitiarū largitori, ac Mercurio munifico, atque Apollini magna donanti. Deinde circa ueſperam tabulam illam amicorum nomina tenētem relegunto. Diſtributis autem pro cuiuſque dignitate muneribus,ante ſolis occaſum amicis mittunto. Porrò qui deferāt,ne plures tribus quatuórue ſunto,atq; hi certiſſima ex famulis fide,iamq; natu grādes. Aſſcribatur autem in literis & quid mittatur,& quantum,ut ne utrique ſuſpe-

ctos habere poſſint eos qui perferunt. Atque ipſi miniſtri unico quiſque cali- F
ce epoto,domum recurrunto,neque præterea quicquam ab eis poſtulato. Do-
ctis omnia dupla mittuntor. Nam hos æquum eſt geminã accipere portionem.
De muneribus quammodeſtiſſima ſimul & quampauciſſima uerba fiunto,
neque graue quicquã in literis quiſquã aſſcribito,nec odioſè laudato quæ mit-
tuntur. Diuiti diues ne quid mittito. Neque locuples Saturnalibus æquali ſorte
quempiam conuiuio accipito. Ne quid eorum quæ in hoc deprompta fuerint
ut mittantur,ſeruanto. Néue cui muneris pœnitentia ſubito. Quòd ſi quis an-
no ſuperiore peregrè fuit, eáque cauſſa munerum expers fuit, & illa accipito.
Quinetiam pro tenuibus amicis æs alienum diuites ſoluunto:atque etiam con- G
ductarum ædium precium,ſi qui fortè & hoc debent, neque ſunt ſoluendo. In
ſumma uerò,multò antè illud illis eſto curæ,ut cognoſcãt qua re maximè his ſit
opus. Rurſum qui accipiunt, ne de miſſis donis ut exiguis queruntor: & quic-
quid mittetur,qualecunque fuerit,id magni ducunto. Vini cadus,aut lepus,aut
pinguis auis, inter munera Saturnalitia ne habentor. Néue Saturnalia dona in
riſum uertunto. Remittito uiciſſim diuiti pauper: ſi doctus eſt,libellũ aliquem
ueterem,aut ſi quid ipſe conſcripſit,quod fauſti ſit ominis,& conuiuiis accom-
modum,qualecunque potuerit: atque id diues læto admodum hilaríque uultu
accipito,acceptum protinus perlegito. Quod ſi recuſarit, reiecerítue, ſciat ſeſe H
iis quæ de falce minatus ſum,obnoxium eſſe, etiam ſi miſerit quicquid alioqui
mittẽdum erat. Porrò reliqui, coronas alii,alii thuris fruſtula mittunto. Quòd
ſi pauper aut ueſtem aut argentum aut aurum ſupra facultatem diuiti miſerit,
id quidem quod miſſum fuerit,publicum eſto, conflatumq; in Saturni theſau-
rum infertor: ipſe uerò pauper poſtridie plagas à diuite,manibus ferulæ ſuppo-
ſitis accipito,non pauciores quinquaginta ſupra ducentas. Leges conuiuales:
Lauandum eſt ubi linea ſex erit pedum. Ante lauandum, nucibus ac talis lu-
ſitandum. Vbicunque caſus cuique locum dederit,ibi accumbito. Dignitas,aut
genus,aut diuitiæ,parum momenti habento ut prius alicui miniſtretur. Eodem I
de uino omnes bibunto,neque profit diuiti ſi cauſetur uel ſtomachi uel capi-
tis dolorem,ut ideo bibat de meliore. Carnium omnibus æqua portio. Miniſtri
ne cui quid fauore danto,neque contantor,neque prætermittunto,donec ipſis
uiſum fuerit,quæ tollenda erunt. Neque huic quidem magna,illi uerò perrexi-
gua apponunto. Néue huic coxa ſuis, illi maxilla apponitor, ſed in omnibus
æqualitas eſto. Pocillator acutis oculis unumquẽque obſeruato, minus tamen
herum. Acutius etiã exaudito. Calices omnis generis ſunto. Ad potandum in-
uitare ſiquis uoluerit,ius eſto. Omnes omnibus præbibunto,ſi libeat,ubi præ-
biberit diues. Neque quiſquam bibere compellitor,qui non ualeat ad compo- K
tationem. Ne liceat ipſis neque ſaltatorem neque citharœdum inducere, niſi
qui nuper diſcere cœperit. Quòd ſi cui libeat dicteriis uti, liceat, ſed hactenus
adhibeatur modus, ut ne ſint moleſta. Super omnia,pro nucibus ludunto ta-
lis. Si quis depoſita pecunia talis luſerit,in poſterũ uſque diem ieiunato. Et ma-
neto quiſque & abito cum uoluerit. Porrò cum diues famulos ſuos conuiuio
accipiet,tum amici quoque unà cum ipſo miniſtranto. Leges haſce ſinguli di-
uites,æreæ columnæ inſcriptas,in aulæ meditullio habento,ac legunto. Atque
id quidem ſciendum eſt, quoad ea columna manebit, neque fames,neque pe-
ſtilentia,neque incendium,neque quicquam alioqui moleſtum,in illorum do-

mum

A mum ſubibit. Quòd ſiquando (id quod dii prohibeant) tollatur, abominanda ſunt quæ illis tum euentura.

## EPISTOLAE SATVRNALES.

### EGO SATVRNO SALVTEM.

EQVIDEM & antea tibi ſcripſi, ſignificans quonam in ſtatu eſſem, & quemadmodū ob inopiam mihi periculū eſſet, ne ſolus omnium expers relinquerer ſolennitatis quam indixiſti. Addidi & illud (nam memini) iniquiſſimum eſſe, ſi noſtrū alii opibus ac deliciis ſuperfluerent, nihil ex ſuis facultatibus impertiētes pauperioribus, alii rurſum fame con-
B tabeſcerēt, atq; id quidē inſtantibus Saturnalibus. Verùm quoniā tum ad meas literas nihil reſpondiſti, operæpreciū exiſtimaui, te denuo iiſdem de rebus commonefacere. Tuum erat, optime Saturne, ſublata hac rerum inæqualitate, bonisq; in medio depoſitis, poſtea celebrandum feſtum edicere. Nam uti nunc res habent, formica camelus, quemadmodum aiunt prouerbio. Quin magis tragœdiæ hiſtrionem animo concipe, qui altero pede prælatis cothurnis ſublimis inſiſtat, cuiuſmodi ſunt tragica calceamenta, altero uerò ſit incalceatus. Is ſi ad hunc modum inſtructus ingrediatur, uides neceſſariò futurum, ut nunc excelſus ſit, nunc humilis, prout hūc aut illum pedem uiciſſim promouerit. Nec mi-
C nor eſt in uita noſtra inæqualitas, dū illi cothurnis fulti, adornāte fortuna tragœdias in nos agūt. Contrà magna pars pedibus atq; humi ingredimur, quum & ipſi, ſcias uelim, nihilo deterius illis fabulam agere poſſimus, atq; ingredi, ſi quis nos quoque ad eundem iſtum modū adornarit. Atqui ex poētis audio, nihil harum rerū inter homines fuiſſe olim, quū tu ſolus adhuc imperiū teneres: uerùm tellus illis citra ſerendi arandiq; laborem bona progignebat, cœnā unicuiq; paratam, uel ad ſatietatem uſque. Porrò flumina partim uinū, partim lac, erant autem & quæ mel manabant. Quodq; eſt omnium maximum, aiunt illos ipſos homines aureos fuiſſe, cæterùm paupertatē omnino procul ab illis abfuiſ-
D ſe. Nos contrà non ſatis idonei ſumus qui uel plumbum uideri poſſimus, aut ſi quid etiam plumbo uilius, ut quorū pleriſq; uictus labore quæritur, ac paſſim paupertas, egeſtas ac deſperatio, & illud: Hei mihi: &, unde inueniā? &, ô fortunā, atq; id genus alia permulta apud nos nempe pauperes abundāt: quanquā his de rebus leuius diſcruciaremur, niſi diuites cōſpiceremus tanta fruētes felicitate, qui quidē quū tantū auri, tantū argenti conditū habeant, tantū ueſtium poſſideant, tot mancipia, tot currus, familias, agros, atque harum rerū omnium magnam uim teneant, tamen adeò nobis nihil unquā de eis impertiūt, ut plebeios homines ne aſpectu quidem dignentur. Hæc, inquam, ſunt Saturne, quæ
E nos enecant maximè, planéque rem intolerandā arbitramur, hunc in purpura accumbentem, tantis opum deliciis affluere, ructantē interim, & applaudentibus amicis perpetuò feſtum diem agere: me uerò, meíque ſimiles, ſomniorum coniecturas interpretari, ſicunde fortè quatuor oboli contingāt, quò uidelicet pane polentáue expleti dormire queamus, naſturtium, aut porrū, cepásue, alliúmue opſonii uice arrodentes. Aut hæc igitur Saturne ad æquabilitatem uitæ mutes corrigasq; neceſſe eſt: aut quod eſt poſtremū, illis ipſis interdicas diuitibus, ne ſoli bonis fruantur, uerùm è modiis auri tā multis uel heminā in omneis nos diſpergant. Porrò ex ueſtibus, ſi quas iam à tineis exeſas, citra ſuum incommodum dare poſſint, malintque hæc prorſus uetuſtate ſitúque peritura, nobis

dare qui induamur,quàm ſinere ut in cubilibus ac ſcriniis multa carie compu- F
treſcant. Præterea ut cœnent ſinguli,nũc quaternis,nunc quinis pauperibus ad
cõuiuium adhibitis. Haud iſto quidẽ pacto, quo his temporibus conuiuia per-
aguntur, uerùm popularius, ut æqua ſit omnium portio,neque ut hic opſoniis
ingurgitet ſeſe,famulo interim adſtante atque opperiente donec herus uoran-
do præfocetur. Cæterùm ubi ad nos uenerit,quũ uix etiam apparauerimus ad-
mouere manũ,protinus ad alios transferatur patina tantùm oſtenſa,uel ſi quid
de placenta reliquum eſt. Neque illatum aprum ita partiatur,ut domino totum
dimidium apponat unà cum capite, reliquis autem oſſa tecta apponat. Vtque
præmoneantur pincernæ, ne cõtentur donec unuſquiſque noſtrum ſepties po- G
ſcat bibere,ſed ſemel iuſſi protinus infundant, & ingentem calicem impletum
tradant æquè atque ipſi domino, útque unum & idem uinum conuiuis ſit o-
mnibus. Alioqui ubinã iſta lex ſcripta fuit, aut receptus mos, ut hic uino odo-
rato generoſoq; temulentus ſit, mihi contrà muſto diſrumpatur aluus? Hæc ſi
correxeris nouariſq; Saturne, tum demum effeceris ut uita uerè uita ſit, feſtum
uerè feſtum. ſin minus,illi quidem epulentur,nos autem interim ſedentes pre-
cabimur,ut ſimul atque loti uenerint,puer ſubuerſam amphoram rumpat, utq;
coquus ius adurat,ac per obliuionem muriam piſcium in lentem infundat,utq;
canis in domum irruẽs,opſoniorum artificibus alibi intentis,exta deuoret uni- H
uerſa,præterea placentæ dimidium: utq; ſus ac ceruus, neque non ſuculæ inter
aſſandũ idem faciant,quod Homerus de Solis bobus cõmemorat: imò uti non
ſerpant ſolùm,uerumetiam unà cum ipſis uerubus in montem abripiãt ſeſe,fu-
giántque:útque ipſæ etiam aues pingues,iam ademptis plumis,& ad coquen-
dum apparatæ, uolatu aufugiant, ne ſoli illis fruantur: quódque futurum eſt
illis grauiſſimum, ut formicæ tales, quales feruntur Indicæ, aurum è theſauris
effoſſum, noctu in publicum efferant: útque ueſtis curatorum indiligentia ita
ab optimis muribus perforetur,ut cribrum uideri poſſit,nihílque differat à caſ-
ſe uenatorio: útque formoſi illorum comatíque puelli (quos Hyacinthos,aut I
Achilles,aut Narciſſos appellare ſolent) dum ipſis poculum porrigunt,ſubitò
defluente coma calui fiant, & acutam edant barbam, cuiuſmodi in comœdiis
induci ſolent Sphenopogones, quibus à cuneata barba nomen inuentum eſt:
utq; uertex illis aſperis ac pungẽtibus pilis ſit hirtus, reliqua capitis parte nuda.
Hæc atque his etiam plura illis imprecabimur,niſi deſinant uſqueadeo ſuis pri-
uatim ſtudere commodis,uelintq; in cõmune diuites eſſe,nobis quoque quan-
tum æquum eſt impartientes.

## SATVRNVS MIHI CHARISSIMO SAL.

QVid tu,obſecro,nugas iſtas ad me, ac de rebus huiuſmodi ſcribis, K
iubesq; ut de integro bonorum faciam partitionẽ? quod quidem
alterius munus fuerit, penes quem nũc eſt imperium. Etenim de-
miror te, ſi ſolus omnium ignoras quemadmodum iampridẽ re-
gnare deſtiterim,ac priuatus eſſe cœperim, liberis partitus impe-
rium: quãquam Iupiter præcipuè rerum iſtiuſmodi curam agit. Porrò mea po-
teſtas non niſi ad taxillos uſque,ſaltationes,cantiones,& ebrietatem ualet,idq;
ſeptem non amplius diebus. Itaque grauioribus in cauſſis,de quibus ſcribis, ui-
delicet de tollenda rerum inæqualitate,utq; ex æquo omnes aut opibus abun-
dent,aut egeant,Iupiter uobis operam dabit. Quòd ſi quid in his quæ ad feſtum
pertinent,

A pertinent,uel fraude detractum eſt alicui, uel additum,id erit mearum partium iudicare. Iámque ſcribo diuitibus de cœnis, déque auri hemina, neque non de ueſtibus,ut uobis quoque ad celebrandum feſtum nonnihil mittant: quandoquidem æqua ſunt iſta,decetq; illos facere quemadmodum prædicatis, niſi fortè habent iſti quod probabiliter ad hæc reſpondeãt. In ſumma tamen illud ſcitote pauperes, uos longè falli,neque rectè iudicare de diuitibus. Siquidem illos felices arbitramini, ſolósque ſuauem uitam uiuere, propterea quòd illis liceat opiparè cœnare,uino ſuaui inebriari, formoſis frui mulieribus,ueſtibus uti delicatis:uerùm iſtam felicitatem cuiuſmodi ſit, ignoratis. ſiquidem hæ res non
B mediocribus curis eos diſtorquent,ſed ſingulis inuigilare coguntur,ne quid rerum domeſticarum diſpenſator fraudet, aut clanculum ſuffuretur,ne uinũ aceſcat,ne frumentum uermibus corrumpatur,ne latro tollat pocula, ne populus credat calumniatoribus,ſi illum dixerint affectare regnum. Atqui hæc quidem quota pars eſt eorũ quæ iſtos diſcruciant? Quòd ſi noſſetis metus & curas quibus obnoxii ſunt,planè fugiẽdas uobis eſſe diuitias exiſtimaretis. Alioqui creditis uel meipſum uſque adeo inſanum, ut ſi præclara res eſſet opulẽtia, aut regnum,depoſiturus hæc,aliiſq; ea ceſſurus fuerim, paterérque ut nunc priuatus alieno parerem imperio? Quin potius quum nõ eſſem ignarus huiuſmodi ma-
C lorum quæ plurima diuitibus ac regibus adſint neceſſe eſt, imperium depoſui, idq; ſapienter. Nam quòd tu nunc apud me deos obteſtans deplorabas, illos apris ac placentis expleri, uos contrà naſturtium porrúmue aut cepe per feſti tempus opſonii loco arrodere,cuiuſmodi ſit,cõſidera. Etenim in præſens quidem utrunque dulce eſt illis, miniméque moleſtum: at poſtea res inuertitur: quandoquidem uobis deinde non accidit ut poſtridie ſurgatis capitis dolore grauati ob temulentiã,quemadmodum illi, neq; ob immodicam ingurgitationem,grauè olentem & acrem ſpiritũ ructatis. At illi hoc quoque fructus ferũt, ut quoniã magnam noctis partem uario coitu pro libidinis arbitrio tranſigunt,
D facilè ſibi uel tabem,uel tuſſim,uel morbũ intercutẽ, ex intemperato uoluptatum uſu colligant. Alioqui quotumquenq; potes oſtendere,qui nõ planè palleat, ac faciem cadaueroſam præ ſe ferat? Quotumquenq; autem, qui cũ ad ſenectutem peruenerit, ſuis ipſius pedibus ingrediatur, ac non potius à quatuor baiulis geſtetur? foris quidem totus aureus,intus putris ac pannoſus,cuiuſmodi ſunt tragica indumenta, ex pannis admodum uilibus conſarcinata. Vos autem quum moleſtum eſt quòd de piſcibus guſtare nõ liceat, quòd inedia laboratis,non illud item cogitatis,eoſdem & podagræ & tuſſis expertes eſſe,aut ſi quid aliud aliam ob cauſſam illis incommodi cõtingit. Quanquã nec illis ipſis
E æquè dulce eſt,quotidie,ſupráque ſatietatem iſtis ueſci: quin potius uideas eos nonnunquam ita olus ac lupinum appetere, ut tu non æquè leporem appetas aut aprum. Vt de reliquis interim ſileam,quæ illos diſcruciãt,puta ſi filius ſit luxurioſus, ſi uxor uel amans,uel amata à famulo, coacta magis quàm ex animo cum illo dormiat. In ſumma,multa alia ſunt, quæ uos ignorantes, tãtùm aurum illorum ac purpurã uidetis. Tum ſiquando uidetis eos albo prouehi curru, inhiatis & adoratis. Quòd ſi illos cõtemneretis, negligeretisq;,neq; ad argẽteum currum oculos haberetis intentos,neq; inter colloquendum, ſmaragdũ annulo incluſum reſpectaretis,neque ueſtes obiter contrectantes,mollitiem admiraremini,ſed ſineretis eos ipſos ſibi diuites eſſe,haud dubiè futurum ſit ut ipſi uos

ultrò adirent,ad cœnam rogarent,nimirum ut uobis oſtendere poſſint lectos, E
menſas,ac pocula. Quarum rerū nulla ſit utilitas,ſi ſine teſte poſſideantur. Certè reperiretis pleraq; hæc illos ueſtra cauſſa parare,non quò utantur ipſi,ſed uti uos admiremini. Hæc ad conſolandos uos ſcribo, utranq; uitam cognitam habens. Conuenitq; ita feſtum agere,ut cogitetis omnibus breui decedendū è uita,& illis depoſitis opibus,& uobis relicta paupertate. Quanquam & illis ſcribam,ſicuti ſum pollicitus. certum ſcio eos non neglecturos literas meas.

## SATVRNVS DIVITIBVS S.

PAuperes nuper ad me datis literis incuſarūt uos,qui nihil ipſis ex facultatibus quas poſſidetis, impertimini: atque omnino poſtularunt G
ut omnia bona facerem omnibus communia, ut ad ſingulos illorum ſua pars rediret. Aequum enim eſſe,ut rerum æqualitas conſtituatur, neque decere ut huic ſuperſit, ille nullo modo ſit particeps uoluptatum. Ego uerò reſpondi,hiſce de rebus rectius Iouem conſideraturum. Cæterùm de præſenti negocio,deq; iniuriis quibus ſeſe per feſtos dies affici putant,uidebam mei officii eſſe ſententiam ferre,ſumq; pollicitus me uobis ſcripturum. Sunt autem quæ poſtulant,hæc, ut mihi quidem uidetur, æqua. Nam quo pacto,inquiunt, tanto frigore horrentes,tantæq; obnoxii eſuritioni,poſtea diem etiam feſtū celebrare poſſimus? Quare ſi uellem & illos feſti participes eſſe,poſtularūt ut co- H
gerē uos,ut & de ueſtibus illis impertiamini,ſi quæ ſuperſunt pinguiores quàm quæ uobis cōueniant,utq; de auro nonnullas guttulas in illos deſtilletis. Quòd ſi iſta feceritis,inquiunt,nō erit amplius diſceptatio inter uos de bonis apud Iouem. Sin minus,minitātur ſeſe ad nouam rerum partitionem prouocaturos, ut primùm Iupiter pro tribunali ſedere cœperit. Atq; hæc quidē facere uobis nequaquam graue fuerit,impertiri nonnihil de tātis opibus quas poſſidetis,& rectè poſſidetis. Quin de cœnis quoque,ut uobiſcum cœnarēt,& hoc literis addendum putarunt,quemadmodum uos in præſentia foribus occluſis,ſoli deliciis frueremini. Quod ſiquando uobis uiſum fuerit & illorum quempiam poſt I
longum tempus conuiuio adhibere,plus eſſe moleſtiæ in cœna,quàm uoluptatis,multaq; illic in pauperum contumeliam fieri: uelut illud, cum nō eodem de uino bibant,Dii boni,quàm illiberale: planè dignum in quo & illi debeāt accuſari,qui non ſurgant potius,abeantq; toto cōuiuio uobis ſolis relicto. Quanquam negāt ſeſe etiam ad ſatietatem ex illo qualicunq; uino bibere, propterea quòd ueſtri pincernæ aures habeāt cera obturatas,quemadmodum olim Vlyſſis ſocii. Porrò reliqua uſque adeò ſunt turpia,ut pigeat commemorare,quæ de carniū partitione criminātur,deq; miniſtris,qui cum uobis aſſiſtant donec plus quàm ad plenum expleamini,ipſos prætercurrūt: aliaq; huius generis permulta K
ſordida,minimeq; digna uiris ingenuis. Proinde æqualitas res eſt omnium iucundiſſima,maximēque conuiuiis congruēs. Atque hac de cauſſa uobis æquus ille partitor in conuiuiis præficitur, ut æquam omnes habeant portionem. Videte igitur ne poſthac uos iterū accuſare poſſint. Quin potius honorabūt uos, & amabunt,ſi paucula iſta à uobis acceperint,quorum impendium à uobis nec ſentiretur quidem, penes illos muneris in tempore dati memoria ſemper manſura eſt. Præterea nec Remp. adminiſtrare poſſitis, ni pauperes unà uobiſcum in ea uerſentur, milleq; modis felicitatem ueſtram adiuuent. Neq; enim habituri eſtis qui diuitias ueſtras ſuſpiciant, ſi ſoli atq; apud uos ipſos in tenebris eas

poſſideatis

A possideatis. Videat igitur uulgus miretur q; uestrum argentũ, mensas, & quemadmodum præbibentes ad potandum inuitetis. Dein illi inter bibendum poculum undique contemplentur, ac pondus expendant, manu librantes. Tum argumẽti absolutam cælaturã. Tum auri uim, uicissim artem condecorantis. Nam in istum modũ non solùm illi uos probos uiros & humanos prædicabunt, uerumetiam inuidiam illorum effugietis. Quis enim inuideat impertienti dantique quod æquum est? Quis non potius optet, ut quamdiutissimè uiuens, bonis suis fruatur? Verùm ut nunc res uobis habent, & felicitas uestra teste caret, & diuitiæ inuidiosæ, & insuauis uita. Neque enim perinde iuuat, opinor, si quis
B solus expleatur, quemadmodũ aiunt leones facere, & ex luporum genere quos solitarios uocant, quàm si cum lepidis hominibus, ac per omnia gratificari paratis, conuiuatis: qui primùm non sinent conuiuium surdum aut mutum esse, uerùm consuetudine sua fabulas conuiuiis aptas, dicteriáque minimè molesta, uariasq; uoluptates adferent: quibus rebus tempus iucundissimè transigitur. Idq; gratum est Baccho, gratum Veneri, gratum etiam Gratiis. Deinde postero die, dum comitatem uestram referunt, beneuolentiam uobis conciliant. Hæc etiam magno fuerãt emẽda. Nã illud à uobis sciscitabor, si pauperes abeant taciti, sic enim fingamus, nónne uos ea res ureret, cũ non haberetis quibus ostenC taretis purpureas uestes, comitum multitudinẽ, anulorum magnitudinem? Neque iam libet referre, necessariò futurum ut pauperum insidiæ atq; odia in uos oriantur, si soli deliciis frui uelitis. Nam quæ minantur uobis imprecaturos sese, prorsus abominanda sunt: ac dii prohibeant, ne unquam ad eiusmodi imprecationes uenire cogantur: quandoquidem si id fiat, neque intestina posthac gustabitis, neque placentam, nisi si quid canis reliquum fecerit. Præterea lenticula saperdæ liquamen uobis habebit. Porrò sus aut ceruus interim dum assantur, è ueru in montes aufugere parabunt. Tum aues quoque pingues absque alis fugam molientes, ad pauperes auolabunt. Denique quod est omnium graD uissimum, pocillatores formosissimi repentè uobis calui fient, idque etiam fracta amphora. Super his rebus consulite quæ & festo sint digna, & uobis quàm maximè tuta, atque illis paupertatis onus subleuate, exiguo uectigali illos amicos habituri, neutiquam malos.

## DIVITES SATVRNO SALVTEM.

NVM putas Saturne, de rebus istis ad te solum scripsisse pauperes? Quin potius Iouis ipsius aures iam obsurduerunt illorum querelis, dum hæc eadem uociferantur, ac nouam rerum partitionẽ flagitant, ac simul & fatum incusant, quòd non æqualiter distribueE rit: & nos, quòd nihil ipsis uelimus impertiri. Verùm nouit ille, quippe cum sit Iupiter, penes quos sit culpa, eoq; illos plerunque obaudit. Nihilominus tamen purgabimus nos tibi, quandoquidẽ hoc certè tempore princeps noster es. Nos enim omnia ista quæ scribis, ob oculos habentes, quàm sit honestum de magna rerum copia opitulari iis qui indigent, quantoq; sit iucundius, simul cũ pauperibus uersari, & conuiuiũ agitare, ad eum modum assiduè facimus, adeoq; in ratione uitæ nos æquamus, ut nihil possit incusare is quem ad cõuictum admittimus. Verùm illi primùm aiunt sibi paucis opus esse: deinde ubi semel illis fores aperuerimus, nunquam desinunt alia super alia postulare. Quòd nisi protinus omnia, simulq; cum dicto acceperint, mox paratũ odium, in promptu cõuicia,

etiam ſi quid de nobis ſit mentiendū. Porrò qui audiunt, fidem illis habent, rati F
uidelicet illos probè ſcire quæ dicunt, propterea quòd nobiſcum conſuetudi-
nē habuerint. Ita fit, ut in alterutrū incidamus, ut aut ſi nihil demus, illos pror-
ſus habeamus hoſtes: aut profuſis omnibus, ipſi protinus egeamus, iamq; in pau-
perum gregem ueniamus. Ac cætera quidem utcunque ferenda ſunt, uerùm
inter cœnas ipſas non ſatis habent ingurgitari cibis, atque aluum explere, ſed
iidem ubi plus ſatis adbiberint, tum uel puellæ formoſæ cyathum porrigentis
manum uellunt, aut concubinam uxorémue ſolicitant. Poſtremò conuomi-
to conuiuio, poſtero die nobis obtrectant, narrantes quemadmodum ſitierint,
eſurierintque. Quòd ſi hæc aduerſus illos mentiri uidemur, ueſter ille paraſitus G
Ixion in memoriam redeat, qui ad communis menſæ honorem admiſſus, ac uo-
bis dignitate æquiparatus, iam ebrius uir ille egregius, Iunonem adortus eſt.
Hæc atque huiuſmodi ſunt, propter quæ in poſterum ſtatuimus, quò res no-
ſtræ ſint in tuto, ne poſthac illis in domum aditum præbeamus. Quòd ſi te au-
ctore, pacto recipiāt, ſeſe moderatè petituros, quemadmodum nunc aiunt, ne-
que quicquam flagitioſe in compotationibus admiſſuros, age, conuiuant no-
biſcum, ſimúlque cœnent bonis auibus. Ac de tunicis, ſicuti iubes, mittemus, &
de auro, quantū facultas patietur, ac ſumptus augebimus: in ſumma, nihil omit-
temus officii noſtri, modò uiciſſim deſināt ipſi arte nobiſcum uiuere, ſintq; pro H
paraſitis & adulatoribus amici. Ita nihil erit quod in nobis deſideres, ſi ipſi quo-
que ſuo fungi uolent officio.

## SYMPOSIVM, VEL LAPITHAE, Eraſmo Roterod. interp.

*Eraſmus Roterodamus Ioanni Eutychio ſuo S. D.*

*Quanquam hic* Luciani *Dialogus, Eutychi doctiſſime, plurimum habeat artis, ob decorum mirè ſeruatum in perſonis tam multis, tamq; diuerſis: tamen aliquot reperi, qui dicerent eſſe premendum, quòd liberius ac uelut ἐξ ἀμάξης philoſophorum omne genus laceret. At mihi uidetur iuſtius eſſe ſtomachandum in huius ſeculi mores, quo uidemus Philoſophorum ſcholas multo puerilius etiam inter ſe diſſidere, nec minus atrociter di-* I
*gladiari, tum inter ſectarū profeſſores nihilominus cruentā eſſe pugnam, quàm in eo cōuiuio fuiſſe* Lucianus *uel finxit, uel retulit. Hunc igitur libellū, quoniā fortè ἀδιάστατον reperi, & tamen patrono uidebatur egere,* Eutychio *dicaui. Bene uale,* καὶ εὐτύχει, *ut planè ſis quod diceris. Antuerpiæ. an.* M. D. XVII.

### ARGVMENTVM.

*Rurſum depingit hoc loco philoſophorum mores & uitam* Lucianus, *atque illa quæ fictionibus ac fabu-
lis alibi de illis prodidit, hic nūc exemplo ac uero facto comprobat. Eſt autem hiſtorica quædā rei geſtæ com-
memoratio, qua exponit quo pacto diuerſarum profeſſionū* Philoſophi *aliquot ab* Ariſtæneto *ad cœnam &
nuptiarum celebritatem uocati, poſteaquam uino incaluere, pro ſecta quiſque ſua inter ſe uerbis primò con-
tenderint, mox ad manus quoque et ad ulnera uenerint, adeò ut ſaucij nonnulli ac mutilati è cōuiuio aſpor-
tati fuerint. Rurſum autē ex alijs qui uocati non fuerant, quidam,* Cynicus *uidelicet, ultro ueniens, cœnantibus* K
*ſeſe obtruſerit, magna præſentia & impudentia ſuæ importunitate. Alius autem per literas cum* Ariſtæneto
*expoſtularit, tragicè propè in eum debacchatus, quòd præteritus, et cæteris poſtpoſitus fuiſſet. Ex quo appa-
ret, iſtud hominum genus, quod fortis uirtutem prædicat, & ſpecie religionis in ſe uulgi ora conuertit, nō hac
ætate modò (quod tamen grauiſſimum eſt, quandò et* Chriſtianos *eſſe plerique ſe, & alijs uitæ morumq; ho-
neſtate præire profitentur) uerùm olim quoque eadem ſimulatione, ijſdemq; præſtigijs uſos eſſe, nimirum ut
uerbis quidē multa de pietate, de officijs, de uera uiuendi ratione iactitarent, cæterùm ipſa re à uirtute ac ho-
neſtate omni quamlongiſſimè abeſſent, libidini & gulæ & cæteris uitijs turpiſſimè interim ſeruientes. Et
accidēre ſanè etiam noſtra memoria huiuſmodi quædā exempla, cōuiuio huic non admodū diſſimilia, ubi iſti
in ſpeciē graueiſſimi ſanctiſſimiq; uiri, uel pro leuibus ac puerilibus rebus acerbiſſimas ſæpenumero cōtentio-
nes incepere: uel quia alicubi præteriti atque neglecti uiderentur, grauiſſima odia exercuere: ut non immeri-
tò quiſpiam crediderit philoſophos illos ueteres (quāquam indignum adeò eſt tam uenerabile nomen in tam*

*turpibus*

A *turpibus perſonis hærere) in noſtræ ætatis homines quoſdam immigraſſe. Vſque adeo noſtri iſti à ueteribus non alia re, quàm ſolo titulo ac nomine differunt. Cæterùm tametſi hæc omnia cum ſumma feſtiuitate pro ingenio atque facundia ſua tractet Lucianus, interim tamen ſeriò quoque ac uerè idem monet, nullum eſſe precium operæ, ſi quis diſciplinas omnes perdiſcat, niſi ſimul et uitæ rationes ad id quod optimum eſt, accommodet, eoſq; illos qui ſolos libros ſpectant, quiq; ſolicitudine ac cura quam illi afferunt, perpetuò tenẽtur, à recta ratione, bonisq; inſtitutis ferme abduci, &c. Inſcribitur autem dialogus hic Conuiuium, uel Lapithæ, quorum prior titulus ab argumento & re ipſa ſumptus eſt: alter à collatione, quòd ut hic Philoſophi, ita à Poetis Lapithæ & Centauri in nuptijs Pirithoi inter ſe funeſto certamine congreſſi quoque feruntur.*

## PHILON. LVCIANVS.

B  OVAM quandam & uariam diſputationẽ Luciane uobis fuiſſe narrãt ſuper cœnam apud Ariſtænetum: tũ philoſophicos quoſdam ſermones dictos, ac ſuper his ſummam contentionem exortam fuiſſe: quod ni mentitus eſt Charinus, etiam ad uulnera uſq; rem proceſſiſſe: denique ſanguine conflictum fuiſſe diremptum. LVC. Atqui undénam, Philon, iſta reſciuit Charinus? neque enim is nobiſcum aderat in conuiuio. PHIL. E Dionico medico aiebat audiſſe ſeſe. porrò Dionicus etiam ipſe è conuiuarum nũmero fuit opinor. LVCIA. Fuit maximè: uerùm ne is quidé ab initio rebus omnibus fuit præſens, ſed ſerius aduenerat, media ferme pugna, paulóque ante uulnera. Proinde demiror ſi quid comperti certíue referre potuit, qui nõ ordine ſpectarit illa unde inter illos nata lis, poſtea ad ſanguinem uſque deducta eſt. PHIL. Proinde, Luciane, Charinus etiam ipſe, ſi rem compertius uellem cognoſcere, & quo ſingula modo ſint geſta, doceri, te adirem iuſſit. nam Dionicum etiam ipſum faſſum fuiſſe, ne ſe quidem toti negocio præſentem adfuiſſe: te uerò, quicquid eſſet actum, id omne compertò certoq; ſcire: tum etiam quæ dicta inter illos fuerint, meminiſſe: quippe qui eiuſmodi non obiter neque neglectim audire, ſed per ocium atque attentè auſcultare ſis ſolitus. Proinde nunquam effugies, quin nos hoc ſuauiſſimo accipias epulo: quo mihi quidem haud ſcio an ullum poſſit accidere iucundius: præſer-
C tim quod ſobrii per ocium tutò ac citra ſanguinem, extraq; teli, quod aiunt, iactum conſtituti, ſumus epulaturi, · Siue ſenes aliquid
Super cœnam ſunt debacchati, Siue etiam iuuenes
à mero compulſi ſunt, quæ neutiquam fas erat, tum dicere, tum facere. LVC. Iuuenilius tu quidem Philon, atq; inconſultius hæc nos iubes in uulgus efferre, eaq; referre quæ inter pocula ab ebriis ſunt acta: quum hæc magis oporteat obliuioni tradere, eaq; omnia Baccho deo uelut auctori imputare, qui quidẽ haud ſcio an quenquam ſuis non afflatum Orgiis, & Bacchanaliũ expertem præterierit. Proinde uide ne hominis ſit parũ benè morati, eiuſmodi ad amuſſim ex-
E quirere, quæ rectius erat in conuiuio reliquiſſe, atq; ita diſcedere. Siquidem odi (ſicut inquit uerſus poëticus) memorem compotorẽ. Ne à Dionico quidẽ rectè factum, qui hæc apud Carinum effutiuerit, immodicamq; & pridianam diſſiparit temulentiam hominum philoſophorum. Cæterùm ego abſit ut iſtiuſmodi quippiam ſim dicturus. PHIL. Nugas agis Luciane cum iſta dicis. Quin haud quaquam oportebat ad iſtum modum apud me præſertim agere: ut qui certò ſciam te multo cupidiorem eſſe narrandi, quàm ego ſim audiendi, adeò ut mihi uidearis, ſi deſint qui te audiant, uel ad columnam aliquam aut ſtatuã libenter acceſſurus, quò cuncta pariter euomas. Quòd ſi nunc coner diſcedere, non ſines, ni te prius audiero, abire: uerùm ultro aderis, conſectabere, rogabis. At

tum ego te uiciſſim luſero. Iamq; adeò, ſi ita uis, abimus, ex alio quopiam hæc F
eadem audituri. Tu uerò ne dicito. LVC. Age ne quid ſuccenſeas. equidem dicam, quandoquidem uſqueadeo cupidus es audiendi: uerùm heus ea lege, ne paſſim in uulgus efferas. PHIL. Ni prorſus ignoro Lucianum, tute iſthuc potius feceris. Nam prior ipſe denarrabis omnibus, ut me quidem ad id nihil futurum ſit opus. Sed illud mihi primo reſpõde loco: Ariſtænetus num filio Zenoni dabat uxorem, atque ita in nuptiis eius uos accepit? L V C. Non, imò filiam ſuam elocauit Cleãthidem, idq; Eucriti nummularii filio, qui philoſophiæ dat operam. PHI. Formoſo admodum per Iouem adoleſcentulo: tametſi tenero adhuc, & uxoriæ rei non admodum maturo. LVC. Verum: at non inueniebat, opinor, alterum generum magis idoneum. Hunc igitur, qui tum modeſtus G
uideretur, tum ad philoſophiæ ſtudium propenſus, præterea autem unicus Eucriti diuitis, ex omnibus delegit filiæ ſuæ maritũ. PHI. Cauſſam neutiquã leuem dixiſti, nempe quia dies ſit Eucritus. Verùm heus Luciane, quínam erant cõuiuæ? L V C. Reliquos illos quorſum attinuerit tibi recenſere? Verùm è Philoſophorum numero, ac literatorũ, quos potiſſimùm opinor audire cupis, Zenothemis erat, ſenex ille Stoicus, unaq; cum hoc Diphilus, cui cognomen Labyrinthus: & hic quidem quòd eſſet Zenoni Ariſtæneti filio præceptor. Deinde Peripateticæ factionis Cleodemus: noſti hominem, nempe dicacem illum & H
argutum, atque ad refellendum inſtructum. Diſcipuli gladium ac bipennẽ nominant. Quin & Hermon aderat Epicureus. Verùm hũc, quum ingrederetur, Stoici toruis obtuebantur oculis, & auerſabantur, palamq; perinde quaſi patricidam quempiam atque impium ac funeſtum deteſtabantur. Et hi quidem tanquam Ariſtæneti ipſius amici familiaresq; fuerãt ad cœnam uocati, quos comitabatur & Iſtiæus grãmaticus, & Dionyſidorus rhetor. Iam uerò propter ſponſum Chæream unà cum illo ad conuiuium acceſſerat Ion ille Platonicus, quòd is iuueni præceptor eſſet, uir uenerandus aſpectu, ac maieſtatis quiddam præ ſe
ferens, multumq; dignitatis ipſo oſtendens ore: unde nonnulli propter animi I
conſtãtiam ac rectitudinem, regulam illum appellant. Huic ſimul ut ingrediebatur, aſſurgebant omnes, ac ueluti præcipuum quendam ac primarium hominem comiter atque officioſè exceperunt: adeò ut planè numen aliquod aduenire uideretur, cum adeſſet Ion admirãdus ille. Tandem uerò cum iam omnes ferme conuiuæ præſentes eſſent, tempus erat ut diſcũberetur. Itaq; ad dextram ingreſſus, totam illam ſpondam mulieres (erant autem complures) occupabant. Inter quas erat & ſponſa ſummo ſtudio culta, hinc atque hinc ſtipata fœminis. Porrò ex aduerſo oſtii altera turba, pro cuiuſq; dignitate locis diſtributis. Porrò è regione mulierum primo loco accumbebat Eucritus, ſecundo Ariſtænetus. K
Sub hæc ambigi cœptum, utrum altero priorem oporteret accumbere, Zenothemímne Stoicum, quippe ſenem: an Hermonem Epicureũ. nam hic erat Caſtoris ac Pollucis ſacerdos: tum autem nobiliſſimæ inter ciues familiæ. Verùm eam hæſitationem ſuſtulit Zenothemis: Si me, inquiens, Ariſtænete, minoris ducis Hermone, uiro uidelicet iſto, ut ne quid aliud mali dicã, Epicureo, diſcedo, totumq; conuiuium uobis relinquo. Et puerum protinus aduocat, diſcedere parans. Tũ Hermon: Imò habeto, inquit, tibi priores partes Zenothemi. Quãquã etiã ſi nihil aliud, uel hoc nomine par erat mihi concedi, quòd ſacerdos ſim, ut planè cõtemnas Epicurum. Rideo, inquit Zenothemis, ſacerdotem

Epicureum.

A Epicureum. Simulq; cum dicto accumbebat. Post hũc Hermon. Deinde Cleodemus Peripateticus: pone hunc Ion, proxime hunc sponsus, post eum ego, iuxta me Diphilus, huic assidebat Zenon discipulus, postremo rhetor Dionysidorus cum Istiæo grammatico. PHIL. Papæ Luciane! Musarum conuentum quendam mihi narras fuisse istud conuiuium, quippe plurimis sapiẽtibus ac doctis uiris refertũ. Ego uerò laudo Aristænetum, qui quum optatissimam illam ac splendidissimam solennitatem celebraret, præ cæteris sapiẽtissimos uiros adhibere uoluerit: idq; adeò delectis ex unaquaque philosophiæ secta præcipuis, non hos aduocans, illos præteriens, uerùm promiscuè uocans omneis. LVC.

B Is uerò nequaquam est è uulgarium istorum diuitum numero, uerùm & literarum est studiosus, ac maximam uitæ partem in his rebus uersatur. Cœnabamus igitur initiò quidem taciti & quieti, uariusq; erat apparatus, & omniiugus. Neq; enim arbitror operæprecium ut numero recenseam etiam illa condimenta, cupedias, aromata, atque id genus illectamenta. Cuncta siquidem affatim suppetebant. Inter hæc Cleodemus admoto ad Ionis aurem ore, Nõ uides, inquit, senem illum, Zenothemim dicebat (subauscultabã enim) ut sese opsoniis ingurgitat, utq; iure uestem oppleuit: tum quàm multa puero à tergo stãti porrigit, putans interim se aliorum oculos fallere: neque meminit post sese accumben-

C tium? Hæc igitur fac & Luciano commonstres, quò testis esse possit. Mihi uerò nihil Ione monstratore opus erat: quippe qui hæc multò antè limis iam oculis præuideram. Hæc simul atque dixisset Cleodemus, irruit in conuiuium & Alcidamas Cynicus, atque is quidem inuocatus, uulgatum illud festiuitatis gratia præfatus de Menelao, qui ultro ad fratris cõuiuium accessisset. Itaque plerisque turpiter atque impudenter uisus est feciſse: & quod cuiq; tum fortè in mentem ueniebat, in eum torquebant: alius illud, Insanis Menelaë. Alius rursum,

*Cœnæ descriptio.*

*Cynici interuentus, et occasio turbæ.*

Verùm Agamemnoniæ menti non ista placebant.

Ad hæc alia quæ pro tempore salsè lepideq; dici poterant, in eum obmurmura-

D bant. Nam palàm nullus audebat quicquam dicere, propterea quòd metuerent Alcidamantem, utpote conuiciatorem egregium, unumq; è Cynicis omnibus clamosissimum: qua quidem re adeò uisus est reliquis antecellere, ut nulli nõ esset formidandus. At Aristænetus collaudatũ illum quòd inuocatus aduenisset, iussit accepta sella iuxta Istiæum ac Dionysidorum accumbere. At ille, Apage, inquit, muliebre quiddã ac molle dicis, uti in scamno aut sella sedeã, quemadmodum facitis uos, mollibus in stratis penè supini recumbentes, purpura suffulti. Quin ego tibi uel stans cœnauero, in ipso interim conuiuio etiam obambulãs. Quòd si defatigatus fuero, tum humi substrato pallio, cubito innixus cu-

E buero: qualem uidelicet Herculem pingunt. Ita fiat, inquit Aristænetus, si quidem isthuc mauis. Sub hæc Alcidamas in orbem conuiuium lustrans, cœnabat, Scytharum ritu ad uberiora pascua subinde sese transferens, unaq; cum his qui inferebant edulia, circumiens atque obambulãs. Atque interim tamen dum cibum caperet, haudquaquam negocio uacabat, de uirtute obiter, de uitio disserens, tum in aurum atque argentum dicteria iaculans: iamq; Aristænetum percontabatur, quidnam sibi uellent tam multa, tam magna pocula, quum nõ minus usui possent esse fictilia. Verùm Aristænetus iam obturbantem, molestúmque esse pergentem, in præsens quidem cõpescuit, ministro innuens, ut ingentem calicem, infuso meraciſſimo uino, illi porrigeret. Atque id quidem uisus est

optimè excogitaſſe, nondum etiam intelligens quantorum malorum is calix F
eſſet auctor futurus. Hūc igitur ut accepiſſet Alcidamas,aliquantiſper ſilētium
agebat, ac ſolo ſternens ſeſe cubabat ſeminudus,quemadmodum facturum ſe-
ſe fuerat pollicitus, cubito humi fixo innitens,ſimúlque dextra ſcyphum ſuſti-
nēs,qualē Herculem apud Pholum pictores effingunt. Iam uerò & inter alios
calix aſſiduè circumagebatur:tum inuitatiunculæ ad bibendum,& confabula-
tiones ortæ,demum & lucernæ illatæ.Interim ego cū puerum qui iuxta Cleo-
demum adſtabat (erat autem is pocillator egregiè formoſus) ſubridentem ui-
diſſem(nam,arbitror,quicquid obiter inter cœnandum obtigit,commemorari
oportere, maximè ſi quid ſit elegantius ac ſcitè factum) iam admodum atten- G
tus obſeruare cœpi quídnā rei rideret.Ac paulò pòſt accedebat puer tanquam
calicem à Cleodemo recepturus. At ille ſimul & digitum illius ſubſtringebat,
& drachmas puto duas unà cum calice tradebat.Porrò puer ad ſubſtrictum di-
gitum rurſus arridebat : cæterùm de pecunia, quum non ſenſiſſet opinor,eoq;
non reciperet,in terram delapſis drachmis ſtrepitus eſt concitatus,moxq; ambo
pariter rubore ſuffundebātur,idq; ita palàm,ut nemo nō animaduerteret.Am-
bigebatur igitur inter eos qui proximè ſedebāt, cuiúsnā eſſent illi nummi,cum
& puer negaret à ſe proiectos, & Cleodemus item,iuxta quem ſtrepitus acci-
derat,ſibi excidiſſe diſſimularet.Verùm ea res tum neglecta eſt, ac conniuēter H
omiſſa,propterea quòd id quod acciderat,nō ita multi uidiſſent,præter unum
(ut mihi quidem uiſum eſt) Ariſtænetū.Nam is paulò pòſt puerum loco mouit,
clanculum ablegans,& alii cuidam innuit uti Cleodemo pocillator aſſiſteret,
uidelicet ex exoletis illis ac robuſtis mulioni aut equiſoni cuipiam. Ad hunc
modum ea res utcunque abiit,ſummum alioqui allatura pudorem Cleodemo,
ſi quidem ad omnes permanaſſet,ac non protinus occupans Ariſtænetus eam
ſopiſſet, ciuiliter dextréque admodum inducta temulentia. Cæterùm Alcida-
mas (iam enim potus erat)percontatus quódnam eſſet nomen puellæ nuben-
ti,tum clara uoce indicto ſilentio, ſimul & ad fœminas conuerſo uultu, Præ- I
bibo,inquit,tibi Cleanthi, Herculis *Archegetæ nomine.Sub hæc cū riſiſſent
omnes:Ridetis,inquit,ſacrilegi,quòd ſponſæ,Herculis dei mei nomine propi-
nauerim?Imò illud ſcito opus eſt,ni ſcyphum à me traditum accipiat,nunquam
futurum ut illi filius obtingat talis,qualis ego ſum,uirtute interritus,animo li-
ber,tum corpore adeò robuſto. ſimulq; cum dicto ſeſe magis etiam renudabat,
etiam uſque ad illa quæ ſunt maximè pudenda. Ad ea cum iterū arriſiſſent con-
uiuæ, indignatus ille ſurrexit, toruis iam atque efferatis obtuēs oculis,uultuq;
ipſo teſtās iam neque pacem neque quietem acturum amplius.Forſitan & ba-
culum illiſiſſet alicui,ni commodùm id temporis placenta prægrandis fuiſſet il- K
lata.Nam hanc ſimul atque conſpexit,lenior ac mitior eſſe cœpit,ac ſtomacha-
ri deſiit,obambulans interim,ac placentam auidè uorans.Iam uerò plerique te-
mulenti eſſe cœperant, & clamoribus undique perſtrepebat conuiuium.Nam
& Dionyſidorus rhetorem illic agens, orationes quaſdam pronunciabat, lau-
dabatúrque à miniſtris qui à tergo aſſiſtebant.Et Iſtiæus Grammaticus uiciſſim
qui poſt illum accumbebat,uerſuum centones quoſdam recitabat,Pindari,He-
ſiodi, & Anacreontis carmina ſimul contexens atque conſarcinans: ita ut ex
omnibus unicam redderet cantilenam,oppidoq; ridiculam, in primis autem il-
la,perinde quaſi uaticinans de his quæ poſtea acciderunt,

*Ita uocant ducem Muſarum.*

Commiſere

A Commisere simul clypeos. Tum illud quoque:
Tum uerò clamorq; uirûm luctusq; coortus.

At uerò Zenothemis libellulum quempiam minutis conscriptum literulis, à puero acceptum legebat. Verùm quũ ii quorum partes erant edulia inferre, aliquantisper, ita ut solent, cessarent morarenturq;: Aristænetus sedulò curans ne uel id interea temporis aut ocioſum esset, aut uoluptatis expers, accersitum intrò morionem iussit ridiculum aliquid uel dicere, uel facere, quò magis etiam exhilararẽtur conuiuæ. Moxq; ingressus deformis quidam, deraso capite, pauculos capillos in uertice gestans, eosq; cristæ in morem erectos, hic saltabat, atq;
B inter saltandum, quò maiorem concitaret risum, rotatu sese circumagebat, distorquebatq;. Tum cymbalo concusso, sonabat interim quiddam, linguam imitans Aegyptiorum. Postremò dicteria quædam iaculabatur in eos qui aderant. Ac reliqui scommate tacti ridebant: uerũ ubi & in Alcidamãtem simile quiddam torsisset, catulum illum Melitæum appellans, indignatus ille (iamdudum autem præ se ferebat quòd inuideret illi, dum probaretur, ac conuiuarum oculos retineret) abiecto pallio, ut secum luctaretur prouocauit. Quod ni faceret, hunc, inquit, baculum tibi impingam. Atque ita miser ille Satyrion (nam id erat morioni nomen) congressus cum eo, pancratio decertabat. Erat id spectaculi
C multò iucundissimum, quippe cum uiderent hominem philosophum cũ morione compositum, cum ferire, tum uicissim feriri. Proinde qui aderant, partim pudore tangebantur, partim ridebant: donec iam ictus Alcidamas, pugnã detrectaret, ab homuncione omnium plausu comprobato certamine superatus. Hæc igitur cum essent non mediocri risu excepta: ibi tãdem ingressus & Dionicus medicus haud multò post peractam concertationem. Aiebat autẽ in mora fuisse Polyprepontem tibicinem, dum hunc phrenesi correptũ curandi gratia uiseret. Ac planè quiddã risu dignum cõmemorabat. Dicebat enim in ædes illius uenisse sese ignarum etiam hominem iam eo morbo teneri. At illum protinus surrexisse, foribusq; occlusis, ac nudato gladio, tibias ipsas sibi tradidisse,
D iisq; uti caneret iussisse. Deinde ubi id non posset, illum percussisse, scuticã sublata manu gestantem. Sese porrò in tanto periculo tale quiddam fuisse cõmentum, nempe ad canendi certamen prouocasse hominem: idq; ea lege, ut uictus præscriptum certumq; plagarum numerum acciperet. Ac sese prioré cecinisse, prauè atque imperitè: deinde traditis illi tibiis, scuticã ab illo recepisse: gladium autem extemplo per fenestras in aream abiecisse. Dein cum minore iam discrimine cum illo luctaretur, auxilio aduocasse uicinos. Eos reuulsisse belluam, atque ita illorũ opera seruatum sese. Ostendebat autẽ & plagarum uestigia quæ-
E dam, nonnullaq; in facie tubera liuentia. Ergo cum Dionicus ob huiusmodi fabulam non minus placuisset, quàm morio ipse: proxime Istiæũ reclinans sese, de reliquiis cœnabat. Atque hic quidem haud absque numine quodam nobis aduenerat, imò prorsum usui futurus ad ea quæ postea contigerunt. Nam prodiens in medium cõuiuium puer quidã, qui se ab Etœmocle Stoico uenire diceret, epistolium quoddam adferens, aiebat ab hero sibi mandatum, ut eo palàm omnibus audiẽtibus perlecto, rursus domum sese reciperet. Hic igitur permittente Aristæneto, admotus ad lucernam legebat. PHI. Num orationem Luciane in sponsæ laudem compositam, aut carmen nuptiale, quod genus permulta faciunt? LVC. Videlicet nos quoque tale quippiã existimabamus. Verùm ne

» accedebat quidem ad id,ut aiunt. Cæterùm in literis ita ſcriptum erat: Etœmo- F
» cles philoſophus Ariſtæneto: Quàm non mouear conuiuiis,omnis anteacta ui-
» ta mea fuerit teſtis,qui quidem quum quotidie mihi complures ea cauſſa mo-
» leſti ſint, te multo ditiores, tamen haud unquam illis morem geſſi:perpendens
» nimirum,quantum ſit in eiuſmodi compotationibus tumultus,quantum licen-
» tiæ,petulantiæq; uerùm aduerſus unum te mihi uideor meo iure ſtomachatus,
» qui tantum temporis à me officioſiſſimè cultus & obſeruatus,tamen indignum
» habueris,quem uel inter reliquos amicos tuos numerares,ſed ſolum ex omni-
» bus præterieris,idq; quum uicinus eſſem. Proinde tua cauſſa magis diſcrucior,
» qui quidem te tam ingratum præbueris. Nam ipſe felicitatem nequaquã in hoc G
» ſtatuo,ſi quis mihi impartiat uel ſuem ſylueſtrem,uel leporem, uel placentam:
» quæ mihi affatim cõtingunt apud alios, qui officia norunt: quandoquidem e-
» tiam hodie quum apud diſcipulum Pammenẽ cœnare mihi licuerit opiparam
» (ut uocant) cœnam, non annui tamen uehementer obſecranti,tibi ſcilicet de-
» mens ego memetipſum reſeruans. At tu nobis præteritis,alios accipis cõuiuio.
» Idq; meritò facis, neque enim ullo modo potes quid ſit rectius dignoſcere, nec
» apprehenſiuam illam phantaſiam habes. Cæterùm haud ſum neſcius unde mihi
» iſta ſint profecta: nempe ab egregiis iſtis philoſophis tuis Zenothemide ac La-
» byrintho ; quibus equidem (abſit inuidia dicto) uel unico ſyllogiſmo mihi ui- H
» deor os protinus obturare poſſe. Alioqui reſpõdeat iſtorũ aliquis, quid ſit phi-
» loſophia,aut hæc quæ inter elementa traduntur, quid habitio differat ab habi-
» tu:ut ne quid interim de perplexis illis rogationibus proponam,quid ſit ſyllo-
» giſmus cornutus, quid acerualis,quid metens. Verùm tu quidem iſtis fruaris li-
» cet, Nam ego qui ſolum in bonis ducam quod ſit honeſtum,facilè tulero cõtu-
» meliam. Atqui ne poſſis poſthac ad iſtam excuſationem confugere,ut dicas te
» mei oblitum fuiſſe, nimirum in tanto rerum ſtrepitu, tantisq; occupationibus:
» bis te hodie ſum allocutus,primùm mane domi tuæ:deinde rurſum in Caſtoris
» ac Pollucis templo rem diuinam facientem. Ac his quidẽ de rebus hæc reſpon- I
» derim. Quòd ſi tibi uideor cœnæ gratia ſuccenſere,quid Oeneo acciderit cogi-
» tato. Videbis nimirum ipſam etiam Dianam indignantẽ quòd ille ſe ſolam non
» adhibuerit ad ſacrificium,cum reliquos deos omneis acciperet cõuiuio. Nã hac
» de re ſic alicubi meminit Homerus:
» Seu quia non norat,ſeu non ſuccurrerat illi:
» Acriter eſt offenſa tamen. Item Euripides:
» Calydon quidem hæc Pelopeii regio ſoli:
» Qua parte ſæuum ſpectat aduerſa fretum,
» Agros habens tum diuites,tum fertiles, Rurſum Sophocles: K
» Immanis apri triſte monſtrum in Oenei
» Immiſit agros gnata Latonæ dea
» Docta eminus miſſis ferire ſpiculis.
» Hæc tibi è plurimis pauca citaui, ut intelligeres cuiuſmodi præterito uiro Di-
» philum ad cœnã adhibeas,cui & ipſi filium cõmiſeris tuum. Idq; rectè. Eſt enim
» iucundus adoleſcẽti,& ita cum eo uiuit,ut placeat,atque obſequatur:atq; adeò
» ni mihi turpe dictu fuerat,addidiſſem & aliud quiddam: quod quidem tu,ſi li-
» bebit, è Zopyro eius pædagogo uerum eſſe cognoſces. Verùm non conuenit
» obturbare in nuptiis, neque accuſare quenquam : præſertim criminibus uſque

adeo

A adeò fœdis ac pudendis. Tametsi Diphilus dignus in quem facerem, quippe qui
» duos iam discipulos à me retraxerit: ego tamen ipsius philosophiæ caussa reti-
» cebo. Porrò famulo huic mandaui, uti si quam partem dare uelles uel apri, uel
» cerui, uel placentæ, mihi deportandã, ut isthoc pacto te mihi de cœna purgares,
» ne reciperet, ne ad hoc ipsum à nobis missus fuisse uideatur. Hæc, amice, quum
legerentur, sudor interim utique mihi manabat præ pudore, simúlque iam illud
quod uulgo dici solitum est, optabam, ut terra mihi dehiscеret, quum uiderem
eos qui præsentes aderant, ad singulas epistolæ partes inter se ridentes, potissi-
mùm autem hos qui nouerant Etœmoclem, uirum canum, tantumq; seueritatis
B præ se ferentem. Admirabãtur igitur, quòd eiusmodi uir esset, hactenus fugisse
sese, barba uidelicet ac uultus austeritate deceptos. Cæterùm Aristænetus mihi
quidẽ haud uidebatur hominẽ contẽptu negligẽtiáue præteriisse, uerùm quòd
desperasset, si fuisset inuitatus, unquam adduci posse ut annueret, utq; ad eius-
modi res se morigerum præberet: eoq; ne tentandum quidem esse putasse. Er-
go posteaquam puer iam legere desiisset, uniuersum cõuiuium in Diphilum ac
Zenonẽ torquebant oculos, quòd hi iam metu trepidi sederent, ac pallidi, ipsaq;
uultus inconstãtia ac perplexitate crimen agnoscentes ab Etœmocle intẽtum.
Porrò Aristænetus quanquam esset sanè perturbatus, uehementerq; cõsterna-
C tus animo, tamen nos iubebat bibere, conans nimirum id quod euenerat, com-
modè uertere, subridens interim: ac puerum redire iussit, respõdens ea sibi curæ
fore. Paulò autem pòst surgens & Zeno clanculum sese abduxit è cõuiuio, sub-
monitus à pædagogo, ut discederet, innuente, idq; tanquam patris iussu. Ibi ue-
rò Cleodemus, qui iamdudum occasionem quæritabat (nam gestiebat omnino
cum Stoicis conflictari, uerùm dirumpebatur quòd non reperiret caussam ad
id satis idoneam) tum igitur ansam præbente epistola, Huiusmodi, inquit, facit
egregius ille Chrysippus, & Zenon ille mirabilis, neque non Cleanthes, uerbu-
la misera, neque quicquam præter rogatiunculas, & umbras duntaxat philoso-
D phorum: cæterùm Etœmocles sunt plerique omnes. Videtis quàm & ipsæ epi-
stolæ graues sint ac seniles. Postremò Aristænetus hic Oeneus est, Etœmocles
Diana. Dii boni, quàm bene auspicata omnia, quamq; congrua celebrandæ fe-
stiuitati! Ita per Iouem, inquit Hermon, supra hunc accumbens: inaudierat au-
tem, ut opinor, aprum quendam Aristæneto paratum, ut in conuiuio propone-
retur, eoq; putabat non intempestiuè factam mentionem apri illius Calydonii.
at per Lares Aristænete, fac quamprimũ sacri partẽ mittas, ne senex interim ille
fame pereat, tanquam Meleager tabefactus. Tametsi nihil queat acerbum acci-
dere, quandoquidem Chrysippus hæc indifferẽtia censet esse. Itáne uos Chry-
E sippum nominatis? inquit Zenothemis, erigens sese, maximaq; uoce intonans:
An ex uno homine, qui nõ legitimè philosophiam exerceat, nempe præstigia-
tore isto Etœmocle, Cleanthẽ ac Zenonẽ metimini, uiros sapientes? At qui tan-
dem estis ipsi uos, qui hæc dicitis? an non tu Hermon Castoris & Pollucis cæ-
sariem, quam habebant auream, circuntondisti? Cuius quidem facti pœnã da-
bis carnifici traditus. Tu porrò Cleodeme, nónne Sostrati discipuli tui uxorem
stuprasti? Nónne in adulterio eo deprehensus, nefandissima passus es? An non
igitur silebitis, cum huiusmodi dedecorum uobis sitis conscii? Atqui non sum
meæ ipsius uxoris leno, Cleodemus inquit, quemadmodum tu: neque discipuli
diuersantis apud me uiaticũ sustuli quod is deposuerat, eoq; facto rapuisse me

per Palladem deierās abnegaui: neq; quaternis drachmis fœnero, neq; diſcipu- F
los obtorto collo in uincula duco niſi in tempore mercedem perſoluerint. Ve-
rùm illud, inquit Zenothemis, haudquaquā poſſis inficias ire, te Critoni uene-
num quo patrē necaret, miniſtraſſe. Atq; interea fortè bibebat: quicquid autem
erat in calice reliquū (erat autem ferme ſemiplenus) in duos illos profundebat.
Porrò conſperſus eſt pariter & Ion, idq; præmii tulit, quòd illis uicinus accum-
beret, alioqui eo malo non indignus. Hermō igitur demiſſo uertice merū è ca-
pite abſtergebat, eos interim qui præſentes erāt, atteſtans, quòd id genus cōtu-
meliis eſſet affectus. Cleodemus autem cum non haberet calicem, inuadēs pri-
mū conſpuebat Zenothemin: deinde læua cōprehenſum à barba, plagā in tem- G
pus erat illiſurus, ac ſenem fortaſſe necaſſet, ni Ariſtænetus dextram ſublatam
retinuiſſet. Is mox tranſcenſo Zenothemide, inter utrunq; medius aſſedit, ut eo
ueluti muro dirempti, pacem inter ipſos agerent. Hæc igitur dum gerebantur,
Philon, equidem uaria meo cū animo uoluebam. Primùm illud ſtatim occurre-
*Quomodo & quatenus philoſophandum ſit.* bat, nullū eſſe operæpreciū, ſi quis diſciplinas perdiſcat, ni ſimul & uitæ ratio-
nes ad id quod eſt optimum, accōmodet atq; componat: cum uiderem illos qui
uerbis alios antecellerent, quàm factis ipſis ſeſe ridiculos exhiberēt. Deinde &
illud ueniebat in mentem, ne fortè uerum eſſet quod uulgò pleriq; dictitarent,
uidelicet eruditionem à recta ratione boniſq; inſtitutis abducere iſtos, qui ſolos H
libros ſpectarent, quiq; ſolicitudine curaq; quam illi afferrent, perpetuò tene-
rentur: quandoquidem quū ibi tam multi præſentes eſſent philoſophi, ne caſu
quidem ullum erat cernere à peccando immunem: uerùm alii faciebāt turpia,
alii dicebant turpiora. Neq; enim iam poteram eorum quæ fiebāt culpam uino
auctori imputare, mecum reputās cuiuſmodi eſſent quæ Etœmocles neq; cibo
neq; potu etiamdum guſtato ſcripſerat. Ita rerum uices præpoſteræ atq; inuer-
ſæ uidebantur. ſiquidem uidiſſes idiotas illos ſumma cum modeſtia conuiuium
agitantes, neque uino petulantes, neq; indecorè ſeſe gerentes: at ridebāt dun-
taxat, & iam damnabant eos opinor, quos dudū ſuſpexerant, ex habitu iudicā- I
tes eos alicuius eſſe precii. Contrà ſapientes illi, & in libidinem ferebantur, &
conuiciis certabant, & ſupra modum ſeſe potu cibiſq; explebāt: poſtremò uo-
ciferabantur, & ad manus uſq; conſerendas rapiebantur. Cæterū admirandus
ille Alcidamas, etiā meiebat ſub oculis omniū, nihil reueritus fœminas. Ac mi-
hi quidem, ſi quis hæc quæ in eo cōuiuio gerebantur, rectiſſimè uoluiſſet con-
ferre, ſimillima uidebantur iis quæ de Eride dea poëtæ fabulantur: nempe hāc,
quòd non eſſet ad Pelei nuptias aduocata, malum in medium conuiuium abie-
ciſſe, ex quo tam ingens apud Troiam bellum fuerit ortū. Itidem Etœmocles
mihi uiſus eſt epiſtola illa quaſi malo quopiam in medium proiecta, non minus K
malorum, quàm Ilias habebat, excitaſſe. Neq; enim finem contentionis faciebāt
Zenothemis ac Cleodemus: quāquam medius inter utrunq; interceſſerat Ari-
ſtænetus. Age, inquit Cleodemus, impræſentiarum quidem ſat eſt ſi literas ne-
ſcire conuincamini: ſed craſtino die uos ulciſcar quibus conueniet modis. Re-
ſponde mihi Zenothemi, uel tu, uel elegantiſſimus iſte Diphilus: qua tandem
gratia pecuniæ poſſeſſionem inter indifferentia ponendam eſſe cenſetis, cum
ex omnibus nil aliud ſpectetis, quàm ut ipſi quamplurimum pecuniæ poſſideā-
tis, atque ob id cauſſæ ſemper apud diuites hæretis, fœneratis, atque uſuris in-
cūbitis, neq; non mercede docetis? Rurſum cur uoluptatē deteſtemini, atq; hac

de

A de cauſſa Epicureos in ius uocetis : cum ipſi uoluptatis gratia, turpiſſima tum facitis, tum patimini : indignè ferentes ſi quis uos non uocarit ad cœnam. rurſum ſi uocemini, non ſat eſt tantū uorare ut cibo turgeatis, niſi & famulis tantum donetis. Atque hæc cum diceret, pariter & linteum reuellere conatus eſt quod Zenothemidis puer tenebat, omni carnium genere refertum: planeq; futurum erat, ut apertū illud ac ſolutū medium in ſolum abiiceret, niſi quia puer non omittebat è manibus, gnauiter aduerſus trahentem retinēs. Hic Hermon: Euge Cleodeme, reſpondeant qua gratia damnent uoluptatem, cum ipſi ſupra cæteros omneis ſtudeant uoluptati. Quin magis, inquit Zenothemis, tu Cleo-
B deme reſpondeto quamobrem diuitias inter indifferentia numeres. Imò tu potius. Atque hunc ad modum diutius eſt altercatum, donec Ion capite tādem in apertum prolato, Deſiſtite, inquit. Ego, ſi libet, ſermonum argumenta proponam in medium, conuiuio nuptiisq; digna. Vos porrò citra contentionem uiciſſim & dicite, & auſcultate : quemadmodum & apud Platonem noſtrum alternis dicendi uicibus res ut plurimum agitatur. Id dictum probabant cum omnes qui aderant, tum in primis Ariſtænetus atque Eucritus, nimirum in ſpem erecti fore ut eo pacto ab odioſis illis contentionibus diſcedi poſſet. Et Ariſtænetus priorem in locum ſeſe recepit, iam partam eſſe pacem ratus. Iamq; nobis
C inferebatur ea conuiuii pars, abſolutam cœnam uocant, ſingulæ ſingulis aues, carnes aprugnæ, pulpa leporina, piſcis Tagenicus, placentæ: breuiter illa, quæcunq; liberum eſt ſeu uelis in aluum cōdere, ſeu domū aſportare malis. Apponebatur igitur non ſua cuique quadrula, uerùm Ariſtæneto atque Eucrito eadem in parte menſæ una ambobus communis, ita ut de ſua utrique parte quæ ſe ſpectaret, eſſet edendum, aut tollendum. Deinde altera Zenothemidi Stoico & Hermoni Epicureo, & his item inter ipſos cōmunis. Deinceps Cleodemo atque Ioni. Poſt hos ſponſo ac mihi. Porrò Diphilo duorum pars appoſita, propterea quòd Zeno iā diſceſſerat. Hæc facito Philon uti memoria teneas. nam
D paulò pòſt ad intellectum narrationis erunt uſui. PHIL. Meminero ſanè. LVC. Tum Ion, Primus igitur exordiar, inquit, ſi quidē uidetur. Deinde ubi pauliſper interſiluiſſet, Conueniebat, inquit, fortaſſis, ut apud eiuſmodi uiros de ideis, atq; incorporeis ſubſtātiis, deq; animi immortalitate ſermo haberetur: uerùm ne mihi contradicant ii qui diuerſam philoſophiæ ſectā ſequuntur, de nuptiis dicam ea quæ congruunt. Atque illud quidem optimum fuerat futurū, ſi nuptiis opus non haberemus, ſed Platonis ac Socratis dogma ſecuti, à fœminarum commercio nos penitus abdicaremus. Etenim qui ita feciſſent, ii demum ad abſolutam illam uirtutem pertingere potuiſſent. Quòd ſi uiris omnino ducēdæ ſint uxo-
E res, ut eas iuxta Platonicam ſententiam inter ſe communes habeant, uidelicet quò zelotypia uacemus. Hæc quū eſſent riſu excepta, ut quæ nimis intempeſtiuè dicerentur, tum Dionyſodorus: Non tu deſines, inquit, barbarica iſta nobis occinere? Nā ubi zelotypiā iſtam reperias, aut apud quem? At tu etiā hiſcere audes, inquit, ſterquilinium? Ad hæc Dionyſodorus opinor iam erat conuicia quæ conueniebat, regeſturus, uerùm Grammaticus Iſtiæus uir optimus ille, Deſinite, inquit, ego uobis epithalamion recitabo. ſimulq; cœpit legere. erant autem Elegiaci uerſus hi, ſi ſatis memini:

Nuper Ariſtæneti in ædibus unica ſummo
Nutrita eſt ſtudio diua Cleanthis hera,

Virginibus cunctis reliquis præstantior una, F
Vel potior Phœbe, uel potior Venere:
Salue & tu iuuenum ualidissime sponse ualentum,
Nereo prior, ac fortior Aeacida.
At rursum uobis hoc carmen sæpius olim
Commune ambobus coniugiale canam.

Hæc, ita ut est consentaneum, risus est consecutus. Reliquum erat, ut cibi tollerentur. Iamq; tollebãt Aristænetus atq; Eucritus ex his quæ sibi fuerant proposita, suam uterq; partem. Tum ego quæ mihi, & Chęreas itẽ quæ sibi erant proposita. Eũdem ad modũ Ion & Cleodemus. Porrò Diphilus etiam Zenonis di- G
gressi partem tollere parabat, affirmans uni sibi ea fuisse proposita: atque hac de caussa cũ ministris dimicabat, ac uicissim inter sese trahebant, manibus utrinque in auem iectis, non aliter quàm Patrocli cadauer hinc atq; illinc attrahere conantes. Postremò uicit ille, atque abstulit, plurimũ interim risum præbens conuiuis: maximè cũ eã ob rem postea grauiter stomacharetur, perinde quasi atroci affectus iniuria. Iam uerò Zenothemis atque Hermon, qui pariter, ut dictũ est, accumbebãt, alter superius, puta Zenothemis, alter infra hunc, reliqua quidem, quoniam æqualia fuerant apposita, citra pugnam sustulerãt, cæterùm auis quæ iacebat ad Hermonis partem, erat altera paulo pinguior: idq; ita casu euenerat, H
opinor. Iamq; suam uterque sublaturus erat, ibi Zenothemis (sed tu mihi nunc quammaximè fac animum aduertas: iam enim ad ipsum negocii caput peruenimus) Zenothemis, inquam, omissa ea quæ sese spectabat, eam quæ ante Hermonem iacebat, tollere est aggressus: quæ quidem (uti iam diximus) erat pinguiuscula. At ille contrà nitens retinebat, haud sinens ut ea in re potiores ferret. Inter hæc clamore coorto, utrique in alterum irruentes, ipsis auibus facies mutuò cædebant: ac barbis inuicem prehẽsis, auxilio aduocabant, hic quidem Cleodemum, puta Hermon: ille uerò, nempe Zenothemis, Alcidamantem ac Diphilũ. Ac cæteri quidẽ ad partes accesserunt, partim huius, partim illius, præter unum I
Ionem, qui sese neutrum atque ancipitem seruabat. Cæterùm illi inuicem conserti pugnabant, ac Zenothemis quidem scyphum è mensa sublatum, eũ qui coram Aristæneto stabat, abiecit in Hermonem,

Atque hunc haud tetigit, aliò sed flexus aberrat:

Verùm sponsi caput dissecuit alto grauissimoq; uulnere. Itaq; mulierum coorta uociferatio, quæ medium in prælium insiliebant: cũ primis autem adolescentuli mater, cum iam sanguinem eius aspexisset: præterea & sponsa metu territa prosiliit. Inter hæc Alcidamas strenuum uirum præstitit, cum Zenothemidi ferret opem, & illiso suo baculo, Cleodemi quidẽ caluariam, Hermonis uerò ma- K
xillam cõminuit: ad hæc è famulis aliquot opitulari parantes, uulnerauit: quãquam illi nihil his rebus territi cesserunt: uerùm Cleodemus intentato digito Zenothemidi oculum effodit: tum admotus narẽ mordicus auulsit. Porrò Hermon Diphilum Zenothemidi suppetias ferre conatum, è sponda in terram præcipitem dedit. Sauciatus est & Istiæus grammaticus, dum interuẽtu suo eos studet dirimere: calice uidelicet in dentes illius illiso, idq; à Cleodemo, cum hunc Diphilum esse credidisset, non Istiæum. Iacebat igitur miser ille iuxta suũ ipsius Homerum, sanguinem ab ore uomens. Præterea tumultus atque lachrymarum plena undiq; erant omnia: dum & mulieres eiularent Chæreæ sponso circumfusæ,

A cumfusæ,dumq; alii has studẽt compescere. Porrò maxima malorum omnium pars erat Alcidamas, posteaquam semel ad suum rediisset ingenium,feriẽs quicunq; fortè in ipsum incidisset. Neque uerò pauci in eo prælio cecidissent, scito, ni baculum is fregisset. Ego porrò iuxta parietem erectus assistens, spectabam omnia, neq; me ei negocio admiscebam, nimirũ Istiæi iam doctus exemplo, quàm esset periculosum eiusmodi cõflictus uelle dirimere. Lapithas itaque Centaurosq; uidisses,euerti mẽsas, effundi sanguinẽ, proiici scyphos. Demum Alcidamas subuersa lucerna magnas induxit tenebras. Iamq; res,ut est coniectu facile, atrocior etiam multo esse cœpit, præsertim cum haud esset procliue
B luminis copiam alicunde recuperare: sed multa interim ac sæua patrata sunt in tenebris. Post ubi accederet nescio quis lucernam tandem apportans, Alcidamas quidem repertus est tibicinæ uestem sustollens, uiq; cum illa congredi pugnans. Dionysodorus autem in alio quodam ridiculo facinore deprehensus est. Nam ut surrexerat,scyphus è sinu illius elapsus in solum decidit: postea excusans aiebat Ionem in tumultu calicem sublatum sibi tradidisse, ne periret. Id ita factum, Ion admodum solicitè quasi patronũ agens asseuerabat. His rebus dimissum est conuiuium,à lachrymis denuo in ridiculum exitum cõuersum, idq; Alcidamantis,Dionysodori,atq; Ionis gratia. Porrò qui erant saucii,sublati sar-
C cinæ ritu foras deportabantur miseris affecti modis, maximè senex ille Zenothemis,pariter tum oculo tum nare mutilatus, enecari se præ cruciatu clamitãs: adeò ut Hermon,quanquam ne ipse quidem expers malorum,(nam huic duo dentes fuerant excussi) palàm attestaretur,Memineris,inquiẽs,ô Zenothemis, ne posthac dolorem in mediis habẽdum ducas. At sponsus iam uulnere à Dionico curato,domũ reuectus est fasciis reuincto capite,eidem impositus uehiculo, quo sponsam fuerat abducturus. Atque ita miser ille nuptias acerbas celebrarat. Deinde & aliis item Dionicus pro sua uirili remedium adhibuerat. Postremò postquam iam dormierant, asportati sunt pleriq; mediis in uiis uomen-
D tes. Cæterùm Alcidamas inibi remanebat. Neque enim ualebant hominem extrudere, posteaquam semel sese in spondam abiecerat,atque ibi transuersus accubuisset. Hic erat,ô bone Philon,eius exitus cõuiuii,de quo rectissimè illud dici possit,quod in fine Tragœdiarum nonnunquam accinitur:

Sunt fortunæ uarii casus.
Plurima quæ haud speraueris unquam,
Ea conficiunt numina diuûm.
Rursum quæ certò speraris,
Ea frustratò non contingunt.

E Siquidem & hæc planè præter expectationem atque inopinatò exierunt. Præterea & illud iam didici, non esse tutum, cui non sit opus, cum eiusmodi philosophis agitare conuiuium.

## DE SYRIA DEA, Iacobo Micyllo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Argumentum operis ipse titulus indicat. Describit enim Syriæ deæ & templũ, & sacra, & effigiem quoque, facto narrationis initio à collatione reliquorum templorum sacrorumq; quæ in Syria sunt. Ac primùm quidem in genere commendat templum deæ huius, à sanctitate, miraculis, & opulentia. Deinde speciatim commemorat & de origine eius, quando uidelicet, & à quibus conditum tradatur, & quænam ipsa Dea esse à pleriſque putetur. Post hæc de æde templi, à quibus ea extructa fuerit, quæ eius forma, qui situs sit.*

*Item de ſignis ac ſtatuis quæ tum intra ædem, tum extra uiſantur. Poſtremò autem & de ſacerdotibus deæ,* F
*de lacu & piſcibus ſacris, ad quos ſimulacra deorum ueluti per pompam quandam uiſendi cauſſa quotannis*
*exeunt. Præterea & de panegyricis conuentibus qui ibi celebrentur, de Gallis, & eorum ceremonijs, déque*
*ſacrificandi ritu ac legibus, inſertis ſuo loco & Antiochi & Combabi hiſtorijs, quorũ alter Stratonicen no-*
*uercam amauit: alter ob euitandam eiuſdem rei ſuſpicionem ſibiipſi uirilia præcidit. Atque in his nonnulla,*
*ut uidelicet illa de arca Noe (quem Lucianus, ut cæteri Græci quoque, Deucalionem hic uocat) de Gallorũ &*
*ſacerdotum purificatione, de uetito porcorum eſu, et id genus alia ita traduntur, ut propemodum credi poſſit*
*ex Iudæorum obſeruationibus ac ſacris pleraque illa trãſſumpta, ſed tempore poſtea uſuq; adulterata ac de-*
*prauata fuiſſe, ſiue hoc populorum uicinitate atque commercio factũ demus, ſiue Barbari iſti ad eorum exem-*
*pla quæ à Iudæis tunc cum in Aſſyria captiui erant, uidebant fieri, ſuos quoque ritus conformarũt. Aſſyriorum*
*enim & hæc ciuitas fuit, in qua tam prodigioſa dea culta eſt, ea parte quæ Cœleſyria à Plinio dicitur, condita:*
*cuius nomen Stephanus quidem Hieram, hoc eſt ſacram abſolutè, Strabo autem & Plinius iuncta uoce Hie-* G
*rapolin uocant, quod hic Lucianus Ionica dialecto, qua per totam hanc deſcriptionem utitur, in polin Hieram,*
*hoc eſt ciuitatem ſacram per tmeſin diuiſit. Eandem autem & Bambycem ijdem, & Edeſſam, quod poſterius*
*nomen Strabo addit, & à Syris ipſis Magog, ut Plinius habet, appellari tradunt, ipſamq; deã quam Lucianus*
*ſimpliciter Syriam uocat, proprio nomine Atergatin, & à Græcis Derceto quoque nominari ſcribunt. Cæterùm*
ἄτερ γάτιδος, *de Atergatide non alienum opinor fuerit etiã illa huc apponere, quæ apud Athenæum legũtur, quandò et ipſa*
*id eſt abſque* *ad uberiorem intellectum eorum quæ hic à Luciano dicuntur, nonnihil facere uidentur. Verborum eorũ ſen-*
*Gatide, quæ* *tentia hæc eſt: Antipater Tarſenſis, inquit, profeſſione Stoicus, libro* περὶ δεισιδαιμονίας, *hoc eſt de religione,*
*uerba iuncta* *quarto, dici à quibuſdam tradit, quòd Gatis Syrorum regina, ita gulæ dedita fuerit, ut per præconem edixerit*
*Atergatidis* *ne quis piſcem aliquem abſque Gatide comederet. Per ignorantiam igitur plerosq; Atergatim ipſam uocare,*
*nomen fece-* *atq; à piſcibus abſtinere. Mnaſeas autẽ in ſecundo de Aſia ita ait: Mihi quidem Atergatis uidetur regina adeò*
*re.* *intolerabilis fuiſſe, ac multa duriter populis ſuis imperaſſe, ita ut lege quoq; cauerit illis, ne quem piſcem ede-* H
*rent, ſed ad ipſam afferrent, eò quòd hoc cibi genere delectaretur. Atque inde etiam in ſacrificijs ſolenne hoc*
*manſiſſe, ut quoties deam precarentur, piſces illi argenteos aut aureos offerrent, ſacerdotes uerò etiam tota*
*die ueros deæ piſces in menſa paratos ac coctos apponere, elixos pariter & aſſatos, quos ipſi poſtea ſacerdo-*
*tes deæ abſumant. Ac paulò pòſt idem addit: Atergatis autem, quemadmodum Xanthus ille Lydus tradit, à*
*Mopſo quodam Lydo capta unà cum filio Ichthye, in lacu Aſcalone cõtumeliæ cauſſa ſubmerſa, & à piſcibus*
*deuorata eſt. Hæc Athenæus libro 8. Præterea neque illud omittẽdum uidetur, quòd Edeſſam tradit Volater-*
*ranus eam eſſe urbem, in quam Tobias olim filium ſuum ad Gabelum quendam, apud quem pecuniam de-*
*poſuerat, miſit. Quod ſi uerè ab illo traditur, eademq; Edeſſa & Hierapolis dicitur, ut Straboni placet, mani-*
*feſtum ex eo iam apparet, & Iudæos ibi captiuos uixiſſe, et illorum obſeruationum ueſtigia quoque quædam*
*eodem loco hæſiſſe. Sed hæc in medio relinquamus.* I

EST in Syria ciuitas non longè ab Euphrate flumine, uocatur autem Sacra, & eſt quoque ſacra Iunonis Aſſyriæ: cæterùm nomen hoc uidetur mihi non ſtatim ab initio urbi, cum cõdita eſt, impoſitũ fuiſſe, ſed antiquitus quidem aliud fuiſſe, poſtea uerò cum ſacra ibi magna ſubinde peragerentur, in hoc cognomẽtum euaſiſſe. De hac igitur ciuitate uenio dicturus, quæcunque uidelicet in ipſa ſunt. Dicam autẽ & leges quibus in ſacris utuntur, & ſolennes conuentus quos celebrãt, & ſacrificia quæ peragũt. Dicam autem & quæcunque de illis traduntur qui templum hoc conſecrarũt, & de æde ipſa quo pacto condita fuerit. Scribo autem Aſſyrius ipſe exiſtens: & K eorum quæ narro, alia quidem ipſe coràm uidi, alia uerò à ſacerdotibus edoctus ſum. Quæcunque igitur antiquiora me ſunt, ab iis narrationẽ incipiam. Primi itaque hominum, quos nos ſcimus, Aegyptii, dicuntur & deorum notitiam percepiſſe, & templa conſtituiſſe, lucosq; & cõuentus ſolennes edidiſſe. Primi autem & nomina ſacra intellexerunt, & ſermones ſacros docuerunt. Deinde uerò non multo tempore pòſt, ab Aegyptiis Aſſyrii doctrinam de diis acceperunt, & ſacra templaq; erexerunt, in quibus & ſimulacra poſuerunt, & ſtatuas dedicarunt. Antiquitus autem etiam apud Aegyptios abſque ſimulacris & ſtatuis templa erant. Et ſunt in Syria quoque templa non multo Aegyptiis ætate poſteriora,

A posteriora, quorum ego plurima ipse uidi. Herculis utiq; æquæuum est illud uidelicet quod Tyri est: nō huius Herculis quem Græci carminibus celebrāt: sed quē ego dico, multo uetustior est, & Tyrius heros. Est autem & aliud tēplum in Phœnicia, magnum, quod Sidonii celebrant, Astartæ, ut quidem ipsi dicunt. Astarten autem ego puto Lunā esse. Cæterùm ut mihi ex sacerdotibus quidam narrauit, Europæ illud est, Cadmi sororis. Hanc autē fuisse ferūt Agenoris regis filiam, & postquā amplius non comparuit, Phœnices ipsam tēplo honorarunt, & sermonem de ea sacrum euulgarunt, quòd uidelicet pulchra cū esset, Iupiter amore eius captus fuerit, & mutata in taurum forma, rapuerit eam, & in B Cretam inde abiens deportarit. Atq; hæc quidē etiam à cæteris Phœnicibus audiui: & nomisma quoq; quo Sidonii utuntur, Europam habet insidentē tauro, Ioui uidelicet. Cæterùm ipsam ædem nō omnes confitentur Europæ esse. Habent autem & aliud templum Phœnices, non Assyrium, sed Aegyptium, quod ex Heliopoli in Phœniciam peruēnit: quod ego quidē ipse non uidi, sed tamen magnum etiam hoc & peruetustum est. Porrò & Bybli uidi templū magnum Veneris Bybliæ cognomento, in quo & ritus quosdam in Adonidem peragūt. Cognoui autem & ipse ritus eos. Dicunt igitur factum illud quo ab apro percussus Adonis fuit, in sua terra contigisse, & in memoriam rei uerberantur an- C nis singulis, & lamētantur, & ritus solennes peragunt, ac ipsis magni adeò luctus per totam regionem indicuntur. Postquam autem iam uerberandi ac deplorandi finis factus est, principiò quidem inferias Adonidi peragunt, perinde ac mortuo tum existenti, postea autem sequenti die & uiuere ipsum dictitant, & in aërem sursum mittunt, & capita detondent, quemadmodum Aegyptii quando apud ipsos Apis mortuus est. Ex mulieribus autem quæcūque tonderi non uolunt, talem pœnam exoluunt: unum quidem diem ad quæstū corpore faciēdum prostant. forum autem illud solùm peregrinis exhibetur: & quod inde mercedis auferunt, hoc Veneri in sacrificium datur. Sunt autem ex By- D bliis nonnulli qui dicunt apud sese humatum esse Osirim Aegyptium, luctúsque & ritus hosce non Adonidi, sed Osiridi omnes fieri. Dicam autem & unde fidem eius rei sibi faciant. Caput unoquoq; anno ex Aegypto Byblum defertur, septem diebus, quantum spacii ex illa in hāc est, enatans. Ac uenti ipsum ferunt diuina quadam remigatione. Vertitur autem nusquā aliò, sed solùm Bybum perfertur, & est in summa mirum quiddā. Et hoc quouis anno fit, quemadmodum & me præsente tum Bybli factum est, & caput ipsum spectaui è papyro effigiatum. Est autem & aliud miraculosum in terra Bybliorum. fluuius quidam ex Libano mōte in mare defertur, fluuio nomen est Adonis. Hic quot- E annis cruore inficitur, & colorem amittit, & in mare exiens, ipsum quoq; pelagus magna ex parte purpureum efficit, Byblíisque lugendi tempus indicat. Fabulantur autem quòd illis tum diebus Adonis per Libanum saucietur, & cruor illius in aquam delatus, fluminis colorem mutet, eidémque nomen præbeat. Atque hæc quidem uulgo dictitant: cæterùm mihi uir quidam Byblius, qui uera dicere uisus est, aliam quandam huius rei causſam narrauit. Dicebat autem hoc pacto: Fluuius hic Adonis, ô hospes, per Libanum defertur. Libanus autem ipse terram habet admodū rubeam. Venti igitur uehemētiores illis tum diebus exorientes, terram in fluuium deferunt, quæ tum maximè minio similis est. ea postea illum cruentum uideri facit. Atq; ita rei huiusce causſa haudqua-

*Hercules Tyrius.*

*Astarte.*

*Venus Byblia*

*Adonis fluuius.*

quam cruor eſt,uti ferunt,ſed terra. Ac Byblius quidē tantum narrabat. Quòd F
ſi autem uera iſta dixit, mihi quidem uidetur diuinus adeò etiam uenti iſte tum
ortus incidere. Cæterùm aſcendi & in Libanū ex Bybli,itinere unius diei,cum
audiſſem ibi antiquum templum Veneris eſſe,quod Cinyras dedicaſſet. Ac ui-
di ſanè templum, eratq; peruetuſtum. Atque hæc quidem in Syria ſunt templa
antiqua,& magna. Quæ cum multa adeò ſint, nullum tamen, quantū mihi ui-
detur,maius eo eſt quod in Sacta ciuitate habetur,neq; etiam ædes alia ſanctior,
aut terra magis ſacra uſpiam eſt. Sūt autē & opera in eo precioſa,& donaria an-
tiqua, & miraculoſa multa, & ſtatuæ religioſæ, & dii quoque ex ipſis manife-
ſtam adeò ſui ſignificationem dantes. Siquidem & ſudorem ipſis emittunt ſta- G
tuæ,& mouentur,& oracula edunt, & clamor ſæpenumero in æde coortus eſt
cum templum iam clauſum eſſet,multiq; audierūt. Iam uerò & diuitiis inter ea
quæ quidem ipſe uidi,primum atque præcipuum eſt. Nam multæ afferuntur i-
pſis opes tum ex Arabia, tū à Phœnicibus & Babyloniis,& aliæ item ex Cap-
padocia,& quæcunque Cilices afferūt,& quæcunque Aſſyrii. Vidi autem ego
etiā ea quæ ſecretò in æde poſita ſunt,ueſtes uidelicet multas,& alia quæcunq;
argento aut auro ſeorſim deputata ſunt. Nam feſta quidem & ſolennes cōuen-
tus haud ullis aliis hominibus æquè multum peraguntur. Porrò inquirenti mi-
hi de annis,quàm diu templum hoc duraſſet,& de dea,quámnam ipſi eam eſſe H
putarent, multi ſermones ferebantur, quorum alii ſacri tradebantur, alii aper-
ti ac plani erant,alii contrà ualde fabuloſi : rurſum alii Barbari,alii cum Græcis
conſentientes: quos ego omnes quidem referam, haudquaquam autem ap-
probo. Complures igitur Deucalionem Scytham illum tradunt templum hoc
*Deucalion, et de diluuio.* conſecraſſe,eum puta Deucalionem,cuius temporibus aquarum diluuium fuit.
Cæterùm de Deucalione inter Græcos ſermonem quem illi de eo referunt,
audiui. Habet autem ſermo ille hoc pacto: Hanc hominum generationem quæ
nunc eſt,ab initio haudquaquam fuiſſe, ſed eam quæ tum fuit,totam interiiſſe.
Hos autem homines qui nunc ſunt, ſecundi generis eſſe, eius quod rurſus à I
Deucalione in tantam multitudinem excreuit. De illis autem hominibus,hu-
iuſmodi quædam traduntur:Cum contumelioſi admodum eſſent,nefaria ope-
ra eos perpetraſſe. Neque enim iuſiurandum obſeruaſſe, neque hoſpites rece-
piſſe, neque ſupplicum miſertos eſſe. Ob quam rem,maximam calamitatem i-
pſos mox conſecutam eſſe. Statim enim & tellus multam aquam effudit,& im-
bres magni fuerunt,& flumina ſolito maiora decurrerunt,& mare quoque in
multum aſcendit,eò uſque,dū omnia aquis inundarentur,atque omnes perirēt.
Deucalion autem ſolus hominum relictus fuit, in ſecundam uidelicet genera-
tionem, prudentiæ ſimul & pietatis gratia. Seruatus autem fuit hoc pacto: Ar- K
cam quādam magnam,quam ipſe habebat,impoſitis in eam & liberis,& uxore
ſua, conſcendit. Cæterùm cum ipſe ingrederetur, uenerunt eodem & apri,&
equi,& leonum genera,& ſerpentes,aliaq; quecunque tellure paſcuntur, bina
ex unoquoque genere cuncta. Ille autem recepit ad ſe omnia, atque ea ipſum
haudquaquam lædebant, ſed magna inter eos, Ioue ita diſpenſante, concordia
erat,unaq; in arca omnes nauigabant quandiu aqua ſuperabat. Atque hæc qui-
dem de Deucalione Græci tradunt. De iis autem quæ mox conſecuta ſunt,fer-
tur alius quidam ſermo ab iis qui Sacram incolunt ciuitatem, magna certè ad-
miratione dignus:quòd in ipſorum uidelicet terra hiatus quidam factus fuerit,

ac

A ac totam illam aquã absorbuerit. Deucalion autẽ,ubi hæc ita facta sunt, & aras cõstituit, & ædem supra hiatum illum Iunoni sacram erexit. Ego uerò etiã hiatum uidi,& est sub æde illa,admodum exiguus quidam. Vtrum autem antiquitus etiam maior fuerit, & nunc in tam paruum redactus sit, equidem nescio. Is utique quem ego uidi,paruus est:signum autem quo fidem historiæ huic faciãt, hoc peragunt:Bis unoquoque anno ex mari aqua in ædem defertur. Ferũt autem illã non sacerdotes modò,sed tota Syria,& Arabia:& qui trans Euphratẽ incolunt,multi homines ad mare descendunt,atq; omnes inde aquã afferũt. Ac primò quidem in æde effundunt illam,postea autem in hiatum defluit,recipitq;
B lacus ille quamuis exiguus immensam uim aquæ. Atque hæc ita faciẽtes, Deucalionem ritum ac legem templi istam instituisse ferũt, ad testandam cladis pariter & beneficii memoriã. Vetustior igitur sermo de templi origine talis quidem fertur. Alii autem Semiramidẽ Babyloniã illam,cuius multa passim opera per Asiam extant,etiam hanc sedem consecrasse putant,cæterùm non Iunoni, sed matri suæ,cui nomen Derceto fuit. Dercetus autem imaginem in Phœnicia uidi,spectaculum planè peregrinum, altera quidem parte mulierem, altera uerò,quantum à femoribus ad imos pedes protenditur,in piscis caudam desinentem. At hæc quæ in Sacra ciuitate est,tota mulier est. Porrò argumenta quibus *Derceto.*
C huic narrationi fidem faciunt,nõ ita clara habent. Pisces rem sacram existimãt, neque unquam pisces attingũt. Deinde & aues,alias quidem edunt,columbam autem solam nõ edunt,sed hæc sacra ipsis est. Et quòd hæc ita fiunt,placet ipsis Dercetus & Semiramidis gratia fieri: alterum quidẽ, quòd Derceto piscis formam habet: alterum autem,quòd Semiramis ad postremum in columbam uersa est. At ego ipsam quidem ædem Semiramidis opus esse,fortassis permiserim, Dercetus autem sacram esse haudquaquam credo,quandò & apud Aegyptios nonnulli sunt qui piscibus nõ uescuntur,idq; in gratiam Decretus minimè faciunt. Fertur autem & alius sermo sacer,quem ego à sapiẽte quodam uiro au-
D diui : quòd uidelicet ipsa dea Rhea sit, templum autem Attæ opus. Porrò Attes genere quidem Lydus fuit, primus autem sacrorum ritus quibus Rhea coleretur, tradidit. Ac quibus Phryges & Lydi & Samothraces in sacris utuntur, ea omnia ab Atte acceperunt. Postquam enim ipsum castrauit Rhea, uitã quidem uirilem agere desiit,formam autem fœmineam assumpsit,uestémque muliebrem induit. Atque ita per omnem terram obambulans, & sacra peragebat passim,& quæ passus esset,narrabat, Rheamq; celebrabat. Inter quæ & in Syriam uenit. Cæterùm cum illi qui trans Euphratem incolunt homines, neque ipsum, neque sacra eius reciperent, hoc in loco templum constituit. Ac multa *Atten uocat, quẽ alij Atyn tertia declin.*
E signa adsunt deæ, quæ ipsam Rheam uideri faciunt. Nam & leones ipsam ferunt,& tympanum habet,& coronam in capite turritam gestat,qualem & Lydi Rheam effigiant. Dicebat autem & de Gallis idem,qui in templo sunt,quòd Galli Iunoni quidem haudquaquam, Rheæ autẽ castrari soleant,& Atten imitentur. Cæterùm hæc mihi conuenientia quidem uidentur esse,uera autẽ non, quoniam de castratione aliam quoque audiui causam, multa hac fide digniorem. Placent uerò mihi hæc quæ de templo dicunt,in quibus cũ Græcis cõsentiunt,deam quidẽ Iunonem putãtes esse, ipsum autem opus Dionysii,eius qui ex Semele natus fuit. Nã & Dionysius in Syriam uenit,eo uidelicet itinere,quo in Aethiopiam est profectus. Et sunt multa in templo eius indicia, quæ ipsum

auctorem comprobant: inter quæ & ueſtes Barbaræ, & lapilli Indici, & Ele- F
phantorum cornua, quæ ille ex Aethiopia tulit. Etiam Priapi ſtant in ueſtibu-
lis, duo admodum magni, qui tali Epigrammate inſcripti ſunt:

Hos poſui Bacchus tibi Iuno nouerca Priapos.

Ac mihi quidem uel iſta ſufficiunt. Cæterùm dicam & aliud, quo ritu uidelicet Dionyſii ſacra in æde peragant. Priapos Græci (quos Phallos ipſi dicunt) Dionyſio erigunt, in quibus & tale quiddam portant, uiros puta exiguos ex ligno effigiatos, magna uirilia habentes. Vocantur autem* Neuroſpaſta hæc. Eſt igitur & hoc in templo illo. Nam ad dextram ædis partem ſedet exiguus uir ex ære factus, habens uirile magnum. Ac tantum de illo, quod ad conditores tem- G
pli attinet, tradunt. Iam uerò & de æde dicam, & de ſitu eius, quo pacto ædificata ſit, & quiſnam illam ædificauerit. Dicunt igitur ædem illam quæ à principio fuit, haudquaquam eam eſſe quæ nunc eſt, ſed antiquiorem illam quidem ſucceſſu temporum collapſam eſſe, hanc autē quæ nunc eſt, Stratonices opus eſſe, uxoris regis Aſſyriorum. Videtur autem mihi Stratonice illa eſſe, quæ à priuigno amata fuit, cuius amorem medici induſtria deprehendit. Poſtquam enim ipſum ægritudo hæc inuaſerat, dubius animi, propterea quòd illi malū hoc turpe uideretur, ſilentio rem premens, morbo decūbebat. Iacebat autē nullo quidem certo dolore affectus, ueruntamen & color eius omnino immutabatur, & H
corpus in dies marceſcebat. Medicus autē ut ipſum aſpexit, nullum manifeſtum morbi indicium præ ſe ferentem, amorem eſſe morbum cognouit. Amoris autem occulti multa indicia ſunt: oculi uidelicet languentes, & uox, & color, & lachrymæ. Quæ omnia cum ille in hoc animaduertiſſet, huiuſmodi quædā facit. Manu quidē dextera adoleſcentuli cor tenebat: eos uerò qui in domo erāt, omnes intrò in cubiculū ubi ille decumbebat, uocabat. Ille igitur cæteris quidem ingrediētibus omnibus cum ſumma quiete iacebat: at ubi nouerca adueniebat, tum demum & colorē mutare, & ſudorem emittere incipiebat, tremoreq; corripiebatur, & ei cor ſubſultabat. Quæ cum ita fierent, manifeſta amoris I
indicia medico præbebāt. Ac ipſum hoc pacto ſanitati reſtituit. Aduocato adoleſcentis patre, qui admodū tum filii cauſſa ſolicitus erat, Hic morbus, inquit, haudquaquam morbus eſt, ſed iniuria quædam. Nam ille quidem dolore neutiquam premitur, ſed amor ipſum & uecordia tenent. Expetit autem ea quæ illi haudquaquam aſſequi licet. Vxorem enim meam amat, quam ego minimè dimiſſurus ſum. Atque hac ille tum prudentia mentiebatur. Pater autem continuò precari cœpit: Per prudentiam ego te tuam, perq; ipſam medicinam obteſtor, ne mihi perditum eas filium. Non enim ſua ſponte hoc malo tenetur, ſed morbus illi inuito hic accidit. quare tu nequaquam æmulando uelis luctū toti K
regno conciliare: néue, medicus cum ſis, hāc homicidii notā inurere medicinæ. Atq; hoc pacto ignarus ille, tamen precabatur. Alter autem reſpondens ei rurſum, Nefaria, inquit, moliris, coniugem meam à me auferre quærens, & homini medico uim faciens. Tu uerò quonam pacto ipſe affectus eſſes, ſi quis uxoris tuæ deſiderio teneretur, quādò nunc iſta à me poſtulas? Tū ille ad hæc reſpondit, quòd neque ipſe uxori unquam parſurus fuiſſet, neq; filio ſalutē inuideret, etiam ſi nouercæ deſiderio teneretur. neque enim parem iacturam eſſe, uxorem, ac filium amittere: Quæ cum medicus audiſſet, Quid igitur me, inquit, obteſtaris? Etenim tuæ ille uxoris deſiderio tenetur. Et quæ ego tibi modò dicebam

*Quo nomine & imaguncula uocantur apud Græcos quæ fidiculis tractæ uel ſaltant, uel alios motus referunt.

Vide Valer. lib. 5. ca. 7.

A cebam,omnia falſa fuere. Adducitur itaque hiſce pater,ac filio quidem & uxorem relinquit,& regnum:ipſe uerò in terram Babyloniam abiit,& ciuitatẽ ſupra Euphratem, cognominem ipſi,condidit, ubi & mortem poſtea obiit. Atq; hoc quidem pacto tum medicus amorem cognouit,& curauit. Stratonice uerò hæc,cum adhuc priori marito cohabitaret,ſomnium tale uidit: Viſa eſt ei Iuno iubere ædem illã in Sacra ciuitate extruere ſibi,& ſi minus pareret, multa malaq; ipſi comminari. Illa uerò principiò quidem nullam ſomnii huius rationem habuit: poſtea autem ut ipſam grauis morbus corripuit, & uiro uiſionẽ expoſuit,& Iunonem placare cœpit,ædemq; ſe illam conditurã eſſe promiſit. Ac ſta-
B tim ubi cõualuit,maritus ipſam in Sacram ciuitatem miſit,cum ipſa autem unâ & pecunias,& exercitum magnum,partim ædificandi cauſſa, partim etiam ſecuritatis gratia. Vocato autem quopiã ex amicis,homine adoleſcẽte admodum formoſo,cui nomẽ erat Combabo,Ego te,inquit,Combabe,utpote probum, ex omnibus amicis diligo maximè,& cum ob prudentiam,tum ob beneuolentiam erga me tuam, quam & præſtitiſti, laudo in primis. In præſentia autẽ opus mihi eſt magna fide: quare te uolo cum uxore mea hinc profectum, & ædificium abſoluere mihi,& ſacra peragere, & exercitui præeſſe. Cæterùm ubi reuerſus fueris, magnis à nobis honoribus afficieris. Ad hæc igitur Combabus
C ſtatim precari cœpit,multis obteſtãs Regem,ne ſe mitteret, nẽue ſibi crederet pecuniã multo ſuis facultatibus maiorem: deinde & uxorem, & opus ſacrum. Cæterùm illud formidabat, nequãdo progreſſu temporis zelotypia erga Stratonicen ipſi pareretur,ut quam ſolus inde abducturus erat. Cæterùm ubi illum haudquaquam permouit,ſupplicare iterum cœpit,quò ſibi ſpacium ſeptem dierum permitteret,ac deinde ubi ea perfeciſſet quibus maximè opus haberet,ablegaret. Quod cum facilè impetraſſet, domum ſuam abit,& procidens in terram,huiuſcemodi quædam cum fletu eiulauit: O me miſerum,quò mihi hac fide?quò mihi autem uia iſta,quam nunc poſtremùm aſpiciam? Adoleſcens equi-
D dem ego, & cum muliere formoſa proficiſcar? Hæc mihi magna uerò calamitas erit,niſi omnem mali cauſſam à me amoueam. Quare neceſſe eſt magnum peragere me facinus, quod mihi metum omnem hunc ſubleuet ac curet. Hæc ita effatus,ſe ipſum inutilem ac mancum reddidit,amputatiſque uirilibus,in anguſtum quoddam uaſculum ea incluſit, myrrha pariter & melle, aliiſq; odoramentis additis. Deinde ubi & annulo quem geſtare ſolebat, obſignaſſet illud, uulnus curabat. Poſtea uerò cum ipſi iam tempus uideretur ut proficiſceretur, ad regem ueniens, multis aliis præſentibus dat illi pariter & uaſculum, & dicit in hunc modum: Hoc ego uaſculum,Domine,inter precioſiſſima domi repo-
E ſitum habui,idque in primis amabam. Nunc autem, quando magnũ adeò iter ingredior, apud te deponam. Tu uerò fac ut tutum ac cuſtoditũ mihi præſtes. nam hoc auro potius mihi eſt, eodémque precio cum anima ipſum æſtimo: ut poſtquam rediero,ſaluum & incolume iterum recipiam. Ille uerò acceptum altero quoq; annulo obſignauit, & quæſtoribus aſſeruandum & cuſtodiendum tradidit. Combabus igitur poſt illa ſecurum iter peragebat. Cæterùm cum iam ad Sacram ciuitatem ueniſſent,ædem ſumma cura extruxerũt: atque ipſis dum in opere ſunt,anni tres elabuntur: intra quos illa quæ Cõbabus tantopere metuerat,euenere. Nam Stratonice,poſtquam ille multo iam tempore cũ ea conuerſaretur, amare illum cœpit, mox etiam grauiter in illum ex amore inſaniit.

Et ferunt, qui Sacram ciuitatem incolunt, Iunonem eius rei cauſſam extitiſſe: F
ac Combabum quidem ut bonum uirum haudquaquam latuiſſe: Stratonicen
autem ultam eſſe, eò quòd non ſtatim ac facilè ædem illam promiſiſſet. Porrò
illa principiò quidem modeſtè ac temperanter ſe gerebat, morbumq; celabat:
poſtea uerò ubi malum illi hoc in maius quàm ut tegi ſilentio poſſet, accreuit,
manifeſtè adeò conficiebatur, flebatq; continuè, ac Combabum uocabat. Atq;
illi tum omnia Combabus erat. Poſtremò autem cum inopia cõſilii nullũ huic
malo remedium inueniret, honeſtam atque idoneam compellandi illius uiam
quærere cœpit. Proinde cũ alteri quidem ulli amorem fateri abhorreret, ipſa
autem aggredi illũ coràm uerecundia prohiberetur, huiuſcemodi quædam ani- G
mo cogitare cœpit, ut poſtquam uidelicet uino ſeſe inebriaſſet, in colloquium
cum illo ueniret. Pariter autem cum uino ingrediente, & loquendi fiducia ac-
cedit, & non impetraſſe quod poſtularis, non ita magnus pudor eſt, ſed eorum
quæ aguntur, ſingula in obliuionem retro abeunt. Poſtquam igitur apud ſe iſta
conſtituerat, faciebat quoq; & cum cœna peracta diſceſſiſſent, ad ædes in qui-
bus Combabus diuertebatur, ueniens, obteſtabaturq; illum, & genua eius pre-
henſabat, & amorem fatebatur. Ille autẽ orationem eius ægrè ac difficulter ad-
mittebat, ipſumq; opus detrectabat, denique & ebrietatem illi exprobrabat. At
uerò cum illa neſcio quod magnum malum in ſe ipſam facturam eſſe ſe mini- H
taretur, adductus metu, totã illi rem manifeſtam fecit, & quicquid à ſe ipſe paſ-
ſus eſſet, enarrauit, ipſumq; opus in lucem protulit. Videns igitur Stratonice ea
quæ nũquam futura putaret, à furore quidem illo in præſens ita deſtitit, amoris
autem haudquaquã oblita eſt, ſed per omnia cõuerſando illi, hanc quaſi quan-
dam conſolationem amoris, cuius effectum conſequi nequiuerat, quærebat. Eſt
autem amor hic in Sacra ciuitate, & etiam nunc durat, ut Gallos quidem con-
cupiſcant mulieres, & uiciſſim Galli in mulieres depereant, neque tamen quiſ-
quam zelotypia ſiue æmulatione aliqua commoueatur, ſed ipſis res hæc in pri-
mis ſacra cenſetur. Porrò hæc in Sacra ciuitate circa Stratonicen ita geſta, re- I
gem haudquaquam latuere, ſed complures uenientes, accuſabant illos, & quæ
facta eſſent, commemorabant. Quocirca dolore accenſus, ab opere quãquam
adhuc imperfecto Combabum reuocauit. Alii autem ſermonem quendã neu-
tiquam uerum recenſent, quòd uidelicet Stratonice poſtquam ea cõſequi quæ
expetiuerat, non potuiſſet, ipſa ad uirum ſcribens, Combabum ultro accuſarit,
tanquam qui ad ſtuprum ipſam ſolicitaſſet. Et quod Græci de Sthenebœa di-
cunt, & de Phædra Cretenſi, hoc idẽ & Aſſyrii de Stratonice confitentur. Ego
quidem igitur neque Sthenebœam credo neque Phædram talia perpetraſſe, ſi
modò Hippolytum Phædra uerè amauit. ſed hæc in medio, ita ut ſunt, relin- K
quamus. Cæterùm ubi nũcius in Sacram ciuitatẽ peruenit, Combabus & cauſ-
ſam reuocationis agnouit, & animo fidente ad regem abiit. nã illi defenſio do-
mi relicta erat. Ac uenientem ipſum continuò rex comprehendi iuſſit, & in cu-
ſtodia tenuit. Poſtea autem præſentibus amicis, qui tum quoque unà adfuerant
quando Combabus emittebatur, adductum illum in medium accuſare cœpit,
adulteriumq; & intemperantiam uitæ obiecit. Admodum autẽ grauiter cõmo-
tus, & fidem inuocabat, & amicitiam, dicens tripliciter Combabum iniuriã fe-
ciſſe, ut qui & adulterium cõmiſiſſet, & fidem fregiſſet, & in deam impius fuiſ-
ſet, in cuius opere huiuſcemodi perpetraſſet. Multi autem adſtantes coargue-
bant

A bant ipſum, quòd uidelicet manifeſtè uidiſſent ipſos mutuò cõgredientes. Omnibus itaque poſtremò uidebatur quamprimum morte afficiẽdus eſſe Combabus,ut qui capitalia peregiſſet. Ille uerò hactenus quidem ſtabat nihil dicẽs: poſtquam autem ad ſuppliciũ & cædẽ iam ducebatur, tum demũ loqui cœpit, & depoſitum uaſculum repopoſcit,illud addens,quòd non cõtumeliæ aut nuptiarum cauſſa interficeret ipſum rex,ſed quòd ea quæ abiẽs apud illum depoſuiſſet, hoc pacto retinere cuperet. Ad hæc igitur rex, uocato quæſtore, iuſſit afferre ea quæ cuſtodiẽda ei tradidiſſet.Ille ubi attulit,reſignato Combabus ſigillo,ea quæ incluſa fuerant,commonſtrauit,& quæ ipſe paſſus eſſet,expoſuit,
B atq; ita dixit: Nimirum iſta,ô rex, ueritus ego quando me primùm ad hoc iter ſuſcipiendum mittebas,inuitus ibam:ac poſtquam magna neceſſitate à te compulſus fui,talia peregi,utilia quidem domino, mihi uerò nõ ita felicia ac bona. At uerò talis cum ſim, tamen contumeliæ in uirum coniugem accuſor.Ille autem ad hæc ſtupefactus, amplexatus pariter ipſum eſt, & dixit:O Cõbabe, cur magnum hoc malum perpetraſti?cur autem teipſum indigno adeò facinore ſolus uirorum deformaſti?Non ita prorſum laudo hæc,ô infelix,qui talia quidem ſuſtinuiſti,qualia utinam neque te pati, neque me aſpicere unquam cõtigiſſet. Neque enim iſta apologia mihi opus erat. Veruntamen quandò deus quiſpiam
C hæc ita uoluit,principiò quidem tibi ultio à nobis erit, mors uidelicet ipſorum ſycophantarum:poſtea autẽm maxima dona tibi uenient,aurumq; multum, & argentum immẽſum,& ueſtes Aſſyriæ,& equi regii. Accedes autem ad nos inuocatus, neque te quiſquam à noſtro conſpectu prohibebit, ne ſi cum uxore quidem unà concumbam. Atque hæc quidem dixit pariter & fecit. Ac illi quidem continuò ad ſupplicium & cædem ducebãtur,huic autem dona dabantur, amicitiaq; hæc maxima cõciliata fuit. Videbatur autem nullus Aſſyriorum amplius Combabo neque ſapientia neque felicitate ſimilis eſſe. Poſtea uerò cum poſtulaſſet ut ſibi liceret ædem,quantum eius reliquum erat,abſoluere,imper-
D fectam enim ipſam reliquerat, rurſum mittebatur: ac ædem quidẽ ille abſoluit, & reliquam ætatem ibi peregit. Dedit autem illi rex, uirtutis pariter & beneficentiæ cauſa, ut æreus in templo ſtatueretur. Stat itaq; præmii & honoris cauſſa in templo Combabus æreus,Hermoclis Rhodii opus,forma quidem mulieri ſimilis, ueſtitum autem uirilem gerens. Feruntur autem & amici illius,ii qui maximè erga ipſum beneuolentia affecti fuere,in ſolatium eius quod paſſus ille fuit, eiuſdem affectionis ſocietatem ultro ſibi elegiſſe. Nam & ſeipſos caſtrarunt, & eandem cum illo uiuendi conſuetudinem tenuerunt. Alii autem inter ſermones ſacros de hoc facto ita tradunt dicentes, quòd Iuno quũ amaret Cõ-
E babum,multis caſtrãdi cupiditatem in mentem immiſerit,ne uidelicet ſolus ille ob uirilitatem amiſſam lugeret. Cæterùm conſuetudo illa poſtquam ſemel cœpit,etiam nũc manet,& multi quotannis in templo hoc caſtrantur & emaſculantur,ſiue Combabum hoc pacto cõſolantes, ſiue etiam Iunoni gratificantes. Caſtrantur autem illi,ueſtitum uerò uirilem amplius non habent,ſed & muliebria indumenta gerunt,operâque mulierum perficiunt. Cæterùm ut ego audiui,refertur & huius rei cauſa in Combabum. Nam illi etiam hoc accidiſſe traditur. Peregrina quædam mulier ad ſolennem conuentum ueniens,cum uidiſſet & corpore formoſum eſſe, & ueſtem præterea uirilem habere illũ, magno eius amore capta eſt. Poſtea autem ubi cognouit euiratum atque inutilem eſſe,

ſibi ipſi mortem conſciuit. Ob quæ Combabus mœrore affectus, quòd ea quæ F
ad Venerẽ pertinent,infeliciter illi cederent, ueſtem muliebrem induit, nequa
mulier poſthac eodem modo deciperetur. Et hæc cauſa eſt cur Galli ueſte mu-
liebri utuntur. Ac de Combabo quidem tantum mihi dictum ſit. De Gallis au-
tem iterum in ſequentibus mentionem faciam, puta de caſtratione ipſorũ,quo
pacto execentur, & de ſeptultura,quali ſepeliantur:præterea & cuius gratia in
templum non ingrediantur. Prius autem animus mihi eſt & de poſitu ædis di-
cere, & de magnitudine. Atque igitur dicam. Locus quidem ipſe in quo tem-
plum cõſecratum eſt, modicus quidam collis eſt. Iacet autem in media quaſi ci-
uitate, cingiturq; muro duplici, quorum alter quidem uetuſtus eſt,alter autem G
non ita multò ante noſtram ætatem factus. Veſtibula uerò templi uerſus Aqui-
lonem uentum ſeorſim directa ſunt, altitudine centum propè paſſuũ. In his &
Priapi ſtant quos Dionyſius dedicauit,trecentorum etiam iſti circiter paſſuum.
In horum unum uir quiſpiam ſingulis annis bis aſcendit,habitátque in ſumми-
tate eius per tempus ſeptem dierum. Aſcenſus autem iſtius cauſſa talis refertur:
Complures quidem putant quòd in ſublimi cum diis ſermones cõferat, & to-
ti Syriæ bona ab illis poſtulet. Nam illos ex propinquo preces facilius exaudi-
re. Cæteris autem placet etiam hæc Deucalionis gratia fieri, in memoriam eius
calamitatis,quando homines paſſim in montes & in altiſſimas arborum aſcen- H
derunt, aquarum inundationem metuentes. Mihi quidem igitur etiam iſta non
ſatis ueriſimilia uidentur. Exiſtimo enim certè Dionyſio ipſos etiam iſta fa-
cere. Coniecturam autem inde capio,Phallos ſiue Priapos quicunque Diony-
ſio erigunt, in ipſis etiam uiros quoſdam ligneos collocant. cuius id autẽ gra-
tia, in præſentia non dicam. Videtur mihi itaq; etiam hic ad imitationem lignei
illius uiri aſcendere. Porrò aſcenſus iſte in hunc modum illi fit. Catena longa
ſeipſum pariter & Priapum circundat : deinde aſcendit in ligna quædam ex i-
pſo Priapo prominentia, ſpacio, quantum ad ſummum capiendum pedem ſuf-
ficit. Aſcendens autem pariter & catenã utrinque attollit, hanc perinde ut au- I
riga habenas, moderans. Quod ſi uerò quiſpiam iſtud non uidit, uidit autẽ eos
qui palmas conſcendunt,ſiue in Arabia,ſiue in Aegypto,ſiue alio aliquo loco,
intelligit facilè quod dico. Cæterùm poſtquam ad ſummũ peruenit,aliam quã-
dam catenam,quam ipſe ſecum habet,demittens,longam quidem illam, attra-
hit ſurſum quæcunque libet,ligna uidelicet,& ueſtes,& uaſa: ex quibus ſedem
componẽs,perinde ac nidum aliquem, in illa ſe collocat, manetq; ad id tempus
dierum quod dixi. Multi autem uenientes,aurúmque & argentum,quidam e-
tiam æs afferunt,deinde ante illum appoſitis atque ibi relictis illis abeunt,unuſ-
quiſque nomen ſuum edentes. Adſtans autem alius quidam, ſurſum renũciat. K
Ille igitur accepto nomine,preces pro unoquoque facit. precando autem pari-
ter & æreum quoddam tintinabulum pulſat,quod motum,grauiter atq; aſperè
ſonat. Dormit autem haudquaquam. nam ſi ſomnus ipſum capiat aliquando,
*Scorpius ſa-cer.* Scorpius aſcendẽs excitat ipſum, atque indignè afficit. & hæc illi pœna ſomni
propoſita eſt. Quæ igitur de ſcorpio tradunt,ſacra quidem ſunt,& diis conue-
nientia:utrum autem uera ſint,dicere non poſſum. Cæterùm quãtum mihi ui-
detur, non parum ad uigilantiam conducit & cadendi metus. Ac de conſcen-
ſoribus Priapi tantum dixiſſe ſatis eſt. Porrò ædes ipſa ad ſolem quidem aſpicit
orientem: forma autẽ & opere talis eſt,quales ſunt quas in Ionia ædes ædificãt.

Baſis

A Baſis magna protenditur,altitudine duorum paſſuum,ſupra quam ædes poſita eſt. Aſcenſus autem in ipſam lapideus eſt,non ita longus:uerùm ubi aſcenderis, admiratione quidem & porticus ante ædem non paruam præbet,ianuisq; exornata aureis eſt. Intus autem ipſa ædes auro multo reſplendet,& tectum totũ aureum eſt. Odorem autem effragrat diuinũ quendam,qualis fertur & terræ Arabiæ eſſe. Ac tibi à longè aſcendenti auram aſpirat admodum ſuauem, & ſi rurſus inde abeas,haudquaquam ceſſat,ſed & ueſtes tuæ in longum uſque eãdem retinent,& tu in perpetuum quaſi quandam memoriam eius tecũ referes. Cæterùm ipſa ædes intus ſimplex non eſt,ſed & penetrale quoddam alterum intra
B ſe factum habet, in quod & ipſum aſcẽſus modicus eſt. Foribus autem exornatum non eſt,ſed ex aduerſo totum patet. In magnam igitur ædem omnibus ingredi licet, in penetrale autem ſiue cellam illam ſolis ſacerdotibus, neque uerò iis omnibus,ſed illis tantùm, qui diuini maximè ſunt, quibúſque omnis cura & ſtudium in templum impenditur. In hoc autem adyto ſimulacra deorum poſita ſunt, Iunonis uidelicet, & quem Iouem exiſtentem ipſi alio neſcio quo nomine appellant. Ambo autem aurei ſunt,amboq; ſedentes finguntur. Sed Iunonem quidem leones portant,Iupiter autem tauris inſidet. Atque adeò & Iouis quidem ſimulacrum per omnia Ioui aſſimilatum eſt, & capite, & oculis, &
C ſedendi habitu:neque ipſum alteri,ne ſi uelis quidem,aſſimilare potueris. Iuno autem, ſi propius contempleris,haudquaquam unius ſpeciei formã præ ſe fert. Nam in uniuerſum quidem, quod uerè dixeris, Iuno eſt: cæterùm habet quippiam & Mineruæ,& Veneris,& Lunæ,& Rheæ,& Nemeſis,& Parcarum. Ac altera quidem manu ſceptrum tenet, altera autẽ colum, & in capite radios gerit,& turrim, & cæſtũ habet, quo ſolam Venerem cognomẽto cæleſtem exornãt:foris autem & aliud illi aurum circumpoſitum eſt, & lapilli ualde precioſi, quorum alii quidem candidi,alii autem cærulei, multi uerò etiam rufi. Præterea autẽ & Sardonyches multi,& Hyacinthi & Smaragdi: quæ omnia afferũt Ae-
D gyptii,& Indi, & Aethiopes, & Medi, & Armenii,& Babylonii. Quod igitur maximè memorabile eſt,id dicam: Lapidem in capite gerit, qui Lychnis uocatur. Nomen autem illi dedit operis effectus reſpondens. Ab hoc multus fulgor noctu reſplendet, totáque ædes ab eo perinde atque lucernis collucet. Interdiu autem ipſum quidem lumen emarceſcit, ſpeciem autem præ ſe fert admodum igneam. Iam uerò & aliud admiratione dignum in ipſo ſigno deæ eſt. Si ex aduerſo ſteteris,ad te aſpicit. quod ſi inde tranſeas,uiſu te ſequitur. & ſi alius quiſpiam aliunde ipſam intuetur, eadem erga illum quoque facit. Porrò in medio inter utrũque, aliud quoddam ſimulacrum ſtat aureum, cæteris haudquaquam
E ſimile. formam quidem propriam non habet, aliorum autem deorum ſpecies gerit. Vocatur autem ſignum etiam ab ipſis Aſſyriis,neque illi nomen aliquod proprium poſuere:ſed neque de generatione ipſius, neque de ſpecie quicquam dicũt. Atque ipſum alii quidem ad Dionyſium,alii ad Deucalionem, alii ad Semiramidem referũt. Quandò enim & in uertice eius columba aurea inſidet,ob eam uidelicet rem tradunt Semiramidis illud ſignum eſſe. Proficiſcitur autem bis quotannis ad mare,ad afferendam aquã eam de qua dixi. In ipſa autem æde ad ſiniſtrã ingredienti,ſtat principiò ſolium Solis,ipſius autem effigies non adeſt. Solius enim Solis & Lunæ ſimulacra nõ exhibent:cuius autẽ gratia faciendum ita putent, didici id quoque ego. Nam cæteris quidem diis fas eſſe aiunt

*Simulacra Iouis & Iunonis.*

*ſoliũ Solis & Lunæ.*

ſimulacra fieri, neque enim illorum ſpecies aut formas manifeſtas omnibus ap- F
parere: Solem autem & Lunam omnibus eſſe manifeſtas, neque quenquam il-
los non uidere. Quare quámnam cauſſam illorum effigiandorum eſſe, cum in
aëre appareant? Ac poſt ſolium hoc, ſignum Apollinis poſitum eſt, non quale
uulgo conſueuit fieri. Nam cæteri quidem omnes Apollinem & iuuenem pu-
tant, & cum prima lanugine effingũt: ſoli autem iſti Apollinis barbati ſimula-
crum effigiant. Atque hoc facientes, ſibi ipſi laudi ducũt, Græcos autem repre-
hendunt, & alios quicunque Apollinem puerũ fingunt & colunt. Cauſſa uerò
ipſis uidetur inſcitia magna eſſe, cur imperfectæ deorum formæ ac ſpecies fin-
gantur. Nam iuuenem eſſe ipſi adhuc imperfectũ exiſtimant. Cæterùm & aliud G
quiddam nouum Apollini ſuo affingunt. Soli enim Apollinem ueſtibus exor-
nant. De operibus autem ipſius multa quidem dicere poſſim, ſed tamen ea mo-
dò dicam, quæ maximè admiratione digna ſunt. Principiò itaque oraculi men-
tionem faciam. Atque oracula quidem multa tum apud Græcos, tum apud Ae-
gyptios ſunt, multa autem & in Africa, & in Aſia item multa, ſed illa quidem
neque abſque ſacerdotibus neque abſque interpretibus reſponſa dant: hic au-
tem Apollo & ipſe per ſe mouetur, & uaticinia ad plenum uſque per ſe pera-
*Apollinis uaticinia.* git. Modus autem eorum talis eſt. Poſtquam illi placitum eſt uaticinari, in ſe-
de ſua primùm mouetur, ſacerdotes autem ipſum continuò in ſublime attol- H
lunt: quòd ſi non attollant, ille & ſudorem emittit, & ſe in medium etiã emo-
uet. At poſtquam illi ſubeuntes portant ipſum, tum & illos ſecum agit, circum
circa uertendo ſeſe, & ab alio in alium ſubinde tranſilit. Poſtremò princeps ſa-
cerdotum ſupplicans interrogat illum de omnibus rebus. Ille uerò ſi quid non
uult fieri, retro recedit: contrà autem ſi quid approbat, agit in anteriorem par-
tem geſtantes, perinde ac ſi currus habenas moderaretur: atque *ita illi colligunt*
oracula, & neque ſacram rem ullam neque priuatam abſque hoc gerunt. Præ-
dicit autem illis & de anno, & de tempeſtatibus omnibus, & quando amplius
futuri non ſint. Prædicit item & de ſigno illo, quando proficiſci illud oporteat I
profectionem eam de qua dixi. Dicam autem & aliud, quod me præſente fecit:
Sacerdotes attollentes ipſum ferebãt: ille autem illos quidem in terra infrà re-
liquit, ipſe uerò in aëre ſolus ferebatur. Porrò autem poſt Apollinem ſimula-
crum Atlantis eſt, deinde Mercurii, & Lucinæ: atque hæc quidem intra ædem
ita exornata ſunt: foris autem ara quoque poſita eſt magna ærea, atque ibi etiam
alia ſimulacra innumera ærea regum & ſacerdotum. Recẽſebo autem quæ mi-
*Semiramidis ſtatua.* hi maximè memoratu digna uidentur. Ad ſiniſtram ædis, Semiramidis ſignum
ſtat, ædem ipſam dextera demõſtrantis. Stat autem talem ob cauſſam: Homini-
bus quicunque Syriam incolunt, legem illa tulerat, ut ſe ceu deam coleret, cæ- K
terorum autem deorum, atque ipſius etiam Iunonis nullam rationem haberet.
Atque illi tum ita faciebant. Poſtea autem ubi deorum indignatione & morbi
uenerunt, & clades, aliaq; mala, ab inſania deſtitit, ſeſeq; mortalem agnouit, ac
ſubditis iterum præcepit ut ad Iunonem conuerterentur. Ob eam igitur cauſ-
ſam adhuc tali ſpecie ſtat, indicans aduenientibus Iunonem colendam eſſe, ſeq;
ipſam non amplius deam eſſe, ſed illam confitens. Vidi autem & Helenæ ſimu-
lacrum ibi, & Hecubæ, & Andromaches, & Paridis, & Hectoris, & Achillis.
Vidi itidem & Nirei formam, filii Aglaiæ, & Philomelam, & Prognen, adhuc
dum mulieres, & ipſum Tereum in auem iam cõuerſum. Præterea & aliud Se-

miramidis

A miramidis ſimulacrum, & Combabi, id de quo iam antea dixi,& Stratonices, admodum pulchrum,& Alexandri,ipſi illi ſimile.Iuxta autem & Sardanapalus ſtabat,alia quadam forma, aliaq; etiam ueſte exornatus.Intra ſepta autem templi,liberi ac diis conſecrati paſcebãtur boues magni,& equi, & aquilæ,& urſi, & leones:atque illi homines haudquaquam lædunt,ſed omnes & ſacri ſunt,& manſueti. Sacerdotes autem ipſis multi eliguntur,quorum alii quidem hoſtias mactant, alii autem libamenta ferunt, rurſus alii flammiferi uocantur, & alii aræ miniſtri. Mea autem ætate plures etiam trecentis ad ſacrificia uentitare ſolebant. Veſtis autem illis tota cãdida eſt,& pileum in capite geſtant.Summus au-
B tem ſacerdos alius ac nouus unoquoque anno ſurrogatur, ſoluſq; hic purpuream ueſtem gerit, & tiara aurea redimitur.Eſt autem & alia multitudo hominum ſacrorum, tibicinum uidelicet,& fiſtulatorum, & Gallorum, & præterea mulieres furibundæ,ac mente captæ. Sacrificium autem bis quotidie peragitur, ad quod omnes ueniunt.Ioui quidem igitur cum ſilentio ſacrificant, neque cãtantes,neque tibia modulantes. At poſtquam Iunoni primitias celebrãt, & uoce modulantur,& tibiis canũt, & tintinabula pulſant. Ac de ea re planum mihi dicere nihil potuerunt.Eſt autem lacus ibi nõ ita longè à templo,in quo pi- *Lacus extra templũ ſacer.*
ſces ſacri aluntur, multi ac uarii. naſcũtur autem ipſorum nonnulli admodum
C magni,atque ii nomina quoque habent,& cum uocantur,præſtò ueniunt. Meis autem temporibus erat quidam inter ipſos aurum ferens: cæterùm in pinna opus iſtud aureum ipſorum ſuſpendebatur,atque ego illum ſæpenumero uidi,& habebat opus illud. Altitudo autem lacus magna eſt,quanquã ego experimentum eius non ceperim. Dicunt autem etiam ducẽtorum amplius paſſuum eſſe. Cæterùm in medio ipſius ara lapidea ſtat.Putares autem ſi ex improuiſo uideres,& natare illam, & in ſumma aqua uehi: & multi ita exiſtimant. Mihi uerò uidetur columna ſubeſſe magna, aramq; ſuſtinere.Semper autẽ ſertis coronata eſt,& odoribus crematur. Ac multi quotidie precandi cauſſa ad ipſam enatãtes,
D coronas portant.Fiunt autem ibidem & conuentus ſolennes maximi, uocan- *Panegyrici conuentus.*
turq; deſcẽſus in lacum, quoniam in iis ad lacum deorum ſimulacra omnia deſcendunt:inter quæ Iuno prima aduenit piſcium gratia,ne Iupiter illos primus aſpiciat.Nam ſi hoc fiat, ferunt omnes illos emori.Atque ideo ille quidem uadit inſpecturus,Iuno autem anteriore loco ſtans,& prohibet ipſum,& precibus obteſtando dimittit. Maximi uerò conuentus ipſis illi ſunt,quòd ſolenni inſtituto ad mare conueniunt.ſed ego de illis certum ac planum aliquid dicere non poſſum. neq; enim ipſe eò ueni, neque unquam profectionis iſtius periculum feci. Quæ uerò redeuntes faciunt, uidi, eaq; commemorabo.Vas unuſquiſque
E aqua repletum portat,idq; cera obſignatur.Nemo autem ſuum ipſe reſoluẽs effundit,ſed Gallus quidam ſacer eſt,habitat autẽ ad lacum,qui poſtquã uaſa illorum accepit,& ſigillum inſpexit, mercede quoque accepta & uinculum reſoluit, & ceram repoſcit.Et multæ adeò minæ ex hoc ſacro Gallo accumulantur. Atque hinc in ædem ipſi ferentes, poſtquam libarunt ac ſacrificarũt, retro domum reuertuntur.Feſtorum autem omnium quæ noui, maximum incipiente uere peragunt,atque illud pyram alii,alii autem facem appellant. Sacrificiũ autem in eo tale perficiunt:Arbores magnas cędentes,intra ſeptum templi collocant.poſtea autem adducentes capras & oues,aliaq; animantia bruta ex arboribus illis ſuſpẽdunt, inter hæc autem & uolucres,& ueſtes,& aurea argenteaq;

opera collocant. ac poſtquam omnia perfectè ac rite compoſuerunt, deorũ ſi- F
mulacra circum arbores portant,atq; exinde pyram accendunt,illa autem con-
tinuò omnia cremantur. Ad hoc feſtum multi homines aduenium,cum ex Sy-
ria,tum ex circumiacẽtibus oris omnibus, afferuntq; & ſua quique deorum ſi-
mulacra,& ſigna quæ ad imitationem illorum ſinguli facta habent. Diebus au-
tem hiſce ſolennibus multitudo quidem ad templum cõgregatur, Galli autem
frequentes,& ii quos dixi,homines ſacrati peragunt ſacrificia,uulnerantúrque
cubitis,& in terga à ſe mutuo uerberãtur. Multi autem adſtantes ipſis tibiis ac-
cinunt, & tympana pulſant, alii autem diuinitus inſpirata ſacraq; carmina can-
tant. Atque hoc opus extra ædem peragitur,neque ingrediuntur in ædem qui- G
cunque iſta faciunt. Hiſce diebus & Galli fiunt. Poſtquam enim cæteri tibiis ca-
nunt,& ſacrificia peragunt,ad multos alios interea furor iſte peruenit: & mul-
ti qui ad ſpectaculum ſolummodo uenerant,poſtea eadẽ fecere. Recenſebo au-
tẽ & quæ faciunt. Adoleſcens quicunq; fortè ad hoc paratus uenit, abiectis ue-
ſtibus magna uoce in medium progreditur, atque enſem diſtringit (hæc autem
multis annis, ut mihi uidetur, per hoc ſteterunt ) Accepto autem eo continuò
ſeipſum ſecat,currităq; per urbẽ,& manibus ea quæ reſecuit, portat. In quãcun-
que autem domum hæc abiicit,ex ea & ueſtem fœmineam,& ornatum muliebrem accipit. Atque hæc quidem in caſtrationibus faciunt. Quãdo autem mo- H
riuntur Galli,haudquaquam eandem cum cæteris ſepeliendi rationem habent:
ſed poſtquam Gallus quiſpiam mortuus eſt, ſocii ſublatum ipſum in ſuburbana
efferunt. Ibi depoſito ipſo, & feretro quo elatus fuit, lapides ſupernè iniiciunt:
atque hæc poſtquam fecerunt,retro domum abeunt. Obſeruato autem ſeptem
dierum numero,exinde in templum ingrediũtur. Nam ſi antea ac citius ingre-
diantur, nephas faciunt. Legibus autem ad hæc utũtur talibus. Si quis ipſorum
cadauer aliquod aſpexerit,illo die ad templum non accedit. Poſtero autem, ubi
ſe ipſum purgando luſtrauit, ingreditur. Eorum autem qui ex familia mortui
ſunt,unuſquiſque non niſi poſt triginta dierum numerum,raſoq; capite,ingre- I
ditur. Antea uerò quàm hoc fecerũt,fas illis introire nõ eſt. Immolant autẽ bo-
ues maſculosq; & fœminas, præterea capras & oues: ſues autem ſolos pro ſce-
leratis habentes, neque ſacrificant, neque manducant. Alii autem eos non ſce-
leratos,ſed ſacros exiſtimant. Præterea ex auibus columba ipſis uidetur res ſan-
ctiſſima eſſe,& ne tangere quidem ipſam fas habent. Quòd ſiquando inuiti e-
tiam attingunt,ſcelerati & execrabiles illo tum die habentur. Ob quam rem &
compaſcuæ ipſis ſunt,& ad domos ipſorum ueniunt,& plerunque in terra pa-
ſcuntur. Porrò autem & illa dicam quæ ab iis qui ad conuentus ſolennes ue-
niunt,factitantur. Vir quiſpiam quãdo primùm in Sacram ciuitatem abit,caput K
ille quidẽ & ſupercilia tondere ſolet,poſtea autem mactata oue,cætera quidem
in fruſta concîdit, & conuiuatur,uellus autem humi ſternens,ſuper hoc in ge-
nua procumbit. pedes autem & caput animãtis,ſuo ipſius capiti imponit,& ſi-
mul precando poſtulat,ut præſens ſacrificiũ acceptum ſit, máiusq; aliud in po-
ſterum pollicetur. His ita peractis, caput ſuum corona induit,itidemq; aliorum
omnium qui eandem cũ ipſo uiam proficiſcuntur: atq; ita attollens ſe, ex terra
ſua proficiſcitur,utens & frigidis aquis,lauãdi cauſſa pariter & potus,& omni-
no humi quoque dormiens. Neq; enim fas illi eſt conſcendere lectũ,donec iter
illud peregerit, domumq; ſuam reuerſus iterum fuerit. In Sacra autem ciuitate

recipit

A recipit ipſum publicus hoſpes ignotum. Certi enim uniuſcuiuſq; ciuitatis hoſpites ibi ſunt, & quod ex patria cuiuſque uenit, id denuo apud ſe recipit. Appellantur autē ab Aſſyriis iſti doctores, quoniam ipſis omnia exponūt & enarrant. Sacrificant autem non in ipſo templo, ſed poſtquam adduxit ad altare hoſtiam, libatione inſuper facta, rurſus eandem domum ducit: deinde uerò ubi rediit, ſecum ipſe domi ſacrificat, & precatur. Eſt autem & alius quidam ſacrificandi ritus talis. Poſtquā animalia immolationi deſtinata coronarunt, ex ueſtibulis templi ea demittunt: illa uerò præcipitata, ex caſu moriuntur. Quidā autem & pueros ſuos ex eodem loco demittunt, non tamen eodē modo quo pe-
B cudes, ſed in peram ſiue ſaccum incluſos, manu deducunt, ſimul autē & acerbè increpantes illos, dicendo quòd non pueri, ſed boues ſint. Certis autem notis compunguntur omnes, alii quidem in uola manus, alii autem in ceruice. Et inde eſt quòd cuncti Aſſyrii notas inuſtas habēt. Faciunt autem & aliud quiddā, in quo cum ſolis Græcorum Trœzeniis conſentiunt. Dicam autem etiam quæ illi faciūt: Trœzenii uirginibus & adoleſcentibus legē ſtatuerunt, ne quis ipſorū connubio ſeſe illigaret prius quàm Hippolyto comas totōdiſſent. faciuntq; hoc pacto. Idem igitur & in Sacra ciuitate fit. Ac adoleſcentes quidem barbas ſuas conſecrant: iuuenibus autem capillos ſacros à natiuitate uſque cōſecratos
C demittunt, quos poſtquam in templo ſunt, reſecāt, & in uaſa depoſitos, alii quidem argentea, multi uerò etiam aurea, in æde affigunt, atque abeunt, inſcripto uniuſcuiuſque nomine. Atque hoc ego quoque cum iuuenis adhuc eſſem, feci, & in templo meus capillus adhuc meumq; nomen reſtat.

## DEMOSTHENIS ENCOMIVM,
### Philippo Melanchthone interprete.

ARGVMENTVM.

D *Et hic titulus argumenti ſummam indicat.* Eſt *enim encomium* Demoſthenis *oratoris, ſed nouo quodam colore tractatum.* Non *enim ſimplici uia, aut uulgatis laudandi rationibus, quæ à rhetoribus præſcribuntur, utitur, ſed illis quodammodo poſtpoſitis & reiectis, à cōfeſsione hoſtis potiſsimam encomij partèm abſoluit, hoc uidelicet ordine.* Principiò *narrat quo pacto cum deambulatum ijſſet, in* Therſagoram *poetam inciderit, encomium* Homeri *meditātem.* Ibi *igitur cum de* Homero *alter, alter autem de* Demoſthene *laudando inter ſe agerent,* Therſagoras *q́ue contenderet longè difficilius eſſe* Homerum *laudare, quàm* Demoſthenem: *non quia id uerſibus faciēdum eſſet, ſed quia ipſa materia locorum ſterilior foret, idem hoc ipſa re comprobare illum cœpiſſe.* Eaq; *encomij huius occaſio eſt, & quaſi quoddam operis proœmium.* Fingitur *itaque exinde* Therſagoras *ſub comparatione quadam* Homeri *&* Demoſthenis, *& eorū quæ ad utriuſque laudem ab arte ſumi poſſint, omnes eos locos percurrere, ex quibus cum perſona* Demoſthenis, *tum cæteræ uirtutes & res geſtæ amplificari poterant.* Quo *loco et illud obiter uidere licet, quid in auctorum lectione ſpectandum ſit, & quæ ratio in encomijs texendis potiſsimùm ſequenda,* Therſagora *iſta omnia quaſi digito, quòd dici ſolet, indicante.*

E Atque *hæc prior encomij pars eſt, quæ ex locis technicis à* Therſagora *homine poeta perficitur.* Altera *autem ex atechnis quæ uocant, ſumitur, ſed quam ſumma prudentia atque arte* Lucianus, *utpote orator, ac ſeriò agēs tractaſſe ita uidetur.* Interpellato *enim ſermone* Therſagoræ, *ut qui in uulgaris, & in ſchola exerceri ſolitis rationibus uerſaretur: deinde et carminis illius auſcultatione, ut fingitur, uiciſsim peracta, ipſe accepto ab eodem* Macedonicarum rerum commentario, *in quo & acta* Antipatri *&* Demoſthenis *quædam continebātur, ex eo reliquam inde orationem pertexit, illi uidelicet inſuper commemorādo quæ hoſtes quoque de eloquentia* Demoſthenis, *de magnitudine animi eius, et de rerum geſtarum excellentia, ſcripta atque teſtata reliquiſſent.* Quo *argumento neque grauius aliud, opinor, neque firmius quicquam afferri potuit.* Eſt *enim ea demum uera ac ſolida laus, quæ ab hoſte proficiſcitur, quippe qui nihil laudaturus facile in eo quem odit, fuerit, niſi ad quod ipſa uirtutis ac ueritatis natura compellitur, quæ eiuſmodi ſanè eſt, ut quod infrà ipſe* Antipater *ait, honeſtæ res etiam apud hoſtes honeſtæ ducantur: & uirtus laudem ſuam ubiuis locorum inueniat.* Sed *de hac re alibi dictum eſt.*

CVM in porticu deambularē, exeunti ad ſiniſtram die decimoſexto F
paulò ante meridiem, fortè ſe mihi Therſagoras offert. exiſtimo eum pleriſque ueſtrum notum eſſe. puſillus eſt, naſo aquilo, ferè cādidus, uirili ſpecie. Hunc cum procul accedentem uiderem, dixi: Hic Therſagoras poëta eſt. Et interrogaui quorſum aut unde iret. Ille inquit domo ſe huc ueniſſe. Num, inquam, deambulandi gratia? Tum ille: Omitte hoc interrogare. nocte intempeſta ſurrexi, ut ad Homeri natalem carmen ei dedicarē. Præclarè, inquam, facis, quòd illi ſtudes gratiam inſtitutionis referre. Hoc cum inſtituiſſem, ait ille, huc ueni, neq; animaduerti me deambulationem ad meridiem uſque produxiſſe. Tū ego. Et mihi opus eſt deambulatione. Sed ille, Multo an- G
tè, inquit, oportuit me illum ſalutare. monſtrabat autem manu Homerum. Scitis enim in templo Ptolemæi ad dexteram collocatum eſſe, prolixà coma inſignem, inquit, ad hunc eundum mihi eſt, ut eum ſalutem, & orem ut mihi magnam uerſuum copiam largiatur. Ego contrà inquam, Si quid uotis proficitur, & ego iam olim Demoſtheni obſtrepo, ut mihi ſuppeditet orationem ad natalem eius ornandum. Si igitur ſatis erit uota facere, adiunge me tibi ſocium. nam commune, inquit, lucrum auferre cupimus. Ego, inquit, habeo poēma lucubratum hac nocte & hodie, quod Homero propter beneuolentiam dedicaturus ſum. Nam diuino quodam furore commotus ad poëticam rapior, ut iudicabis H
ipſe. Gero enim mecum libellum in hoc paratum, ut oſtendam ſodalibus, cum in aliquem ocioſum incidero. O te felicem, inquā, qui uideris mihi perinde facere, atque aliquis qui poſtquam curſu uicit in ſtadio, redit abluto puluere, ut oblectet ſe ſpectando, & cum luctatore iocatur expectante ut iam in certamen uocetur. Cui reſpondet ille, At paulò antè cum à meta procurrendū eſſet, non erat ocium ad iocandum. Sic tu uelut in curſu poëtico uictor, facis me ludos ac delicias, metuentem ſtadii fortunam. Scilicet, ait ille ridens, quaſi rem difficilem ſuſceperis. Fortaſſis, inquam, Demoſthenes uidetur tibi indignus qui ad Homerum conferatur, & uideri uis in argumento graui ac difficili poſuiſſe operam, I
cum Homerum laudaſti: me uerò exiſtimas leue argumentum de Demoſthene ſumpſiſſe. Cauillaris, inquit ille. nam ego nolim heroas illos inter ſe committere, tametſi magis faueo Homero. Bene, inquam, an non putas me Demoſtheni magis fauere? Sed quoniam non recuſas hac de re mecum colloqui, apparet te ſolam poeticam admirari, & ſolutā orationem prorſus contemnere, ſicut eques peditem præteruectus aſpernatur. Tū ille, Dii prohibeant ne ſic inſaniam, tametſi non leui furore opus eſt iis qui ad poëticas fores accedunt. Verùm & Oratoribus, inquā, opus eſt afflatu quodā diuino ad efficiēdā orationē non humilē aut frigidam. Nec hoc, inquit, ignoro, ac ſæpe me comparatio cum aliorum ora- K
*Collatio Homeri & Demoſthenis.* torum, tum Demoſthenis cū Homero, delectat, cum ſimilem uideo uim, acerbitatem & impetum. Vt Homerus Agamemnonem appellat uinolentum, ita Demoſthenes in Philippi ebrietatem, ſaltationes, petulantiā inuehitur. Et quale illud eſt apud Poëtam, Vnum augurium optimū eſt, pugnare pro patria: tale illud eſt apud Demoſthenem: Oportet bonos uiros bona cum ſpe ſuſcipere defenſionem Reipub. Et illud,

Forſitan ipſe ſenex deploret talia Peleus, ſimile eſt huic ſententiæ: Quàm grauiter ingemiſcerent illi fortes uiri qui propter gloriam & patriæ libertatem in acie perierunt! Confero & magna ui fluētem Pythonis orationem

ad

A ad hybernas niues, quarum ſimilis oratio Vlyſſis eſſe ſcribitur: & illud,

Ni foret hæc hominum natura obnoxia morti,

ſimile eſt huic loco: Omnes homines natura morti obnoxii ſunt, etiam ſi quiſpiam conetur ſe incluſum in caueâ ſeruare. Deniq; infinitæ ſunt ſimiles utriuſque ſententiæ. Delectant autem me & affectus, tum uehementiores, tum leniores, & orationis uarietates & metaphoræ tædium læuãtes, & tempeſtiui ex digreſſionibus reditus, & concinnæ collationes, denique totius urbanitas orationis. Et mihi ſæpe uiſum eſt (neq; enim diſſimulanda eſt ueritas) plus eſſe grauitatis in Demoſthene caſtigante ſegnitiem ſuorũ ciuium magna libertate, quàm
B in Homero cum Achiuos Achaidas appellat. Et Græcorũ tragœdias grandiore ſono repræſentat, quàm Homerus, qui fingit colloquia in mediis pugnis, & certamina iactu lapidis dirimit. Sæpe etiam apud Demoſthenem membra ſuos habent numeros ac menſuras, quales ſunt in poëtica: ſicut neq; deſunt in Homero antitheſes, comparia, figuræ aſperiores aut candidiores. Nam ingenia uidentur ſua ſponte ſimiles uirtutes etiam in diſſimilibus ſtudiis gignere. Quare igitur tuam Calliopen aſpernarer? Quanuis autem hanc ualde admirer, tamen mea cauſſa duplo plus habet negocii, quàm Demoſthenis encomium: non ob illam cauſſam, quia mihi carmen ſcribendum eſt, ſed etiam propter argumen-
C tum, nullam habeo materiam ſatis ſplendidam ad inchoandas laudes, præter ipſam poëticam: cætera ſunt ignota, patria, genus, ætas. nam ſi hæc nota eſſent, nullæ extitiſſent inde diſſenſiones. Alii patriam ei aſſignant urbem Ionicã Colophona, alii Cumam, alii Chium, nonnulli Smyrnam, quidam Thebas Aegyptias, & innumeras alias. Patrẽ Mæonem Lydum, aut fluuium, matrem Melanopen, aut aliquam nympham. ſiquidem humanum genus ignoratur. Alii exiſtimant eum temporibus heroicis fuiſſe, alii Ionicis: nec ſatis conſtat utrum Heſiodus ſit antiquior. Quidam etiam contendunt prius ei nomen Meleſigenæ fuiſſe, quàm hoc quod nunc in uſu eſt Homeri. Nec de fortuna eius aliquid cõ-
D ſtat, de paupertate, de cæcitate: ut ſatius eſſet fortaſſe omittere iſta, cum ſint ignota. Valde igitur anguſta erit encomii materia, ſi nullæ res geſtæ, & carmen tantùm laudandum erit, & ſapientia ex uerſibus æſtimanda. Tibi uerò ampliſſima materia ad manum & in promptu eſt dicenti de rebus certis & celebratiſſimis: tantùm uerbis opus eſt, tanquam condimẽto ad obſonium parato. Quid enim non magnum & ſplendidum fortuna Demoſtheni conceſſit? Quid non celebratiſſimum? Nónne patria Athenæ opulentæ & nobiles, & Græciæ propugnaculum? Quòd ſi mihi Athenæ contigiſſent, poëtica conſuetudine recitarem amores deorum, iudicia, commigrationes, dona, Eleuſinem. Porrò de le-
E gibus, iudiciis, concionibus, Piræeo, coloniis, trophæis terra mariq; partis, ne Demoſthenes quidem ipſe pro dignitate dixerit. Ex his magna mihi copia ſuppeteret. Idq; encomium non exiſtimarem prætermittendum eſſe, cum in præceptis laudationum hoc contineatur, ut laudes ex patriæ ornamentis cumulentur. Iſocrates Helenæ præconio inſeruit Theſeum. Poëtis uerò conceſſa eſt maxima libertas. Sed tu fortaſſis irrideri te metuis, ſi initium orationis iuſto grandius ſit, & uereris ne quis iuxta prouerbium dicat, Epigramma maius eſſe calatho. Itaque etiamſi omittam Athenas, occurret pater præfectus claſſis, aureum, ut Pindarus ait, fundamẽtũ. Nulla enim Athenis maior dignitas eſt, q̃ præfectura claſſis. Quòd uerò extinctus eſt Demoſthene adhuc puero, nõ eſt calamitas

iudicãda,ſed gloriæ occaſio, retegẽs generoſam indolẽ. Iam Homeri inſtitutio- F
nem & ſtudia nuſquam legimus,ſed ſtatim oportet nos attingere poëmata eius,
cum de educatione deq; ſtudiis eius nullæ extent hiſtoriæ. Neque licet fingere
eum à Muſis accepiſſe poëticam, ſicut de Heſiodi Lauro ferũt,quæ ocioſis pa-
ſtoribus poëticam inſpirabat. Tu uerò Calliſtratum habes,& longũ & magni-
ficum catalogum,Alcidamantem,Iſocratem,Iſæum,Eubulidem. Et cum innu-
meræ illecebræ Athenis ad ſe inuitent etiam illos qui ſunt in cuſtodia patrum,
cumq; adoleſcentia per ſe procliuis ſit ad uoluptatẽ,ac Demoſtheni liceret pro-
pter tutorum negligentiam uoluptates ſequi, tamen continuit eum amor uir-
tutis ac doctrinæ,& duxit non ad Phrynæ ianuam,ſed Ariſtotelis, Theophra- G
ſti,Xenocratis,Platonis. Hic poteris philoſophari,duplicẽ amorem eſſe in ani-
mis humanis,alterum mari ortum,uarium,ferocem ſcilicet, uenereos fluctus in
animo,qui mouentur exæſtuantibus cupiditatibus iuuenũ,naturam planè ma-
rinã. alter amor eſt aurea catena cœlo demiſſa. Hic non habet faces aut tela,quæ
faciant lethalia uulnera, ſed bonum furorem immittit mẽtibus, quæ ſunt cog-
natæ diis,incitantem ad natiuam & incorruptam pulchritudinis formam com-
prehendendam. Omnia hæc amori facilia fuerũt, tonſuræ, latebræ ſubterraneæ
ſpecuum,corrigere linguæ uitia,actionẽ in ætate uirili diſcere,exercere memo-
riam,aſſuefacere animum ad contemnendos populi fremitus,continuare ſtudia H
per diem & noctẽ. Vnde quis neſcit qualis extiterit orator Demoſthenes? quo-
modò orationem uerbis & ſententiis ornauerit, argumẽtis adſperſerit affectus,
quantus in copia ſplendor ſit,quanta uis & impetus,quãta uerecundia & par-
ſimonia ſit in uerbis & ſentẽtiis,quanta uarietas figurarum? Itaque Leoſthenes
inquit ſolum illum ex omni Oratorum numero uiuam orationẽ habuiſſe,non
fabricatam malleo. Non enim componebat orationes ebrius, ut Calliſthenes
Aeſchylum ait tragœdias inter pocula ſcripſiſſe, cum uino incaluiſſet. At De-
moſthenes ſcribens aliquid, aquam bibebat. Et extat hac de re Demadis iocus,
qui dixit alios ad aquam dicere, Demoſthenem uerò etiam ſcribere ad aquam. I
Et Pytheas inquit orationem Demoſthenis lucernam olere. Hunc campũ ha-
bes,ait ille,de Demoſthene dicendi: qui conueniet etiam ad meum argumentũ,
cum erit de poëtica Homeri dicendum. Sed poſtea tranſibis ad benefacta, & li-
beralitatẽ & dignitatem quam in Repub. aſſecutus eſt. Hic cum iret connecte-
rẽtque reliqua, plura dicturum ego interpellaui, ac ridens inquam, Hauriſne
modò tãquam balneator,ut reliqua oratione perfundas mihi aures? Etiam,in-
quit ille,congiaria, ludos ex propriis facultatibus ultro factos,inſtructas naues,
murũ, foſſam,redemptos captiuos,uirgines dotatas,conſilia optima in Repub.
legationes, leges. Cũmque incidiſſet in magnitudinem rerum geſtarum, cœpi K
ridere hominem ſupercilia contrahentem,& timentem ne deficeret eum ora-
tio de rebus geſtis Demoſthenis: ac,fortaſſe me,inquam,putas unum ex omni-
bus qui eloquentiæ dederunt operam, nihil audiſſe de rebus geſtis Demoſthe-
nis? Imò, ait ille, opus eſt nobis mutuo auxilio in ſcribendo, quemadmodum
paulò antè dicebas. Verùm niſi fortaſſe aliter affectus es, exiſtimo tibi perſtrin-
gi oculos fulgore Demoſthenicæ gloriæ,nec poſſe te tam claram lucem inſpi-
cere. Mihi quidem accidit hoc initiò in Homero. Penè igitur abieceram argu-
mentum, quia non potui intueri: poſtea neſcio quomodo recepi in manus,&
paulatim aſſuefeci oculos, ne reformidarent aſpectum, néue quiſquã me accu-

ſare

A ſare poſſit cæcutientem in Sole,nothum gentis Homericæ. Quanquã tua cauſſa facilior eſt quàm mea. Nam cum in Homero nihil præter poëticam laudare poſſimus, tota illa laus ſimul in animo cõcipienda eſt. Tibi uerò cũ totum Demoſthenem conſideras, ingens copia ſe offert,ut dubites hũcne an illuc te uertas: nec poſſis ſtatuere quid primum ſumere uelis, ſicuti delicati in Syracuſanis menſis, aut auidi ſpectatores & auditores, cum uaria ſpectacula & carmina offeruntur,dubitant quò potiſſimùm applicent animum. Itaq; opinor te ex alio in aliud deſilire,nec poſſe in una re commorari,cũ te ſubinde alia ad ſe rapiant, uidelicet natura liberalis,ingenium ardens,temperantia,eloquentia, magnitu-
B do animi in rebus gerendis,multa & præclara facinora, fortunæ deſpiciẽtia,iuſtitia,humanitas, fides, audacia, prudentia, ſingulæ actiones in Republica. Fortaſſe hinc intuens decreta,legationes, conciones, leges:inde claſſes,Eubœam, Megara,Bœotiam,Chium,Rhodum,Helleſpõtum,Byzantium,dubitabis quò te potiſſimùm uertas in tanta copia, cum in unaquaque re emineat peculiare quiddam laude dignum. Vt igitur Pindarus alicubi dubitat, multa uidens ſibi propoſita eſſe,cum inquit:

Num mea Iſmenum,Meliámue nympham,
Seu magis Cadmum,genus aut uirorum
C Dentibus ſæui genitum Draconis
Carmina dicent?
Seu canam Thebas,celebrésue pugnas
Herculis?ſeu Bacche tuos honores?
Seu prius nunc Harmoniæ puellæ
Dicam hymenæos?

Idem tibi accidet, ut dubites, utrum orationes, an res geſtas,aut eloquentiam, aut doctrinam,aut auctoritatem,aut mortem uiri ſumas laudandam. Verũ non erraueris quicquid ſumes. Si ſolam eloquentiam elegeris, argumentum copio-
D ſum habebis. Hic ſatis erit eum cum Pericle conferre. Nam illius fulgura,tonitrua,& aculeos relictos in animis audientium,fama tantùm accepimus,ſed nullæ extant eius orationes. Quare cõſtat eas præter actionem nullam habuiſſe ſolidam aut durabilem laudẽ, quæ promereretur admirationem apud poſteros. At Demoſthenis ſcripta extant. ſed hoc relinquam tibi dicendum, ſi hoc argumentum tractaueris. Si cõuerteris te ad mores eius, & ad res geſtas,poteris excerpere unum locum,aut ad ſummum duos. hi tibi ampliſſimam materiam ſuppeditabunt. Res enim ſunt ſplendidiſſimæ. Quòd ſi non uis totum argumentum pertractare, ſumes partem aliquam, Homeri exemplo,qui heroas ex parti-
E bus laudat,prædicat pedes,aut caput, aut comam,aut ueſtes,aut clypeum. Et ne dii quidem huiuſmodi laudes aſpernantur,ſumptas à telis,arcu,clypeo, nedum ab aliqua corporis aut animæ parte. Beneficia uerò deorũ nemo complecti ſemel poteſt. Itaque neq; Demoſthenes ægrè feret,ſi uirtutes eius non cõprehenderis una oratione. Nam ne ipſe quidem ſuas laudes omnes una oratione complecti poſſet. Hæc dicentem Therſagoram interpellaui:ac, puto,inquam,hæc te narrare,ut eloquentiam tuã apud me oſtentes. nã cum initiò tantùm uolueris declarare quantus poëta ſis,nunc oſtendis etiam quantũ in ſoluta oratione ualeas. Tum ille,Volui,inquit, hoc argumentum percurrere,cũ uideré te ſegniorem eſſe,ſi tamen cura pauliſper remiſſa audires me poëma meum recitantem.

Ego uerò reſpondi illum non facere operæ precium:ac,Vide,in quam,ne ma- F
gis etiam perturbatum me dimittas. Tum ille: Facile remedium erit,ſi nõdum
etiã tibi ſatisfactum eſt. At neſcis,inquam,quæ res me angat. Deinde ut medi-
cus ignorans morbi genus,aliena remedia adhibebis. Tu enim inſtituiſti me iu-
uare tãquam rudem aliquẽ,& nunc primùm ad hæc ſtudia accedentem, uerùm
hæc mihi iã olim detrita ſunt. Proinde remedia tua nihil ad meã ſolicitudinem
faciunt. At hoc,inquit, remediũ fuerit: Trita uia tutiſſima eſt. Mihi uerò diuer-
ſum,inquam,placebat. Aiunt Annicerin Cyrenaicum quendã philoſophum ſe
aurigantẽ Platoni oſtentaſſe ante Academiã, quòd in eadẽ orbita ſubinde du-
ceret & reduceret currum,nihil deerrans,ut ueſtigia tantũ unius perpetui cur- G
ſus uiderentur. Ego contrà ſtudeo tritam uiam & uetera ueſtigia effugere. Ve-
rùm difficile eſt nouã uiam relicta uetere excogitare. Ad hæc Therſagoras ait:
Placet igitur Paſſonis conſilium? Quod?inquam. Non enim audiui. Tum ille:
Ferunt quendam cum Paſſone pactum eſſe,ut equum pingeret uolutantem ſe,
iſte currentem pinxit, & circa equum exuſcitatum puluerem. Cumq; adſtaret
apud pingentem ille qui locauerat equum pingendum, & cum pictore expo-
ſtularet,quia aliud pactus eſſet,exhibet pictor tabulam puero,& iubet inuerte-
re,ac picturam illi oſtendere: ita uidebatur equus in tergo iacere, ſeq; uolutare.
Feſtiuè,inquam:uerùm putas me tot annis non ſæpe conatum eſſe ut materiam H
uerterem? Ego uerò multifariam uerti ac reuerti,& uereor ne mihi ad extremũ
accidat idem quod Proteo. Quídnam? ait ille. Hic fertur conſumptis omnibus
formis quas ſolebat induere, uidelicet beſtiarum, plantarum,elementorũ, rur-
ſus penuria peregrinæ formæ Proteus factus. Tu,inquit ille, magis uarias for-
mas excogitas quàm Proteus,ut effugias meam recitationem. Ego uerò, in-
quam,libenter præbebo me auditorem,& eiiciam curam excogitandæ oratio-
nis ex animo. Forſan enim cum lecto poëmate deſines partum tuũ curare, me
quoque parturiẽtem adiuuabis. Itaque cum perfeciſſem tandẽ,ſedimus in pro-
ximo ſaxo. Hic ego audio recitantem egregium poëma. At inter legendum re- I
pentè uelut furore percitus,clauſo libro, Aufer,inquit,mercedem huius auſcul-
tationis,ſicut Athenis ſportulæ dabantur in concionibus ac iudiciis. Sed uide e-
tiam atq; etiam,ut gratiam mihi habeas. Egóne,inquam,gratiam habeam, cum
nondum intelligam quid dicas? Verùm quid eſt quod promittis? Incidi,ait ille,
in domeſticos commentarios regum Macedoniæ,quæ res incredibilẽ mihi læ-
titiam attulit: quare librum illum non ſine magno negocio mihi cõparaui. hu-
ius mihi iam uenit in mentem. Continet autem cum reliquam interiorem An-
tipatri uitam,tum etiam quædam de Demoſthene, quæ cupidè lecturus uideris.
Ego uerò iam,inquam,refero gratiam pro Euangelio. dabo tibi operã reliquos K
uerſus recitanti,neque dimittam donec promiſſum præſtiteris. Nam ut Homeri
encomio magnificè me delectaſti, ita delectaberis haud dubiè & Demoſthenis
encomio. Poſtquam igitur perlegit reliquos uerſus, pauliſper ibi cõmorati ſu-
mus,donec pro poëmate debitas laudes rependerem. Deinde ad ædes Therſa-
goræ imus. ibi uix tandem reperit librũ,ſed reperit tamen: quem ego accipiens
domum redii: & cum legiſſem,decreui nihil mutare,ſed totam hiſtoriam uobis
ad uerbum recitare. Nõ enim minor honos habetur Aeſculapio cum Aliſode-
mi & Sophoclis uerſus ei decantantur, ſi deſit nouum poëma ſacrificantibus.
Et Baccho iam olim deſiit mos noua poëmata faciendi: ſed aliis compoſita non

minorem

A minorẽ gratiam merentur his qui ea tempeſtiuè proferunt ad Bacchũ celebrãdum. Liber autem hæc cõtinebat (licet enim mihi interdum addere commentarium) Narratio autẽ libri erit. Sic igitur ait, Antipatro indicatũ eſſe quòd adeſſet Archias. Verũ ſi quis adoleſcentiũ hoc ignorat, Archias fuit is cui rex mãdauerat exules capere. Habebat autẽ & de Demoſthene mandatũ, ut nulla ui adhibita perſuaderet ei ut ex Calauria diſcedẽs, ad Antipatrũ ueniret. Porrò Antipater in tãtam ſpẽ erectus anxiè expectabat Demoſthenis aduentũ. Quare cũ audiuiſſet Archiam ex Calauria uenire, mox iuſſit eũ introˊ uocari. Poſtquã ingreſſus eſt. ſed ipſe liber narret iſta. A R C. Salue Antipater. A N T I. Quid ni
B ſaluus ſim, ſi quidem Demoſthenẽ adducis? A R C. Adduco ut potui. nã urnam adueho in qua ſunt exuuiæ Demoſthenis. A N T. Magna de ſpe deiectus ſum. quid enim mihi cũ urna & oſſibus, ſi nõ contigit Demoſthenes? A R C. Non fuit poſſibile, Rex, uiuum in hoſtium poteſtatem redigere. A N T I. Cur non in Bœotia aut hic accepiſtis aurum ad eum corrumpendum? A R C. Nos uerò citius Byzantium ui aut machinis, quàm Demoſthenem auro expugnaremus. ANT. Ego, Parmenio, ſi quis Athenienſis in conſiliis Reipublicæ pluris facit me quàm patriam, huic argentum offerre ſoleo, amicitiam nõ offero. Si quis autem propter patriam mihi inimicus eſt, aduerſus hunc bellum gero, ut aduerſus ar-
C cem, mœnia, portus, foſſam. Admiror autem uirtutẽ, & urbem beatã eſſe duco, cui talis ciuis cõtigit. At proditores, cũ eorũ opera nõ indigeo amplius, perdere cupio. Illum autẽ incorruptũ ciuem malim apud me habere, quàm equitatum Illyricorũ, & Triballorũ, aut quicquid eſt mercenariorũ militũ. Nec poſtpono his eloquentiam ac prudentiam talis uiri. Cum hæc ad Parmenionem dixiſſet, rurſus mecũ loqui cœpit. Ego enim, inquã, curaui diligẽter eos qui cũ Diopithe Athenas miſſi ſunt. Ille uerò ſcitè admodum ridens, Tu uerò, inquit, nobis ab Athenienſi duce aut milite metuis? Triremes, Piræus, portus, nugæ ſunt. Quid enim facerẽt homines in ſpectaculis, ludis, conuiuiis uitã omnẽ conſumentes? Si
D unus Demoſthenes non fuiſſet Athenis, facilius potiti eſſemus urbe, q̃ Thebis aut Theſſalia, dolo, ui, opprimẽtes, & corrumpentes: uerùm unus ille uigilat in omnes intẽtus occaſiones, & noſtros obſeruat impetus, & inſtructus eſt aduerſus noſtra conſilia. Nunquam fallere neq; inſidiando, neq; agendo, neque conſulẽdo poſſumus. Hic uelut murus eſt aut ſcopulus obſiſtens quo minus omnia primo impetu capiamus. Nam quantum in ipſo fuit, non potuiſſemus Amphipoli, non Olyntho, non Phocenſibus, nõ Pylo, nõ Cherroneſo, non ora Helleſponti potiri. Ille inuitos incitat, & tanquam mandragora ſopitos expergefacit, ac uelut ſecãs & urens caſtigat ignauiam ſumma libertate, nihil ad gratiã di-
E cens. Publicas pecunias quæ antea diſſipabantur in ludis, cõfert in ſtipendium, conſcribit claſſem, quæ penè perierat confuſione ueterum tributorum. Et urbem, quæ iam nihil generoſum cogitabat, tantùm ſportulas & ſeſquidenarios captabat, reſtituit in priſtinam dignitatem, & excitauit fractos & abiectos ciues ad imitationẽ gloriæ maiorum, & rerum ad Marathonem & Salaminem geſtarum. Et Græcos inter ſe ſocietate & fœderibus deuinxit. Hic non poteſt falli, non arte decipi: corrumpi uerò non magis poteſt, quàm Ariſtides à rege Perſarum corrumpi potuit. Hunc igitur, Antipater, magis formidare oportuit, quàm omnes triremes, & uniuerſam claſſem. Quod enim apud ueteres Athenienſes Themiſtocles & Pericles fuerunt, id nunc eſt iſtis Demoſthenes,

prudentia par Themiſtocli, magnitudine animi Pericli. Itaq; redegit in ipſorum E
poteſtatem Eubœã, Megara, orã Helleſponti, Bœotiã. Et feliciter accidit quòd
Atheniẽſes Charetem, Diopithen, & Proxenũ, & ſimiles quoſdam præficiunt
exercitui, Demoſthenẽ uerò domi retinẽt in ſuggeſtu. Quòd ſi hic in poteſtate
haberet arma, naues, exercitus, occaſiones rei bene gerẽdæ, & pecuniã, uereret
ne de Macedonia iam periclitaremur. Nunc enim decretis tãtùm pugnans, nos
undiq; adoritur, occupat, conficit pecuniã, exercitus. Sed cur nõ comprehẽdiſtis
uiuum? A R. Cepimus uiuum. A N. Num in itinere extinctus eſt? A R. Nõ, ſed in
Calauria, ubi erat. A N. Forſan hoc accidit negligẽtia ueſtra, quia non bene tra-
ctaſtis hominẽ. A R. Imò nõ fuit in poteſtate noſtra. A N T. Quid ais? mera ſunt G
ænigmata quæ dicis. uiuũ cepiſtis, nec tamen fuit in poteſtate ueſtra. Nõ mãda-
ſti initiò ne quis ei uim afferret? A R. Nihil profuit quòd nemo ei uim attulit.
hoc enim curæ nobis fuit. A N. Non accidit igitur ueſtra negligẽtia, ſed fortaſſe
uos ipſi interfeciſtis eũ. A R. Non interfecimus: neq; opus erat ei uim afferre, cũ
uerbis impetraremus ut imperata faceret. Quid autẽ prodeſſet ſi uiuũ adduxiſ-
ſemus? Quid faceres de eo aliud, q̃ quòd occideres? A N. Dii meliora, Archia,
non ſatis animaduertiſti aut qualis uir fuerit Demoſthenes, aut quod meum ſit
de his iudicium: ſed putas perinde eſſe Demoſthenem inuenire, & hos prodi-
tores, qui malè perierũt, Himeræum, Ariſtonicum, Eucratem, qui nihil differũt H
à fluctibus qui perpetuò huc atq; illuc agitãtur, homines ſordidi, qui per occa-
ſionem ſubitò in tumultibus inclareſcunt, & ad leuẽ ſpem motus alicuius ual-
de inſolentes ac ſuperbi fiunt: uerùm breui tãquam ueſpertini flatus metu per-
territi diffugiunt. Num ſimilem putas Demoſthenem improbo Hyperidi, per-
fido aſſentatori uulgi? quem nõ puduit iniquo iudicio Demoſthenem, ut gra-
tiam apud uulgus iniret, circũuenire: & aſſentati multitudini ea in re cuius ſta-
tim illos pœnituit? Etenim non multò poſt hanc calumniam cõtigit ei reditus
clarior reditu Alcibiadis. Iſtum autem nihil puduit lingua inceſſere homines
quondam amiciſſimos, quam conueniebat ei propter ingratitudinem præcide- I
re. A R. Quid audio? non oderas Demoſthenem maximè omniũ hoſtium? A N.
Non, ſi quidem rationem habeã morum & fidei eius, & amem ubiq; integrita-
„ tem & cõſtantiam. Nã honeſtæ res etiam apud hoſtes honeſtæ ducẽdæ ſunt, &
„ uirtus ubiq; digna laude eſt. Neq; uelim eſſe deterior quàm Xerxes, qui Bulidi
& Sperchidi Lacedæmoniis pepercit propter admirationem uirtutis corũ, cum
poſſet eos occidere. Ego uerò, ſi quem alium, Demoſthenem maximè admira-
tus ſum, tum quia bis cum eo Athenis congreſſus ſum, tum quia eius laudes ex
aliis cognoui. Neq; uerò tantùm propter eloquentiã (ut arbitretur aliquis) ma-
gnifeci eum: quanquam Python ad hunc collatus, nullus erat, & Attici orato- K
res ludus erant cum iſto congreſſi: tantùm uincebar actione, ſono, compoſitio-
ne, ſententiarum luminibus, denſis argumentis, conciliandis & impellẽdis ani-
mis. Itaq; ualde pœnituit nos conſilii, cum Græcos Athenas conuocaſſemus, ut
Athenienſes obiurgaremus, freti promiſſis Pythonis. Sumus enim circunuenti
Demoſthenis argumentis, qui erat inſuperabilis in dicendo. Sed hanc eloquen-
tiæ laudẽ non duco in illo ſummam fuiſſe (erat enim organi uice) ſed magis ad-
miratus ſum eum propter magnitudinem animi & conſilii, & cõſtantiæ quam
in periculoſiſſimis tempeſtatibus retinebat, nunquam cedens aduerſis rebus. Ac
memini Philippum de illo ſic ſentire, qui cum afferretur quædam cõcio in qua

Demoſthenes

A Demoſthenes in Philippum inuectus erat, & Parmenio uehemẽter ſtomacharetur,& Demoſtheni conuiciaretur,Hic uir, inquit,dignus eſt quem liberè loqui ſinamus. Nam huic uni omnium Græciæ oratorum nihil fertur expenſum in meis rationibus, cum quidem ego malim ei confidere, quàm naualibus ſcribis. nullus eſt autem iſtorum, cui non inuenias in meis rationibus perſcriptum eſſe aurum,ligna,reditus,agros:at Demoſthenes claſſes armat,comparat exercitus,& ſubinde reparat. Talia dicebat ad me Philippus tũc & ſæpe aliàs de hoc uiro: & in quadã felicitatis ſuæ parte numerabat, quòd Demoſtheni non eſſet commiſſa ſumma imperii apud exercitum,cum omnia ſua conſilia perturbarẽ-
B tur illius orationibus,quæ ex Athenis uelut arietes uel catapultæ mittebantur. De pugna ad Chæroneã facta,nec poſt uictoriam deſiit prædicare quantum hic uir creaſſet periculum ipſi. Niſi enim præter ſpem,inquit,propter ducum inſcitiam,& aciem malè inſtructam,& inſperatam fortunam,quæ multa nobis conficere ſolet,uiciſſemus,uno die nõ modò regnum,ſed & uitam meam in diſcrimen adduxerat. Coniunxerat potentiſſimas urbes, coẽgerat omnes uires Græciæ,Athenienſes,Thebanos,Bœotios,Corinthios,Eubœenſes,Megarenſes:& effecit ut periculum ſimul omnes ciuitates ſubirent,& mihi tranſitum in Atticam intercluſit. Tales erant huius de Demoſthene ſermones perpetuò: & cum
C diceretur ad eum quòd magnũ antagoniſten haberet populum Athenienſem, reſpondebat ſe unum habere antagoniſten Demoſthenem. Nam quod abſque Demoſthene ſit, Athenienſes ſimiles eſſe Aenianenſium & Theſſalorum. Et quãdo legatos ad urbes mittebat,ſi quos alios miſerant Athenienſes,facilè uincebat ipſe,ſed Demoſthene præſente fruſtra inquit ſe legatos mittere:Nõ enim poſſunt contra Demoſthenis eloquentiam erigere trophæũ. Sic Philippus dicebat. Itaque ego,qui quidem longè inferior ſum Philippo, ſi cepiſſem talẽ uirum,num uelut bouem ad cædem abducerem, an uerò potius in conſilium de toto regno Græciæ cõſtituendo adhiberem? Nam initiò natura ei bene affectus
D fui,propter res eius geſtas,ac magis propter Ariſtotelis teſtimonium, qui ſolebat eum ſæpe ad Alexandrum & ad nos ducere. Et cum tot eſſent qui ad eum uenire conſueuerant, neminem ſic admirabatur,propter magnitudinẽ ingenii, temperantiam, grauitatem, acumen, libertatem,& tolerantiam. Vos, inquit Ariſtoteles, ſimilem putatis eſſe Demoſthenem Eubulo, Phrynoni, & Philocrati,& conamini hunc quoque pecunia corrumpere,qui uniuerſum patrimonium in Athenienſes priuatim & publicè contulit: & quia nihil proficitis pecunia, minas adhibetis,cum iſte nihil dubitet pro patria mortem oppetere. Et ſi quid in uobis reprehendit, ægrè fertis : at ille ne populum quidem metuit. Nõ
E uidetis eum amore patriæ Rempublicam gerere ac ducere,hanc adminiſtrationem tanquam philoſophiæ ac uirtutis ſcholam quandam eſſe,quam non cõueniat ad quæſtum aut alias cupiditates conferre. Propterea, Archia, ualde optarem mihi eius conſuetudinem contigiſſe,ut conſilio eius uti poſſim in præſentia, & audire uocem liberæ mentis, tot alioqui circumfuſus aſſentatoribus. Ac mihi ſanè uidetur hoc nomine reprehendendus eſſe, quòd uitam ſuam in diſcrimen adduxit pro tam ingratis ciuibus, cum poſſet alios inuenire amicos fideliores & conſtantiores. A R C H. Alia quidem ô Rex rectè dixiſti,ſed hoc fruſtra dixiſſes illi. adeo furebat amore patriæ. A N. Sic eſt,ô Archia. quid enim manifeſta negem? Sed quomodo mortuus eſt? A R C H. Magis etiam mireris

eum ô Rex,si hoc scias.Nam & nos qui affuimus, non minus obstupuimus,q̃ F
alii spectatores.Videbatur enim iã olim apud se constituisse de hoc exitu uitæ:
quod intelligi potest ex apparatu. Sedebat enim intus in tẽplo, ac frustra su-
perioribus diebus cum eo collocuti eramus. AN. Quales fuerũt uestri sermones?
AR. Multa humanissimè proponebã, promittebã ei ueniam abs te,nõ sanè ex-
pectans.non enim noram hanc tuam uoluntatem, sed arbitrabar te huic uehe-
mẽter iratũ esse. tantùm ista dicebã persuadendi caussa. AN. Quomodo accepit
ille uestram orationem?& nihil me celes.Vellem enim me coràm audiuisse:sed
tu nihil omittas. Magna res est tanti uiri mores sub exitum uitæ contemplari,
utrũ spiritus defecerit,utrum expalluerit,an constantiam animi retinuerit. AR. G
Nullã significationem pauoris edidit. AN. Quomodo? AR. Suauiter enim risit,
ac lusit in priorem uitam meam. dixit me ineptum histrionem esse tuorũ men-
daciorum,nec posse commouere spectatorẽ. AN. Itaq; non credens tuis promis-
sis,despondit animum? AR. Non.quòd si audies reliqua,non tãtùm uidebis fi-
dem non habuisse, sed etiam acrem obiurgationem attigisse. Dicam enim quia
iubes. Non,inquit,indignum est aut nouũ Macedonibus sic capere Demosthe-
nem,ut Amphipolin, Olynthum, Oropum. Talia multa dixit. Adhibuimus e-
nim scriptores, qui eius dicta exciperent. Ego, inquit, metu tormentorum aut
mortis non moueor,ut spe uitæ proposita promittam me ad Antipatrum uen- H
turum esse. Sed si hæc uera sunt quæ dicitis,multo magis cauere debeo ne mẽs
mea uideatur ab Antipatro corrupta,néue uidear deseruisse ordinem in quo ad
Græciæ defensionem collocatus sum, & transfuga factus ad Macedones con-
cessisse. Si mihi honestum est uiuere,Piræeus præbeat,& triremis quam instru-
xi,& murus & fossa meo sumptu facta,& tribus Pandionis, cuius caussa ultro
ludos feci,& Solon,& Draco,& libertas cõciuium,& liber populus,& decre-
ta,& leges classium,& maiorum uirtus ac trophæa,& ciuium beneuolẽtia, qui
me sæpe coronauerũt,& Græcorum auctoritas, qui hactenus à me seruati sunt.
Quòd si mihi uita debeat contingere alterius misericordia,quanquam id turpe I
est, tamen hoc beneficium malim accipere â meis ciuibus, quorum redemi cap-
tiuos: aut à patribus, quorum elocaui filias,aut quibus donaui pecunias. At si
me nec insularum imperium,nec mare defendet,petam ab hoc Neptuno auxi-
lium,& ab hac ara,& à sacris legibus. Sin autẽ Neptunus non potest defendere
immunitatem templi, nec pudet eum prodere Demosthenem Archiæ, moriar,
nec mihi Antipater pro deo colendus erit. Liceret mihi amiciores habere Ma-
cedones quàm Athenienses, & frui felicitate uestra, si imitari uellem Callime-
dontem,Pytheam & Demadem. Liceret animum uel serò mutare,nisi uerecũ-
dia Codri,& filiarum Erechthei prohiberet. Non igitur uolui transfugam for- K
„ tunam sequi. Honestũ enim effugium mors est quæ est extra omne periculum
„ turpitudinis. Et nunc Archia,quantum in me est,nõ uolo dedecorare Athenas,
seruitutem accipiens abiecta libertate, in qua mori est honestissimum. Verùm
conuenit te meminisse Tragœdiarum. nonne grauiter dictum est,

*Ex Euripidis Hecuba.*

At illa iam moriens,tamen
Decenter ut caderet,cauebat sedulò?

Hoc cum fecerit puella,quanto turpius erit Demostheni præferre inhonestam
uitam honestæ morti? ac obliuisci Xenocratis & Platonis disputationũ de im-
mortalitate animarũ? Addidit etiam quædam, inuectus in eos qui calamitatem
exprobrant.

A exprobrant. Verùm quid attinet me nũc recitare, cum ego ad extremum partim precarer, partim minas adhiberem, & blanditiis terrores miſcerẽ? Ego, inquit ille, perſuaderi mihi paterer, ſi Archias eſſem: ſed quoniam Demoſthenes ſum, peto ut ignoſcas mihi, qui non conſueui inconſtans eſſe. Hic cum eum ui abducere uellem, idq; ipſe ſentiret, cœpit me irridere: & deum aſpiciẽs ait, Archias putat tãtùm arma & exercitus præſidia uitæ eſſe, & meum apparatũ contemnit, quem expugnare neque Illyrici, neque Triballi, neq; Macedones poſſint. Firmior eſt enim quàm ille murus ligneus quẽ olim nobis Apollo reſpondit inexpugnabilẽ fore. Nam ut prudentia me in adminiſtratione Reipub. ſe-

*Bello Perſico uidelicet, cum ad Salaminem pugnatum eſt.*

B curum præſtitit, ita me aduerſus Macedones ſecurum reddet. Nunquam formidaui Euctimonem, aut Ariſtogitonem, aut Pytheã & Callimedontẽ, aut Philippum, neque modò hunc Archiam formido. Cum hæc dixiſſet, Age, inquit, ne afferas mihi uiolentas manus. non enim prophanabo templum, quantum in me eſt. ſalutato deo ſpõtè ſequar. Ego ſic ſperabam facturum, cum ille manum ori admouet: neque ego ſuſpicabar eum aliud facere, quàm orare deos. ſed quid egerit, poſtea ex ancilla per tormenta cognouimus, diu eum habuiſſe paratum uenenum, ut morte libertatem redimeret. Neque extra templi limen peruenerat, cum lapſus inquit, Hoc cadauer ad Antipatrum uehes, Demoſthenem uerò

*Mors Demoſthenis.*

C non uehes, nõ per. Et uidebatur ſuo more iuraturus per illos qui in Marathone occubuerunt, ſed ualedicens auolauit. Hunc ego finem, Rex, affero expugnati Demoſthenis. AN. Demoſthenis ſcilicet. O inuictũ animũ & beatũ, quàm generoſum facinus. Prudentia eſt, in manu retinere libertatis poſſeſſionem. Sed deceſſit uicturus in beatorũ inſulis apud heroas, ut dicitur, aut in cœlum peruenturus, ut Deus factus comes ſit Iouis liberatoris. Corpus uerò nos remittemus Athenas, futurum honeſtius ornamentum patriæ, quàm illi qui in Marathone occubuerunt.

## DEORVM CONCILIVM, Vincentio Obſopœo interprete.

D

### ARGVMENTVM.

*Rurſum hoc loco* Lucianus *deorum gentilium uanitatem atque ſtultitiam more ſuo deridet: hominumq; ſuperſtitionem tacitè reprehendit, qui ridicula adeò atque abſurda de illis ſibi ipſis perſuadeant ac credant. Eſt autem feſtiua quædam imitatio, qua ad exemplum Athenienſis Reipub. concilium Deorum haberi fingit, ſuper ijs uidelicet qui ceu nothi ac peregrini in ciuitatem ac cœtum deorum irrepſiſſent. Accuſatoris igitur uicem* Momus *generalis deorum cæterorum ſugillator ſuſcipit: qui principiò quidem communi nomine in eos qui partim ex dijs, partim ex hominibus nati, in cœlum recepti fuerãt, tanquam nothos ac peregrinos inuehitur. Præcipuè uerò* Dionyſium *accuſat, ut qui non ſolùm ipſe aduentitius in cœlo ſit, uerùm etiã alios quoſdam barbaros et informes, numeroq; deorum prorſus indignos ſecum introduxerit. Atque huius rei tanquam auctorem & cauſſam* Iouem *quoq; in crimen uocat, quòd is cum mulieribus mortalibus, nunc hac, nũc illa ſpe-*

E *cie trãsformatus concumbat, ac poſtea ex illis procreatos liberos inter deos referat, & in cœlo collocet. Itaq; iam illius exemplo etiam deas cũ uiris hominibus congredi cœpiſſe, ac liberos ex ijſdem ſuſtuliſſe. Secũdo autem loco eos qui &* Barbari, *& ex ſolis hominibus procreati, pro dijs haberentur, inſectatur, illorũ indignitatem, cum ob perſonarum ac linguæ fœditatem, tum ob ea quæ ex eo quòd in cœlum recepti eſſent, conſecuta ſint, exaggerans. Inter quos præcipuè* Aegyptiorum *abſurditatem perſequitur, quorum alij canũ, alij boum, alij aliorum turpium atque brutorum animãtium ſpecie colerentur. Poſtremò etiam philoſophorum illa plauſibilia ac uulgo iactata nomina arripit, puta* Virtutem, Fatum, Naturã *&c. ut quæ nõ noua ac peregrina ſint, ſed ne uſquam quidem exiſtant. Quo loco & temporum ſuorum uitia, & philoſophorum uanitatẽ ſimul notaſſe uidetur, ut qui uerbis quidem multa de uirtute iactarint, ipſo autẽ opere quiduis potius quàm uirtutem & honeſtatem præſtiterint. Quòd autem fati & naturæ quoque meminit, eò pertinet, quòd cultus deorum paulatim ſublatus fuit, quando homines à philoſophis ẽdocti, fato quodam, et naturali rerum ordine ac ſerie, non deorum benignitate fieri ac geri omnia, opinari cœperunt. Atque ad hũc modum accuſatione ſua peracta,*

*Momus decretum quoque à ſe compoſitum proponit ac recitat, quo ipſo quoque ad exemplum Athenienſium* E
*pſephiſmatum, qualia multa temporibus Demoſthenis, et paulò ſuprà quoque facta ſunt, efficto, iubentur dij*
*cognitiones diuinitatis & originis quſque ſuæ ad proximum concilium afferre, ut qui peregrini & aduenti-*
*tij reperti fuerint, è cœtu ac ciuitate deorum remoueantur.*

## IVPITER.

NE poſthac clanculum conſuſurretis, ô Superi, neque ad angulos conuerſi, in aurẽ alter cum altero colloquamini, indignãtes multos parum dignos noſtri ſympoſii eſſe participes: uerùm poſteaquam coactum eſt concilium, quiſq; propalam in medium ſuã adferat ſententiã, & quæ accuſatione digna ſunt, accuſet. Cæterùm Mercuri præ- G
conium illud ex lege clara uoce promulgato. MER. Arrige aures, uocẽ comprime: Quis ex diis ſenioribus & perfectis, quibus permiſſum eſt, in concione uerba facere uult? Ipſa deliberatio de inquilinis & hoſpitibus futura eſt. MO. Ego Momus, ô Iupiter, ſi fandi copiã mihi feceris. IVPIT. Iam ipſo præconio loquendi libertas tibi facta eſt: itaq; meo permiſſu nihil opus eſt. MO. Aio itaq; nonnullos noſtrũ uitioſe & improbè facere, quibus non ſatis eſt ſemet deos ex hominibus factos eſſe, niſi ſuos quoque pediſequos & famulos nobis honore pares eſſe oſtenderint. qua in re nil magnum aut iuuenile ſe feciſſe exiſtimant. Volo uerò ô Iupiter, ut interrita loquendi libertas mihi conceſſa ſit. Neq; enim H
aliter, quæ ſentio, effari poſſim. Sed me omnes ex æquo nouerunt, quàm liberæ linguæ deus ſim, & quàm nihil eorum quæ parum honeſtè & decorè fiunt, reticere ſoleam. Etenim omnia in reprehenſionẽ rapio, ac propalam, quæ mihi optimè aut ſecus facta uidẽtur, proloquor, neq; reformidans cuiuſquam auctoritatem, neq; præ uerecundia ſententiam meam concelãs. Quapropter & oneroſus multis eſſe uideor, & natura ſycophanticus, dũ popularis quiſpiã & communis omniũ accuſator ab illis uocor. Sedenim poſteaquã licitũ eſt, atq; ita iam proclamatũ, & tu Iupiter cum libertate loquendi facultatẽ mihi cõceſſeris, nihil diſſimulanter tacitũ aut præteritum dicturus ſum. Multi ſunt, inquã, nõ cõ- I
tenti quòd ipſi in deorum cõcilium admiſſi, noſtri contubernii ſint participes, quodq; pari ſorte nobiſcum conuiuantur, præſertim cum ex dimidio homines eos eſſe cõſtet: adhuc etiam miniſtros ſuos & chori ſocios in cœlum ſubduxerunt, eosq; deos fecerũt adſcriptitios: & nũc æqualem cum aliis diſtributionem auferunt, & ſacrificiorum conſortes ſunt, neq; penſionem in inquilinos conſtitutam nobis perſoluentes. IVPIT. Ne quid obſcuris ambagibus inuoluas, ô Mome, uerùm perſpicuè & dilucidè, quæ ſentis, eloquere, additis quoque nominibus. Iã enim in mediũ ita oratio tibi proiecta eſt, ut multos pariter in ſuſpicionem rapiamus, ac alium alio modo tuis dictis obnoxiũ inſimulemus. Opor- K
tet uerò liberum concionatorem nihil ob metum reticere. MO. Euge ô Iupiter, quãdoquidem me ad linguæ libertatem cohortaris, fit uerò hoc abs te animo prorſus regio & magnifico: proinde nominatim quoque tuo iuſſu eoſdem perſtringam. Ille enim generoſiſſimus Dionyſus, ſemihomo exiſtens, neque à materna ſtirpe Græcus, ſed Syrophœnicis cuiuſpiam mercatoris, nempe Cadmi nepos, poſteaquam immortalitate donatus eſt, cuiuſmodi quidem ille ſit, nõ dico, neque mitram, neque ebrietatem, neq; errantem eius inceſſum uituperabo. Omnes enim, ut opinor, uidetis q̃ mollis ſit & effœminatus deliciis, dimidio inſaniens, ſtatim à ſummo mane merum ſpirans. Ille uerò totam fratriam nobis

induxit,

induxit,& toto choro aduecto præstò est, deosq; declarauit & Pana,& Silenũ, & Satyros,agrestes quospiam & caprarios permultos, homines saltationi deditos, & forma mõstrosa spectabiles: quorũ hic quidem gerens cornua,dimidia parte corporis capram referens, barbamq; profundam nutriens,parum ab hirco discrepat: alter uerò senex caluitio & simis naribus deformatus,plurimùm super asinum inequitans, genere Lydus est. Cæterùm Satyri acutis auribus, & ipsi calui & cornigeri,qualia ferè hœdis nuper natis excrescunt cornua,Phryges quidam existentes. Sunt uerò caudati omnes. Videte cuiusmodi deos nobis facit generosus ille. Mitto enim dicere quòd & duas mulieres adduxerit, alteram amicam suam existẽtem,nempe Ariadnen,cuius etiam coronam stellarum choro annumeratam addidit. Alteram uerò Icari agricolæ filiam. Et quod omnium est ridiculosissimum,ô Superi,Erigones quoque canem illum adduxit, ne tristitia afficeretur puella, si familiarem suum in cœlo non haberet, & eam quam in deliciis habuit caniculam. Hæc uerò non uidentur nobis esse contumeliosa,quæ'que nec insania nec risu careant? Audite etiam alios. IVPIT. Caue Mome quicquam dixeris aut de Aesculapio,aut de Hercule. Video enim quò orationis tuæ impetu rapiaris. Etenim horum alter agit medicum, & ægrotos morbis leuat, estq; planè multis aliis anteferẽdus. At Hercules filius meus existens, non paucis laboribus immortalitatem adeptus est. Itaque caue ne hosce accuses temere. MO. In tui quidem gratiam tacebo,ô Iupiter,etsi multa dicẽda habeam: atque si nihil aliud, adhuc tamen signa igne inusta in corpore retinẽt. Porrò si liceret & aduersum te dicendi libertate uti, multa haberem quæ possim oratione reprehẽdere. IVPIT. Atqui in me maximè tibi licet dicere. Nunquid igitur & me ut deum inquilinum in ius uocas? MO. Equidẽ in Creta non tantùm hoc audire licet: uerùm aliud quoque de te dictitãt,atque etiam sepulcrum tuum commonstrant hospitibus. Ego uerò neque illis fidem habeo,neq; ex Achiuorum numero Aeginensibus subditicium te esse affirmantibus. Cæterùm quæ cum primis reprehensione digna sunt,ea in mediũ adducam. Enimuero horum delictorũ principii, & concilii nostri nothorũ multitudine adulterãdi,caussam tu Iupiter adeò primus induxisti,cũ puellis ac mulieribus mortalis conditionis rem habere sustinẽs,ac alio subinde habitu ad eas deserto cœlo descendens. Itaque persæpe in metu sumus,ne quis te comprehensum sacrificet,quoties taurus factus es. Aut quispiam ex aurifusoribus te cõflatum perimat, quoties auri speciem indueris, ac nobis pro Ioue aut segmentũ, aut armilla,aut inauris factus fueris. Sedenim hisce semideis cœlum iam compleuisti. neque enim aliter possum dicere. Estq; res planè absurdissima,si quis ex improuiso audierit Herculem in deorum numerum esse assumptum, Eurysthea autem qui illi imperauit,fatis functum esse. Et Herculis templũ cerni in proximo ministri existentis, Eurysthei uerò illius domini sepulcrum. Et rursus ex Thebanis Dionysus deus factus est: eius autẽ consobrini, nimirũ Pẽtheus,& Actæon, & Learchus,homines fuerunt omniũ infelicissimi. Ex quo uerò tu Iupiter semel illis hanc licẽtiæ ianuam aperuisti, & cum mortalibus commercium habere cœpisti,omnes tuum institutum imitantur. Neque tantùm dii tui sunt imitatores,sed etiam deæ hac in parte tuum æmulantur ingenium. Quis enim ignorat Anchisen,& Tithonũ,& Endymiona,& Iasonem,& complures alios? Itaque hæc mihi missa facienda uidentur. multi enim laboris esset hæc cuncta sin-

gulatim reprehendere. IVPIT. At uide Mome,ne quid de Ganymede dixeris. F
Malè enim me habebit,ſi adoleſcentem uerbis conturbaueris, affecto cõtume-
lia genere. MO. Proinde neque de aquila quicquam dicturus ſum,quòd & il-
la in cœlo uerſatur, regio ſceptro inſidens, ac tantùm non ſuper capite tuo ni-
dificans, & deus eſſe geſtiens : aut illam quoque in Ganymedis gratiam præ-
teribimus? Atqui,ô Iupiter,Attis ille,& Corybas,& Sabazius unde nobis tan-
dem accerſiti ueniunt? Aut etiam Mithres ille Medus, qui indumento Perſico
amictus, & tiara redimitus eſt, neque græcam uocem ſonans, adeò ut ſi quis
illi nectar propinet,præbibẽtem non intelligat? Itaque & Scythæ & Getæ hæc
uidentes,nobis longum ualere iuſſis,ipſi immortalitate donant homines,ſuiſq; G
ſuffragiis deos quoſcunque libuerit conſtituunt,nõ alia ratione quàm Zamol-
xis ſeruilis conditionis homo exiſtens,diuinitatem adeptus eſt, & deorum nu-
mero aſſcriptus, haud ſcio quo modo nobis impoſuerit. At ſanè hæc omnia,ô
Dii,adhuc mediocria,& aliquo modo ferenda ſunt : cæterùm tu,ô canino ri-
hians Aegyptie, qui ſindone amictus es, quisnam eſſe gloriaris,ô optime, aut
quomodo deus eſſe contendis latrando ? Quid autem ſibi uult & Memphites
taurus ille uerſicolor, qui & precibus deueneratur, & reſpondet oraculis,neq;
non prophetas habet? Pudet uerò me ciconias percenſere, & ſimias,& hircos,
atque hiis longè abſurdiora, quæ neſcio quomodo ex Aegypto in cœlum uſq; H
conſcenderunt. Illa itaque,ô Dii,quomodo ſuſtinetis æquali uobiſcum hono-
re,aut etiã amplius adorari? Aut tu Iupiter,quo ferre potes animo, poſteaquam
arietis cornua tibi produxerint? IVPIT. Turpia profectò ſunt quæ dicis de Ae-
gyptiis: attamen pleraque illorum in ſe myſtica complectuntur ænigmata,quæ
nõ prorſus â prophanis deridenda ſunt. MO. Planè nobis Iupiter opus eſt my-
ſteriis,ut deos,deos eſſe cognoſcamus:& caninis capitibus præditos,canes eſſe
intelligamus. IVP. Mitte de Aegyptiis in præſens dicere, nos uerò de his aliàs
per ocium deliberabimus. Itaque alios,ſi qui notandi ſuperſunt, adducito. MO.
Trophonium,ô Iupiter,& quod me præfocat,Antilochum. Ille,inquam,ſcele- I
ſti & matricidæ hominis filius uaticinatur in Cilicia,multa impudenter emen-
tiens,& duorum obolorum gratia præſtigiis incãtans homines. Quocirca non
amplius tu Apollo ob uaticinii prædicationẽ haberis in precio, ſed iam omnis
lapis,& quæuis ara reſponſa dat oraculũ petentibus,dũmodo oleo perfuſa fue-
rit,& coronas habuerit,& homine præſtigiatore abundauerit, cuiuſmodi iam
permulti ſunt. Iam etiam Polydamantis athletæ ſtatua medetur febre laboran-
tibus in Olympia, & Theagenis in Thaſo. Quin Hectori quoque ſacra faciũt
in Ilio, & è regione Proteſilao, nempe in Cherroneſo. Ex quo igitur in tan-
tum numerum ſubinde aucti excreuimus, magis in uſu fuit periurium & ſacri- K
legium, & omnino nos deſpectui habere ceperunt rectè facientes. Et hæc qui-
dem de nothis & ſuppoſititiis dicta eſſe uolui. Cæterùm ego & peregrina no-
mina permulta audiens eorum qui neque degunt apud nos, neque ullo modo
poſſunt eſſe,admodum ô Iupiter propter hæc rideo. Vbi enim gentiũ eſt mul-
tis modis iactata illa uirtus,& natura,& fatum,& fortuna, intoleranda & uana
rerum uocabula ab inertibus hominibus philoſophiæ titulo ſemet uenditantibus excogitata? Quæ quãquam ipſorum commenta ſunt,ſic tamen ſimplicium
animos peruaſerunt, ut nemo amplius nobis ſacrificare dignetur,certô perſua-
ſum habens,quòd etiam ſi infinitas hecatombas nobis obtulerit,fortunam ta-

men

A men nihilo ſecus ea facturam quæ à fatis decreta ſunt,& quæ ſub initium cuiq; naſcẽtium Parcæ fatalibus fuſis adneuerint. Perlibenter itaque te Iupiter interrogarem,ubínam gẽtium tibi uiſa eſſet aut uirtus,aut natura,aut fatum? Quòd enim & tu talia ſubinde in philoſophorũ diſputationibus audias, mihi dubiũ non eſt,niſi fortaſſe quiſpiam ſurdis ſit auribus,ut eoſdem uociferantes inaudire nequeat. Multa equidem adhuc dicenda ſuperſunt, ſed finem uerborum faciam. Video enim quoſdam ob dicta mea dolenter perturbari, & iam ſibilare, maxime uerò eos qui orationis libertate tacti ſunt. Itaque pro concludẽda oratione,ſi ita ſedet animo tuo Iupiter,decretũ quoddam de illis iam cõſcriptum
B legam. IVP. Recita. Neq; enim omnia abſurdè aut de nihilo reprehendiſti. Et ſanè multa ex illis inhibenda & coërcenda ſunt,ne in immenſum excreſcant.

## DECRETVM BONA FORTVNA.

COncilio legitimè coacto, ſeptima die menſis inſtantis Iupiter conſulatum agebat,Neptunus præſidem, Apollo præfectum: Momus ſcribæ officio fungebatur noctu,& Somnus dixit ſententiam. Quoniam multi ex peregrinis,non Græci tantùm,uerùm etiam Barbari,nequaquam digni exiſtẽtes cœleſtis Reipublicæ,cõmuni nobiſcũ participatione,nothi & ſubdititii, haud ſcio quónam modo etiam dii eſſe contendentes, cœlum
C angulatim compleuerunt,ita ut ſympoſium tumultuoſis turbis plenum ſit, obſtrepẽte paſſim diuerſilingui & undique accerſita multitudine: defecit autem ambroſiæ & nectaris copia, adeò ut mna iam coëmendus ſit ſextarius, propter bibẽtium multitudinem: ſedenim illi, quã ſunt procacitate & immodeſtia, diis ueris & antiquis loco motis,ſemet ipſi primis dignantur accubitibus præter omnem morem patrium: ad hæc in terris quoq; ante alios honorari contendũt: uiſum eſt curiæ & populo,ut ad hyberna ſolſtitia cogatur in Olympo concilĩ: ſeptem autem ad cognoſcẽdum appoſiti eligantur Dii perfecti,tres quidem ex curia ueteri,quæ Saturno regnante conſtituta eſt: quatuor autẽ ex duodecim,
D quorum in numero unus erit Iupiter. Cæterùm qui electi erunt arbitri, ipſi ad cognoſcendum cauſſas ſeſſum eant, dicto prius iuramento legitimo, nimirum Styge. At Mercurius proclamato præconio uniuerſos in concionem congreget, quicunque in deorum concilium legitimè admitti poſtulant. Veniant autem illi adductis iuratis teſtibus, & certi generis iudiciis. Deinde illi in unũ locum commeent: uerùm arbitri accuratè expendentes,aut deos illos declarabũt, aut ad ſua ſepulcra & maiorũ tumulos ablegabunt. Si uerò quiſpiam ex obſcuris & reprobatis comprehenſus fuerit, & ſemel ab arbitris condemnatus in cœlũ aſcenderit,ille per præceps in Tartarũ corruat. Præterea quiſque exerceat
E ſua commercia,neque Minerua rei medicæ intenta ſit,neque Aeſculapius dandis oraculis uacet aut ſeruiat,neq; Apollo tanta ſoli ſibi obeunda uendicet, ſed una re quapiam electa,aut uatem, aut citharœdum,aut medicũ agat. Porrò autem philoſophis dicetur,ne noua ſubinde fingendo comminiſcantur nomina, neque de iis quorum imperiti ſunt,nugentur. In quorumcunque autem honorem aut cultum templa aut ſacra conſtituta ſunt, illorum imagines ſubuertantur,earumq; loco,aut Iouis,aut Iunonis, aut Apollinis,aut alterius cuiuſpiã erigatur. Illis autem urbs congeſta terra ſepulcrũ accumulet, & aræ loco ſtatuam reponat. Quòd ſi quis præconio dicto audiens eſſe noluerit,arbitrorumq; examen & cenſuram ſubire recuſarit, ille indicta cauſſa cõdemnetur. IVP. Iuſtiſſi-

*Et hoc ad exẽplũ Athenienſium pſephiſmatũ factum. Sic enim & apud illos aliquoties de peregrinis urbe eijciendis in ſenatu decretũ, legéſque latæ fuere, ut cum alibi, tũ ex orationibus quibuſdã Demoſthenis patet.*

mum equidem decretum eſt iſtud ô Mome:& qui ſuffragatur huic,manū pro- F
tendat. Atqui potius ita fiat. Complures enim noui futuros, qui ſua non ſunt adiecturi ſuffragia. Verùm in præſens abite. Cæterùm in concionem accerſiti à Mercurio,uenite adferentes unuſquiſq; cognitiones claras,& manifeſtas comprobationes,matris & patris nomen,& unde oriundus ſit,tum quomodo diuinitatē adeptus ſit,ad hæc tribū quoque,& curiales. Verùm enimuero qui præſtò non fuerit, parum curæ erit arbitris, tametſi ille in terris ingens delubrum habuerit,ac homines eundem deum eſſe exiſtimauerint.

## CYNICVS, Thoma Moro interprete.

G

ARGVMENTVM.

*Diſputatio eſt Luciani ac Cynici,qua alter Cynicam uitam ut ſordidam atque ferinam, & à natura hominis abhorrentem reprehendit,alter ut frugalem & modeſtam, & uirtuti maximè conuenientem defendit. Luciani argumenta ſumuntur à modo & deſcriptione uitæ uictusq; Cynicorum,quòd illi ut mendici incedāt: ut canes,quibuſuis reiectamentis uictitent: & ut feræ,nullas certas ſedes,nulla certa habitacula teneant: deinde & contra naturam faciant,quæ ob id omnia crearit, ut illis ad corporum alimenta, defenſionem,& uoluptatem quoque utamur:quæ cum illi contemnant ac negligant,ipſam naturam ac Deum negligere atq; contemnere uideri. Contrà autem Cynicus à finitione opulentiæ & inopiæ oſtendit ſe neque mendicum eſſe, neque quicquam ſibi deeſſe. Deinde quod alter de natura, & rebus omnibus ad uſum noſtrum creatis affert,id ſimilitudine quadā diluit. Et primo,quod ad uictum attinet,oſtendit,ut in conuiuio lauto non omnia ab omnibus arripi & uorari,ſic neque in rebus creatis omnia ab omnibus uſurpari conuenire: alia ægrotantibus & H*
*inualidis,alia ualentibus & robuſtis magis accōmoda eſſe. Atque eo loco in diuitias,ut quæ magna moleſtia multisq; periculis pariuntur, deinde & ipſæ uicißim multorū malorū cauſſæ ſint, inuehitur. Et quod alter de Cynicis uſurparat, hoc in diuites ipſe retorquet, uidelicet quòd contra quàm à natura omnia creata ac facta ſint, ipſi illis utantur. Denique uitam ſuam etiam deorum exemplo atque auctoritate comprobat. Deinde uerò, quod ad habitum & cultum pertinet, oſtendit eā quoque parte naturam magis ſequi ſeſe, quàm diuites, ex officio & fine ueſtium,cæterarúmque id genus rerum. Nam ſe,quatenus uſus poſtulat,illis uti: contrà diuites ut cinædos & mulieres incedere, glabros & delicatos, & perinde ut torrente aliquo, ſic libidine ſua præcipites ferri. Poſtremò etiam deos pleroſque barbatos ac nudos fingi, ſibiq; quàm diuitibus illis habitu ac cultu ſimiliores apparere.*

## LVCIANVS ET CYNICVS. I

LVC. QVID tu tandem? barbam quidem habes & comam, tunicam non habes,nudus conſpiceris,ac ſine calceis,delecta nimirum uaga inhumanaq; ac ferali uita: tum proprio corpore contrà quàm faciūt cæteri,ſemper uſus incōmodè,nunc huc,nunc illuc circūis,in arido præterea ſolo cubans, adeò ut plurimum etiam ſordium, tritum iſthuc pallium referat,alioqui nec ipſum uel tenui filo,uel molle,uel florulentum. CYN. Neque enim indigeo. ſi quid eſt huiuſmodi,ut comparetur facillimè,dominoq; minimum exhibeat negocii,id,inquā,mihi ſufficit. At tu per deos dic mihi,putásne eſſe in luxu uitium? LVC. Imò admodum. CYN. Contrà in frugalitate K uirtutem? LVC. Admodum. CYN. Cur igitur tandē quum me uideas uiuentem frugalius q̄ uulgò faciunt homines,eos uerò ſumptuoſius,me,non illos arguis? LVC. Quia non frugalius per Ioue uideris mihi,ſed egentius uiuere,imò uitam omnino egenam atq; inopem. Nam tu nihil à mendicis differs,qui cibum mendicant in diem. CYN. Vis ergo uideamus (quandoquidem huc proceſſit oratio) quidnam inopia ſit,quidq; rurſus copia? LVC. Si tibi quidem ita uidetur. CYN. Nunquid ergo ſatis id cuique eſt,quicquid ipſius explet neceſſitatem? an aliud quippiam dicis? LVCIA. Eſto iſtud. CYN. Indigentia uerò,quicquid cuiuſquam uſui deeſt,nec eò quò ſit neceſſe,peruenit? LVC. Scilicet. CYN.

Nihil

A Nihil igitur meis in rebus deeſt. Nihil enim in his eſt, quod neceſſitatẽ non expleat meam. LVCIA. Quo pacto illud ais? CYN. Scies, ſi conſideres in quem uſum eorum quodque paratum eſt, quorum egemus: ut domus, an non tegumenti gratia? LVCIA. Maximè. CYN. Quid ueſtis, cuius gratia? nónne tegumenti etiam ipſa? LVCIA. Sanè. CYN. At ipſo per deos tegumento, cuius rei gratia indiguerimus? nónne ut melius ſe habeat id quod tegitur? LVCIA. Mihi quidem ſic uidetur. CYN. Vtrum igitur tibi peius ſe habere uidentur pedes? LVCIA. Neſcio. CYN. Atqui hoc pacto didiceris: quódnã pedum officium eſt? LVC. Ingredi. CYN. An deterius ergo ingredi pedes tibi uidẽtur mei, q̃ aliorũ?
B LVCIA. Iſtud uerò fortaſſe non. CYN. At non poſſent, ſeu ſeſe melius ſeu deterius haberent, officium ſuum præſtare? LVCIA. Fortaſſe. CYN. Pedibus ergo nihil peius affectus uideor, quàm alii? LVCIA. Non uideris. CYN. Quid corpus uerò meum? Num deterius quàm reliquorum? Nempe ſi deterius ſe haberet, eſſet idem imbecillius: corporis quippe uirtus robur eſt. An meum ergo debilius? LVCIA. Non uidetur. CYN. Neque pedes ergo tegumento uidentur egere, neque reliquum corpus. Quippe ſi egerent, malè haberent. Egeſtas etenim omnino mala, ac peius habere ſe facit ea quibuſcunque adfuerit. At ne ali quidem deterius corpus uidetur meum, quod quibuslibet cibis alitur. LVC.
C Manifeſtum eſt id quidem. CYN. Nam nec uegetum eſſet robuſtumq́; ſi aleretur malè. Mala ſiquidem alimenta corpus tabefaciunt. LVC. Iſta quidem ita ſe habent. CYN. Quo pacto igitur, dic mihi, his ita ſe habentibus, me arguis, uitamq́; improbas meam, ac miſeram prædicas? LVCIA. Ideo per Iouem, quòd cum natura (quam tu colis) ac ſuperi terram in cõmuni ſtatuerint, ex eaq́; multa nimirum ac bona ediderint, ut nobis omnia ſupereſſent abunde non in neceſſitatem modò, uerùm in uoluptatem quoque: tu tamẽ horum omnium aut maximæ ſaltem partis expers es, nec eorum quoquam frueris nihilo certè magis, quàm feræ. Nempe aquam bibis, quam etiam bibunt feræ: comedis uerò
D quicquid offenderis, quemadmodum canes: tum cubile nihilo melius canibus habes, quandoquidem gramen tibi ſufficit, quemadmodum & illis: palliũ præterea circumfers nihilo mendico decentius. Quanquam ſi tu his cõtentus rectè ſapis, tum Deus profectò neutiquam rectè fecit, primùm quòd oues effecit pingues, deinde uites dulcis uini feraces, ac reliquum deinde apparatum uarietate mirabilem, & oleum, & mel, & reliqua omnia ut nos haberemus, edulia quidẽ omnigena haberemus, potum dulcem haberemus, pecunias haberemus, mollẽ lectum haberemus: præterea pulchras domos, ac reliqua demum omnia mirum in modum præparata. Nam & ipſa quoq; artium effecta, deorum dona ſunt. At
E uiuere omnibus hiſce bonis priuatum, id fuerit profectò miſerum, etiam ſi ab alio quopiam priueris, quemadmodum hi qui ſeruantur in uinculis: longè uerò miſerius, ſi quis ipſe ſeſe omnibus bonis priuet. Nam ea demũ manifeſta inſania eſt. CYN. Et rectè quidem fortaſſe dicis. Verùm iſthuc dic mihi: Si quis diuite quopiam alacriter atque humanè, quin prolixè quoque exhibente conuiuium, tum hoſpites excipiẽte & multos ſimul & omnigenos, alios quidem imbecillos, alios autem robuſtos, deinde apponente multa atq; omnigena, ſi quis, inquam, omnia corripiat, omniaq; deglutiat, nõ ea tantùm quæ uicina ſunt, ſed ea quoque quæ procul abſunt, præparata uidelicet inualidis, ipſe tamen ualens, quum unum dũtaxat uentrem habeat, nec multis ut nutriatur indigeat, diutius

tamẽ quàm alii multi immoretur,hic uir cuiuſmodi tibi uidetur eſſe?probúſne? F
LVC. Non mihi quidem.CYN.Quid uerò,num temperans? LVCIA. Ne id quidem.CYN.Quid uerò ſi quis eiuſdem menſæ particeps, multa illa ac uaria negligat,uno quopiam ex his quæ proximè apponũtur, electo,cum ſatis in ſuam habeat neceſſitatem,id decẽter edat,eoq; ſolo utatur, cætera illa ne reſpiciat quidem:an nõ hunc temperatiorem & melioré uirum illo putabis? LVC. Ego certè. CYN. Vtrũ ergo iam intelligis,an me oportet dicere? LVC.Quidnam? CYN. Quòd Deus illi quidem pulchrè conuiuium inſtruenti ſimilis eſt, ut qui appoſuerit multa ac uaria,atque omnigena,uti eſſent quæ cuique cõuenirent,alia quippe ualentibus, alia rurſus ægrotantibus,atque alia quidem ro- G
buſtis,alia uerò inualidis:non ut omnibus utamur omnes, ſed ut his utãtur ſinguli,quæ ſuæ cuiuſque naturæ conueniunt,& ex his ipſis,quacunque re maximè quenque indigere contigerit. At uos illum qui per inſatiabilitatem atque incontinẽtiam omnia corripit,refertis,ut qui rebus uti uelitis omnibus, & undecunque partis,nõ ſolis contenti præſentibus,exiſtimantes propriam quidem neque terram, neq; mare ſufficere,ſed importantes ab ipſis uſque terræ finibus uoluptates,patriisq; rebus peregrina præferentes, ſumptuoſaq; frugalibus, atq; ea quæ difficilè comparantur,his quæ ſunt comparatu facilia: in ſumma denique moleſtias malaq; potius eligentes,quàm abſq; moleſtiis uiuere.At iſti qui- H
dem plurimi ac precioſi beatiq; apparatus quibus exultatis,per magnam ad uos miſeriam ærumnamq; perueniunt. Aurum ipſum tam optabile, ſi libet, argentumq; conſidera: domus conſidera ſumptuoſas,ueſtes operoſas cõſidera: atque eius generis omnia, quãto negocio emũtur, quot laboribus, periculis,imò ſanguine ac cæde,quantoq; hominum interitu: non ideo ſolùm,quòd dum nauigant,propter iſta pereunt cõplures: ac dum quærunt parãtq;,grauia perferunt: ſed ob id quoque,quòd digladiationes multas pariunt,quodq; ob ea inſidiãtur inuicẽ & amicis amici,& parentibus liberi,& maritis cõiuges.Sic opinor Eriphylen quoque auri gratia prodidiſſe maritum.Atque hæc quidem omnia fiũt, I
quum tamen ueſtes illæ uariæ nihilo magis quicquam queant calefacere,auratáque illa ædificia nihilo prorſus magis tegant, nec pocula illa argentea potui quicquam magis conducant,ſed nec aurei illi nec eburnei item lecti ſomnum ſuauiorem præbeant,imò uidebis frequenter in eburneo lecto, ſumptuoſisque ſtromatibus,beatis illis ſomnum cõtingere non poſſe.Præterea omnigenæ illæ circa edulia curæ,nihilo magis alunt,quin tabeſaciunt potius corpora, iiſdemq; morbos ingenerant. Quid autem dicere attinet,libidinis gratia quantas moleſtias mortales & faciunt, & patiuntur? Quanquam facile eſt iſti cupiditati mederi,niſi quis uelit indulgere deliciis. At ne hæc quidem inſania corruptéláque K
ſufficere uidetur mortalibus,ſed iam rerum etiam uſum peruertunt,ſingulis rebus ad id utẽtes,ad quod minimè paratæ ſunt, quemadmodum lecto ſi quis uti carpenti loco uelit,ac tanquam curru. LVCIA.Quiſnam is eſt? CYN. Vos,inquam, qui hominibus tanquã iumẽtis utimini.Nam eos iubetis, ut lecticas tanquam currus in ceruicibus ferant, ipſi uerò in ſublimi reſidetis delicati,atque illinc homines perinde tanquam aſinos aurigamini,imperantes ut hac, non illac eant: & qui hæc facitis maximè,iidem maximè beati uidemini. Tum hi qui piſcium carnibus non tantùm ut alimentis utuntur, uerùm tincturas etiam quaſdam ex his machinantur, eos dico qui purpuram tingunt. nónne & hi prætet

naturam

A natutam his utuntur quæ à deo præparata sunt? LVC. Non per Iouem, siquidem tingere etiam potest, non comedi tantùm, purpuræ caro. CYN. At non in id tamen nata est. Nam & cratere quispiam, si præter naturam detorqueat, ollæ loco posset uti, nec in id tamen paratus erat. Sed quo pacto posset quispiã uniuersam illorũ infelicitatem percurrere, quæ tanta est? At tu me quoq; quòd nolo eius esse particeps, incusas: uiuo ego tamen quemadmodũ modestus ille, his uidelicet duntaxat, quæ mihi apponuntur, uescens, ac frugalissimis utens: uariis uerò illis atq; omnigenis minimè inhians. Ac deinde quum paucis egeã, ac minimè multis utar, ferinã tibi uideor uitã uiuere. Atqui hac ratione tua Dii pro-
B fectò in periculum ueniunt ne & ipsi sint feris etiam deteriores, quippe qui rei nullius indigent. Verùm ut exactius intelligas cuiusmodi horũ utrunq; sit, uel paucis uidelicet egere, uel multis, considera quòd pluribus egent primùm pueri quàm adulti, deinde mulieres quàm uiri, tum ægroti quàm ualentes: atq; omnino in summa, inferiora quælibet præstantioribus plurium indigent: proinde Dii omnino nullius egent rei: qui uerò ad Deos accedunt proximè, quàm minimis egent. An Herculem putas omnium hominum præstantissimũ, quippe diuinũ uirum, deumq; rectè creditum, miserum tunc fuisse, quum circũiret nudus, pelle duntaxat indutus, harum rerum nostrarum nihil desiderans? At il-
C le miser profectò nõ erat, quippe qui miseriam ab aliis propulsabat: neq; rursus pauper, qui terra mariq; dominabatur. Nempe quocũq; intendisset impetũ, omnes quaquauersum superabat: nec in quenquã sui temporis incidit, qui se uel æquarit unquam, uel uicerit, quoad ex humanis excessit. At tu illi stromata putas calceosq; defuisse, atque ob id mundum obambulasse tantum uirum? Dicendum profectò non est: sed continens erat ac fortis, & moderatè uiuere uolebat, nõ indulgere deliciis. Quid Theseus eius discipulus? An non rex erat Athenienſium omniũ, ac filius etiam, ut ferunt, Neptuni, sua certè tempestate fortissimus? Attamen ille quoque uoluit sine calceis esse, ac nudus ingredi: bar-
D bámque & comam nutrire placuit ei: nec ei tamen solùm, sed omnibus etiam ueteribus placuit: nempe meliores erant quàm uos: atque adeò ne sustinuisset quidem eorum quisquam aliquid huiusmodi, nihilo profectò magis quàm leo quispiam sese tonderi. Siquidem carnis mollitiem ac læuorem decere mulieres existimabant, ipsi uerò sicuti erãt, ita uideri quoq; uiri uolebant: ac barbam quidem cultum uiri ducebant, quemadmodum in equis iubam, in leonibus barbã, quibus deus splendoris quandã atque ornamenti uenustatem dedit. sic & uiris barbam adiunxit. Illos igitur ego æmulor, ueteres inquam illos imitari uolo. huius uerò tempestatis homines nõ æmulor mirabilis huius felicitatis nomi-
E ne, quam in epulis & uestibus habent, dum poliunt ac læuigant singulas corporis partes, ac ne secretiorum quidem ullam, ita ut instituit natura, dimittentes. At mihi certè pedes opto ut nihil equinis differant, quales Chironis fuisse ferunt. Tum ut ipse stromatis non egeã more leonum, nec cibo egeam magis exquisito quàm canes. Contingat præterea mihi, ut terra quæuis mihi per se pro cubili sufficiat. Domũ uerò ut mundũ hunc existimẽ. Alimenta demũ ut ea deligam, quæ facillimè comparari possint. Aurum uerò argentumq; ne desiderem unquã, neq; ego, neq; meorum amicorũ quisquã. Omnia nanq; mala inter homines ex horum cupiditate nascũtur, & seditiones, & bella, & insidiæ, & cædes. Hæc omnia fontẽ habent plus habẽdi cupidinem. At hæc à nobis abscedat

procul,ne unquã plus ſatis appetam:minus uerò cũ habeam,ferre æquo animo F
ualeam. Noſtra quidem ita ſe habent. Plurimum profectò à uulgi ſententiis iſta
diſſentiũt. Neq; quicquam ergo mirandũ eſt, ſi ab his differimus habitu, à qui-
bus tãtum differimus inſtituto. Sed te miror, quónam pacto,quum ſuã quãdam
citharœdo ueſtẽ tribuas,cultumq;,atq; adeò tibicini ſuum,& tragœdo ſuũ : bo-
no uiro cultum ueſtemq; propriã nullam exiſtimas, ſed eandem ei cum uulgo
habẽdam cenſes, idq; quum uulgus malum ſit. Quòd ſi bonorum cultus pro-
prius debet eſſe ullus,quínam deceat magis q̃ hic meus, qui maximè luxurioſis
pudendus ſit,quemq; illi maximè auerſentur? Cultus ergo meus huiuſmodi eſt,
ſqualidum eſſe,hirſutum eſſe,tritum pallium indui, comam producere, ac ſine G
calceis ingredi. Veſter uerò,cinædorum ornatui ſimillimus eſt, nec dignoſcere
uos quiſquã ab illis poſſit neq; colore ueſtium, neq; mollitie, neq; camiſiarum
numero,neq; lacernis, neq; calceis,neq; capillorũ cura, neq; odore. Nam & re-
doletis ut illi,iam præſertim uos,qui eſtis feliciſſimi. Et quidem quid facias,quũ
uir eundem cum cinædis odorem oleat? Etenim in ferendis laboribus nihil illis
præſtatis, uoluptatibus uerò nihilo minus quàm illi ſuperamini: eadem come-
ditis,eodem modo dormitis atq; inceditis, imò uerò incedere nõ uultis, ſed ge-
ſtari potius tanquam ſarcinæ,alii ab hominibus,alii uerò à iumentis. At me pe-
des ipſi geſtant,quocunque ſit opus: egoq; & frigus tolerare ſufficio, & calo- H
rem pati:eaq; quæ dii obtulerint,minimè moleſtè ferre,ideo uidelicet, quia mi-
ſer ſum. Vos uerò propter hanc felicitatem nulla eſtis fortuna contenti, ſed o-
mniũ pœnitet:ac præſentia ferre non poteſtis, abſentia deſideratis, hyeme qui-
dem optãtes æſtatem,æſtate rurſus hyemem:atq; in calore frigus,in frigore ui-
ciſſim calorem: quemadmodum ægrotantes, moroſi ſemper & queruli, quod
in illis quidem facit morbus, in uobis uerò mores. Atq; hæc ita quum ſint, iam
nos in uitam ueſtram traducere æquum cenſetis, noſtramq; corrumpere, quum
ſæpe malè conſulta ſint quæ facitis, ipſiq; ſitis in ueſtris ipſorum negociis mini-
mè circunſpecti,nihilq; eorum iudicio ac ratione, ſed conſuetudine cupiditatis I
faciatis. Quamobrẽ nihil profectò differtis uos ab his qui torrente feruntur. Illi
quippe quocunq; fluxus intenderit,eò rapiuntur: & uos itidem quocunq; libi-
dines. Ac ſimiliter quidem uobiſcũ agitur, ut cum quodam qui equũ inſanum
aſcenderat. equus igitur uirum corripiens abſtulit. hic uerò amplius iam deſi-
lire equo currente nõ poterat. quidam uerò cum occurriſſet ei, rogauit quó-
nam tenderet. hic reſpondit,quocunq; huic uidetur, equũ demonſtrans. Quòd
ſi uos quiſquã roget,quò feramini:ſi uerum uultis dicere, dicetis in uniuerſum
quidem,quocunq; uideatur affectibus:ſigillatim uerò, interdũ quocunq; uolu-
ptati, interdum quocunq; ambitioni, interdũ rurſus quò lucri ſtudio. Quin in- K
terdũ ira,interdũ metus,interdum aliud quippiam huiuſmodi uos auferre uide-
tur. Neq; enim unum dũtaxat equũ uos,ſed multos inſilientes,nunc hunc,nũc
illum,furioſos quidem omnes, auehimini. Auferunt ergo uos in barathrum,ac
prærupta: uos tamen priuſquam cadatis,caſuros uos eſſe neſcitis. At hoc detri-
tum palliũ quod uos ridetis,comaq; habitusq; meus tantam habet uim,ut uitam
mihi quietã præbeat,utq; agam quicquid uolo, uerſerq; cum quibus uolo. Nẽ-
pe ex indoctis atq; ineruditis hominibus nemo me adire uoluerit,ob hunc ha-
bitum: at molles etiam qui ſunt adhuc admodum procul, declinant : congre-
diuntur uerò ſcitiſſimi atq; modeſtiſſimi:& qui uirtutẽ cupiunt,hi potiſſimùm

congrediuntur

A congrediuntur mecum. horum ego consuetudine delector. Eorum uerò fores qui homines uocantur, non obseruo, tum coronas aureas ac purpuram pro fastu habeo, atque homines ipsos derideo. At ut cultum hunc intelligas non bonos modò uiros, sed ipsos etiam deos decere, atque eum deinde, si libet, irrideas, deorum statuas considera, utri uideãtur, uobisne, an mihi similiores. Neq; Græcorum solùm, sed barbarorum etiam templa circunspicias, utrũ ipsi dii, ut ego, comati barbatiq; sunt, an quemadmodũ uos, rasi finguntur atq; pingũtur. Quin plurimos etiam sine tunicis conspicies, ut me nunc esse uides. Quo pacto igitur audeas posthac hunc habitum uitio dare, quum deos etiam decere uideatur?

B

## PSEVDOSOPHISTA, SEV SOLOECISTA,
### Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

*Quanquam neque hic dialogus, ut suprà Lexiphanes ille, uertendus fuerat, quòd singula commodè ac suo modo latinè reddi non possent, pro suscepto tamen opere audendum aliquid longius, & periculum qualecunque faciẽdum fuit. Quo æquiorem nobis lectorẽ fore puto, siqua etiam hic offenderit quæ expectationi ipsius non omnino respondebunt, præsertim cum ipsum quoq; exemplar quo nos uertendo usi sumus, in quibusdã locis non ita syncerum & castigatum appareret. Tractat autem de Solœcismo Lucianus, quem ueteres Latini, ut Gellius indicat, stribiligmem uocarunt, Græci etiam Solœcon. atque illud innuit, haudquaquam ita expeditum aut obuium cuiuis esse, planè ac pure dicere, & ab omni uitio sermonis temperare, idq; exemplo cuiusdam quem Pseudosophistam, à falsa, ut uidetur, facundiæ atque doctrinæ persuasione, Solœcistam autẽ ab ipsa re appellat: qui cũ profiteretur se & loqui purè, et multos in sermone peccantes deprehendere facile posse, interim ipse etiam illa quæ nota ac manifesta sunt, ignorare fingitur. Ac principiò quidem uarias Solœcismi formas exemplis cum suis tum aliorum proponit: postremò autem & quædam explicat, & quod in quo uitium & peccatum sit, ostendit. Propriè autem ad grammaticos hic Dialogus pertinet: quem si multi illorum tam diligenter perpenderent, quàm facile sibi ipsi persuadent & latine & græcè interim se scire, in plerisq; haud dubiè minus ostentationis & arrogantiæ inesset.*

C

## LVCIANVS ET SOLOECISTA.

D 

VM igitur qui agnoscere solœcissantem potest, idem etiam cauere potest ne solœcisset? SOL. Mihi quidem ita uidetur. LVC. Qui uerò cauere non potest, ille nec agnoscere potest eum qui talis est? SOL. Rectè dicis. LVC. Tu uerò teipsum negas solœcissare, aut quo pacto de te dicamus? SOL. Indoctus equidẽ essem, si cum tantæ ætatis sim, adhuc solœcissarem. LVC. Proinde & alium deprehendere poteris qui hoc facit, & negantem conuincere? SOL. Prorsus itaque. LVC. Age nunc, conuince me solœcissantem. Iampridem enim solœcissare gestio. SOL. Proinde dic. LVC. At equidem iam graue istud commisi: tu uerò non agnouisti. SOL. Ludis tu nunc? LVCIA. Non per deos. Nam E solœcismo commisso latui te, perinde ac nesciens. Rursus autem contemplare. Neque enim te puto intelligere posse: quoniam alia quidem nosti, alia autem non nosti. SOL. Dic modò. LVC. Sed & nũc solœcismus à me commissus est, tu uerò non cognouisti. SOS. Nam quomodo cognoscerem, cum tu nihil dicas? LVC. Ego quidem dico, & solœcisso: tu uerò non assequeris istud facientem: quoniam utinam etiam nunc assequi possis. SOL. Mira dicis, si nequeam solœcismum quis sit, intelligere. LVC. Et quo pacto unum intelligeres, quando iam tres non animaduertisti? SOL. Quos tres? LVC. Totos recèns natos. SOL. Ego te quidem ludere puto. LVC. At ego te ignorare eum qui in uerbis peccat. SOL. Et quomodo quis intelligat, quando nihil dictum est? LVC.

Dictum eſt, & ſolœciſmus iam quadrifariam commiſſus:tu uerò non cogno- F
uiſti. Magnum igitur præmiũ confecturus fueras, ſi cognoſſes. SOL. Non magnum quidem,ſed neceſſarium confitenti. LVC. Sed neque nunc cognouiſti. SOL. Quando nunc? LVC. Quando præmium confeciſſe te dixi. SOL. Non intelligo quid dicas. LVC. Rectè dicis: neque enim intelligis. Ac procede ſanè in anteriorem partem. nõ enim uis aſſequi. Intelligam enim ſi modò uolueris. SOL. At ego uolo: tu uerò nihil dixiſti eorum quæ homines ſolent cum ſolœciſmum faciunt. LVCIA. An tibi hoc quod modò dictum eſt, paruum aliquod malorum uidetur eſſe? Sed tamen ſequere denuo, quoniam nõ animaduertiſti curſu digredientem. SOL. Ita per Deos, ego quidem non. LVC. At ue- G
rò dimiſi currere leporem celeriter. Num præteriiſti? ſed & nũc licet uidere leporem. Si uerò non, multi inde lepores facti latebunt te in ſolœciſmo iacentes. SOL. Non latebunt. LVC. At uerò latuerunt certè. SOL. Mira dicis. LVC. Tu uerò præ nimia eruditione corruptus es, ut neque ipſum hoc ſolœciſſantes intelligere poſſis. Deeſt enim ipſi diſtributiua uox πνά, id eſt quendã. SOL. Hæc quidem non intelligo quo pacto dicas: ego uerò multos iam ſolœciſſantes perſpexi. LVC. Et me igitur ſcies tunc, quando puer quiſpiam eris eorum uidelicet qui mammam adhuc ſugunt. Aut ſi nunc non cognouiſti ſolœciſſantem me, neque creſcentes pueruli ſolœciſmum facient nihil intelligenti. SOL. H
Vera dicis. LVC. Atqui ſi hæc ignorabimus, nihil cognoſcemus noſtrorũ propriorum: quoniam & hic ſolœciſmus quem nunc feci, fefellit te. Ne igitur dixeris amplius quòd poſſis perſpicere ſolœciſſantem, & ipſe ſolœciſmum non committere. Atque ego quidẽ hoc pacto. Socrates autem, qui à Mopſo genus ducebat, cui in Aegypto conuerſatus ſum, huiuſmodi dicere ſolebat citra inuidiam, neq; apertè coarguebat eum qui ſic peccaſſet: uerùm ad eum qui interrogabat, πνίκα ἔξεισι, hoc eſt quando exibit? Quis enim, inquit, reſponderit tibi de hodierna die tãquam exiens? Alio autem dicente, ἱκανὰ ἔχω τὰ πατρῶα, id eſt ſatis habeo paternorum bonorum: Quomodo ais, inquit, an tibi pater mor- I
tuus eſt? Alio autem rurſus dicente, σύμπατριώτης ἐστί μοι, hoc eſt conterraneus meus eſt: Latuiſti igitur nos, inquit, barbarus exiſtens. Alio autem quodam dicente, ὁ δεῖνά ἐστι μεθύσης, hoc eſt, iſte neſcio quis ebrius eſt: Matrisne, inquit, aut quomodo dicis? Alio autem, λέοντας: Duplicas, inquit, leones. Cum autẽ quidam dixiſſet, λῦμμα πάρεστιν αὐτῷ, duplici uidelicet μμ, id eſt quæſtus ſiue captura ineſt ipſi: Proinde, inquit, capiet, ſi captura ipſi ineſt. Alio autem dicente, πέφευγεν ὁ μάρξ σύμμυς φίλος, id eſt accedit adoleſcẽs meus amicus: Et conuiciaris illi, inquit, cũ ſit amicus? Ad eũ autem qui dixerat, δείδοικα τὸν ἄνδρα, μὴ φύγῃ, hoc eſt terreo, pro timeo, uirum, & fugio: Tu, inquit, etiam quando timebis aliquem, perſequeris. K
Alio autem dicente, τῶν φίλων κεφαλιώτατος, id eſt amicorũ maximè ſummus: Feſtiuum ſanè, inquit, quod ſupra uerticem ſeu ſummam aliquid ultrà etiam ponis. Et ῥοῤῥμῶ quopiam dicẽte, hoc eſt inuado ſiue irrumpo: Et quiſnam eſt, inquit, quem ῥοῤῥμᾷς; hoc eſt impellis. Ἐξεπιπολῆς autem quodam dicente, hoc eſt de ſuperficie: ſubiecit, ἐκ τῆ ἐπιπολῆς ὡς ἐκ τῆ πιθάκνης, hoc eſt ex ſuperficie ut ex doliolo. Dicẽte autem quodam, συντάξατό μοι, hoc eſt compoſuit mihi, uel eiuſdem ordinis mecum fuit: & manipulum, inquit, Xenophon συντάξαι, id eſt coordinauit. Alio autem dicente: περίεστιν ἀνὴρ, ὥστε λαθᾶν, id eſt circunſteti, ſeu circundedi ipſum, ut laterem: Mirum, inquit, ſi tu, cum unus ſis, περίεσης, id eſt circunſteteris

unum.

A unum. Alio rursum dicente, συνεκείνετο αὐτῷ, quod & comparabatur ipsi, & contendebat cum ipso, significat, subiecit: καὶ διεκείνετο πάντως, hoc est diiudicabatur seu dirimebatur quoq; omnino. Solebat autem & contra eos qui soloecismum Atticè loquendo committebant, eadem festiuitate ludere. Nam ad eũ qui dixerat, νῶϊ δοκᾶ, hoc est, nobis hoc uidetur: Tu, inquit, etiã νῶϊν dices, ut peccamus. Alio autem seriò narrante quippiam eorum quæ in patria sua acciderant, ac dicente, Illa uerò Herculi μιχθῆσαι, hoc est concumbens: Non igitur, inquit, Hercules ἐμίχθη αὐτῇ, hoc est, ipse concubuit, siue commixtus fuit. Porrò dicente quopiam quòd haberet opus κερᾶναι, hoc est tonderi: Quídnam graue adeò,
B inquit, & quod dignum ignominia ista sit, abs te factum est? Et ξυγομαχεῖν, hoc est (ut Hesychius exponit) cum domesticis & familiaribus contendere, dicente quopiam: Túne aduersus hostem, inquit, ξυγομαχεῖς; Alio autem quodam dicente puerum suum morbo decumbentem βασανίζεσθαι, hoc est torqueri: Cuius gratia, inquit, torquetur? aut quid uult ille qui torquet? προκόπτει uerò cum quidam diceret οἱ δὲ μανθάνουσιν, hoc est, proficit in disciplinis, respondit: At Plato ἐπιδιδόναι, hoc est crescere, uocat. Interrogante autem quopiam, ἆ μελετήσει ὁ δεῖνα, hoc est an declamaturus nescio quis esset: Quomodo ergo, inquit, interrogãs me an declamaturus sim, dicis ὁ δεῖνα; hoc est in tertia persona iste. Volen-
C te autem quodam Atticismum exprimere, & dicente, πεθνήξει, hoc est, morietur in diem tertium: Satius, inquit, foret etiam hic non Atticissare adeò te, quando malum imprecaris. Ad eum autem qui dixerat, σοχάζομαι ἀτῇ, pro φείδομαι ἀυτῇ, hoc est parco ipsi: Nunquid, inquit, aberrasti iaculando? Quodam uerò ἀφισᾶν dicente, & altero ἀφισάνειν, pro eo quod est ad defectionẽ solicitare: Vtrunque, inquit, non noui. Ad eum autem qui dicebat πλὴν εἰ μή, hoc est, nisi si: Hæc, inquit, dupla gratificantur. Et χρᾶσθαι cum quidam diceret, Pseudatticum, inquit, uerbum est. Rursum dicenti ἐχθές, pro ex eo tempore: Pulchrum, inquit, fuerit & ἐχθέρναν, hoc est, ex superiori anno dicere. nã Plato ἐς πρό, hoc est, in id
D tempus, dicit. Ei uerò qui ἰδὲ pro ἴδε, hoc est uide, utebatur: Alia pro aliis, inquit, significas. Cum quidam autem ἀντιλαμβάνομαι pro σωίνημι (hoc est intelligo) diceret, mirari se ait quo pacto ὁ ἀντιποιούμενος τῷ λέγοντος, id est qui cum dicente certaret, siue competitor eius foret, diceret ἀντιποιεῖσθαι, id est concertare uel competere se. βρᾴδιον autem dicente quopiam, Non est simile, inquit, uerbo τάχιον, quod celerius significat. Et rursum βαρεῖν pro grauare dicente quopiam: Non est, inquit, βαρυῦλν, quemadmodum putasti. λέλοιχα item pro ἔλαχα (id est sortitus uel nactus sum) dicente quodam, Modicũ, inquit, etiam apud quos peccatur. Multis autem ἴπταθαι pro πέτασθαι (quod est uolare) dicentibus, Quòd
E ἀπὸ τ᾽ πτήσεως (hoc est à uolatu) quidem uerbum hoc descendat, planè scimus. πρωτερὸν autem quodam dicente (hoc est columbũ masculino genere) Quasi hoc Atticũ uerò foret, etiam τὸν φατῆν (id est palumbum masculino genere) dicamus, inquit. Rursum dicente quodam se φακὸν comedisse (hoc est lentem) Et quomodo, inquit, φακὸν aliquis comederit; quod & algã, & lentiginẽ, & uas quoddam unguentarium, & alia item quædam significat. Atque hæc quidem Socratica illa sunt. Redeamus autem, si uidetur, ad certamen priorum uerborum. Ac ego quidem citabo ea quæ optima uidentur esse tota, tu uerò cognitionẽ fac. Arbitror enim uel nunc posse te, quippe qui tã multa ordine iam audieris. S O. Fortassis ne nunc quidem potero te dicente: sed tamen dic. L V. Et quomodo

ais te non posse? Nam cognitionis ipsorum propè ianua tibi aperta est. SOL. F
Dic igitur. LVC. At iam dixi. SOL. Nihil certè quod ego intelligam. LVC.
An non intellexisti quod dixi ἀνέῳγεν; (id est, aperuit, pro aperta est.) SOL. Non
intellexi. LVC. Quid igitur patiemur, si ne nūc quidem assequeris ea quæ di-
cuntur? Atqui secundum ea quæ ab initio abs te dicta sunt, ego quidem puta-
bam me equites in campum prouocare: tu uerò equites cogitasti. Sed uideris nō
curare uerba, maximè quæ inter nos ipsos prosecuti sumus. SOL. Ego quidem
curo, tu uerò obscurè ipsa prosequeris. LVC. Nempe omnino obscurum est
quod dixi, καὶ σφᾶς αὐτὸς, cum de nobis mentionem facerem. Sed hoc quidē ma-
nifestum est. Te uerò nullus deorum ab ignorantia liberauerit, nisi fortassis A- G
pollo. Vaticinatur enim ille omnibus interrogantibus: tu uerò neque ipsum
μαντευόμενον intelligis. SOL. Per deos equidem. non enim didici. LVC. Si ergo
καθὰς latet te circumiens. SOL. Videntur *certè. LVC. At καθὰς iste quo pacto
præteriit? SOL. Neq; hoc didici. LVC. Nosti autem quempiam sibi ipsi γάμους
μνηστευόμενον; (hoc est, nuptias stipulantē uel despōdentem?) SO. Quorsum igitur
hoc? LVC. Quòd necesse est solœcismum cōmittere τὸν μνηστευόμενον αὐτῷ, id est,
eum qui sibi despondet. SOL. Quid igitur ad meum negocium hoc, si solœci-
smum cōmittit quispiam despondens? LVC. Quòd ignorat is, qui se scire dicti-
tabat. Et hoc quidem ita se habet. Si uerò quispiam dicat tibi accedens, ὡς ἀπολέ- H
σοι τὴν γυναῖκα, hoc est, quòd repudiare uelit uxorem, num permittes hoc illi?
SOL. Quid ni permittam, si uideatur iniuria affectus esse? LVC. Si uerò solœ-
cismum cōmittere uideatur, etiam'ne hoc permittes illi? SOL. Haud equidem.
LVC. Rectè dicis. Neq; enim concedendū amico ut solœcisset, sed docendus
potius est, ut hoc ne patiatur. Quòd si quis autē nunc crepare faciat ianuam in-
grediens, aut exiens pulset, quid dicemus tibi accidisse? SOL. Mihi quidem ni-
hil: illū uerò uel exire uelle, uel introire. LVC. Tibi uerò, cum ignores τὸν κόπτον-
τα, hoc est qui pulsat, aut τὸν ψοφοῦντα, hoc est qui crepare faciat, nihil omnino ac-
cidisse putabimus indocto adeò existenti? SO. Cōtumeliosus es. LV. Quid di- I
cis? Ego contumelios us uerò nunc γιγνόμαι (id est fiam) qui tecū disputo? Vide-
tur autē solœcissare etiam ipsum γιγνόμαι, quo nunc usus sum: tu uerò non co-
gnouisti. SO. Desine, quæso per Mineruā, ac dic potius tale aliquid, quod etiam
ego intelligam. LV. Ac quo pacto intelligas? SO. Si mihi omnia ista percurras
quæ modò dixisti à te cū solœcismo dicta, à me autem non animaduersa esse, &
quo pacto in singulis peccatū sit, exponas. LV. Nequaquam ô optime. longum
enim hoc modo facturi essemus dialogū: sed de horum quidem unoquoq; li-
cebit tibi singulatim quærere. Nūc autem alia quædā persequamur, si uidetur.
Ac primùm ipsum hoc ἄτιμα, absq; aspiratione, & cum tenui spiritu, utrū rectè ui- K
deatur dictū cum uerbo ἔτιμος compositum. Non enim ita præter rationē fuerit.
Deinde & τὸ ὑπ' ὕβρεως, id est de contumelia, qua te à me affectū ais, si non hoc pa-
cto dicā, sed εἰς σὲ, hoc est in te contumeliosum (fuisse me scilicet) dicā, propriū
id esse ego quidem nō possum dicere: quoniā σὲ quidem ὑβρίζειν, hoc est te con-
tumelia afficere, idem est quod corpus tuū, siue plagis, siue uinculis, siue etiam
alio aliquo pacto. At εἰς σὲ (hoc est in te contumeliosus esse dicor) quando alicui
tuorū contumelia fit. Nā & qui uxorem tuā contumelia afficit, in te contume-
liosus est, & qui puerū tuū, & amicum, & certè qui seruum quoq;. Nam præter-
quā de rebus, ita tibi se res habet: quoniā & in res cōtumeliosum esse dictū est,

ut in

A ut in prouerbiũ, quẽadmodum Plato dicit in sympoſio. SO. Intelligo differentiam. LVC. Nũ igitur & hoc intelligis, quòd ſi dicam, ταῦτα ἀναλλάττειν, ſolœciſmum uocãt? SO. At nũc ſcibo. LVC. Ipſum autẽ dici debere ἐναλλάττειν? SO. Mihi quidem uidetur idẽ utrunq; dicere. LVC. At quomodo idem fuerit ἀναλλάττειν & ἐναλλάττειν, quandò illud quidẽ eſt alterum cũ altero commutare, uidelicet id quod rectũ non eſt, cum eo quod rectũ eſt: hoc autem, id quod nõ eſt, cum eo quod eſt? SO. Intelligo quòd ἀναλλάττειν quidem ſit, id quod propriũ nõ eſt, pro eo quod proprium eſt, dicere: ἐναλλάττειν uerò, aliquando quidẽ eo quod propriũ
B eſt, aliquando uerò eo quod propriũ non eſt, uti. LVC. Habent quandã & hæc conſiderationem non iniucundã. πρόσκλισιν autem πρός τινα, id eſt ſatagere uel obſequioſum eſſe erga aliquẽ, propriam utilitatẽ eius qui ſatagit, indicat: cũ autem dico περί τινα, circa aliquẽ, illius indicat, circa quem quis ſatagit, ſiue obſequioſus eſt. Atq; hæc quidem fortaſſe confunduntur à quibuſdã, fortaſſis autẽ etiam obſeruantur: melius autẽ eſt obſeruare unumquenq;. SO. Rectè dicis. LVC. καθῆσθαι uerò à καθίσαι, & κάθιζον à κάθησο ſcis quo pacto differãt? SO. Haud ſcio. καθῆσθαί τι quidem audiui te dicere quòd ſit alienum. LVC. Et rectè quidem audiſti. Sed κάθισον à κάθησο differre aio. SO. Et quo tandem inter ſe differũt? LVC. Quòd κάθισον quidem ad eum qui ſtat, dicitur: alterum autem ad eum qui ſedet, ut:

C ἧσο ξεῖν', ἡμεῖς δὲ καὶ ἀλλόθι δόμλυ ἕδρην.

Hoc eſt, Sede uel quieſce hoſpes, nos autẽ etiam alibi inueniemus ſellam. Rurſum itaq; dictum ſit, quòd qui hæc commutat, uitiũ incurrit. καθίζω autem à καθέζομαι, nũ tibi parũ diſtare uidetur? Siquidẽ καθίζειν dicendo, alterũ ſedere facimus: καθέζεσθαι uerò, nosmet ipſos ſolos. SO. Et hæc ſufficiẽter proſecutus es. Atq; igitur dic: ita enim oportet te docẽdo præire. LVC. Nam me alio pacto dicente, nõ intelligis. Non noſti quale ſit ξυγγραφεὺς ἀνήρ; (hoc eſt, uir hiſtoriarum ſcriptor aut cõmentator.) SO. Admodum noui, ut qui te audierim hæc dicentẽ. LVC. Quoniam & καταλελῦσθαι tu quidem fortaſſis idem cũ καταλελῆσθαι putaſti: ego uerò ſcio *Vide num & de his in ſuperioribus deſit quippiã.*

*Id eſt, in ſeruitutem redigere, & redigi.*

D differentiã non paruam habere. SO. Quámnã hanc? LVC. Quòd hoc quidẽ alteri, καταλελῦσθαι autẽ ſibi ipſi fit. SO. Pulchrè dicis. LVC. Etiã alia uerò multa licet tibi diſcere, ſi modò nõ ipſe tibi ſcire, cũ neſcias, uidebere. SO. Nõ uidebor facilè LV. Proin reliqua in poſterũ reiiciemus, in præſentia autẽ dialogũ diſſoluamus.

## SCHOLIA IN PRAECEDENTEM DIALOGVM.

*Graue iſtud commiſi)* Fortaſſis *quia dixit* ἁρπαγολοικῶς, *id eſt modò uel paulò antè ſolœciſſare geſtio. nam Gaza id aduerbium cum præterito conſtrui dicit. Solœciſmus à me commiſſus eſt.)* In *eo, ut uidetur, quod dixit,* ἃ μὲν & ἃ δὲ, *pro* τὰ μὲν & τὰ δὲ, *id eſt alia quidem, alia uerò. Quando iam tres.)* Tertium; *cum dicit,* ὄφελον λωίσην, *id eſt utinam poſis: quoniam* ὄφελον, *ut cætera optandi, cum optatiuo poni poſtulat. Quadrif. commiſ.)* Suprà *ter, quarto autem in uerbo recens natos, opinor, quod græcè* ἁρπαγινιάδες *dixit pro* ἁρπαγινιῶν. *Præmium confeciſſe)* nam *certamen confeciſſe dicere debuerat, hoc eſt in maſculino genere* ἆθλον, *non in neutro. Quod modo dictũ eſt)* uidelicet, *ſi modò uolueris. id enim græcè dixit* εἴπερ θελήσειας, *præterito tempore, cum præſenti uel futuro potius debuerat. At uerò latuerunt certè)* quoniam *uox* λαγὼ & *ſingularis numeri & dualis eſt, & item pluralis ſi ſubdas* ἰὼ ζῶε. *Deeſt enim ipſi diſtributiua uox* τινὲ) *quòd dicẽdum uidelicet erat,* λαγὼ τινα μιᾶς. *Aut ſe nũc non cog. ſolœciſſantẽ) uel quia dixit,* ὅζερ τὶ τῶν παιδίων γίνη, *quaſi in intellectu ibi peccatum ſit. uel quia* τὰς τίτθας θηλαζόντων, *id eſt nutrices ſugentium pro* τιτθία *dixit. Et hic ſolœciſ. quem feci, fefellit te)* In *eo opinor cum dixit* ἀξέλουσι παιδία, *actiuo pro paſſiuo uſus. Qui interrogabat,* πῶνίκα ἔξεσι, *&c.)* Exempla *quæ ſequuntur, græcè omnia poſui, ut quiſque per ſe uideat ac iudicet in quo uitium orationis ſiue ſolœciſmus ſit. Sunt enim huiuſmodi quædam, ut non cuiuis ſtatim appareat quid ubique ambiguum aut immutatum, aut plus minúsue dictum ſit: quale ſtatim à principio hoc eſt quòd reprehendit eum qui dixerat,* πῶνίκα ἔξεσι, *& infrà* πρόσεισιν ὁ μίσραξ ὁ ὁμὸς φίλος, *& alia quædam. Alio autem* λέγουσι) *uidetur nonnihil deeſſe.* λῆμμα θάρσιν ἀντῷ) *uoluerat autem* λῆμα *dicere, quod prudentiam uel φόνημα ſignificat. Alio audic.* τῶν φίλων κορυφαίοτατος) *alludens eò quòd ſuperlatiuum à* κορυφαῖος *fecerat. Et* ἐφορμᾷ *quo. di. & c. Et quiſnam eſt inquit, & c.)* altero *abſolutè dicente, altero actiuè accipiente. Subiecit,* ἐν ᾧ ἐπαιτιολῶ, ἐν ᾧ πειθάνην) *quaſi dicat*

*uno itidem ut altero utendum esse. Dicente autem quodam* σωτράξαι μοι) *ad ambiguitatem respiciens uidelicet.* F

*Mirum, inquit, si tu, &c.) quasi non satis proprium fuerit. Non igitur, inquit, Hercules* ἐμίχθη αὐτῇ) *quasi hoc uerbum de uiris tantùm, & nõ de mulieribus usurpandum fuerit. Alio au.q.di.pu.su.mor.dec.* βασανίζεσθαι) *quòd uerbo impropriè usus esset, ut suprà quoque, & mox infra.* προκόπτει *ucro &c.) quasi quod non satis atticum foret. Dicis,* ὁ δῆνα, *&c.) quoniam attice in secunda persona intelligatur. Qui dixerat* σοχάζομαι αὐτῆ) *nam* σοχάζεσθαι *scopum petere significat, & aliàs etiam obseruare & colere.* τερίστροφον *autẽ quodam, &c.) nam illi fœminina quædam masculino genere proferunt, ut* ὁ Διὸς. Φακὸν *comedisse) eadem ratione ut suprà pro* Φακῆν. *Quod dixi* ἀνέῳγα) ἀνέῳγεν *in uerbo medio dixit pro passiuo, id est aperta est.* κατὰ σφᾶς ἀυλῆς) *ubi* σφᾶς *tertiæ personæ pro prima ponitur.*

*Vaticinatur enim &c.)* μαντίυεται), *quod de consulentibus, non de respondente dicendum fuerat. Si ergo* κεθηὼς *latet te circumiens) Videntur uel abesse quædam, uel hæc ipsa corrupta esse: id quod infrà apparet. Significat autem* κεθηὼς, *ut hic ponitur, idem quod demittens uel descendens. Ac primùm ipsum hoc* ἄπα *absque aspiratione) interdum enim & aspirari solet, ut cum interrogatiuum est, ut,* πῶς κ᾽ ἅπα διαλέχθη, *id est quomodo & quænam dixit? Quemadmodum Plato dicit in symposio) Locus est statim à principio, ubi Homerum ait* ὑβρίσαι εἰς τὸν παροιμίαν, *quòd deteriorem finxerit ad cõuiuium melioris inuocatum uenire, cum prouerbium sonet, bonos ad bonorum conuiuia ultro uenire.* κατὰ θύραν *quidem audiui te dicere quòd sit alienum.) Et hinc est quòd supra notaui quædam uel abesse, uel corrupta esse uideri.* G

# PHILOPATRIS, SEV QVI DOCETVR,
## Iacobo Micyllo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Lucianine sit Dialogus hic, an alterius cuiuspiam, dubitari potest. Nam quod ad argumẽtum attinet, nõ abhorret ab illius ingenio & dicacitate. pariter enim & gentilium deos, & Christianorum religionem, ut sæpe aliàs, incessere uidetur. Phrasis autem & tota adeò compositio, cæteris illius scriptis haudquaquam similis est. Nam quorsum pertinet excursus iste, reliquo propè toto corpore longior? aut quid adeò grande & affectuosum sequitur, quod tragico isti exordio respondeat? Sed de his doctiores iudicent. Cæterùm cuiuscunque scriptum hoc fuit, uidetur is Traiano Cæsari ob uictoriam in Oriente partam potissimùm gratulari uoluisse contra eos qui per id tempus siue ipsi urbi, siue alteri alicui loco (nam patriam solùm uocat) pericula et clades præsagiebant: quos ipse à principio sophistas appellat: ad finẽ tamen ita describit, ut propemodũ Christianos intelligere uideatur. Eò enim pertinet quod in fine de Persico supercilio, de Susis, & de tota Arabum regione meminit. Omnia enim illa à Traiano deuicta, in populi Rom. potestatem illis tum temporibus redierе, ut apud Dionem & Eutropium & cæteros qui eius ætatis historiam scripserũt, uidere est. Et hinc alterius tituli caussa est, quo Philopatris dialogus hic inscribitur. Quòd autem ad didascomenum pertinet, fingitur is, qui patriæ fortunæ ac prosperitati tantopere studet, tum ab eo qui cum sermonem habet, de deo uero & religione recta informari, tum ab ijs qui patriæ malè ominabantur, eiusdem institutionis caussa in communem cœtũ ac societatẽ introductus fuisse, unde & catechumenus in ipso dialogo infrà uocatur, quo nomine Christiani uocare soliti aliquãdo fuere eos quos pietate & religione sua informare nuper cœpissent. Porrò scribit in quadam epistola Ponticus Virunius, Lucianum etiam Euangelium Ioannis infectatum alibi fuisse. quod si est, non immeritò de hoc dialogo intelligi potest. Ita enim hic de luce, de uerbo, & cæteris quibusdam meminit, ut ex principio Euangelij illius sumpta uideri queant. Nisi si quod aliud eius generis scriptum ab hoc editum fuit, quod ad nostram ætatem non peruenit. Quod autem ad uersionem attinet, quanquam fortassis referret huiusmodi scripta, quæ uel contemptum religionis aliquem parere possent, uel alioqui impietatem præ se ferunt, omnino non uerti: tamen quia argumento operis seruiendum fuit, rursus hic lectorem oratum uolo, ut si quid minus perspicuè, aut aliter quàm debuit, conuersum deprehendet, ueniam hanc exemplari nostro det, quod in quibusdam locis ita deprauatum fuit, ut nescias utrum de industria obscurata quædam fuerint, an librariorum uitio alia corrupta, aliaq; omissa.* H I K

## TRIEPHON, CRITIAS, CLEOLAVS.

TRI  Vid hoc ô Critia? totum te ipsum immutasti, & supercilia deorsum contraxisti, profundum autem quippiam, & quasi in intimo pectoris recessu tecum ipse cogitas, sursum atque deorsum inambulans, astutias & uaframenta meditanti similis, quemadmodum poëta ait: pallorq; genas tibi cepit. Num alicubi Cerberum aspexisti, aut Hecaten ab inferis huc egressam? aut etiam deorum alicui ex prouidentia quadã occurristi? Nondum enim talia tibi accidere conueniebat, etiam si ipsum audiuisses mundum aquis obrutum iri, quẽadmodum Deucalionis tempore factum est. Tibi dico, heus

A heus optime Critia, an non audis me tantopere inclamante, & breui adeò appropinquante? utrum indignatione aliqua aduerſum nos percitus es, an obſurduiſti, an uerò etiam expectas dum te elata manu impellam? CRI. O Triephon, magnum quẽdam & admirabilem audiui ſermonem, multisq; uiis tractatũ. Ac nugas iſtas adhuc memoria repeto, auresq; obturo, necubi etiã amplius audiam talia, & inſania nimia dirigeam, fiámque poëtis fabula, perinde ut Niobe olim. Quin per præcipitiũ in caput deuoluerer alicubi, ueluti uertigine quadã actus, niſi, ô amice, inclamaſſes mihi, adeoq; & Cleombroti ſaltus, Ambraciotæ illius, de me fabula ferretur. TRI. Papæ, quàm mirabiles iſtæ apparitiones ſiue au-
B ſcultationes fuere ſcilicet, quæ Critiã adeò perculere! Quot enim attoniti poëtæ, & præſtigiatores philoſophi, percellere mentem tuam non potuere, ſed nugæ tibi fuere omnia? CRI. Deſine pauliſper ô Triephon, neque moleſtus amplius ſis. Neque enim contẽnendus aut negligendus mihi eris. TRI. Scio equidem quòd neque paruam, neque contemptu facilẽ rem apud te uoluis, ſed admodum etiam arcanam. Nam & color, & quòd taurinum quiddã tueris, quódque pedibus conſiſtere nequis, ſed ſurſum atque deorſum inambulas, conſpicuum te facit. Verùm enim reſpira aliquantulum à malis, & nugas iſtas euome, ne quid fors patiare mali. CRI. Tu quidem, ô Triephon, quantum iugeri ſpa-
C cium extenditur, tãtum à me hinc curriculò abi, ne te ſpiritus in ſublime attollat, & ſupra terram elatus pleriſque appareas, atque alicubi etiam decidẽs, Triephontéum pelagus de te nominari facias, quemadmodum Icarus de ſe Icarium olim. Nã quæ audiui hodie à ter execrabilibus iſtis ſophiſtis, maximopere mihi ſtomachum commouerunt. TRI. At ego quidem retro curſu abibo, quantum etiam uoles. Tu uerò reſpira à malis iſtis. CRI. Phy, phy, phy, phy, nugas illas. Heu, heu, heu, heu, conſultationes malas. Væ, uæ, uæ, uæ, ſpei inani. TRI. Papæ, qualis euaporatio, quãtus tumor in inteſtinis latuit? Quantus autem tumultus, quantaq; agitatio uentrem concuſſit tibi? Auritum ſanequam teipſum oſtendis
D fuiſſe, qui tam multa audieris, adeò ut etiã iuxta monſtroſum illud, per ungues exaudiſſe uidearis. CRI. Atqui mirabile non eſt, ô Triephon, per ungues audiſſe, quandò & tibiam uentrem ſpectaſti eſſe, & caput párere: & uirilem naturam in muliebrem effectu tranſire, deinde & ex mulieribus aues transformari: & in ſumma, prodigioſa uita ipſa eſt, ſi poëtis credere uoles. Sed quia te primũ offendi hocce loco, abeamus, ſi uis, eò ubi platani Solem abercent, luſciniæ autem & hirundines canora perſtrepunt, quò uidelicet auiũ concentus aures exhilarans, & aqua leniter ſuſurrans, animos demulceat. TRI. Eamus ſanè Critia. Verùm illud metuo, ne fors incantatio quædam ſit id quod audiſti, & me pi-
E ſtillum, aut portarum obicem aliquem, aut ſimile quiddam rerũ inanimatarum efficiat præclara iſta tua conſternatio. CRIT. Ita me amet cœleſtis Iupiter, ut nihil tale in te fiet. TRI. Amplius etiã terrefeciſti me, cum Iouem deieraſti. Quid enim ille poterit ulciſci te, etiam ſi fidem iuriſiurandi tranſgrediaris? Arbitror enim neque te de Ioue iſto tuo ignorare. CRIT. Quid ais? an non poterit Iupiter in tartarum præcipitare me? An ignoras quòd deos omnes deiecit à diuino * illo ætheris pauimento? & Salmoneum, qui cõtrà tonare auſus fuerat, paulò antè fulmine præcipitauit, & ut petulantiſſimus quiſque eſt, etiam nunc? A poëtis autem & Titanum uictor, & Gigãtum interfector carminibus celebratur, quemadmodum & apud Homerũ. TRI. Tu quidem Critia omnia ea per-

*De hoc apud Ciceronem in Tuſcul. quæſtion. mentio fit, & apud Ouidium in Ibin.*

*Cõfutatio deorum gentiliũ.*

*Ὁμοιοτέλευτον alludit ad fabulam Vulcani, quem Iupiter è cœlo pre-*

*cipitauit,Illi.1. Iouis.* curriſti,quæ Ioui tribuuntur: ſed ſi tibi ingratum non eſt,auſculta. An non Cy- F
gnus ille fuit & Satyrus ob petulantiam,imò & Taurus? Ac niſi ſcortillũ illud celeriter in humeros ſuſtuliſſet, & per pelagus effugiſſet,fortaſſis araret etiam nunc,ubi in agricolam aliquem fortè incidiſſet iſte tuus tonitrua faciés, & fulmina iactans Iupiter: & pro eo quòd nunc fulmina iaculari dicitur,ſtimulo impelleretur. Illud autem quòd cum Aethiopibus conuiuatur, hominibus nigricantibus,& uultum obſcuratis,& in duodecimum uſque ſolem ab illis non diſcedit, ſed apud ipſos uino madefactus deſidet,idq; cum barbam tantam habeat, an non quæſo pudore dignum fuerit? Quod autẽ ad aquilã attinet,& ad Idam, & quòd imprægnari per totum adeò corpus ſolet,etiam dicere erubeſco. CRI. G

*Apollinis.* Quid igitur? num Apollinem deierabimus,ut qui uates optimus ſit,& præterea medicus quoque? TRI. Vanum atque mendacem iſtum uaticinatorem dicis,

*Herod.lib.1. Neptuni.* qui Crœſum paulò antè perdidit,& poſt ipſum etiam Salaminios,aliosq; innumeros,obliqua atq; ambigua omnibus illis reſpondendo? CR. Neptunum autem quid? qui & tridentem manu tenet, & in bellis immenſum atque terribile quiddam clamat,quantum alii uiri mille,aut etiam decies mille: præterea & Siſichthon,hoc eſt terræ tremefactor,ô Triephon,appellatur? TRI. Adulterum iſtum dicis, qui Salmonei filiam Tyro paulò antè uitiauit,& adhuc etiam mœchatur, liberatorq; & patronus huiuſcemodi uitiorum eſt? Nam Martem, cum H
uinculis premeretur,& nodis quibuſdã inſolubilibus arctaretur, cæteris diis omnibus præ pudore ſilentibus, equeſtris iſte Neptunus exoluit, in lachrymas profuſus ſcilicet, perinde ut pueruli magiſtros formidãtes,aut quemadmodum aniculæ puellas decipiẽtes. Inſtabat autem precibus Vulcano,ut ſolueret Martem. Ac claudicans iſte deus, miſertus uidelicet dei ſenioris & uetuſti, liberauit Martem: quare & mœchus eſt,ut qui mœchos conſeruet. CRIT. Quid igitur?

*Mercurij.* Mercurium? TRIE. Apage mihi ueteratorem iſtum,improbum Iouis libidinoſiſſimi ſeruum,ipſum quoque libidine inſanientem in adulteria. CRITIAS.

*Martis & Veneris.* Proinde neque Martem aut Venerem recepturum eſſe te ſcio, ut qui iam an- I
tea abs te calumniis impetiti fuerint. Quapropter miſſos & hos faciamus. Mi-

*Mineruæ.* neruæ autem adhuc mentionem faciam, uirginis uidelicet armatæ, & terribilis deæ,quæ & Gorgonis caput pectori applicatum habet, deam Gigantum interfectricem. Non enim,opinor,habes quod de ipſa dicas. TRIEPH. At dicam tibi etiam de iſta, ſi mihi reſpondere uoles. CRIT. Dic quicquid uolueris. TRIE. Dic mihi igitur Critia,quæ Gorgonis huius utilitas eſt? & cur pectori geſtamen hoc dea applicatum habet? CRIT. Vti terribile quoddam ſpecta-

*ἐπφαλκία νίκην.* culũ,& quod mala auertere poſſit. Sed & hoſtes perterrefacit,&*uictoriã utro- K
que inclinantem,quocunque ipſa uult,aduertit. TRIEPH. Num ob hoc ipſa quoque Glaucopis inuicta atque inſuperabilis eſt? CRITIAS. Atque admodum. TRIE. Cur igitur non illis potius qui ſeruare poſſunt,quàm qui ſeruantur,femora adolemus taurorum atque caprarum, ut nos quoque inſuperabiles atque inuictos reddant perinde atque Mineruam? CRITIAS. Atqui ipſi poteſtas nõ eſt à longè auxiliari, perinde ut diis: ſed ſolũ ſi quis ipſam geſtat. TRIE. Et quidnam hoc ipſum eſt? Volo enim ex te ſcire, uti qui inueneris talia, & quammaximè perfectè aſſecutus ſis. Ignoro enim omnia quæ de ipſa feruntur,præterquam nomen. CRIT. Ipſa quidem puella fuit elegans & amabilis: Perſeus autem cũ huic dolo caput amputaſſet, utpote uir generoſus, & qui in

arte

A arte magica laudatus,carminibus illam quibuſdam incantaſſet,in præſidium & quaſi quoddam propugnaculum dii ſibi ipſam retinuerunt. T R I. Hoc igitur præclarum tandem me latuit,quòd dii hominum quoque indigẽt. Quæ autem uiuentis utilitas fuit? meretricabatur nimirum per cauponas,aut latenter uitiabatur, deinde ſe ipſam uirginem appellabat. C R I. Non per *ignotũ Athenis: ſed uirgo permanſit uſque ad decollationem. T R I. Ergo ſi quis uirgini caput amputauerit, terriculamentum hoc ipſum erit multitudini? Noui enim innumeras membratim & per partes diſſectas inſula in circumflua,Cretam illã nomine dicũt. Quòd ſi igitur cognouiſſem hoc,ô optime Critia, quàm multas ti-

*Deum ſcilicet, cuius aræ etiã in ſcriptura mentio fit.*

B bi Gorgonas ex Creta huc attuliſſem, teq; ducem inuictum & inſuperabilem reddidiſſem! Poëtæ autem & oratores multò me Perſeo antepoſuiſſent,ut qui plures Gorgonas inueniſſem. Verùm quoniã in Cretæ mentionem incidi,adhuc memini qui mihi ſepulcrũ Iouis tui iſtius demonſtrabant, & occultas ualles,* quæ matrem eius enutrierant, quanquam adhuc uiridia ipſa ea arbuſta eſſent. C R I. At neſciebas incantationem & ſacrificia quibus utendum fuiſſet. T R I. Si hæc,ô Critia,per incantationes facta ſunt,fortaſſis etiam ab inferis excitaſſet illam, & in lucem dulciſſimã reduxiſſet. Sed nugæ iſta,ac ludicra & fabulæ ſunt,à poëtis præſtigioſe conficta. Quapropter & hanc omitte. C R I. Iu-

*Λόχμια græcè quod obliqua propriè ſignificat.*

*Iunonis.*

C nonem autem,uxorem Iouis,& ſororem eandem,an non recipis? T R I. Tace obſecro,propter intemperantiſſimum concubitum, & iſtam ex manibus pedibusq; extentam,curſu præterueha. C R I. Quémnam igitur tibi iurabo? T R I. Deum altè regnantem,magnum,ætherium,atque æternum,filium patris,ſpiritum ex patre procedentem,unum ex tribus,& ex uno tria. Hæc tu Iouem puta,hunc exiſtima Deum. C R I. Numerare me doces,& iuſiurandum arithmetica tibi eſt. Nam & numeras perinde ut Nicomachus ille Geraſenus. Neq; enim intelligo quid dicas: Vnum tria,tria unum: num quaternionem dicis Pythagoricum illum,an octernionem,an numerum ex triginta conſtantem? T R I. Tace

D ea quæ infrà ſunt, quæq; ſilentio digna. Nõ licet hoc pacto metiri pulicũ ueſtigia. Ego enim docebo te quid ſit uniuerſum,& quis fuerit ante omnia, & quæ item conſtitutio quódue corpus uniuerſi. Quando autem me Galilæus ille cõuenit,recaluaſter, naſo aquilo,qui in tertium uſque cœlum per aërem ingreſſus eſt,quæq; optima atque pulcherrima ſunt, inde didicit,per aquã nos renouauit, in beatorum ueſtigia inſiſtere fecit, & ex impiorũ regionibus nos redemit. Ac te faciam,ſi me audieris,uerè hominem. C R I. Dic quæſo doctiſſime Triephon. Timore enim quodã iam correptus ſum. T R I. Legiſtine aliquando Ariſtophanis Comici poëtæ fabulam,Aues? C R I. Atque admodum. T R I.

*Vt apud Ariſtophanẽ Socrates fingitur.*

E Scriptum ab eo tale quippiam ibi eſt:

A principio chaos,& nox,& tenebræ nigræ erant,& tartarus altus,
Nulla autem terra,nec aër,aut polus ullus adhuc &c.

C R I. Rectè dicis. quid autem poſtea? T R I. Erat lux incorruptibilis,inuiſibilis, incomprehenſibilis,quæ diſſoluit tenebras,& informitatem iſtam abegit, uerbo ſolo dicto ab ipſa, quemadmodum tardilinguis iſte deſcripſit: Terram firmauit ſuper aquas, cœlum explanauit, ſtellas formauit fixas,curſum ordinauit, quas tu ueneraris ut deos. Terram autem & floribus exornauit,hominẽ ex nihilo ad eſſentiam produxit. Eſtq; in cœlo aſpiciens iuſtos pariter & iniuſtos,& in libris deſcribens cuiusq; res & actiones. Rependet autem omnibus,* quam

*Deſit forte qd*

diem ipſe præcepit. CRI. Quæ autem à Parcis agglomerata cunctis ſunt, etiam E
ne illa inſcribunt? TRI. Qualiánam? CRI. Ea quæ ad fatum pertinent. TRI.
Dic mihi ô optime Critia de Parcis. Ego uerò diſcere geſtiens, de te libenter
audierim. CRIT. An non Homerus poëta celebris ait:

Iliados Z. At fatum effugit nemo (mihi crede) uirorum.

De magno autem Herçule idem ait:

Iliados Σ. Nec uis Herculea Parcam uitauit amaram,
Quanquam diis charus foret, & Iouis inclyta proles:
Sed fato, atque ira domitus Iunonis iniquæ eſt.

Quin & totam uitam, omneſq; in ea mutationes, fato conſtitutas atque ordi- G
natas eſſe idem innuit cum ait: Vbi ille deinde

Odyſſ. H. & Iliad. Y. Illa ferat, quæcunque deus, Parcæq; malignæ
Neuerunt genito cum matris prodiit aluo.

Etiam in peregrino ſolo retentiones ab eadem illa fieri, ut cum Vlyſſes ait:

Odyſſ. K. Atque uti ſuſceptum placido rex Aeolus ore,
Miſerit in patriam, ſed nondum fata ſinebant.

Quare omnia à parcis fieri poëta teſtatus eſt: Iouem autem neq; filium uoluiſſe

Iliad. Π. ab infanda defendere morte, ſed potius
Sanguineas cœlo guttas diffudit ab alto H
Ob natum, quem Patroclus prope mœnia Troiæ Occiſurus erat.

Quamobrem, Triephon, ob hæc nihil amplius addere de Parcis uolueris, etiam
ſi fortaſſis in ſublime ſublatus fuiſſes unà cum præceptore, & arcanis illis ini-
tiatus. TRI. Et quomodo ipſe ille poëta, ô optime Critia, duplex allegat fatũ
& ambiguum, ut qui hoc quidem fecerit, talem exitum ſortiatur: aliud autem
faciens, in alium euentum incidat: ut de Achille, cum dicit:

Iliad. I. Nam me mater ait, niueis Thetis inclyta plantis,
Sortitum geminas obeunda ad funera leges.
Nam ſi hic perſiſtam, pugnemq; ad mœnia Troiæ, I
Eripitur reditus mihi, at inclyta fama ſequetur.
Sin autem patriam repetam, charosq; penates,
Fama perit, uerùm in longum mihi ducitur ætas.

Sed & de Euchenore ait:

Iliad. N. Qui non ignarus fati, conſcenderat æquor.
Nanq; huic ſæpe ſenex Polyidus dixerat antè,
Aut morbo in patria periturum, atq; inter amicos:
Aut manibus Teucrorum, atque inter Dorica caſtra.

An non apud Homerum hæc ſcripta ſunt? aut non ambigua hæc, atque adeò K
anceps deceptio? Quòd ſi placet, etiam Iouis orationem tibi addam. An nõ Ae-
giſtho dixit quòd ſi ab adulterio & inſidiis Agamemnonis ſeſe contineret, fa-
to illi conſtitutum eſſe ut in longum tempus uiueret: ſi uerò in animum indu-
ceret facere iſta, mortem effugere non poſſe? Atque ad eum modum ego quo-
que uaticinatus ſæpè ſum: Si occideris proximum, morti cõdemnaberis iudicio.
ſi uerò hoc non feceris, uiues rectè,

Nec te fas adeò feſtinam incurrere mortem.

An non uides quàm minimè correcta aut emendata ſunt quæ à poëtis dicuntur
quámque item ambigua & obliqua, neque unquam certa aliqua ſede ſtabilita?

Quare

A Quare omnia iſthæc miſſa fac,ut & te in cœleſtibus bonorum libris inſcribant.
CRIT. Bene omnia reuoluis ac repetis Triephon, ſed mihi illud reſponde: Vtrum & Scytharum res in cœlo deſcribuntur? TRI. Omnes,ſi quidem & inter gentes* Chreſtus fuerit. CRIT. Multos ſanè ſcribas in cœlo narras,quandò cuncta deſcribuntur. TRI. Bona uerba,Critia, neque quicquam contemptum aut uile de Deo dextero loquaris,ſed Catechumenus exiſtens,perſuaderi à me tibi ſine,ſi modò uiuere cupis in æuum. Nã ſi cœlum explanauit ut pellem,terram autẽ firmauit ſuper aquas, ſtellas formauit, hominemq; ex nihilo,ut eſſet, in lucem produxit: quid mirum adeò ſi res quoque omnium ibi deſcribantur?

*Ita per cõtemptum Chriſtũ uocarunt,ut et apud Suetoniũ alibi quodam loco appellatur.*

B Nam & tu ſi domũculam aliquã ædificaſſes, ancillas autẽ & ſeruos in ea multos congregaſſes,nunquam te lateret quicquam eorum quæ ab illis gererẽtur, quanuis abiectum & uile. quanto igitur magis probabile eſt, eum qui omnia creauit,Deũ,cuncta expeditè ac facilè percurrere, & uniuſcuiuſque conſilia & actiones animaduertere? Nam tui dii pro Cottabis,* ab iis qui rectè ſapiunt,habentur. CRIT. Rectè omnino dicis,& mihi nunc diuerſum accidit atque Niobe olim. ex ſtatua enim in hominem conuerſus ſum. Quare iam deum iſtum tibi appono, & iuro quòd mali à me nihil patiere. TRI. Si modò ex corde me diligis,ne quid alienum aut nouum in me facias,

*Hoc eſt pro ludo habẽtur. fuit enim ludi genus apud græcos cottabus, de quo apud Athenæũ, Pollucẽ et Suidam. Vel pro inani ſtrepitu, qualis in hoc ludo fiebat, quo pacto & apud Plautum ponitur: Ne crebri in te Cottabi ſonent &c.*

C Néue aliud celes animis, aliudq; loquaris.

Verùm age mirabilem illam auſcultationem tuam tandem profer nobis, ut & ego expalleſcam, & prorſus immuter, & non quemadmodũ Niobe,obmuteſcam, ſed uti Philomela in auiculam conuertar, & mirabilem iſtam conſternationem tuam in prato uiridi tragico quodam modo decantem. CRIT. Ita per filium ex patre,haudquaquam iſtud fiet. TRI. Dic modo, à ſpiritu poteſtatem ac uim dicendi accipiens. Ego uerò ſedebo

Aeacidem expectans,dum cautum finiat ille.

CRI. Abieram in uiam publicam,empturus uidelicet ea quibus maximè opus

D habebam: atque ibi uideo multitudinem admodum magnam in aurem mutuò ſuſurrantes: audiendi autem ſtudio etiã labiis inhærebant. Ego uerò oculos per cunctos circumferens,& manũ ſuperciliis incuruam ſupernè obducens, inſpectabam quamacutiſſimè ſicubi amicorum aliquem cõtemplarer. Video autem Cratonem Politicum illum,qui mihi à puero uſque amicus fuit, & in cõuiuiis unà conſuetus. TRI. Intelligo quem dicis,* inſpectorẽ uidelicet illum. ſed quid poſtea? CRIT. Multis itaque oppoſito cubito dimotis,in anteriorem partem penetraui,& matutinum illud Aue præfatus, accedebam ad ipſum. Cæterùm homuncio quidam nomine Charicenus, uetulus, emarcidus, & naſo ſtridens,

*Προσωπὸν græcè, id eſt ὑποκριτὴν uidelicet de Suidam.*

E tuſſiebat primò intimum quiddam,excreabatq; lãguidum & inconditum. Erat autem ſputum morte ipſa liuidum magis. Deinde cœpit loqui uoce attenuata & exili admodum. Hic,ut antè dixi,inſpectorum relinquit elapſmos,* & debita fœneratoribus reddet,& pẽſiones omnes tam priuatas quàm publicas, præterea & aramangas* capiet,non inquirens aut perpendens cuiuſque artẽ. Atq; etiam amariora his nugabatur. Illi autem qui circa ipſum erant, delectabantur uerbis hiſce,& nouitati eorum quæ audiebant,aduertebant animum. Alius autem quidam, cui nomen Chleuocharmus, pallium habens admodũ putre,ſine calceis & tegmine capitis incedens,interloquebatur,dentibus applaudẽs,ut demonſtrauit mihi malè ueſtitus quidam,qui ex montibus aduenerat,detonſa co-

*Forte legẽdũ καθαιρήσει τὰ λειπόμενα; quaſi dicat,delebit reſidua, uel ſummas reſtantes.*

ma, in theatro perſcriptum nomen literis hieroglyphicis (hoc eſt ſacris & ar- F
canis notis) quòd iſte auro inũdaturus eſſet uiam publicam. Ego uerò inquam,
At iuxta Ariſtandri & Artemidori præcepta nõ ita bonum euentum habebũt
hæc inter uos ſomnia, ſed tibi quidem debita multiplicabuntur ſecundũ pro-
portionem penſionis: iſte autem quamplurimùm obolo etiam carebit, tãquam
qui multo auro tam diues fuerit. Ac mihi quidem uidemini ſuper Leucadẽ pe-
tram & ſomniorum populum conſopiti, tam multa ſomniare, nocte quaſi in
puncto exiſtente. Illi uerò cachinnos ſuſtulerunt uniuerſi, ita ut riſu propè ſuf-
focarentur, meq; ignorantiæ condemnarunt. At ego ad Cratonem conuerſus
*Hoc eſt, uerbis indagaui, ſeu olfeci.* inquam, Num perperam omnia* ἰχνεύω, ut comico modo dicam aliquid, & nõ G
iuxta Ariſtandrum Telmiſenſem, & Artemidorum Epheſium inueſtigaui ſo-
mnia? Tum ille, Tace, inquit, Critia. Si enim ſilentium ages, edocebo te ſacro-
rum pulcherrima, & quæ nunc futura ſunt. Non ſomnia hæc ſunt, ſed res ipſa.
*Meſori.* Euentum autem capiẽt in menſem qui dicitur Meſori. Hæc poſtquam audiſſem
à Cratone, & lubricam ipſorum mentem cognouiſſem, erubui, & triſtitiã præ
me ferens abii, multis Cratonem incuſando. Vnus autem illorum acerbum &
Titanicum quiddam obtuens, arreptum me ueſte, uellicabat, cõuentionem fe-
ciſſe & credens, & ab inueterato illo numine inſtigatus. uerbis autem hæc ex-
tendẽdo, perſuadet mihi infelici, ut ad præſtigiatores iſtos homines accederem, H
& in diem atram, quod dici ſolet, incurrerem. Dicebat enim ſe omnia ex ipſis
quæ ad ſacra & arcana pertinerent, edoctum eſſe. Atq; ita pertranſiuimus fer-
reasq; portas, & ærea limina. Multis autem ſuperatis ſcalis, in domũ aurato fa-
ſtigio inſignem aſcendimus, qualem Homerus Menelai fingit eſſe. Atque ipſe
*Telemachus ſcilicet, ut Odyſſ. γ.* quidem omnia illa contemplabar, quæ* inſularis ille adoleſcens. Video autem
non Helenen mehercle, ſed uiros in faciem inclinatos & palleſcẽtes. Illi autem
ubi me conſpexerunt, gauiſi ſunt, & ex aduerſo ad nos acceſſerunt. Dicebant
enim, num quod triſte nuncium afferremus. Nam uidebantur iſti quampeſſima
optare, gaudebántque triſtibus & malis, perinde atque in theatro furiæ. Capita I
autem inter ſe iuncta tenentes conſuſurrabant. Poſtea interrogabant me:

Quísnam hominum, aut unde es, quæ patria, quiq; parentes Sunt tibi?
Nam Chreſtus quidem eſſe appares utiq; ex habitu. Tum ego, Pauci, inquam,
Chreſti, hoc eſt frugi ſunt, quemadmodum ubique uideo. Critias autẽ nomen
mihi eſt: ciuitas uerò inde, unde & uobis. Vt autem ſublimes illi & in aëre gra-
dientes interrogarũt quo pacto ſe res ciuitatis, & mundus adeò totus haberet,
reſpondens ego, Bene, inquam, habent, & inſuper etiam habebunt. Illi autem
abnuentes ſuperciliis, Haud ita, inquiunt. malè enim parturit ciuitas. Tum ego
ſecundum ipſorum mentem, Vos, inquam, ſupra terram & in ſublime ſublati, K
& ceu ex alto cuncta intuentes, acutiſſimè & hæc intellectu aſſecuti eſtis ſcili-
cet: ſed quo pacto ea quæ in æthere ſunt, habent ſeſe? Num deficiet Sol, & ad
perpendiculũ Luna interponetur? Num Mars quadrãgulo aſpectu Solem aſpi-
ciet, & Saturnus ex diametro eundem? Num Venus cum Mercurio congredie-
tur, & Hermaphroditos procreabũt, quibus uos delectamini? num pluuias im-
petuoſas ac uehementes demittent? num denſa niue terram inſternent, gran-
dinem autem & rubiginem deuoluent? Num peſtem ac famem immittẽt? num
uas illud fulminiferum exundat, & tonitruficum receptaculum repletum eſt?
At illi, quaſi cunctis præclarè geſtis, deblaterabant ſua iſta amabilia, quòd uide-

licet

A licet res ſtatim immutandæ eſſent,perturbationes autem & tumultus ciuitatem inuaſuræ,& exercitus ab hoſtibus mox ſuperandi. Ob hæc itaque animo conturbatus, & quemadmodum ilex incenſa,intumeſcēs, magna uoce exclamaui, O miſeri hominum,ne uana adeò loquacitate efferamini, acuentes dentes aduerſus uiros*leonum animos præ ſe ferentes,ſpirantes haſtam & lanceas,& cā- θυμολέοντας; quo uerbo Homerus utitur.
dicantes criſtis galeas:ſed iſta in ueſtrū caput conuertantur,quandò ita patriam ueſtrā deprimitis.Non enim in aëre gradientes iſta audiuiſtis,neq; negocioſam mathematicam perfectè adeò aſſecuti eſtis.Quòd ſi uerò uaticinia uos & præſtigiæ huc induxerunt, duplex ignorantiæ nomen ſuſtinetis. Nam hæc mulie-
B rum atq; aniculārū inuenta ſunt, & ludicra. plerunq; enim huiuſmodi res muliebres curæ proſequuntur.TRI.Quid autem ad hæc reſponderunt,ô optime Critia,iſti mente pariter & ſententiis detonſi? CRIT. Cuncta hæc præterierunt,ad cogitationes illas à ſe inuentas & exercitatas confugientes. Dicebant enim,Soles decē ieiuni & abſque cibo perſeuerabimus,& ad hymnos tota nocte decantandos uigilantes,talia ſomniamus.TRI.Tu uerò quid ad ipſos dixiſti? Magnum enim & attonitum quiddam reſponderant. CRIT. Confide,nihil ignauum.Contrà enim reſpondi pulcherrimè.Nam quæ uulgò ab urbanis, inquam,de uobis iactantur,quando ſomniatis, huiuſcemodi ſcilicet proferun-
C tur. Illi autem quaſi quiddam caninum ſubridentes, extra lectulum aliquātum progrediuntur.Ego uerò,ſi uera ſunt,inquam,talia,ô ætherii,haud unquā ſanè tutò ea quæ futura ſunt,inueſtigabitis,ſed perſuaſi ab ipſis nugabimini quæ neque ſunt, neque futura ſunt. Verùm hæc quidem neſcio quo pacto nugamini ſomniis credentes,& quæ optima ſunt,abominamini,malis autem delectamini, haud ſanè quicquam abominatione iſta promouentes. Quamobrem miſſas facite alienas iſtas imaginationes,& praua cōſilia uaticiniaq;, necubi deus uos in malam rem hinc eiiciat,eò, quòd patriæ mala imprecamini, & uerbis adulterinis ac perditis illam affamini.At iſti unum eundemq; omnes animum habentes,
D me multum increpabant.Ac,ſi placet,iſta quoque tibi addam,quæ me etiā perinde ut ſtatuam,elinguem ac mutū reddiderunt,donec me frugi iſta tua loquela,cum iam propè in lapidem conuerſus eſſem,reſoluit, & in hominem rurſus reſtituit. TRI.Tace Critia,neque nugas iſtas longius extenderis.Vides enim quomodo intumuerit mihi uenter,& quaſi imprægnatus eā.morſus enim ſum uerbis à te modo dictis,perinde ut à cane rabioſa:ac niſi medicamentū aliquod obliuionem inducens hauſero, atque ita conquieſcam,memoria hæc mecū cohabitans, & quaſi domi apud me reſidēs, magnum aliquod malum procreabit. Quamobrem miſſos iſtos facito,precationem à patre incipiens,& celebre illud
E carmen ad finē apponens. Sed quid hoc?an non Cleolaus hic eſt,is qui pedibus longū adeò incedit? ſeriò autem uenit & accedit.Num alloquemur ipſum? CRI.Atque admodum.TRI.Cleolaë,nequid curſu præteruehare,neque prætereas nos: ſed accede lætus,ſi quidem nuncium aliquod affers. CLE.Saluete ambo,ô præclarum par amicorum.TRI.Quæ autem eſt feſtinatio iſta?permultum enim anhelas. num nouum aliquid geſtum eſt? CLE.

Cecidit ſupercilium illud olim Perſidis
Fama celebratum,atque Suſa urbs inclyta,
Cadet autem & omnis terra nobilis Arabum,
Valida imperantis dextera,& ui roboris.

*Videtur uictoriam Traiani intelligere,qui Cteſiphontem & Babylonē*

*& alia multa Oriētis in poteſtatem redegit.*

CRIT. Hoc illud eſt, ut ſemper deus non negligit bonos, ſed auget, prouehens in melius. Nos autē ô Triephon, pulcherrima inuenimus. Solicitus enim mecum ipſe eram, quidnam in morte liberis meis teſtamento relicturus eſſem. Noſti enim paupertatem meam, quemadmodum ego tuas res quoque. Hoc igitur ſufficit liberis, dies uidelicet imperatoris. Neque enim diuitiæ nos deficiēt, neque nos populus perterrebit. TRI. Et ego, ô Critia, hæc relinquam liberis, ut uideant Babylonem perditam, Aegyptum in ſeruitutem redactā, Perſarum liberos ſeruilem ætatem agētes, excurſiones Scytharum ſedatas, utinam igitur & prorſus propulſatas. Nos autem illum Athenis ignotum inuentum adorātes, & manus in cœlum tendentes, gratias illi agemus, ut qui digni facti fuerimus huiuſmodi poteſtati atque uirtuti ſubiecti eſſe. Reliquos autem iſtos nugari ſinamus, contenti pro ipſis dicere notum illud, quod prouerbio dici ſolet: Non eſt curæ Hippoclidi.

*Hic dialogus inter nothos Luciani refertur.*

## CHARIDEMVS, SIVE DE PVLCHRITVDINE,

### Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

*Neque hic dialogus Luciani uidetur eſſe: id quod Aldus quoque annotauit, & cum ex ſtilo, quanquam is multo ſimplicior hic, quàm in ſuperiore eſt, tum ex reliquo totius corporis contextu apparet. Continet autem encomium pulchritudinis ſeu formæ, tribus orationibus diuiſum, utpote à tribus perſonis in conuiuio tractatum, quarum priores duæ præſtantiam ac dignitatem pulchritudinis commendant, multis ad hoc deorum pariter & hominum adhibitis exemplis. Poſtrema autem etiam uim & effectum illius ex mutua collatione reliquarum uirtutum, & eorum quæ uulgo inter bona recenſentur. Cætera plana ſunt.*

### HERMIPPVS ET CHARIDEMVS.

HER. DEambulabā fortè heri in ſuburbio, Charideme, ſimul ut ex agrorum aſpectu me aliquantulum reficerem, ſimul etiā quietis & ocii gratia. fortè enim tum meditabar quippiam. Obuiam igitur mihi fit Proxenus Epicratis filius. Allocutus autē ipſum, quemadmodum conſueueram, interrogabā unde ueniret ſcilicet, & quò iturus eſſet. Tum ille, uenire ſe quidem etiam ipſum reſpondit huc oblectationis gratia, quam ex agrorum aſpectu percipere conſueuiſſet, refici autem uelle etiam temperata ac leni aura quæ illos afflaret. Cæterū redire ſe à cōuiuio, quod pulcherrimū peractum fuiſſet in Piræeo apud Androclem Epicharis filiū, qui ob partam uictoriam Mercurio ſacrificaſſet. Viciſſe autem ipſum in Diaſiis, libro quodam recitato. Commemorabat autem cum alia multa quæ ibi acta eſſent urbana & feſtiua, tū uerò & pulchritudinis encomia à uiris dicta aiebat, quæ ipſum quidem non poſſe referre, oblitum eorum præ ſenectute uidelicet: deinde etiā alioqui non ita multum circa orationes dicendas uerſatum. Te uerò facilè commemoraturum, ut qui & ipſe encomium dixiſſes, & cæteris per totum cōuiuium animum aduertiſſes. CHAR. Facta ſunt hæc Hermippe, ut dicis. Veruntamen neque mihi facile fuerit accuratè cūcta perſequi. Neq; enim poſſibile erat omnia exaudire, multo adeò tumultu excitato & ab iis qui miniſtrabant, & ab iis qui conuiuabantur, & alioqui etiam ex difficilioribus hoc eſt, meminiſſe eorū uerborum quæ in conuiuiis fiunt. Noſti enim quām obliuioſos reddant etiam eos qui alioqui plurimū memoria ualent. Sed tamē tui gratia, quoad potero, commemorare tibi illa conabor, nihil eorum prætermittens, quæcunque memoria conſequi

*Feſta Iouis fuere Athenis Diaſia, ἀπὸ διαφυγεῖν ἀυλὸς ἰυχαῖς τὰς ἄσας, ut Suidas ait, appellata.*

A consequi potuero. HERM. Proinde ob hanc rem gratiam tibi habeo. Verùm enim si mihi totam à principio narrationẽ repetiueris, puta & quis liber fuerit quẽ recitauerat Androcles, & quẽ recitato eo superauerit, postremò & quósnam uos ad conuiuium uocarit, ita demum plenam apud me gratiam inibis. CHAR. Ipse quidem liber encomium Herculis erat, ex somnio quodam, ceu dicebat, ab ipso compositum. Vicit autem Diotimum Megarensem illum, pro spicis, imò uerò pro gloria cum eo certãs. HERM. Quid autem libri erat quod ille recitauit? CHAR. Encomium Castoris & Pollucis. Dicebat autem se quoque ex magnis periculis ab illis seruatum, hanc illis quasi quandam gratiã per-
B soluisse: præsertim cum ab illis etiam cõfirmatus fuisset, de summis nauium uelis in extremo discrimine ipsi apparentibus. Aderant autem in conuiuio & alii multi, partim cognati ipsius, partim aliàs familiaritate iuncti: qui uerò memoratu digni sunt, quiq; totum conuiuium cohonestarunt, laudésque pulchritudinis uerbis persecuti sunt, Philo erat Diniæ filius, & Aristippus Agasthenis, tertiusq; ipse. Accumbebat autẽ nobiscum & Cleonymus formosus ille, Androclis nepos, adolescentulus tener & delicatus, qui mentem tum habere utique uidebatur. Admodũ enim attentè auscultabat quæ dicebantur. Primus itaque Philo de pulchritudine incipiebat dicere, facto in hunc modum exordio:
C HERM. Nequaquã, amice, ne mihi prius ipsa encomia exordiare, quàm caussam quoque exposueris, qua adducti ad hoc argumentum tractandum processeritis. CHAR. Præter rem moraris nos ô optime, qui tibi iamdudum potuissemus uniuersa oratione exposita iterum hinc abire. Veruntamẽ quid agas quando quispiam amicus existens tantopere urgeat? Necesse enim est quiduis etiam amici caussa perpeti. Caussa igitur quã quæris qua ad hoc argumentum compulsi sumus, ipse Cleonymus formosus ille fuit. Cum enim medius inter me & Androclem, cuius nepos erat, sederet, multus ab idiotis sermo de eo fiebat, qui & respiciebant ad ipsum, & ad formam eius plus quàm obstupescebant.
D Propemodũ igitur cæteris omnibus postpositis, sedebant encomia adolescentis persequentes. Nos autem admirati illorum erga pulchritudinem amorem ac studium, & simul collaudatis ipsis, segnitiem quandam arbitrati sumus esse uerbis ab idiotis superari, præcipuè de pulcherrimis dicendo, quo solo nos illis præstare putaremus. Atque ita de pulchritudine uerba facere cœpimus. Visum igitur nobis est haud nominatim dicere laudes pueri (neq; enim honestum fore, nam hoc pacto præcipitaturos nos ipsum in maiorem insolentiã esse) sed tamen neque illas incompositè adeò, & ut cuique fortè succurrisset, sed seorsim singulos quæcũq; de re proposita cõmeminissent. Atq; ita Philo primus exorsus,
E in hunc modum uerba fecit. Quàm indignum uerò est, quod cum quæcũque in singulos dies agimus, pro iis tanquam pulchris omnem operam ac diligentiam adhibeamus, de ipso pulchro sermonem nullum habemus, sed perinde silentes ac taciti sedemus, ac si metuamus ne fortè uerbum aliquod de iis pro quibus tantopere laboramus, uel imprudentibus nobis excidat! Atqui ubínam aliquis oratione meritò utatur, si, cum de illis quæ nullius precii sunt, tantopere contendat, de eo quod omniũ pulcherrimũ est, planè conticescat? Aut quomodo id quod in uerbis pulchrum est, rectius quàm omnia alia seruari poterit, si de ipso fine eorum quæ quotidie aguntur, dicere prętermittamus? Verùm ne uidear monere quidem scire quo pacto oporteat nos circa pulchrum affectos.

eſſe,dicere autem ipſe de eo nihil poſſe:quoad fieri poteſt,de eo breuiter com- F
memorare conabor. Nam pulchritudine omnes quidem cupierunt potiri:pau-
ci autem omnino fuerũt qui illam aſſecuti fuiſſent. Qui uerò donum hoc for-
tè adepti fuere,illi omnium beatiſſimi fuiſſe uiſi ſunt,& apud deos & apud ho-
mines meritò honore affecti. Atq; huius rei argumentum tale fuerit. Nam eo-
rum qui ex Heroibus in numerum deorum recepti ſunt,Hercules,& Dioſcuri,
& Helena,Iouis filii ſunt:quorum ille quidem fortitudinis cauſſa honorẽ hũc
cõſecutus eſſe dicitur, Helena autẽ pulchritudinis gratia cum ſe ipſam in deam
mutaſſe, tum fratribus Dioſcuris cauſſa fuiſſe ut ante ipſam in cœlum aſcẽde-
rent,iis quibus cæteri uita functi ſub terra obnoxii premuntur,exoluti. Quan- G
quam etiam quicunq; hominum dignus unquam iudicatus fuit ut deorũ con-
ſuetudine frueretur, alium reperire nõ licet quàm qui pulchritudinis particeps
fuiſſet. Nam & Pelops eadem hac cauſſa cum diis Ambroſiæ particeps fuit, &
Ganymedes ille Dardani hoc pacto miſcuiſſe nectar dicitur omnium ſummo
deorum. quare etiam ipſum neq; ullum deorum cæterorum alium uoluiſſe ſe-
cum uenationis huius,amorũ ſuorũ uidelicet, participẽ fieri:ſed ſibi ſoli deco-
rum arbitrari eſſe in Gargarum Idę deuolare,atque inde amaſium ſuum in eum
locum ubi per omne tempus cum illo conſuetudinẽ haberet,ſubducere. Tan-
tam autem curam ille ſemper habuit pulchrorum, ut nõ ſolùm cœlo dignatus H
eos fuerit,illuc ipſos attollens : ſed & ipſe in terram quocunque fors tulit, de-
ſcenderit,ut cum amatis ſingulis locis congrederetur. Ac eam quidem ob rem
in cygnum conuerſus,cum Leda rem habuit : ob eandem autem & tauri facie
Europam rapuit. Aſſimilatus autẽ Amphitryoni,procreauit Herculem. multaq;
alia Iouis uaframenta enumerare quiſpiã poſſit, quibus ille eorũ cõgreſſu quo-
rum deſiderio tenebatur,potitus fuit. Quod autẽ maximum eſt,quodq; meritò
aliquis admirari poſſit, cũ ille cum diis uerſaretur (neq; enim hominũ ulli con-
uerſatus eſt præterquam pulchris)quoties inter illos concionem aliquã habuit,
*Iliad.1.* ita auſterus fingitur à communi Græcorum poëta,ut in priore quidem oratio- I
ne Iunonem,quanquam illa antea ubique increpare ipſum conſueuiſſet,nihilo
minus tamen ita perterruerit,ut ea ſatis habuerit quòd nihil grauius pateretur,
*Iliad.8.* & intra uerba duntaxat,illius ira conſiſteret. In poſteriore autem deos uniuer-
ſos non minore terrore affecerit,terram unà cũ ipſis hominibus & mare quo-
que in ſublime ſublaturum ſeſe minatus. At uerò quoties cũ pulchris congreſ-
ſurus eſſet, ita manſuetus & blandus, omnibúsque æquabilis redditur,ut apud
omnes alios etiam ipſo eo quod Iupiter eſt depoſito, uidelicet ne moleſtus aut
ingratus cuiquam eorum quos amat,uideatur, alienã aliquãm formam induat,
eámque pulcherrimam, & qua maximè putat intuentem allici poſſe. Tantum K
reuerentiæ & honoris pulchritudini exhibet. Ac non ſolùm ipſe quidem Iu-
piter ita pulchritudine captus eſt,cæterorum autem deorum nullus,ut hæc ma-
gis accuſationem Iouis continere uideantur, quàm pro pulchritudine dicta eſ-
ſe:ſed ſi quis diligenter conſiderare uolet, omnibus etiam diis eadem hæc acci-
diſſe uidelicet deprehendet : ut uerbi gratia Neptunum Pelopis forma captum
fuiſſe, Hyacinthi autẽ Apollinem, & Mercuriũ Cadmi. Præterea neq; deas pu-
det pulchritudine ſuperatas ac captas uideri,ſed hãc quaſi æmulationem quan-
dam honoris inter ſe habẽt, puta eã quæ cum pulchro aliquo rem habuit,nar-
rare poſſe,hominibus ſeſe dediſſe. Iam uerò cum ex cæteris omnibus unaquæq;

ſuæ

A ſuæ ac certæ rei præſes ſit, de iis quibus quæque præeſt, nulla cum altera contendit,ſed Minerua quidem cum hominibus ad bella gerenda præit,haudquaquam cum Diana de uenatione pugnat: eodemq; modo & illa Mineruæ de re militari concedit : de nuptiis autem Iuno Veneri,neque hæc illi moleſta eſt ob ea quibus illa præſidet. At contrà ſingulæ ob formam & pulchritudinẽ eò uſq; animo efferuntur,omnesq; alias excellere ſibi uidentur,ut cum Eris ipſas inter ſe mutuò diſcordes & inimicas reddere uellet, nihil aliud obiecerit illis, q̃ pulchritudinem,rata hoc pacto facillimè ſeſe hoc quod uolebat,effecturam eſſe. Ac prudenter ſanè hoc excogitauit : animaduerteritq; uel inde aliquis pulchritu-
B dinis poteſtatem. Nam poſtquam pomum illud accepiſſent, & inſcriptionẽ legiſſent, cum unaquæque ſuum illud eſſe cẽſeret, neq; tamen ulla cõtra ſeipſam ſuffragium ferre ſuſtineret, quòd uidelicet altera turpior eſſet, ad Iouem, harum quidem patrem,illius autem etiam fratrem & coniugem,deueniunt,litem hanc illi diſceptandam committentes. Ille autem cum & per ſe ipſe ſentẽtiam, quænam earum pulcherrima foret, proferre poſſet, & multi fortes & ſapientes & prudẽtes cum in Græcia tum inter Barbaros eſſent,quibus eadem cauſſa delegari potuiſſet: iudicium hoc Paridi Priami filio cõmiſit,manifeſtum adeò calculum ferens, quòd & prudẽtiam & ſapientiam & uires pulchritudo anteiret.
C Porrò tanto ſemper ſtudio tantáque cura formoſæ audire expetiuere,ut & heroum pariter & deorũ exornatori poëtæ perſuaſerint,nõ aliunde magis quàm â pulchritudine ſeſe appellare. Proinde libentius audierit λευκώλενος(hoc eſt niueis lacertis) Iuno, quàm πρέσβα θεά,& θυγατὴρ μεγάλα κρείνα (hoc eſt, antiqua dea, & Saturni magni filia) Minerua autẽ neque Tritogenia, quàm Glaucopis uocari maluerit. Et Venus uniuerſo etiam redemerit nominari χρυσῆ, hoc eſt aurea. Quæ cuncta ad pulchritudinem pertinẽt. Atqui hæc non modò argumento atque indicio ſunt, quo pacto illi qui potiores habentur, circa hanc ſe gerant: ſed & teſtimonium perhibent neutiquam falſum, quòd cæteris omnibus
D præſtantior eadem ſit. Proinde Minerua quidẽ fortitudine pariter & prudentia præſtare illam ſuffragatur. utrique enim harum præſidet ipſa. Iuno autẽ uniuerſa dominatione atque potentia expetendam magis eſſe,ſententia ſua declarat,in partem etiã Ioue tanquam patrono aduocato. Quòd ſi igitur diuina adeò res & ueneranda pulchritudo eſt, deinde & diis tantopere ambita & affectata, quomodo tandem honeſtum nobis fuerit,ſi nõ & ipſi deos imitantes,cũ rebus tum uerbis,quibuſcunq; modis poterimus,pulchritudini patrocinemur ? Atq; hæc quidem Philo de pulchritudine perorauit, hoc quoque ad finem addens, quòd etiam plura hic dicturus fuiſſet,niſi ſciret uerboſitatem in conuiuiis lon-
E giorem improbari. Cæterùm poſt illum ſtatim Ariſtippus uerba facere cœpit, multis antea ab Androcle inuitatus. Neq; enim uolebat primo, ueritus proximo poſt Philonem loco dicere. Exorſus autẽ inde eſt: Multi ſæpe homines(inquit)omittentes de rebus optimis & nobis conducẽtibus dicere, ad alia neſcio quæ argumenta abripi conſueuere, ex quibus ſibi quidẽ famam cõparaturos ſe putãt,auditores autem uerbis nihil conferentibus obtundunt. Ac dicere ſolent alii quidem de iiſdem rebus inter ſe uerbis cõtendentes: alii autem ea quæ non exiſtunt, commemorantes, alii etiam de iis de quibus minimè neceſſe eſt,uerba facientes. Quos ſanè decebat omnibus hiſce relictis, quo pacto conducibile aliquid dicere fortè poſſint,apud animum cogitare. Hos igitur quãdò nũc ego

*Exordiũ ſimile Iſocratis prooemio in oratione de laudibus Helenæ: unde etiã huius orationis pleraq; ſumpta uidẽtur.*

de iis quæ exiſtunt,nihil ſani cognouiſſe exiſtimo,& alioqui autem etiam alio- F
rum ignorantiam de rebus optimis,reprehendentem,in eadem uitia incurrere,
omnino ſtultitiæ cuiuſdam eſſe puto: idem argumẽtum orationis utiliſſimum
atque pulcherrimum auditoribus proponam, quodq; omnis quicunque etiam
fuerit, fatebitur ſcio digniſſimum eſſe quod pulcherrimum quoque uocetur.
Quòd ſi igitur de alia aliqua re uerba faceremus,& non de pulchritudine,ſatis
fuiſſet unum aliquem dicentem audiſſe, & exinde argumẽto eo relicto ad alia
tranſiſſe:nunc autem præſens hoc tantam dicendi copiam præbet iis qui de eo
orationem inſtituunt, ut haudquaquam ſi quis pro dignitate ipſum nõ tracta-
rit,ob id infeliciter ſibi ſucceſſiſſe rem arbitrari debeat: ſed ſi poſt multos alios G
nonnihil ad priores laudes etiã ipſe conferre potuerit, benigniorem fortunam
experiri putetur. Nam quod manifeſte adeò à ſuperioribus in honore habitum
ſemper eſt,ab hominibus autem ita pro re diuina & operæ precio digna exiſti-
matum,omnibusq; quicunq; uiuunt,peculiare ornamẽtum exiſtit, præterea &
eos quibus adeſt,ab omnibus amari & coli,illos autẽ quibus abeſt,odio haberi,
neq; dignos adeò quos aſpicias,uideri facit: quísnam dicẽdi facultate præditus
tanta fuerit,ut id pro eo ac dignum eſt,laudare ſufficiat? Verũtamen quoniam
ita multis ipſi opus eſt laudatoribus, ut uix unquã pro dignitate tractari queat,
nihil alienum aut indecorũ fuerit etiam nos aliquid de eo dicere conari,quan- H
quam uerentes nonnihil uerba facere poſt Philonem. Adeò autem omniũ quæ
ſunt,ueneratione digniſſima,maximéque diuina res pulchritudo eſt,ut etiam ſi
omittamus dicere quibus honoribus Dii pulchros affecere:ſuperioribus certè
temporibus illis Helena ex Ioue nata, in tanta apud omnes homines admira-
tione fuit,ut cum adhuc intra ætatem eſſet,Theſeus ob aliam quandam rem in
Peloponeſum profectus,conſpecta illius forma,in tantam admirationem ipſius
uenerit, ut cũ & regnum haberet maximè tutum, & gloria excelleret nequa-
quam uulgari,nihilominus tamen putarit ſibi uitam uitalem,ut ille ait, nõ eſſe,
ſi illa carere deberet: rurſum autẽ ſe omnes alios felicitate ſupergreſſurũ eſſe,ſi I
ſecum illam cohabitare contingetet. Atque hoc modo cum apud ſeſe animatus
eſſet,à patre quidem ipſius accipere illam deſperauit. neque enim elocaturum
ipſum illã,cum nondum ad iuſtam ætatem perueniſſet. cæterùm imperio illius
contempto atq; deſpecto,ſpretisq; inſuper etiam omnibus qui tũ in Peloppon-
neſo agebant potentibus,aſſumpto Pirithoo,qui ipſi in raptu adeſſet,à patre ui
abreptam in Aphidnam Atticæ regionis oppidum aſportauit. Tantam autem
gratiã habuit Pirithoo pro hoc auxilio præſtito, ut ipſum per omne deinde tẽ-
pus ita amarit,ut etiam poſteris in exemplum abierit Theſei & Pirithoi amici-
tia. At poſtquam etiã illum oportebat ad Plutonis proficiſci regnũ,ambientem K
filiam Cereris Proſerpinam, poſtquã multis ipſum dehortatus à propoſito ne
quid tale tentaret,auertere nõ potuit,unà cũ ipſo profectus eſt,arbitratus debe-
re ſe hãc illi referre gratiam,ut pro eo etiam animã in periculum poneret. Cæ-
terùm ubi hoc profecto peregre,illa Argos mox rediiſſet,poſtquam ætate nu-
bilis facta eſt, quanquã principes Græciæ & formoſas alias,& ex parẽtibus præ-
claris natas,ex tota ea terra ducere uxores ſibi poſſent,nihilominus tamẽ con-
uenientes,huius proci facti ſunt,cæteris omnibus perinde ut uilioribus cõtem-
ptis. Scientes autem quòd non abſque certamine ab uno aliquo ducenda eſſet,
metuentesq; ne pugnãtibus inter ſe aliquibus,bellũ inde toti Græciæ oriretur,

de

A de communi ſententia in hæc uerba iuratunt,quòd omnes auxilium ferre uellent ei, quicunque uxorem hanc ducere dignatus fuiſſet:neque cuiquam concedere, qui iniuria aliqua afficere illum aggreſſus eſſet: exiſtimantes uidelicet quiſque ſibi auxilium & ſocietatem hãc parari. Propria quidem igitur ſententia fruſtrati omnes ſunt præter Menelaum:communis autem pacti experimentum ſtatim adeò dederunt. Non enim multò pòſt,cum contentio inter deas de pulchritudine orta eſſet, diſceptatio eius litis Paridi Priami filio delegata fuit. Qui cum iudicio inferior eſſet,quàm ut inter corpora dearum cognoſcere poſſet, donorum autem cogeretur iudex fieri, ac Iuno quidem offerret illi totius
B Aſiæ imperium, Minerua robur & uires ad bella, Venus autem Helenæ huius nuptias: ipſe uerò contrà ſecum ita cogitaret, quòd imperia quidem etiam uilibus & contemptis hominibus obuenire poſſent, Helena autem non ſtatim ullus poſterorum dignus futurus eſſet: nuptias huius cæteris rebus omnibus antepoſuit. Poſtea uerò exorta celebri illa expeditione cõtra Troianos,& Europa tunc primùm contra Aſiam bello concitata, cum Troiani poſſent Helena reddita, ſine periculo ac metu terram ſuam retinere, Græci autem hanc illis habendam permittentes, omnibus illis difficultatibus quæ ex bello & expeditionibus percipiuntur, liberari: neutri conſulere ſibi ipſi uoluerunt, rati non
C aliam pulchriorem belli cauſſam ob quam morerentur, inuenire ſe poſſe. Iam uerò & dii cum certò ſcirent liberos ſuos in eodem bello perituros eſſe,haudquaquam illos ab eo abſterruerunt, ſed ad id ultro proficiſci fecerunt, rati non minorem illi gloriam conſecuturos eos eſſe ſi pro Helena mortem obiiſſent, quàm quòd deorum filii procreati eſſent. Et quid attinet de filiis deorum dicere,cum ipſi dii maiore grauioréque certamine inter ſe eodem bello congreſſi fuerint,quàm tunc cum contra Gigantes bellum geſſere? Nam in illo contra Gigantes communibus ac mutuis auxiliis dimicarunt: hic autem ipſi contra ſe ipſos arma tulerunt. Quo ſanè argumẽto, quódnam aliud manifeſtius aut cla-
D rius eſſe poteſt,quanto etiam ipſis diis iudicibus,cæteras mortalium res omnes antecellat pulchritudo? Nam cum pro aliarum quidem rerum nunquam ulla ullo modo inter ſeſe diſcordes fuerint, pro pulchritudine autem non ſolùm filios ſuos in mortem obtulerint, ſed ipſi inter ſe dimicarint, nonnulli autem etiam uulnerati fuerint: an non omnibus adeò calculis cenſuerunt pulchritudinem cæteris rebus uniuerſis anteponendam eſſe? Atenim ne penuria quadam de pulchritudine dicendi, circa hũc locum commorari diutius uideamur, ad alium hinc tranſire uolo,haudquaquam his quæ antè dicta ſunt,ad comprobandam pulchritudinis dignitatem, inferiorem,nempe ad Hippodamiam Ar-
E cadis illius Oenomai filiam. Quàm multos enim ille pulchritudine huius captos oſtendit mortem ſubire uoluiſſe potius, quàm ab hac diſſociatos, lucem intueri?Nam poſtquam adultam ætatem attigit puella,illámque pater nõ paruo interuallo cæteras omnes anteire conſpexit, ipſe quoque forma illius captus eſt. Tanta enim hæc in illa excellebat, ut etiam eum à quo nata fuerat,præter naturam illexerit. Proinde cum ipſe quidem illam apud ſeſe retinere cuperet, elocare autem uelle ei qui dignus illa foret,ſimularet,ut hominũ accuſationem puta euitaret, technam quandam machinatur cupiditate ſua multo iniuſtiorem,per quã putabat,id quod animo intendebat,facillimè ſeſe conficere poſſe. Nam currui,quem quoad fieri maximè potuerat, ad celeritatem arte compara-

rat,equis, qui ea tum ætate in Arcadia omnium uelociſſimi erant,iunctis,cum F
procis puellæ aurigatione certabat,ei uidelicet qui certamine ſuperaſſet, ſponſam illam proponens:qui uerò uictus eſſet,illum capite priuandum edicens.Iubebat autem etiam ipſam unà conſcendere currum,quò uidelicet illi dum uultu in illã defixi hærerent, interea aurigandi currus obliuiſcerentur. Cæterùm cum qui primus certamen hoc iniiſſet,ſucceſſu caruiſſet,& præterquam quòd à puella, etiã à uita excidiſſet,reliqui cum ad certamen obeundum cunctari, & eorum quæ ſemel decreuiſſent,quicquã detrectare, futile ac iuuenile quiddam eſſe cenſerent, rurſum autem crudelitatem Oenomai deteſtarentur,alius alium præuertit moriendo, perinde ac ſi metuerent ne non pro puella illa mori poſ- G
ſent.Ac proceſſit cædes ea, donec tredecim eorum iuuenum interficerentur. At dii cum illum ob prauitatem hanc odio haberent, pariter autem & eos qui mortui fuerant,& puellam miſerarentur, alteros uidelicet quòd tantæ rei poſſeſſione priuati eſſent:puellam autem,quòd forma ſua per ætatem frui nõ poſſet:pro iuuene eo quicunq; mox certaturus eſſet (erat autem is Pelops) curam aduertentes,& currum illi donant pulchriorem arte factum, & equos immortales,quorũ ope puella potiturus,ac dominus illius futurus eſſet. Et ſanè factus quoq; eſt,ſocero ad metam & terminos uictoriæ occiſo. Adeò pulchritudo ipſa cum hominibus diuinum quiddam eſſe uidetur,& ab omnibus coli conſueuit, H
tum à diis quoq; ſæpenumero cum ſummo ſtudio obſeruata eſt. Quam ob rem neque nos quiſpiam reprehendere meritò poterit, quòd quaſi quoddam operæprecium putamus hæc de pulchritudine diſſeruiſſe. Atque ad hunc modum & Ariſtippus orationem ſuam peregit. HER. At tu iam reſtas Charideme: quare fac ut quaſi quãdam coronidem imponas oratione tua pulchris hiſce de pulchritudine dictis. CHAR. Nequaquam,per deos quæſo,ulterius progredi me cogas. Satis enim ſit indicaſſe tibi & quo pacto conuerſati fuerimus,& hæc quæ modò dixi: præſertim cum ne illa quidẽ ſatis adhuc meminerim,quæ modò cõmemoraui. Multo enim facilius ea memoria repetieris,quæ ab aliis dicta I
ſunt,quàm quæ ipſe dixiſti. HER. Hoc igitur illud eſt uidelicet quod ab initio conſequi me cupiebã. Neq; enim mihi tantopere orationes aliorum ac tuá audire cura fuit. Quare ſi me hac priuaueris, etiã illa fruſtra laboraſſe te ſcias. Sed per Mercurium quæſo, totam adeò orationẽ quemadmodũ à principio exorſus fueris,mihi recita. CHAR. Satius quidem fuerat,contentum his quæ dixi, à difficilioribus abſtinere me: attamen quandò ita cupis & noſtram audire orationem, in hoc quoque morem tibi gerere neceſſe eſt. Proinde hoc pacto ipſe quoque uerba feci. SI primus ipſe cœpiſſem de pulchritudine dicere, proœmiis fortaſſe frequentibus & denſis opus haberem: nunc autem quandò poſt K
multos alios qui ante me uerba fecerunt,dicturus ſum,nihil alienum puto fuerit,ſi illorum antè dictis,perinde ac proœmiis quibuſdam uſus,ſequentem orationem ſubiungam,præſertim cum non alio loco,ſed hoc in conuiuio,eodémque die,orationes iſtæ habeantur, ita ut liceat & præſentes latere nos, perinde ac ſi non quiſque priuatim uerba faceret,ſed eandem ſinguli per uices proſequantur orationem. Proinde alteri quidem ſufficerent ad laudem utique comparandam,ea quæ ueſtrum unuſquiſque ſeorſim de pulchritudine dixit. At uerò hic adhuc tantum ſupereſt, ut & iis qui poſt nos uenturi ſunt, extra ea quæ nunc dicta ſunt, ſatis laudũ ad prædicandam illam ſuppetat. Plurima enim undique

A dique circunſtant,quæ & ipſa eam de ſe opinionem præbent,quaſi ſingula eorum primo loco dici debeant, non aliter atque in prato aliquo floribus fœcundo,ubi ſemper ea quæ nouiſſimè apparent, carpentes potiſſimùm alliciunt. Ego uerò ex omnibus illis delectis, quæ mihi uidebuntur minimè prætereunda fuiſſe, quambreuiſſimè potero dicam,ut & pulchritudini debitum ſuũ reddam,& uobis omiſſa uerborum prolixitate morem geram. Proinde illi quidem qui uel ob fortitudinem,uel ob aliam aliquam uirtutem præſtare nobis uidentur,ſi non quotidie honeſtis actionibus beneuolentiam ſibi concilient, & nos quodammodo ad amandum ſe cogant,inuidemus illis magis: undecunq; etiam
B eis negocia quæ geruntur,minus bene procedunt. Pulchris autem non modò non inuidemus formam ſuam, ſed ſtatim etiam ubi aſpeximus tãtùm,capimur, & plus quàm amamus eos,neque grauamur, tanquam ſuperioribus, quantum nobis licitum fuerit,& ſeruire quoque illis. Libentius igitur quiſpiam obedierit formoſo alicui, quàm imperauerit ei qui talis non eſt: maioremq; gratiã habuerit formoſo multa iubenti,quàm ſi nihil quicquã præcipiat. Ac cæterorum quidem bonorum quibuſcunque caremus, ulteriorem aſſequendi curam nullam gerimus: at pulchritudinis nulla unquam nobis ſatietas oboritur: ſed ſiue Aglaiæ filium illum, qui cum Achiuis ad Troiam profectus fuit: ſiue Hyacin-
C thum formoſum illum, ſiue etiam Lacedæmonium Narciſſum pulchritudine ſuperemus,tamen nobis ipſi minimè ſatisfacimus, ſed ſemper timemus ne fortè uideamur apud poſteros ab aliis ſuperati fuiſſe. Propemodũ autem omnium eorum quæ inter homines gerũtur, ut ita dicam,quaſi quoddã cõmune exemplum pulchritudo propoſita eſt. Nam neq; duces negligũt ad pulchritudinem exercitus ſuos inſtruere,neque oratores ad eandem orationes ſuas componere, neque etiã pictores imagines ac tabulas ſuas ſecũdum illam depingere. Et quid attinet iſta recenſere,quorum finis quoque pulchritudo eſt? Quin illa quoque quibus neceſſariò utimur, haudquaquã prætermittimus quin omnia quãma-
D ximè fieri poteſt,cum ſummo ſtudio quampulcherrimè apparemus. Nam Menelaus quidem non tantum curauit uſum & neceſſitatem ædium, quantum ut pulchritudine earũ ingredientes quaſi attonitos redderet: & ob hoc ſumptuoſiſſimas pariter & pulcherrimas eas ædificauit. Neque etiam ſententia falſus eſt. Nam Vlyſſis filius ita admiratus eas fertur,cum ad percontandũ de patre eò loci ueniſſet,ut ad Piſiſtratum Neſtoridem in hunc modum dixerit:

*Nireum intelligit,quo pulchrior alter non uenit ad Troiã,ut Homerus ait Iliados.2.*

*Odyſſ.4.*

Talis & ætherii forſan Iouis aula renidet.

Et ipſe adoleſcentis pater non aliã ob cauſſam minio infectas duxit naues, cum unà cũ Græcis ad Troiã proficiſceretur,q̃ ut aſpiciẽtes earũ aſpectu obſtupefa-
E cere poſſet. Et ferme ſiquis ſingulas artes perpendere uolet,reperiet omnes eas ad pulchritudinẽ tẽdere,eámq; cõſequi pro ſummo ducere. Adeò autẽ pulchritudo cæteras res cunctas excellere uidetur,ut iis quæ uel cũ iuſtitia,uel ſapientia uel fortitudine aliqua fiũt,multa alia inuenias maiori precio uel exiſtimatione digna cẽſeri: at uerò quæ cũ hac ſpecie cõmune aliquid habẽt,iis nihil quicquam melius inuenire licet: ut rurſum & illis quibus hæc cõiuncta nõ eſt,nihil quicquã inhoneſtius atque indignius. Quippe ſolos eos qui pulchri non ſunt, turpes uocamus, perinde quaſi pro nihilo habendum ſit,quicquid tandem aliquis habuerit in quo cæteros antecellat, ſi idem pulchritudine careat. Proinde & eos quidem qui uel in republica degentibus imperio præſunt,uel tyran-

*Iliad.2.*

*δημαγωγὸς, κόλακας. norum poteſtati ſubiecti uiuũt, alteros quidem populares * uocare ſolemus, alteros autem adulatores. Solos autem eos qui huic poteſtati ſubiecti ſunt, & admiramur uidelicet, & cum philoponos tum philocalos nominamus, adeoq; cõmunes benefactores cenſemus eſſe eos, qui pulchrorum quaſi quidã procuratores ſunt. Quandò igitur ita uenerabilis res pulchritudo eſt, ita autẽ ab omnibus etiam uotis expetitur, & quaſi pro lucro putatur huic miniſtrare ſaltem aliquid potuiſſe: quomodo non meritò reprehenderit nos quiſpiã, quòd cũ tantum lucrum lucrifacere poſſimus, ultro illud prodamus, ne hoc ipſum quidem uerentes damnũ uidelicet quod mox accipiemus? Ac tantam quidẽ ego quoq; orationẽ habui, multis quæ mihi de pulchritudine amplius dicere licebat, omiſſis, poſtquam conuerſationem hãc in longum adeò progreſſam uidebã. HER. Felices ſanè uos, quibus tali conuerſatione fruí licuit. Ferme autem iam etiã ego non minus uoluptatis quàm uos, per te uidelicet, accepi. F G

*Neque hic uidetur Luciani eſſe.*

## NERO, SIVE DE FOSSIONE ISTHMI,

### ſi modò germanus eſt Luciani, Iacobo Micyllo interp.

ARGVMENTVM.

*Totus hic dialogus, cuiuſcunq; tandem eſt (nam Luciani eſſe, neque aſſeri puto poſſe, neq; prorſus negari) quaſi quædam in Neronem inuectiua eſt, qua potiſſimùm dementia illius exagitatur, quam cum in Iſthmo fodiendo, à quo & tituli ratio ſumpta eſt, tum in obeundis ſcenicis certaminibus Imperator Romanus exercuit. Eſtq; ueluti perpetua facti commemoratio, paucis quibuſdam & cæterorum ipſius facinorum exemplis amplificandi cauſſa adiectis, quæ tota Muſonio philoſopho tribuitur, qui Tuſcus genere, ut Tacitus ait, cum ſtudia iuuenum præceptis ſapientiæ foueret, à Nerone poſtremò, cum in omnes bonos & claros æquè graſſaretur, ob linguæ libertatem, ut Suidas addit, interfectus fuit. Huius et alij meminere, & Gellius lib. XVI. cap. I. Cæterùm fuerunt & in hoc dialogo multa ex coniectura magis quàm ex fide, ob exemplaris, uelut apparebat, uitioſitatem, uertenda: quam ob rem, ut in poſtremo operis, eam ſaltem à lectoribus ueniam poſtulo, quæ cæteris hactenus in claris & manifeſtis etiam impingentibus, data fuit: præſertim cum in nullo hactenus, quod equidem ſciam, legentium fidem fefellerim, ubique cum hoc loco, tum in ſuperioribus, eo circa quod uel ignorãtia, quam & ipſam agnoſco, uel alia aliqua de cauſſa hæſitaſſem, aut aſteriſco, aut annotatiuncula aliqua ſignato. Qui ſi nihil aliud, illud certè tamen exiſtimo, occaſionem & quaſi quandam anſam ad ulteriora ac ueriora indaganda alijs me tradidiſſe.* H I

### MENECRATES ET MVSONIVS.

MEN. AT Iſthmi foſſio, quæ in manu adeò, ut aiunt, tyranno fuit, & tibi Muſoni mentem habere græcam uidebatur. MVSO. Scito Menecrates etiam meliora cogitaſſe Neronem. Nam & circuitus Peloponneſi illos ſupra Maleam, tollere nauigantibus uolebat, Iſthmo ad uiginti ſtadia interrupto. MENEC. Hoc autem & emporiis profuturum erat uidelicet, & ciuitatibus cum maritimis, tum etiam illis quæ in mediterraneis ſitæ ſunt. Nam ſi maritima loca bene habeant, etiam illis quæ interiora ſunt, domeſticus agrorum prouentus ſufficiet. Sed hæc narra quæſo Muſoni nobis: omnes enim audiendi cupidi ſumus, niſi ſi quid aliud ſeriæ rei fortè eſt cui tu nunc incumbere cogitas. MVSO. Narrabo, quandoquidem uultis. Nam ſat ſcio quòd plus etiam gratificabor, iis utique qui ad iniucundam adeò curarum (ut ita dicam) officinam hanc ſtudendi cauſſa uenerunt. Neronem igitur in Achaiam uia ducebat, & illud item, quòd ſibi ipſi uehementer perſuaſerat ne Muſas quidem dulcius modulari. Volebat autem & Olympiis (quod certamen omnium maximè exercitiis frequentatur) cantãdo coronari. Nam quæ in K

Pythiis

A Pythiis aguntur, eorum pleraque ad ſe magis quàm ad Apollinem pertinere putabat. Neque enim neque illum aduerſus ſe citharã aut carmen aliquod mouere audere. Cæterùm Iſthmus haudquaquam ex illis erat de quibus hic diu aut longè antè cogitaſſet, ſed cum fortè naturam loci conſpexiſſet, magnificũ opus hoc animo concepit, Achiuorum uidelicet regem, eorum qui ad Troiam olim profecti fuere, animo proponens, qui ipſe Eubœam quoque à Bœotia reſecuit, medio circa Chalcidem Euripo immiſſo. Deinde autem & Darium, ut à quo & Boſporus ponte iunctus fuerit cum is contra Scythas proficiſceretur. Nam Xerxis factum etiã ante iſta fortaſſis animo cogitarat, quod magnificen-
B tiſſimum operũ magnificorum omniũ fuit. Supra omnia autem hæc etiã illud putabat, Græciam per hoc quòd breui adeò omnes inter ſe miſceri poſſent, cõtra exteros ſplẽdidè adeo ſtabilitum iri.* Nam tyrannorum ingenia ebria quidem ſunt, tãguntur autem alicubi ubi uocem hanc audiunt. Porrò progreſſus in ſcenam, hymnum quidem Amphitrites & Neptuni cecinit, & cãticũ quoddam non magnum Melicertæ & Leucotheæ. Cum autem aureum ipſi ligonẽ porrexiſſent, Græciamq; tanquam in tutelam commendaſſent, ad fodiendum profectus eſt, plauſu cantuq; proſequentibus illum tum omnibus. Atq; ubi terram ter, opinor, tetigiſſet, deinde & quibus præfecturæ atque imperia credita
C erant, opus unà capeſſere iuſſiſſet, Corinthum rediit, Herculis adeò res geſtas omnes ſibi uiſus ſuperaſſe. Illi igitur qui in uinculis fuerãt, petricoſis atque difficilibus conficiendis exercebantur: exercitus autem ea quæ terrea ac plana erant, fodiebat. At ubi iam ſeptimum & quintũ diem quaſi alligati Iſthmo fuiſſemus, rumor quidam è Corintho uenit, non ita tamen manifeſtus aut planus, quòd Neronem pœnituiſſet Iſthmi inciſi. Dicebant autem Aegyptios geometras altitudinem metientes, haudquaquam eandem atque æqualem utriuſque maris ſuperficiem deprehendiſſe: ſed cum eam partem quæ *Lechæum aſpicit, altiorem iudicarent, de Aegina in timorem ueniſſe. Nam ſi tantum pe-
D lagus contra inſulam effunderetur, periculum eſſe ne illa aquis obruta in profundum demergeretur. At Neronem à fodiẽdo Iſthmo ne Thales quidem abſterriturus fuerat, quãquam ſapientiſſimus, & naturaliũ rerum peritiſſimus. Nã incidendi illius maiore ſtudio tenebatur, quàm publicè canẽdi. Sed motus occidentalium gentium, & aſperrimus qui illas nunc excitat & incendit (Vindex autem nomẽ ipſi eſt) reuocauit ex Græcia & ab Iſthmo Neronem frigidè adeò maria dimenſum. Nã æquè altè à terra utrũq; aſſurgere, eandemq; ſuperficiem habere ſcio. Aiunt autem ipſi & Romanas res paulatim iam labi & declinare. Id quod & ipſi ex Tribuno heri, qui impegerat, audiſtis. MEN. At uox, Muſo-
E ni, propter quam in Muſas ita deperit, & Olympiadas pariter & Pythiadas amat, qualisnam tyranno eſt? Nam eorum qui ad Lemnum nauibus ueniebant, alii quidem admirabantur ipſum, alii autem etiam deridebãt. MVSO. At ille, quod ad uocem attinet, neque admiratione dignus, neque riſu eſt. Nam ipſum natura inculpabilem, atque adeò mediocrem formauit. Sonat autem cõcauum quiddam, nõ natura tamen, & graue, impendente atque urgente hoc gutture: ac carmina quidem hoc pacto accurata quodammodo etiam perſonat. Voculationes autem ſonorum leuigant hunc, poſtquam ſibi ipſi non confidit:* Chromatum uerò humanitate & modulatione facili quidem illa, & ad citharæ cantum accommodata: & ubi tempus eſt, ire & ſtare, & de loco tranſire, deinde &

ἰσιᾶσθαι, quod à nomine ἰσία deriuaſſe uidetur. Nã alterum ἰσιᾶν, quod conuiuio accipere ſignificat, à tenui ſcribitur.

Portus eſt ad occidẽtem uergens, quem ex Italia nauigantes petunt.

Vindicis, qui primus cõtra Neronẽ in Galliis ſurrexit, Suetonius & Tacitus quoque meminit.

nutum cum membris exæquare, hæc accuratè facere, eius eſt qui pudore ſolo F
eo afficitur, quòd rex uidetur. At rurſum ſi imitetur ſuperiores, hui quàm mul
tis ſpectatoribus riſus excidit! quanquam infinito adeò metu impẽdente, ſi quis
ipſius cauſſa rideat. Nutat enim plus æquo, & cum ſpiritum attrahit, ſtat ſum-
mis pedibus diſtentus & refractus, perinde ut ii qui rotam circũagunt. Iam ue-
rò natura rubicundus exiſtens, multo magis etiam rubeſcit cum ipſi facies in-
cenditur. Spiritus autem modicus, & ægrè alicubi ſufficiens. MEN. Qui uerò
certamine cum ipſo conferuntur, Muſoni, quo pacto ſe gerunt? Nam arti gra-
tificantur ſcilicet. MVSO. Arti quidem Muſoni, quemadmodum & qui lu-
ctando ſubſeruiunt: ſed cogita Menecrates tragicum hiſtrionem illum, quo G
pacto in Iſthmiis perierit. Paria enim pericula & circa artes ſunt, ſi qui in iis o-
ſtentandis impendiò elaborant. MENE. Quid hoc autem Muſoni? admodũ
enim ignarus eius ſum quod dicis. MVSON. Audi igitur rem abſurdã quidẽ
& inſolentem, attamen in conſpectu Græcorum actam. Nam cum in Iſthmiis
lex eſſet, ut neque comœdia certaret quiſpiam, neque tragœdia: Neroni pla-
cuit tragœdos ſuperare. Ac prodierunt ad hoc certamen plures quidem: Epi-
rota autem ille, ut qui uoce optimè ualeret, & ob eam autem etiam celebrare-
tur, & in admiratione eſſet, clarius ſolito fingebat & coronam amare ſe, & ni-
hil de ſtudio remittere uelle priuſquam à Nerone decem talenta pro uictoria H
acciperet. At ille exaſperabatur, ſimul & inſani more ferebatur: nã & auditus
iam ſub ſcena fuerat, in ipſo uidelicet certamine. Acclamantibus autem Græcis,
Epirotæ mittit ſcribã, qui iuberet hunc ſubmittere ſibi ſeſe. Sed pergente eo, &
ſupra modum attollente uocem, populariterq; ac liberè cum ipſo contenden-
te, immittit Nero in pulpita ſuos hiſtriones, tanquam qui ad hoc negociũ per-
tinerent. Nam & libellos elephãtinos & duplices habebant, quibus præ ſe in-
tentis, ueluti pugionibus utebantur. Atq; hi Epirotam ad proximam columnã
*Et ſunt qui tradant Paridem hiſtrionẽ occiſum ab eo, quaſi graucm aduerſarium. Suetonius.* erigentes, guttur ipſius fregerunt, cædentes obuerſis in rectũ libellis. MENE.
Tragœdia autem uicit, Muſoni, ſceleratum adeò facinus in oculis Græcorum I
auſus? MVSO. Quid putas? ludus hic adoleſcenti fuit, qui matrẽ occidit quo-
que. MENE. Si uerò inter tragœdias hiſtrionem occidit exacta illius uoce,
quid adeò attinet demirari, quando & Pythicum os, unde uoces inſpirare ſo-
lebant, obturare conatus fuerit, ut uidelicet neque Apollini uox aliqua eſſet?
quanquam ipſo Pythio recenſente eum inter Oreſtas & Alcmæones, quibus
id quòd matres occidêre, etiam laudis aliquam famam præbuit, poſtquam id in
ultionem patrum fecerant. MVSO. Hic autem cum nullo modo dicere poſ-
ſet quémnam ultus eſſet, contumelia à deo affectum ſeſe putabat, cum tamen
mitiora quàm ueritas exigebat, audiiſſet. Sed interea dum ſermones cedimus, K
quænam nauis iſta eſt quæ huc propinquat? Vt autem boni aliquid afferre ui-
detur! Nam coronati capitibus omnes ſunt, perinde ut chorus quiſpiam, qui
fauſtum aliquid nunciaturus ingreditur. Et quidam ex prora manum proten-
dit quoque, iubens & confidere nos, & gaudere: clamátque, niſi non ſatis rectè
percipio, Neronem periiſſe. MENEC. Clamat enim Muſoni, & manifeſtius
utique, quo propius terrã contingit. MVSO. Euge, ô dii. MEN. Sed ne glo
riemur. Nam mortuis, ut aiunt, non decet conuiciari.

PALINVRVS

A

# PALINVRVS.

## ARGVMENTVM.

*Duo hi dialogi ſequentes, Luciani nõ ſunt, neque græcè ſcripti etiam: ſed quia à doctis Italiæ cum Lucianicis eodem titulo coniunctos accepimus: ne horum quidem lectione fraudare quenquam uoluimus, præſertim cum ad exemplum Lucianicorum aliquo modo efficti & ipſi eſſent.*

Interlocutores, PALINVRVS, CHARON.

B OBſecro te ô Charon, ſine me ut iam nauim conſcendã. CHA. Quis me appellas? PAL. Ego nauita quondam illius quem nuper uiuentem tranſuectaſti, Aeneæ Troiani. CHA. Tú ne ille es qui apud portus Velinos inhumatus iacebas? PAL. Ille ipſe ſum. Sed crede cœleſtium nutu fieri ut tranſuehar, quorum prodigiis lõgè latéque actæ finitimæ gentes, & oſſa mea iam expiauerunt, & tumulum mihi, tumulóque inſuper ſolénia ſtatuerũt. Quare te oro ô iuſtiſſime Charon, patere tandem ut ingrediar. ſic proſpera ſemper ſit nauigatio tua, ſit ſolida nauis tua, atq; incõcuſſa. CHA. Rem iuſtam petis Palinure. ingredere ut libet. Vos uerò tam confertæ umbræ, quid fatigatis me precibus? quid fatigatis? quæ nã hæc uis deſiderii? Expectate tantiſper, dum trans flumen hunc porto. regrediar quamprimũ.

C PAL. Habeo tibi Charon immortales gratias, qui me his tãdẽ eripuiſti è malis, qui me dira hac tandẽ qua detinebar trãsfretandi cupidine liberaſti. CHA. Amo te equidem Palinure, tum propter Aeneam regem quem mihi nominaſti, qui & ſuper omnes quos unquam uiderim mortales, uiſus eſt mihi ſingulari quadam præditus pietate: tum propter meum etiam, quod olim commune fuit tibi, magiſteriũ. par enim ſibi quiſq; parem affectat, delectátque magis quæ inter pares fit uel confabulatio, uel uitæ actio. Afficiebar porrò nõ modico dolore, quum uidebam iamdudum te in citeriore hac ripa errantem, incertúmque ſedis tuæ. Neque licebat tibi ſuccurrere, propter legem mihi datam, ne quen-

D quam niſi humato prius corpore tranſportem. Sum enim ego minimus inter infernos habitatores, ſubiectúſque alienæ poteſtati, cui parêre non tam pulchrũ mihi, quàm aliâs neceſſe ſit. Gaudeo autem nũc & lætor, quòd ea aliquando ſe ſors tibi obtulerit, qua & tuum implere deſiderium, & meum releuare dolorẽ ſalua lege officii mei poſſum. PAL. Imò ego non minus propter te dolebam ô Charon, quia perſpiciebam tot te graues aſſiduóſque labores perferentem ſine ulla relaxatione. Neque enim me latet, quot quantíſque uexari malis ſolét nauium gubernatores, qui nihil aliud in uita quàm nauigationem exercui: atq; ita exercui, ut nihil illa grauius, nihil periclitatius cõtingere moralibus putem:

E propter quod credibile magis tibi uideri poteſt ſi angebat me utique fatigatio tua, repetentẽ animo antiquas, quas iuuenis etiam ſuſtinebam, nauticas fatigationes meas: quarum experientia iam edoctus ſciebam probè pari malo tuo cõ dolere. CHA. Fruſtra propter me dolebas, Palinure. nam nihil moleſta mihi eſt ars mea. PAL. Quid ais? CHA. Aio gratam me habere & iucundam artem meam. Vides ut cruda uiridíſque ſenectus eſt mihi? Memini haud unquam ab ipſa, qua iam omnium annos ſupero, longæua ætate mea pertæſum me eſſe laboris mei, qui quotidie inſto alacrior atque ualentior. Sed intelligo cur tu aliter tibi perſuadeas. Eſt enim communis hic morbus mortaliũ, ut ſortis ſuæ quẽque diſtędeat ſemper, uiuátque contentus nemo ſtudiis ſuis, laudent uerò lon-

gè, ac beatiores existiment omnes qui diuersas à se artes atque actiones sequũ- E
tur: uerũ falluntur maximè opinione sua. Nam si rectè intueri uelint, cognoscent perspicuè nullum esse in uita eorum statum qui non magnis scateat miseriis, quẽ nõ magnæ grauésq; perturbent undique molestiæ & uexationes. Et si detur aliquãdo ut alter in alterius studia trãsferatur, quàm uideas tunc sua cuique leuia uideri, quæ prius præ grauitate accusabat: contraq; ea grauiora, quæ prius leuia uidebantur? Itaq; si bene consideres, Palinure, non est ita grauis mea cõditio ut cẽses, neq; propterea quòd nauclerus sim, sum eo mirabilior. Sed tu (ut uideo) sequeris uanos errores mortaliũ, ego uerò integritatẽ tãtũ, iudiciiq; ueri lucẽ secutus, dego cõtentus ac lætus sorte mea, neq; adscribo mihi calami- G
tatẽ, quòd desudẽ quotidie nauigãdo, & defatiger. Neq; ob hoc arbitror quempiã horũ qui mecũ simul ultimas sedes colunt, me esse beatiorẽ, nõ ipsos iudices, Minoẽm, Rhadamanthũ & Aeacũ, quanquã magna omnes emineãt potestate: nõ ipsum Ditẽ, quãquã sceptro potens sit, atq; regna ista moderetur. Sũt nanq; & illis sui labores, suæq; molestiæ, & maiores fortè, quo & maiore regiminis sarcina premuntur. P A L. Potes de te tibi Charon persuadere ut libet. mihi enim de me nunquam persuadere poteris, quin ars nostra sine ulla compa ratione cæteras laboribus & periculis excedat. quod liquidò tibi probarem, nisi quòd uereor ne tædio te afficeret fortasse longior narratio nostra. C H A. Imò H
summa me afficeret recreatione. Nã & delectat me tecum sermocinari, & nauigãtibus etiam magnã animorũ refocillationẽ afferre solẽt huiusmodi cõfabulationes. P A L. Quandò igitur nõ est tibi iniucundũ, prosequar suscepti sermonis nostri rationẽ, ut intelligamus, nõ esse durioré ullã, q̃ nautarũ sortem: quod tibi facilè persuadebo, si animaduertas quos æstus & frigora tolerare eos, quos perhorrescere tonitrus & fulgura, quibus perfundi imbribus, qua uentorũ rabie agitari quotidie necesse sit. Si cognoscas quoties eos torqueri fame & siti, quoties squalore etiã teterrimo cõsumi cõtingat. si attẽdas habitationem eorũ instar carceris, supellectilẽ uel nullã, uel sordidissimã, strata dura, cibaria aspe- I
ra, potum immũdissimum, indumẽta spurca, incõmoditatẽ rerũ omniũ, noctes insomnes, & sub diuo semper, & inquietas. taceo perpetuum alioqui quoddam eorũ exiliũ. quos patrię eorum exteros, profugos, uagos, palantes, ignaros quietis, priuatos omni (quo nihil est in uita dulcius) cõiugis sobolisq; fructu ac iucũditate, quis nõ abiectissimos, longeq; omniũ mortaliũ miserrimos esse iudicabit? Prætereo Scyllã, Charybdim, Syrtes, Symplegades, tot infesta nauigantibus maris pericula. Omitto tẽpestates, quibus nec uisu quicquã est tristius, nec horribilius, quibus & ad summũ uitæ usq; discrimen quotidie iactantur, quatiuntur, & (quod sæpe accidit) submersi tandem obruuntur. In qua re nemo est qui K
idoneus magis, quàm ego, testis adhiberi queat: qui cum multis fuerim quassatus tempestatibus, tum ea maximè quæ me ex Sicilia in Italiam nauigantem inuasit, tam sæua atq; horrens, ut horrori sit adhuc mihi eius recordatio. Non possum certè ut par esset, explicare tibi acerbitatem illius tempestatis, sed quanta extiterit, ex hoc facilè coniecturam facere potes, quòd Aeneam ducem, cuius summa constantia & animi fortitudo ubique decantatur, uidi ego cõtrementem grauiter atque ingementem, extentísque ad cœlum manibus beatos lõgè inclamantem eos quibus ad Troiam oppetere contigisset, lamentantemq; pari ab eorum morte, ac fortissima, à Diomedis gladio se ereptum extitisse. Cru-

delem

A delem equidem diem illuxiſſe omnibus ultimũ,neque ex numero noſtro quẽquam putaui euaſurum,non ipſum Aeneam,non Ilioneum, nõ Achatem,non Abãtem,grãdæuúmue Alethem,quorum naues longè diſiectas,ad ſummumq; penè exitium adductas,neſcio quæ uis illa niſi diuina liberauit. CHA. Non incognita mihi narras:hæc ea ipſa die reſciui. PAL. Quo id modo? CHA. Quo id modo,rogas? An acrem illum fidumq; Orontem ignoras,ductorẽ Lyciæ nauis? Is quidem tunc ſubmerſus cõceſſit ad me illico,exponẽs mihi ex ordine omnia quæ tu diſſeruiſti, implorans deinde opem, rogitansq; multum ut ſe ulteriore in ripa ſiſteré: quod nunquã paſſus fui, quũ inter fluctus adhuc corpus
B ſuum ſine ſepulcri honore iactaretur. Nunc agit ſeſe circum hæc ſtagna mœſtus atq; errabundus. uidiſti illum? PAL. Et tum uidi,& unicum meorum ſolatium habui,dum tantiſper in ripa moratus,pari cum eo detinebar infelicitate. Nec enim falſa de triſti eius interitu retuliſti,cuius adhuc imago ſubit mihi, dum excuſſum è puppi,contortumq; ter eũ atque circumactum(horrendum)à fluctu, rapidus tandem æquore uortex abſorpſit. Sanè quod ad me pertinet,nihil ediſſeram:qui licet eam euaſerim tempeſtatem, amarum tandem aliquando etiã uitæ meæ finem inueni, excuſſus & ipſe pariter atq; iactatus inter undas: quod deerat, inſuper ferro præterea obtrũcatus. Ex quo nec tantũ mihi timui,quàm
C Aeneæ meo,ne tãtis undis ſurgentibus ſpoliata magiſtro nauis deficeret. Hæccine eorum deliciæ, opes,tranquillitas? ſic illis uiuitur,ſic moritur. Tui nunc & aliorum defende ſtudia & artes, cõtendeq;, ſi libet, maiorem eſſe etiam eorum miſeriam & calamitatem,qui patrias incolentes ſuas,uxorumq; ac filiorum ſocietate beati,quieſcunt,gaudent,ludunt,hortantur,amicitias colunt, exercẽtur commodè,habitant magnificè,ueſtiuntur cultè,conuiuantur lætè,cubant molliter, iucundos ſuos ac geniales agunt dies, Adde qui in urbibus optimates & primarii magnam ſibi uendicãt auctoritatem, habenturq; ſummo in precio atq; honore,qui ius dicunt,qui cauſſas agunt aliorum,qui faſces gerunt,qui ducunt
D exercitus,qui uel aſſiſtunt principibus, uel principes ipſi magni illuſtresq; ſunt: quibus nec optabilius quicquam in uita eſſe uideo, neque beatius. CHA. Falleris longè Palinure. nam quos beatiores eſſe arbitraris,miſeriores illi ſunt ulla ſine dubitatione. Neque enim negauerim ſortem ſubiectam eſſe nautarum magnis malis:ſed ita ſubiectã, ut comparatione aliarũ, quæ maioribus etiam grauantur incommodis,minus certè miſera iudicanda ſit. Quid enim triſtius, ut ad tuos ueniam qui patrias ſuas colunt, quid miſerabilius,quàm domi ſuæ agere, & ita agere, ut iucundiorem aliquando quàm uitam mortem optes? Quæ ulla maior calamitas,quàm circũdari urbem hoſtibus,ingruere bellum, uolitare te-
E la, ſtringi enſes, perfodi muros, fremere tormentis, ſaxo dirui, domos tremefieri & concuti?quemq; fame ſitiq; deficere, corrumpi aërem,occupari mœnia, ſpoliari templa, diripi patrimonia, publicari bona,incendia parari, malos exultare,bonos torqueri,affici conuiciis, expelli domibus,uulnerari,carcerari,relegari,deportari, trucidari filios ante parẽtum ora,uim pati uxores,ſtuprari gnatas? Videtur an hæc tibi mala Palinure, & an his quæ tu meminiſti, ulla ex parte comparanda? PALIN. Quàm uera narras ô Charon! quàm nunc uel audiens iſta perhorreſco! Venit enim mihi in mentem grauis illa & deploranda patriæ meæ deſolatio, Troiæ inquam, tam præpotentis olim atque prædiuitis, cuius euerſione nihil credo referri poſſe crudelius aut lachrymabilius: tantaq;

fuit calamitatis eius magnitudo,ut longè plura etiam atq; triſtiora quàm tu ſu- F
prà memoraueris,ſibi contigerint:quæ ſi uelis,omnia tibi,ut rem certius agno-
ſcas,explicabo. CHAR. Haud opus eſt Palinure, quoniam & tempus nõ pa-
titur,& ego hæc omnia non ſecus ac tu nota atque comperta habeo. Nã & mi-
hi renunciauerunt ut quæque aduentabant animæ ex illo bello profectæ. Nihil
certè,ut nunc tu dixiſti, peruenit ad aures meas crudelius aut lachrymabilius.
PALIN. Faxc ut iubeas:ſed aduertas Charõ,grauiſſima licet hæc ſint,rariora
tamen cõtingere,quàm ea nautarum quæ ſupra expoſui. CHAR. Referã er-
go alia frequentiora, & ex ipſis quidem met ciuitatibus, quarum relatio auge-
bit etiam earum miſeriam. Vade oro,& per ciuitatem,plateas porticusq; diſcur- G
re:quid aliud offendes,quàm oblatrantium maledicta,inſimulationes peſtilen-
tiſſimas,optimi cuiuſq; dilacerationem,quid non?exploratorum inſidias, inui-
dentiumq; uenena. Diuerte modò greſſum, & artificum mercatorumq; taber-
nas ac conuentus pete:quid aliud deprehendes,quàm ſermonũ nebulas, fucos,
mendacia, deceptionesq; manifeſtas? Transfer dehinc te in fora publica, ſedesq;
iudiciarias:quid aliud audis quàm undiq; omnia magno ſtrepitu ac clamore mi-
ſceri? Quid intelliges aliud,quàm cædes, hominum compilationes,furta, graſ-
ſationes,conſpirationes,proditiones? Quæ alia occurrent tibi, niſi litigatorum
iurgia & contentiones,teſtium periurationes, cauſidicorũ præuaricationes,iu- H
dicum corruptiones, præſidum ambitiones ac rapinæ ? Quos ibi alios obuiam
tibi habebis,q̃ exultantes improbos,lugentes bonos,oppreſſas uiduas,procul-
catos pupillos,egentes proſtratos? Attolle poſtea altius oculos, & atria princi-
pum perſcrutare, quã non uidebis ibi aſſentatorum exaltationẽ, ſpeculatorum
acceptionem,militũ audaciam,fœneratorum uoracitatem, quæſtorum impro-
bitatem,quam non potentũ hominum in tenuiores uim atq; inſolentiam? Quas
non concuſſiones?quas non populationes?quos non innocentes accuſari, cri-
minari,carcerari,proſcribi? PAL. Grauia hæc nimis ac miſerabilia. CHA. At re-
ſtant alia,quæ non minus tibi grauiora & miſerabiliora uidebuntur. PAL. Per- I
ge. CHA. Quæ fortaſſis etiam grauiora & miſerabiliora iudicabis,quoniã do-
meſtica ac frequens magna eſt eorum peſtis. PAL. Fare. CHA. Nolo tibi Pa-
linure afferre in medium graues longosq; artificũ & negociatorũ labores: non
eos quibus afficiuntur agrorum cultores,non quibus milites,non quibus cau-
ſidici,cæterarumq; diſciplinarum ſectatores, æſtus,algores, inediam,peregrina-
tiones,anxietates uel pericula,uulnera,cædes,diſtrictas habitationes, infinitaq;
agendi,cubãdi,ueſcendi incommoda uel faſtidia,laſſitudines, uigilias, ſolicitu-
dines,odia, & infamationes. Nam ſi cõplecti cuncta ſermone meo atq; exequi
uoluerim,tot tantaq; dicẽda ſe offerẽt,ut præ lõgitudine malorũ ac mole, citius K
nauigatio noſtra quàm oratio finem poſſit inuenire. Omittam itaq;,& comme-
morabo tantùm quas inter domeſticos parietes, tum ſeruorum, tum uxorũ ac
filiorũ moleſtias ac turbationes peſſimas perferre ſolent qui gubernationi prę-
ſunt rei familiaris. Quã ſi ita ut naualẽ expertus eſſes, facilè quicquid dicturus
ſum,me etiam tacẽte & intelligeres & approbares. Nã ſeruorum primò in do-
minos ſemper prompta maledicta,furta,impoſitiones,fugas,arrogantiã, negli-
gentiã rerum dominorũ,temulentiam,edacitatem,ſomnolentiam, tarditatem,
ignauiã,nemo eſt qui non uideat magnam afferre his qui patiũtur, infelicitatẽ.
Deíde filios,quorũ amore nihil dulcius eſſe fertur,quãta animi cũ amaritudine

aſpiciant

A aſpiciant parentes uel ægrotare, uel mortem obire, quod frequẽter admodum fit, ſatis exiſtimo etiam te intelligere. Quàm uero grauem & anxiam credis eſſe eorum uel parturitionem, uel educationem, uel inſtitutionem? Quoties pro eis bonos parentes gemere, ſuſpirare, dolere, torqueri? Quanta etiam putas perturbatione affici, dum quos progenuerunt, immenſaq; adeò cura aluerunt, uel parum ſibi audiẽtes, uel rebelles ac infeſtos poſtea habere cõtingat? quàm dolenter eos ferre arbitraris dum inſani & uecordes ſunt, dum hebetis & craſſi ingenii, dum effœminati & molles, dum dilapidãt & euertunt patrimonia, dũ nulli bono operi & ſtudio intendũt, dum per præcipitia uitiorum omnium uitam
B ducunt ſuã? Quid de uxoribus loquar, quas dos tumidas, genus inſolentes, forma ſuſpectas, deformitas reddit inuiſas? Quarum lingua nihil pernicioſius, quarum audacia nihil prodigioſius, quarum improbitate nihil execrabilius. Quæ iurgiis ſemper & contentionibus obtundunt uiros, quæ ſemper conquerũtur, ſemper exprobrant, ſemper inſidiantur. Quibus quum deſint cætera, nunquam tamen lachrymæ, gemitus & ſuſpiria. Quæ cæca ſua (qua tantùm ardent) ornamentorum ambitione exhauriunt opes, labefactant domos, cogunt maritos in malos quæſtus, in dira ſcelera. Non refero turpiſſima adulteria, quibus nec punitur minus, nec peccatur magis quicquam. Ea quanto dolore afficiant bonos
C coniuges, nemo ſatis unquam meo iudicio enarrare poſſet, ſed magnum doloris argumentum præſtant, & grauiſſimas cædes, & ingentia quæ ſæpe propter corruptas uxores bella exarſerũt. PALIN. Hoc plus quàm uellem, ſcio: nam arduum illud quod ego uidi Græcorum & Troianorum bellum propter Helenæ raptũ, in eam excreuit rabiem, quam nulla mundi regio ignorauit. CHA. Quæ toti mũdo manifeſta ſunt, ea tantùm noſti Palinure: at ſi ſingula, quorum nihil me latet, intelligeres, adducereris in tãtum ſtuporem, ut ſtupeſcens etiam præ miſeratione coniugalem uitã lachrymares. PALI. Hui quid narras? CHA. Narro quæ quotidie uideo & pertracto. PAL. Ergo cõnubia putas polluta &
D coinquinata? CHA. Minimè. id nunquã dixerim. PALIN. Atqui multas memini me uidiſſe ea præditas honeſtate, ea religione, ac uitæ integritate, ut diuinum quiddam magis quàm humanum redolere uiderentur. CHA. Et multas utique eiuſcemodi eſſe confiteor, ſed eas quidem, quæ optimis honeſtiſſimisq; ortæ parentibus, ebiberunt à primis annis ſobrios & caſtos mores: quæ ſanctis parentum ſuorum exemplis educatæ, uitam inſtituerunt, peccare caſtigatæ, ſapienter ad manſuetudinem edoctæ, ad pietatem, ad fidem, ad diuinum cultum, ad rectum compoſitumq; regimen rei familiaris. Quæ ſe à thyaſis, ſaltibus, iocis: quæ ſe à ſpectaculis, ab immodeſtiore cultu, ab licentiore colloquio abdi-
E carunt. Cæterùm quæ contra ſanctitatem, quę malis inſtitutis, peruerſis'que parentum exemplis imbutæ, molliter uixerint, aſſuefactæ deliciis atque turpi ocio, quæ nihil niſi ſaltare, canere, fides pulſare didicerunt, quæ præterea oculis ſuis hauſerunt matrum præſertim obſcœnitates & immunditias: haſce qua fide & integritate eſſe putas erga maritos? Illabũtur ſiquidem tanquam uenena tenellis mentibus parentum exempla: inde rarior etiam quàm reris, eſt hymenalis honeſtas, quo qui eas uel emendatis inſtituant moribus, uel ſancto inuitent exemplo, parentes ſimul rariores habeantur. Prodeunt poſtea in publicũ quæq; etiam procaciores, aperta frõte, directo greſſu, quaſi pudicitiam ipſæ conſecraſſe uideantur. Et quæ ſecretum intra cubile probra geſſerunt, cũ ueſtem indue-

rint,illa contexiſſe atque occultaſſe exiſtimant. Vosq; ea, uanum uulgus,ita ut F
cernitis,uera ducẽtes eſſe arbitramini. At ego nihil q̃ quod res habet,de eis iu-
dico. nuda enim hic omnia atq; aperta ſunt. Non ueſte hic tegũtur maculæ,non
pallio obnubũtur ſcelera. exertos omnes ac nudatos, rerumq; omnium uacuos
prorſus huc ingredi oportet. Quicquid in uita malè tentatum,maleq; actum eſt,
hic fronte coràm ipſa demum geſtatur, diſpoliatur, oſtentatur. Quare non mi-
rum tibi uideatur ſi quoruncunq; nota habeo crimina, qui quorumcũq; etiam
nudas,ita ut prædixi, tranſueho umbras. Quàm proinde ingẽtem uideo earum
turbam,quæ cum impudicitiam longè apertam oſtẽdant ſuam,pudiciſſimæ ta-
men in uita habeantur! Quantas ſecum in maritos fraudes gerunt, quot ſimu- G
lationes,quot proditiones,quãtam hypocriſim, quot aliorum obſcœnos amo-
res, quot pollutiones, quot ſuppoſititios partus, quot mentitas enutritiones,
quot alieni ſeminis ſuſceptas meſſes! At,quod ridiculum magis eſt,lugent poſt-
ea ignari mariti haſce ſibi extinctas uxores. Laudant inter cœtus & prædicant
quaſi pudicitiæ principes: ſtatuunt mauſolea: plurimi quoque epigrãmata con-
di, orationes ſcribi & pronunciari curant in laudem ac memoriam caſtitatis fi-
deíque earum ſempiternam. An hæc triſtia & amara eſſe cenſes Palinure? Et an
comparationem ullam habere putas cum his nautarũ,quæ ea ſeueritate & acri-
monia recenſuiſti, ut cætera læta,fauſta,deliciarumq; plena(ſi tibi fides daretur) H
exiſtimanda eſſent? PALIN. Haud equidem tãta in ciuitatibus priuatisq; do-
mibus,quanta modò enumeraſti, mala regnare credidiſſem. CHA. Ita proficit
inexpertos ſermonem aliquando inire cum his qui multarum rerum uſum atq;
experientiam habent. PAL. Ita fit. CHA. Quòd ſi animaduertas,labores quos
perferunt nautæ,corpori magis quàm animo infenſos ire,concedes amplius e-
tiam ſentẽtiam meam. Nam huiuſmodi res duræ aſſiduo quodam uſu & aſſue-
factione mitiores fiunt,& quodammodo domantur: quas uerò ego memoraui,
cum animum magis affligunt, non ita uſus & aſſuefactio mitigare atq; edoma-
re poteſt. PAL. Conſentio tibi iam, gaudeoq; in eam lucem te illuſtrante per- I
ueniſſe, ut intelligam tam magnam aliorũ & maiorem etiam quàm nautarum
miſeriam. Sed illud non poſſum intelligere,quin principes ſaltem ac magni ui-
ri,non dicã nautis,ſed cæteris inſuper quibuſcunque mortalibus beatiores ſint.
CHA. Cur? PAL. Quoniam omnibus abundent atque affluant bonis. CHA.
Quibus? PAL. Honore,gloria,opibus,deliciis,amicis,potẽtatu,imperio. CHA.
Hiſce? PAL. Hiſce, & multo pluribus. CHA. Erras. PAL. Errorem hunc optaſ-
ſem in uita mihi. CHA. Deliras. PAL. Maluiſſem ita delirare,quàm tua cũ ſen-
tentia ſapere. CHA. Quid ſi nihil illis miſerius? PAL. Quid ſi nihil beatius?
CHA. Haud unquam hoc mihi demonſtrabis. PAL. Non tibi ii beati uidẽtur, K
qui quicquid ad explendas uoluptates optari poteſt,aſſequuntur? quibus con-
uiuandi,cubandi,ungendi,lauandi,ludendi,uenandi,aucupandi,ad omnem ni-
torem atque ſatietatem ſemper facultas ſit? Quibus quotquot uelint concubi-
tus fœminarum,quotquot uelint arua,equi,canes: quibus tot ſunt ſerui,tot ex-
culta palatia,tot munitæ arces,oppida? Qui tantum poſſideant auri, gẽmarum,
ueſtium,ſupellectilis? Quibus audiant omnes, aſſurgant,inclinẽt? Quos populi
uereãtur,timeãt,laudent,decantent? Qui leges dicant,mãdent,exerceant,pro-
ſcribant,puniãt,extollant amicos,uindicẽt inimicos,trucident rebelles? CHA.
Non eſt tam magna ut exiſtimas Palinure,eorum beatitudo. Nam parit certè

faſtidium

A faſtidium tanta bonorum continuatio,tantaq; affluentia,neq; ſapit tantum,quæ non aliquando intermittitur uoluptas. Præterea quomodo eos tu beatos iudicare potes,qui tantis opibus atq; deliciis ſuis nunquam fruuntur cum iucunditate,nunquam cum gaudio?qui in tanta rerum copia nunquã exhilarent ſe,nunquam releuẽt animum,nunquam exultent? Qui tanta licet bonorum ubertate redundantes,triſtitia tamen ſemper obducãtur, ſolicitudine premantur, anxietate torqueantur?Nõ tibi multo optabilior uidetur priuatorum conditio,quorum & uita ſecurior, & uoluptates etiam, ſi mentem intendes, maiores ſunt? quos ſumma ſemper cõdit hilaritas,mulcet feſtiuitas,explet alacritas?Quantam
B pũtas afferre delectationem, quæ communis cum uxoribus & filiis uita exigitur, dum cubant tutè,ueſcuntur lætè,iocantur modeſtè? Quàm dulcẽ eſſe arbitraris amicorũ inter ſe & æqualiũ parem uitam,domeſticum uſum,frequentem cõuentum?Quid eorum amore ſuauius,cõfabulatione gratius,curis melius atq; commodius?Quantum credis lætitiæ & exultationis habeant eorum conuiuia, ludi,cãtus,ſaltationes?quantũ dilatent animos & permulceant?quantũ emanet mellis? cuius nec ſtillam principum aliquis deguſtauit. P A L. Haud intelligo Charon hanc quam refers regum triſtitiam atq; anxietatem,qui inter riſus tantùm,blanditias iocosq; uerſentur, quibus ſemper pſallatur, canatur,plaudatur:
C & quicquid ad tranſigendã hilarem uitã excogitari poteſt, exhibeatur. C H A. Etiam,ut uideo,iudicas Palinure quæ oculis tantùm patent: quo errore decepti mortales,plurimũ ſeduci ſolent:ſed quod certũ afferre poſſunt iudiciũ exteriora corporis,quæ uelamenta quædã magis ſunt ueritatis?Aut quid certi promittere & oſtentare poteſt frons hominũ,quæ plures q̃ Proteus ſpecies mẽtiri,atq; in plures mutari queat?Conſiderandæ ſunt ſecretæ animi fibræ: perſcrutandæ ſunt interiores mẽtis latebræ:quas ſi peruidere ita ut frontẽ poſſes, proh dolor quantã ibi malorũ turbã,quantã formidinum atq; ſtrepitationũ aciem introſpiceres? quot angores,ſolicitudines,ſuſpiciones?quot peſtilentes morbos & per-
D turbationes? quãta aperirentur ulcera, quot plagæ & cædes,quot inſidiæ, quot enſes,& telorum infinita genera?quæ nec ſomnos eorũ quietos,nec cibos placidos,nec opulentiam dulcem,nec imperium iucũdum,nec delicias iocosq; lætos eſſe permittant.P A L.Neſciebam adhuc hæc eorum qui dominantur mala:ſed cur illis contingant tanta,nõ capio. C H A R.Cõtingunt tanta propter graues inimicitias, acerbaq; odia quæ continuè cum finitimis ciuitatibus, cum ſubditis ſibi populis,cum ſemet ipſis etiam gerunt: quo fit ut ingraueſcentibus odiis,increſcẽtibusq; iniuriis,quibus quotidie afficiunt quemq;, neceſſe ſit illos torqueri & affligi grauiter,confidere nemini,ſuſpicari omnia.Poſſunt extime-
E re muſcas etiã (ut aiunt)uolantes,gaudere & lætari nũquam, triſtitia & mœrore detineri ſemper.P A L. Adducis me facilè ut credam ſuſpectas eos habere finitimas ciuitates, cum quibus & infenſa odia confiteor,propter continua quæ exercentur bella,& dominandi libidinem,qua plurimum incenduntur.Cũ ſuis uerò quibus imperant populis, nihil accipere poſſum niſi amorem,& dulciſſimam pacem.Porrò ſi cum finitimis ſint inimicitiæ,ſi oriantur bella,ſic demum etiam augentur imperia,ſubducuntur oppida,profligantur acies,ſpoliantur & captiuãtur hoſtes,populationes magnæ fiunt,trophæis decoratur patria, uictoriis celebratur,triumphis extollitur. Ob quæ & principũ gloria,& urbium ornatus,& inimicorum timor, & populorum inter ſe lætitia,atq; erga principes

fides & amor crescit. CHAR. At tantùm narras quæ prospera sunt & læta, ac F
quæ frequentius accidunt aduersa & tristia prætermittis, quasi semper eos putes debellare hostes, potiri victoria, triūphis exultare, nunquā uerò uinci, prosterni, agros suos populari, bona sua diripi, & è suis se oppidis deiici. Sed maiora hæc prætereamus, de minoribus tantùm dicatur. Quippe si conferas quas strages suorum & cædes sustinent, comperies longè maiore damno q̄ lucro partas eorum victorias cōstare, discussaq; ratione decessisse plus illis, quàm accessisse. His adiicias, ut populorum etiam suorum odia, nedum finitimorum intelligas, quòd ad inferenda bella & persequēdos hostes opus illis est ingenti & munito exercitu, multo nauigio, longa armorum & machinarum præparatione: quæ G
quū magno & inæstimabili constent sumptu, nec proprii suppeditent redditus, necesse est nouis uectigalibus uexare populos, nouas indicere præstationes, nouas angarias: augere tributa, multiplicare onera, exhaurire æs omniū, eradere marsupia, imò uiscera pauperū, paruos atq; magnos diripere, spoliare, cōculcare. Inde fit, ut quum inuisos manifestè se cunctis intelligant, suspectū tum sibi incipiāt habere quemq;: nullius fidei, nullius amicitiæ credere, cōiectare omnia in malam partē. Habet enim hoc in se pessimū malefactorū cōscientia, ut quos iniuria affecit, nunquam reuocari in amicitiam, nūquam mitigari, & ad ueniam moueri posse putet: proinde magis insurgitur, grauiores itur in iniurias. hunc H
proscribunt, illum carcere includunt: quorundā patrimonia publicant, alios iugulari aut strangulari iubent. Volūtate pro ratione utuntur. Eorum quoq; quos tantis læserunt malis, cognatos, affines, amicos, socios, seruos, quasi fidei suæ diffidentes, persequuntur. Tum cæteri qui chariores etiam uidebantur, exempla aliorum proponūt sibi, acuūtque ipsi non minus odia. Nam non minus rebus suis ac saluti suæ timent. Ita pedetentim ciuitas omnis indignatur, obmurmurat, rapitur ira, odiis incenditur, coquit nouas cogitationes, noua consilia molitur. Mox eò deueniunt, ut hæc intelligentes uideant quantæ ruinæ quantóque præcipitio subiaceant, quàm tenuissimo quasi quodam filo pendeant imperia I
sua. Tunc cernas eos pallere, tristari, consumi, expauere omnia, torqueri scelerum suorum conscientia (quæ prima est pœnarum omnium) timere hostium insidias, ciuium conspirationes, domesticorum proditiones, oppressorum uindictas. Tunc securum nihil existimare, nisi quod ui ac ferro tueantur. Propterea non credunt se tutò cuiquā, non ministris, non necessariis, non germanis, quorum maiorem etiam q̄ aliorum auctoritatē magis formidant. Arcent se ab aspectu & præsentia omniū, cingūt se fossis & aggeribus, claudunt se arcibus, quasi ad perpetuos damnati carceres. Custodibus etiam tāquam ad expeditionē belli paratis, ut obsideri eos putes, circumuallantur. Nihil illis dulce, nihil aper- K
tum, nihil iucundum. Dormiunt cum magna inquietudine, cum maiore etiam uigilant. Terret illos cōuentus hominum, angit solitudo: timent colloquia, timent salutationes, timent dona. Suspecti illis aditus, suspectæ sellæ, suspecti cibus & potus, qui nec etiam nisi prægustati sumūtur. Suspecti pellicum & item uxorum tori: quibus mirum est cur sine cuiusquam prægustatione congrediantur. Ipsos uerò quorum se custodiæ commiserunt, non minus extimescūt: quibus quū carere nequeant ob tutelam suam, eo magis augetur eorū timor & miseria, quo armatos pro firmiore illos præsidio esse necesse sit. Quare alienigenas & barbaros homines, atque abiectissimos quosque sibi deligunt, eosq; frequentius

A quentius comitantur. Deiiciunt ſæpius ac exterminant, quò ſaluti ſuæ ſi non alia,at ſaltem hac uia conſulere poſſint. Quid fœdius & ignauius dici queat, q̃ hominibus immanibus ac flagitioſis ſe cõmittere:ſuos uerò,prudentes,ſobrios, iuſtos ſpernere atque deuitare? Quanta iſta tyrannorum felicitas,quos cõtinuus & ingẽs ſemper angore afficit metus,quo nõ modò animi grauiter excruciantur,ſed cuncta inſuper dulcia mundi dona fugantur & diſſipantur? Quantæ iſtæ eorum deliciæ,quanta gaudia,qui tranquillitatem nũquam & pacem ſibi,ne dicam populis ſuis aut hoſtibus conceſſerint, expertes omnino tam ſanctiſſimi atque omnium dulciſſimi boni? Quænam ubertas iſta bonorum, quæ diſtracti
B aliunde,neque ſciant,neque uiſant,neque pertractent,neque guſtent unquam? Quanta iſta imperii bona, quæ quum ipſi uidere & attrectare nõ poſſint, committant neceſſe eſt aliorum curæ & gubernationi? ignari rerum ſuarum,neſcii omnium ferme quæ ſub ſe gerũtur,fraudati quotidie & decepti, ab his præſertim,quos præ cæteris auxerunt: quibus tamẽ quum ſe credant, quot innocentium criminationes,quot facinoroſorum falſas commẽdationes audiunt? Quoties eorum fidem ſequuti,bonos pro malis,malos pro bonis ducunt, atque hos beneficiis,illos pœnis afficiunt? Quodq; grauius eſt,quoties ipſis etiam uidentibus,hi quos tantum extulerunt, pro ſententia ſua in foro quoſque lædũt,con-
C cutiunt,opprimunt,atque dilaniant? Quid mirũ ſi exardeſcunt poſtea populorum odia? ſi labefactatur poſtea eorũ ſtatus atq; deſolatur? Quanta iſta, quamq; optanda imperia,cum quibus & ſeruitutem peſſimã degant? ſubiecti tantis perturbationibus,tantis inſidiis:ſubiecti ipſis etiam quos ſibi ſubiecerunt:conſtricti quaſi quibuſdam regni compedibus: clauſi intra arces, quaſi magni alicuius criminis rei: coarctati inſtar ferarum:excluſi ab omni quæ foris capitur recreatione:priuati libertate,quod eſt tam dulce & omnibus optabile bonum,nõ hominibus modò,ſed cæteris inſuper quibuſcunque animantibus:cuius priuatione quid eſt quod triſtius aut infelicius contingere poſſit? PALIN. Non credis
D Charon bonos aliquos,mitisq; & moderatæ naturæ. Tyrannos eſſe? CHAR. Imò multos credo:ſed tanta eſt dominãdi libido, tantus ardor, tãta neſcio quæ peſtis ingenita, ut quos ſemel inuaſerit, ſint ſumma quanuis bonitate præſtantes,adeò illiciat eos,illiciensq; deprauet,ut uita potius quàm imperio quod iam occupauerunt,carere poſſint. Vel ad conſeruandum, uel ad amplificandũ contendunt unguibus dentibusq;: ac propterea nemo eſt tam bonus tyrannus, cui nõ conſeruationis amplificationisq; ſuæ gratia, multis magnas inferre iniurias, atque ob eas illatas non plurimum timere, plurimásue pati anxietates contingat. PALIN. Miror cur tantis in malis,quæ planè ita ut narraſti,uera eſſe puto,
E appetant tantopere mortales imperium, niſi id fortaſſe faciunt cupidine honoris & gloriæ: quod nimirum tam præſtans atq; excellens bonum,tolerabiliores reddit tãtas quas modò expoſuiſti miſerias. Dulce quippe eſt mãdare aliis,præferri omnibus, eminere,præcellere,uenerari, timeri,ſuppliciter exorari,aſſurgi ſibi,uia decedi,inclinari ceruicem,flecti genua,audire laudes ſuas, & rerum bene geſtarum decantationes. Quæ quum & diuina numina plurimum capiant, facilè intelligi poteſt, quantum & his quoque mortalium mentes capiantur. CHA. Quæ tanta capere poteſt Tyrannos ullos honoris aut gloriæ exhibitio, qui ſe certò inuiſos omnibus eſſe ſciunt? A quibus ſi laudentur,ſi audiãtur,ſi ſibi aſſurgatur atq; incuruetur,intelligũt palàm uel aſſentationis uel timoris cauſſa

id fieri. Quare nõ eſt ita dulcis ut putas,huiuſmodi honoris & gloriæ exterſio F
magis quàm exhibitio. At uerò dulcior is eſt qui in priuatos homines ab amicis
& beneuolis honor exhibetur propter aliquod eorum egregium facinus, aut
excellentem uirtutem. Vera iſta gloria, uerus iſte honor, ac dignus quidé quo
& diuina numina capiantur. PAL. Nullam ergo uideo cauſſam cur tantopere
imperia deſiderentur, deſideratáq; conſeruentur: niſi quòd habendi cupido,
qua tãtum trahitur humanum genus, in his maximè expletur. Quò enim quiſque
plus auri,agrorum,ædificiorum,oppidorum,acquirere poſſit,nullo parcit
labori,quantumuis magno & intolerabili:neque ullus tam amarus labor, quin
propter quæſtum & maiorem rerum cumulationem dulceſcat. Ita quum tyrã- G
ni ſuper omnes plus poſſideant,ſuper omnes etiã beatiores uidẽtur,licet cætera
eis triſtia ſint atque peracerba. CHA. Nèque iſtud quidem affert ullam beatitudinem.
Nam in primis non efficit diuitem maior abũdantia,ſed minor cupiditas.
Qui enim paruo contentus eſt,id tantùm cupit,quod neceſſitati uitæ ſufficiat.
Is abunde eſt locuples,propter honeſtũ,quod facilius implere poteſt, deſiderium:
quod quũ & impleuerit, liberatus eſt ab omni qua alii rapiuntur habendi
anxietate. Qui uerò quantumlibet diues plura concupiſcit, pluribus indiget,
quia perſeuerante acquirendi inſatietate efficitur minus uoti compos.
Quo enim magis creſcit multarum rerum poſſeſſio,magis etiam cupiditas:neq; H
finem unquam habet uorago illa cupiditatis. Deinde non eſt iudicandus quiſq;
uel locuples multitudine,uel pauper paucitate diuitiarum: ſed uel rerum magis
implemento,uel neceſſitate. Nam ſi multitudinem excedunt ſumptus,quomodo
poteſt is credi diues,qui minus habet quàm neceſſe eſſet? Quare quũ neceſſitatem
ſæpius magnam patiantur qui tantam imperii molem adminiſtrant,indigentiores
etiã putandi ſunt priuatis hominibus:quibus licet tenues ſint opes,
at neceſſitatibus ſaltẽ ſuis uel pares ſunt, uel ſuperiores. Taceamus graues quas
quotidie expilationes uel rapinas perferũt à queſtoribus ſuis, & ab his maximè
quorum fidei magis credunt:qui quo maiora etiam nacti ſunt imperia, eo ma- I
iora utique furta,maioremq; proinde rerum ſuarum diminutionem patiuntur,
à quibus priuatos ſaltem homines liberos eſſe conſtat, qui & diligentius patrimonia
ſua ipſi per ſe curare, & attentius omnia intueri poſſunt. Dicamus uerò
curas & labores quos in adminiſtrandis tantis opibus,gubernandoq; tanto potẽtatu
tolerare eos oportet,quorum fortiores quàm Herculis humeros eſſe neceſſe
eſt ad ſuſtentandam tantã molem:plures etiam quàm Argi oculos ad tantam
rerum uarietatem peruidendam atque diſtribuendam:plura quoque quàm
Iani aut Vertumni capita,ad intelligenda examinandaq; tot ac tanta quum hoſtium
tum populorum ſuorum quæ illis negocia deferuntur. Quæ tanti animi K
uis, quæ non debilitetur ? quæ tanta ſoliditas,quæ non concutiatur? quæ tanta
promptitudo,quæ non remittatur?Cuius eſt tanta ualetudo,tantum robur,qui
ſe tam uaſto curarum ponderi parem audeat polliceri? Cuius eſt adeò æquabilis
& moderatus animus,adeò perſeuerans,quin tam multis tamq; continuis laboribus
non defatigari, non quaſſari, nunquam quoque confringi poſſit? Omittamus
mortales:de nobis tantùm, qui hæc ultima loca colimus, loquamur.
Vtrum putas Palinure beatiorem eſſe,uel me, qui pauperrimus ſum omnium,
qui nihil præter hanc quam cernis puſillam lintrẽ poſſideo:uel Plutonem,tam
lati tamq; immenſi regni tyrannum?Intelligo, etſi taceas,quale de hoc ſis iudi-

cium

A cium prolaturus. Crede mihi, minimè meũ cum ſuo ſtatu commutarem. PAL. Quare? CHAR. Quia lætus ago, & ſumma cum quiete. Non ullius rei ullam gero, niſi tranſuehendi haſce huc deſcendentes animas, & conſeruandi incolumem hunc faſelum meum, ſolicitudinem: in quo dicam tibi quicquid eſt quod me grauet. Quum enim propter uetuſtatem fatiſcat aliquando rimis, curare me oportet ut reſtituatur integritati ſuæ. quare eum conſuo ſæpius, & obſtruo ſi quid rimarum eſt. hæc omnis mea cura eſt, hic omnis labor. At Pluto cum tantis diuitiis ſuis, ac regno tanto, nunquã lætatur, nunquam quieſcit: tot curis carpitur, quot repletur hic umbris locus. Implicatum ſemper habet ubique animũ:
B hinc fertur, illinc rapitur, omnibus intentus locis, omnibus occupatus miniſtris: huic mandat, illum terret, alios acciri iubet. Metum illi omnia incutiunt. nunc terræ hiatus, nunc motus formidat. Sæpe illum trepidare cogit lampas Phœbi, ne ulla ex parte irradiet regno ſuo. Sæpe & fulmen magni fratris, ne penetret Auerna atq; labefactet. Quoties uidi ego illum, dum rebus ſuis timet, inuectum ſummo curru peragrare omnem hanc regionem, luſtrare fines, ſcrutari omnia diligenter, aſcendere etiam in ſuperum orbẽ, circũire terras, perueſtigare quodcũque periculũ perferre poſſet, nihil omnino incauti & inexplorati relinque-
re! quæ quũ multis in locis, tũ maximè ea ſolet efficere in terris Siciliæ, quæ ma-
C gis etiam eum terrent, propter magnas reluctationes Typhœi gigantis, quibus totam cõquaſſat illam patriam. Nam poſtquam ipſe auſus fuit bella inferre cœlo, iniecere ſuperi eius corpori Trinacriam, ſub qua ab omnibus undique montibus preſſus & grauatus, conatur ſæpe ſe attollere, impoſitaq; ſibi reiicere: proindeq; magnos concitat motus, ac tantos quidem, ut hæc loca noſtra concutiat grauiter & tremefaciat. Cogita nunc quàm læta & optanda ſit ſors huius inferni tyranni, cuius tot diuiditur animus curis, tot propellitur tumultuationibus: quem tot oporteat præcauere pericula, tot diſpẽſare miniſteria, omnia percenſere, omnia corrigere, omnia uel ipſum gubernare, uel aliis gubernanda cõmit-
D tere. Attende rogo, & uel ex hoc uno collige eius felicitatem. Nam ſi me deficere cõtingeret huic nauiculario miniſterio, quod ita neceſſarium eſt ut uides, neceſſe eſſet eum uices meas ſubire: ne alioquin deficiente portitore, regno ſuo malè ſuccederet. PALIN. Hoc profectò nõ modò uerum eſſe uideo, ſed manibus etiam ipſis (ut aiunt) tango. Nã ea nocte qua aliàs ſomno grauatus è puppi in mare excuſſus fui, id continuò ſenſit Aeneas meus, qui errantẽ ſine magiſtro nauem intelligens, gubernauit eam tota ipſa nocte, non indignatus quòd quæ ſceptrum geſtare ſolebant, remum etiam manus attrectarẽt. CHAR. De magno eius germano nihil loquor: non me latet quantos & ille labores ac cu-
E ras ſuſtinet: ſed id præcipuè ſcio, quum temeritate Phaëthontis totus penè orbis conflagraſſet, quantum tunc regno ſuo timuit, quantum tota cœli mœnia circuit, & ne quid labefactatum uiribus ignis corrueret, explorauit. Prætereo tertium fratrem, moderatorem undarũ, cuius plurimæ etiam ac maximæ curæ non facilè explicari poſſent, ſed præſertim quæ ſub illa quoque Phaëthontea cõflagratione ad ſummum penè uſque exitium cum toto regno ſuo eum affecerũt. PAL. De hoc poſſum, quod oculis meis uidi, afferre teſtimonium. Vidi equidem tempore illius quã ſuprà retuli, horrendæ apud Siciliam tempeſtatis, commotum grauiter Neptunum, & ex alto proſpicientem uocaſſe ad ſe Eurum & Zephyrũ, & increpatis acriter eis pro tanta ſuſcitata tempeſtate, placaſſe oycus

omnia,atq; tráquilla reddidiſſe. Quod argumentum præſtat mihi euidens plu- F
rimarum,ut inquis,ac maximarum, quòd omnia in latiſſimo imperio ſuo paria
ſint,curarum ſuarum. CHA. Dic oro Palinure,putásne iam beatam eſſe tyran-
norum uitam? PALIN. Minimè. CHAR. Optarésne uiuens eorum ſortem?
PAL. Vt quid optarem,in quo nihil omnino optandum eſſe manifeſtè intel-
ligo? CHA. Ergo certò eos arbitraris miſeros? PAL. Nõ miſeros modò,ſed o-
mnium etiam miſerrimos. CHA. Mirum quòd modò eos tanta frui beatitudi-
ne prædicabas. PALIN. Quid mirum ſi cæcus laudet tenebras,quas poſtea luci
reſtitutus damnet? CHA. Vis ut & alia eorum mala tibi referam? PALIN. Re-
ſtant item alia? CHAR. Et alia,& grauiora. PAL. Quid audio grauiora? haud G
unquam iſtud credam,poſſe his quæ modò dixiſti,grauius aliquid addi. CHA.
Credes quũ audieris. PAL. Dic ergo. CHA. Vides ut appropinquamus iam
ripæ. non poſſum longiora tecum iam facere uerba. PALIN. Rogo te mi Cha-
ron, ne fallas auidiſſimam expectationem meam. CHA. An cæterarum um-
brarum quas in littore reliqui,auidiſſimam etiam expectationem uis ut fallam?
PAL. Nõ diu moraberis,perge ô mi Charon. CHAR. Imò diutius quàm ſo-
leo,demoratus ſum:ſed lentus etiã nauigaui propter te,cuius cõfabulatione de-
lectabar. PAL. Age ergo,ut facis,lentiorem protrahe nauigationẽ, ut quæ re-
liqua ſunt dicenda,proſequi poſſis. CHA. Ea tandem tanta eſt tibi audiẽdi cu- H
piditas? PAL. Tanta. CHAR. Morem tibi geram:qua in re illud te ſcire uelim,
quòd plurimum miſeram reddit mortalium uitam inſtabilitas ſcilicet, & ruina
rerum. Nam certũ nihil & permanẽs in uita quiſquã ſibi polliceri queat. Quo-
modo is beatus cenſebitur,cuius ſummam quantumuis & plenã beatitudinem
minima omnis diſturbatio uiolare & auferre poteſt? Sanè quum omnia apud
mortales infirma atque mutabilia ſint,nulla tamen infirmior ſors eſt atque mu-
tabilior, quàm tyrannorum, quorum etiam quo maior ſit exaltatio, & ſubli-
mata magis ſtatus altitudo, magis eſt proinde, quum mutari eos contingit, ca-
ſus & ruina. Inde tantæ tyrannorum proditiones, euerſiones,trucidationes, ut I
nemo eorum ferè unquã euaſerit,qui non uel regno depulſus, uel ueneno ne-
catus, uel cruenta aliqua & peſſima morte cæſus uel peremptus ſit. Quis talem
eorum uitam optarit, quæ pro modici temporis felicitate (ſi tamen illa felicitas
appellanda ſit) tã triſti poſtea tamq; amaro fine conſumatur? Horret animus di-
cere. Nam ne credas iis tãtùm mortales ſubiectos malis eſſe,ſenſimus & horum
magnam partem aliquando nos inferi,licet tam ualida nobis & munita ſit ciui-
tas, tam firma & præpotens, atque omnibus undiq; præſidiis circunſepta. Non
poſſum ſine dolore meminiſſe illius diei, qua Hercules heros ille fortiſſimus
hæc regna penetrauit: perfregit fores,inuaſit regem, exterruit reginam, quam K
& antè ſocii eius rapere adorti erãt, abſtraxit Cerberum, uinctumq; eum cate-
na tũ magna ui in orbem duxit,concuſſit loca omnia,trepidare omnes umbras
atq; ipſos iudices fecit:me quoque non modicum lęſit,quem erepta cymba cõ-
to hoc meo percuſſit,impulſumq; grauiter in mediã paludẽ exturbauit. Timui
equidem tunc deſolatum iri barathrum totum. Credidi tũc ſupremum Plutoni
finem adueniſſe regni ſui: neq; minus illum cum cõiuge in prædam duci ad ſu-
peros,quàm tartareum canem:ſed paulo humanius cũ eo actum eſt,quàm opi-
nabar. Nam tandem ſibi ac regno ſuo bene conſultum eſt:neque tamen ita cõ-
ſultum eſt,quin tricipiti cuſtode ſuo, qui tam perneceſſarius erat, ſpoliaretur.

Quòd

A Quòd ſi opinionem meam,quæ communis erat,fata coæquaſſent:tunc cernere fuiſſet utrū beatior uel meus uel Plutonis tanti regis ſtatus eſſet. Ego quidem nihil ambigo,priuatus fuiſſem hac nauicula.hoc enim habeo tātùm quod adimi mihi poſſit.priuatus etiam fuiſſem rege meo:ſed quotquot alios uoluiſſem reges, procul dubio inueniſſem,qui miniſterio meo indigentes,ſeruitium meum perlibenter ſibi delegiſſent:& fortaſſe hoc lucri feciſſem,quòd pro uetuſto & attrito, qualem hūc intueris,nouum mihi & magis ſolidum lembū acquiſiſſem. At Pluto quantas opes,quantos honores, quantum regnum amiſiſſet? quantam in egeſtatem, quantam in calamitatem decidiſſet? Qui neque par
B aliud regnum,uti parem ego uel meliorem nauim : neque parem alium famulum,uti parem ego uel meliorem dominum inueniſſet. Excedo iam modū dicendi:ſed ſi tempus ſineret,narrarem & quibus olim curis uexatus,quantóque timore perculſus propter bella Gignantū fuit ſummus Olympi rector:cuius narratio maiorem etiam augeret eorum quæ ſuprà dixi, malorū confirmationem. PALIN. Haud opus eſt exemplis mihi.Nam nemo mortalium fuit qui maiora quàm ego unquam uiderit eorū malorū exempla. Quid enim extitit his temporibus Troiano rege maius? quid opibus ſuis cumulatius? quid operibus munitius & pulchrius?& quid demum exitu tātorum bonorum triſtius?quid cru-
C delius?quid flebilius?Vidit infelix pater tam arduū & longum bellū,tot cruentas mortes natorum ſuorum.Vidit euerſam funditus & incenſam urbem.Vidit latrantem coniugem,captiuatas nurus & filias,populationem tātarum diuitiarum:ipſe quoq;,quod ultimum reſtabat illi ſenectutis ſuæ ſolatium,Pyrrhi enſe confoſſus,& crudeliſſima morte conſumptus eſt. CHA. Quis melius me hæc nouit,qui cunctos hac ſcapha tranſuexi? A quibus & omnem calamitatē ſuam ſeriatim perdidici. Notus eſt abunde mihi Priamus, cuius cognito acerbo caſu non potui non dolere. Notus eſt Troilus,noti Hector & Deiphobus,nota eſt cætera tot filiorum ac nepotum turba:noti innumerabiles qui illo bello perie-
D rūt Troiani pariter & Graii duces. Nota eſt infinita quæ tūc óccidit populorū manus.Nullo memini tempore longioré interfectorū multitudiné huc deſcendiſſe,quàm illo:quo ita laſſatus fui,ut præ multitudine omnibus tranſuehendis minimè hæc cymba ſufficeret planè. Quid opus eſt tibi monitore ad aperiēdas eorū miſerias,quas tu ſubiectas oculis tuis habuiſti? Quòd ſi pro anguſtia temporis liceret(iam enim uideo propius nos applicare ripæ)narrarē & millia aliorum tyrannorum,ex quibus creſceret etiam magis tibi opinio eorum calamitatis.Nam illud poſſum,quod certò ſcio,tibi uerum confirmare, nullum ferè me uidiſſe unquam tyrannorum huc deſcendentiū(deſcendunt porrò omnes)qui
E non uel alicuius ueneni infectionem,uel magnas ulcerum cicatrices,& ſanguinolentæ alicuius mortis horrida ſigna præ ſe ferret. Ita mirum eſt uidere tot ac tantos necatos,confoſſos,cruentatos,trucidatos. PALIN. Quis nunc ſe tantis in malis tyrannum unquam eſſe optabit? quis imperia aſſequi quæret,quæ iam certius certo cognoſco magis fugienda eſſe, quàm Meduſæum caput? CHA. Audiſti quibus apud ſuperos tyranni malis torquentur: ſed ſi intelligeres quæ hic apud inferos grauiora etiā illis parantur,perhorreſceres & longè magis eorum ſortem.PALIN.Ergo & alia hic tyrannis parantur?CHAR.Credis Palinure,ſcelera quæ patrant mortales,hic aliquando impunita eſſe?PALIN. Hoc modò animaduertebam.CHAR.Animaduertendum eſt igitur tibi,quodcūque

in uita peccatur,pari demum post mortẽ & respondente peccatis pœna puniri. F
Nam ut capias quod dico:si tu Palinure artem tuam nauiculariam uiuens malè
exercueris, si in dominum tuum mali quicquam uel cogitaueris, uel commise-
ris,si inaudiẽs dicto suo extiteris: inuenies hic tibi præparatas his quæ delique-
ris,similes pœnas.PAL. Nihil profectò Charon scio quod malè egerim, uel in
dominum meum peccauerim, nisi somnolentam illam dormitationem meam,
qua negligentius certè quàm debebam,me gessi. Nam magno in periculo na-
uim simul & dominum quem uehebat meũ reliqui,nisi uigilantior ipse & cau-
tior melius sibi cõsuluisset: sed pœnarum satis tum ob hoc crassum peccatum
meum etiam in uita recepi.CHAR.Recipies etiam in morte.Ibis enim quum è G
naui te dimisero,ad seueros iudices nostros, qui examinant & cẽsent delicta o-
mnium. Ducent quoque te in examinationem,scrutabunturq; crimina tua.Vi-
deor uerò uidere quali te iudicabunt pœnæ subiiciendum. PALIN. Quali?
CHAR. Parem peccato tuo tibi pœnam statuent. Nam quum somno peccaue-
ris,æterno etiam te somno damnabunt. PALIN. Dormiam ergo in æternum?
CHAR.Ita puto:nisi grauius sit aliud peccatum tibi.PALIN.Sic mites habeam
iudices,ut non sit grauius aliud mihi. CHAR. Nullam ergo nisi somni pœnam
patieris.PAL.Non hæc grauis pœna mihi uidetur. CHAR. Neque asinis etiam
& bobus:at magnis & excellenti aliqua uirtute præditis uiris grauissima exisli- H
matur.PAL.Quas uerò,dic,pœnas perferent tyranni?CHAR.Audis tot cla-
mantes & lamentantes uoces? tot horrificos planctus? tantum stridorem ferri?
tot tractus catenarum? PAL.Delectabat me adeò sermocinatio tua,ut his mi-
nimè animum intenderem. Sed quid audio tam triste atque horrendum, quod
præ horrore pœnæ aures meæ sustinere non possunt? CHAR. Sunt hæc quæ
audis, tormenta tyrannorum.Nam quum illi in uita carcere quenquam inclu-
serint, spoliauerint, flagellauerint, trucidauerint, in summum luctum,in sum-
mam egestatem & calamitatem deduxerint, damnati sunt etiam ab incorruptis
iudicibus ad perferẽdas pares pœnas.Ideo teterrimis quoque carceribus inclusi, I
spoliati,flagellati,rotati,cæsi membratim,ac mille atrocissimis mortibus cruen-
tati,tantos edunt,quantos audis, gemitus, tantum luctum, tot ac tantos reboa-
tus,clamores atq; eiulatus.PAL. Dic etiam mihi Charon,an his pœnis plectun-
tur qui magni atque primarii tyrannis assistunt? CHAR. Prorsus iisdem.nam
suasu & consilio eorum maximè committunt tyranni scelera sua.PALIN.An
& in uita illi beati?CHAR.Non secus ac tyranni quibus assistunt. nam iisdem
quoq; malis subiecti sunt.eadem enim sunt in eos populorũ odia,maiora etiam
inter se,eædem curæ,eadem pericula: & quod miserabilius est,deiiciuntur sæpe
à tyrannis suis, & uel carcere uel morte aliquando pessima afficiuntur. PAL. K
Tanta est ergo, támque generalis omnium calamitas. Vllam uerò prorsus esse
putas hominum sortem, quæ beata duci possit? CHAR. Imò beatos aliquos
nõ nego fuisse mortales,sed perraros tamen.PALIN.Quos perraros? CHAR.
Qui amore uirtutis & literarum contempserunt cætera mundi bona: qui se
innocuos,puros,castos,integros,incorruptos conseruantes,extulerũt animum
altius ad gustandam diuinam excellentiam,humana quasi sordida & abiecta re-
linquentes.Nam uirtus per se tam dulcis támque iucunda res est,ut incredibi-
les amatoribus suis afferat uoluptates. Tam nobilis & præstans est eius posses-
sio,ut summa quadam ubertate ditet possessores suos. Quam qui uerè est asse-

quutus,

A quutus, nihil præter literarum ſtudia dulce, nihil præter dei cognitionẽ habet amabile. Quæ tãtùm prædulcia ſibi bona ſtabilia, perpetua, incorrupta præeligit, cuſtodit, amplectitur. Reliqua uerò mundi, ſupremo tãdem guſtu amara, infirma, momentanea, corruptibiliora fuco, mendaciora hilo, inaniora hila, ieiuniora papis uolantibus, fugit, contemnit, abiicit, conculcat: contentúsque ſe ipſo, ac honeſtiſſimis ſuauiſſimísque ſtudiis ſuis, totum nihili mundum ducit, ruentem etiam non formidat. In his recreatur, refocillatur, lætam & iucundam agit uitam, ridet tantas hominum, tamq; ſtultas, & ultro ſibi quæſitas anxietates, tot ineptias, tot caſſos labores, tot inanes curas. Nemini nocet, nemi-
B ni moleſtus eſt. Laudant eum omnes, prædicant, admirantur, beneuolẽtia complectũtur, fauore proſequũntur. Quàm uerè hic beatus eſt, qui cõſciẽtiæ ſuæ innocentia & integritate fruitur! Quod primũ eſt & dulcius omnibus, bonus ſecurusq; ſui, nullo timore angitur, nulla anguſtia torquetur, nõ timet largas (quibus caret, quasq; nihili facit) diuitias ſibi à potẽtioribus eripi. Non timet à quocunque ſe lædi, qui nec quẽquam ſe læſiſſe certò intelligat. Quàm uerè hic felix eſt, qui tot tantisq; ſemotus curis & periculis, tantarum uacuus perturbatiõnum, ſibi ſemper aliísque iucundus, lætetur ſemper, & omnibus quotquot ſunt mundi honeſtis, & his etiam quæ cœlibum communes ſunt, perfruatur uolu-
C ptatibus: qui humanioribus ſanctioribusq; deditus ſtudiis, conténat omnia, cõ-
» temnensq; omnia poſſideat. Nam is poſſidere omnia uidetur, non qui omnibus
» abundet, ſed cui nihil deficiat. Porrò illi nihil deficit, qui nihil cõcupiſcit. Con-
» cupiſcens autem nihil, contemnit omnia: contemnensq; ita id aſſequitur quod
» deſiderat. Deſiderio uerò ſuo frui, ea demũ uera & ſola beatitudo, beatorumq;
» omnium plenitudo eſt. PALIN. Hi ergo quũ nihil mali egerint, pœnarũ etiam nihil patiuntur. CHAR. Nihil prorſus, imò propter tranſactam bene uitam, meritum magnum aſſequuntur. PALIN. Quod? CHAR. Vel cœli fiunt incolæ, communicantq; æternùm illis cœleſtibus bonis: uel ſi huc deſcendunt, mittun-
D tur in Elyſiũ: qui locus eſt quietis ac deliciarũ, ubi ſedes fortũnatæ, cãpi aperti, læti, omnium omnino pœnarum expertes. PALIN. O ſi mihi ad mortales redire aliquãdo cõtingeret, inclamarem quàm magna poſſem uoce, admonerem de ſuo quenque officio & dignitate, accuſarem tantam laborũ fruſtrationem, tantam curarũ uanitatem, tot corruptas opiniones, peruerſaq; iudicia: ſed quàm maximè increparem, qui uel magiſtratu quopiam magno uel imperio cæteros antecedunt: oſtenderem tanta, quæ antea ignorabam, ſed te docente nunc intelligo, mala eorũ, grauiſſima, dictu horribilia: reuocarem omnes à uitiis, ab inferendis iniuriis: ad meliorem uictum, à ſuperflua agendarum rerum cura: in-
E cenderem deſiderio uirtutis: laudarem innocentiam, prædicarem frugalitatem, exhortarer cunctos ad bene grauiter caſtigateq; uiuendũ, ad ſe cognoſcendum, ad cõtemnendum tot caduca, & ſomni cuiuſdã uel umbræ magis ſimilia mundi bona: inuitarem ad honeſtas artes, ad ingenuas exercitationes, ad ſtudia literarum, ad ſpem ac contemplationem diuinæ bonitatis. CHAR. Et rectè ſanè: ſed uides nos ripam attigiſſe. egredere iam. PALIN. Et iã egreſſus ſum. Ad iudices eo. Placidam opto tibi ſemper nauigationem. Salue ô Charon, & uale. CHAR. Et ego ad reliquas umbras redeo. Placidos opto tibi ſemper iudices. Salue Palinure, & uale.

Interlocutores, MERCVRIVS, VIRTVS.



Irtus dea per epiſtolas orauit modò, ut ad ſe irem. Eo ut percõtet quídnam me uelit, illico ad Iouem redibo. VIR. Salue Mercuri: ago tibi gratias, quandoquidem tua in me pietas atque benignitas, efficit ut nõ penitus deſpecta ab omni cœtu deorũ ſim. MER. Expecto quid narres: tu modò perbreues narrationes facito: nã edixit ut confeſtim ad ſe redirem, Iupiter. VIRT. Etiámne tecum nobis non licebit noſtras ærumnas exponere? Quos igitur habebo ultores iniuriarum, ſi nõ modò apud G ipſum maximum Iouem, uerùm & apud te, quem ſemper in fratris locũ habui, colui, obſeruaui, condolendi facultas negatur? O me miſeram, ad quos confugiam? unde auxilium petam? Me quidem, cũ ita deſpiciar, malo eſſe truncũ aliquem, q̃ deam. MER. Tandem effare, dum præbeo operã. VIR. Viden' quàm ſim nuda & fœda? Hoc ita ut ſim, efficit Fortunę deæ impietas atq; iniuria. At eram ſanè ornata apud Elyſios campos inter ueteres illos amicos, Platonem ſcilicet, Socratem, Demoſthenem, Ciceronem, Archimedem, Polycratem, Praxitelem, & eiuſmodi uiros doctos, qui me, dum uitam agebant, piiſſimè atq; religioſiſſimè coluere. Interea loci cum iam non pauci ſalutatum ad nos aduolaſ- H ſent, è ueſtigio Fortuna dea inſolens, audax, temulẽta, procax, maxima armatorum turba conſepta atque ſtipata, properans ad nos, iactabunda, En, inquit, plebeia, túne maioribus diis aduentantibus non ultro cedis? Dolui iniuriam nobis immeritis eo pacto fieri: ac nonnihil ira concitata, inquam, Neque tu maxima dea his uerbis me plebeiam efficies: neque ſi maioribus cedendum eſt, tibi turpiter cedendum cenſeo. Illa uerò illico in conuicium ſeſe effert aduerſum me. Prætereo hic quas contumelias in me primùm dum hæc inter nos gerũtur, effuderit: idcirco Plato philoſophus cœpit cõtra eã nonnulla de deorum officiis diſputare. Illa excãdeſcens, Apagite hinc uerboſi, inquit. Nõ enim decet ſeruos I deorũ cauſſam ſuſcipere. Cœperat & Cicero orator plura uelle ſuadere, at ex turba armatorum erupit, Mercuri, Antonius præpotens, latera illa ſua gladiatoria oſtendens, grauiſſimúmque pugnum in os Ciceronis iniecit. hinc cæteri mei amici perculſi metu, fuga ſibi properè conſuluere. neque enim Polycletus peniculo, aut Phidias ſcalpro, aut Archimedes horoſcopo, aut cæteri inermes aduerſus audaciſſimos armatos, eóſque prædis atque homicidiis ſuetos, bello ad ſeſe tuendos ualebant. Ergo me infeliciſſimam, ab ipſis diis omnibus qui tum aderant, atque hominibus deſertã, pugnis ac calcibus totam cõfregere, ueſtes meas diripuere, in lutum proſtratam reliquere, demum abiere ouãtes. Ego K uerò ita confecta, cũ primùm licuit, cõſcendi huc ut Iouẽ Opt. Max. his de rebus facerem certiorem. Iam quidem mihi ut intromittar expectãti, mẽſis elapſus eſt: dumq; id ut impetrẽ, omnes deos exeuntes atque redeuntes precor, nouas ſemper aliquas excuſationes audio. Aut enim deos aiunt uacare ut in tempore cucurbitæ floreſcãt, aut curare ut papilionibus alæ perpulchrè pictæ adſint. Quid? igitúrne uerò aliquid ſemper habebunt negocii, quo nos excluſas teneant ac floccipendant? Tum etiam & uillicus ſuſcepit curam dudum, ne cucurbitæ ſiti pereant: nos tamen neque diis neq; hominibus cordi ſumus. Has ob res tẽ iterum atque iterũ precor obteſtorq; Mercuri, qui ſemper apud deos ipſos inter-

pres

pres extitisti,ut causſam hanc meam iustissimam atque piissimam susscipias. Ad te confugio, te supplex oro. In te omnis mea sita est spes atque expectatio. Da quæso operam,ne dum à uobis excludor, ipsis quoq; mortalibus sim ludibrio. Nam erit quidem dedecus deorum ordini,ubi homuculi me tametsi infirmam deam floccipendant. MERC. Audiui: doleo: uerùm pro uetere nostra amicitia unum admoneo,duram nimis atque difficilem causſam te aduersus Fortunam susscepisse. Nam & Iupiter ipse, ut cæteros omittam Deos,cum se ob accepta beneficia nimium Fortunæ debere sentiat,illius uires atque potẽtiam ueretur. Ea enim ad cœlum diis ascensum præstitit: atque ubi uelit,ualens sua armatorũ manu eiiciet. Qua de re,si sapis,inter plebeios deos ignota,quoad Fortunæ odium extinctum sit,latebis. VIR. Aeternum latitandum est. Ego & nuda & despecta abeo.

## LVCIANI VITA EX SVIDA.

LVcianus Samosatensis, cognomento blasphemus, siue maledicus, aut ἄθεος potius appellatus est,eò quòd in dialogis suis ridicula etiã illa esse proponit,quæ de rebus diuinis & sacris prodita sunt. Dicitur autem uixisse temporibus Traiani Cæsaris,& deinceps. Cæterùm fuit ab initio causidicus Antiochiæ,quæ in Syria est:sed cum ea res illi non satis ex sententia succederet,ad scribendum sese conuertit, scripsit'que adeò infinita. Obiisse autem ipsum fama est à canibus laceratũ,quoniam & contra ueritatẽ uelut rabiẽ exercuisset. Nam in uita Peregrini Christianismum quoque insectatur, ipsum Christum contumelioſè incessit, sceleſtus ille. Quare & rabiei istius pœnas sufficientes in præsenti uita dedit,& in futurum hæres æterni ignis unà cum Satana erit. Hæc ille. Addit autẽ Volaterranus, nescio quo auctore,cũ ab initio Christianus fuisset, postea eiusdem religionis desertorem factum esse,dictitãtem se nihil ex ea consecutum, quàm quòd nomen ipsius corruptũ esset,ex Lucio Lucianus factum. Fuit autem Samosata,ut hoc quoq; addamus,urbs non longè ab Euphrate sita, Comagenes metropolis. Plinius,& Stephanus.

Lucianum in Dialogo qui inscribitur Scytha, & Gyrum profitetur: fol. 112 uerso. et in Dialogo qui inscribitur, Timon sathra fol. 247 uerso, et 249 uerso. fol. 250 uerso. fol. 251. Et in toto Dialogo et in libello aduersus indoctum f. 185

FINIS.

Imprimebat Michaël Vascosanus an. M. D. XLVI. mense Ianuario.